


R-12.725

COMMENTA
RIORVM FRATRIS
Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordi-
nis Prædicatorum, Cæsaræ Maiestati à sacris confessioni-
bus, publici apud Salmanticenses professoris,
in Quartum Senten-
tiarum.

TOMVS SECVNDVS.

Cum indice copiosissimo, atque locupletissimo.




Cum Priuilegio.

SALMANTICÆ,

Excudebat Ioannes Baptista à Terranoua.

M. D. L. X. V. I. I. I.

Esta tassado à tres maravedis el pliego.




2 400 40
Salfia
MADE IN SPAIN

R-12.725

C O M M E N T A
 R I O R V M F R A T R I S
 Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordi-
 nis Prædicatorum, Cæsaræ Maieſtati à ſacris confeſſioni-
 bus, publici apud Salmanticensis professoris,
 in Quartum Senten-
 tiarum.

T O M V S S E C V N D V S .

Cum indice copioſiſſimo, atque locupletifſimo.



Cum Priuilegio.

S A L M A N T I C Æ,

Excudebat Ioannes Baptista a Terranoua.

M. D. L X V I I I .

Esta tassado à tres maravedis el pliego.



Summa Priuilegij.

Rafens opus cū priuilegio excusum est: quod regia Maiestas Vallisoleti anno pre-
fenti millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo de cōsilio Curie Autori in
decenniū cōcessit. Videlicet ne quis illud absque eius facultate aut cudat, aut vendat
in dicta pœnamultæ librorū, instrumentorumq; artis, ac decē milium dupondiorum. Die ve-
rò vigesima secunda Februarij eiusdē anni astituta sunt per eandem Regiam Curiam diploma-
ta singula pretio trium dupondiorum. Nemo igitur sibi rei huius ignorantiam prætexat.

El Rey.



DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragón, de
las dos Sicilias, de Ierusalē, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valécia,
de Galicia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de
Murcia, de Iaē: Cōde de Flandes, y de Tirol. &c. A todos los Corregidores,
Asistētes, Governadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otras iusticias
y Iuezes qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros
Reynos y señorios, y acada vno, y qualquier de vos en vuestros lugares y
jurisdicciones: a quiē esta nuestra carta fuere mostrada salud y gracia. Sepades q̄ por parte del
deuoto padre Fray Domingo de Soto de la orden de Sancto Domingo, nos fue fecha relacion,
diziēdo que por nos se le dio licencia y priuilegio para imprimir el Quarto de las Sentencias, y
que por ser muy grāde, yua en dos cuerpos, y el vno estaua acabado, y el otro se començaua a
imprimir: y que a causa de la Prematica por nos nueuamente fecha sobre la orden q̄ se ha de te-
ner en la impresion de los libros, ningun librero queria acabar de imprimir la dicha obra: su-
plicādo nos diēssimos licencia para ello, sin embargo de lo contenido en la dicha prematica, o
como la nuestra merced fuesse: sobre lo qual por vna nuestra carta, dimos licēcia y facultad, pa-
ra que qualquier impressor destos nuestros Reynos pudiesse imprimir el dicho libro, sin por el
lo caer ni incurrir en pena alguna: con que despues de impresso no se pudiesse vender sin que
primero se truxesse al nuestro consejo, para que se viesse, y examinasse, y se diēse licencia para
lo poder vender, y se tassasse el precio en que cada volumen se vuisse de vender: lo ciertas pe-
nas, segun mas largo en la dicha nuestra carta se contenia, por virtud de la qual se imprimio el
dicho libro, y impresso se truxo y presento ante los del nuestro consejo, donde fue visto y exa-
minado conforme ala dicha pragmatica. Y por parte del dicho. Fra. Domingo de Soto nos fue
supplicado mandāssimos dar licencia & facultad para que el dicho libro se pudiesse vender, y ta-
ssāssimos el precio en que cada volumen se vuisse de vender, o como la nuestra merced faes-
se. Lo qual visto por los del nuestro consejo, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nue-
stra carta para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, y por la presente damos licen-
cia y facultad para que qualquier librero de los nuestros Reynos y otras qualesquier personas
dellos puedan vender y vendan el dicho libro a tres marauedis cada pliego del, sin que por ello
caygan ni incurran en pena alguna de las contenidas en la dicha pragmatica. Dada en la ciu-
dad de Toledo. A treze dias del mes de Heuero, Año del nascimiento de nuestro Saluador Iesu
Christo de mil y quientos y sesenta años.

El Mar- El Licenciado El Licencia. El Doctor Die- El Doctor Her- El Licenciado
ques. Montaluo. do Arrieta. go Gasca. nan Perez. Villagomez.

Yo Francisco de Castillo escriuano de Camara de su Magestad la fize escreuir por su
mandado con acuerdo de los de su Consejo.

EST item autoritate & iudicio illustrissimi ac perinde reuerendissimi Domini D. Frāncisci Mā-
rique de Lara per Dei gratiam Episcopi Salmanticensis examinatum, & candore sui chiro-
graphi approbatum.

El Rey.



DO R quanto por parte de vos el monasterio de sant Pablo de la ciudad de Bur-
gos nos a sido fecha relacion, q̄ nos auiamos dado licēcia priuilegio y facultad
a fray Domingo de Soto hijo del dicho monasterio Maestro en sancta Theo-
logia, y Cathedratico q̄ fue de la vniuersidad de Salamanca ya defuncto, para
q̄ por cierto tiempo pudiesse imprimir y vèder los libros de Iustitia & Iure, y el
Quarto de las Sentencias y otras obras, y q̄ en el dicho tiēpo ninguna otra per-
sona le pudiesse imprimir ni vèder so graues penas, con q̄ cada pliego de mol-
de dela dicha impresion vendiesse a cierto precio y no mas: segun mas largamente en las dichas
cedulas e priuilegios q̄ dello le dimos se cōtiene, y por q̄ los dichos libros y obras son muy vtilēs
y prouechosas nos suplicastes y pedistes por merced mandāssimos prorrogar el termino de las di-
chas licencias por el tiēpo q̄ fuēssimos seruido, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por
los del nuestro consejo y cō nos consultado fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra
cedula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Y por la presente por hazer bien y merced a
los herederos del dicho Fray Domingo de Soto, les prorrogamos e alargamos el termino conte-
nido en la dicha licencia por otros cinco años mas: los quales corren e se quentē despues de se
cumplido el termino en ellas contenido: durante el qual dicho tiempo les doy licēcia y facultad a
los dichos herederos del dicho Fray Domingo de Soto, o a la persona que su poder ouiere pa-
ra que puedan imprimir e vender en estos nuestros Reynos los dichos libros y obras al precio y se-
gun como por las dichas cedulas esta mandado, y mandamos que durāte el dicho tiempo de los
dichos cinco años ninguna persona los pueda imprimir ni vèder, sin tener poder dellos: lo pena q̄
pierda la impresion que hiziere y vendiere, y los moldes y aparejos con que los fiziere: y mas in-
curra en pena de diez mil marauedis, y la tercia parte sea para la persona que lo acusare, y la otra
tercia parte para la Iusticia que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara y fisco.
Y mando a los del mi Consejo Presidente e Oydores de las nuestras audiencias Alcaldes Alguazi-
les dela nuestra casa e Corte y Chancillerias y otras qualesquier nuestras Iusticias de los nuestros
reynos y señorios, y acada vno dellos en su jurisdiccion que guarden e cumplā e fagan guardar y
cūplir esta mi licencia por el dicho tiēpo de los dichos cinco años: y contra lo contenido en ella no
vayan ni passen ni consientan yr ni pasar. Fecha en Aranzuez a veynte y siete dias del mes de Ma-
yo de. 1561. Años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad
Juan Bazquez.

Tom. 1. * 2

PROLOGVS.

Lucubrations, quas in Quartum Sententiarum meditabar, quibusdam publicis negotijs interpellatus intermiseram: verum ubi me primum ab illis feriarum reperi, ad opus redij, vt eas tandem, Deo auspice, perficerem. Hæc enim funesta plaga quam nostra tempestate Hispanum nomen accepit, calamum mihi, cunctisque nobis animum cõturbauit. At verò eadem nos plenè procella docuit, sacrosanctæ Theologiæ studia, plusquam aliàs vnquam, esse modo nobis necessaria Nam & si sanctum Inquisitorum tribunal, quod, ceu propugnaculum fidei, tũ Apostolica sedes, tũ Catholica nostrorum Regum Maiestas omni autoritate consultissimè semper fouet & munit, ad Hæreticorum audaciam retundendam fidum sit tutumq; præsidium: tamen cum oporteat (vt ait Paulus) id est pro mortalium ingenio necessum sit hæreses esse: re vera nequeunt, nisi per sacra testimonia, sanctorumq; interpretamēta, de corruptis mētibus prorsum cõuelli. Sacræ verò paginæ legiūma sensa, diuorumq; patrum intelligentia (quod nunquam inculcare cessabo) non aliter profectò, quàm sedulo Theologiæ scholasticæ studio erui satis, atque ad veram lucem perducì valent. Hæretici nã que in Sacris Biblijs reuoluēdis nõ sunt nimium negligentes: attamē quia nulla ratiocinatione, nullaque rerum consequentia, aut Philosophia quatenus fidei adminiculatur, vtuntur, sed diuino spiritu, quo sunt maximè destituti, omnia intelligenda autumant, atra errorum caligine excæcatur. Atque eam ob rem nulquam gentium hæreseos patroni vlli prodierunt, qui non primum omnium vniuersam Philosophiæ cognitionem, cũ Scholastica Theologia à sua republica profligarent. Qua vtique ratione viam sibi, & ad suos errores sternerunt, & ad eorum retractationem occludunt, denique ad suam obstinationem communiunt. Abactis enim à grege canibus (vt ille olim Demosthenes dixit) peruius fit lupis ad ipsum aditus. Sed obijciat nobis fortè quispiam, Theologi sunt, qui hæresum assolent infici labe, itaq; subinde alios contagione inficere. Fateor (sit amē naufragi in fide Theologorũ erant nomine digni) quoniã nec in bellica, nisi miles peccat, neque in medica, nisi medicus, neque in iure dicundo, nisi qui ius dicit: in summa nemo in arte errat, nisi qui artem exercet: & nemo literas sacras, nisi Theologus profitetur. Tamet si modò dæmonem ex omni pñciũ genere piscatum certauimus. Verũ tamen eo quòd soleant ignanimilites, desertores esse: & ignari medici, interfectores: & indocti Iuriconsulti, iuris peruersores, clarissima hec Ricipub. nomina tollenda de medio sunt: Oculus ergo, cum primum ophthalmia laborat, effodiatur. Oculus ecclesiæ ad dignoscendas, propulsandasque errorum pestes, Theologia est: quin-

uero

uero, & ad euangelicam legem suis cõcionibus, tum interpretãdam, tum persuadendam, & ad populi conscientias suis respõsis informandas, suisq; consilijs instruendas, ac demũ suis monitis in sacramento formãdas. Reliquarum scientiarum professores, hæretici esse possunt, hæresibus mederi non possunt. Theologi, hæretici esse possunt, sed hæresibus soli mederi possunt. Arrius, & cæteri illius modi pestiferæ classis, Theologi fuere: tamen nisi Augustini, & id genus Theologorum opera & sapientia conuicti fuissent: quonã se clypeo catholica protexisset ecclesiã? Sacros Decretorũ Canones illi sancti Theologi condiderunt. Igitur si oculus labem cõtexit, illa ardenti collyrio prorsum abradatur: oculus verò qui tam necessarius nunc maximè temporis est, omni fauore seruetur, cõtabiliatur, & honestetur. Nam si cerebro eruat, quid reliquum quæso, quam fidei excidium, ecclesiæq; ruinã sperare possimus? Metus me hæc dicere cõpulit, què versutus Satam incutere nostratum animis satagit. Theologi lapsi sunt, Theologi sibi quisq; studia caueat, Nouit ille Christiani nōminis hostis, quãti sibi ad prosternendam ecclesiã referat, Theologorũ, ac perinde religiosorũ professiones infamare, suaque autoritate nudare. Et ideo quo scelicius nunc in Hispania florescere pergebant, eo solertiùs eas contaminare, ac labefactare molitus est. Nostrũ præsertim ordinem, ceu arcè primam adortus, qui adeò de Christiana republica fuerat benè meritus, vt fidei vexillum eius insignibus esset illustre: vnde fortiorem ansam arripuit inuidiam in nos apud populum concitandi. Christus ergo dominus noster, cuius interest, meliùs per sanctissimum Vicarium suum, perq; nostrum Catholicũ Regem, ecclesiæ suæ consultum curet. Nulla enim flammæ vis hæreticorũ sufficet furorem restinguere, nisi terrifico ardente igni, explorandæ orthodoxæ veritatis syncerus ferueat zelus, & lux cãdida Theologiæ eidem illustrandæ luceat, ac demum religionũ instituta, quæ murum vineæ domini, velut antemurale, præsepunt, nitore suo prisco resplendant. Ita me ratio dicendi inde diuertit, ubi calamum me resumpsisse dicebam, vt hoc intermissum opus absoluerem. Ad finem ergo illud perduxì: nã suis numeris absoluere, in mea inope facultate nõ erat positũ. Si de volumine estimeretur, longum iudicabitur. At tam longã rerũ, tamq; variam suppellectilem, ne quui & explicationis luce perfundere, & breuitate perstringere. Sacrosanctæ censuræ ecclesiæ in toto opere cupio, & iterum atq; iterũ postulo. Deus deniq; Optimus Maximus, si quid boni ad eius laudem & gloriam dixi, largitor fuit, sicubi deliqui, veniam quoque largiatur.

S V M M A B R E V I S V I G I N
tiseptem Distinctionum, Questionum, &
Articulorum, quibus hic secundus tomus
perficitur.

Adverte candidè Lector, a, columnam primam, b, columnam secundam significare.

D I S T I N C T I O
vigesima quarta quæ-
stiones continet duas
5. a

¶ **Q**uestio prima de substantia sacramenti ordinis, & eius qualitatibus articulis elucidatur quatuor.

Primus, vtrum ordo in ecclesia esse debeat. 8. b
 Secundus, vtrum in hoc sacramento materia & forma congruè designentur. 10. b

Tertius, vtrum conuenienter sint in ecclesia septem ordines. 13. b

Quartus, vtrum omnes ordines sint verè sacramenta, quæ gratiam cõferant, & characterem imprimant. 19. a

¶ **Q**uestio secunda, de ijs quæ sunt ordinibus annexa, articulis clauditur quinque.

Primus, vtrum clerici omnes ordinati debeant coronæ tonsuræ insigniri. 26. a

Secundus, vtrum supra sacerdotalem ordinem alior sit episcopalis potestas. 29. b

Tertius, vtrum episcopatus sit ordo. 33. a

Quartus, vtrum supra episcopos sit aliquis superior ordo in ecclesia. 35. a

Quintus, vtrum in culmine omnium ordinum sit iure diuino vnus summus pontifex. 38. a

Distinctio vigesima quinta de ordinatibus, & ordinatis & eorum exceptione. 41. b. **Q**uestiones acquirunt duas.

¶ **Q**uestio prima de ordinatibus & ordinatis, cuius sunt articuli quatuor.

Primus, vtrum omnis solusque episcopus sit huius sacramenti minister. 44. a

Secundus, vtrum foemina eius sexus sacramentiorum sit capax. 47. b

Tertius, vtrum præter defectum vsus rationis sint, alij qui ordinibus suscipiendis obstant. 52. a

Quartus, vtrum ad ordinum susceptionem morum honestas, & scientia requiratur. 57. b

¶ **Q**uestio secunda, de potestate ecclesiastica & exemptione clericorum articulos tradit duos.

Primus, vtrum potestas ecclesiastica sit hac ratione supremas vt cunctis ab ea tanquam eius delegata pendeat. 61. b

Secundus, vtrum clerici sint à potestate civili exempti. 70. b

Distinctio vigesima sexta, de sacramenti coniugij institutione & veritate quæstionibus contexta est duabus. 73. a. b.

¶ **Q**uestio prima, de sacramento coniugij quatenus est in officium articulos poscit tres.

Primus, vtrum matrimonium sit hominibus naturale. 75. a. b

Secundus, vtrum matrimonium semper fuerit maneatque; adhuc sub præcepto. 78. a

Tertius, vtrum vsus matrimonij, hoc est maritalis complexus, sit licitus, atque adeo esse possit meritorius. 81. a

¶ **Q**uestio secunda de matrimonio secundum rationem sacramenti articulis textitur quatuor.

Primus, vtrum matrimonium sit sacramentum nouæ legis. 84. a

Secundus, vtrum matrimonium fuerit in noua lege in sacramentum institutum. 86. b

Tertius, vtrum matrimonium gratiam cõferat. 88. a

Quartus, vtrum commissio sexuum per copulam sit de essentia & integritate matrimonij. 94. a

Distinctio vigesima septima, de matrimonij essentia de que sponsalibus & bigamia, quæstiones adempta est tres. 96. a

¶ **Q**uestio

Index Distinctionum, Quæst. & Articuli.

¶ **Q**uestio prima, de matrimonij definitione & causa articulos tenet quatuor.

Primus, vtrum definitio, qua matrimonium describitur, sit idonea. 98. a. b

Secundus, vtrum consensus mutuus sit sufficiens causa matrimonij. 100. b

Tertius, vtrum consensus matrimonialis sufficiat internus, an verò requiratur vt sit exterius verbis expressus. 104. a

Quartus, vtrum matrimonio consummato liceat vtrique coniugum altero inuito ad religionem transire. 110. b

¶ **Q**uestio secunda de sponsalibus articulos claudit quinque.

Primus, vtrum sponsalia conuenienter dicantur futurarum nuptiarum promissio. 119. a

Secundus, vtrum septennium tempus sit contra hendis sponsalibus necessarium. 121. b

Tertius, vtrum sponsalia iureiurando per verba de futuro confirmata vim habeant matrimonij. 123. b

Quartus, vtrum carnalis copula post sponsalia de futuro matrimonium perficiat. 124. b

Quintus, vtrum sponsalia legitime valeant aliquibus modis dirimi. 127. a

¶ **Q**uestio tertia de bigamia articulos aduocat tres.

Primus, vtrum per bigamiam irregularitas contrahatur. 129. a

Secundus, vtrum per baptismum bigamia soluitur. 132. b

Tertius, vtrum cum bigamo dispensare liceat. 133. a

Distinctio vigesima octaua de clandestino matrimonio vnica quæstione contenta est. 134. a

¶ **Q**uestio vnica de clandestino matrimonio articulos accipit duos.

Primus, vtrum clandestinum matrimonium sit validum. 135. a

Secundus, vtrum clandestinum matrimonium nonnunquam sit licitum. 137. b

Distinctio vigesima nona de consensu coacto, & de conditionato quæstionibus duabus discutitur. 143. a.

¶ **Q**uestio prima, de consensu coactu articulos exhibet quatuor.

Primus, vtrum consensus aliquis esse possit coactus. 145. b

Secundus, vtrum metus aliquis possit in virum

constantem cadere, qui eum excuset, 147. a
 Tertius, vtrum consensus extortus per metum cadentem in constantem virum sufficiat ad matrimonium. 149. b

Quartus, vtrum vel princeps subditum, vel pater filium possit ad matrimonium cogere. 157. b

¶ **Q**uestio secunda de consensu conditionato articulis distinguitur tribus.

Primus, vtrum consensus conditionatus sit ad matrimonium per se sufficiens. 160. a

Secundus, vtrum conditio impossibilis matrimonium tollat. 166. a

Tertius, vtrum omnis & sola turpis conditio, quæ contraria est matrimonio, ipsum tollat, honesta verò semper obliget. 168. b

Distinctio trigesima de errore, de quo nuptijs beatissimæ virginis quæstionibus duabus ornata est. 173. a

¶ **Q**uestio prima de errore per articulos duos extenditur.

Primus, vtrum error matrimonium impediat. 174. a. b

Secundus, vtrum matrimonium ob turpè causam contractum sit legitimum. 177. a. b

¶ **Q**uestio secunda de virginitate & matrimonio beatæ virginis articulis duobus explicatur.

Primus, vtrum condecens fuerit Dei matrem virginem emisso voto perpetuo permansisse. 178. b

Secundus, vtrum virginem Dei matrem nuptiam simul esse decuerit. 181. b

Distinctio trigesima prima, de bonis matrimonium excusantibus, quæstione vnica concluditur. 184. a

¶ **Q**uestio vnica de bonis matrimonium excusantibus articulos præbet quatuor.

Primus, vtrum matrimonium debeat per aliquam bonam excusari. 185. b

Secundus, vtrum tria sint tantum matrimonium excusantia bona. 187. b

Tertius, vtrum absque istis bonis coniugalis vsus voluptatis causa sit licitus. 191. a

Quartus, vtrum liceat coniugibus ad vitandam fornicationem debitum exigere. 193. b

Index Alphabeticus.

Distinctio tricesima secunda, de mutua coniugū fide in reddendo debito, Quæstionem vnicam arripit. 196.b

¶ Quæstio vnica, de mutua coniugum fide reddedi sibi inuicem debitum articulos poscit tres.

Primus, vtrum alteruter coniugum teneatur alteri debitum reddere. 168.a

Secundus, vtrum in petitione & solutione debiti æquum sit ius vtriusq; coniugū. 201.a

Tertius, vtrum causa voti aut ratiois aut temporis sacri possit coniux debitum negare alteri. 202.b.

Distinctio trigesimatertia, de Polygamia & repudio quæstionibus duabus instruitur. 205.b.

¶ Quæstio prima, de vxoribus pluribus vnius viri articulos trahit tres.

Primus, vtrum habere plures vxores sit iuri naturæ contrarium. 208.b

Secundus, vtrum plures simul habere vxores aliquando licuerit. 210.b

Tertius, vtrū licuerit vnquam eidem mulieri pluribus simul viris nubere. 217.a

¶ Quæstio secunda, de libello repudij articulos dat tres.

Primus, vtrum perpetuitas & inseparabilitas vinculi matrimonij ita sit de iure naturæ, vt nullam admittat dispensationem. 118.b

Secundus, vtrum aliquando fuerit repudium vxoris licitum. 220.b

Tertius, vtrū dato libello repudij vxori quàm viro liceret ad secundas nuptias transire. 225.a

Distinctio tricesima quarta, de quatuor prioribus impedimentis matrimonij quæstione vnica discussa est. 227.a

¶ Quæstio vnica de impedimentis matrimonij ex defectu naturæ articulos habet quatuor.

Primus, vtrum aliqua sint matrimonij impedimenta. 228.a.b

Secundus, vtrum frigiditas matrimonium contrahendum impediatur, & contractum dirimat. 231.a

Tertius, vtrū maleficiū sit matrimonij impedi-

diens, dirimensq; impedimentum. 236.a

Quartus, vtrum furia impedimentū sit matrimonium dirimens. 239.b

Distinctio trigesima quinta quæstione vnica terminatur.

241.a

¶ Quæstio vnica de coniugio seruorū & puerorum articulis finitur quinque.

Primus, vtrum inter seruos possit absque licentia dominorum matrimonium contrahere. 242.a

Secundus, vtrum seruitutis cōditio aliquo saltem modo matrimonium impediatur. 244.a

Tertius, vtrum seruitus matrimonio superuenire possit. 246.b.

Quartus, vtrum filij debeant conditionem patris sequi, an potius ventris. 247.a

Quintus, vtrum ætas legitima contrahendi matrimonium rectè in viro statuta sit quarto decimo anno, & in fœmina duodecimo. 248.b

Distinctio trigesima sexta, de impedimento criminis, quotori fit diuortium, Quæstionē vnicam assumit. 251.a

¶ Quæstio vnica, de diuortio, quod sit fornicationis causa articulos complexa est sex.

Primus, vtrū propter fornicationem licitum sit viro vxorem dimittere. 253.a

Secundus, vtrū vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere. 257.a

Tertius, vtrū maritus proprio iudicio non ex peccato ecclesiastico possit vxorem adulteram dimittere. 259.b

Quartus, vtrū vir & vxor in causa diuortij pari iure gaudeant. 261.a

Quintus, vtrū celebrato diuortio viro lus relinquatur aliud in eundem matrimonium. 262.b

Sextus, vtrū post celebratum diuortium locū habeat reconciliatio. 266.b

Distinctio trigesima septima, de alijs criminibus quæ sunt matrimonij impedimēta quæstione vnica tractata est. 268.b

¶ Quæstio vnica, de alijs criminibus quæ sunt matrimonij impedimēta articulos obtinet quinque.

¶ Quæstio vnica, de alijs criminibus quæ sunt matrimonij impedimēta articulos obtinet quinque.

Primus,

Quæstionum & Articulorum.

Primus, vtrum sint aliqua crimina, quæ matrimonium contrahendum impediatur, contractū verò non dirimant. 269.b

Secundus, vtrum incestus, quo quis cognouit vxoris consanguineā sit impedimentum dirimens matrimonium. 271.b

Tertius, vtrum vxorcidium sit in aliquo euentu licitum. 274.a.b

Quartus, vtrum vxorcidium sit impedimentum matrimonium ipsum dirimens. 276.b

Quintus, vtrum ligamen sit impedimentum matrimonium dirimens. 279.a

Distinctio trigesima octaua, De impedimentis ordinis & votis quæstiones sibi adsciscit duas. 281.a

¶ Quæstio prima de impedimento ordinis articulos petit duos.

Primus, vtrum ordo matrimonium impediatur. 283.b

Secundus, vtrum matrimonio ordo sacer superuenire possit. 286.b

¶ Quæstio secunda de impedimento voti articulos tractatur duobus.

Primus, vtrum votum simplex sit matrimonij impedimentum ipsum dirimens. 290.a

Secundus, vtrum votū solēne sit impedimentum matrimonium contractum dirimens. 294.a

Distinctio trigesima nona de cultus disparitate quæstione vnica terminata est. 297.b

¶ Quæstio vnica articulos ostendit quatuor.

Primus, vtrum inter infideles legitimum possit matrimonium contrahi. 309. aliās. 299.b

Secundus, vtrum fidelibus modo liceat cum infidelibus inire coniugia. 303.b

Tertius, vtrum coniux ad fidem cōuersus possit cum coniuge eandem fidem renuente cōmanere. 306.b

Quartus, vtrum fidelis ab vxore infideli discendens possit aliam ducere. 311.b

Distinctio quadagesima de cognatione carnali quæstione vnica connectitur. 317.b

¶ Quæstio vnica de cognatione carnali articulos flagitat quinque.

¶ Quæstio vnica de cognatione carnali articulos flagitat quinque.

Primus, vtrum definitio consanguinitatis constitui solita rei definitæ competat. 319.b

Secundus, vtrum consanguinitas per lineas & gradus cōmodè distinguatur. 321.b

Tertius, vtrū gradus quilibet consanguinitatis in linea recta, iure naturali matrimonium impediatur. 325.a

Quartus, vtrum aliquis gradus consanguinitatis in linea transuersali impediatur iure nature matrimonium. 332.a

Quintus, vtrū gradus consanguinitatis matrimonium prohibentes potuerit ecclesia vsque ad quartum taxare. 338.a

Distinctio quadagesima prima de affinitate quæstione vnica confecta est. 341.b

¶ Quæstio vnica de affinitate & eius annexis articulis ornata est quinque.

Primus, vtrū ex matrimonio affinitas aliqua contrahatur. 344.a

Secundus, vtrum affinitas vel aliquod matrimonij impedimentum post sponsalia contrahatur. 347.a

Tertius, vtrum affinitas matrimonium impediatur. 350.a

Quartus, vtrum qui extra verum matrimonium nascuntur sint filij illegitimi. 355.a

Quintus, vtrū omne coniugium quod inter consanguineos & affines contractum est, sit per diuortium dirimendum. 358.b

Distinctio quadagesima secunda de cognatione spiritali & de legali, & de secundis nuptijs, Quæstiones gestat tres.

362.

¶ Quæstio prima de cognatione spiritali articulis tribus insignita patet.

Primus, vtrū spiritalis cognatio sit matrimonij impedimentum. 364.b

Secundus, vtrum per solum baptismum spiritalis cognatio contrahatur. 367.a

Tertius, vtrum cognatio spiritalis duntaxat inter baptizantem & baptizatum contrahatur. 370.a

¶ Quæstio secunda, de cognatione legali articulos duos profert.

Primus, vtrum adoptio sit iure appositè definita. 373.b

¶ Secundus, vtrum legalis cognatio matrimonium impediatur. 375.b

¶ Quæstio vnica de cognatione carnali articulos flagitat quinque.

* 5 ¶ Quæstio

Index distinctionum;

¶ Quæstio tertia de secundis nuptijs articulo vnico contenta est.
Primus, vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ. 377.a.b

Distinctio quadragésimater-
tia, de resurrectione carnis
quæstionibus duabus constat. 376.b.

¶ Quæstio prima, de resurrectione carnis & eius causis per articulos quatuor deducitur.
Primus, vtrum animâ esse immortalem ratione sit naturali cognitum. 381.a

Secundus, vtrum corporum resurrectio sit futura. 588.b

Tertius, vtrum resurrectio sit naturalis. 394.b
Quartus, vtrum diuina Christi resurrectio nostrâ sit resurrectionis causa. 399.b

¶ Quæstio secunda de resurrectionis tempore & modo articulos adipiscitur quinque.

Primus, vtrum tempus resurrectionis sit finis mundi. 405.b

Secundus, vtrum dies & hora resurrectionis sit hominibus vel angelis cognoscibilis. 410.b

Tertius, vtrum resurrectio futura sit in instanti eodemq; nocturno. 415.a

Quartus, vtrum vniuersi mortales sint resurrecturi. 419.b

Quintus, vtrum omnes mortui resoluentur in cineres, antequam in iudicium exurgant. 424.a

Distinctio quadragésima quarta de termino & qualitate & quantitate resurgentium quæstione vnica elucidata est. 427.b

Quæstio vnica, de modo & conditione resurgentium articulos habet quinque.

Primus, vtrum idem prorsus homo in eodem que corpore, quo vixerat, sit resurrecturus. 429.a

Secundus, vtrum omne quod est de veritate humanæ naturæ resurget. 434.b

Tertius, vtrum cuncta prorsus hominis membra ac perinde humores debeant homini resurgenti restitui. 439.a

Quartus, vtrum omnes in ætate iuuenili resurgant. 442.b

Quintus, vtrum omnes in sexu virili cum animali resurgant. 445.b

Distinctio quadragésima quinta, de receptaculis animarum & suffragijs defunctorum, sanctorumq; orationibus in quæstiones tres definit. 448.b

¶ Quæstio prima, de receptaculis animarum post mortem articulos producit quatuor.

Primus, vtrum animabus post mortem receptacula sint assignanda. 450.b

Secundus, vtrum purgatorium, limbus patrum & puerorum loco cum inferno conueniat. 457.a

Tertius, vtrum statim post mortem quoruncumq; animæ in istorum aliquem locorum deducantur. 461.a

Quartus, vtrum animæ ex prædictis receptaculis aliquando egredi valeant. 466.a

¶ Quæstio secunda de suffragijs defunctorum ex quatuor articulis emanat.

Primus, vtrum suffragia viuus impetra defunctis profint. 469.a

Secundus, vtrum suffragia pro defunctis oblata quibuscumq; defunctis prodesse valeant. 475.a

Tertius, vtrum solo sacrificio altaris & orationibus & elemosynis iuentur defunctorum animæ. 481.a

Quartus, vtrum suffragia quæ pro singulari defuncto fiunt, plus ei, quam alijs profint, aut plusquam si in genere pro pluribus fierent. 485.a

¶ Quæstio tertia de orandis sanctis in duos articulos surgit.

Primus, vtrum sancti sint à nobis orandi. 487.b

Secundus, vtrum sanctorum preces, quas pro nobis deo fundunt, semper exaudiatur. 491.b

Distinctio quadragésima sexta, de Antichristo & iudicij signis quæstionibus componitur duabus. 493.a

¶ Quæstio prima, de signis quæ sunt iudicij antecessura ex duabus conflatur articulis.

Primus, vtrum expediens sit vt aduentum Christi ad iudicium Antichristus antecedit. 494.b

Secundus, vtrum Antichristus futurus sit omnium malorum caput. 498.a

¶ Quæstio secunda de signis iudicij antecessuris, duobus articulis constat.

Primus, vtrum iudicium finali aliqua sint signa antecessura. 501.a

Secun-

Quæstionum & Articulorum.

Secundus, vtrum sol & luna circa iudicium secundum rei veritatem contenebrescent, & virtutes cælorum mouebuntur. 504.a

Distinctio quadragésima septima de finali iudicio potitur quæstionibus duabus. 506.b

¶ Quæstio prima de iudicantibus & iudicandis articulos producit quatuor.

Primus, vtrum iudicium finale sit futurum. 509.a

Secundus, vtrum Christo sint alij assessuri iudices. 511.b

Tertius, vtrum mortales vniuersi debeant in iudicio comparere, vt iudicentur. 516.a

Quartus, vtrum iudicium in valle Iosaphat sit futurum. 519.a

¶ Quæstio secunda de forma iudicij articulis sex conspicua est.

Primus, vtrum Christus in forma humana gloriosus iudicabit. 520.a

Secundus, vtrum diuinitas Christi ab iniquis tunc sit conspicienda. 523.b

Tertius, vtrum tunc vnusquisque tam electorum quam reproborum, vniuersa bona & mala tam propria, quæ fecit, quam aliena videbit. 525.a

Quartus, vtrum iudicium illud scilicet, tam disceptatio, quam sententiæ prolatio sit vocaliter, an non nisi mentaliter representanda. 529.a

Quintus, vtrum electi & reprobi sint ad dextram & ad sinistram Christi separandi. 530.a

Sextus, vtrum generale iudicium per sententiam iudicis concludatur. 532.b

Distinctio quadragésima octaua de purgatione & inuouatione mundi quæstionibus duabus compacta est. 536.b

¶ Quæstio prima, de igne conflagrationis & eius effectibus articulos continet quatuor.

Primus, vtrum aliqua sit futura mundi purgatio per ignem. 538.a

Secundus, vtrum ignis ille ante iudicium veniet. 541.a

Tertius, vtrum ignis ille & cælos & omnia elementa perpurget. 542.b

Quartus, vtrum ignis ille inuoluet reprobos in infernum. 545.a

¶ Quæstio secunda de mundi inuouatione articulis insignita est quatuor.

Primus, vtrum mundus sit inuouandus. 546.a

Secundus, vtrum motus cælestium orbium per

illam inuouationem sit cessaturus. 547.a
Tertius, vtrum astris corporibusq; cælestibus lux in illa inuouatione sit augenda. 549.a
Quartus, vtrum elementa per aliquod claritatis augmentum sint inuouanda. 550.b

Distinctio quadragésima nona de statu beatorum exposcit quæstiones quinque. 553.a

¶ Quæstio prima, in quo beatitudo consistat, articulis fulcitur quatuor.

Primus, vtrum beatitudo in aliqua re corporea aut sensibili consistat. 555.b

Secundus, vtrum beatitudo consistat in aliqua operatione. 559.a

Tertius, vtrum beatitudo sit potius intellectus quam voluntatis operatio. 561.a

Quartus, vtrum fruitio sit actus appetitiuæ potentie. 568.a

¶ Quæstio secunda de adeptione beatitudinis articulis fulget quatuor.

Primus, vtrum omnis homo appetat beatitudinem. 573.a

Secundus, vtrum homo naturalibus viribus possit beatitudinem consequi. 579.a

Tertius, vtrum essentia Dei ab intellectu creato per aliquam creatam similitudinem valeat videri. 585.a

Quartus, vtrum intellectus creatus ad videndum Dei essentiam, aliquo creato lumine supernaturali indigeat. 588.b

¶ Quæstio tertia de visione articulos monstrat quatuor.

Primus, vtrum videntes Deum per essentiam ipsam comprehendant. 593.b

Secundus, vtrum videntiū Dei essentiam vnus alio perfectius videat. 596.b

Tertius, vtrum videntes Deum omnia in ipso videant eademq; simul. 601.a

Quartus, vtrum visio Dei per essentiam omnia eminenter, & in virtute contineat quæ ad beatitudinem pertinent. 609.b

¶ Quæstio quarta de dotibus gloriæ articulos trahit octo.

Primus, vtrum aliqua sint in beatis dotes. 615.b

Secundus, vtrum Christo vel angelis dotes contendant, an vero solis hominibus. 618.a

Tertius, vtrum tres sint tantum animæ dotes, scilicet visio, delectatio, & fruitio. 620.a

Quartus, vtrum corporibus gloriosis sint futuræ dotes quatuor. 622.b

Quin-

Index distinctionum.

Quintus, vtrum impassibilitas inter dotes corporis gloriosi sit connumeranda. 623. b
 Sextus, vtrum subtilitas sit inter dotes corporis gloriosi connumeranda. 631. a
 Septimus, vtrum corpus gloriosum dotem habeat agilitatis. 636. b
 Octauus, vtrum in corporibus beatorum erit claritas. 639. a
 ¶ Quæstio quinta, de aureolis articulos adducit duos.
 Primus, vtrum aureolæ sint in beatis futuræ à fructibus distinctæ. 642. a
 Secundus, vtrum tantum sint tres aureolæ. 646. a
Distinctio quinquagesima, de statu & pœnis damnatorum,
 Quæst. vnica perspicua est. 653. a

Finis Indicis Distinctionum, Quæstionum,
 & Articulorum.

¶ Quæstio vnica, de statu & pœnis damnatorum articulis sex perficitur.
 Primus, vtrum ignis inferni sit corporeus. 655. a
 Secundus, vtrum animæ separata igne illo inferni corporeo torqueantur. 658. a
 Tertius, vtrum damnatorum corpora absque vilo vicio incorruptibilia, sed tamē passibilia resurgant. 661. a
 Quartus, vtrum damnati sola pœna ignis punientur. 663. b
 Quintus, vtrum damnati, aut bona intellectus notitia, aut bona voluntate vti valeant. 668. a
 Sextus, vtrum & damnati beatorum gloriam videant, & beati ipsorum miseriam. 670. b

LOCALIVRIS CANONICI IN HOC

tomo peculiariter aut declarata aut emendata.

CA. N. duo mala. 13. d. 142. a. b
 Can. inter cætera. 22. q. 4. 155. b
 Can. origo. 32. q. 4. 193. a
 Can. vir cum propria. 33. q. 4. 192. a
 Can. quod proposuisti. 32. q. 7. 216. a
 Can. si per fortuarias. 33. q. 1. 238. b
 Can. vxor à viro. 32. quæst. 6. 263. a. & 264. & sequent.
 Can. extra ordinaria. 35. q. 2. emendatur. 272. a
 Cā. q. dormierit. & Cā. cōcubuit. 32. q. 7. 272. b
 Can. nullus, & can. illud. 31. q. 1. 277. a
 Can. quoniam. 31. dist. 288. b. & seq.
 Can. plures à Græcis de prauatos. 289. a
 Can. Nicea. 31. dist. 289. a
 Can. si quis habuerit. 28. q. 2. 313. b
 Can. duo sunt. 96. dist. 62. a
 Can. q. cūq; litē. 11. q. 1. abrogat. 70. a. & 61. b
 Can. cum initiatur. 27. q. 2. 95. a
 Can. non est dubium. 27. q. 2. 95. a. & 115. b
 Can. sufficiat solus. 27. q. 2. 105. a
 Can. Institutum. 27. q. 2. emendatur. 117. a
 Can. si quis diuinus. 30. q. 5. 124. a
 Can. acutius. 26. dist. & 28. quæst. 3. 132. b
 Can. vnus vxoris. 26. dist. & can. oportet. 28. q. 3. 132. b. & seq.
 Can. si infidelis. 28. q. 2. 313. b
 Can. primo gradu. 35. q. 5. 322. a
 Can. extraordinaria. 35. q. 5. 348. a
 Can. ad sedem. 35. q. 5. 324. a
 Can. omnes. 30. q. 1. 368. a
 Can. peruenit. 30. q. 1. 362. b. (.)
 Can. adulterij. 32. q. 7. 258. b
 ¶ Cap. super eo. de test. 362. a
 Cap. consanguineos. 35. q. 6. 361. a
 Cap. quod in tua. qui mat. accus. pos. 361. a
 Cap. ad audientiam. de sponsa. 349. a
 Cap. vnicum de cognat. legal. 376. b
 Ca. literas de restit. spoliato. 336. b. & 337. b
 Cap. lator. & cap. tenor. defent. & re in. 390. b
 Cap. Martinus. de cognat. spi. lib. 6. 371. b
 Cap. 1. ex. de cogn. spir. 373. a
 Cap. Per venerabilem. qui fil. sint legit. 258. a
 Cap. super eo. de testi. 361. a
 Cap. vt animarum. de const. lib. 6. 139. in fin.
 Cap. cum inhibito de clandest. despon. 140. a
 159. a
 Cap. 1. de his quæ vi met. caus. fiunt. 153. b
 Cap. verum. de iureiurando. 156. a
 Cap. super eo. de condi. appof. 163. b
 Cap. fin. de condit. appof. 166. b. per totum artic. 2. & 3. conditionem vide verum intellectum. 173.
 Cap. quoniam. de cōugio leproforum. 200. a
 Cap. peruenit. eod. tit. ibi.
 Cap. gaudemus. de diuortijs. 214. & seq. vide casum pagi. 303. a. & 310. & duas conclus. 312. a. & seq.
 Cap. quod sedem. de frigid. & malef. 233. a
 Cap. litera. de frig. & malef. 236. b. & seq.
 Cap. ex literis. de diuor. 267. b. & 268. a
 Cap. qui presbyterum. de pœni. & remiss. & canonum aliorum vsu vigebat dantaxat in foro pœnitentiæ. 271. a
 Cap. laudabilem. de conuers. infid. 277. b
 Cap. in presentia. de spon. 280. a
 Cap. vnicum. de voto. in. 6. 291. a
 Cap. rursus. de voto. ibid. b.
 Cap. cum ad monasterium. de statu monach. 295. b. & seq.
 Cap. veniens. de presbyt. non baptizat. 305. cuius glossa damnatur.
 Cap. final. de præscrip. 69. b
 Cap. si quis. de vita & honest. cleri. 28. a
 Cap. cum contingat de ætat. & qual. 29. a
 Cap. episcopus de præben. 60. b. & seq.
 Cap. quanquam. de censib. lib. 6. 73. a
 Cap. cum locum. de spon. 151. a
 Cap. veniens. de presbyt. non bap. 93.
 Cap. final. de conuers. infid. 91. b
 Cap. tuæ fraternitati. de sponsalibus. 105. a. b
 Cap. Dominus. de secūd. nup. 109. a. b. & 280.
 Cap. ex literis. de spons. 124. a
 Cap. veniens. de conuers. coniug. 118. a
 Cap. requisisti. eod. tit. ibid.
 Cap. super eo. de bigam. lib. 6. 134. a
 Cap. is qui fidem. de spon. 126. a
 Cap. commissum. de spons. 127. b
 ¶ Glossa cap. per tuas. de condit. appo. 162. a
 Glossa. cap. ad eius. dist. 5. 202. a
 Glo. ca. q. presbyterū. de pœnit. remis. 271. a
 Gloss. cap. aliter. dist. 31. 285.
 Gloss. cap. rursus. qui cleri. vel vouē. 291. b. & 297. b. in solu. ad primum.
 Gloss. can. si quis post votum. 27. q. 1. 95. a
 Gloss. can. omnes. 22. dist. 69. a
 Gloss. cap. quanquam. de censib. lib. 6. 71. b
 Gloss. cap. desponsatam. 27. q. 2. 127. a
 Gloss. cap. Agathosa. 27. q. 2. 118. a
 Gloss. cap. vnici de bigamis. lib. 6. 133. b. in fin.
 Gloss. in can. super quibus. 30. q. 3. 373. b
 Gloss. can. 1. 30. q. 1. 373. a
 ¶ Titulus. de frig. & malef. 231. a
 Titulus. de conuers. infid. 307. a
 Titulus. de vita & honest. 58. 59.

Finis Indicis locorum iuris Canonici.

INDEX COPIOSISSI-

mus rerum maximè notabilium: quæ

in hoc secundo Commentariorum tomo con-

tinentur ordine Alphabeti-

co digestus.

A. denotat primam columnam. B. secundam.



A. Abbates possunt iure admi-
nistrare minores ordines
46. b.
Abbates an possint in biga-
mia dispensare. 134. a
Abbatissæ nequeunt mo-
niales benedicere, nec ip-
sularum confessiones audire, nec predicare.
48. b. & seq.

Abrahâ quomodo Agar repudiauerit. 222. b
Abraham absq; expressa reuelatione & dispē-
satione Dei non potuit cum sorore contra-
here. 336. a

Abrahæ filij immolatio an fuerit per dispensa-
tionem. 219. b

Abrahæ vera vxor fuit Agar. 212. a

Abrahæ bigamiz mysterium enarratur. 211. a

¶ Absentis coniugis mortui quæ certitudo re-
quiratur, et coniug possit secundo nubere.
280. a. per totum

Absentia coniugis quantūcunq; longa etiam si
mortuus credatur non efficit firmum secun-
dam matrimoniū, sed illo aduentante secun-
dum est dirimendum. 279. b. & seq.

¶ Abusus loquendi eorum, qui dicunt, parcat
mihi Deus & beata virgo. 490. b

¶ Acolyti siue acoluthi significatio. 17. a

Acolyti officium. ibidem.

¶ Actus coniugalis potest esse apud Deum me-
titorius gratiæ. 82. b

Actus coniugalis licitus est. 82. a

Actus coniugalis obedientiæ & iustitiæ ac re-
ligionis virtus. 82. b

Actui coniugali peccatū accidere potest tripli-
citer. 83. a

Actus coniugalis non tollit rationis ordinē si-
cut fornicatoris, & ideo alter non est pecca-
tum sicut alius. 83. b

In actu coniugali nimia fruitio coniugibus vi-
tanda. ibidem

Actus bifariam excusatur. 186. a

¶ Accusatio illegitimi matrimonij corā quo
fieri debeat & quibus iuribus. 362. a

Accusator & testis quis esse possit in causa ma-

trimoniali. 362. a (b.)

Accusare matrimoniū quæ psonæ possint. 360

¶ Adam in qua ætate creatus sit. 443. b

¶ Adoptatio & filiatio legalis habent se vt cau-
sa & effectus. 374. b

Adoptio duplex, pfecta, & imperfecta. 374. b

Adoptio quid secundum iuriscōsultos & theo-
logos. 374. b

Adoptio quare inuenta. 374. a

Adoptare quæ personæ possint. 375. b

¶ Aduentus Christi duplex. 412. a

¶ Adultera dotem amittit deferendam mari-
to eam publica autoritate occidēti. 276. b

Vide in verbo Vxoridicium.

Adultera an possit dēbitū à viro exigere. 160. b

Adulteræ pœna apud quasdā nationes. 275. b

Adulterā qui petijt ad diuortiū in foro eccle-
siæ, nequit ad necem postea obid in secula-
ri foro petere. 276. b

Adulterā Hispani nō necessaria morte cōdem-
nant. ibidem

Adulteram occidens an peccet. 275. b

Adulteram occidendam cur Hispani tradant
marito. 276. a

Adulteram testibus conuictam potest vir pu-
blica autoritate occidere. 276. a

Adulterā an possit maritus propria authorita-
te occidere. 274. b. Et an excusetur à pœna
homicidij. 275. a

Adulteram vxorem nū propria autoritate,
non expectata ecclesia possit maritus defe-
rere. 259. b. & seq.

Adulteram retinens, an in eius crimen cōsenti-
re videatur. 258. b. & seq.

Adulteram pertinacem nec resipiscētē an de-
beat maritus deferere. 258. a

Adulteram emendatam consiliū est ne vir per
diuortium deserat. 257. b

Adulterij causa licitum est diuortium petere.
253. a. V. de verbum diuortium.

Adulterij crimen est mixtifori, vbi discrimen
fori assignatur. 126. a

¶ Etas sponsalibus necessaria. 122. a

Etas ordinandorum de iure antiquo & de no-
uiori

uiori quæ sit. 51. b

Etas matrimonio aptā, quænam secundum
philosophos sit. 249. a

Etas in matūra matrimonio plurima secum
fert incommoda. ibidem.

Etas ad matrimonium secundum canones &
leges exacta. 249. a

Etas ad matrimonium requisita, an suppleri
possit malitia, & an prudentia. 250. a

Etatis defectus nō solum est impedimētum
propter impotētiam coeundi, sed propter
defectum vltus rationis. 250. b. & seq.

Etatis defectus impedit & dirimit matrimo-
nium. 249. & seq.

Etate minor foemina cur maturior sit viro
quàm vir foemina. 251. a

Affinitas spōsalibus superueniens ea dirimit
128. & 165. a

Affinitas quæ propriè dicatur. 344. b

Affinitas aliqua an contrahatur. 344. a

Affinitas non cōtrahitur per coitū nefarium
348. a

Affinitas quoto gradu prohibita. 350. b

Affinitas non contrahitur per osculum & im-
pudicos tactus, imò nec per seminis effusio-
nem extra legitimum vās. 348. a

Affinitas omnis vsq; ad quartū gradū impe-
diens est matrimonij contrahēdum im-
pediens & contractum dirimens. 350. b

Affinitas per illicitū cōcubitum contrahitur
dummodo in vase legitimo copula cōsum-
metur. 347. b

Affinitas vel aliquid matrimonij impedimē-
tū vtrū post spōsalia cōtrahatur. 347. a. b

Affinitas vna an aliam trahat. 245.

Affinitatis gradus an sit aliquis iure naturæ
vetitus. 351. a

Affinitatis perpetuum est vinculum. 347. a

Affinitatē cum patre an cōtrahat qui filiū lu-
dæi vel gentilis de fonte leuauit. 373. a

¶ Agar vera vxor Abrahæ. 212. a

Agar cū suo limace domo propelli iussa est.
212. b

Agar quomodo repudiata. 222. b

¶ Alimentorum vltus nō erit post resurrectio-
nem. 446. b

Amicitia duo genera. 344. b

Amor & delectatio nō est in omnibus beatis
equalis. 699. aliàs. 599. b

Amor in patria non est liber. 613. b

¶ Ancillam si ducat ingenuus credens liberā
si tamen dicat, quod eā duceret si esset an-
cilla, minimè tenet. 245. b

Ancillam herus si ingenuo locet, turc & liber-
tate donare cōsetur, & matrimonium legi-

Index Alphabeticus.

timum est. 245. a

Ancillam si ducat vxorem herus, matrimo-
nium stabile est. ibidem. b

Ancillā si quis ignorās duxerit, an ea postea
secretò à domino manumissa conualescat
matrimonium. 245. b

Ancillam si quis ducat libertate in tēpus do-
natam, an valeat matrimonium. 246. a

Ancillam ingenuus duxit, post cōditionis cō-
scijs, matrimonij confirmare cupit, autic
eadem ipsa consentire debeat. 246. a

Angelus quo pacto Deum comprehendat.
595. b

Angelus & anima in quo differant. 387. b

Angeli animas in cœlum euehunt. 463. a

Angeli neq; boni neq; mali sentēcia Christi
iudicabuntur, quantum ad supplicium vel
præmium essentielle. 517. b

Angeli nō organizabunt corpus hominis in
resurrectione. 416. a

Angelorum bonorum & malorum officia in
die iudicij. 404. b. & seq.

Anima Christi videt in verbo omnia quæ
Deus videt scientia visionis. 608. b

Anima separata à corpore eandem naturam
& affectionem ad corpus retinet, nō è con-
tra corpus ad animam. 426. a

Anima an indigeat organo corporeo. 383. b

Anima scilicet, quæ in paradiso inhabitat, nu-
lla vnquā in hanc vitā reuocata fuit. 468. b

Anima separata à corpore vtrū moueatur
localiter. 462. a

Anima nostra & brutorū quibus differentijs
distinguantur. 384. a

Animam esse immortalem an sit ratione na-
turali cognitum. 381. a. & seq.

Animam nō esse corruptibilem quibus ratio-
nibus probetur. 384. a

Animā esse immortalē firmissima eadēq; cer-
tissima cōfessio est Christianæ fidei. 382. a

Animam per se subsistere quibus rationibus
venandum sit. 383. a

Animā esse immortalē dubitarūt aliqui prop-
ter male intellectum Aristotelem. 385. b

Animæ puerorum sine baptismo obitum
deponantur à demonibus in limbū. 463. b

Animæ beatorū secundum beatitudinis posi-
tam legē nequeunt è suis receptaculis exi-
re nunquam reuersuræ. 468. b

Animæ defunctorum non quidē necessitate,
eò quòd in sua receptacula cōferre se ipsæ
nequeant, sed alijs de causis deferuntur vel
ab angelis vel à demonibus. 462. b

Animæ defunctorum secundum permissiōē
aut dispēnsatiōē è suis receptaculis ad nos
possunt

Index Alphabeticus.

possunt reuerti. 467.a
 Animæ defunctorum in sinu Abrahæ expē-
 ctant resurrectionem corporum. 460.a
 Animæ nunquam ab inferno aut limbo ita
 egrediuntur, vt non sint reuersuræ. 466.b
 Animæ iudicium mentale. 463.a
 Animæ quæ sunt in purgatorio solent appa-
 rendo suffragia sibi fieri deposcere. 467.b
 Animæ quæ in inferno detinentur, vtrum ali-
 quando exeant ibidem.
 Animæ separantur qualiter ab igne inferni pa-
 ti dicuntur. 658.b
 Animæ iustorū illico in cœlū euolant. 463.a
 Animæ damnatorum an fungantur officio
 dæmonum ad tentandos homines. 468.a
 Animarum quinque fuerunt ab orbe condi-
 to receptacula. 451.a.b
 Animarum status duplex ibidem.a
 Animas damnatorū post aliquot secula pur-
 gatas regno dei perfruituras putabat Ori-
 genes. 657.b
 Animas defunctorum falso existimat vulgus
 in purgatorio detineri quousque debitorū
 restitutio hic fiat. 481.a
 Annus probationis an abbreviari debeat in-
 grediētī religionem post matrimonium ra-
 tum. 117.a
 Annus integer probationis expectandus est
 manenti in seculo, nec interim potest alij
 matrimonio iungi. 116.b
 Annus inceptus an sufficiat ad spōsalia. 123.a
 Annus inceptus an sufficiat ad matrimonij.
 249.b
 ¶ Antichristus quare permittetur persequi
 familiam Christi. 497.b
 Antichristus quanto tempore persequetur
 ecclesiam. 500.b
 Antichristus vera miracula non edet. 500.a
 Antichristus aduentum Christi præcessurus
 est. 495.a
 Antichristus quare sic dictus. 495.a
 Antichristus pessimus omnium futurus est
 mortalium. 499.b
 Antichristus per Michaelē extinguet. 500.a
 Antichristi natiuitas & mores. 499.a
 Appetitus duplex, vnus naturalis alius liber.
 573.a
 Apostata à fide siue clericus siue laicus irre-
 gularis est. 55.a
 Apostoli creati sunt à Christo episcopi. 31.b
 Apostolos resuscitasse gentiles qui in infer-
 no damnati erāt, quomodo intelligendū sit.
 478.b
 ¶ Argumentum nullum desumipote est exve-
 teri lege, nisi quatenus natiuam vim natu-

ralis iuris habet. 326.b
 ¶ Arif. lib. 2. de Gene. c. 3. clarissimè dicit ani-
 mæ extrinsecus aduenire, & esse diuinā. 387.b
 Aristotelem cognouisse animā esse immorta-
 lem doctissimè comprobatur. 383.a
 ¶ Arbor affinitatis noua excogitata ab au-
 thore. 346.
 ¶ Astra corporaq; cælestia in incremento lucis
 in mūdi inuolutione decorabuntur. 549.a
 ¶ Auditus etiam in corpore glorificato habe-
 bit vsum foelicissimum. 629.a
 ¶ Aueros quam delirè & freneticè Aristo-
 telem interpretetur loquentem de intellectu
 agente, & possibili. 386.a
 ¶ Aureola quid. 642.b. & 643.a
 Aureola virginitatis an sit cōcedenda sacra-
 tissimæ virgini. 648.b
 Aureola nō est principaliter in corpore, sed
 in mente, quanuis per quādam redundan-
 tiam refulgeat in corpore. 653.a
 Aureola non cōpetit Christo domino. 652.a
 Item nec angelis. 652.b
 Aureola doctorū quibus debeat. 651.a
 Aureola Martyrum cæteris anteferenda est.
 651.b
 Aureolam virginitatis an valeant promereri
 frigidi & eunuchi, cæteri q; ad generādum
 impotentes. 648.a
 Ad aureolam virginitatis requiritur propositū
 perpetuū virginitatis seruandæ. 647.a
 Aureolæ tantum sunt tres, scilicet, virginita-
 tis, martyrij, & doctrinæ. 646.b
 Aureolæ an sint ab essentiali beatitudine di-
 stinctæ. 643.a
 Aureolæ vtrum futuræ sint in beatis à fructi-
 bus distinctæ. 642. & seq.
 Aureolæ subiectum quod. 643.b. in. fi.
 Autor suorū operū catalogū recēdens quædā
 animaduertit & castigat. 672.b. & seq.
 B.

B Alneari cum parētibus nefas erat
 filijs apud Romanos. 328.a
 Bannum quid. 135.b
 Banna vnde originem traxerint. 137.a
 Banna an exigantur ante sponsalium con-
 tractum. 139.a
 Banna non sunt iussa iure cōiuni sub excō-
 municationis pœna, ibidem.b
 Bannorum ritus dissimulandus esset, nec abs-
 que illis contrahentes excoimunicandi.
 139.b
 Bannorum omisio non est mortalis. 141.b
 ¶ Baptismus est sacramentorum ianua. 300.b
 Absq; baptismo nullus sacramēti est homo
 capax. 25.

Ba-

Index Alphabeticus.

Baptizans vel baptizatus bis, est irregularis.
 55.b.
 Baptizans proprium filium, quādo debitum
 petere, & aliud inire coniugiū impediatur.
 270.b.
 ¶ Beatissima virgo Maria vide in verbo Maria
 ¶ Beatus non est qui habet quicquid vult, vt
 vulgus existimat. 579.a.
 Beati vniuersi vident in verbo omnes quiddi-
 tates rerum naturalium, non tamen rerum
 super naturalium, vt opinabatur Durādus.
 607.a.
 Beati vident creaturas visione matutina & ve-
 spertina, quid. 605.a.
 Beati vniuersi vident omnia quæ sunt forma-
 liter in Deo. 601.b.
 Beati nō omnes æquali beatitudine fruuntur.
 595.a.b.
 Beati an possint videre essentiam Dei non vi-
 dendo personam. 602.a.
 Beati vident in verbo quantum ad rerum exi-
 stentias quotquot ad suum cuiusq; statum
 pertinent. 608.b.
 Beati in corporibus glorificatis mouebuntur
 locali motu. 637.a.
 Beati an pedibus gradientur, an verò alio mo-
 tu mouebuntur. 637.b.
 Beati etiam habitibus pœnitentiæ insigniuntur.
 Beati damnatorum miseriam & pœnas vidēt.
 671.a.b.
 Beatorū visiones per quid variabūt, vt sunt
 aliæ alijs perfectiores. 598.a.
 ¶ Beatitudo in genere cognita necessitatem
 infert voluntati quantum ad specificatio-
 nem, non tamen quantum ad exercitium.
 576.a.
 Beatitudo perfecta & suprema naturalibus vi-
 ribus acquiri non potest. 582.b. & 579.a.b.
 Beatitudo non consistit in operatione homi-
 nis, quæ in hac vita caduca haberi potest.
 560.b.
 Beatitudo vtrum sit potius intellectus quàm
 voluntatis operatio. 561.a.b.
 Beatitudo perfecta semel acquisita amitti nō
 potest. 582.a.
 Beatitudo in nulla re corporea cōsistit. 556.a.
 Beatitudo practica & speculatiua. 572.a.
 Beatitudo quid & in quo distinguatur à felici-
 tate & vltimo fine. 556.a.
 Beatitudo est intellectus cognitio per se suffi-
 ciens. 572.a.
 Beatitudo est actio immanens. 559.b.
 Beatitudo post resurrectionem erit intensiue
 maior. 615.a.
 Beatitudinem in visione consistere & in frui-

tionem adeò nō sunt diuersa vt sint idē. 571.a
 Beatitudinem sub generali ratione omnis ho-
 mo suapte natura appetit non solum natu-
 rali inclinatione, sed etiā aeternelicitate. 575.b.
 Beatitudinem in particulari cognitam, nemo
 naturaliter potest appetere actu elicitō, ni-
 si super naturalis cognitione præsupposita.
 578.a.
 ¶ Benedictio ecclesiæ an sit forma matrimo-
 nij. 86.a.b.
 Benedictio nuptialis solum est de solennitate,
 non autem de forma necessaria. 91.a.b.
 Benedictiones nuptiales ecclesiæ per consum-
 mationem matrimonij præuenire an sit pec-
 catum. 140.b. & 141.a.
 Benedicere in Deo est benefacere. 533.b.
 ¶ Bigamus quicumque irregularis est. 132.a.b
 in principio.
 Bigamus quis duatur. 129.
 Bigamus primus in lege naturæ fuit Lamech,
 qui duabus vxoribus vsus est. 211.a.
 Bigamus contrahens cum duabus successiue
 irregularis est, & huiusmodi irregularitas,
 an sit de iure diuino. 130.b.
 Bigamus an sit qui duo matrimonia inualida
 consummauit. 131.a.
 Bigamus fit ducens vnā de iure, & alteram
 defacto. 131.a.
 Bigamus est qui ab altero cognitā ducit vxō-
 rem. 131.a.
 Bigamus non est qui virginem à se constupra-
 tam duxit. 132.a.
 Bigamus fit qui adulterā vxorē scienter post
 adulterium cognoscit. 132.a.
 Bigamus est qui post solēne castitatis votum
 matrimonium defacto contraxit. 132.a. &
 130.a.
 Bigami clericali priuilegio nō fruuntur. 281.b.
 Bigami septem modis fiunt. 130.a.
 Bigamia significationi sacramenti contraria
 est. 54.b.
 Bigamia duobus matrimonijs cōsummatis cō-
 trahitur. 130.a.
 Bigamia in omni lege fuit. ibidem.
 Bigamiæ duplex genus. ibidem.
 Bigamiæ irregularitas nō tollitur per baptis-
 mum. 132.b.
 Bigamiæ Abrahæ mysterium explicatur.
 211.b.
 Bigamia ante baptismū cōtracta obstat sacra-
 mento ordinis suscipiēdo. 133. per tot. art.
 Bonum triplex. 188.b. & 556.a.b.
 Bonum matrimonij sicut & eius finis triplex.
 209.
 Bonū solum an sit obiectum voluntatis. 576.a

Tom. 2.

**

bona



Index alphabeticus.

Bona excusantia matrimonium tria tantum sunt. 187.b.
 Bona matrimonij duplicia. 188.a.
 Bona huius seculi quare certis limitibus & lineis distincta sint. 609.a.
 Bona animi in tribus vitæ generibus collocantur sapientes. 561.b.
 Brutæ animantes secundum Aristote. & Plinium etiam maternam congressum exhorrent. 329.a.
 Brutæ animates, quia cognitione finis carent, non sunt animæ capaces. 321.b.
C.
 Caelum quiescens præstantius erit post consummationem seculi, quàm mouens se. 548.b.
 Cæli conflagrationem mundi non perpetientur. 542.b.
 Cæli non sunt diuisibiles. 633.a.
 Cædauera quare hodie non cremantur. 483.a.
 Calendarij error in assignatione diei conceptionis Christi. 419.a.
 Cardinalis quare sic dicitur. 36.b.
 Cardinalium antiquitas ibidem.
 Cardinalium ordo non censetur iure diuino institutus tanquam à presbyteris & episcopis distinctus, sed pontificum iure inuentus ostenditur. 36.b.
 Castri nunquid matrimonium contrahere possint. 235.a.
 Castitatis voto an teneatur in fans ante vsum rationis ordinibus sacris initiatus. 50.a.
 Cataphrygæ hæretici mulieres ad sacros ordines admittēbant. 49.a.
 Catharina filia Ferdinandi & Elisabeth regū Hispaniæ duobus fratribus regibus Angliæ nupsit. 333.a.
 Catholicus vir an teneatur vxorem reconciliatam ecclesiæ in suam domum recipere, & an ea inuita possit religionem ingredi. 316.b.
 Celebrans ante completam legitimam ætatem. 52.a.
 Certitudo moralis quænam sit. 168.a.
 Certitudo moralis requiritur mortis coniugis vt secundum matrimonium valeat. 280.a.
 Character quare in matrimonio non imprimatur. 189.b.
 Character sacramenti ordinis eo momento imprimitur, quo infunditur gratia, & eo infunditur gratia, quo character imprimitur. 20.a.
 Character sacerdotalis imprimitur ante manuum impositionem ibid.
 Character superioris ordinis inferiores non præsupponit. 25.b.

Character nouus non imprimitur in consecratione episcopi, sed extendit sacerdotalis. 34.b.
 ¶ Christus an fuerit rex temporalis. 64.a. & 65. vbi latissima disputatio.
 Christus nunquid rex iure paterno extiterit. 65.b.
 Christus monarcha totius vniuersi. 65.b.
 Christus postquam resurrexit verè comedit. 448.a.
 Christus etiã quatenus homo constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. 512.a.
 Christus quare primus resurrexit. 507.b. 502.a.
 Christus ad iudicium venturus est in forma humana. 520.b.
 Christus etiam in quatum homo nouit diem iudicij. 414.b.
 Christum in forma sedentis credibile est iudicaturum. 530.b.
 Christiani omnes filij dei adoptiui sunt. 374.a.
 ¶ Cineres quare dicuntur reliquie cadauerum. 424.b.
 Cineres cuiusq; particule corporis an ad eandem redibunt. 438.b.
 Cinerum nomine intelligitur quicquid sit illud in quod corpus fuerit resolutum. 415.b.
 Cineribus cadauerum nulla supererit inclinatio animæ resumenda. 426.a.
 ¶ Claritas non erit æqualis in omnibus beatis corporibus. 640.a.
 Clerici non sunt exempti circa bona, quæ per negotiationem acquirunt. 72.b.
 Clerici in sacris de facto nuptias pacifices excoicantur, & beneficijs priuantur. 286.a.b.
 Clerici & ecclesiæ ministri quare à re vxoria debeant esse alienissimi. 284.a.
 Clerici etymologia. 27.b.
 Clerici eo ipso qd corona insigniuntur, non censentur patrimonia aut temporalia bona à se abdicare. 28.b.
 Clerici neque iure diuino neq; humano sunt omnino à legibus ciuilibus exempti. 72.a.
 Clerici vendentes frumentum contra pragmaticam. 72.a.
 Clerici Græci. Vide Græci.
 Clericos quare Cæsares appellauerit Vitecleff. 26.b.
 Clericos negare esse exemptos à potestate ciuili error cõdemnatus in concilio Constantiensi. 70.b.
 Clericos papa potuit ab exactionibus & foro secularium principum liberare. 72.b.
 Clericorum exemptio propter eorum crimina remissius à prælatis punita frequentius violatur. 73.a.
 Clericorum res & bona an sint iure diuino à pote-

Index Alphabeticus.

potestate ciuili libera. 71.b.
 ¶ Coactio simpliciter dicta in rebus duntaxat inanimis est, & in mēbris animatorum. Atq; ibi. Vide an sit in appetitu rationali vel sensitiuo. 146.a.
 Coactionis duplex genus. 146.a.
 ¶ Cogere nequit pater filium ad nuptias, inducere tamen potest. 158.a.b.
 Cogere potest respublica opificibus destituta eos qui sibi necessarij videbuntur. 80.b.
 Cogi num possint aliquo casu sacerdotes, aut monachi vel moniales ad matrimonium propter sponsalia iurata. 124.a.
 Cogi an quæ possit vt cõsentiat matrimonio. 150.a.b.
 ¶ Cognatio legalis triplex. 376.a.
 Cognatio spiritualis solum post legem euangelicam viguit. 365.b.
 Cognatio spiritualis matrimonium cõtrahendum dirimit, non autem cõtractum. 365.b.
 Cognatio spiritualis an oriatur ex illicito coitu. 372.a.
 Cognatio spiritualis quid. 365.a.
 Cognatio spiritualis duntaxat p duo sacramenta baptismi & cõfirmationis cõtrahitur. 367.b.
 Cognatio spiritualis solum est ex statuto ecclesiæ. 365.a.
 Cognatio spiritualis quæ quis cõtraxit non per actum proprium, sed per alienum minimè in eius vxorem transfunditur. 37.a.
 Cognatio legalis, quod impedimētum sit matrimonij. 376.a.b.
 Cognatio spiritualis an duntaxat inter baptizantem & baptizatum contrahatur. 370.a.
 Cognatio spiritualis non contrahitur per procuratorem. 369.b.
 Cognatio superius nomen est quàm consanguinitas. 319.b.
 ¶ Coitus nefarius non parit affinitatem. 348.a.
 ¶ Compaternitas quibus modis contrahitur. 371. Vide cognatio spiritualis.
 ¶ Comprehensionis nomen quot modis accipitur. 394.a.
 ¶ Conatus ad copulam citra seminationem non consummat matrimonium. 111.b.
 ¶ Cõcubitus coniugalis solius voluptatis gratia non est mortale aut veniale. 191.b.
 Concubitus semper fuit illicitus sicut & fornicatio. 212.a.
 Concubinarij possunt se mortuis coniugibus mutuo copulare. 277.b.
 ¶ Cõdensatio absq; motu qualiter fieri possit in resurrectione corporum. 418.a.
 ¶ Cõditio turpis habet pro non adiecta. 167.a.
 Cõditio impossibilis duplex. 167.b.

Cõditio ois mñionio cõtraria ipsū tollit. 169.a.
 Cõditio honesta de futuro suspendit contractum. 170.a.
 Cõditio si est pulchra, si mecum cõcubueris, quid operetur. 172.b.
 Cõditio impossibilis pro non adiecta habetur. 167.b.
 Cõditio, si papa dispensauerit, si patri placuerit, quid efficiat. 164.b. & 163.b.
 Cõditio de futuro adiecta verbis de præsentia, an impleta conciliet matrimonium absque nouo consensu. 162.b.
 Cõditionum varia genera. 161.a.
 Cõditionatus cõsensus an sufficiat ad matrimonium. 160.b.
 ¶ Cõditionatus cõsensus copula subsequente redditur purus. 170.b.
 Non cõfirmat an possit ordinibus initiari. 25.b.
 ¶ Coniux manens in seculo totum annum probationis expectare debet. 116.b.
 Cõiux etiã ante copulam non potest religionem non approbatam altero inuito profiteri. 116.b.
 Coniugi relicto ante copulam non fit iniuria propter religionis statum. 112.a.
 Coniuges si incipiunt dubitare an matrimonium ab eis cõtractum sit validum, quid agendum. 109.a.
 Coniugum potest alter altero inuito religionem ingredi ante copulam. 111.b.
 Coniugium non meretur palmam sicut virginitas quomodo intelligendum. 84.a.
 Coniugatus quibus modis possit eligi in episcopum. 116.b.
 Cõiugatus de facto alia ducens nequit cum ea post obitum legitimæ vxoris cõtrahere. 278.a.b.
 Coniugatus si inuita vel ignorante vxore ordinetur, in hæresis suspicionem incidit, & ab ordinibus suspenditur. 57.a. & 287.a.
 Consanguinitas quid. 319.b.
 Consanguinitas per lineas & gradus quomodo distinguitur. 321.b.
 Cõsanguinitatis noua arbor excogitata ab auctore. 322.b. & seq.
 Consanguinitatis definitio an sit legitime cõstituta examinatur. 319.b.
 ¶ Cõsensus formalis vel interpretatiuus non requiritur ad susceptionem ordinum. 511.a.
 Cõsensus mutuus de præsentia est causa efficiens: nempe forma & materia sacramenti matrimonij. 84.a.
 Cõsensus formalis in carnalē copulam, non est ad essentiã matrimonij necessarius. 94.b. 103.b.
 Cõsensus interni etiam de præsentia, non sufficiunt nisi exterius per verba itidē de præsentia vel nutus exprimentur. 104.b.
 Cõsensus tacitus quando sponsus præsentibus

Index alphabeticus.

bus & non dissentientibus alij pro ipsis respondent matrimonium efficit. 106.a.
 Consensus utriusque contrahentis an simul tempore concurrere debeant. 106.a.
 Consensus de presenti in duo matrimonia citra copulā an constituat quē bigamum. 130.a.
 Consensus coactus quando matrimonium in validum reddat. 150.a.
 Consensus si absit, nulla verba quo ad Deum matrimonium conciliant. 151.a.
 Consensus coactus an omnes contractus iure naturæ eneruet. 151.a.b. & seq.
 Consensus in matrimonium & in copulam, sed uterque metu mortis extortus an efficiat matrimonium. 156.b.
 Consensus de presenti sub conditione de presenti an perficiat matrimonium. 161.b.
 Consensus novus requiritur post dispensationē Papæ in gradu prohibito. 163.b.
 Consensus in interiori iudicio nunquam per copulā præsumitur. 125.a.b. Vide Copula.
 Consentire an possit alter in matrimonium post longum temporis lapsum. 106.b.
 Consentire simul an teneatur alteri verè consentiente fidem servare. 110.a.
 Consensisse dū alter vel uterque negat quid agendum. 107.b.
 Consummare matrimoniū ante benedictionem ecclesiæ an sit peccatum. 140.b. & seq.
 Constant qui dicatur, & quomodo differt à pertinaci. 147.b.
 Continentia ordinibus sacris annexa est, & super ea dispensare non potest papa. 285.a.
 Copula conjugalis est de perfectione secunda matrimonij. 94.a.b.
 Copula carnalis licet nō sit de essentia matrimonij, potest tamen coeundi de eius essentia est. 233.a.
 Copula carnalis post sponsalia de futuro, in foro conscientie non est sufficiens causa matrimonij. 125.a.
 Copula interpretatiuus consensus est perficiendi quod per sponsalia fuerat inceptum. 125.a.b.
 Copula præcedens sponsalia nō efficit ea matrimonium. 125.a.
 Copula præcedens benedictiones ecclesiæ an sit peccatum. 140.b.
 Copula subsequens conditiones contractus eos reddit puros. 170.
 Corona optimum & clericis dignū insignit. 26.b.
 Corona clericalis quomodo debet attōdi. 27.a.
 Corona clericalis res antiqua. ibidem.
 Corona clericali plures in Hispania insigniuntur, quo liberius delinquant. 28.a.b.
 Corona quare Levitæ nō decorabantur. 28.b.

Coronam nisi aperuerint, qui clericali privilegio potiuntur, excommunicabuntur. 28.a.
 Coronam an teneatur aperire coniugati clerici. ibidem.
 Coronæ clericalis privilegio non gaudet bigami. 28.a.
 Coronæ clericalis & monachalis discriminē. 28.a.
 Coronæ attonio quid designet. 27.b.
 Corpus idem quod corruptū est cōtra Durandū ex eisdem cineribus resurget. 431.b.
 Corpus gloriosum non movebitur in instanti sed subito. 638.a.
 Corpora beata utrum à corpore nō beato naturaliter videri possint. 640.a.
 Corpora electorum cū omnibus suis mēbris resurgent. 339.a.b.
 Corpora quæ cū Christo resurrexerūt, an glorificata resurrexerunt. 409.a.
 Corpora gloriosa qua virtute se se mutuo penetrabunt. 635.b.
 Corpora omnia humana priusq̄ resurgēt vsq̄ ad elementa resolventur. 425.a.
 Corpora obesa, crassa, macilenta &c. qualia sint resurrectura. 436.b. & seq. Vide in dictione, Resurgere.
 Corpora beata duo poterūt in eodē loco subsistere, licet philosophiæ naturali repugnet. 633.b.
 Corpora beata quibus dotibus exornabuntur. 623.a.
 Corpora damnatorum absq̄ vllō vitio naturæ resurgent. 661.a.
 Corpora damnatorum an donabuntur dote subtilitatis. 662.a.
 Corpore vitiatū suscipiendis ordinibus inepti sunt. 53.a.
 Corruptio rei bifariam accidit. 383.b.
 Corruptam an possit per naturam idē numero redire. 396.a.

D.

Dæmones quare nonnunquam in hominem potestate exercere permittantur. 239.b.
 Dæmones habet virtutem animā aut corpus movendi localiter, aut aliqua qualitate afficiendi. 236.a.b.
 Dæmones quare nunquam formā ovulum induant. 532.a.
 Dæmonū maleficia quibus modis fiāt. 237.a.
 Dæmonum fallacia circa maleficos. 237.b.
 Damnati an cum omnibus membris suis resurgent. 441.a.
 Damnati aliqui vtrū resuscitati postea in celum evolauerint. 478.b.
 Damnati videbunt dotes gloriæ humanitatis Christi.

Index Alphabeticus.

Christi nempe claritatē & reliquas. 524.b.
 Dānati quib⁹ pœnis torquebuntur. 664.b. 665.
 Damnati pœnitentiā non fructuosam sed sterilem & cruciantem habent. 665.b.
 Damnati an experiantur sensum frigoris. ibi.
 Damnati utrum gloriam beatorum videant. 971.a.b. Vide plura in verbo, Corpora, & in verbo, Anima.
 David an fuerit verus pater Thamar. 334.b.
 Debitū à coniuge petere pridie q̄ accedendum sit ad eucharistiam, irreverentia est, nō tamen mortalis. 274.a.
 Debitum petere nō potest qui ut affinitatem cum coniuge contraheret, propriam prolem baptizavit. 270.b.
 Debitū ab vxore petere nō potest, reddere tamen tenet incestuosus. 272.a. vide Incestuosus.
 Debitum reddere, nō tamē exigere potest debius de morte prioris coniugis. 280.a.
 Debitum petere nō potest, reddere tamen potest, qui post votū simplex castitatis matrimonium contraxit. 292.a.
 Debitum denegare potest vir vxori in adultério deprehensa. 290.
 Idem potest vxor viro adultero. 262.b.
 Melius tamen est ne denegat. 257.b.
 Debitū an possit vir denegare vxori propter solam adulterij suspicionem. 260.b.
 Debitum petere an possit adultera à viro innocenti. 62.b.
 Debitum exigere siue reddere in loco sacro mortale est. 204.b.
 Debitum an teneatur reddere cōiux sanus in sano & furioso. 240.b.
 Quid etiam in leproso. 199.b.
 Debitum redere tenetur alteruter coniugum de necessitate præcepti. 161.a.b.
 Debiti petendi & reddendi an par sit utriusque coniugum ius. 201.a.
 Debitū petere aut reddere an liceat menstruatæ. 202.b.
 Debitū negare an liceat causa voti aut orationis aut temporis sacri. 203.a.
 Debitū reddere nō tenetur cōiux intra duos mēses post nuptias. 203.a.
 Debitum reddere an teneatur cōiux qui dubitat an matrimonium sit validum. 109.a.
 Deus potest in hoc seculo ex privilegio singulari visionem suis dilectis impartiri. 593.a.
 Deus in ratione speciei vnitur intellectib⁹ beatis ad producendum eius visionem. 587.b.
 Deus videri potest totus sed nō totaliter. 566.a.
 Deus sine lumine gloriæ videri nequit. 590.b.
 Deus corporalibus oculis videri nequit. 580.b.
 Deus se ipsum comprehendit. 595.a.

Deus simpliciter est incomprehensibilis. 594.b.
 Dexterā & sinistra in iudicio quæ sit. 530.b.
 Dexterā Dei duo significat. 521.b.
 Diaconus in peccato solenniter officium exercens nō peccat mortaliter. 23.b. & 59.b.
 Dies iudicij omni puræ creaturæ tã per causas naturales quàm secundum viam Dei ordinariam occulta est. 411.a.
 Dies conceptionis Christi. 419.a.
 Dies Danielis & Apocalypsis de die iudicij explicantur. 414.a.
 Diei iudicij qui præiunxerunt non sunt audiendi. 513.a.b.
 Diei iudicij nosse an expedierit ecclesiæ. 412.a.
 Dispensatio in gradu prohibito non firmat matrimonium absq̄ novo consensu. 164.a.
 Dispensatio in illa ecclesiæ locum habet super voto solenni religionis. 295.b.
 Dispensatum fuit cū Hebræis super furto, ut Egyptiorum vasa surriperent. 219.b.
 Item super vxorum multitudine. 223.b.
 Dispensare an possit Papa super gradus in Levitico prohibitos. 336.b. in fine.
 Dispensare potest episcopus in omnibus in quibus papa, nisi expresse sit cohibitus. 115.a.
 Dispensare in quot casibus soleat episcopus. 205.b. 133.a. 138. & seq.
 Dispensari an possit cum sacerdote occidentali ut nuptias contrahat. 284.b. & seq.
 Diuinitas Christi ab iniquis an sit conspicienda in die iudicij. 523. & seq.
 Diuitis Epulonis historiā narratur. 656.a.
 Diuortium quoad thorum quibus ex causis fieri possit. 136.b.
 Diuortium & repudium quid. 221.a.
 Diuortium vnde dictum, & quotuplex. 253.b. & 259.b.
 Diuortium non autem repudium pontificum iure permissum est. 222.a.
 Diuortium ex iure diuino & naturali ortum habet. 253.b.
 Diuortium fornicationis causa in quibus casibus maritus nequit petere. 254.a.
 Diuortium peti potest propter fornicationē spiritualē: nempe hæresim, apostasiā. &c. 356.b.
 Diuortium an concedatur propter alia crimina, quàm fornicationis. 256.b. in fine.
 Diuortium petere ab vxore fornicaria in qua tuor tenetur maritus. 258.b.
 Diuortium fieri priuata auctoritate nō potest. 260.a.
 Diuortium petere an pariter possit vxor sicut vir. 261.a.b. & seq.
 Per diuortium an matrimonium quoad vinculum dirimatur. 263.b.
 Post diuortium si fornicetur vir an possit cō-

Index alphabeticus.

Dellu redire ad vxorem. 267. b. & seq.
Diuortio faciendo an satis sit nefandum cri-
men probare. 253. b.
Diuortio celebrato vtrū possit vir aliud inire
matrimonium. 262. b. & sequen. vbi elegās
disputatio.
¶ Donatio facta Syluestro Papā à Constan-
tino Cæsare verè donatio fuit, nō tamē re-
stitutio. 67. a.
Dotes quæ futuræ sint in corporibus glorio-
sis. 622. b.
Dotes non nisi in gloria dantur. 616. b. & seq.
Dotes nō erant ante orbem redēptum. 617. a.
Dotes vtrū Christo vel angelis cōpetant, an
verō solum hominibus. 618. b.
Dotes an sint habitus. 621. a.
Dotes an in qua ratione à beatitudine distin-
guuntur. 621. b. & seq.
Dotes an quot à doctorib⁹ assignentur. 620. b.
Dotiū fidei iustores ex parte viri dari non pos-
sunt. 229. a. b.
Dotium obligationem non soluit copula sub
sequens conditionalia sponsalia. 170. b.
¶ Dubium quando quid dicatur. 108. a.
Dubii duplex, speculatiuū & practicū. 109. b.

E.

Elementa qualiter inuouabuntur.
55. a.
¶ Eleemosyna quandoque gratior
esse potest Deo, & acceptior in satisfactio-
nem pro defunctis, quā longa missarum
multiplicatio. 482. b.
¶ Elias & Enoch in paradiso terrestri, reserua-
tur ad prædicandum euangelium in vniuer-
so orbe. 496. a.
Elias & Enoch in resurrectione nō morientur
cum cæteris. 424. a.
Emmanuel Rex Portugallie duas sorores du-
xit. 333. a.
¶ Episcopatus non est sacramentum. 34. b.
Episcopus vnde dictus. 32. a.
Episcopi & presbyteri olim promiscuè voca-
bantur. 32. a.
Episcopus & sacerdos in quo differant. 30. a.
Episcopus nequit consecrari antequam sit sa-
cerdos. 33. b.
Episcopus licet characterem non suscipiat, su-
scipit tamē indelebilem potestatem sacramē-
ta administrandi. 45. b.
Episcopus ex cōicatus irregularis degradatus,
sacramentum ordinis verè confert. 45. b.
Episcopus dispensat cum illegitimē natis quo
ad minores ordines. 52. b.
Ep̄s indignos ordinās peccat mortaliter. 61. a.
Episcopus cum quibus dispensare possit. 133.

b. 138. b. & 271. a.
Episcopus esse omnes promiscuè s̄cordos
ganniebat Lutherus. 30. a.
Episcoporum nouem indumenta propria atq;
sibi eorum significatio. 37. a.
¶ Erasmus in dubium reuocauit an matrimo-
nium sit sacramentum. 86. a.
¶ Error & conditio in quo differant. 171. b.
Error personæ impedit matrimonium. 175. b.
Error quādo impedit sacramentū. 175. & 176.
¶ Essentia Dei vtrū ab intellectu creato p̄ ali-
quā creatā similitudinē videri possit. 85. a.
¶ Essentia collegiū ante Christi aduentū mō-
tem nostrorū an ehoritū seruabat. 181. a.
¶ Eunuchi qui sanse castrauerunt sunt irregu-
lares. 53. b.
Eunuchi an possint matrimonium inire. 235. a.
¶ Excommunicatus nō est irregularis, sed tūc
fit irregularis, quādo excommunicatus cele-
brat. 47. b.
Excommunicatus propter omissionē bānorum
per bullam cruciatæ potest absolui. 140. a.
¶ Exequiarum ritus. 484. b.
¶ Exorcistæ officium. 17. b.

Felicitas in quibus rebus posita fue-
rit à philosophis. 557. a.
Felicitas contemplatiua & actiua.
560. b.
Felicitas & fortuna circa idem esse quomodo
intelligantur. 557. a.
¶ Fides matrimonij pro qua re accipiat. 189. b.
Fides & prolēs matrimonij bifariam confide-
ratur. 189. b.
Fides data adulteræ quando matrimonium di-
rimat. 278. a.
Fidelis cū ab infideli matrimonio discedit, nō
est homo sed Deus illud dissoluit. 313. a.
¶ Filij illegitimi vtriusq; generis siue naturales
siue spurij & nothi, honoribus publicis &
parentum honoribus priuantur. 356. a.
Filij extra verum matrimonium nati an dicen-
di sint illegitimi. 355. a. b.
Filij presbyterorum peculiaribus legibus Hi-
spanorum acrius ab hæreditate paterna re-
pelluntur. 356. b.
Filij à parentibus tria suscipiūt beneficia. 76. b.
Filij an cogi possint à patre vt matrimonium
contrahant. 158. a.
Filij cōtrahētes matrimonium inuitis parenti-
bus, quibus poenis subijciuntur. 356. a.
Filij an debeant conditionem patris sequi, an
potius ventris. 247. b.
Filij infidelium altero parentum ad fidem cō-
uerso, vtrum sequi debeant, num infideli-
tatis

Index Alphabeticus.

tatis tenacem. 309. b.
Filij quib⁹ modis fiāt legitimi. 357. b. & 358. a.
Filiorum quadruplex genus. 355. b.
Filiorum illegitimorum species. 355. b.
¶ Finis siue turpis, siue honestus adiungatur
matrimonium tenet. 177. b.
Finis matrimonij quoduplex. 177. b. & 206. b.
& 212. a.
¶ Forma sacramenti ordinis potius caracte-
rem, quā gratiam designat. 111.
Forma sacramēti matrimonij sunt verba ipsa
contrahentium. 86. a. & 91. b.
¶ Fornicator quare ad ordines admittatur cū
natus ex fornicatione abigatur. 53. a.
Fornicatio an sufficiat ad educādas p̄les. 77. b.
Fornicatio est contra ius naturæ. 212. a.
Fornicatio Abrahæ cum Agar. 212. a.
Fornicationis causa licitū virū ab vxore diuer-
tere. 253. b. 118. b. vide in verbo, Diuortiu.
Fornicationis nomen propriè non nisi carnali
turpitudini conuenit. 317. a. b.
¶ Frater in infidelitate cōtrahens cū sorore, si
ad fidē cōuertatur, nō sunt separādi. 333. a.
Fraterna cōnubia an olim fuerint vetita. 333. b.
¶ Frigiditas & maleficiū quare impediunt ma-
trimonium. 240. a.
Frigiditas quomodo probari possit post triē-
nium elapsū. 231. b.
Frigiditas matrimonium dirimit. 111. b.
Nisi coniuges cohabitare conseruerint. 222. b.
Frigiditatis nomine quid intelligatur. 231. a.
Frigidi sunt qui seminare nequeunt, quanuis
claustrum rumpant. 111. b. (233. a.)
Frigidi soluto m̄rimonio aliud inire nequeūt.
Frigidi vel impediti iudicati si secūdas nuptias
consummasse reperiuntur, ad priores sunt
reuocandi. 233. b. 239. a.
Frigidi natura erga omnes foeminas frigit:
maleficiati vero non. 236. b.
¶ Fructus et si virtuti cōtinentiæ peculiaris tri-
buatur, omni tamen virtuti cōgruit. 640. a.
Fructus quoduplex reperiatur. 644. a.
Fructus tres tribus virtutis gradibus signa-
ti. 645. a.
¶ Fruitio duplex: vna in re, altera in spe. 571. b.
Fruitio apud Doctores sacros quid p̄prie sit.
570. b.
Fruitio si accipiat effectiue p̄ actione, per quā
captatur voluptas & delectatio nō est actus
elicitus voluntatis, sed intellectus. 569. b.
¶ Funeris pompa vt pullæ vestes & lamenta-
tiones & planctus immoderati nihil defun-
cto prodest. 483. b.
¶ Cū furioso an liceat cōiugi sano concūbere.
Furiosos duos an liceat ad carnalem congress-

sum committere. 240. b.
Furia an sit impedimentū matrimonium di-
rimens. 340. a.
Furia si matrimonio antecessit dirimit, sin au-
tem successit, minimè. 240. a.
Furiæ duplex genus. ibidem.

G.

Gaudium & lætitia in quo differant.
569. a.
¶ Gehenna vnde dicta. 459. a.
¶ Generationum causa post diē iu-
dicij cessabit. 546. b. & seq.
¶ Gloria quot modis accipiat. 610. b.
¶ Gradus consanguinitatis qualiter computa-
ri debeat. 324. b.
Gradus consanguinitatis quid sit. 322. a.
Gradus eiusdē ad seipsum esse non pōt. 322. a.
Gradus primus in linea trāsuerfa in primo or-
tu dispensationem accepit. 340. a.
Gradus primus tam in linea recta, quā tranf-
uersali ad eō iure naturæ est prohibitus, vt
etiam inter infideles nullum sit. 354. b.
Gradus secundus consanguinitatis nullo iure
sic prohibitus est, quin Papa super eo dispē-
sare possit. 337. a.
Gradus quartus hodie solum consanguineos
à nexu coniugali cohibet. 340. a.
Gradus affinitatis ad normam graduū consan-
guinitatis exigendi sunt. 345. b. & 351. b.
Gradus consanguinitatis an potuerit ecclesia
taxare ad quartum gradum. 338. a. b.
Graduū prohibitio Leuitici. 18. an duret etiā
modò. 326. a.
Gratia est archa gloriæ. 617. a.
Gratia gratum faciens cōfertur in sacramēto
ordinis & matrimonij. 19. b. 89. b. & 90. a.
¶ Græci post susceptos sacros ordines neminē
nuptias conciliare permittunt. 785. b.
Græci nō habent ordinibus votum castitatis
annexum. ibidem.
Græci canones suæ opinioni aduersos depra-
uarunt. 289. a.
¶ Gustus an vsum habeat in corpore beato.
630. b.

H.

Hæreticam respicientem, si ecclesie re-
conclietur, vtrū catholicus teneatur
recōciliatam in suam domum
& thorum recipere. 316. a.
Hæresis Vvitelessi & Armachani asserentium
vitæ integritatem & ministrorum sanctita-
tem esse de essentia sacramēti ordinis. 58. b.
Hæresis Tatianorū & Encratitarū circa vsum
coniugij. 81. b.
Hæresis Armenorum asserentium, q̄ si primi
Tom. 2. ** 4 paren-

Index alphabeticus.

parentes non peccassent, nūquam ad generandum coissent. 81.a.
 Hæresis Lutheri negat matrimonium esse sacramentum. 84.b. 85.a.
 ¶ Hermaphroditus in sexum foemineū inclinans ordinum incapax est. 47.a.
 ¶ Homo nequit in hac vita suam supremā felicitatem consequi. 581.a.
 Hoies cur mas & foemina seorsum cōditi. 77.a.
 ¶ Honestas publica quid. 348.b.
 Honestas publica vtrū ex quocunq; sponsaliorum genere, quomodo concipitur, illa componantur, oriatur. 349.a.
 Honestatis publicæ, quæ ex spōsalibus oritur nullus iam, aut vix vllus est vsus. 355.a.
 ¶ Honor duplex. 614.b.
 ¶ Hora diei qua futurum sit iudicium an certa dari possit. 418.a.
 Horas canonicas qui teneantur recitare. 23.b.
 ¶ Humores oēs & humiditates quæ ad vitæ etiam mortalis necessitatem & integritatē spectant, erunt in resurgentibus. 442.a.
 I.
 ¶ **I**acob contraxit cum Lia per cōsentum nouum in ipsam. 177.a.
 ¶ Ignorantia vincibilis excusat à cōsentu iuris particularium prælatorum. 139.b.
 Ignorantia crassa & supina quæ dicatur. 138.b.
 Ignorantia nomine quid intelligatur. 145.a.
 ¶ Impassibilitas vtrū inter dotes corporis gloriosi sit connumeranda. 623.b. & seq.
 Impassibilitas solis beatis est propria. 623.b.
 Impassibilitas an sit qualitas. 625.a.
 Impassibilitatis dos secundum se considerata nullatenus maior est in beata Virgine quàm in infimo beato. 627.a.
 ¶ Impotentia coeundi duplex. 231.a.
 Impotentia naturalis triplex. ibid.b.
 Impotentia coeundi quomodo post triennium probari possit. 232.b.
 Impotentia coeundi superueniens matrimonio rato an ipsum dirimat. 232.b.
 Impotentia perpetua vel temporalis quæ dicatur. 233.b.
 ¶ Impedimentum quando sit temporale, quādo vero perpetuum. 233.b.
 Impedimentum foeminae arte si sit medicabile, matrimonium non dirimit. 233.b.
 Impedimentum quod per magicam amoueri potest, an dirimat. 234.a.
 Impedimētū dirimēs nō est foetor oris. 234.b.
 Impedimentum maleficij, Vide, Maleficium.
 Impedimentum seruitutis. Vide, Seruitus.
 Impedimenta sex matrimonium impediētia. 270.a.b. & 228.

Impedimenta matrimonij alia necessaria, alia voluntaria. 245.a. (cuere. 229.a)
 Impedimenta matrimonij ecclesia potuit statim
 Impedimenta quare peculiarius matrimonio quàm alijs sacramentis adscribantur. 230.b.
 ¶ Incestus quid & vnde. 271.b.
 Incestus cū cōsanguinea vxoris quā impediatur, & quando dirimat matrimonium. 170.a.
 Incestus cum cognata vxoris mortuæ nō impedit contrahendum. ibidem.
 Incestus occultus nō impedit matrimonij cōtractum. 271.a.
 Incestus cum propria cōsanguinea an debiti exactionem impediatur. 274.a.
 Incestuosus impeditur ne matrimonium vxore mortua inire possit. 270.a. & 272.b.
 Incubi demones possunt semē aliunde cunctū in matricē immittere. 447.b.
 ¶ Incōprehensibile perfectio modo est propriū attributum Dei. 495.b.
 Indulgētias pōtificis pro multis an Deus semper acceptas habeat. 484.a.b.
 ¶ Infidelis ad fidem cōuersus an possit cū pertinaci vnā manere. 307.b.
 Infidelis qui in sua cæcitate primā vxorē repudiauerat, ad fidem conuersus ipsam etiā respicientem tenetur admittere relicto ijs quæ post repudium duxerat. 311.a.
 Infideles quo iudicio iudicādi sint. 526.b. in fi.
 Infideles qui in gradibus ab ecclesia prohibitis contraxerunt, post conuersionem an debeant separari. 310.b. in fin.
 Infidelium proles si alter conuertatur ad fidem quem sequi debeat. 309.b.
 Infidelium conuersio multiplex. 307.b.
 ¶ Infantes, vide Paruuli.
 ¶ Infernus damnatorum sedes quo loco sit cōstitutus nondum est tanta certitudine cōmputum. 454.a. & seq.
 Infernus & inferi idem. 457.b.
 Infernus quare dicatur gehenna. 657.a.
 ¶ Ignis quo mūdus expurgabitur, an sit futurus eiusdem speciei cū elementari & nostro 540. & 654.b. in fin.
 Ignis cōflagrationis mundi faciē aduentantis iudicis antecedit. 541.b.
 Ignis purgatorius iudicij nō pertinet ad elementū ignis in suo ppro loco existēs. 544.b.
 Neq; cælestes orbis perpurgabit. 542.b.
 Ignis lata sententia iudicij protinus dānatos corripit & cōuolutos in infernū obrudet. 545.a.
 Ignis inferni corporeus est ab initio mundi creatus. 656.a.
 ¶ Innocētes omnes occisi pro Christo ab Herode martyres faere. 649.b.

Intelle-

Index Alphabeticus.

¶ Intellectus est animæ potētia, eadem quæ in separabilis. 386.b.
 Intellectus possibilis nullatenus est separatus 387.a.
 Intellectus agens & possibilis, potētia est animæ. 385.b.
 Intellectus beat⁹ ad Dei visionē cōcurrit. 585.b.
 Intellectus felicitum ciuiū nullus videt in Deo distinctē omnia quæ in ipso eminenter continentur. 605.b.
 Intellectus quod sit actus præstantior quàm voluntas quibus probetur argumentis. 566.b.
 Intellectus per lumen naturale nequit nisi lumine gloriæ eleuetur, Deum videre. 589.a.
 Intelligere simul plura nō posse, quomodo accipiendum sit. 608.a.
 ¶ Intestina vtrum vacua resurgent. 441.b.
 ¶ Ioānes Baptista tātū increpabat Herodē quod cū vxore viuentis fratris adulteraret. 353.b.
 Ioannes Baptista vtrum resurrexit cum Christo. 409.b.
 Ioannes Euangelista verè mortuus fuit, nec resurrexisse constat. 410.a.
 ¶ Ioseph, & beatissima virgo Maria veri cōiuges fuerunt. 94.b. in fin.
 Irregularitas triplex. 48.a.
 Irregularitas omnis aboletur per professionē religionis quantum ad ordinū susceptionē, præter illam quæ vel ex homicidio voluntario, vel ex bigamia contrahitur. 52.b.
 Irregularitas non est poena iniquitatis. 53.a.
 Irregularitatis & in capacitatis discrimen. 47.b. in fin.
 Irregularitatem nō contrahit qui foetū in utero nondum animatū extinguit, nec qui venena sterilitatis propinat. 54.b.
 Irregularitatem quæ personæ incurrunt. 55.a. b. & seq.
 Irregularis sit cōtrahens cū corrupta. 131.b.
 Quid autē si ducat corruptā a se prius. 132.a.
 Irregularis est omnis bigamus. 132.b.
 Irregularis episcopus verum sacramentū ordinis confert. 46.a.
 Irregularis nō est excommunicatus, nisi in excommunicatione celebret. 47.b.
 Irregularis quare sit illegitimè natus. 47.b.
 Irregularis est tam qui sibi quàm qui alteri membrum amputat. 54.b.
 Irregularis est nō tantum qui occidit vel mutilauit, sed etiam qui fuit causa ibidem.
 Irregulares sunt omnes ministri iustitiæ etiā notarij. 54.b. in fin.
 ¶ Iudiciū futurū multi heretici negabāt. 509.b.
 Iudicium finale an sit peragendum sonora voce. 403.a. & 529.a.b.

Iudiciū duplex discussionis & condemnationis. 394.a.
 Iudicium nunc est mundi Ioan. 12. quomodo intelligatur. 511.b.
 Iudicium generale per sententiam iudicis concludetur. 533.a.b.
 Iudiciū generale tām ex parte iudicantiū quàm iudicandorum ad homines dūtaxat directē pertinebit. 518.a.
 Iudiciū generale celebrabit in valle Iosaphat, quæ iacet ad pedē montis Oliueti. 519.a. b.
 Iudicij extremi ordinem graphicè de pinxit Daniel. 523.a.
 Iudicij nomen qualiter accipiat. 509.b.
 Iudicio discussionis neq; vniuersi iusti neque omnes iniqui iudicabuntur. 517.a.
 In iudicio libri aperientur: quibus causarū merita legantur. 525.a.
 In iudicio vniuersi mortales nemine excepto comparebunt. 516.b.
 Iudicare multis modis accipitur. 512.b.
 Iudicādi mun⁹ quib⁹ dabit in die iudicij. 513.b.
 Iudicādi Christo qui sint assessuri. 512.b.
 ¶ Ius naturæ multiplex. 209.b. & 327.b.
 Ius naturæ & instinct⁹ in quo differunt. 210.a.
 Iuris naturæ tres sunt gradus. 351.b.
 ¶ Iuramentū oīs est cōtrouersiæ finis. 133.b.
 Iuramentum in sponsalibus quo animo apponatur. 127.b.
 Iurans spōsalia metu mortis an teneatur iuramentum adimplere. 155.b.
 ¶ Iustificationis duplex terminus. 401.a.
 Iustificatus nūquam fuit peccator citra sacramentum aut contritionem. 25.b.

L.

¶ **L**abā quare duas filias Iacob despōsauerit. 214.b.
 ¶ Lamech primus bigam⁹ fuit, quod in lege naturæ duabus vxoribus vsus est. 211.a.
 ¶ Lectoris officium. 17.b.
 ¶ Lepra sponsalia dirimit, nō tamen matrimonium. 199.b.
 ¶ Lex vetus solū perseuerat quantum ad moralia. 332.b.
 Lex vetus per Christum antiquata est. 326.b.
 Lex Leuitici nūquā coniugium leuari cum vxoris fratre defuncti sine liberis. 353.a.
 Lex Leuitici nō erat oīno in dispensabilis. 353.a.
 Leges cōnubiales an possint statui per principes seculares. 339.b.
 Leges fidei noxias pōt papa abrogare. 69.b.
 Leges matrimonio adhibita iure gentiū & ciuili. 87.b.
 Leges punientes filios cōtrahentes clādestinū matrimonium sunt iustæ. 159.a.b.

Index Alphabeticus.

Leges & dispensationes futura respiciunt, non præterita. 164.a.
 ¶ Legitima ætas, vide *Ætas*.
 Legitimandi sex modi à iuribus statuti. 357.b.
 ¶ Libertas ad matrimonium iure diuino fundatur. 159.b.
 ¶ Libellus repudij, vide *Repudium*.
 Liber de spū, falso attribut⁹ Augustino. 658.b.
 Liber vitæ quis. 526.a.
 Libri qui in die iudicij aperiētur qui sint. 526.a.
 ¶ Limbus puerorum. 451.b.
 Limbus patrum supremus erat inter subterranea receptacula. 451.b. & seq.
 ¶ Ligamen an sit impedimētum matrimoniū dirimens. 279.b.
 ¶ Linea cōsanguinitatis quæ sit & quotuplex. 321.b. & 322.a.
 Loth cum filiabus congressus. 211.a.
 ¶ Lumen gloriæ duplex. 590.a.
 ¶ Luxuriæ septem species. 258.b.
M.
 ¶ Maleficium an dirimat matrimoniū. 236. & seq.
 Maleficium quare peccato cessante ipsum non cesset. 339.b.
 Maleficij & frigiditatis discrimen. 238.b.
 Maleficio legitime comprobato vterq; cōiux liberè potest aliud inire coniugium. 238.b.
 Maleficio dimouendo quæ nam possint mediocamina admoueri. 237.a. & seq.
 Maleficia dæmonū nō defunt qui negēt. 236.a.
 Maleficia an sint perpetua. 236.b.
 Maleficia pluribus modis ex parte dæmonū aut magicorum fiunt. 237.a.
 Maleficia an liceat per alia maleficia dissolueri. 237.b.
 Maleficia cur crebrius circa matrimoniū quā circa quosuis alios cōcubitus vagos accideri soleant. 239.b.
 Maleficiati si habiles ad primas nuptias post secundas reperiuntur, an sint ad illas reuocandi. 238.b.
 Maleficium prece vel pretio rogare licet, vt ligaturas dissoluat. 238.a.b.
 ¶ Malitia supplet ætatem matrimonio requisitam. 250. & seq.
 ¶ Mala quædam sunt quæ dicuntur prohibita quia mala: alia verò sunt mala quia prohibita. 142.b. & 149.a.
 ¶ Manuū impositio nō est pars sacramenti ordinis, neq; verò de eius essentia. 211.a.b.
 ¶ Maria virgo ante cōtractū matrimoniū, nō emisit absolutū virginitatis votum. 104.a.
 Maria virgo an sit adscribēda martyrum catalogo. 649.b.

Maria virgo an fuit in coclum corpore euecta. 409.b. (648.b.)
 Maria virgo an habuerit laureolā virginitatis.
 Maria virgo tāto plura videt in verbo, quāto maiori lumine gloriæ perfunditur. 609.a.
 ¶ Marcus Euāgelista sibi pollicem abscidit, ne vlli ecclesiæ præficeretur. 53.b.
 ¶ Martyr tenetur confiteri si ad sit copia confessoris. 649.a.b.
 Martyr vt quis dicat quæ requirātur. 649.a.b.
 Martyres fuere ante legē euangelicam. 650.b.
 Martyres an sint dicēdi qui se se interemerūt metu violandæ pudicitia, vt de beata Apollonia fertur. 651.a.
 Martyrij tria genera. 649.b.
 Martyrij meritū nō cōsistit in passione mortis quatenus ab alio infertur, sed quatenus per vltionē virtutis patientiā suscipitur. 649.a.
 ¶ Materfamilias vnica duntaxat erat etiā quādo Ethnici plurib⁹ vtebātur vxoribus. 212.a.
 ¶ Materia sacramenti ordinis. 12.a.
 Materia sacramenti ordinis an debeat tāgere suscipientem. ibid.b.
 Materia sacramenti ordinis non apparet esse de eius essentia. 13.a. (17.a.)
 Materia diaconi quare sit euangeliorū codex.
 Materia matrimonij sunt verba cōtrahētium. 85.b. Vide *Matrimonium*.
 Materie sacramentorum diuersa ratio. 12.a.
 Materiam applicandi in sacramētis diuersa ratio. 12.a.
 ¶ Matrimonium quid. 94. 98. 101.
 Matrimonium vnde dictum. 98.b.
 Matrimonium quod post in fide Christi contractum soluit matrimonium quod prius in infidelitate contractum erat. 213.b. & seq.
 Matrimonium semel legitime inītū nūquam dirimitur quo ad vinculum nisi christianismi, aut religionis gratia. 365.b. & 316.b.
 Matrimonium nullatenus soluitur per hæresim aut apostasiam. 315.b.
 Matrimonium omne quod cum impedimēto dirimēte cōtractum est, dissolui debet. 359.a.
 Matrimonium inter patrē & filiā vtrū sit adeo iuri naturæ repugnans, vt nullā ob causam super eo dispensari possit. 346. & seq.
 Matrimonium illegitimum accusationi obnoxium est, quauis per ignorantiam & bonā fidem retineatur. 359.b. in fi.
 Matrimonium quibus iuribus aut defenditur aut accusatur. 360.b. & seq.
 Matrimonium iure naturæ prohibitum inter auum & neptem. 331.a.
 Matrimonium duplex ratum & consummatum. 95.b. & 111.b.

Ma-

Index Alphabeticus.

Matrimonium & naturæ officium est & fidei sacramentum. 76.a.
 Matrimonium quā dicatur cōsumatū. 111.a.b.
 Matrimonium an sit à natura inditū. 79.a. & b.
 Matrimonium quo pacto sit naturale per duas conclusiones explicatur. 76.a. & b.
 Matrimonium ante peccatum institutū fuit in officium, post verò in remediū. 77.b. & 78.b.
 Matrimonium statim post peccatum cœpit prodesse in remediū. 79.a.
 Matrimonium cur etiam nunc manet sub præcepto. 80.a.
 Matrimonium an fuerit sub præcepto tempore legis Moysaycæ. 180.a.b.
 Matrimonium esse sacramentum multis probatur. 84.b. & seq.
 Matrimonium nō propter caduca bona ineū dum est, sed propter virtutem, quæ amicitie coniugalis custos est. 87.b.
 Matrimonium sicut cætera ecclesiæ sacramenta gratiam confert. 89.b.
 Matrimonium an sit sacramentum quādo nō administratur per ministrum ecclesiæ. 91.a.
 Matrimonium inter absentes per procuratorem vel per literas an sit sacramentum. 93.a.
 Matrimonium infidelium an sit sacramentū. 93.b.
 Matrimonium baptizati cum non baptizata an sit sacramentum. 93.b.
 Matrimonium verū & pfectū fuit inter Ioseph & beatissimā virginē. 94.b. 180.a. & 182.a.
 Matrimonium pro qua re supponat. 94.a.
 Matrimonium nō dicitur consummatum ex copulapræcedentisponsalia. 125.a.
 Matrimonium an mutuo consensu possit dirahi. 100.a.
 Matrimonium quare potius sic quā patrimonio dictum. 10.a.b.
 Matrimonium ratū per ingressum religionis dirimitur. 111.b.
 Matrimonium consummare ante benedictiones ecclesiæ an sit peccatum. 140.b.
 Matrimonium inter infideles metu contractum iure diuino est inualidum. 151.b.
 Matrimonium ingratum minus malū est, quā mors. 155.b.
 Matrimonium in gradu prohibito sub conditione, si papa dispensauerit, post dispensationē nouo eget consensu. 163.b.
 Matrimonium sub conditione impossibili cōtractum, præsumitur tale acsi nulla cōditio esset adhibita. 166.b.
 Matrimonium spadonum, castratorum, & Eunuchorum an sit stabile. 234.b.
 Matrimonium contrahere an possint vetuli. 235.a.

Matrimonium post votum simplex cōtractū firmum est. 291.a.
 An verò sit peccatū illud consummare: ibid.b.
 Matrimonium non dirimitur per foetorem & graueolentiam oris. 234.b.
 Matrimonium Iudæorum cum pluribus vxoribus dirimitur si ad fidem conuertantur. 215.a.
 Matrimonium clandestinum bifariam contingit. 135.b.
 Matrimonium clandestinum & minus solenne in quo differant. 135.b. in fin.
 Matrimonium clandestinum iure optimo ab ecclesia vetitum est. 237.a.
 Matrimonium clandestinum legibus ciuilibus reprobatur. 136. & seq.
 Matrimonium clandestinum si modò per verba de præsentī fiat validum est. 137.a.
 Matrimonium clandestinum inire an sit peccatum. 138.a.
 Matrimonium clandestinum in quibus casibus licitè contrahatur. ibid.b.
 Matrimonium clandestinū contrahētes quā poenam incurrant. 140.a.
 Matrimonium clandestinū noua ecclesiæ prohibitione & decisione indiget. 136.a. & 137.b.
 Matrimonium infidelium dirimitur altero ad fidem Catholicam conuerso. 114.b.
 Matrimonium inter infideles rectè contrahitur constat; quatenus concupiscentiæ remedium. 300.a.
 Matrimonium infidelium diuersarum sectarū an fuerit licitum. 301.b.
 Et quid de matrimonio Israelitici populi cum septem illis gentibus prohibito. ibid.
 Matrimonium fidelium diuersarum sectarū an potuerint ipsorum principes irritare. 302.b.
 Matrimonium inter fideles & infideles graue sacrilegium est, & iure positiuo prorsus nullum. 303.a. & seq.
 Matrimonium cum hæretico & apostata contractum validum est. 306.b.
 Matrimonium inter infideles legitime contractum per conuersionem ad fidem non dirimitur. 307.a.
 Matrimonium an sit prohibitum iure naturali vel diuino inter infideles & fideles. 303.b.
 Matrimonium inter Leuirū & fratrem & inter sororem vxoris & sororium non est ita iure naturali prohibitum, qui sub eo cadat dispensatio. 351.b.
 Matrimonij consortium quare inter homines indissolubile. 77.b. & 300.a.
 Matrimonij ratio aliqua quocunq; tempore cognita. 78.b.

Tom. 2. ** 6. Matri-

Index alphabeticus.

Matrimonij institutio duplex. 78.a. & 300.a.
 Matrimonij sacramētū an à Deo immediate, & quibus verbis fuerit institutum. 78.b.
 Matrimonij præceptū an fuerit naturale. 80.a
 Matrimonij præceptum cōsilio castitatis nō aduersatur. 80.b.
 Matrimonij vsus hæretici plures negarūt esse licitum. 81.b.
 Matrimonij vsus potest esse apud Deum meritarius gratiæ. 82.b.
 Matrimonij fœdus lege naturæ indissolubile. 87.a.
 Matrimonij sacramētū qua ratione est sacramētū in noua lege à Christo institutū est. 87.b
 Matrimonij gratia sacramentalis triplici concupiscentiæ medetur. 90.a.
 Matrimonij gratia quando infundatur. ibid.
 Matrimonij duplex integritas & pfectio. 84.a
 Matrimonij duplex significatio. 96.a. & 130.a
 Matrimonij cōtractus nunquam per negationem vim obtinet. 172.b.
 Matrimonio illud obstat quod eius fini repugnat. 325.b.
 Matrimonio rato propter professionē religionis soluto, liberū est coniugi relicto quā voluerit sibi in matrimonium sociare. 112.b.
 Matrimonia inter parentes vtrū fuissent prohibita natura stante integra. 329.b.
 Meditationis nomen si in proprio significato usurpetur, solus Christus est mediator Dei & hominum. 490.b.
 Menstruatæ accedere vetitū fuit in lege veteri duplici de causa. 201.b.
 Metus quid. 147.a.
 Metus cadēs in constantē virum quis. ibid.b.
 Metus cadens in constantem virum excusat à culpa. 148.b.
 Metus vt cadere in cōstantem virum dicatur, ex duobus penditur. 148.a.
 Metus leuis non excusat à culpa. ibid.b.
 Metus leuis cōsensum non infirmat. 150.a.
 Metu mortis peccatū veniale committens vel ieiunium aut diem festum violans non desinit esse constans. 148.b.
 Metus excoicationis an censeatur iustus. 149.b
 Metus vnde oriri debeat, vt censeatur iustus. 154.a.
 Metus ab extrinseco non impedit nec vitiat matrimonium. ibid.
 Metus cadens in constantem virum, alio sine illatus non impedit matrimonium. 154.b.
 Metus mortis compulsus spōsalia iurare an tenetur iuramentum seruare. 155.
 Metu coactus matrimonium cōsummare, an censeatur verē contrahere. 155.b.

Metropolitan⁹ idē qui archiepiscopus. 35.b
 Meritū de cōdigno & meritum de congruo quantum differant. 471.a.b.
 Mimi cuiusdam apud Augustinum inepta facetia reprehensa. 575.b.
 Mixta oīa in die iudicij nō purgabūtur, sed oīa igne cōsummētur. 544.b. & latius. 551.b.
 Monachi choro addicti quare coronæ tōsura insigniantur. 27.b.
 Monachi laici seu conuersi cur in modū coronæ non tondeantur. 28.a.
 Monachi num aliquo casu cogi possint matrimonium inire. 81.a.
 Mortui quare aliqui viuis appareant. 467.b.
 Morientur vniuersi qui in die iudicij superstites fuerint vt cū cæteris resurgant. 420.a.
 Mosayca præcepta an obligent. 326.a.
 Mot⁹ tripliciter potest esse naturalis. 398.a.
 Mot⁹ coeli in mūdi innouatiōe cessabit. 547.a
 Mulier quædam reperta fuit papa. 29.a.
 Mulier nō dicitur irregularis sed incapax. 47.b.
 Mulier si ordinem sumere præsumeret, nullus esset. 48.b.
 Mulieri nūquam licuit etiam per dispensationē pluribus simul viris nubere. 217. & seq.
 Mūdus non expurgabitur per aquas quæ ad modum tempore Noe. 540.a.
 Mūdus quo die conditus. 419.a.
 Mūdus in die iudicij innouabitur vt perpetuō maneat innouatus. 646.b.
 Mundi innouatio non erit solū purificatio, sed nobilitatio tam in perspicuitate elementorum, quàm in lucis incremento. 546.b.
 Mutilatio membri & mutilator. 53.a.b.
 Mysterium incarnationis Christi quare diabolo celatum. 183.b.

N Ero virum duxit in matrimonium. 99.b.

Nisi, potest facere sensum conditionalem. 172.b.

Noe cogere potuit filios suos & nepotes ad matrimonium. 80.b.

Notitia & species in quo differant. 587.b.

Nouatiani & Cataphryge secundas nuptias condemnabant. 377.b.

Nubes in qua venturus est Christus an erit naturalis. 522.b.

Numerus tricesimus sexagesimus ceteris quid apud sacros autores denotat. 645.a.

Numerandi ratio per digitos, quid indicabat. 645.b.

Nuptiæ secundæ sunt verum sacramentum conferens gratiam. 378.a.b.

Nuptiæ secundæ vtrum sint licitæ. 377.a.

Nu-

Index Alphabeticus.

Nuptiæ iure naturæ inter fratres erant vetitæ.

334.a.

Nuptiæ in quibus gradibus vetitæ erant in veteri lege. 328.b.

Nuptiæ vnde dicitur. 96.a.

Nuptias quare sua p̄sentia honestauerit Christus. 87.a.

Nuptiarum solennitas quo tempore interdicitur. 205.a.

Nuptijs cōtrahēdis meritō potuit ecclesia ceteros præscribere gradus. 338.b.

O Cultum duobus modis quid dicitur. 257.b.

Odoris sensus erit perfectissimus in corpore beato. 630.a.

Officium Diaconi, subdiaconi, acolyti, hostiarij, lectoris, exorcistæ. 16. 17. 18.

Omnis homo naturaliter scire desiderat, quomodo intelligendum sit. 566.a. b.

Omnes qui in die iudicij reperiuntur viui morientur, vt cum cæteris resurgant. 420. & se.

Omnes tam probi, quàm reprobi qui superstites in vita reperiuntur, & qui mortui fuerint eodem temporis momēto resurgent. 422.b.

Ordo ecclesiasticus an expediat, vt sit in ecclesia. 9.a.

Ordo quid sit. 8.b. & 9.a.

Ordo gradibus ministrorū per antonomasiam accommodatur. 8.b.

Ordo ecclesiasticus est sacramentum. 9.a.

Ordo duplex sacer & non sacer. a.

Ordo Cardinalium an sit de iure diuino. 36.a.

Vide in Verbo, Cardinales.

Ordo sacer matrimonium nō dissoluit. 116.a.

Ordo sacer nū matrimonium super ventre possit. 286.b. & seq.

Ordo sacer nō diuino sed positiuo iure matrimonium dirimit. 296.a.b.

Ordinis sacerdotalis origo. 10.a.

Ordinis materia & forma. 11.a.

Ordinis sacramentum nō præsupponit characterem confirmationis. 25.b.

Ordinis sacramentum hæreticus quicumque vere conferre potest. 45.a.

Ordini suscipiendo ætatem legitimam præuenire peccatum est mortale. 51.b.

Ordines quatuor minores non sunt sacramenta. 23.b. neque characterē imprimūt, nec gratiam infundunt, neque impediunt matrimonium. 284. & seq. neque ad horarum recitationem tenentur. 23.b.

Ordines minores quare non iterabiles. 23.b.

Ordines minores simplex sacerdos potest ex commissione papæ, non autem episcopi cō-

ferre, non item maiores. 46.b.

Ordines maiores quare dicantur sacri. 23.a. & 284.b.

Ordines per simoniam collati verum sunt sacramentum. 46.a.

Ordines suscipere potest coniugatus per diuortium. 118.b. & 166.b.

Ordines duos vno die suscipiās fit irregularis. 56.b.

Ad ordines sacros non est admittendus qui matrimonio caret. 60.b.

Ordinum septenarius numerus congruentissimus. 14.b. contra Viticlessi duos tantum ordines à Christo institutos asserentem. ibidē & 15.a.

Ordinum singuli an sint sacramenta. 18.a. & 22.a.

Ordinum tres gradus. 22.a.

Ordinum impedimentum nō semper est irregularitas. 47.b.

Ordinum sacrorū susceptio vtrū matrimonium in infidelitate cōtractum dirimat. 315.a.

Ordinibus suscipiendis aptus est Hermaphroditus, in quo virilis sexus præualet. 49.a.

Ordinibus suscipiendis morum integritas nō est de essentia, est tamen de præcepto. 58.a.

Ordinibus sacris in peccato initiari peccatum est. 51.a.

Ordinari quæ personæ possint. 26.a. 51.b.

Ordinatus ante vsus rationis aut per metum an teneatur voto castitatis. 51.a. & an maneat suspensus ab executione ordinis. ibid.

Ordinatus ab episcopo excommunicato est irregularis. 56.

Ordinatus ab alio episcopo citra licentiam proprii, est suspensus. 56.a.

Ordinatus extra tempora est suspensus. 76.b.

Ordinandorū ætas iure antiquo & nouo præfinita quæ. 51.b.

Ordinandorum qualis scientia & prudētia requiratur. 59.b.

Ordinantis indignos delictum quod sit. 91.a.

Operam rei illicitæ dare quomodo quis dicatur. 55.a.

Opera nostra bona quæ ex gratia procedunt bifariam sunt apud Deum pretiosa. 470.b.

Opera omnia reproborum in eorum conscientia omnibus in die iudicij patēscent. 526.b.

Opera omnia iustorū tam sibi quàm alijs vniuersis propalabuntur. 527.a.

Operum examinatio quæ ad conuincendum improbos & præmiādū sententiā iudicij antecedit, mētāliter dūtaxat perficiet. 529.a.

Operatio sensitua siue sit potentie apprehensiuæ, siue appetitiuæ nō potest dici in beatis corpō-

Index Alphabeticus.

corporibus esse beatitudo. 560.a.
 ¶ Orare pro damnatis est peccatum. 477.a.
 Orare sanctos tãquam patronos nostros, qui apud Deum nobis suffragentur, religio est Christiana. 488.a.
 Orandus quomodo solus Deus. 488.a.
 Orandi sic sunt sancti, vt tamen nõ in ipsis, sed in Dei misericordia vnici salutis nostræ authoris confidendum nobis sit. 490.b.
 Oradi nõ sunt existetes in purgatorio. 491.a.
 Orationes sanctorum qui heretici negauerint. 488.a.
 Orationes sanctorum suapte ratione semper exaudiuntur, sed ex parte nostra sæpe euenit, vt non exaudiuntur. 491.b.
 ¶ Oseas cui Deus fornicaria vt vxore iussit, à crimine excusatur. 212.b. 219.b.

P.

Palingenialis priscorum philosophorum. 395.a.
 ¶ Papa an possit filios spurios, quantum ad successiones legitimare. 258.a.
 Papa potest dispensare super omnibus gradibus affinitatis, excepto primo. 354.b.
 Papa an possit dispensare super vllum casum Leuitici. 352.b. & seq.
 Papa vicem gerit Christi in terris, quem ideo ecclesia tollere non potest. 41.a.
 Papa an debeat esse episcopus Romæ. 41.a.
 Papa an sit Dominus totius orbis in tẽporalibus. 63.b. & 65.a. & seq.
 Papa potest leges ciuiles fidei noxias abrogare. 69.b.
 Papa an possit mutare sedem ab vrbe Romana. 41.a.
 Papa an possit dispensare super voto solenni castitatis aut religionis. 295.b.
 Papam habere vtrunque gladium quomodo sit intelligendum. 69.a.
 ¶ Paruuli absque baptismo mortui resurgent quidem: sed non euigilabunt. 394.a.
 Paruuli in limbo vtrum post mundi inuentionem educendi sint in superficiem terræ. 552.b.
 ¶ Passiois nomẽ dupliciter accipitur. 624.a.
 ¶ Patriarche in primitiua ecclesia quatuor extitere, hodie verò plures sunt. 35.
 Patriarcharum honore quatuor olim ecclesię signatæ, & quæ nam illæ fuerint. ibidem.
 Patriarchæ quare pluribus vxoribus vsi fuerint. 219.a.b.
 ¶ Pater an teneatur alere filiũ spurium. 356.b.
 Pater an possit cogere filios ad matrimonium. 158.a.
 ¶ Paulus non potuit Dei essentiam videre nisi

lumine gloriæ perfusus. 594.a.
 Paulus non intelligit sua ætate futurum diem iudicij cõtra quã multi opinati sunt. 421.b.
 ¶ Paupertas duplex. 513.a.b.
 Paupertatis dignitas. 514.a.
 ¶ Peccatum minus cõmittere an liceat ad euitandum malus. 144.a.
 Peccare mortaliter potest homo ante septennium. 122.b.
 Pœna contrahentium clandestinas nuptias. 140.a. & 159.a.
 Pœna legis. 49. Tauri, non habet locum in masculis. 60.a.
 ¶ Pertinax quis dicatur, & in quo differat à constanti. 147.b.
 ¶ Persarũ mos fuit, vt ait Augu. vt mortuo patre, filius nouercam duceret. 254.a.
 ¶ Petri nomen & dignitas enarratur. 38.
 ¶ Platonicus quid senserint de corporum resurrectione. 386.a.
 ¶ Polygamia post latam legem euangelicam illicita. 311.a. Vide in verbo, Vxores.
 ¶ Põtifex an solus esse debeat. 41. Vide in verbo Papa.
 ¶ Portæ inferni quæ dicantur. 456.b.
 ¶ Postliminium quid. 315.b.
 ¶ Potetia animalis vitæ in resurrectione erũt absolutissimæ, & perfectissimæ. 446.b.
 ¶ Potestas ecclesiastica an sit ita suprema, vt ciuilis ab ea tanquã delegata pendeat. 91.a. & sequen.
 Potestas humana à diuina deriuata est. 67.a.
 Potestas pontificis maximi non est merè temporalis. 68.a.
 Potestatem clauium esse circa regem primum in Anglia orta fuit hæresis. 63.a.
 Potestatem & imperium populus in principẽ transtulit. 67.b.
 ¶ Præceptum elemosynæ affirmatiuum est. 80.b.
 Præceptum matrimonij an etiam nunc maneat. 80.b.
 Præcepta prohibitoria Leuitici an apud nos rigorem retineant. 329.a.b.
 Et an sint omnia iuris naturæ. ibid. 327.b.
 Ad Eliæ prædicationem vtrum sit conuertendus vniuersus orbis. 496.a.b.
 ¶ Prægnas coniugali officio vtens an peccet. 193.b.
 ¶ Præmium accidentale & essenziale quod dicitur. 643.b.
 ¶ Præscriptio vim habet in iure percipiendi decimas, quãuis spirituale quid habeant annexum. 359.b.
 ¶ Presbyterorum nostrorum figura præcelsit

Index Alphabeticus.

fit Aaron. 33.a.
 ¶ Princeps qui patroni ecclesiæ dicatur. 71.a.
 ¶ Procurare in matrimonium pro alio contra hente illud verè sacramentum est. 106.b.
 ¶ Puterij tempore an liceat debitũ vel petere vel reddere. 212.b.
 ¶ Purgatorius locus, & in quibus puerorum nõdum satis inter doctores constat: quo ordine dispositi sunt. 558.a. & 711.b.
 ¶ Pythagorici aiebant in centro terræ elementum ignis conclusam, quẽ Iouis custodiam appellabant. 455.b.

Q.

Qualitas quomodo definiatur à philosopho. 106.b.
 Qualitates primæ vtrum restituantur corporibus resurgensium. 447.a.
 ¶ Quies, delectatio, & gaudium, in quo differant. 568.b.
 Quinta essentia locum non habet in elementis. 232.a.
 Quinta essentia an detur in corporibus gloriosis. 624.b.


R.

Rabbi Moyses negabat mūdum factum propter hominem. 549.a.
 ¶ Raptor matrimonio sibi associare potest raptam. 157.b.
 Raptus alienæ sponsæ matrimonium contrahendum impedit. 270.b.
 ¶ Receptacula animarum vtrum in vnica contineantur cauerna. 459.a.
 Receptacula animarum quare numero quinario terminantur. 452.a.
 Receptaculorum animarum distinctio. 459.a.
 ¶ Recõciliatam vxorẽ an teneatur vir catholicus in suam domũ & thorum recipere. 316.a.
 Recõciliare vxorẽ per diuortium dimissam semper potest vir si emendata fuerit. 267.a.
 Si verò in corrigibilis est, non licet, ibid.
 Regni cœlorum possessio quæ. 534.a.
 Religionẽ an possit profiteri sponsa vi oppressa ab sponso. 117.a.
 Religionem profiteri non potest alter coniugum altero inuito ante copulam. 112.a.
 Remediũ cõtra concupiscentiã duplex. 96.a.
 Reprobi non videbunt deitatem in seipsa in die iudicij. 524.a.
 Reprobi à bonis localiter disgregantur in die iudicij. 531.a.
 Reprobi vtrum cum integritate membrorum resurgent. 440.b.
 Repudium est contra ius naturæ. 219.a.
 Repudium nulli gẽtium licitum fuit sub lege naturæ. 221.b.

Repudium ex parte vtriusq; coniugis Imperatorum leges concedunt. 221.b. & seq.
 Repudium an fuerit Iudæis licitum. 222.a. & seq.
 Repudium Moyses tanq; minus malum fieri permittit impune. 224.a.
 Repudium gentium quas ob causas fiebat. 224.a.
 Repudium sola fornicationis causa semper fuit licitum, nõ autem aliàs. 215. aliàs. 226.b.
 Repudij Iudæorũ & Romanorũ forma. 224.b.
 Repudij libello dato an liceret tã vxori, q; viro aliud iure cõubiũ. 215. aliàs. 226.a. & seq.
 Repudiare vxorem etiã apud Romanos vitio dabatur. 221.b.
 ¶ Requies præstantior est motu. 548.b.
 ¶ Restitutio quantum differat à satisfactione. 481.a.
 ¶ Resurrectio Christi fuit, futuraque est causa resurrectionis nostræ. 401.b.
 Resurrectio an sit futura in instanti. 415.a. b.
 Resurrectio finalis nequit rationibus naturalibus probari, imò nec persuaderi. 398.b.
 Resurrectio corporum celebrada est summo diluculo dũ aurora clarere incipiet sole existente in oriente, & luna in occidete. 418.b.
 Resurrectio futura vtrum sit aliquo pacto naturalis. 398.a.
 Resurrectio Christi an fuerit causa resurrectionis damnatorum. 402.a.
 Resurrectio corporũ q; variè à varijs prodita fuerit, tũ philosophis, tũ hæreticis. 389.a. b.
 Resurrectio respectu principij actiui est super naturalis. 368.b.
 Resurrectio non est simpliciter naturalis, sed secundum quid. ibidem.
 Resurrectio omnium in quibus locis fieri debeat. 426.b.
 Resurrectio electorũ fiet cũ omnibus mēbris quæ ad integritatẽ naturæ spectant. 439.a.
 Resurrectionẽ necessariò futurã, quibus rationibus demonstrandum. 390.a. b. & seq.
 Resurrectionem carnis futuram nos fides catholica docet. 389.b. in fin.
 Resurrectiones duas Papias Ioãnis discipulus commentus est: cuius errore intinctus fuit Lactantius. 410.a.
 Resurgere quid sit. 430.a.
 Resurget quicquid est de veritate humanæ naturæ, tam in corpore quàm in anima. 435.a. & 436.b.
 Resurgent homines in vtroq; sexu. 445.b.
 Resurgent omnes in ætate iuuenili, etiam si senes mortui fuerint. 443.a.
 Resurrexit nullus cum Christo ratione sanctitatis. 406.b.

Resur-

Index Alphabeticus.

Resurgemus omnes in eo loco in quo mortui fuerimus. 427.a.
 Qui resurrexerunt cum Christo an iterum mortui sint. 408.a.
 Qui resurrexerunt cum Christo erant in limbo. 408.a.
 Resurrecturus in vitam est idem homo qui per mortem cecidit. 430.a.
 Resurgentes in corporibus gloriosis vtrum possint vti hac animali vita, comedere scilicet, & bibere. 447.b.
 Resurgentes recipient eundem vultum colorem & effigiem & quantitatem quam viuere retinebant. 444.a. & seq.
 Respublica civilis spirituali subseruit. 68. b.
 Respublica opificibus destituta eos cogere potest quos sibi necessarios videt. 80. b.
 Respublica Socratis de habendis vxoribus communi meritis ab Aristotele repudiata. 77. b.
 Roma an sit necessaria sedes pontificis maximi. 40.
 Romana sedes, Vide Sedes.
S.
 Aceros non baptizatus absoluere non potest poenitentem, nec conficere. 25.a.
 Sacerdos per saltum promotus omnium ordinum functionem exercere potest. 25. b.
 Sacerdotes legis naturae, veteris & nostrae in quo differant. 25.a.
 Sacerdotes an aliquo casu cogi possint vxores ducere. 81.a.
 Sacramenti nomen dupliciter usurpat. 305.a.
 Sacramentorum defectus num Deus suppleat quantum ad vltimos effectus. 25.a.
 Salomon an licite potuerit cum alienigenis prohibitis contrahere. 300. b.
 Sanguinis communicatio, vnde considerata sanguinitatis nomen non obtinet. 321. b.
 Sancti vtrum proijs orent qui sunt in purgatorio. 493.a. Vide, Orare.
 In sanctos sic affecti esse debemus, vt in dominum Christum praecunctis debeamus esse deuotum. 500. b.
 Sara confobrina fuit Abrahae. 335. b.
 Sara an fuerit soror & coniux Abrahae. 335.a.
 Satanam deligatum a Deo per mille annos quid sit. 410. b.
 Satisfacere potest quis pro alio. 470. b.
 Sedere a dextris Dei quid significet. 521. b.
 Sedes Christi in iudicio quae. 531.a.
 Sedes Romana tanto tempore durabit, quanto duratura est fides euangelica. 597.a.
 Seminatio extra vas quod sit peccatum. 166.a.

Sensus omnes vtrum habebunt omnes suos vsus in corporibus gloriosis. 628.a.
 Sensationes in corporibus beatificatis quibus modis fiant. ibidem.
 Sensationes an erunt in anima separata a corpore. 658. b.
 Per sensationes vtrum corpora gloriosa concipient noua rerum iudicia. 630. b.
 Sententia illa, Venite benedicti, & Ite maledicti, an sit vocaliter pronuntianda. 529. b.
 Sententia ecclesiae an sit necessaria ad dissolutionem matrimonium cum ancilla ignorater contractum. 246.a.
 Sepultura opus est misericordiae. 483. b.
 Sepultura officium viuus & defunctis vtile. 483.a.
 Seruus si ordinetur, sacramentum suscipit, ordinum tamen vsu caret. 53. b. & 54.a.
 Seruus non est heri in his quae sunt naturalia. 243.a.
 Seruus de consensu heri contrahens cum ancilla potest eo inuito cum illa habitare. 243.a.
 Seruus coniugatus in quibus teneatur heri seruire ibidem.
 Seruus inuito domino non potest religionem profiteri: potest tamen votum castitatis simplex emittere. 244.a.
 Serui an possint inter se matrimonium contrahere absque licentia dominorum. 242.a. b.
 Seruum coniugatum an possit herus videre. 243. b.
 Seruitus duplex naturalis & legalis. 242. b.
 Seruitus an sit contra naturam. 246. b.
 Seruitus an matrimonio supuenire possit. 246. b.
 Seruitus quando matrimonium impediatur vel non. 244. 245. 256.
 Seruitutis impedimentum non est necessarium, sed voluntarium. 245.a. Vide Impedimentum.
 Signum Christi ad iudicium aduentantis. 150. b. & sequen.
 Signa quindecim diem iudicij antecessura refert diuus Hieronymus. 503.a.
 Signa quae nunc sunt diei iudicij antecessura. 501. b. & seq.
 Signa praecedent diem iudicij non solum in aetris, verum in elementis, vt in aere, in mari & in terra. 505. b.
 Sinus Abrahae est quicumque locus quo animae compurgatae requiescunt, quideo paradus coelestis est. 459. b.
 Sinus Abrahae secundum Tertullianum locus est non coelestis, sublimior tamen inferis, interim refrigerium animarum iustorum. 464.a.
 Sinus abrahae vnde dicitur ab id.
 Sponsus quare sic dicitur. 119.
 Sponsi non coguntur ab ecclesia propter sponsalia iurata, ad matrimonium. 124.a.

Spon-

Index Alphabeticus.

Sponsus in haeresim lapsus dirimuntur sponsalia. 128. b.
 Sponsa vi ab sponso oppressa an eo inuito possit religionem profiteri. 117.a.
 Sponsa sponsum admittens putatur eum velle matrimonio consummare: excusatur a peccato. 141. b.
 Sponsalia quid. 129.a. & 120.a.
 Sponsalia vnde dicta. 119.a.
 Sponsalia de futuro an alia via quam per carnalem copulam sine expresso consensu de presenti celebrantur in matrimonium transire. 126. b.
 Sponsalia quot modis dirimuntur. 127.a. & 128.a. & sequen.
 Sponsalia iurata si velit postea religionem ingredi, an teneatur prius contrahere. 127. b.
 Sponsalia de futuro transfuga sunt in matrimonium de presenti per superuenientem carnalem copulam. 105. b. in fi.
 Sponsalia ne utique sufficiunt ad matrimonium nisi si nouus de presenti consensus accesserit. 120. b.
 Sponsalia non sunt de essentia matrimonij. 120. b.
 Sponsalia possunt inter absentes per procuratores vel per literas fieri. 120. b.
 Sponsalia ante septennium non sunt valida. 122.a.
 Sponsalia de futuro iure iurando firmata vim non habent matrimonij de presenti. 123. b.
 Sponsalia de futuro contrahens cum duabus & cum secundo fallaciter congressus, cum qua cogi debeat matrimonium inire. 126.a.
 Sponsalia quot modis contrahantur. 120. b. & sequen.
 Sponsalibus de futuro si accedat copula, ecclesia cogit ad matrimonium. 103.a.
 Spurius non tenetur in conscientia haereditatem filio legitimo restituere. 357.a.
 Sol & luna circa diem iudicij re vera obscurabuntur. 504. b.
 In solis quiete tempore Iosue vtrum omnes orbis quietuerint. 548.a.
 Sont quales sunt futuri in die iudicij. 404.a. b.
 Status temporis in homine triplex. 122. b. & 249.a.
 Status religionis perfectior est longe quam status nuptialis. 295.a.
 Stipes affinitatis sunt maritus & vxor. 344. b.
 Stipes consanguinitatis quis. 320. b.
 Subdiaconus ad horarum canonicarum recitationem tenetur. 23.a.
 Subdiaconi officium. 19. b. Vide Diaconus.
 Subtilitas in corpore glorioso duplex. 631. b.
 Subtilitas an sit inter dotes corporis gloriosi connumeranda. 631.a. b. & sequen.
 Subtilitas & impassibilitas in quo differant. 632.a.
 Subtilitatis dos in beatis corporibus an occupabit locum. 635. b. & sequen.
 Subtilitatis dotes. 636. b.

Suffragium aut satisfactorium opus nemo potest suo nomine prestare quod sit apud Deum meritum, nisi sit in gratia & amicitia Dei. 473.a.
 Suffragium pro multis oblatum nulli eorum tantum prodest, quantum si pro illo solo offerretur. 486. b.
 Suffragia mortuorum quam antiqua fuerint in ecclesia. 480.a. b.
 Suffragia an dantur profint variae opiniones. 485. b. & sequen.
 Suffragia quae quis pro altero offert, vtrum si bi ipsi qui offert profint. 273.a.
 Suffragia quae dicantur. 471. b.
 Suffragia viuentium non profunt pueris in limbo. 488.a.
 Suffragia viuorum non solum viuis profunt si pro illis offerantur: verum etiam mortuis. 471. b.
 Suffragia peculiariter oblata pro singulari defuncto, licet ratione charitatis in qua fundantur profint quibuscumque in ea existentibus, nihilominus simpliciter plus profunt illi pro quo offeruntur. 475. b.
 Suffragia quae defunctus heri iussit, si tot tantaque sint, vt poene purgatorij persoluerentur sufficiant, an postmodum mora & retardatio ea persoluedi defunctum remoretur ne cito poenas euadat. 486.a. b.
 Suffragia nostra nihil profunt beatis aeternis. 479.a.
 Suffragia quae vel ecclesia, vel alius offert pro aliquo viuente, non profunt nisi is quoque pro quo offeruntur sit in gratia. 473.a.
 Suffragia & preces damnatorum Deus solet exaudire, non quidem ob eorum dignitatem & meritum, sed si iusta petant. 474. b.
 Suffragia peccatorum per vitiosum ministrum exhibita nihil valoris amittunt, qui ex opere operato prouenit. 472.a.
 Suffragia particularia illa magis sunt singularia & plus adiuuantia quae ipse defunctus heri iussit. 486. b.
 Suffragia ecclesiae fruuntur peccatores. 186.a.
 Suffragiorum tria genera. 381. b.
 Supputandi gradus affinitatis in ecclesia qualis vsus. 324. b.
 Supernaturalia a nobis intelligi possunt. 480. b.
 Susceptor esse iure prohibetur, qui non est baptizatus, non tamen haereticus. 371.a.
 Susceptores plures an contrahant cognationem. 369.a.

T.



Actus sensus in beatis corporibus erit vsui: poterunt enim se mutuo tangere. 630.a.
 Temporibus sacris an liceat debitum petere. 204.a.
 Tenebrarum tria genera. 458.a.

Te-

Index Alphabeticus.

¶ Testes accusando matrimonio necessario adhiberi debent: quia coniugum assertione non debet matrimonium dirimi. 691.b.
 ¶ Testamētū quod nō valeat nisi quinque; testibus confirmatū an sit cōtra euangeliū. 69.b.
 ¶ Tonfura clericorum nō est de essentia sacra menti ordinis. 28.a.
 Tōfura prima an sit propriè ordo. 29. a. Vide in verbo Corona.
 Tonfura prima an possit à parociano conferri. 46.b.
 ¶ Traianus ab inferis in vitā resuscitatus precibus D. Gregorij in cœlū euolauit. 478.b.
 ¶ Tubam canere in die iudicij quid sit. 472.b.
 Turpitudine duplex, vna poenæ, altera culpæ. 83.b.
 Turpitudine coniugalis officij nō est culpæ, sed poenæ. 83.b.

V.

Velaminis nuptiarum ratio optima. 99.a.
 ¶ Verba non sunt necessaria etiam in valentibus loqui, sed sufficiūt nutus. 105.b.
 Verba nulla citra interiorem cōsensum matrimonij quo ad Deum perficiunt. 151.a.
 Verba cōsensum exterius exprimētia an sint de essentia matrimonij. 105.b.
 Vetuli & decrepiti senes an iure possint matrimonio coniungi. 245.a.
 ¶ Vestes episcoporum & sacerdotum, quidq; earum vnaquæq; significet. 37.a.b.
 Vestes pontificis maximi antiquæ legis. 38.a.
 ¶ Videre Deum sicuti est quid. 595.b.
 Videre nō satis est ad cōprehensionem. 596.a.
 Videre aliquid in verbo quid sit. 601.b.
 ¶ Visio beata suapte natura est ppetua. 611.a.
 Visio quæcūq; beata est notitia simplicissima eademq; apprehensiva. 607.b.
 Visio beata in sua natura & essentiali virtute includit volūtatis reſtitutionem, quæ est ad beatitudinem necessaria. 612.a.b.
 Visio beata siue animæ Christi, siue alius cuiuslibet nō repræsentat per modū habitus, sed per modum actus. 607.a.
 Visio beata eminētèr cōtinet perpetuū & honestissimum gaudium, & fruitionem. 614.a.
 Visio beata nulli subditur contrario. 612.a.
 Visio post resurrectionē nō erit intērior. 615.a.
 ¶ Visiones in beatis an sint omnes eiusdē speciei. 599.a.
 ¶ Vinum nuptiarū coniugalem lætitiā significat. 77.a. & 87.b.
 ¶ Violentia quid. 145.b.
 Violentiæ duplex genus. 146.a.

Violentia cōditionata in sola volūtate & brutorum appetitu reperiri potest. 146.a.
 ¶ Violatio ecclesiæ nisi legitime cōstitit nō est à celebratione abstinendum. 205.a.
 ¶ Vipera & alię serpētes partu nō disrūpūtur contra opinionē Plinij & Dioscoridis. 76.b.
 ¶ Vir & vxore quali iure gaudent æqualitate non quantitatis, sed proportionis. 201.a.
 Vir pōt quæcūq; vota vxoris irritare. 203.b.
 Vir an possit vxore inuita & relicta militare. 204.a.
 Vir potest inuita vxore se in seruum vendere, vxor verò non item. 247.a.
 Vir si fornicetur post diuortium an possit cōpelli ad vxorē redire? 267.b. Quid in cōſciētia. 268.a.
 ¶ Virginitas quid. 647.b.
 Virginitas post sufficientem hominū propagationem semper fuit matrimonio præſtātor. 180.b.
 Virginitatis aureola fortè non donatur in cœlo, nisi qui voto illā confirmarunt. 647. a. vide Aureola.
 Virginitati tempore legis Moyſaicæ an præferretur coniugium. 180.a.
 In virginitate tria consideranda. 647.b.
 ¶ Virgo Maria an in cœlū corpore euectā fuerit. 409.a. vide plura in verbo Maria virgo.
 Virgines prudentes & imprudentes. 531.b.
 Virtutes cœlorum cōmouendas in die iudicij quomodo intelligendum. 505.b.
 ¶ Vitæ æternæ nomine quid intelligatur in sacra scriptura. 563.b.
 ¶ Viui qui tempore iudicij probi reperientur nō tantum tormentum in conflagratione sustinebunt sicut mali. 542.a.
 Viuos in die iudicij rapi obuiam Christo quomodo intelligendum sit. 422.a.
 ¶ Vnctio triplex. 618.b.
 ¶ Vniuersitas an possit quæ de fonte leuare. 370.a.
 ¶ Vocis iudicij virtus. 404.a.
 Voces aliquę an sint futurę i die iudicij. 402.b.
 Vocalis fermo an sit futurus in beatificato corpore. 629.b.
 Votū verbis nō idiget sicut mīmonij. 110.b.
 Votū metu emissum an sit validum. 153.b.
 Votū virginitatis à beatissima virgine ortum habuit. 181.b.
 Votum reddēdi debitum coniux emittere nequit altero inuito. 203. & seq.
 Votū simplex castitatis potest seruus inuito domino emittere. 244.a.
 Votum castitatis semper fuit à lata euāgelica lege ordinibus sacris annexum. 288.a.

Vo-

Index Alphabeticus.

Votum solenne à simplici quomodo differt. 290.b. & 294.b.
 Votum bifariam fit solenne. 291.a.
 Votum præcisè nō contrahendi matrimoniū, non est votum castitatis, neq; per simplicē fornicationem violatur. 291.b.
 Post votum simplex si matrimonium contrahatur, ratum est. 291.b. licet graue peccatū est. 271.
 Quis verò dispenset. 273.a. & quid remedij adhibendum. 292.a.
 Votum quid. 290.b. & seq.
 Votum quotuplex. 295.b.
 Votum solenne à neophytis susceptum vtrū habeat vim dirimēdi matrimoniū antiquū ac si nouum ipse pacisceretur. 314.b.
 Voto castitatis obſtricti num aliquo casu cogi possint matrimonia inire. 80.b. & seq.
 Votum cōtinentiam coniuges quibus modis possint. 117.b.
 Votum castitatem an possit vxor dimissa sine licentia coniugis. 267.b.
 Vtus rationis in quibus sit necessarius. 49.a.b.
 Vtus matrimonij quot modis accidere possit vt sit peccatum. 83.a. & latissimè. 199.a. & sequen.
 Vtus coniugalis potest esse apud Deum meritorius gratia. 82.b.
 Vtus matrimonij illicitū qui dixerint. 81.b.
 ¶ Vxor propter quid ducenda. 77.a. & seq.

Vxor an possit diuortij petere sicut ipse vir. 359.a.
 Vxor an sit restituenda viro vitæ restituto, an verò per mortem naturalem coniugium dissoluatur quo ad vinculum. 117.b.
 Vxorem fratris an quis possit ducere. 350. & seq. Vide plura in verbo Matrimonium.
 Vxorem prostituens non potest ab ea diuortium petere. 255.b.
 Vxorem interficere an liceat viro in aliquo casu. 274.b. & seq.
 Vxorem adulteram interficere non licet viro priuata autoritate, quantumuis in flagranti delicto deprehensam. 274.b.
 Si tamē occiderit nullum est decretum publicum supplicium. 275.a.
 Vxor quatenus licitum sit vti. 195.b.
 Vxore vti sanitatis gratia an sit peccatū. ibid.
 Vxores plures nulli vnquam habere licuit, nisi si cui fuit diuina reuelatione cōcessū. 213.b.
 Vxores plures ducens infamis est, & de hære si suspectus. 215.b.
 Vxorū pluralitas an sit contra finem matrimonij. 209.b. an licita fuerit ante legē euāgelicam. 211.b.
 Vxoribus pluribus qui apud Ethnicos vtebatur, vnicam illarum habebant, quæ esset mater familiæ. 212.b.
 Vxorcidium quot modis matrimonium impediatur, aut contractum dirimat. 270.b.

F I N I S.

D I S T I N C T I O V I G E - simaquarta . De Sacramento or- dinis & eius anne- xis .

Text.
Cap. 1.



Xpedito sermone sacramentorū quinque, ad singulos Christianos pertinentium, sextum locum sibi vendicat sacramentum ordinis, quod ecclesiasticæ Reipublicæ ad procreandos spirituales filios necessarium est. Est enim ordo, Sacramentum quo potestas spiritalis significatur & traditur in ordine ad sacrosanctum corpus Christi consecrandum. Quod qui dem sanctum ordinis sacramentū, qui ecclesiæ subtrahunt, hæretici planè sunt, eius nimirum pulchritudinem & decorem contenebra re molientes, tanquam regina sedet à dextris principis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Splendet enim ecclesiæ corpus, ut ait ad Corin. Paulus, membrorum diuersitate: ut aliud sit oculus, aliud auris, aliud verò manus vice, atq; aliud fungatur officio pedis. Vnde & ad Ephe. Alios, inquit, dedit (scilicet Christus) apostolos, quosdam prophetas, alios Euangelistas, alios pastores & doctores in opus ministerij.

Cap. 2. ¶ Quocirca iuxta septiformem spi-

ritus sancti gratiā septem sunt ecclesiastici ordines, quorum munera Christus seruator noster per semetipsum exercuit, ac subinde partim instituit, partimq; instituenda insinuauit. Hæc autem, uti in Epistola ad Gudifredū author est Isidorus, sunt ostiarius, lector, exorcista, acolytus, seu acoluthus, subdiaconus, diaconus, presbyter. Ostiarij cura est, claues habere ecclesiæ, & quæ intus sunt custodire, cymbalo populum conuocare, genus immundū in fidelium ingressu arcere. Quo utiq; officio Christus qui ostiū, inquit, sum, per me si quis introjerit, saluabitur, functus est, quando flagello de funiculis confecto vendentes & ementes eiecit de templo. Quapropter eiusmodi ordo in traditione clauium & cymbali confertur.

¶ Lectoribus autem incumbit catechumenos prima fidei rudimenta erudire, & vetus testamentum legere. Quorum igitur ordinatio in traditione lectionarij consistit. Horum exemplar præbuit Christus, quando in medio seniorum librum Esaiæ aperies, distinctè ad intelligendum legit.

A ¶ Exor-

Exorcista. ¶ Exorcistæ officium est energumenos dæmonum expulsionē mundare, quibus ideo exorcismo rum liber in sua ordinatione exhibitur. Quod quidem beneficium Christus præstitit, tum surdo & muto, cui salua sua delinitis auribus ait: Epheta, quod est, aperire: tum etiam Magdalenæ atq; alijs, de quibus dæmonia eiecit.

Acoluthus. ¶ Acoluthus, seu acolytus idem græcè quod subsequens huic potissimum ministerio addicitur: ut subdiacono vinū & aquam porrigat. Quare licet & ceteroferarij sint, per traditionem tamen viceolorum ordinantur. Atq; isti ordines quatuor, minores dicuntur.

Cap. 3. ¶ Quinto ascensionis gradu locatur subdiaconus: græcè hypodicon^o, quasi diaconi minister, qui ppe cui calicem cum materia cōsecranda subministrat; quem ille sacerdoti ministret. Hi autem Moisaica lege Nathinæ dicebantur, ut apud Esdras legitur: qui erant Leuitarum ministri, quibus Leuitis diaconi apud nos respōdent. Debent præterea aquam, bacile & manutergium ad lotionem presbyteri habere parata: tamen si per susceptionem vacui calicis cū patena character eis imprimatur, ut Synodus nos sancta Florentina admonuit: cum illa forma. Videte cuiusmodi ministeriū vobis tradit. &c.

Diaconus. ¶ Super his sunt diaconi: hoc est, ministri, nam ipsi sunt qui pres-

bytero proximè administrat. Quorum idcirco figuram Levitæ olim præferant, in ministerium sacerdotum assumpti: adeò ut & læuitarum nomen diaconi modo retineant. Eorū ergo muneris est materiam consecrandam sacerdotibus porrigere, sed potissimum, Evangelium legere, illudq; per modum catechismi absque sollemnitate prædicare. Quapropter tūc diaconus ordinatur, dum librū Evangeliorum sub forma ab Episcopo prolata recipit.

¶ Denique presbyteri, hoc est, seniores, ob sacramentorum administrationem sacerdotes, ut potestates, appellantur. Quorum ideo ordinatio tunc perficitur, dū ordinator materiam eis præbens consecrandam, Accipe, inquit, potestatem offerre sacrificium Deo, missasq; celebrare tam pro viuis, quàm pro defunctis. Congruit autem ut prius eius manus oleo benedictionis ad illam muneris sublimitatem consecrentur. Et post modum per manuum impositionem, facultas qua remittendi peccata funguntur, designetur.

¶ Ex his commemoratis ordinibus sacerdotium proculdubio sacramentum est, quod utique citra hæreseos labem inficiari non licet. Quamobrem & characterem imprimi, & gratiam confert. Fuit enim à Christo Domino in vltima cœna, quantum ad po-

Dubium.

Presbyter.

Sacerdos.

Cap. 4.

ad potestatem consecrandi, institutum, & post resurrectionem facultate remittendi peccata, quæ antea fuerat Petro promissa, cum latum. Sed de diaconatu idem sentire congruit: nam ut in actis Apostolorum memoriæ proditum est, per manus impositionem septem fuerūt diacones ordinati, quorum cū sanctos mores Paulus in priori Episto. ad Timoth. tam anxie deponat, citra dubium altaris ministerio per sacramentum ex Christi institutione sunt addicti, & in diaconos & subdiaconos diuisi. Igitur tres isti ordines, qui idcirco & maiores dicuntur & sacri, votoque cōtinentiæ, onerique diuinum officium persoluendi obnoxij sunt, inter sacramenta ecclesiastica referuntur. Reliqui verò quatuor minores, ecclesiæ sancto decreto instituti creduntur. Quare eatenus sacramenta censentur, quòd sunt sacramentorum præambula.

Cap. 5. ¶ Omnium autem clericorum insignie, corona est, quam Petrum in memoriam spineæ coronæ Domini gestasse, tum Beda in libr. de gestis Anglorum, tum & alij notabiles authores scripto retulerunt.

Beda. ¶ Prima verò tonsura inter ordines propriè non habetur, sed quoddam ordinum rudimentum, ut pote per quod clericus nulli officio ecclesiastico mancipatur, quo laicus fungi nequeat. Deputatus enim non nisi diuinis laudibus ca-

nendis. ¶ At verò sacerdotum duo sunt ordines: nempe, eorum, qui simplices sunt presbyteri, & eorum, qui episcopali dignitate fulgent, atque adeò sacerdotum apicem obtinent. Nam etsi sacerdotum munus sit, sacramentorum administratio, tamen simplices neque omnia possunt perficere, ut sacramenta confirmationis & ordinis, neque templa, altaria, & vasa consecrare, quæ quidem episcoporum sunt propriæ functiones, atque adeò, ceu consummato sacerdotio pollètes, summi sacerdotes appellantur. Quo fit, ut episcopatus, licet ordo ea ratione sit, qua altior est dignitatis gradus, non tamen sit per se sacramentum, sed sacerdotalis sacramenti perfectio, cuius character per episcopalem consecrationem ad alia munera exequenda protenditur, quæ simplex sacerdos præbere nequiuerat. Atqui discrimen hoc episcopi & presbyteri diuino iure per Christi institutionem semper fuit in ecclesia designatum. Apostolos quippe Christus in Episcopos creauit, ut inter quæstiones veteris & noui testamenti August. pro constantissimo ducit, qui bus subinde episcopi successerunt: cum tamen presbyteri non nisi septuaginta duorum discipulorum vicem gerant, ut Anacletus papa author est. Tamen si Apostolus Pau. alterutro sæpè nomine vtrum;

Cap. 6.

Episcopus.

Aug. c. 93.

que comprehendat.
 Cap. 7. Ad hæc & episcopis tum archiepiscopi, tum & superioribus patriarche præferuntur, & cardinalium senatus, ut pulcherrima hæc membrorum compago in unum summum Pontificem consummetur, qui vice Christi omnium sit culmen & caput. Quos quidem uniuersos ordines sacrosanctæ ecclesiæ, ut locorum dignitate, sic & indumentorum varietate & decore merito decuit esse dignos.

DISTINCTIONIS
 vigesimæ quartæ. Quæstio prima. De substantia sacramenti ordinis & eius qualitatibus.



SE C V N D V S tomus nostri huius instituti operis tribus erit partibus distributus. Nam cum primus quinque nobis Sacramentorum disputationem præstiterit, quæ singulis personis conpantur, in hoc præsentis reliqua duo tractanda supersunt, quæ non singulis membris, sed toti reipublicæ & ecclesiæ in commune bonum sunt necessaria. Ea verò sunt ordo & matrimonium, quorum prius ad procreationem filiorum spiritualium attinet, posterius vero ad propagationem filiorum secundum carnem. Quibus denique tertium est membrum adhibendum de statu resurgentium. At qui tractatus Sacramenti ordinis duas occupabit distinctiones, quarum hæc vigesimæ quarta circa eius substantiam, partes & qualitates versabitur. Secunda verò de ijs, qui ordinare quiq; ordinari possunt, continebit sermonem. Quocirca distinctionis præsentis duæ erunt quæstiones, prima de substantia & partibus sacramenti ordinis, & secunda de quibusdã, quæ eidem sunt sacramento connexa.

Utrum ordo in ecclesia esse debeat.



QUITUR quæstionis primæ articulus primus est, an sit: hoc est, an esse debeat ordo in ecclesia. Et arguitur id non decere. Primò: Ordo dicitur prælationem eorum qui subditos habent: ecclesiam verò id non decet: quia videtur libertati repugnare qua nos Christus donauit, iuxta verbum Ioan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis.

¶ Secundò. Christus Matthæ. 10. videtur huiusmodi ordines condemnare dicens, Principes gentium dominantur eorum, vos autem non sic, sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri, sit uelut minister, sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. Et ad Ephe. 2. Apostolus, Inferiores, inquit, inuicem arbitrantur.

¶ In contrarium autem est illud eiusdem apostoli ad Roma. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Vnde colligitur quòd in ecclesia, quæ a Deo est, quippe quam ipse suo sanguine ædificauit, ordo esse debeat.

¶ Primum omnium hic de nomine ordinis fortasse quispiam hæsitet, cur isti ecclesiæ gradus & magistratus sic appellentur: nam ordinis nomen latius multo patet ad res uniuersas. Ordo enim auctore August. 19. de ciuita. cap. 13. est parium dispariumque rerum suam cuique loca tribuens dispositio. Dicuntur namque & religiosorum ordines, & conjugatorum, atque virginum. Quin verò in republica ciuili sunt ordines. Vnde Cicero & alij, senatum, ordinem amplissimum appellant. Erant enim tres ordines: scilicet, senatorius, equæstris, & plebeius. Et modo in republica est ordo opificum & nobilium, ut comitum, ducum: & in militia ordo peditum & equitum. Quin verò uulgatum dictum est, tum rem publicam bene habere, cum unusquisque suum seruat ordinem, ut Homil. 2. super lib. Numer. ait Origenes, ubi hos diuersi generis ordines connumerat. ¶ Ad hoc respondetur, nomē latissimæ significationis sanctos patres per antonomasiam gradibus ministrorum ecclesiæ; ac omnimodis, ut docerent quòd quantum ad omnes alios magistratus ciuilis reipublicæ, ad aliosque uirtutum gradus diffundatur, tamen inter Christianos per excellentiam ministris ecclesiæ secundum diuersas eorum dignitates competere. At qui ordo secundum proprium significatum relationem &

Ordo ecclesiasticus quid.

Definitio ordinis.

Signaculum quomodo accipiatur. Definitio Scoti reprobatur.

Heretici hoc sacramentum negant.

Lutherus.

Vile locum

Psal. 44.

Partis negatiue.

1. Argum.

2. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Ordo quid

Origenes. Solutio ad obiectiones.

nem & habitudinem inter superiores & inferiores significat vel personas ipsas & status diuersos. Quam ob rem Thomas Valdensis tomo. 2. De sacramentis. c. 116. Ordo, inquit, est sacramenta ministratum habitudo legitima, cuiq; ratione ministerij conueniens. Inde tam tractum est ad significandum illud sacramentum, quo iidem ministri iniantur, & per gratiam ad ritè administrandum sacramenta consecrantur. ¶ Vnde, ut Petrus Lombardus definit, Ordo est signaculum ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato: puta, ut in textu dicebamus, est sacramentum, quo potestas spiritualis significatur & traditur in ordine ad sacrosanctum corpus Christi consecrandum. Itaq; signaculum non accipitur pro characterè ordinis, sed pro sacramento, quo character imprimitur, qui est potestas illa spiritualis. Quocirca ordo idem est in præsentiarum quod ordinatio. Atq; adeò nõ est tam exacta definitio illa Scoti, quæ sacramentum ordinis sit potestas spiritualis: nam potius est ordinatio per quam eadem potestas acquiritur.

¶ Hoc ergo sanctum ordinis sacramentum de medio tollere conantur hæretici. Vt ite fiquidem, ut est videre apud Valdensem tomo 2. De sacramen. cap. 7. & 28. sacramentum ordinis abnegat, quauis postmodum idem Valdensis cap. 116. referat eundem concessisse, in primitiua ecclesia fuisse presbyterum & diaconum, non tamen sacramentum sensibili initiatio, sed per internam Christi inspirationem, ut ca. postea. 123. commemorat. De qua re dist. sequenti nobis resumendus est sermo. ¶ Eandem hæresim ab orco suscitauit Lutherus, qui in suo illo pestilenti libro de abroganda missa priuata, omnes istos ordines ecclesiasticos prostermit, pessundatq; dicens, hierarchiam ecclesiasticam, in qua constituitur summus sacerdos, dein de episcopi & sacerdotes, esse similem gentilitiæ constitutioni de sacerdotibus Iouis. Veneris, & Saturni. Christianus enim, inquit, populus debet esse omnino simplex, in quo prorsus nulla secta, nulla differentia personarum, nullus laicus, nullus clericus, nullus monachus esse debet sed tantum prædicatores. Ecce monstrificam Lutheri ecclesiam sine capite & membrorum uarietate. Contra hanc autem hæresim satis superq; dist. 13. q. 1. ar. 1. locuti sumus, ad demonstrandam ecclesiæ hierarchiam episcopis, presbyteris atq; alijs ministris distinctam, quasi reginam, ut est in Psal. 44. circumdatam uarietate à dextris Christi sedere. ¶ Et ideo nihil est reliquum, quod hic possimus adhibere, sed satis est duas conclusiones simpliciter ponere. Pri-

ma. Decentissimum fuit, imò necessarium, ordines in ecclesia existere. Potissima huius ratio est, quod Christus omnia sua opera tam naturæ quæ gratiæ ad similitudinem uirtutis suæ produxit, ut per ipsa eadem opera cognosceretur, iuxta uerbum apostoli ad Roma. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: in Deo autem sicut intus inter personas: ordo est originis, ut pater à nullo procedat, & filius à patre, & spiritus sanctus ab utroq; ita & in uirtute, qua cuncta procreat, ordinis pulchritudo lucet, ut per superna infima gubernet, disponat & administret. Quare in supra-cœlestibus spiritibus idem est ordo, ut per superiores inferiores illuminet, præter beatam uisionem, qua cuncti essentiam contuentur. Et in operibus naturalibus elementa cœlestibus orbibus subdidit, quorum terram infimo loco subdidit, ut omnis inferiorum uirtus, ut ait, in Meter. Aristot. à cœlestibus lationibus gubernaretur. Quocirca & omnem ciuilem rem publicam lumine naturali docuit, ut caput sibi institueret & digniora membra, per quæ inferior populus iustitiam reciperet. Barbari ergo sunt & humano nomine indigni, qui hoc ordinem micante luce & pulchritudine ecclesiam Christi, quæ inter mundi politias optima est, denudare contendunt. Sapè cum non solum in lege ueteri Deus summum sacerdotem, ac sub ipso alios, & præterea Leuitas instituerit, qui diuino cultui essent mancipati: uerum & gentes naturæ radio docuit, nullum, siue Dei ueris, siue Deorum cultum sine sacrificijs & sacerdotibus uigere posse. Quapropter Dionysius ecclesiasticam hierarchiam instar cœlestis depinxit episcopis, presbyteris & diaconibus distributam. ¶ Accedit autem particularis ratio in ecclesia, quòd cum sacramenta sint instrumenta passionis Christi, quæ ab ipso uirtutem habent supranaturalem conferendi gratiam, ratio subsequenter postulabat, ut eorum ministri in ordine sanctitatis constituerentur, & quo eadem sacramenta idoneè administrarēt, gratia suffunderentur. Quam ob rem nisi hæretici prius uirtutem sacramentorum supranaturalem negassent, nunquam ordines sacros inficiarentur: sunt enim uirtutes sacramentorum & ministrorum connexa, sed quia omnia deturbant indigni sunt cum quibus disputeremus. Paulus enim ad Ephe. 4. ordinem eundem ecclesiæ depingens ait, Christum quosdam de disse apostolos, quosdam prophetas, alios uerò euangelistas, alios autem pastores & doctores. ¶ Sed aiunt Lutherani non nominasse illic sacerdotes, quare ipsos plebanos appellant pastores.

1. Conclusio. Ratio conclusionis.

Paul. Ro. 1.

Ordo in rebus omnibus.

In natura libus.

Arist.

Dionysius

Ratio alia.

Paul. ad Ephe. 4.

Lutheri obiectio.

Dilutio ob
lectionis.

tores ob solum officium prædicandi, quos quidem inter eos civilis reipublica creat. Attamen eorum calumnia eo retunditur, quod nomine apostolorum, episcopi eorum successores, intelliguntur, & pastorum appellatione sacerdotes, qui sacramentorum pabulo, quod potissimum est in ecclesia, populum pascunt: & ideo sublungit pastores & doctores: hoc est, sacramentorum administratione, & verbo doctrinæ plebæ imbuentes. Quare cum reipublica civilis nulla polleat supernaturali potestate, deridiculum est dicere, quod ipsa possit spirituales pastores instituire.

Paulus.

Iidem ex illo Pauli. 1. Corinat. 12. confirmatur, ubi ait, quod diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministrorum, idem verò Dominus, & diuisiones operationum, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Et subnectit analogiam corporis, quod sicut in vno corpore multa sunt membra, ita & in vna ecclesia multi sunt ordines. Vnde. 1. Timoth. 3. postquam episcopi in ore delineauit, quos in cunctis sacerdotibus requirebat, de diaconibus verbum subiunxit. Ac subinde. c. 4. Noli, inquit, negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, per impositionem manuum presbyteri. Et cap. 5. Aduersus presbyterum, inquit, accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Et infra. Manus cito nemini imponeris. Et episto. 2. ad eundem. cap. 1. Admones, inquit, te, vt refuses gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Et ad Timot. 1. Huius, inquit, causa reliqui te creat, vt ea, quæ defuncta, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Ac demum Act. 14. expressè habetur, quod apostoli constituebant per singulas ciuitates presbyteros. Canones autem immensum esset opus, hic omnes hac de re citare. Satis autem sit vnus pro omnibus Anacleti papæ discipuli beati Petri. In nouo. d. 21. ubi ait, quod post Christum dominum in Petro sacerdotalis coepit ordo, cui Christus potestatem in ecclesia dedit dicens, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Apostoli namque, cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt, scilicet apostolicam, quorum loco successerunt episcopi: sed postmodum dominus alios septuaginta duos discipulos elegit, quorum typum gerunt presbyteri. Cætera loco citato latius disseruimus. ¶ Secunda conclusio. Ordo ecclesiasticus est sacramentum. Probatur. Sacramentum, vt d. 1. dictum est, nihil aliud est quàm sacre rei signum: hoc est signum gratiæ hominem sanctificantis: sed ordo est eiusmodi, non enim accipitur, pro ea habitudine & relatione, quæ est inter su-

Paul. 1. ad
Timot. 13.

periores & inferiores: sed pro ipsa ordinatione, quæ est sensibile signum spiritualis potestatis, quæ illic confertur, vt cum episcopus oblato calice cum hostia ait, Accipe potestatem offerendi sacrificium &c. Per illa enim verba & traditionem materiæ confert potestatem: nempe, characterem ad consecrandum, ac subinde nisi obex obtiterit, gratiam ad ritè & rectè idè obeundum munus. Ex quo fit gratis Scotum presentem dist. negasse hoc esse propriè sacramentum, eo quod non est visibile signum, sed solum, inquit, est sacramentum accipiendo pro signo inuisibile: nempe, pro characteris. Quod enim hoc gratis dicatur, patet: nam materia illa, quæ exhibetur ab episcopo, & forma, qua traditur, vt art. proximo notus fiet, signum sensibile est potestatis, quæ confertur, & gratiæ. In subsequentibus verò de isto effectu gratiæ iterum dicendum est. Deinde examinandam an singuli ordines sint sacramenta: atque adeò vtrum omnes simul sint vnum sacramentum, & vtrum omnes sint de iure diuino à Christo instituti. Fit ergo ex his consequens, quod neque ordo, qui est inter angelos, sit sacramentum, neque vero vnctiones, quibus reges vnguntur, vel abbates, quia per illas non confertur potestas supra corpus Christi verum. De ordinatione verò episcopi infra fiet sermo.

Ad Timot.
1.

¶ Ad vtrunque igitur argumentum in capite propositum respondetur, quod ordo subiectionis, qua quis vt seruus alteri subditur, libertati repugnat, sed tamen ille non est ecclesiasticus ordinatio qui in ecclesia presunt, non debent dominari quàm domini seruis, sed tanquàm subditorum ministri: non enim potestatem habent in bonum proprium, sed in bonum Christianæ reipublicæ. Et hoc est, quod Christus admonebat apostolos. Paulus verò persuadebat, vt licet prelati sint officio superiores, existiment tamen se meritis inferiores.

Actu. 14.

¶ Ad vtrunque igitur argumentum in capite propositum respondetur, quod ordo subiectionis, qua quis vt seruus alteri subditur, libertati repugnat, sed tamen ille non est ecclesiasticus ordinatio qui in ecclesia presunt, non debent dominari quàm domini seruis, sed tanquàm subditorum ministri: non enim potestatem habent in bonum proprium, sed in bonum Christianæ reipublicæ. Et hoc est, quod Christus admonebat apostolos. Paulus verò persuadebat, vt licet prelati sint officio superiores, existiment tamen se meritis inferiores.

Canō Ana
cleti.

¶ Ad vtrunque igitur argumentum in capite propositum respondetur, quod ordo subiectionis, qua quis vt seruus alteri subditur, libertati repugnat, sed tamen ille non est ecclesiasticus ordinatio qui in ecclesia presunt, non debent dominari quàm domini seruis, sed tanquàm subditorum ministri: non enim potestatem habent in bonum proprium, sed in bonum Christianæ reipublicæ. Et hoc est, quod Christus admonebat apostolos. Paulus verò persuadebat, vt licet prelati sint officio superiores, existiment tamen se meritis inferiores.

2. Conclu.
Ratio.

¶ Ad vtrunque igitur argumentum in capite propositum respondetur, quod ordo subiectionis, qua quis vt seruus alteri subditur, libertati repugnat, sed tamen ille non est ecclesiasticus ordinatio qui in ecclesia presunt, non debent dominari quàm domini seruis, sed tanquàm subditorum ministri: non enim potestatem habent in bonum proprium, sed in bonum Christianæ reipublicæ. Et hoc est, quod Christus admonebat apostolos. Paulus verò persuadebat, vt licet prelati sint officio superiores, existiment tamen se meritis inferiores.

periores & inferiores: sed pro ipsa ordinatione, quæ est sensibile signum spiritualis potestatis, quæ illic confertur, vt cum episcopus oblato calice cum hostia ait, Accipe potestatem offerendi sacrificium &c. Per illa enim verba & traditionem materiæ confert potestatem: nempe, characterem ad consecrandum, ac subinde nisi obex obtiterit, gratiam ad ritè & rectè idè obeundum munus. Ex quo fit gratis Scotum presentem dist. negasse hoc esse propriè sacramentum, eo quod non est visibile signum, sed solum, inquit, est sacramentum accipiendo pro signo inuisibile: nempe, pro characteris. Quod enim hoc gratis dicatur, patet: nam materia illa, quæ exhibetur ab episcopo, & forma, qua traditur, vt art. proximo notus fiet, signum sensibile est potestatis, quæ confertur, & gratiæ. In subsequentibus verò de isto effectu gratiæ iterum dicendum est. Deinde examinandam an singuli ordines sint sacramenta: atque adeò vtrum omnes simul sint vnum sacramentum, & vtrum omnes sint de iure diuino à Christo instituti. Fit ergo ex his consequens, quod neque ordo, qui est inter angelos, sit sacramentum, neque vero vnctiones, quibus reges vnguntur, vel abbates, quia per illas non confertur potestas supra corpus Christi verum. De ordinatione verò episcopi infra fiet sermo.

Scot. opin.

Corollarium

Solut. arg.

¶ Ad vtrunque igitur argumentum in capite propositum respondetur, quod ordo subiectionis, qua quis vt seruus alteri subditur, libertati repugnat, sed tamen ille non est ecclesiasticus ordinatio qui in ecclesia presunt, non debent dominari quàm domini seruis, sed tanquàm subditorum ministri: non enim potestatem habent in bonum proprium, sed in bonum Christianæ reipublicæ. Et hoc est, quod Christus admonebat apostolos. Paulus verò persuadebat, vt licet prelati sint officio superiores, existiment tamen se meritis inferiores.

ARTICVLVS. II.

Vtrum in hoc sacramento materia & forma congruè designentur.

Quæritur secundò de partibus huius sacramenti, quibus constat. Et arguitur quòd forma eius non sit conueniens. Sacramenta ordinantur ad sanctificationem illius cui applicantur, quæ quidem applicatio fit virtute diuina: ergo debet in forma exprimi eadem sanctificatio & virtus, per quã fit, sicut in baptismo cum dicitur

Partis negatiue.
1. Argum.

2. Argum.

dicitur, Ego te baptizo in nomine patris, &c. & in confirmatione, Ego te confirmo, &c. & in extrema vnctione, Indulgeat tibi Deus, &c. in forma verò huius sacramenti dum dicitur, Accipe potestatem, &c. nec sanctificatio suscipiendis, neque virtus, qua sanctificatur, exprimitur: ergo non est apta.

Pars affirmatiua.

¶ Secundò de materia arguitur. In materia sacramenti debet esse virtus sanctificandi per applicationem eius, vt. 1. distinximus: per ablationem enim baptismi in instructum aliter abluitur anima: vnde Hugo ait, quòd sacramentum est elementum exterius in ternam sanctitatem significans: sed in illis, quæ traduntur eis, qui ordinibus initiantur, vt in calice cum hostia non consecrata, & in libro Euangeliorum, qui traditur diacono, nulla inest virtus, quæ effectum sortiatur sanctitatis internæ: ergo illud non est legitima materia.

Conclus.
lorentina
nodus.

¶ In contrarium tamen est, quod omne sacramentum debet constare ex verbis & rebus: & vsus habet vniuersalis ecclesiæ, per huiusmodi verba, & traditionem rerum sacramentum hoc administrare.

Ratio optima.

¶ Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Forma sacramenti ordinis optime exprimitur per verbum imperatiui modi. Conclusio est concilij Florentini in instructione Armenorum, ubi forma sacerdotij ponitur hæc, Accipe potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro viuus & mortuis in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et similiter aliorum ordinum formæ, prout in pontificali Romano latè continetur. Ratio autem sumitur ex discrimine inter hæc atque alia sacramenta: nam quia gratia cuiusque sacramenti ad effectum eiusdem proprium refertur, materia & forma debent eundem effectum subnotare: effectus autem proprius aliorum sacramentorum, quæ consistunt in vsu, est sanctificare hominem secundum se ipsum inquantum est priuata persona, quemadmodum de quinque præcedentibus dictum est: vt quia effectus baptismi est ablueri animam, eamque regenerare, fit vt per illam ablationem & verba, Ego te baptizo, illa regeneratio significetur. Et idem in eucharistia & confirmatione, reliquisque sacramentis ostenditur. Institutio autem huius sacramenti non fuit per se ordinata ad sanctificationem hominis, cui adhibetur, quatenus est quædam priuata persona, sed in ordine ad populum, quia ratione ipse est pars Christianæ Reipublice, in qua constituitur minister & persona publica. Et ideo sicut creatio regis aliusque cuiusque magistratus fit per verbum imperatorium, Accipe potestatem, tradendo

Sacramenti
huius iusti
tunc quotè
dat.

¶ Valentius autem argumentum est, quòd cum inter effectus sacramenti gratia sit præstantior caractere, apparet quòd potius forma debeat designare gratiam, quàm characterem: & tamen illa facultas quæ per formam exprimitur, non est nisi character. Huius autem respondetur, quòd quatenus est persona priuata: nam ad hoc alia sacramenta sufficiebant, sed dare ei publicam potestatem: & ideo illam potius debuit formam explicare. Aliud hic dubium restat soluendum, vt rtrum impositio manuum sit pars formæ huius sacramenti. Sed huius examen art. 4. inter tractandum de singulis ordinibus commodius fiet.

illi sceptrum, vel pileum, vel clauas, vel quodpiam aliud insigne reipublicæ: sic dum ordinatur ecclesiæ minister, forma ordinandi esse debet, Accipe potestatem, tradita materia circa quam vsus eiusdem potestatis versatur. Et quia potestas per vsum eius designatur, optime dicitur in forma, Accipe potestatem offerendi sacrificium: nam ille est facultatis vsus. Et si militer in cæteris ordinibus, vt suis cuiusque locis videbitur. ¶ Quòd si contra arguas. Imperare est actus habetis autoritatem: sed autoritas effectus sacramentalis non est, nisi in Deo, vt distinct. 1. dictum est: in ministro nanque non est nisi ministerium: ergo episcopo ordinanti non congruit dicere. Accipite potestatem, sicut Christus dixit, Accipite spiritum sanctum. Respondetur, quod quauis in episcopo non resideat prima autoritas, quia est tantum Christi minister, habet nihilominus potestatem: hoc est, ordinis characterem similem illi, quem confert. Differt tamen hoc à reliquis sacramentis, quòd nullum aliorum ad hoc conditum est, vt minister similem facultatem ei, quam habet, conferat suscipienti: sed hoc huic sacramento est peculiare, quòd per ipsum similis potestas ipsi, quæ est in ministro, traducitur in suscipientem, sicut ignis in subiecto similem sui formam producit. Itaque effectus aliorum sacramentorum est suscipientem per gratiam assimilare Deo, non autem ministro, qui sæpe assolet illa carere: effectus autem huius sacramenti est, vt ordinans per characterem assimilet sibi suscipientem: & ideo congruentissimè dicit, Accipe potestatem: videlicet, qua ego polleo. Hoc enim non profert nisi tanquàm Christi minister: sicut in baptismo baptizans ait, Ego te baptizo.

Obiectio.

Dilutio.

Discrimen
inter hoc sa
cramentum
& alia.

Argumentum
optimum.

Solutio.

Dubium.

In nomine patris etc. Quod autem in præfato concilio additur for-
ma. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, non est de essentia eiusdem formæ, sed de de-
sentia for- centia. Nam ut dist. 7. arti. 4. dictum est, sola sa-
ma. cramenta baptismi & confirmationis, quia in
illis fit professio fidei, inuocationem trinitatis
tanquam de essentia requirunt.

2. Conclus. Ex his colligitur de materia, secunda conclu-
sio priori similis. Materia huius sacramenti est
res illa, quæ suscipienti ordines traditur, vt ca-
lix cum hostia, vel euangeliorum liber, & vr-
ceoli & clauis ecclesiæ, vt in alijs ordinationi-
bus dicturi sumus. Conclusio, veluti præce-
dens, est assertio eiusdem Florentinæ synodi,
cui & ratio hæc suffragatur, quod materia de-
bet esse formæ coaptata: cum ergo forma sit
imperatoria, Accipe potestatem, applicatio
materiæ debet esse traditio vasorum, & instru-
mentorum, quibus usus eiusdem potestatis de-
signatur. Penitius verò eandem rationem spe-
culatus Sanct. Tho. ex eodem principio prio-
ris conclusionis & hanc quoque elicit. Enim
uero sacramentorum, quæ in usu materiæ cõ-
sistunt, materia debet significare effectum sa-
cramenti extrinsecus aduenire, sicut ablutio-
ne baptismi significatur, per illam, adiuncta for-
ma, animam ablui. Secus in sacramento poeni-
tentia, ubi materia sunt intrinseci actus ipsius
poenitentis, qui ideo ab intrinseco ad eius san-
ctificationem concurrunt. Eiusmodi autem ma-
teriarum, quæ forinsecus adinuentur, diuersa
est ratio. Nam cum alia sacramenta ordinentur
ad sanctificandum suscipientem per gra-
tiam, quæ quidē gratia à Deo ipso deriuatur,
& non à gratia, quæ est in ministro: si quidem
existens in peccato virtute sacramenti, quod
cõfert, sanctificat hominem necesse est vt ma-
teria per sui applicationem virtutem habeat
sanctificandi, sicut aqua in baptismo per ablu-
tionem: & chrisma in confirmatione per va-
ctionem: ad denotandum, quod minister non
sanctificat nisi per virtutē Dei, quæ est in ma-
teria. In isto autem quia per se prius non ordi-
natur nisi ad cõferendam potestatem, quæ est
character, quæ quidem deriuatur à Deo per
ministerium habentem similem characterem, to-
ta virtus sacramentalis est in ministro & in for-
ma, quàm profert. Quare materia non appli-
catur sicut habens virtutem, veluti aqua in ba-
ptismo; & chrisma in confirmatione, sed ad de-
terminandum intentionem ministri, & ad de-
signandam explicandamque facultatem illā,
quam elargitur: quare materia potius signifi-
cat usum potestatis exhibitę à ministro, quàm
ipsam potestatem. Idque deinde luculentius

Ratio con-
clusionis.

Ratio
S. Tho.
Nota.

Materiarū
ratio diuer.

Materia q̄
applicatur,
quid signi-
ficet.

confirmatur ex diuerso modo applicandi ma-
teriam: nam in cæteris sacramentis debet ma-
teria tangere suscipientem per modum causæ
efficientis, ut abluendo, vngendo &c. vt susci-
piens patiatur ab illa: in hoc verò sacramento
potius suscipiens agit tangendo & accipien-
do materiam.

Traditio
materiæ cõ-
currit ad
utrumq; sa-
cramenti ef-
fectum.
Discrimen
Cauendus est hic tamen error, ne quis putet
traditionem illam materiæ non concurrere ad
utrumque sacramenti effectum: scilicet, gratiā
& characterem: imò concurrat simul cum for-
ma: quia est pars sacramenti. Sed solum ait S.
Thom. quod non concurrat per modum rei,
in qua sit virtus, sed ad determinandam & de-
signandam potestatem, quæ confertur. Quod
quidem discriminē inde præterea patefcit, quod
materia aliorum sacramentorum, vt chrisma
in confirmatione, & oleum in extrema vnctio-
ne: & aqua baptismi, dum solenniter fit, bene-
dicuntur & consecrantur, & præ omnibus ma-
teria eucharistiæ: materia vero huius sacramē-
ti minime.

An mate-
ria debeat
tangere su-
sipientem.
Vnum autem hic suboritur dubium, vtum
materia debeat tangere suscipientem, sicut in
reliquis sacramentis, seu potius suscipiens de-
beat eam tangere cum ei ab episcopo porrigitur.
Sanct. Thom. in presentiarum refert duas
opinionēs, arguit enim sic tertio loco. In quo
libet sacramento habente materiam necessa-
rius est contactus materiæ ad eum, qui susci-
pit sacramentum: sed, vt à quibusdam dicitur,
contactus materiæ in hoc sacramento ab
eo, qui illud suscipit, non est de necessitate sa-
cramenti, sed eorum porrectio: ergo in hoc sa-
cramento nulla reperitur materia. Est tamen
licet responsio mendosissima, & vix intelli-
gibilis: debet ergo hoc pacto vel legi, vel intel-
ligi, quod sustinendo dictum illud: nempe, il-
lorum opinionem, scilicet, contactum non esse
necessarium, ratio eius potest ex dictis colligi,
videlicet, quod cum in reliquis sacramentis
effectus, vt dictum est, qui est gratia, non acci-
piatur à ministro, qui ea potest carere, sed à
materia, necesse est, vt materia tangat suscipiē-
tem. In sacramento verò ordinis, effectus: nē-
pe, character non suscipitur à materia, sed à mi-
nistro habente characterem, vt expositum est:
& ideo porrectio materiæ ab episcopo magis
est de essentia sacramenti, quàm suscipientis
contactus. At verò Sanct. Thom. propensius
inclinat in alteram opinionem: apparet enim,
inquit, quod contactus materiæ sit de essentia
sacramenti: nam videtur forma ipsa, Accipe po-
testatem, id exigere. Et confirmatur. Accipe-
re est correlatiuum huius, quod est dare: cum

ergo

Prima opi-
nio.

Solut. arg.

2. Opinio

Argumen-

Sententia au-
thoris.

Caietanus.

Autoris sen-
tentia.

Confir. 2.

Obiectio.

Dilutio.

Nota omni-
no.

ergo episcopus det potestatem, & iubeat, vt al-
ter accipiat, videtur necessarium, vt manibus
tangat. Fatemur ergo hanc opinionem multò
probabiliorem altera: nam cum episcopus nõ
tradat potestatem solo verbo, sed offerendo
materiam, certè probabilissimum est, quod su-
scipiens debeat eam tangere. Imò Caietanus
quodlib. 1. quæst. 16. duo asseuerat. Primum,
quod non opinatiuè, sed assertiuè dicendum
est requiri contactum. Secundum, quod ne-
cessarium est illum contactum simul fieri dum
episcopus formam profert, sicut in cæteris sa-
cramentis, in quibus requiritur simul concur-
sus materiæ & formæ. Verù tamen in summa.
verb. Ordinandi, seipsum videtur retractasse,
dicens, non esse necessarium contactum: quia
neque in concilio Florentino, neque in Ponti-
ficali ponitur tanquam necessarius. Et re vera
non vsque adeò videtur opinio Sanct. Thomæ
necessaria: nam hoc discrimen, quod pro altera
opinionē attulit inter materiam huius sacra-
menti & aliorum, multum eidem opinionē faci-
et. Materia siquidem huius sacramenti non
habet virtutem eo modo, quo materia aliorum
ad aliquam actionem erga suscipiētem: putà,
ad abluendum, vngendum &c. Sed solum ad
determinandam intentionem agentis: illa au-
tem determinatio posset significari per id, quod
episcopus ostendat præsentem materiam: nē-
pe, calicem & hostiā, vt suscipiens usum illius
potestatis intelligat. Et tunc dicendum esset qd
materia per ostensionem concurreret ad esse-
ctum sacramenti. Item quia in sermonibus sa-
miliaribus cum quis donat equum alteri, alter
solo nutu vel verbo potest accipere illum, li-
cèt non tangat. Et licet certè non videtur omni-
no necessarius contactus. Quod si quis contra
arguat. Sequeretur ex hoc, quod sine oblatio-
ne materiæ posset episcopus solo verbo dice-
re, Accipe potestatem offerendi sacrificium.
&c. Negatur consequentia: nam cum in omni
sacramento sit necessaria materia & forma, nõ
sufficit, quod Pontifex suam intentionem so-
lo verbo patefaciat, sed ostendendo præsentē
materiam, vt actu intelligatur tunc potestas
traduci. Hæc dixerim, non quod negare con-
tenderim contactum requiri, imò requiri com-
probo: sed ad tollendos eorum scrupulos, qui
arbitrantur nisi tetigerint calicem & simul ho-
stiam nullatenus esse ordinatos. Nam cum cõ-
tactus ille non sit nisi cæremonia, quomodo-
cunque tangant sufficit. Imò fortasse licèt nõ
atingant hostiam, sed solum calicem tangāt,
illic censentur totum, quod ibi datur, pertin-
gere: nam sicuti qui tangit calicem cõsetur tan-

gere vinum, quod est intus, ita & hostiam, quæ
est supra patenā. Tametsi nõ negauerim, quin
sit adhibenda diligentia cõtinenti etiam ho-
stiam ad modum in Põntificali Romano præscri-
ptum. Quod autem Caietanus ait, requiri si-
mul concurrere contactum cum forma, nõ in-
telligitur mathematicè, vt non finiatur verbo
rum prolatio anteq̄ tactus fiat, vt in materia
baptismi diximus: sed satis est qd sint simul mo-
re loquendi humano. Nam qui dicit, Ego te ba-
ptizo, si statim baptizet, simul censetur dicere
& facere. Quin verò in presentiarum forma mul-
tò minùs requirit, vt contactus simul fiat: nam
ad verificandū illud verbum accipe, non exigitur
ex vi significationis, vt anteq̄ præcipiens
mãdatum proferat, alter adimpleat, sed qd sta-
tim accipiat. Ad primū igitur argumentum
iam responsum est per discrimen inter hoc sa-
cramentum & reliqua: nempe, qd per alia assi-
milatur suscipiēs per gratiam Deo, & ideo ne-
cesse est, vt materia ipsorum per applicationē
habeat illam virtutem diuinā, quæ explicatur
in forma, Ego te baptizo: id est, applico virtu-
tem diuinam. Effectus autem huius est, vt or-
dinans assimilet sibi suscipientem per virtutē,
quæ est in ipso: nempe, per characterē: & ideo
est actio vniuoca, qua agens assimilat sibi pas-
sum. Atque adeò non requiritur, vt forma ex-
plicet aliquam virtutem, quæ est in materia,
sed traditionem virtutis, quæ est in ministro
per verbum imperandi, Accipe potestatem &c.

Nota.
Caietanus.
Solutio. 1.
argumen.

Solutio. 2.
argumen.

Et per hoc ipsum dilutum restat secundum
argumentum.

ARTICVLVS III.

Verum conuenienter sint in ecclesia septem
ordines distincti.

Series legitima exposcere videba-
tur, vt post considerationem sub-
stantiæ & partium sacramenti, de
eius effectibus diceremus. At quo-
niam non eadem apparet ratio in omnibus or-
dinibus eosdem proferendi effectus, ne sit opus
eadem pluries resumere, congruentius est, vt
de ordinum distinctione & numero præmit-
tatur sermo. Arguitur ergo quod ordinum
multiplicatio non erat decens. Virtus enim
quãto maior, tantò minùs est multiplicata,
& ideo non est nisi vnicus Deus, vnicus Dei vi-
carius, ac in republica rex vnus: qua de causa
Aristot. 8. Ethico. regiam potestatem prætulit
omnibus alijs, in quibus plures gubernant:

A 5 ordo

Nota.

Caietanus.

Solutio. 1.
argumen.

Solutio. 2.
argumen.

Partis nega-
tiue. ar. 1.

ordo autem ea ratione, qua homines constituit in altiori gradu, quam sit reliquus populus, dignior est reliquis sacramentis, quae non multiplicantur: non enim est nisi vnicus baptismus, vnica confirmatio &c. ergo multo minus de- cuit in plures diuidi.

2. Argum. ¶ Secundo. Si plures essent ordines, aut diuisio sacramenti ordinis in plures, esset veluti totius in partes integrales, sicut homo diuiditur in ca- put, manus & pedes: aut totius vniuersalis in partes subiectiuas: scilicet, generis in species, vt animalis in hominē & equum. Si primū de- deris, tunc sequitur quod sacramētum non ve- rificatur de aliquo in speciali: totum enim nō prädicatur de parte integrali: quia nec caput nec manus est homo: si secundum admiseris, tunc singuli per se ordines sunt sacramenta, at- que adeo omnes simul sunt septem sacramen- ta: nam genus pluraliter prädicatur de specie bus simul iunctis: sicut homo & equus sunt plura animalia. Quod si verum esset plura es- sent quam septem sacramenta: nā prater hęc sunt sex alia, baptismus, confirmatio, &c.

3. Argum. ¶ Tertio. Esto plures deberent esse ordines, ap- paret non congruere, vt essent numero septē: nam ordinum numerus secundum actiones hie- rarchicas multiplicandus est: secundum autem Dionysium de ecclesia. hierarch. tres sunt tan- tum hierarchiæ actiones: scilicet, purgare, illu- minare, & perficere: quare tres duntaxat ordi- nes distinguit, diaconatus, presbyteratus, & episcopatus.

4. Argum. ¶ Quarto ab aduersa parte arguitur, quod de- beret esse plures, scilicet, saltē nouem. Virtus, vt modò dicebamus, quo altior est: minus est multiplicabilis: sed hierarchiæ angelorū, quæ sublimio: es sunt quam hierarchiæ ecclesiæ mi- litantis, sunt nouem: ergo in ecclesia deberent esse nouem. ¶ In contrarium est vsus ortho- dx ecclesiæ, quæ ordines in septem diuidit.

¶ Ad quæstionem præsentem duabus conclu- sionibus respondetur. Prima. Congruentissi- mū fuit, vt ordines ecclesiastici plures essent, triplici ex causa. Prima fuit, vt pulchritudo di- uinæ sapientiæ in ecclesiastico cultu fulgen- tius splenderet. Sapientia enim Dei licet in se vna sit maximè, eademque simplicissima, extra se tamen multiuga effectum varietate promicat, vt patet in orbium cœlestium, astro- rumque concinentissima multitudine, & in elementorum compositione. & in numerosis- sima fructuum, animalium, aliarum quærerum copia. Eodem ergo modo ecclesia diuersis gra- dibus, ordinibus, & hierarchiis diuinam refert sapientiam. Inde enim regina Saba, vt. 3. Reg.

10. legitur, admirata est Salomonis sapientiā, quod domum Dei tanta ministrorum varieta- ta extructam decorasset. Et Dauid psalmo 44. ecclesiam contemplatus est tanquam re- ginam à dextris sedentem circumdatam varie- tate. Secunda ratio sumitur ex subuentione humanæ infirmitatis. Ne quierāt enim om- nia, quæ ad diuinum cultum attinent, per vnū ministrorum genus commode expleri, ob id- que plura adhibita sunt. Quam ob rem & anti- quitus, vt Numeri. 11. legitur, Moyse domi- nus septuaginta senex in adiutoriū adhibuit. & Christus in Euangelio septuaginta duos di- scipulos adiunxit Apostolis. Tertia denique ratio fuit secundum Dionysium loco citato, vt multiplicatis ministris diuini cultus, am- plior hominibus paderetur via eodem modo proficiendi.

¶ Secunda conclusio. Septenarius ordinum numerus fuit cōgruentissimus, qui sunt, pres- byter, diaconus, subdiaconus, acolytus, seu a- coluthus, exorcista, lector & ostiarius. Hanc conclusionem negauit Vvitcleff, vt est videre apud Vvaldensē tomo. 2. de sacrament. cap. 116. dicens, Christum nō instituisse nisi duos ordines: scilicet, Apostolorum, qui erant sacer- dotes, & septuaginta duorum discipulorum, Luca. 10. qui erant sicut diaconi: hoc est, mini- stri apostolorum. Redarguitur autem eius er- ror testimonijs multis sanctorum, quos illic Vvaldensis in testes accersit. Extat enim in- ter canones Apostolorum cap. 41. & 43. Se- ptenarius iste numerus ministrorū altaris, qui quidem canon semper fuit habitus in venera- tione, vt autor imperfecti Homil. 3. super Matth. edocet. Et Clemens apostolis proxi- mus, imò coætaneus in epistol. 3. ad vniuersos eosdem septem ministros recenset. Et Anacle- tus sub id ferē tēporis etiā Pontifex cap. 2. suo- rum decretorum in solennibus diebus dia- conos iubet episcopo assistere, & subdiaconos atque reliquos ministros. Et Ignatius aposto- lorum quoque coæuus in quadam epistola ad suos Antiochenos, Saluto, inquit, sanctū pres- byterū vestrū, saluto sanctos diaconos, subdia- conos, lectores, cantores, ostiarios, exorcistas &c. Et Cornelius papa in epistol. ad Fabianum Antiochenū eisdem prorsus ordines septem commemorat. At qui & Eusebius lib. 6. hist. or- rix Ecclesiast. cap. 33. refert epistolam Cornē- lij, qui fuit ducentis annis à Christo, vbi eisdē septem ordines commemorat. Et Ambros. su- per illud ad Aphef. 4. Dedit quosdam Apo- stolos &c. officia istorum ordinum septem de- narrat. Et Hieronym. in prologo episto. Pauli ad Theff.

Nume. 11.

Ratio. 3.

2. Cōclus.

Vvitcleff.

Error Vvit- cleff redar- guitur.

Autor in- perfecti.

Anacletus

Ignatius.

Eusebius.

Ambros.

Hierony.

ad Theffa. ait, illas Apostolū misisse ab Athē- nis per Titum & Onesimum acolytum. Mit- timus Isidorum atque Rabanum, qui in suis li- bris de offic. ecclesi. istorum septem ordinum & numerum & rationem satis explicant. Et idem Isidorus in epistola ad Ludrifermu sin- gulorum ordinum officia describit, & refertur d. 25. can. Perlectis. Et di. 23. can. Presbyter. & pluribus subsequentibus ex concilio Cartha- ginēsi. 4. de singulorum septem ordinum pro- motione amplior fit sermo. Et tandem Hugo lib. 2. de sacramen. par. 3. c. 5. quē Magist. sent. imitatur, eosdem septem ordines quasi per ec- clesiam receptissimos enumerat. Est ergo con- clusio nostra catholica qua affirmatur, hos se- ptem ordines antiquissimos: nempe, à tempo- re apostolorum semper in ecclesia fuisse cele- bres. Error ergo est dicere septuaginta duos di- scipulos fuisse diaconos: quippe cum presby- teri fuerint, quos dominus in adiutorium apo- stolorū, ac subinde episcoporum cooptauit: nam de institutione diaconorum art. sequenti dicemus. ¶ Rationem autē huius numeri sunt qui velint ex adaptatione ad gratias gratis da- tas venari, quas Apostolus. 1. Cor. 12. connu- merat, dicētes sermonem sapientiæ conuenire episcopo, qui est aliorum ordinator: ordinare enim, actus sapientiæ est. Sermonem verò sciē- tiæ, sacerdoti competere, qui clauis scientiæ in sacramento pœnitentiæ vtitur: sed fidem com- petere diacono, qui legit euāgēlium fidei. Vir- tutum autem opera tribuunt subdiacono, in quo incipit continentiæ votum, quæ omnium est virtutum genitrix. Interpretationē sermo- num acolyto, qui lumine, quod defert, inter- pretationem scripturæ significat. Et gratiam sanitatum exorcistæ, qui demones expellit. Et generalium psalmistæ, & prophetiæ lec- toris, & discretionem spirituum ostiario, qui quosdam repellit, & quosdam admittit.

Isidorus.

Hugo.

Conclusio catholica.

Ratio septe- norij nume- ri.

Adaptatio non apta.

Ratio alio- rum.

Purgare.

quippe qui lumine cerei, quem defert, expul- sionem mentis tenebrarum designat. Exorci- sta verò vtroq; modo purgat pellendo dæmo- nem, qui intus & foris conturbat hominē. Sed illuminatio, quæ fit per doctrinam, quantum ad propheticam fit per Lectores, quantum ad euangelicam per diaconū, & quantum ad apo- stolicam per subdiaconum. Perfectio autem communis, quæ fit per sacramentum baptis- mi, pœnitentiæ, extremæ vntionis, & eucha- ristix, pertinet ad presbyterum. Alia verò ex- cellentior per confirmationem plebis, & ordi- nationem sacerdotum, & consecrationem vir- ginum, incumbit episcopis. Ac demum supre- ma, quæ est episcopos creare, attinet ad papā, in quo plenitudo residet potestatis.

¶ At verò neq; speculatio ista, legitima est. Pri- mum, quia ordines cœlestis hierarchiæ non di- stinguuntur per illas actiones: nam cui libet hie- rarchiæ in suo gradu conueniunt omnes, vt in materia de angelis disputatur. Præterea quia perficere solis episcopis secundum Dionysium conuenit, eò quod chrisinate in cōfirmatione & ordinibus vtuntur, quæ quidem sacramen- ta exuberantem copiam fragrantis gratiæ con- ferunt, quæ in balsamo designatur. Illuminare autem conuenit presbyteris per alia quatuor sacramenta: nam matrimonium non compe- tit ad hierarchiam. Sed purgare conuenit dia- conibus & alijs inferioribus ordinibus, quate- nus plebem ad eucharistiæ functionem prepa- rant. ¶ Ob idque alij ordinum seriem septem donum spiritus sancti assimilare contendunt vt donum sapientiæ, quod supremum est, sacerdo- tibus adscribatur: illud quippe donum, pane vitæ & intellectus homines cibant, quos per in- de sacerdos eucharistia reficit. Donum verò ti- moris, quod est infimum, attribuunt ostiario, qui in ingressu ecclesiæ bonos per timorem à malis separat. Ac subinde alia media dona alijs intermedijs ordinibus accommodare pergunt.

Illuminare

Perficere.

Adaptatio non legitima.

Perficere.

Illuminare

Purgare.

Ratio alio- rum.

Adaptatio nō cōgrua. Ratio legiti- ma distin- ctionis or- dinum.

¶ Sed re vera neque ista distributio est germa- na: nam in quocunq; ordine, qui est sacramen- tum, septiformis gratia confertur. ¶ Legitima ergo ratio distinctionis ordinum ex ordine & respectu ad sacrosanctam Eucharistiā, ad- quam omnes referuntur, sumenda est. Eui- uerò, vt loco citato autor est Dionysius, vt tē- pla & altaris vasa, ministrorumq; ornamenta propter dignitatem eucharistiæ cōsecrantur: ita & omnes ministri ratione eiusdē sacramen- ti iniantur. Vnde quò quisque istorum ordi- num propinquius ad eandem eucharistiā ac- cedit, eò præstantior est & sublimior. Quo fit, vt sacerdotum ordo, quorum munus est eu- chari-

Sacerdotij charitatem ipsam consecrare, sit omnium di- ordo om- gnissimus. Quapropter dum ordinantur, tan niu dignis quam materiam, accipiunt calicem cu vino, & patenam cum pane, vbi, vt forma ipsa signifi- cat, potestatem accipiunt consecrandi offeren- dique altaris sacrificium. Reliqui vero ordines hanc virtutem non attingunt, sed omnes sunt in ministeriu sacerdotis, cui cooperantur, insti- tuti. ¶ Eorū autem ministeria aut sumuntur in ordine ad eadem eucharistia, aut in ordine ad

populu, qui ad ipsam apparat. Prior ordo est tripertitus, in quo diaconi sunt supremi: quia sunt sacerdotis proximi cooperatores, & ideo tenent Leuitarum locum, qui antiquitus erat diuino cultui mancpati, ceu sacerdotum mi- nistri. Ministrant enim ei in suis manibus con- secrandam materiam. Et in primitiua ecclesia, quando mos vigeat ministrandi sanguinem populo, diaconus id exquebatur. Quapro- pter per antonomasiam dicuntur diaconi: id est, ministri: id enim Græcum nomen sonat. Ob idq; Paul. 1. ad Timoth. 3. post mores epi- scoporum, quo nomine omnes presbyteros comprehendit, subdit, & quibus debent esse virtutibus diaconi imbuti: eod quod tam pro- pe ad sacra mysteria accedunt.

¶ Per quam tamen episcopi caeremoniam or- dinatio eorū fiat, & characteris impressio, in- ter Doctores controuersatur. Scotus nanque distin. presenti arti. 2. ait, proprium actum dia- coni non esse legere euangelium, neq; subdia- coni legere epistolam. Vbi insinuat eius ordi- nationem non consistere in acceptioe libri euangeliorum, neque illic imprimi characterē. Similiter Duran. ead. dist. q. 3. ait, nō imprimi characterem in traditione libri, sed cum episco- pus manum ei imponens, ait, Accipe spiritū sanctum ad robur. &c. eo quod tunc ad mini- sterium applicatur, vt dist. 23. can. Diaconus. discernitur. Probatque id præterea, quia non est vltus vniuersalis ecclesiæ tradere ei librum. Imò ait in ecclesia Ancienti, cuius ipse fuit pontifex, non fuisse in more tradere diacono librum, sed ipsum illum statuisse. Ricardus ve- rō ead. dist. art. 4. q. 3. contrarium censet: scili- cet, in traditione libri imprimi characterem.

Sed litem concilium Florentinum in instru- ctione Armenorum diremit affirmans, diaco- natum per libri euangeliorum dationem con- ferri: ob idq; tunc character imprimitur, & in- funditur gratia. Idq; adeo inde confirmatur, quod cap. Presbyter. de sacramen. nō iterand- manuum impositio asseritur non esse de essen- tia. Vnde episcopus, sicut presbytero ait, Ac- cipe potestatem offerendi sacrificium pro viuis

& defunctis, ita ait diacono, Accipe potestatem legendi euangelium pro viuis & defunctis, quæ ideo est eius ordinationis forma, qua infundi- tur gratia, & character imprimitur, quod est indicium illum esse præcipuum eius actum. ¶ Quod autem in sua ordinatione diaconi ad- monentur eorum officium esse baptizare & prædicare, in superioribus expositum reliqui- mus. Nam distin. 4. art. 1. secundum S. Thom. 3. part. quæst. 67. art. 1. ostendimus baptizare ex proprio officio nō incūbere nisi sacerdoti- bus, vt can. Diaconus. d. 93. ait Gelasius. & cā. Constat. de consecr. dist. 4. Isidorus. Diacono enim, vt nomē eius sonat, & vt idem Isidorus can. Per lectis. d. 25. admonet, non incūbit nisi sacerdotibus assistere & ministrare. In primiti- ua autem ecclesia, vbi raritas erat sacerdotum ex cōmissione poterat baptizare, vt eod. can. Diaconos. habetur. Et fortasse cum aliqua ca- techismorum & exorcismorum solennitate. Et tunc quoq; propter eandem ministrorum in- opiam permittebatur eis prædicare, vt Ambr. super. 4. c. ad Ephe. autor est. Veruntamen ex

officio, vt eodem loco ait S. Tho. nō conuenit diacono nisi recitare euangelium, & per modū catechismi articulos fidei & decalogum expo- nere. Et ita intelligendus est Isidorus in dict. cā. Per lectis. & Gre. in can. In sancta. d. 92. officiu prædicandi diacono tribuentes: nam ex officio prædicare docendo exponendoq; euangelium solis episcopis incūbit: quia prædicare est per- ficere, quod officium episcoporum est, vt Dio- nysius ca. 5. de eccle. hierar. autor est, quod & nos latius. d. 1. q. 5. ar. 6. cōmonstrauimus. Qua- re neq; sacerdotibus hoc conuenit ex officio. Ob idq; in eorū ordinatione hoc illis munus non adscribitur. Vnde euidens est argumentū multo minus debere diaconib⁹ attribui: sed so- lum catechizare sine solennitate cōcionis. Et ideo. 16. q. 1. ca. Adijcimus. prohibetur alij præ- dicare quā presbyteri. Nam plebanis in sua parocia id cōceditur, atq; alijs etiam cōmitti potest. Quinuerō & diacones, si sint idonei, sa- cultate suorum prælatorum possunt id mune- ris quandoq; etiam solenniter exercere.

¶ Post diaconum est subdiaconus, græcè hy- podiaconus: hoc est, subminister: quia est mi- nister diaconi: offert enim ei nomine populi materiam consecrandam, quam diaconus de manu eius accipiens porrigit sacerdoti. Qua- propter, vt ait Hugo, subdiaconi sunt sicut in veteri lege Nathinzi, qui, vt legitur libr. 1. Esdræ cap. 2. & lib. 3. cap. 8. Erant Leuitarum ministri ducenti viginti. Quocirca eis tradi- tur calix vacuus cum patena superposita, &

Diaconi of- ficium. Diaconi nō baptizat so- lenniter.

Diacono cōuenit, euangelium recitare. Gregor.

Can. Adij- cimus. 16. q. 1.

Subdiaconi officium.

per archidiaconum traduntur subinde viceo- li cum vino & aqua, ac bacile cū manuter gio: nam ipsius munus est lotionem manuum pres- byteri habere paratam; vinumque & aquam calici infundere.

Dubium

¶ Hæret tamen hæc dubius, quispiam posset, vt in illa calicis & patenę traditione, an ve- rō in traditione libri epistolarum subdiaconi ordinatio consistat, per quam & character im- primatur. Nam si exemplum ad diacono duxe- ris, per traditionem libri epistolarum eadem fieri videtur ordinatio: similiter enim tunc di- cit episcopus. Accipe librum epistolarum, & habeto potestatem legendi, &c. Atq; ideo de le- ctoribus & exorcistis dicitur sumus. At ve- rō D. Tho. distin. 25. quæst. 1. ad. 2. ait, subdia- conum characterem nō suscipere nisi dum ca- licem cum patena recipit. Atque eiusdem sen- tentiæ author est loco citato Richardus, & Pa- lud. distin. 4. presentis, & omnes san. docentes. Nam eodem Florentino cōcilio sic definitum est. Et ideo ad argumentum oppositum respō- detur, quod quemadmodū ordinatio presby- teri in traditione materiæ consecrandæ confi- stit: ita & ordinatio cuiusque ministri in actu eius principalis. Est autem ille principalis, qui ministerio eucharistiæ propinquius accedit: propinquius autem ei ministrat subdiaconus cum materiam consecrandam diacono porri- git. Diacono verō non potuit similis materia in eius ordinatione tradi: nam cum presby- tero calix cum vino, & patena cum hostia tradi- tur, subdiacono verō eadē vasa vacua, modus non restabat medius, quo posset tradi diaco- no. Quam ob causam & propter euangeliorum dignitatem per eorum traditionem suscipitur diaconatus. ¶ Tertio loco ordinatur acolytus, seu acoluthus: nam vtrunque nomen rei con- gruunt. Acoluthus nanque græcè idem est, quod non prohibitus: id est, qui a sacris non cohibe- tur, sed permittitur ignem, aut quid aliud mi- nistrare. Acoluthus verō idem quod famulus & ministras, vt est pediss: quia: nam licet cum cereo antecedit presbytero procedenti ad alta- re, ministrat nihilominus postmodum subdia- cono, cui debet ampullas cum vino & aqua offerre. Et ideo quauis primò acolythis tra- dantur cerei, quia sunt etiam ceriferarij, quasi lumen fidei ad illuminandam plebem deferen- tes, postmodum tamen traduntur vrceoli va- cui. Et in illa traditione cū illa forma. Accipe vrceolum ad suggerendum vinum & aquam in eucharistiam sanguinis Christi, consistit eo- rum ordinatio. Et viguit olim vsus, vt archidia- conus tam subdiacono quā diacono mate-

Solut. arg.

Nota.

Acoluthus.

Antiquus mos.

riam præberet, & episcopus si dferret formā, vt loco citato d. 25. ait, S. Tho. lam verō in Pō- sticali Romanō scriptum est, vt episcopus ih- lam tradat. ¶ Alij verō tres ordines sustinentur ex ordinae ad populum, quæ ad eucharistia præparant. Hoc autem præparatio est immu- dorum emundatio, vt eucharistia suscipiende idonei fiant. Est autem immundorum, vt Dio- nysius loco citato docet, triplex ordo; infir- mus: scilicet, in fidei, credere renūentiū, qui ideo omnia substantia sacris cōhibedi, quod qui- dem munus ostiariis conuenit; quorum ordo infirmus omnium est. Tamen si, vt ait loco cita- to Hugo lib. 2. part. 3. cap. 3. hoc officium do- minus in sua persona susceperit quando flagel- lo ex funiculis facto ementes: & uendentes de templo eiecit: Marci. 11. Ad quos ideo ostia- rios spectat cymbalum ad conuocandum po- pulum pulsare, & aperire ecclesiam, cohibere- que infideles; ne ad sacra irruenda ingredian- tur. Et ideo traditur eis cymbalum cum clau- bus. ¶ Secundum immundorum genus est eo- rum, qui fidem vtique suscipere annuunt, sed nondum sunt satis instructi, vt catechumeni, quorum emundatio, & instructio officium est lectoratus: nempe, prima fidei rudimenta eos docere, præsertim aliquid ex veteri testamē- to, quod est velut inductio ad legem nouam. Quod quidem minus dominus viurpasse vide- tur, vt illic etiam adnotauit Hugo quando in medio seniorum librum Esaiæ aperiens distia- et ad intelligendum legit. Lucæ. 4. Quapro- pter lectoribus, etiam si non sint subdiaconi, ex officio competit cātare in ecclesia prophē- tias &lectiones, quæ canuntur in hebdoma- da sancta, & maxime in sabbato. Quare nō est necesse vt qui illas canunt, sint dalmaticis in- diti, sed satis eis sunt superpellicia. Quod si quis arguat, psalmistatum eadem ratione de- bere in kitui diuersum ordinem, negatur con- sequentia. Psalmi enim pars sunt veteris testā- menti: quare psalmistatus non addit rem, sed modum: scilicet, psallere, quod est canere. Le- ctorum igitur ordinatio consistit in traditio- ne lectionarij, & illa forma, Accipite & estote verbi Dei relatores. ¶ Tertiu deniq; genus im- mundorum est eorum, qui quauis fidem sus- ceperint, sunt tamē energumēni: hoc est, a dæ- monibus obsessi, quos exorcistæ, eosdem dæ- mones pellendo, emundant, quibus traditur li- ber, quo scripti sunt exorcismi sub illa formā, Accipite, & habete potestatem imponedi ma- num super energumēnos. Quod quidē benefi- cium cōtulit Christus vt Marci. 7. legitur quā- do salua sua tetigit aures surdi & muti dicens,

Tres ordi- nes: mino- res.

Ostiarij of- ficium.

Lectoris of- ficium.

Nota.

Obiectio.

Dilutio.

Ordinatio lectorum.

Exorcistæ officium.

Epheta,

Epilogus.

Solutio. 1. argum.

Solutio. 2. An singuli ordinu sint sacramta.

S. Thom.

Dur. contra S. Thom.

Epheta; quod est, aperire. Et quando de Magdalena septem eiecit dæmonia. Est enim officium exorcistæ dæmones pellere, ne aures obstruant baptizando, ne audiat fidem, ne linguam alligent ad eandem confitentiam. Omnes ergo à minimò connumerando sunt, ostiarius, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, & presbyter.

¶ Ad primum igitur argumentum negatur consequentia: quoniam reliqua sacramenta non sunt instituta, nisi ad recipiendum vnicum effectum sacramenti, hoc autem est collatum potestatem ad agendum: & ideo quia sunt diuersæ potestates ministeriales: scilicet, legedi apostolicam doctrinam, vel euangelicam, vel consecretandi, sunt diuersi ordines.

¶ Secundum argumentum præsupponit difficultatis examen, vtrum singuli ordinum sint sacramenta. De qua articulo proximo. Interim tamen supposita, disputationis gratia, parte affirmatiua saltem quantum ad tres ordines maiores, respondetur prædictam diuisionem ordinum non esse in partes integrales, sicut diuiditur sacramentum eucharistiæ in consecrationem panis & sanguinis, quæ sunt duæ partes integrales eiusdem conuiuij, & ideo natura per se est totum sacramentum, sed ambo simul, sicuti nulla pars hominis, sed omnes simul, sunt homo. In præsentiarum nanque non solum omnes simul, verum & sacerdotium ipsum est sacramentum, & diaconatus & subdiaconatus. At neq; est diuisio generis in species: nam tunc, vt argumentum concludit, omnes simul ordines essent plura simpliciter sacramenta. Sed est, inquit, S. Thom. diuisio totius potestatis in suas partes, cuius non nullum exemplum lucet in anima & eius potentijs: scilicet, intellectu & voluntate, quæ quidem potentie dicuntur quodammodo partes animæ, quantum sint eius accidentia propria. Natura autem huiusmodi diuisionis est, quod totum secundum completam rationem sit in vno, tamen participatiue in reliquis: sicut tota virtus secundum essentiam est in animo, cuius potentie sunt participes. Eodem enim modo tota ratio sacramenti ordinis est in sacerdotio, in reliquis vero ordinibus est quædam participatio, quatenus ad ipsum omnes referuntur. Atque hac ratione non dicuntur simpliciter plura sacramenta, sicut si esset diuisio generis in species, sed omnes sunt vnum, non tanquam partes integrales, vt in sacramento eucharistiæ, sed quia reliqui sunt supremi sacerdotij participatio.

¶ Ex hac autem sententia S. Thomæ Duran-

¶ Ad quartum denique respondetur, quod ordinum hierarchiæ in angelis sumuntur secundum diuersam eorum naturam, in hominibus vero non nisi secundum ministeria gratiæ, quæ ad vnam consecrationem corporis & sanguinis Christi referuntur: & ideo non opus est vtrouique parem esse numerum.

¶ Ad tertium respondetur, quod Dionysius non loquebatur illic de ordinibus secundum quod sunt sacramenta, sed secundum quod ad hierarchicas actiones attinent. Et ideo omnes tres actiones attribuit episcopo, licet episcopatus non sit sacramentum. Nam solus ipse christumate in confirmatione utitur, & ordines confert, ad significandum gratiæ copiam, quod est perficere. Illuminare vero & purgare adscribit sacerdotibus, qui per administrationem baptismi illuminant: nam vnus effectus gratiæ baptismalis est illuminare lumine fidei: & per gratiam poenitentiae, & extremæ vnctionis purgat animam, ac demum per eucharistiam, pascunt. Id autem, quod est purgare tantum, adscribit diaconis, quia eis ex officio non incumbit sacramenta administrare, sed populum ad eucharistiam disponere, quod est quoddam purgationis genus. Sed tamen nomine diaconi: hoc est, ministri, omnes inferiores intelligit.

¶ Et per hoc soluitur aliud argumentum, quod est huiusmodi. Diuersorum ordinum diuersa debent esse officia: sacerdotibus autem competit populum ad eucharistiam per sacramentum poenitentiae disponere, eum scilicet emundando: ergo præter hoc officium non opus erat alios inferiores ministros ad disponendum populum adhibere. Respondetur, quod populum emundare & disponere contingit dupliciter. Vno modo dispositione remota, vt in minoribus ordinibus explicatum est. Et pariter diaconus & subdiaconus plebem disponunt & præparant legendo illi doctrinam euangelicam & apostolicam. Sed alia dispositio & emundatio proxima, qua quis fit idoneus ad suscipiendam illico eucharistiam, quæ est remissio peccatorum. Et hæc per sacramentorum gratiam baptismi & poenitentiae incumbit sacerdotibus quibus competit eucharistiam consecrare & ministrare: nam & in rerum natura eadem agenti, cui conuenit principalem formam ingenerare, subinde congruit & proximam dispositionem inducere.

Refutatur illatio Duran.

Solutio. 3.

Aliud arg.

Solutio.

¶ Ad

Solutio. 4. argum.

Partis negatiue. 1. Argum.

2. Argum.

3. Argu.

Partis affirmatiue.

¶ Ad quartum denique respondetur, quod ordinum hierarchiæ in angelis sumuntur secundum diuersam eorum naturam, in hominibus vero non nisi secundum ministeria gratiæ, quæ ad vnam consecrationem corporis & sanguinis Christi referuntur: & ideo non opus est vtrouique parem esse numerum.

ARTICVLVS. III.

Vtrum omnes ordines sint verè sacramenta, quæ gratiam conferant, & characterem imprimant.



Ordinum distinctione præuisa, duplex eorum effectus subsequitur explorandus. Arguitur ergo quod ordinis effectus non sit gratia gratum faciens. Etenim si ordinatio gratiam conferret: maximè vt ordinatus ad ordinum executionem idoneus fieret: sed nemo ad suscipiendos ordines est admittendus antequam eandem probitatè & idoneitatem habere censeatur, quæ quidem probitas non nisi per gratiam obtinetur: ergo illa gratia non confertur per sacramentum ordinis, alioqui causa suum præsupponeret effectum.

¶ Secundo arguitur, quod non omnis ordo imprimat characterem. Character non imprimitur, nisi vt homo idoneus fiat ad sacramenta vel suscipienda vel conferenda: per characterem autem baptismalem homo fit potens suscipiendi omnia sacramenta, & per characterem sacerdotalem fit idoneus ad omnia conferendum: ergo per aliquos ordines nullus imprimitur.

¶ Tertio. Si sacramentum ordinis characterem imprimeret, sequeretur, quod præsupponeret sacramentum baptismi: quia qui non est Christianus, nullus est sacramenti capax: cõsequens tamen inde apparet falsum, quod alijs si quis non baptizatus, licet bona fide crederet esse baptizatum, ordinibus initiaretur, nullum characterem susciperet, atque ad eò quicquid in executione ordinum vel consecrando vel absolendo atteteret, cassum esset & vanum: quod qui dem graue periculum & nocumentum afferret ecclesiæ.

¶ In contrarium tamen est, quod ordo, vt dictum est, censetur sacramentum: & omnium sacramentorum proprium est gratiam conferre: atqui cum omnia sacramenta, quæ characterem non imprimunt, sint iterabilia, si hoc

characterem non imprimeret, esset iterabile, quod est falsum.

¶ Huic quæstioni tres aliæ connectuntur, vt sint numero quatuor: scilicet, vtrum omnis ordo sit iure diuino sacramentum à Christo institutum, gratiam cõferens, & characterem imprimens. Omne enim sacramentum iure diuino, ac perinde ex Christi institutione, id habet, qui solus potuit sacramenta instituire. Atque adeo si est sacramentum, gratiam confert: & si est sacramentum ordinis, characterem imprimit.

¶ Ad quæstionem ergo octo conclusionibus respondetur. Atqui vt à primo omnium fundamentum exordiamur, quod citra vllam controuersiam catholicis omnibus est in cõfesso, prima sit. Ordo sacerdotalis est sacramentum. Enimvero cum omnes fateantur ordinem esse sacramentum, & sacerdotalis sit omnium caput & finis, quò omnia referuntur, certum est illum esse propriè & potissimum sacramentum, cui maxime definitio supra posita adaptatur. Est enim signum rei sacræ: nempe, spiritualis diuinæque potestatis, in quo sacerdos constituitur ad conficiendum corpus Christi verum, qui quidem effectus opus est supernaturale.

¶ Hinc continuo consequitur secunda conclusio. Sacerdotium est de iure diuino, atq; adeo institutione Christi cõstabilitum: quippe qui solus potuit sacramenta instituire. Instituit autem ipsum quantum ad potestatem cõsecrandi in cœna, vbi tradens proprium corpus & sanguinem consecratum, subiunxit. Hæc facite in meam cõmemorationem. Potestatem autem priori annexam remittendi peccata tradidit Ioan. vlti. dicens. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata &c. quæ omnia copiosius. d. 20. expolita sunt.

¶ Subsequitur deinde cõclusio tertia, nempe, quod per sacramentum sacerdotalis ordinis confertur gratia gratum faciens. Etenim cum Dei opera vt Deut. 3. legitur, perfecta sint, cuius que potentiam tribuit ad aliquid agendum, auxilium subinde speciale fert, vt digne huiusmodi potestatis munus exequatur. Nam in naturalibus, quibus natura dat potentiam, dat & mēbra, quæ ad eius vsum sunt necessaria. Animalibus nanq; , quibus potentias tribuit sensitivas, consequentia membra & organa accomodat necessaria. At verò sicut ad dignè & rectè suscipiendum sacramenta requiritur gratia: ita & ad eadē dispensanda: ergo sicut per baptismum confertur gratia ad dignè reliqua sacramenta suscipiendum, ita per sacramentum

Decisio articuli.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

3. Conclusio.

tum sacerdotalis ordinis infunditur gratia gratum faciens ad sacramenta administranda.

4. Conclu. ¶ Ex his denique colligitur quarta conclusio: videlicet, quod per idem ipsum sacramentum imprimitur character. Enimvero vt distin. 1. quæst. 4. dictum est, character nihil aliud est, quam potestas protestandi fidem per susceptionem vel collationem sacramentorum: cum ergo hoc sacramentum sit signaculum potestatis supranaturalis conficiendi eucharistiam, aliaq; sacramenta dispensandi, fit vt per ipsum imprimatur character, qui signum eiusdem potestatis est: quin verò ipsa potestas, per quem ideò ordinati à reliquo vulgo Christiano præ eminenter feceruntur. Et confirmatur conclusio auctoritate concilij Florentini, vbi tria decernitur sacramenta characterem imprimere, quorum vnum est hoc. ¶ Quod si sciscitando arguas. Nonne satis esset gratia ad sacerdotalem functionem absque characterem? Respondetur, non satis esse: nam in naturalibus prius consideratur potentia nuda, quæ est animæ coæua, vt intellectus, & voluntas, & deinde accidentariè adhibentur ei habitus ad ritè & rectè operandum. Pari ergo modo character est potestas ad operandum simpliciter, siue bene siue male: nam sacerdos extra gratiam verè consecrat, & vera sacramenta administrat: sed gratia facit, vt sit administratio idonea. ¶ Quinta conclusio. Eodem puncto, quo infunditur gratia, imprimitur character, & quo imprimitur character, infunditur gratia, nisi obex opponatur. Momentum autem illud est, quado sacramentum perficitur: perficitur autem quado materia & forma applicantur: videlicet, vbi episcopus calicem tradens & hostiam, ait, Accipe potestatem consecrandi &c. Quapropter illo momento vti ait S. Tho. distinct. præsentis quæst. 2. art. 3. & doctorum cœtus, vterque subsequitur effectus. Ex quo fit, vt vñctioes, quæ oleo fiunt in manibus & capite non sint sacramentum, sed sacramentalia quædam: quare per illas nec gratia confertur, nec character imprimitur. Ridiculū enim esset dicere characterem sacerdotalem in manibus vel in capite, dum consecrantur imprimi: est enim in intellectu, vt distinct. 1. quæst. 4. monstrauimus, vbi est fides, ad cuius protestationem imprimitur.

Cōcil. Florent. Argument. Solutio.

5. Cōclus.

Corollariū

Character in intellectu imprimitur.

Argument. optimum.

¶ Argumentum autem nec parum molestum contra hanc conclusionem est, quod apparet impositionem manuum cum illis verbis, Accipe potestatem remittendi peccata, ad formam tanquam eius partem pertinere: quoniam character ordinis duplex est potestas: scilicet, consecrandi, & remittendi peccata quarum prior

exprimitur in traditione calicis & hostiæ: posterior verò in manuum impositione: quocirca apparet illuc vsq; nec gratiam infundi, nec characterem imprimi. Et confirmatur, quia Christus, vt modò dicebamus, diuersis temporibus has duas potestates apostolis impartitus est. Et accedit præterea argumentum potissimū, quod tempore apostolorum non legitur forma alia consecrandi sacerdotes, quam per manuum impositionem. Vnde Paulus. 1. ad Timo. 4. Noli inquit, negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam cū impositione manuum presbyterij. Et capit. 5. Manus cito nemini imponueris. Et in epistola. 2. cap. 1. Admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.

¶ Argumenta sunt minime infirma: imò non defunt, quos in talem sententiam cogant: scilicet, quod vsq; ad manuum impositionem non perficitur sacramentum. Quinetiā nec S. Tho. loco proximè citato sententiam suam satis declarat. Arguit enim, qd non imprimitur character vsq; ad manuum impositionem: propterea quod tunc dedit Christus apostolis sacerdotalem potestatem dum dixit. Accipite spiritum sanctum. &c. Et respondet nihil aliud, quam quod Christus dedit illam potestatem quantum ad principale actum: scilicet, consecrandi in cœna, & quantum ad secundarium: videlicet, remittendi peccata. Ioan. 20. Et inferius. distinct. proxima quæst. 1. art. 1. ad primum argumentum, ait, quod impositione manuum non datur character sacerdotalis ordinis, sed gratia, qua ad exequendum ordinem sint idonei.

¶ At verò his non obstantibus respondetur, sacramentum perfici in traditione calicis & hostiæ cum forma tradendi potestatem consecrandi, atque adeò & illic characterem sacerdotem insigniri, & gratia donari. Primum, quia hæc est opinio communis, à qua non est temere recedendum. Secundò, quia Florentina Synodus has duntaxat esse decernit materiā & formam, nulla aliis formæ mentione facta. Idemque hic prorsus S. Thom. docet. Tertiò: quia characteri sacerdotali annexa est indiuidua potestas remittendi peccata si adsit iurisdictione: cū ergo tunc homo fiat sacerdos cū ei traditur potestas consecrandi corpus Christi verū & sanguinē, illic imprimitur character, qui est consecrandi potestas, ac subinde remittendi peccata. Alioqui dicendum esset, aut quod potestas consecrandi non conceditur vsque ad manuum impositionem, quod est contra veritatem formæ. Accipe potestatem offerendi, &c. quæ pro eodem instanti debet esse vera:

aut

Confirmatio argu.

Aliud arg.

Pauli testimonia.

Argumentū S. Thom.

Solutio.

Dilutio argum.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Nota.

Similitudo nō legitima

Illatio.

Paluda.

Manuū impositio non est de essentia.

D. Thom.

Postremū argumentum

D. Thom.

Sententia d. thoris.

Opinio quorundā.

aut qd prius imprimitur character vnus ad consecrandum, & postea alter ad remittendum peccata: quod esset ad euitandam Charibdim: in Scyllam incidere. Est enim præter omnium opinionem duos characteres ad illas duas facultates fingere. Scio posse quempiam opinari characterem prius impressum applicari extendique post ad munus absoluendi, sicuti sacerdotalem characterem dicturi sumus extendi, dum consecratur episcopus, ad conferenda sacramenta confirmationis & ordinis. Attamen similitudo non est legitima, quoniam episcopus suscipit potestatem illa conferendi sacramenta, quam non habebat dum erat simplex sacerdos: quod in præsentiarum dici non potest de potestate absoluendi. Alioqui fieret consequens, quod si tradita priori consecrandi potestate moreretur episcopus, nec esset alius qui posset manus postmodum imponere, ordinatus ille non esset simpliciter sacerdos, atque adeò neque (quanuis haberet iurisdictionem) posset subditos à peccatis absolue. Paludan. distinctio. 25. quæstion. 1. concedit, quod posset absolue ex commissione, non tamen ex propria potestate. Sed nescio quo fundamento hoc possit fulciri: nam certè si non habet potestatem ordinis ad absoluendum, per nullam commissionem id posset facere. Adde quod, vt capitul. Presbyter. de sacrament. non iterum definitur, manuum impositio non est de essentia sacramenti, sicuti neque in subdiacono: quare licet omittatur, non est iterandum sacramentum, sed postmodum illa cæremonia supplenda. Atqui Diuus Thomas hanc in præsentiarum insinuat sententiam. Dicens enim quod Christus in cœna tradidit potestatem sacerdotalem quoad principale actum, sensit quod tunc qui ordinatur, simpliciter fit sacerdos, atque adeò vtranque potestatem suscipit. Nam vt postremum adhibeamus argumentum, Christus per potestatis excellentiam potuit illas facultates diuisim Apostolis tradere, quod re vera eius ministris episcopis non est concessum. Quod autem D. Thom. ait, prius characterem imprimi, & postmodum gratiam conferri, intelligere non valeo. Neque suspicor, quòd in summa si hucusque peruenisset, illud affirmasset: nam gratia non infunditur sacramentalis nisi dum applicatur materia & forma sacramenti, vbi character imprimitur. Præsertim quod tam est necessaria ad idoneè consecrandum, quam ad dignè absoluendum. Quod si quis dixerit, in traditione materiæ consecrandæ conferri vnum gradum gratiæ: & in

impositione alterum. (vt quidam de sumptione corporis & de sumptione sanguinis opinantur) redarguitur primò, illam opinionem de gratia in sumptione sanguinis non esse tam probabilem, quam quod vnus tantum, idemque in sumptione corporis conferatur. Et secundò non esse simile: quoniam sumptio sanguinis verè est sacramentum, essetque adeò quanuis sumptio corporis non præcessisset: & tamen impositio manuum nullum est per se sacramentum. Adde quod similiter imposita manu diacono, ait, episcopus, Accipe spiritum sanctum, &c. & tamen illic nemo censet infundi gratiam.

Redarguitur.

2. Ratio.

Solutio arg.

¶ Ad argumentum ergo supra factum respondetur, quod per manuum impositionem & illam formam, Accipe potestatem remittendi peccata, nulla traditur noua potestas, sed explicatur illa, quæ prius collata fuerat. Nā quia simul non potuit decenter vtraque forma coniungi, & decebat Christi verba referre, institutum est, vt seorsum proferrentur. Sed tamen secūda forma referenda est ad illud momentum, quo prima fuerat prolata, Neq; verò ad essentiam sacramenti necessaria est, sed tamē est de necessitate præcepti.

Solutio aliud argu.

¶ Ad aliud, quo argutum est, apostolos per manuum impositionem ordinasse presbyteros, respondetur, quod licet certum sit manuū impositione fuisse vfos, non solum in ordinatione presbyterorum, verum & diaconorum, tamen neq; ambigere licet, quin formam, quæ ecclesiæ vitur, per traditionem eorūdem apostolorum didicerit, qui à Christo eandem edociti fuerunt. Quapropter illa manuum impositio non erat sacramentum, sed sacramentale quoddam, sicut & hæc, quæ modò ecclesiæ in more est, vt ait, in præsentiarum S. Thom. Simile enim argumentum fit de confirmatione: nam: & tunc, vt actuum. 8. & 19. legitur, manus apostoli imponebant, & tamen sacramenti materia non est nisi chrismatio.

Manuū impositio quid.

¶ Hinc fit, solam traditionem calicis & hostiæ esse de essentia sacramenti: impositio verò manuum episcopi, & vñctio manuum sacerdotis non sunt de essentia, sed de præcepto. Et ideò licet absque illis imprimeretur character, nihilominus si omittantur, supplenda sunt postmodum. Esset enim, vt ait, Syluester verbo. Irregularitas. quæstio. 12. peccatum mortale ministrare in ordine suscepto antequam illud suppleretur, quanuis non inde contraheretur irregularitas. Intelligitur autem quando illud omisum res est præcipua, vt impositio manuum & vñctio, vt capit. 1. & si. de sacramen.

B non

non iteran. secus si esset res parui momenti, vt si quis forsitan canonem cum episcopo non legerit, licet peccauerit, non tamen necessarium est suppleri: quia neque est res magni momenti, neque episcopus illud omisit, sed ordinatus.

An omnes ordines sint sacramenta. ¶ His de sacerdotio constitutis dubium de alijs ordinibus emergit, an omnes sint vere sacramenta. Vbi septem ordines in tres gradus distinguere oportet, quorum primus sit sacerdotiam, & in secundo collocentur diaconatus & subdiaconatus, qui sunt etiam ordines sacri: & in tertio quatuor minores: qui non censentur pari ratione sacri. Vnde vt D. Tho. dist. presenti quaestio. 1. artic. 2. refert, tres fuerunt opinionēs. Vna, scilicet, quorundam, qui dixerunt in solo sacerdotio characterem imprimi, atque adeo solum esse proprie sacramentum ordinis. Atque hanc opinionem, ceu probabiliorē sustinet Durandus ead. distinct. q. 2. Sed alij dixerunt omnes solosque tres ordines sacros imprimere characterem, ac perinde esse sacramenta. Quorum opinio veritati propius accedit. Tertij dixerunt omnes septem ordines vere esse sacramenta, characterem imprimentia. Et hec fuisse videtur sententia in hac distinct. Magistri sententiarum, quam proinde plerique eius interpretēs complexi sunt, vt Sanct. Tho. D. Bonauentura, Richardus, & complures alij. Quāuis Magister pugnantiā dixisse videatur, dicens quod subdiaconatum & reliquos ordines post tempora apostolorum ecclesia instituit: & tamen quod omnes conferunt gratiam, vt vera sacramenta, & characterem imprimunt: nam ecclesia non potest instituire sacramentum. ¶ Atqui rationes Durandi adeo profectō non sunt despicabiles, vt plurimum habere videantur energiae. Arguit enim sic primō. Quando plures actiones ad vnum referuntur spirituales effectum, quarum non nisi vna eundem effectum attingit, reliquae non videntur sacramenta, sed sacramentalia: nam sacramenta ab spirituali supranaturalique effectu rationem sacramenti fortiuntur. Exemplum est in baptismo, vbi catechismi & exorcismi ad deletionem peccati referuntur: sed quia illud effectum solus baptisimus attingit, reliquae actiones non sunt sacramenta, sed sacramentalia quaedam. Ordines autem omnes gratia eucharistiae consecrandae & remittendi peccata instituti sunt: cum ergo illos spirituales effectus solus sacerdotalis ordo attingat, fit consequens, vt reliqui non sint sacramenta. Secundo. Sacramenta, & potissimum quae characterem imprimunt, non sunt instituta nisi ad aliquem supranaturalem effectum vel con-

S. Thom.

1. Opinio.

2. Opinio.

3. Opinio.

Magister sententiarū

1. Argum. Durandi.

Exemplum

2. Argum. Durandi.

ferendum vel suscipiendum, vt in baptismo imprimitur character ad reliqua sacramenta suscipienda, & in ordine ad conferenda: sed per solum ordinē sacerdotalem tribuitur potestas conferendi sacramenta: nam diaconus, qui est aliorum ministrorum supremus, non habet ex officio sacramenta consecrare vel administrare: ergo ad functiones ministrorum sub sacerdote nullo opus est sacramento, quo ministri gratiam & characterem suscipiant, tanquam supranaturalem potestatem suscipientes. Porro argumentum non est parum vrgens. Tertio. Per sacramenta accipitur potestas ad simpliciter aliquid suscipiendum vel administrandum: itaque sine illa potestate si illud attentaretur suscipi vel administrari, totum esset cassum & irritum: etenim per baptismum sic accipitur potestas suscipiendi alia sacramenta, vt si quis ante ipsum aliqua attentaret suscipere, nihil susciperet: & per sacerdotium sic fit consecrandi facultas, vt si absque illo quis consecrare praesumeret, nihil faceret: sed tamen ordines inferiores non sunt huiusmodi: nam diaconus per suum ordinem solum accipit potestatem ritē legendi euangelium, non tamen simpliciter legendi: nam si quis sine suscepto diaconatus ordine illud solenniter caneret, quamquam peccaret, nihilominus vera esset lectio. Et quartō, vt supra diximus, accedit argumentum, quod ex concessione Sanct. Thomae sumitur, vbi ait, quod sacramentum ordinis secundum completam rationem est in sacerdotio, in alijs autē est quaedam participatio ipsius. Vnde collectio fieri videtur, non opus esse tot characteribus.

¶ Praeterea, vt eidem opinioni nos quoque patrocinemur, arguitur sic. Si aliquis ordinum sub sacerdotio esset sacramentum, maxime diaconatus, propterea quod in actus apostolorum & apud Paulum mentio fit crebro huius ordinis: attamen hoc non inde satis colligitur: nam diaconi nomen nihil aliud sonat, quam ministrum, & tempore apostolorum apparet diaconos non fuisse nisi pauperum ministerio addictos, iuxta illud Actuum. 6. Nō est æquum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis: quare constituti sunt septē viri boni testimonij, qui illi sunt muneri participati, quorum Stephanus fuit primicerius. Atque his accedit maxime argumentū, quod materia & forma in ordinandis diaconibus & subdiaconibus per traditionem libri non videtur à Christo instituta, nec tempore apostolorum in more fuisse, sed sola manuum impositio, vt apparet Actuum. 6. quia tunc non erant

3. Argum. Durandi.

4. Argum.

Authoris argum. in fauorem Durandi.

2. Argum.

erant libri euangeliorum, aut epistolarum.

Senten. An thori. ¶ Re vera qui opinionem Durandi sustinere vellet, non esset magna reprehensione dignus. Nihilominus non est tam facile à communi antiquorum opinione deslectendum: esset enim nonnulla temeritatis nota. Obidque subiungitur sexta conclusio. Diaconatus & subdiaconatus sunt verē iure diuino sacramenta, characteris subinde & gratiae efficacia. Probatur, de diacono primū, antiquissimi autoritate Dionysij, qui de diaconibus ceu de altaris ministris identidem meminit. Et, quod vrgentiū mouet, Paul. 1. ad Timoth. 3. depicta suis moribus episcoporum imagine (quo nomine omnes presbyteros comprehendit) de diaconibus extemplo subiungit, dicens, Diaconos similiter oportet esse pudicos, non bilingues, non vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes ministerium fidei in conscientia pura: vbi illos ceu altaris ministros egregijs virtutibus praeditos requirit. Ex quo subsequitur, quod vero sacramento initiari debent, vbi gratia ad id muneris perfundantur, ac subinde characterē exornentur. Id quod praecipue Actuum. 6. confirmatur: nam Apostoli septem illis diaconibus in suo conspectu constitutis orantes manus imposuerunt, quod erat sacramenti signū.

6. Cōclus.

Ratio de diacono.

Paul. 1. ad Timoth. 3.

Actuum 6.

Nota.

De subdiacono.

Alia ratio.

7. Cōclus.

Magister sententiarū.

Caietanus.

in illa quaest. de ritu suscipiendi ordines, in additio. ad. 3. partem approbat. De subdiaconatu verō, vt modō ostendebamus, alia est ratio. Sed de alijs quatuor ordinibus minoribus probatur conclusio: quoniam de illis in ecclesia primordijs non ita expressē reperitur mentio facta, neque illi ministri eis officijs dedicantur, quae ad dignitatem consecrandi eucharistiam attinet, sed ad disponendum populum. Atque adeo licet in peccato vsu suorum ordinū exerceant, nullatenus peccare censentur: quare neque opus est, vt gratiam ad id muneris suscipiant, ac perinde nec characterē. Quod inde praesertim confirmatur, quod à seculari cætu non eatenus abdicantur, quin absque vlla dispensatione possint matrimonia contrahere. Et quod vrgentiū mouet, ad nullas obligatur horas recitandas, vt subdiaconi, neque verō ad canticum gradum, quod nonnulli absque vilo fundamento fingunt. Neque arbitror profectō quod si D. Thom. ad hunc locum in summa peruenisset, in contraria perstitisset opinione, quam in Quarto, vulgus secutus, tenuit. Et confirmatur per id conclusio, quod subdiaconatus & ordines superiores dicuntur sacri, inferiores verō non sacri: nam et si Sanct. Thomas respondeat omnes secundum se esse sacros: quia omnia sint sacramenta: sed superiores dici sacros ratione materiae sacrae, circa quam exerceantur: gratior tamen solutio est, quod superiores dicuntur sacri: quia vere sunt sacramenta, reliqui verō non nisi sacramentalia quaedam. Atque hac de causa, vt inferius videri sumus, simplex presbyter potest ex commissione minores ordines conferre, nō tamen maiores. ¶ Et per hoc soluitur argumentum Bonauenturae, quo sic arguit. Illi ordines minores non sunt iterabiles: ergo imprimunt characterem. Consequentia quippe haec nulla est, sed si sic argueretur. Sacramentum hoc non est iterabile: ergo imprimit characterem. Concedimus namque illos quidem esse verē ordines, nō tamen proprie sacramenta ordinis, sed sacramentalia ad sacramentū disponentia: & ideo non sunt iterabiles, non quia sacramenta sunt, sed quia per quandam consecrationem celebrantur, vt consecrationes altaris & vasorum, ac ornamentorum, quae eidem sunt deputata.

Ratio conclusionis.

Nota.

Alia ratio.

Confirmatio conclusio.

Solutio optima auctoritate.

Solutio argu. Bonauenturae.

Nota.

Ordines minores quare non iterabiles.

Solutio argu. Paludani.

Aliud arg. si quando presbyter ordinatur, error continget, ut sacramentum esset nullum, postmodum quando iteraretur, deberent iterari omnia. Respondetur, inquam, eiusmodi ordines non esse sacramentalia instar omnino exorcismorum & catechismorum, sed sunt consecrationes & dedicationes ministrorum ad aliqua officia: quare & longè ante presbyteratum conferri possunt, & nunquam sunt iterandi.

Argumenta Durandi diluuntur. ¶ Argumenta verò Durandi quatenus probant, quatuor ordines non esse sacramenta, admittuntur, sed quatenus contendunt diaconatum, & subdiaconatum à sacramentorum ratione excludere, non necessariò concludunt. Et ideò ad primum respondetur, quòd essi illi ordines ad eucharistiam consecrandam referantur, quem quidem effectum solus presbyteratus attingit, non tamen inde subsequitur, non esse sacramenta: quia non sunt sicut exorcismi, sed consecrationes & dedicationes ad certa officia. Et quanquam illa officia legendi Euangelium vel epistolam, etiam si non ordinatus exequeretur, re vera essent lectiones: nihilominus ad eadem officia cum idoneitate exercendum & dignitate ordinantur, per sacramentum ministri. Quare non opus est, ut per quodlibet sacramentum accipiatur potestas ad simpliciter agendum, sed ad dignè agendum.

Ad S. Tho. ¶ Et ad auctoritatem S. Thomæ dicētis, quòd sacramentum ordinis totum secundum completam rationem est in sacerdotio, in alijs verò secundum participationem, respondetur, non esse sensum, quòd gratia & character solùm sit in sacerdote, sed quòd gratia & characteres aliorum sint participationes eorundem effectuum, qui sunt in sacerdotio. Non quòd eadem gratia diuidatur, ut vna pars sit in sacerdote, & alia in diacono, sed quòd gratia inferiorum referantur ad ministerium superioris, iuxta illud Numero. 1. vbi dominus dixit Moysi, ut septuaginta viros congregaret, quibus essent auxiliares, & subdit, Auferam de spiritu tuo, & tradam eis, ut sustinerent tecum opus populi. Nò enim intellexit quòd partem spiritus, quem Moysi aspirauerat, esset ei adempturus, sed quòd similem alijs spiritum traderet, licet non tam egregium.

Authoris argumento satisficit. ¶ Ad aliud verò, quòd nos fecimus, iam responsum est, diaconis non solùm in ministerium mensarum secularium, verum etiam fieri altaris fuisse institutos. Et quanuis in initio statim non essent libri epistolarum & euāgeliorum, nihilominus tradebatur eis potestas ad legendum, & fortè scripta charta. Et

ita apostoli docuerunt ecclesiam, ut sub vtraque forma & materia illam traderet.

¶ Duo autem restant argumenta soluenda. Primum, quòd cum omnia sacramenta ex institutione Christi habeant efficaciam: & sacramentum ordinis quantum ad omnes eius partes non inueniatur à Christo institutum, non est sacramentum.

¶ Secundum. Si in diaconatu & subdiaconatu confertur gratia, consequitur ut quotiescunque solenniter suis ordinibus funguntur legendo euāgelium vel epistolam extra gratiam peccent mortaliter, quòd creditu durum censetur.

¶ Ad primum autem respondetur, quòd presbyteratum, iam dictum est, à Christo fuisse in cœna institutum, atque & diaconatum postquam apostoli expressam de illo fecerunt mentionem, certum est ex institutione Christi id habuisse, licet nò ille, sed ipsi ordinem promulgauerint, ut de extrema vnctione dictum est. Subdiaconos verò & alios inferiores ministros ait, impræsentiarum sentent. Magister ecclesiam pro tempore instituisse. At verò de subdiaconatu, si est, ut diximus, verum sacramentum, non est ambigendum, quin apostoli ex Christi institutione illud susceperint diuidentes diaconum: hoc est, ministrum in duos. Sed minores ordines credendum est ecclesiam postmodum instituisse: & hoc est nouum argumentum non esse sacramenta, sed sacramentalia.

¶ Ad secundum distinctio. 1. quæst. 5. artic. 6. diximus, nonnullos ita sustinere, quòd sit peccatum mortale diacono & subdiacono solenniter altari in peccato ministrare. Sed reuera oppositum est valde probabile, & forsitan probabilius: quia ad concludendum peccatum mortale, habendus est respectus ad obiectum & materiam operis. Quòd ex S. Thom. 3. part. quæstio. 64. articulo. 6. ad. 1. si bene intelligatur, colligitur. Non enim constituit regulam, quòd quando minister est consecratus per gratiam ad aliquam actionem, tunc exercendo illam extra gratiam peccet mortaliter, sed quando est dedicatus ad aliquam actionem, quæ in se ipsa habet sanctificationem, qualia sunt sacramenta. Vbi duntaxat sentit, quòd ministrare sacramenta in peccato mortali, sit peccatum. Et ita est intelligendus illic Caietanus, si est auscultandus. Vnde cum legere euāgelium vel epistolam non sit actio habens in se sanctitatem, quia non est ministrare sacramentum, per quòd populus sanctificetur, fit ut quanuis illi ministri gratiam ad id muneris susceperint, non inde eliciatur peccare mortaliter. Satis enim est quòd sit veniale. In minori-

1. Argum.

2. Argum.

Solu. primi

Magist. sentent. opinio.

Minores ordines ecclesiæ instituit

Solu. 2. ar.

S. Tho. opi.

Nota.

Caiet.

noribus autem ordinibus, quia functiones illæ multò sunt minoris momenti: non est gratia necessaria, & ideò eorum administratio extra gratiam nullum est peccatum.

8. Conclus. ¶ Ad pedem tandè istorum subnectitur octaua conclusio. Ordines ecclesiastici sunt peculiaris sacramenta legis euāgelicæ. Nam etsi apud Ethnicos lege naturæ fuerint Pontifices & sacerdotes suorum Deorum, nunquam tamen erant propriè sacerdotes: nam vbi idola colebantur, non erat vera, sed falsa religio. Et sicubi verus colebatur Deus, non tamen illi sacerdotes per sua sacrificia conferebant gratiam: quia neq; illa, ut dist. 1. dictum est, erant sacramenta. Atqui in lege veteri erant quidem, ut illic diximus, verè sacramenta, non tamen eius muneris efficaciam, cuius nostra: quia non conferebant gratiam. Ob idq; sacerdotes illi nullo initiabatur sacramentum ordinis, quo gratiam characterem ve reciperent: quia cum neque ipsi per sua sacrificia animam per gratiam emundarent, nulla pollebant potestate, quæ verè esset spiritualis. Erant autem figura & vmbra nostrorum ordinum prognostica.

Sacerdotes legis veteris ¶ Ad primum igitur argumentum ex capitulis respondetur, quòd ante susceptionem, ordinum requiritur illa gratia in suscipiente, quæ toti plebi est còmunis, quæ scilicet, homo fit iustus: sed per sacramentum ordinis confertur gradus excellentior, quo sacerdos alijs emineat. ¶ Ad secundum verò respondetur, quòd licet solus sacerdos habeat ministrare sacramenta, diaconus nihilominus & subdiaconus, quia ei administrant, suis quoq; characteribus indigent. ¶ Ad tertium tandem respondetur, ut expresse docemur capit. Veniens de presbyter. non baptiza. quòd absque baptismo, qui ianua est sacramentorum, nullius est homo sacramenti capax. Atque adeò si quis inuentus fuerit ante baptismum ordinatus, baptizandus est, & iterum omnibus ordinibus initiandus.

S. Thom. Et hoc ipsum hinc D. Tho. fatetur. Addit tamè quòd licet eiusmodi sacerdos non baptizatus, nec conficere possit sacramentum, nec absolueri in foro pœnitentia, & si in Episcopum promoveatur, & ordinare alios attentauerit, verum sacramentum non conferat: tamè piè, inquit, credi potest, quòd quantum ad vltimos effectus sacramentorum summus sacerdos Deus suppleret defectum, neque permetteret hoc ita latere (scilicet, non esse baptizatum,) ut periculum ecclesiæ immineret.

Quòd Deo suppleat sacramentorum defectus. ¶ Hoc autem, quòd de supplemento Dei hinc adhibet S. Tho. supra. dist. 5. art. 2. generaliter tractauimus de omnibus casibus, quibus do-

ctores nonnulli Deum supplere sacramentorum defectum opinantur. Est enim res ex quadam potius priorum existimatione orta quàm ex legis vilius certitudine. Nam vel ex euangelio, vel ex vilo loco sacræ pagine elici nequit vllus modus obtinendæ augendæ ve gratiæ Dei, quàm vel per sacramentum, vel per contritionem, aut alium actum meritorium. Quare si sacerdos non verè absoluit, & pœnitens non est contritus, credere quòd tunc Deus supplebit defectum, & conferet gratiam, cum sit omnino præter legem, nullum habet fundamentum. Quocirca non dubito, quin S. Tho. in summa nunquam tale verbum dixisset. Est enim dicere, quòd Deus peccatorem sine sacramento & contritione iustificat, quòd esset manifestarius error. ¶ Alia est aliorum magis lepida responsio, quòd quando quis attritus accedit ad sacramentum, si minister, vel non est sacerdos, vel non habet rectam intentionem conferendi sacramentum, tunc Deus specialius operabitur attrito: ut eius actus obiectum mutet, ut qui erat dolor propter pœnas inferni, fiat vera contritio: scilicet, dolor propter Deum. Est enim somnium absq; vilo prorsus fundamento. Deus si quidem semper est promptus concurrere ad veram contritionem: sed si pœnitens prius illo auxilio non utitur, figmentum est dicere, quòd solùm defectus ministri sit in causa, ut vel pœnitens eodem auxilio moueatur, vel Deus specialius concurrat. De alio deniq; dicto S. Thomæ, scilicet, quòd Deus non permittit diu latere errorem illum, ut qui non est verè sacerdos permittatur sacramenta administrare, nulla est lex certa, quòd id non permittet: alia enim maiora mala permittit.

¶ Quòd si interrogas, vtrum sacramentum ordinis præsupponat characterem confirmationis, respondetur, illum non præsupponere de necessitate, sed de congruitate. Quapropter sine confirmatione esset verum sacramentum ordinis: nihilominus nonnullum peccatum esset, si quis scienter non confirmatus ordinaretur, etiam, in episcopo, si eum ordinaret, quanuis nulla ratio cogat, ut credatur esse mortale. ¶ Vtrum verò character superioris ordinis inferiores præsupponat, titulus de clerico per saltum promotus respondet, quantum ad necessitatem negatiuè: mandatur enim illic, ut ille, qui sine suscepto ordine diaconatus in sacerdotem est ordinatus, non iterum ordinem sacerdotalem suscipiat: quia sacramentum fuit validum. Sed ordinetur in diaconum. Imò, ut ait, S. Tho. in primitiua ecclesia multi, antequam reliquos susceperent or-

Nota.

Nota.

Responsio lepida.

Authoris ratio.

Dictum S. Thomæ.

Ordinibus initiatus ante esse debeat confirmatus.

An character superioris ordinis inferiores præsupponat

Nota de sacerdote per saltum pro moto.

dines, sacramento sacerdotali initiabatur: quia sunt per se potestates distinctæ, quarum sacerdotalis reliquas omnes includit. Quocirca sacerdos licet alios ordines non susceperit, potest omnium functionem exercere. Sed institutum ecclesiæ fuit, ut gradatim ordines susciperentur, neque liceret superiores absque inferioribus conferre.

DISTINCTIONIS vigesima quarta, Quæstio secunda.

ARTICVLVS. I.

Utrum clerici omnes ordinati debeant coronari tonsura insigniri.



Quæstio secunda mouetur de ijs, quæ sunt ordinibus annexa: nempe de corona, & episcopatu, & vestibus sacris. Arguitur ergo quod corona clericis non congruat: nam Hierem. 49. attonsi sub his verbis maledicantur, Dispergam in omnem ventum eos, qui in comam attonsi sunt: ministris autem ecclesiæ potius benedictio congruit, quam maledictio.

2. Argum. Secundo arguitur. Si coronæ ullam esset fundamentum, maxime illud Nazaræorum, quod dist. præsentis adducit Magist. sentent. Nazaræi autem, ut Numer. 6. legitur, non attondebantur in mysterium altaris, sed ex voto, quo Deo consecrabantur, etiam si non essent Leuitæ: ergo inde nullum deducitur argumentum tonsuræ clericorum. Tertio si tonsura cunctis clericis conueniret, consequeretur, quod omnes clerici, eo ipso quod tondentur, renunciarent temporalibus bonis, quod & ipsa detonsio significat, & versiculus psalmi, quem dum tondetur proferunt, Dominus pars hereditatis meæ. super quo, ait Hieronymus, quod dominus cum istis temporalibus pars fieri dedignatur: non autem omnes abdicationem bonorum faciunt, sed retinere possunt patrimonium & alia bona.

3. Argum. Quarto denique arguitur. Si tonsura insignis esset clericorum, sequeretur, quod etiam prima tonsura esset proprie ordo: est enim corporale signum ab ecclesia ministris altaris institutum, per quod clericus in altiori gradu constituitur quam sit laicus: quapropter à solo episcopo

prima sit tonsura: consequens autem est falsum, alioqui plures essent ordines quam septem. In contrarium autem est, quod corona regalem dignitatem significat, & ut ait, Gregor. seruire Deo regnare est: cum ergo clerici peculiariter quodam excellentiori modo seruitio Dei adscribantur, insignis hoc coronæ eis merito adaptatur. Clericorum tonsuram Vitaleff, ut est videre apud Valdens. Tomo. 5. de sacrament. sub titul. 9. cap. 8. abominabatur, quem Lutherani secuti subannando appellant catholicos clericos rasos & tonsos. Idem que Vitaleff eosdem appellat Cæsareos, non quod Cæsariem detondeant, ut nonnulli arbitrantur, sed à Cæsare Constantino, ut idem refert Valdensis in initio eiusdem tomi veritate. 7. & tomo. 2. cap. 120. Inde namque quod piensissimus ille imperator ecclesiam ditauit, clericatumque honoribus extulit, ac perinde hæreticos contra sacerdotes obgannientes extirpare curauit, in inuidiam eorundem clericorum hæretici appellabant eos Cæsareos, quasi ab illo Cæsare procreatos.

Ad quæstionem ergo duabus conclusionibus respondetur. Prima, contra hæreticos hæc asseritur. Optimum est & clericis dignum insignis, detonsa corona. Probatur primo antiquitatis dignitate. Petrus enim apostolus eadem fertur insignitus in memoriam spinæ coronæ, quam Christi crucifixo eius capiti imposuerunt. Quare præcipua causa huius ritus non fuit illa, quam à Nazaræis antiquæ legis Magister sentent. adfert, sed hæc, quod cum hostes Christi ad ignominiam & dedecus eum coronauerint, religiosissimum duxerunt apostoli idem insignis ad suum ipsorum decus, & gloriam Christi usurpare. Quo fit, ut corona non sit pars illa in vertice rata, sed capillorum circulus, qui capiti circumstat. Ob id enim & capitis vertex supernè abraditur: & capilli infernè in circulum attondentur, ut in modum coronæ capilli restent. Unde prius clericorum mos non fuit capillum in vertice radere, & demissam comam habere: nam tunc capilli non haberent effigiem coronæ, sed tondentur eodem prorsum modo, super aures, quo nunc religiosi. Atqui de hac tonsura, ut illo citato cap. 80. Valdensis commemorat, schismata in primæua ecclesia oborta fuere. Refert enim Beda lib. 5. de gestis Anglorum, Colfridum abbatem, illius controuersie meminisse, qui post multa, subdit, nullam magis sequendam nobis amplectendamque iure tonsuram, ea quam in capite suo gestabat Petrus apostolus. Et inferius. Neque verò, inquit, ob id de-

Pars affirmatiua.

Hæreticorum error.

1. Conclusio.

Ratio præcipua coronæ clericalis.

Beda de gestis anglorum

num coronam attondemur, quod Petrus ita attonsus est, sed quia Petrus in memoriam Dominicæ passionis attonsus est, Et subditur. Sicut enim omnis ecclesia, quia per mortem sui viuificatoris facta est, signum sanctæ crucis in fronte portare consuevit: ita oportet eos, qui monachi votum, vel gradum clericatus habentes altioribus se continentie frænibus adstringunt, coronam in capite gestare. Et rem, persecutus venerabilis Beda, tonsuram, inquit, quam Magum ferunt habuisse Simonem, quis rogo fidelium non statim cum ipsa magia detestetur? Radebat enim ille anteriorem partem capitis super frontem, sed ubi ad ceruicem declinabat, tonsuram faciebat strictiorem, ut ab apostolis discriminaretur. Contra quam ritus peruersitatem Anitius Papa canon. Prohibete. 23. distinction. prohibet ne clerici, aduersus Apostolum, comam nutriant, Reprehendit enim. 1. Corinthio. 11. viros, qui comam nutriunt. Et subiungit Papa. Sed desuper caput in modum spheræ radant. Extat & in Concilio Toletano. 4. sub Isidoro cap. 41. coronæ decretum hoc verborum tenore, Omnes clerici & lectores, sicut Leuitæ & sacerdotes detonsa superius toto capite, inferius solum circuli coronam relinquunt. Attende quemadmodum capillorum circulus coronæ nomine denotatur. Quare subditur. Non sicut huc usque in Galetia partibus facere lectores videtur, qui prolixis, ut laici, comis, in solo capitis apice modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispanis hucusque hæreticorum fuit. Hæcibi. Idemque narrando confirmat Rabanus libr. de institutio. clerico. capit. 3. Et Hieronymus. in quadam breui epistola ad Augustinum. Dominum meum, inquit, Allipium, & dominum meum Euodium ut meo nomine salutes, precor coronam tuam. Et idem Augustinus ad Proculianum. Honorant, inquit, nos, vestri, honorant vos, nostri. Per coronam nostram nos adiurant nostri. Ac denique Hugo. libr. 2. de sacrament. part. 3. capit. 5. Primum, inquit, signaculum clerici corona est. Corona ergo res est antiqua à temporibus usque apostolorum. Unde Dionysius libr. de ecclesia. hierar. capit. 6. part. 2. ait, quod episcopus dum quemlibet sacris initiat, consignans eum crucis signo tondet. Inde ergo seruatus est mos, ut episcopus eum, quem prima tonsura donat, in apice capitis tondat. Vbi Linconiensis, signat, inquit, crinium detonsio omnium materialium ab amore decisionem, quæ variè formantur, ut clericus intellectu puro ad Deum

Beda. Simonis Magi tonsura.

Anitius Papa.

Cœci. Tole.

Rabanus Hieron.

August.

Hugo.

Corona res antiqua.

peringat, & eius simplicitate formetur. Et Casiodorus super illud psalmi. 39. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. Non frustra, inquit, in comparatione delictorum capilli ad ducti sunt: nam in veteri testamento sacerdotes ipsa similitudine radebantur, ut tali emundatione purgati, carnis vitia deposuisse viderentur. Ut ergo ex his tandem rationes conclusionis eliciamus, ex quintuplici mysterio congruitas coronæ colligitur. Primo, ex memoria Dominicæ coronæ. Secundo, quia corona, ut diximus, regiam dignitatem designat, quæ ecclesiæ ministris competit, ut Hieronymus ait. 2. quæst. 1. can. duo sunt. Quod enim Petrus apostolus generaliter Christianos omnes appellat genus electum, regale sacerdotium per antonomasiam clericis congruit. Tertio, ratione figuræ, quæ cum sit circularis, imaginem perfectionis præ se fert, quam altaris administrati adipiscuntur & profitentur. Quarto denique ratione detractionis capillorum ex parte superiori per rasuram, nec clericorum mens temporalibus occupationibus oppressa, à diuinorum contemplatione præpediatur: & ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum sensus temporalibus obuoluantur. Quæ utique ratione detonsio illa, super aures fieri debet, ne sensum auditus opperiant. Adhiberi quoque potest & quinta causa: quia decet clericatus ordinem à reliquo vulgo illo publico signaculo discerni. Per hoc soluitur obiectio, quam obmoliriquis posset. Si capillorum abscisio superfluum abiectionem significat, omnes prorsus piluli deberent abradi. Respondetur, inquit, quod cum plures aliæ causæ concurrant, necesse est sic circuncidi, ut coronæ figure appareat. Ex his tandem colligitur tonsuram omnibus clericis, licet non in eadem amplitudine competere. Atque hinc nominis etymologia ducitur: nam clerus Græcè, ut. 7. etymologiarum ait, Isidorus, & refertur distinctio. 2. 1. can. Cleros. & ab Innocentio capit. Cum secundum Apostolum. de præbend. idem est quod fors latinè: & clerici caducis rebus posthabitis Dei hereditatem singulari quadam præeminetia sortiti sunt. Unde clerus idem est, quod fors Dei, seu cui Deus fors est, & ut est in prænominate versiculo psalmi, pars hereditatis. Quo etiam nomine allusio fit ad electionem Matthiæ apostoli, quæ sorte facta est. Sed nihilominus, ut supra allegatus Beda author est, vniuersi religiosi, qui choro adducuntur, licet nullis sint ordinibus initiati, tamen propter seculi renunciationem eadem coronæ

Cassiodorus

Congruitas coronæ.

1. Ratio. 2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

5. Ratio.

Obiectio.

Dilutio.

Monachi.

Monachi laici. coronæ tonsura cōsignantur. Reliqui verò cōuerfi, qui alijs monasterij seruitijs mancipantur, licet propter eandem renuntiationem tondeantur, non tamen in modū coronæ, eo quòd non vitæ contemplatiuæ, quæ per verticis raturam designantur, sed actiuæ vacare debent.

2. Cōclus. ¶ Præfixæ tamē conclusioni, secunda eius moderatrix adhibetur. Clericorum tonsura hoc est pilorum abrasio & circuncisio non est de sacramenti essentia, imo qui intonsus ordinaretur etiam in presbyterum, verum sacramentum suscipere. Nam sacramentum ordinis, vt dictum est, in collatione materiæ cum prolatione formæ perficitur: quare reliqua cæremonialia sunt sacramentalia. At verò tam episcopus, qui ordines intonso conferret, quàm ipse, qui ordines suscipere, grauius peccaret, vt bene in præsentiarum, ait, Richardus. Et, vt arbitor, in sacris ordinibus nempe, subdiaconatu & superioribus esse peccatum mortale. Grauius enim esset ordines sacros sine ratura suscipere, quàm post susceptos comam nutrire. Non dico sine prima tonsura, sed absque vlla capillorum tonsura. Et nihilominus distinct. 23. & de vita & honesta. clericor. multis capitibus clerici prohibentur comam nutrire.

Ca. si quis. Quin verò vtrobique Gregorius capit. Si quis, ait, quod si quis ex clericis comam relaxauerit, anathema sit. Intelligitur autem, vt bene ait, Glossa, non quòd ipso facto sit excommunicatus, sed quòd si præmonitus inobediens persistit, excommunicetur.

¶ Rursus huiusmodi celsuræ intelligendæ sunt eos tantum clericos ferire, qui priuilegio gaudent clericali, nam clerici primæ toniuræ vel in minoribus ordinibus tenendo non esse proprie sacramenta, si nullum habeant ecclesiasticum beneficium, & voluerint publicè in statu seculari clericatu repugnante, viuere, non tenentur apertam habere coronam, imò peius faceret si illam apperirent: nam in contemptum ordinis cederet. Quare dum admoniti priuilegijs clericatus renunciant, tunc nec tenentur, nec debent eam ferre, vt patet cap. Clerici con-

ingati an teneantur aperire coronam Contingit. 2. de sentent. excom. Et multò minus tenentur clerici coniugati, si eisdem voluerint priuilegijs abdicari, vt in titul. de clericis coniugatis, sancitur. Si verò voluerint priuilegijs gaudere, tonderi tenentur. Quare si tertio admoniti, vt in dict. capit. Contingit, decernitur, noluerint corona & habitu clericatum profiteri: immunitatis efficiuntur extorres.

Cōsuetudo non ualeat. Et arbitrò nullam consuetudinem in contrarium valere: nam reges & principes semper reclamant, admonentq; suos ministros ne priui-

legium immunitatis eis seruent, qui habitu clericali non sunt induti. Quod quidem, idque in Hispania præsertim seruandum esset, vbi in more est secularibus, nobilibus, & militibus, absque vilo proposito ascendendi ad ordines sacros, sed solo animo consulendi sibi in suis diuinationibus & criminibus & foro se seculari subducendi, primam tonsuram suscipere: qui quidem abusus non esset ferendus, sed iure & ordine emendandus.

¶ Quo sit, vt bigami, quoniam eisdem priuilegijs non fruuntur, non solum non teneantur, imò neclitè possint clericali tonsura insigniti incedere, vt distinct. 84. cauetur, can. Si quis clericus, & de bigamis, cap. Altercationis.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd dominus per Prophetam dispersionem eis comminatur, qui in religionem idolorum sese etiam detondebant, veluti Iudæi ob religionem veram.

¶ Ad secundum respondetur, quòd in veteri lege, non erat verum sacramentum ordinis: sed imperfecta quædam eius imago & figura, & ideo illa Nazæorum religio non vigeat dū taxat inter Levitas & templi ministros, sed in omni populo. Quare neque abrasio fiebat in modum coronæ: quia nec illic erat tanta contemplatio, nec representatio coronæ Christi, sed omnes capilli radebantur ad significandū temporalium contemptum.

¶ Ad tertium respondetur, quòd clerici per capillorum abiectionem non censentur omnino propria patrimonialia & temporalia bona à se abdicare: quia non repugnant diuino cultui, sed anxium affectum & sollicitudinem eorum deponere & hoc profitentur dicentes, Dominus pars hereditatis meæ. Debent enim in hoc, præsertim sacerdotes, & qui sunt in sacris, plebi præeminere. Tametsi iam rarissimi sint qui hanc religionem profiteantur, id quòd in comis, quas longiores quàm religiosi nutriunt, præferunt.


¶ Vtrum etiam per cōtrarium liceat eos sacris ordinibus initiare, & potissimū sacerdotio, qui nullam prorsus habent substantiam vnde viuunt, distinct. sequenti disputabimus.

¶ Ad quartum non desunt qui censeant primam tonsuram esse proprie ordinem, in quibus est Maior distinct. 24. quæstio. 1. vbi adiciens, etiam episcopatum esse ordinem, non enim ordines connumerat. Cui subscripsit Ekus in quadam homilia de ordinibus. Sed bene fatetur Maior paruis rationibus fuisse motum: quia nullius sunt momenti. Cùm enim tam celebris sit sanctorum & ecclesiæ traditio, septem tantum esse ordines, effigies quædam temeritatis est asserere primam tonsuram esse ordinem, aut episcopatum, de quo statim dicturi sumus. Prima ergo tonsura, vt D. Thom. in præsentiarum, & D. Bonauentura, & Ricardus & omnes fatentur, non est ordo, sed quædam ad sacros ordines dispositio, quasi media inter laicos & ecclesiæ ministros. Veluti in religione nouitius, & in Christianismo catechumenus, qui nondum suscepit characterem. Et ratio est, quòd huiusmodi clerici non sunt in diuino cultu ad aliqua officia destinati, quæ nõ possint seculares præstare, sed ad solas diuinas laudes decantandas: quare ad hoc non exigitur specialis aliqua potestas. In cuius signum ad conferendam primam tonsuram non expectatur missæ celebratio, sed quacunque hora conferitur. Et quòd maximum est argumentum, dum prima corona quis tondetur, nulla fit mentio vilius potestatis. Adducit autem pro se Maior verbum Innocentij cap. Cùm contingat. de etate & qualitat. scilicet, per primam tonsuram iuxta formam ecclesiæ datam clericalis ordo cõfertur. At verò illic ordo nõ vsurpatur pro sacramento, sed pro dispositione, qua primus fit ad ordines introitus. Colligito ergo ex supra dictis, quòd tres tantum ordines, qui peculiariter dicuntur sacri, sunt verè sacramenta: quatuor verò minores ordines quantum sint sacramenta, & ideo proprie nõ dicantur sacri, sunt tamen sic sacramentalia, vt potestates illic ad certas functiones conferantur, atque adeò proprie dicuntur ordines. At prima tonsura hac ratione non est ordo, sed quædam præparatio ad reliquos ordines. Neque verò est essentialis dispositio, vt sine prima tonsura alij ordines collati nõ valeant, sed pertinet ad rei congruentiam.

¶ Vnde ad argumentum quartum respondetur consequentia perempta: prima enim tonsura non est potestatis spiritualis signum ad aliquid, quòd laici facere nequeant, sed quædam ad id particularis deputatio, quæ ideo fieri debet per episcopum. Quocirca & si huiusmodi clericus sit in statu altiori quàm laicus, tamen (vt verba referamus. S. Thom.) non habet ampliorem potestatis gradum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum supra sacerdotale ordinem altior sit episcopalis potestas.



¶ Ost primam tonsuram, quæ est omnibus clericis communis, & per se reliquis inferior, sequitur de episcopali dignitate disquirere, vt vtrum sit sacerdotali sublimior. Et arguitur à parte negatiua. Veritas debet respondere figuræ: sacerdotium autem Aaron fuit sacerdotij euangelici umbra, quo vtique sacerdote nullus erat in illa lege superior: ergo neque in ecclesia vlla est dignitas sacerdotali eminentior. ¶ Secundò. Dignitas ministrorum dignitatem functionum insequitur: functio autem sacerdotalis est verum corpus & sanguinè Christi conficere, quo vtique mysterio nullum est in ecclesia excellentius, ergo neque vlla est altior dignitas.

¶ In contrarium tamen est, quòd illa potestas & dignitas est præeminētior, quæ ceteris paribus ad plura se extendit: sed episcopatus secundum Dionysium. 7. capit. ecclesiasti. hierarch. extēdit se ad plura, quia sacerdoti tantum incumbit illuminare per administrationem baptismi, & purgare per penitentiam & eucharistiam: episcopo autem super hæc incumbit etiā perficere charismate, confirmando, & alios ministros ordinando & prædicando: ergo est excellentior potestas.

¶ Duo sunt sensus præsentis quæstionis. Vnus, vt vtrum re vera vllum sit discrimen inter episcopum & simplicem sacerdotem aliquo iure, siue diuino siue humano. Alter verò vtrum hoc discrimen sit de iure diuino. Et ideo quæstioni duabus conclusionibus fiet satis. Enimvero de priori sensu nemo orthodoxorū ambigit, sed hæretici sunt, qui huiusmodi discrimen inficiari pergunt, quorum fuit Wicleff. vt est cernere apud Walden. tomo. 2. de sacramen. cap. 117. & tomo. 1. de sacramentalibus lib. 2. cap. 60. vbi ait, nullum esse prorsus discrimen, sed promiscuè oēs sacerdotes esse episcopos, atque adeò quemlibet posse confirmare & ordinare, habere reque plenam iurisdictionem in sua parocchia. Eundem errorem sequuntur Lutherani, imò nequiorè: quia omnes, quos ciuilis respublica creat pastores, censent esse presbyteros & episcopos. At verò cùm Lutheranis superuacaneum est disputare: quia nec veros sacerdotes habent, cùm verum sacramentum eucharistiæ non agnoscant, neque veros episcopos: quia neque confirmationem neque ordinationem admittunt. Probat autem suam perfidiam V. Wicleff. primùm ex apostolo. 1. ad Timotheum. c. 3. vbi dicens episcopum oportere esse irreprehensibilem &c. omnes presbyteros cõprehen-

B 5 dit.

Partis negatiua. 1. Argum.

2. Argum.

Partis affirmatiua.

Dionysius.

Wicleff.

Lutherus.

Nota abut. id.

Bigami.

Solutio. 1. argumenti.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

An qui nõ habet ande uictur ordinarari possint.

Solu. 4. ar.

Ekus.

dit. Et è conuerso ad Titum. 1. in illis verbis. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt cõstituas per ciuitates presbyteros, nomine presbytero rum episcopos intelligit. Secundò, id præfer tim confirmat autoritate D. Hieronymi su per eundem locum ad Titum, & refertur can. Olim. distin. 95. Olim enim, inquit, idem erat presbyter qui & episcopus.

Hieronymi
authoritas.

1. Cõclus.

¶ Contra hanc tamen hæresim statuitur prima conclusio. Quicquid sit de iure diuino, ta men certissimum est, saltem apostolorum tra ditione discrimen esse inter episcopos & sim plices presbyteros, Id quod Hieronymus adeò non inficiatur, vt planè affirmet eodem etiam citato loco. Subdit enim. Antequam diaboli instinctu studia vel schismata in religione fie rent, & diceretur in populis. Ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego autem Cephæ, commu ni presbyterorum consilio ecclesia gubernabatur. Postquam autem vnusquisq; eos, quos baptizauerat, suos esse putabat, & non Chri sti, in toto orbe decretum est, vt vnus de pres byteris superponeretur omnibus, & schisma tum semina tollerentur. Ecce Hieronymum affirmantem instituto Apostolorum præfe ctos esse presbyteris episcopos. Vnde super Esaiam libr. 2. idem Sanctus Pater, Inter senes, inquit, & principes hoc discrimen fuisse reor in veteri populo, quòd nunc est inter presby teros & episcopos. Fuit ergo vafrieties V Vit cleff. rescindere vnã partem pro se verbo rum Hieronymi. Olim idem erat presbyter qui & episcopus, atque alteram dissimulare, vbi adiecit, Toto deinde orbe decretum est, vt vnus de presbyteris superponeretur omni bus. Manifestaria ergo hæresis est ecclesiasti cam hierarchiam Episcoporum & presbyte rorum distinctione fundatissimam & specio sissimam confundere, dicendo nullum esse in ter episcopos & simplices clericos discrimen. Eodem enim commento & supremam pon tificis Maximi potestatem abnegant, atque adeo schismatum semina ferunt, quæ Hiero nymus ibidem, ait, per episcoporum electio nes fuisse deleta. Igitur aduersus hæreticos fa tis hæc sint. Augustinus namque lib. de hære sibushæresi. 53. Arrium quendam commemorat, qui cum presbyter esset, doluisse fertur quod non potuerit esse episcopus: quam ob rem, in Arrianorum hæresim lapsus propriũ adhibuit dogma, quod presbyter ab episcopo nulla differentia deberet discerni. Et simile, ait, loco citato cap. 60. VValdensis V Vitcleffo vsu venisse: quia episcopatum, quem ambierat, ob tinere nequiuit.

Idem Hiero
nymus.

Vafrieties
V Vitcleff.

Hæresis ma
nifestaria.

Augustin.

¶ Alius verò sensus multò nobis propter Hie ronymum maiorè obijcit scrupulum, vt trum *Alter sen* sententia iure diuino fuerit inter episcopos & *sus questio* simplices presbyteros discrimè, ita vt hoc præ *nis.* feeturæ genus, non ab apostolis ad sedanda schismata fuerit inuentum, sed ex institutione Christi semper obseruandũ. Verba enim Hie ronymi vehementer mouent illam eius fuisse opinionem, quòd non semper fuerit idem di scrimen, atque adeo nõ esse de iure diuino, sed ex traditione apostolorum post aliquantulũ temporis institutum.

¶ Nihilominus subiungitur secunda conclu sio. Discrimen hoc & præeminentiam inter e piscopos & simplices presbyteros non ex so la traditione apostolorum suscepit ecclesia, sed iure diuino ex institutione Christi. Hæc est sententia Sanct. Thom. 2. 2. questio. 148. articulo. 6. omniumque sanctorum patrum, & doctorum, vt Turre Cremata libro. 1. de sum ma ecclesiæ capit. 69. ait. Et est expressa sen tentia Dionysij, apostolorum discipuli capit. 5. De ecclesiæ hierar. vbi ponit tres ordines hierarchicos, vt sunt purgantium tantum, nempe, diaconorum, quibus cõuenit cathecume nos catechizare: & illuminatiũ: scilicet, pres byterorum administrantium baptismum, poenitentiam, & eucharistiam: & perficientium: scilicet, episcoporum, quibus conuenit confir mare & ordinare & prædicare: & cum istæ functiones sint de iure diuino palàm edocet eisdem gradus eodem fuisse iure distinctos.

Hoc autem articulo. 4. apertius fiet, vbi Petrum à Christo fuisse institutum caput ecclesiæ mō strabimus. Etenim quo iure vnus est, qui in ecclesia apicem tenet, eodem condecuit, vt singulæ vrbes dioceses proprios haberent antistites, qui rempublicam tam presbytero rum quàm secularium administrarent, vt à capite per maiora membra ad minora influ xus charismatum descenderet. Sic enim in cor pore naturali per maiores arterias in mino res venas alimenta dispensantur. Sed præter ea vrgentissimum argumentum est hoc. Multa episcopi facere possunt, ad quæ presbyte rorum facultas non pertingit: ita vt si presby teri simplices attentarent, nihil re vera fa cerent: idque præcipuè in sacramentis: ergo illa distinctio est de iure diuino. Probatur an tecedens, nam vt, ait Eusebius papa cano. Ma nus. de consecra. distinctio. 5. episcopi possunt confirmare: si tamen presbyteri, saltem sine li centia id attentarent, totum esset irritum & vanum, & inter ecclesiastica sacramenta non reputaretur. Idemque mos, ait, papa, tempo re apo

1. Cõclus.

S. Thom.

Dionysius.

Vrgentissi
mum argu.

Eusebium
Papa.

re apostolorum erat celebris. Et eadem ratio ne si simplex sacerdos conferret maiores ordi nes, nullum perficeretur sacramentum. Et idem est de consecratione chrisimatis & tem plorum, &c. Ecclesia verò non potest sic pote statem sacramentorum variare: ergo illa descē dit de iure diuino. Non enim potest ecclesia fa cere, vt qui non est sacerdos consecret, aut ab soluat. Et quanuis possit sacerdotem prohibe re ne consecret, non tamen potest facere, vt eius consecratio non sit valida. Si ergo sacer dotes de iure diuino possent omnia perficere quæ Episcopi, nequiret ecclesia facere, vt sa cramenta confirmationis & ordinis per ipsos administrata non essent valida: nam ista perti nent ad potestatem ordinis, sicut consecrare: huiusmodi ergo potestas de iure diuino com petit episcopis, & non simplicibus presby teris. Quinimò & de iurisdictione arguitur.

Argum. de
iurisdictione.

Si quilibet sacerdos plebanus tam plenam ha beret lege diuina iurisdictionem in sua parœ cia, quàm episcopi, iniuria eis irrogaretur ab ecclesia, si prohiberet ne excommunicandi ius aliaque iudicia tam plenè exercerent quàm episcopi: in hoc autem non solùm nulla eis fit iniuria, imò optimus lucet ordo: ergo à iure diuino institutum est: Haud enim creden dus est Christus in re tanti momenti non per se ecclesiæ suæ consuluisse. Est ergo de iure diuino discrimen inter episcopum & simpli cem presbyterum, tam quantum ad potesta tem iurisdictionis iniure dicundo, quam se cundum potestatem ordinis in administra tionibus quorundam sacramentorum. Ita que, vt discriminis punctum attingamus, non differet episcopus à presbyteris solo meritò & electione, vt locis citatis Witcleff opinatus re fertur. Aiebat enim ille hæreticus, quòd epi scopus non est nisi quem propter merita pres byteri eligunt. Neque ob id solùm erat olim episcopus quòd erat presbyterorum antiquis simus, sed instituebatur consecratione & ma num impositione, quanuis fortè non tam longo cæremoniæ ritu, quàm modò. Id quod ex dictis Pauli ad Titum & ad Timo theum palàm fit: nam apostoli per imposi tionem manuum episcopos creabant. Et de vnctione, qua episcopi chrisimate vnguntur, meminit Clemens Papa apostolorum co xuus in Episto. 3. ad vniuersos, dicens. Omnis pontifex sacro chrisimate perunctus & in ci uitate constitutus, scripturis sacris eruditus, charus & pretiosus hominibus oppidò esse debet. Et illius vnctionis figuram in Aaron in summis sacerdotibus præcessisse, qui simi

Punctum
discriminis

liter vngebantur.

¶ Vnum tamen argumentum obuiare nobis apparet, quod distinct, præsentis quest. 5. facit Durandus. In euangelio nullibi leguntur epi scopi seorsum à presbyteris ordinati: ergo di scrimen non est de iure diuino. Probatur ante cedens. Christus nunquam ordinasset aposto los episcopos antequàm eos sacerdotes fecisset: fecit tamen eos sacerdotes in cœna, quibus & potestatem remittendi peccata post resur rectionem contulit dicens, Quorum remis eritis peccata &c. postmodum verò non legitur eis superiorem episcoporum dignitatem contulisse: ergo presbyter & episcopus iure diuino non differunt. Respondetur primò, multa, vt ait, Ioan. fecisse Christum, quæ euangelistæ scripto non demandarunt. Secundò, quòd Christus per potestatem excellentiæ præter misso ordine, qui tunc seruauatur potuit aposto los cum eos ad apostolatam assumpsit, episco pos creasse quantum ad eorum peculiare fun ctiones, licet postmodum virtutem cõsecran di & absoluendi contulerit. Certo enim cer tius est, siue ante sacerdotium, siue postea apo stolos quidem summa eis ecclesiæ gubernatio incumbere: apostolis autem episcopi suc ceperunt. Augustinus enim in lib. de questio nibus noui & veteris testament. capit. 97. Ne mo, inquit, ignorat episcopos saluatorem ec clesijs instituisse. Ipse enim prius quàm in cœ los ascēderet, imponens manum apostolis, or dinauit eos episcopos. Hoc apostolus sancto spiritui deputat cum dicit, Attendite vobis & omni gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Domini Iesu. Et Anacletus papa, Petri discipulus in episto. ci tata de patriarchis & primatibus & reliquis e piscopis, quæ refertur can. In nouo. 2. 1. distin. Et Isidorus in synodo aiunt apostolis succes sisse episcopos, & septuaginta duobus discipu lis simplices presbyteros, vbi discrimen inter presbyteros & episcopos in iure diuino fun datum docent. Et Beda libro. 3. super Lu cam capit. 15. Sicut duodecim, inquit, aposto los formam episcoporum exhibere simul & demonstrare nemo est qui dubitet, sic & se ptuaginta duos figuram presbyterorum gessit. se sciendum est: tamen primis ecclesiæ tem poribus, vt apostolica scriptura testis est, vtri que presbyteri, & vtrique vocabantur episco pi: quorum vnum scientiæ maturitatem, aliud industriã curæ pastoralis significat. Sũt ergo iure diuino episcopi à presbyteris prælatione distincti. Vnde apostolus ad Ephes. 4. postq̄ dixit

Argumentũ
Durand.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

Apostoli
creati epi
scopi.

August.

Anacletus.

Beda.

dixit

Dilutio ob
iectionum.
Ad Pauli.

dixit quod Christus quosdam dedit aposto-
los, quosdam prophetas &c. ad denotandum
reliquos presbyteros subiunxit, Alios pasto-
res & doctores &c. ¶ Superest autem ad obie-
cta respondere: nempe, non solum ad Hiero-
nymum, sed & ad apostolum Paulum: nam
1. ad Timoth. 4. nomine episcoporum omnes
presbyteros intelligit. Recensitis enim mori-
bus, quibus episcopum inscribit dicens, Opor-
tet episcopum irreprehensibilem esse, &c. nul-
la presbyterorum interiecta mentione ad dia-
cones commigrat, quos, ait, debere esse pudicos,
non bilingues &c. Presbyteros ergo uniuersos,
appellauit episcopos. Et ad Philipenses
1. Paulus & Timotheus omnibus sanctis, qui
sunt Philippis cum episcopis & diaconibus gra-
tia vobis & pax. si autem presbyterorum me-
dius esset ordo, illos non praterisset. Et ad Ti-
tum. 1. admonet Titum, vt per ciuitates pres-
byteros constituat, episcopos illo nomine in-
telligit. Et. 1. ad Timoth. 5. dicens, quod qui be-
ne præsunt presbyteri duplici honore digni
sunt, episcopos quoque significat. Et Actuum
20. presbyteris Ephesi loquens (nam in vna ci-
uitate non erant plures episcopi) Attendite vo-
bis, inquit, & uniuerso gregi, in quo vos spiri-
tus sanctus posuit episcopos: presbyteros quo-
que designat, licet interprete Augustino, præ-
cipue episcopos. ¶ Ad hæc loco citato S. Th.
2. 2. quæst. 184. ar. 6. ad. 1. breuiter respondet
quod de episcopo & presbytero vno modo
loqui possumus quantum ad nomen: quonia
olim omnes promiscue vocabantur & episco-
pi & presbyteri. Nam presbyteri, vt August.
19. de ciuit. inquit, idem est græcè, quod Latine
seniores, quod quidè nomen aptissimè con-
gruit episcopis: & episcopus idem est græcè,
quod superintendens seu vigilans, quæ etiam
appellatio presbyteris accommodatur. Si qui-
dem vnusquisque, cui animarum cura incum-
bit, etiam si parocchialis sit, debet super gregem
vigilare. Sed re vera inter ipsos presbyteros
erat in diocesi vnus iuxta Christi institutum
præpositus, qui erat episcopus. Quare licet ho-
noris gratia omnes presbyteri dicerentur epi-
scopi, & ne episcopi superbirent, etiam dice-
bantur presbyteri, nihilominus in re erat di-
stinctio. ¶ Et quidem solutio hæc ad respon-
dendum Apostolo efficacissima est: quippe
qui nusquam significat neque innuit re non
fuisse dignitates distinctas, sed duntaxat pro-
miscuo nomine appellari, Itaque Paul. non di-
gnitatem, sed sola nomina, ait, episcopis & reli-
quis presbyteris fuisse communia. Vnde Chry-
sostom. Homil. 11. super eandem epistolam

Solutio. S.
Thoma.

Presbyteri
etymologia

Episcopie-
tymon.

Nota.

Appositissi-
ma solutio.

Chryso-
stom.

ad Timoth. ob id dicit apostolum illic substi-
tuisse presbyteros: quod non multum differ-
runt ab episcopis, sed sola inthronizatione epi-
scopi super reliquos presbyteros ascenderunt.
Et illic Aymo, Omnis enim episcopus presby-
ter est, sed tamen non omnis presbyter epi-
scopus est. ¶ Attamen profecto verba Hierony-
mi non fati hoc responso diluuntur: haud eni-
m solum, ait, quod presbyter & episcopus eo-
dem nomine vocabantur, sed quod idem om-
nino erant, neque aliud habebat episcopi quàm
presbyter. Et subdit quod communi presbye-
rorum consilio tunc ecclesie gubernabantur.
Sed postmodum toto orbe decretum est, vt
vnus superponeretur. Non, ait, solum decretum
fuisse, vt diuersis nominibus appellaretur, sed
vt re vera distinguerentur, vbi insinuat antea
nullatenus discriminatos. Et ad rem præfer-
tim subiunxit, quod episcopi nouerint se ma-
gis consuetudine quàm dispensationis Domi-
nicæ veritate presbyteris esse maiores. Ecquid
apertius? Et in epistola ad Euandrium, quæ à
Gratiano citatur distinct. 23. can. Legimus. eã
dem prorsus sententiam sequitur, aut: mans
tempore apostolorum non nomine tantum,
sed re eundem fuisse episcopum, qui erat pres-
byter. Quare Scotus in. 4. distinct. 7. hanc cen-
set fuisse opinionem Hieronymi, quæ & proba-
bilem iudicat. Et Durandus dist. 24. quæst.
5. non dubitat, quin Hieronymus fuerit huius
sententia, tametsi in eam ipse non subscribat.
Et vt ego ingenuè fatear, porro arbitror Hiero-
nymum in ea fuisse opinione, quod primi-
tus de iure diuino nullum erat discrimen. Ni-
hilominus licet hoc quispiam de Hieronymo
suspicatus fuerit, non ideo, salua egregia autho-
ritate, quæ sacro Doctore debetur, negare de-
bet, quin discrimen hoc fuerit de iure diuino.
Hieronymus namque ad contundenda episco-
porum supercilia, illam ebibit doctrinam, quæ
tamen non probat. Neque ex verbis aposto-
li colligi potest, sed hoc tantum, quod nomi-
na essent promiscua, & communia. Et idem est
respondendum Ambrosio, qui super. 4. ca. epi-
stolæ ad Ephes. idè ferè cum Hieronymo sen-
tens, ait, quod primi presbyteri episcopi ap-
pellabatur, vt primo recedente sequens ei suc-
cederet. Quare apud Egyptum, inquit, pres-
byteri consignati: hoc est, confirmant, si non
sit præfens episcopus? Falsum enim est vnquam
fuisse presbyterum: sine noua consecratione
episcopum. Quocirca si Egyptij illum ritum
seruant, errore tenentur.
¶ Ad primum igitur argumentum in contra-
rium responderetur, quod quauis in veteri lege

Aymo.

Verba Hiero-
nymi.

Hierony.

Scotus.

Durand.

Sententia
authorit.

Nota.

Ambros.
satisfit.

Solu. 1. ar.

non

Sacerdotij
figura.
Episcopo
vñ figura.

Solu. 2. ar.

non essent omnino episcopi & presbyteri si-
cut in noua: quia non conferbant gratiam, nec
aliquo sacramento initiabatur, tamen in Aarō
præcessit nostrorum sacerdotum figura, qua-
tenus sacrificia, sicuti cæteri sacerdotes offere-
bat, & præterea episcopi vmbra: nam fuit pon-
tifex maximus, cui aliqua congruebant singu-
lariter tum indumenta, tum etiam & munera,
vt introire semel in anno in sancta sanctorum,
quæ quidè reliquis sacerdotibus non licebant.
Hoc autem euangelicum discrimen à Christo
exordium sumpsit, qui omnium ecclesiastico
rum officiorum exemplar extitit. Gerunt eius
ergo typum simplices presbyteri quantum ad
ministeria, quæ ipse compleuit, vt cōficere cor-
pus & sanguinem suum: episcopi verò quantū
ad illam potestatem, qua ministros in ecclesia
instituit, in qua quanda habuit. eminentiam.
¶ Ad secundum autem responderetur, quod quan-
uis nullum sit altius munus in ecclesia quàm cor-
pus & sanguinem Christi consecrare, in quo
episcopi presbyteris non antecellunt, nihilo-
minus cum & hoc illis competat, præcellunt
in alijs functionibus, vt ordinare sacerdotes,
qui consecrare possint & altare, vasa, & indu-
menta ad consecrationem eiusdem sacramenti be-
nedicere.

ARTICVLVS. III.

Vtrum episcopatus sit ordo.

Vtrius affir-
matiuæ. ar.

Pars nega-
tiua.

Decisio ar.

Nomen or-
dinis.

IX quaestione proximè decisa exur-
git altera, vtrum episcopatus sit or-
do. Etenim si sit sacramento sacerdo-
tij præstantior, consequens apparet,
vt sit ipse sacramento: nam sacramento nihil
videtur præstantius, nisi sit aliud sacramentum:
præsertim cum loco citato Dionysius episco-
patum presbyteratum, & diaconatum tres ordi-
nes appellet.
¶ In contrarium autem est, quod si episcopa-
tus esset ordo, plures esset quàm septem con-
tra quàm vnus habet ecclesia.
¶ Sunt qui huius quaestionis partem affirma-
tiam tueantur, quibus, vt supra diximus. Ma-
ioris & Ekius adherent. Alij verò arbitrantur
quaestionem nominalem esse potius quàm rea-
lem, vtrum scilicet, sit appellandus ordo, necne.
At verò profecto ad quaestionem commodius
cum D. Thoma, sub distinctione, vnica cōclu-
sione responderetur. Nomen enim ordinis vsur-
pari vno modo pro eo propriè cōsuevit, quod

est sacramentum ordinis, & altero modo, vt
est nomen officij, dignitatis, & gradus. Sit ergo
conclusio. Episcopatus non est sacramentum
ordinis, est tamen ordo: hoc est, dignitas & gra-
dus altior sacerdotio, cui eminentiora officia
sunt annexa. Secunda hæc pars articuli præce-
denti satis demonstrata est, vbi discrimen ostē-
sū est inter presbyteros & episcopos, qui sunt
reliquis dignitate, gradu & officio superiores.
Prima verò: scilicet, quod episcopatus non sit
per se sacramentum, probatur primò: quia
contrarium asserentes sine causa aduersantur
communi opinioni & ecclesie vsui, quo non
celebrantur nisi septem ordines. Secundò &
potissimè. Ordines omnes ad sacrosanctum
eucharistia sacramentum referuntur, & in or-
dine ad ipsum distinguuntur: episcopatus au-
tem neque est ordo ministrandi sacerdoti in
eucharistia, quia est altior: neque verò quan-
tum ad potestatem consecrandi est ei supe-
rior: quia sacerdotum quisque æqualem po-
testatem habet, & quantum ad substantiam
sacramenti independētē ab episcopo: nam qui-
cunque sacerdos per se potest consecrare: er-
go non est sacramentum, tametsi quantum ad
accidentarias ceremonias dependeat sacer-
dos ab episcopo, qui habet vasa & vestes con-
secrare. Tertio. Si episcopatus esset per se sa-
cramentum superius sacerdotio, sequeretur
quod nouum characterem imprimeret, con-
sequens tamen est falsum: nam tunc subsequeretur
quod si quisquā antequam fieret sacer-
dos consecraretur in episcopum, eundem epi-
scopalem characterem cum gratia gratum fa-
ciente susciperet: siquidem susceptione sa-
cramentorum non est essentialis ordo, vt su-
perius ab inferioribus pendeat: potest enim
fieri diaconus qui non erat subdiaconus, &
presbyter ille, qui non erat diaconus, vt patet
per titulum de clerico per saltum pro-
moto: consequens tamen est falsum: quoniam
si episcopus antequam fieret sacerdos conse-
craretur, nihil fieret, Quin verò quarto argui-
tur. Si in consecratione episcopi imprimere-
tur character, esset profecto superior charac-
tere sacerdotis, atque ad eò potestatem in-
cluderet consecrandi, veluti character diaconi
characterem subdiaconi includit, ex quo
fieri consecratus, vt non alio opus fuisset præ-
cedenti ordine sacerdotali. Accedit quinto,
quod sacramentum ordinis in sabbatis qua-
tuor temporum confertur: episcopus ve-
rò non nisi diebus Dominicis consecratur.
In summa in tota episcopi consecratione nul-
la apparet forma & materia sacramenti, siue
vnctio-

Cōclus.

Probat
secunda pars
cōclusionis

Probat
prima pars

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

5. Argum.

vnctiones siue traditionem baculi & impositionem mitræ & alia omnia specularis. ¶ Eandem conclusionem affirmare videtur Vvalde his loco citato lib. 2. de sacramentalibus, vbi ait, quod in episcopo duo consistunt, potestas & ordo. Ordo quidem episcopo in parte cum cæteris sacerdotibus communis est sed episcopus in culmine eorum consistit: & ita non tam alius ordo est, quam alius gradus in eodem ordine. Et Augustin. in quæst. veter. & noui testamenti cap. 101. explicando verbum Apostoli ad Timoth. quomodo promiscuo nomine appellauerit presbyteros & episcopos, cõcludit. Quid est enim episcopus nisi primus presbyter: hoc est, summus sacerdos?

Solut. cõtra rij argum. ¶ Et per hoc ad argumentum contrarium respondetur: non enim si dignitas & gradus est superior, subinde fit consequens vt sit nouum sacramentum: alioqui eadem ratione archiepiscopatus & papatus essent noua sacramenta. At verò Dionysius ac subinde alij, vbi non est disputatio de sacramento, illum gradum & dignitatem episcopalem appellant ordinem, & merito: nam gradus & dignitas superior, respectu inferiorum significantissime ordo dicitur. ¶ Alia verò sunt argumenta, quibus fautores aduersæ opinionis contendere possunt episcopatum esse sacramentum. Secundò igitur arguitur. Episcopus reliquis presbyteris non solum iurisdictionis amplitudine antecedit, verum & ordinis potestate: nam potest, vt dictum est sacramentum confirmationis & ordinum administrare, qui non sunt actus folius iurisdictionis: aliàs posset vicario suo ea committere, sicut alia iurisdictionis officia, sed pertinent ad potestatem ordinis: quare nisi episcopus sit consecratus, non potest illa exequi. Tunc sic arguitur. Sacramentum ordinis nihil aliud esse videtur, quam signum potestatis vel ministrandi sacerdoti in eucharistia, vt diaconatus & subdiaconatus, vel ministrandi sacramenta: sed per consecrationem episcopi confertur ei potestas ministrandi sacramenta, quæ non potest simplex sacerdos: ergo illa eius consecratio est singulare sacramentum imprimens characterem. Tertiò arguitur ex eodem fundamento, quo supra nos vli sumus. Diaconatus & subdiaconatus propterea sunt sacramenta, quod immediate ordinantur ad eucharistiam: putà, ad subministrandum sacerdoti: sed functiones episcopi, vt ministros ordinare, vasa & vestes consecrare, referuntur ad sacramentum eucharistiæ consecrandum: ergo episcopatus est sacramentum. ¶ Quarto, (Quod est omnium maximū)

Argu. contrariæ opinionis. 2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

arguitur. Sacramentum est gratiæ signum & causa suscipientem ad sua officia exercenda sanctificantis: sed episcopus ad ea quæ super sacerdotem dispensat, altiori gradu sanctitatis indiget, cum amphor illi administratio ecclesiæ incumbat: ergo per suam consecrationem recentem gratiam recipit, atque adeo illa est sacramentum.

¶ Ad secundum argumentum Sanct. Thom. loco citato præsentis distinct. respondet, quod licet episcopo detur aliqua potestas non solum iurisdictionis, sed etiam ordinis supra illa, quam habet simplex sacerdos, nihilominus illa non habet rationem noui characteris: quia omnis character ordinis ad sacramentum eucharistiæ ordinatur: episcopatus verò non tam ordinari dicitur ad illud sacramentum, quam eius facultatē præsupponere. Et ideo licet diaconatus, quia per se potest esse diaconus: ante quam sit presbyter, characterem per se imprimat, tamen episcopatus, quia non est via ad sacerdotium, sed illud præsupponit, illudque perficit, non imprimat characterem nouum, sed ipse idem character sacerdotalis, dum sacerdos in episcopum consecratur, fit extensior & amplior: extenditur, inquam, ad aliqua munera exequenda, quæ ante nequiverat. ¶ Et per hoc respondetur ad tertium. Negatur enim episcopatum propriè ad sacramentum eucharistiæ ordinari: quia non ordinatur ad sacerdotium, sed est eius perfectio: episcopus enim non est nisi quidam consummatus, & vt ait, Augustin. primus sacerdos, qui simpliciter omnia sacramenta conferre valet, & vasa consecrare &c. Tametsi illa ratione dicatur ordinari ad eucharistiam, quod episcopus confert sacerdotium, quæ est potestas illam consecrandi. Hic autem ordo non est proximus & immediatus ad eucharistiam, ceu diaconi & subdiaconi sacrificio ministrantiam, sed remotus ad conferendam potestatem consecrandi. ¶ Ad quartum argumentum. Posset quispiam dicere, quod sicut character sacerdotalis extenditur in episcopo: ita & gratia per eius consecrationem augetur. Attamen hoc veritati non consonat: quoniam gratia non augetur, nisi nouus producat intensio gradus, qui si virtute operis producat, necesse est illud opus esse sacramentum, veluti gratia baptismalis augetur per confirmationem: cum ergo consecratio episcopi non sit sacramentum, sit vt nec gratiam adaugeat. Notandum ergo quod gratia in sacramento ordinis non confertur ad illa officia exercenda, quæ spectant ad iurisdictionem & gubernationem, sed ad illa, quæ ad potestatem ordinis

Solutio. 5. Thomæ ad secundū ar.

Episcopatus imprimat characterē.

Solutio. 3. argum.

Solutio. 4. argument.

Gratia in hoc sacramēto ad quæ conferatur.

nis attinent, hoc enim sonat gratia sacramenti ordinis, quæ ideo annexa est characteri, nisi opponatur obex. Alioqui dicendum esset copiosiore gratiam conferri archiepiscopo, dū consecratur, quia ampliore fulget iurisdictione, ac longè ampliore summo Pontifici, cui amplissima competit gubernatio. Gratia verò quæ ad potestatem characteris ordinis attinet, completè per sacramentum ordinis sacerdotalis confertur ad omnia administranda sacramenta, quæ quocūque tempore sacerdos administrare debuerit. Et ideo licet dum consecratur in episcopum, extendatur eius potestas ad alia tradenda sacramenta: scilicet, confirmationem, & ordinem, non tamen indiget noua gratia sacramentali, tametsi per morum meritōrū quæ augmentum debeat coniti, vt cumlatio ri prouehatur.

Gratia cõpletè in sacerdotio cõferitur.

ARTICVLVS. III.

Utrum supra episcopos sit aliquis superior ordo in ecclesia.



¶ Ost hæc quæritur de Archiepiscopis & alijs Põtificibus vsque ad summum. Et arguitur nullum esse ordinem in ecclesia episcopatu superiore. Episcopus enim nihil aliud est, quam cõsummatus & summus sacerdos, secundum illud Ambrosij super epistolam ad Eph. ca. 4. in episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est: hæc ille: potest enim omnia sacramenta simpliciter dispensare, in quo summa ratio potestatis ordinis consistit: ergo episcopatu nullus est superior ordo: quapropter Romanus pontifex non aliud se quam episcopum Romanum nominat, ac subinde episcopum totius orbis.

Partis negatiuæ. 1. Argum.

2. Argum.

Pars affirmatiua.

¶ Secundò arguitur. Superior potestas per inferiorem non confertur, neque æqualis per æqualem: quia vt ad Hebræ. 7. ait. Paul. sine vlla cõtradictione quod minus est, à maiori benedicatur: quare simplex sacerdos neque episcopum ordinat, neque alium simplicem sacerdotem, sed episcopus sacerdotem: episcopus autem quemcūque alium potest promouere & consecrare, etiam pontificem maximum: nam Hostiensis episcopus consecrat papam: ergo episcopatu nullus est excelsior ordo.

¶ In contrarium autem est autoritas Isidori. d. 21. can. Cleros. vbi pluribus episcopis Archiepiscopus præficatur: & super archiepiscopos est patriarcha, vt. 80. distinct. cano. Vrbes. def

finitur. ¶ Ad quæstionem præsentem tribus cõclusionibus respondetur. Prima Inter episcopos & Summum Pontificem interstant alij ordines per gradus ascendentes. Sunt enim primū archiepiscopi: hoc est, principales episcopi, vt canonicis citatis asseritur, & vsu ecclesiæ obseruatur, qui pluribus episcopis præficiuntur, atque adeo pallio super humeris insigniuntur, quod episcopis non conceditur, can. Quoniam quidam. dist. 100. Quapropter Metropolitanus idem est quod archiepiscopus, solo nomine differens, ob certam enim ciuitatum mensuram, quibus debet præsidere, sic appellatur, vt eod. can. Cleros. & can. Scitote. 6. quæst. 3. legitur Archiepiscopis præponitur patriarcha, quod Græcum nomen, idem sonat latine, quod principalis pater. Patriarchæ autem sunt post summum Pontificem dignitate & autoritate primi. 10. dist. cã. Vrbes. & cano. Diffinimus. Quare patriarchæ & primates solo nomine differunt, vt ibidem legitur. Fueruntque instituti in star protoflaminum, qui fuerunt inter gentiles sacerdotum primores, vt eod. can. habetur, & Magist. senten. affirmat. Non autem sic est intelligendum, quod illa ratione ecclesia hos ordines instituerit, sed quod cum religio Iudæorum non fuisset per diuersa regna & prouincias diffusa, sicuti gentilium ritus, sed erat in vna gente conclusa, apparet varietas ordinum in lege euangelica quantum ad eius effusionem, potius gentilitatis inuaginem referre, quam Iudaismi: cæterum quantum ad rei veritatem nõ fuerunt ijdem ordines instituti nisi propter decorum ecclesiæ & necessitatem.

1. Conclu. Archiepiscopi.

Metropolitani.

Patriarcha.

Prima.

Quatuor patriarche i primitiua ecclesia.

Patriarcha noui orbis.

2. Conclu.

Prima pars cõclusionis probatur.

¶ Et quidè prope apostolorū etatem quatuor ecclesiæ patriarcharum honore sub Romana Sede insignitæ sunt, nempe, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana, vt eo. cã. Diffinimus, refertur: nam in gratiam Cõstantini Cæsaris Constantinopolis dicta est noua Roma. 22. dist. can. Constantinopolitana. Iam verò plures sunt, vt in Hispania patriarcha noui orbis: nam vt ait, Anicetus Papa cã. Nulli. dist. 99. dum gen's aliqua ad fidem cõuertitur, potest præ multitudine. Primas ibidem constitui.

¶ Secūda cõclusio. Isti ordines nec sacramenta sunt ordinis, neque potestate ordinis differunt, sed sola iurisdictionis amplitudine. Primā partem iam supra monstrauimus: nam si episcopatus non est per se sacramentum, multo minus archiepiscopatus vel papatus: Imò qui autumat episcopatum esse sacramentū, non aliud nouū agnoscit in papa. Quod autē nõ differant pote-

Secunda pars principalis potestate ordinis inde constat, quod nullum sacramentum potest papa administrare, quod non possit & quicumque episcopus. Tempora, etiam altaria, vestes, vasa & virgines possunt omnes episcopi sicut papa consecrare & bene dicere, atque adeo consecrare episcopos & archiepiscopos, & ipsum papam. Quapropter si qui in papa eligitur, episcopus erat, non deinde consecratur in papam: quia papa non est nisi summus episcopus.

Nota.

Solu. 1. ar.

Ex his ergo argumentorum solutio colligitur. Ad primum enim conceditur, episcopatum quantum ad potestatem ordinis esse summam ecclesie dignitatem. Differunt ergo predicti ordines solo iurisdictionis ambitu & latitudine. Dicuntur inquam, ordines diversi propter gradus dignitatis diversos. Et simili modo ad secundum respondetur, quod potestas episcopi ex cellit potestatem sacerdotis, quasi potestas altioris generis, & ideo non quicquid potest episcopus, potest simplex sacerdos. Non autem eadem episcopalis dignitas a superioribus excellitur tanquam a potestatibus celsioris generis, & ideo quicquid potest papa pertinens ad potestatem ordinis, potest quicumque episcopus. Sed potest ratione iurisdictionis eligere & confirmare episcopos, quod alij episcopi non valent. De ordine vero Cardinalium est dubium utrum sit per se ordo ab his connumeratis iure diuino distinctus. Etenim Cardinalis de Turre Cremata libr. 1. de summa ecclesie capit. 80. affirmat ordinem esse iure diuino ceteris ecclesie sublimiorē in cuius confirmatio nem nescio quam distinctionem in apostolis comminiscitur. At si quidem primum in illis considerandum, quod ante ascensionem Christi principaliter ei assiterunt, iuxta illud Lucæ. 22. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Deinde & post eius ascensum assistebant Petro tanquam eius vicario administrationem papalis ministerij gerenti. Sed tertio considerantur, ut a Petro separati ab inuicemque adeo in diuersas regiones distributi ad predicandum, iuxta illud, Euntes in mundum vniuersum predicare euangelium omni creatura. At ergo quantum ad primam & secundam considerationem Cardinales Pontifici maximo assistentes repræsentant apostolorum statum. Sed quantum ad tertiam episcopi successerunt apostolis. Vnde infertur primum, quod apostoli prius fuerunt Cardinales quam episcopi: nam prius fuerunt Christi consiliarij, qui pastores & prædicatores instituti, atque adeo prius fuerunt Cardinales orbis, quam episcopi vrbium. At vero licet placuerit viro alio-

Ordo Cardinalium.

Turre Cremata.

Luc. 22.

Adaptatio distinctiōis

Corollarium

qui doctissimo ordini suo nimium indulgere & fauere, certe commentatio hæc non nititur solido fundamento: & ideo subiungitur tertia huius articuli conclusio. Cardinalium ordo non censetur iure diuino institutus tanquam a presbyteris & episcopis distinctus, sed est iure pontificio introductus. Prior pars probatur, quia in sacra pagina non habet firmissimum fundamentum, quam illud Turre Crematæ, quod quidem est infirmissimum. Sed dicti sunt Cardinales, id est, principales, siue episcopi sint, siue presbyteri, siue diaconi, siue subdiaconi, in dicitur & acolyti: eo quod Romæ resident summo Pontifici assistentes, quasi ecclesie cardines. In qua subinde merito splendorem habent, tum quia in summo eius consistorio confident, tum præsertim quia electio summi pontificis ad eos de iure spectat, ut patet per decretum Nicolai papæ secundi in sexta synodo ca. In nomine domini. 23. dist. De antiquitate vero eiusmodi cardinalatus non satis constat quanta fuerit. Quod enim Hieronymus fertur Cardinalis fuisse, nondum est ab ecclesiasticis vel historicis vel doctoribus satis exploratum. Sunt vero qui censent eundem ordinem antiquissimum: nam in concilio Lateranensi sub Gregorio secundo Anno Domini, DCCXXIII. post episcopos subscripserunt presbyteri Romani. At cum non sint appellati cardinales, sed fuerint episcopis posthabiti, non est certum an de cardinalibus, quales sunt modo, id sit intelligendum. Alij autem autumant tunc tempore Syluestri hunc fuisse ordinem constitutum: nam in Romana Synodo, ait, quod presbyter cardinalis nisi quadraginta quatuor testibus non dabitur. q. 5. can. Præsul. Et postea, A subdiacono, inquit, usque ad lectorem omnes subditi esse debent diacono cardinali. 93. distin. can. A subdiacono. At vero nescio utrum nomen cardinalis in hoc significato illic usurpauerit, an vero pro eo simpliciter, quod est principalis: ut presbyter cardinalis idem sit quod archiepiscopus, & diaconus cardinalis, idem quod archidiaconus: pluris enim papa æstimat illic episcopum, quem nisi in septuaginta duobus testibus damnari non permittit, quam presbyterum cardinalem, quem in quadraginta quatuor condemnandum censet. Quia utique ratione & Archiepiscopus potest episcopus cardinalis appellari: id est, principalis, quod alludit Gregorius, qui. 7. quæstio. 1. can. Pastoralis. appellat Ioannem Squillitanæ ecclesie episcopum cardinalem. Et certe neque in concilio Niceno, neque in Synodo Constantinopolitana usque ad sextam sub Nicolao secundo inueni

3. Conclusio.

Cardinales quare sic dicti.

Cardinalium antiquitas.

Tempore Syluestri an creati fuerint cardinales.

inuenitur hoc nomen. Tamen in canone illo In nomine domini. quia quingentis hinc annis conditus est, cardinales sunt appellati, non tanquam res noua, sed tanquam res longe vetustior. Quare Cardinalium ordo antiquior est multo quam nonnulli censerent. Hoc autem alijs fuerit loci presertim disputare.

Episcopo-rum vestes

Huiusmodi autem episcoporum & archiepiscoporum ordinibus vestes, ornatus gratia adaptauit ecclesia, quæ eorum dignitatem illustrarent, idoneitatemque designarent, quæ in eis requiritur ad tractandum diuina. Horum vero indumentorum quædam sunt episcopis, sacerdotibus, eiusque ministris communia, quæ sunt sex, scilicet, amictus, & talaris vestis alba linea, cingulum, manipulum, stola, casulla. De quorum significatione distinctio. 13. quæst. 2. articu. 4. fuse dictum est. Præter hæc autem episcopis adhibentur nouem propria, ut vestium numerus numero functionum respondeat. Cõuenit enim episcopis proprie supra sacerdotum munera populum confirmare: clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, Synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa consecrare, sacram paginam prædicando interpretari, ac demum, ius dicere. Primum igitur eorum ornamentum sunt caligæ, quibus gressuum reuerentia designatur. Secundum sandalia quæ pedes contegunt, ad significandam pulchritudinem pedum, ut est apud Esaiam, annunciantium & prædicantium pacem, annunciantium bonum, & prædicantium salutem. Hæc autem sandalia ut Hugo lib. 2. de sacrament. part. 5. capit. 14. author est, subtus habent integras soleas, ad admonendum episcopos, ne terrena affectibus tægant, sed despiciant, supernè verò locis quibusdam aperiuntur, alijsque conteguntur, ad significandum mysteria fidei non omnibus esse propalanda, sed quibusdam, iuxta illud, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem inparabolis. Tertium est succinctoriũ, quo stolaligatur cum alba sacerdotali, in signum amoris honestatis, quo candor vestis ad lumbos succingitur. Quartum est tunica serica talaris, significans virtutum, & potissimum honestatis perseverantiam: nam & castissimus Ioseph talari tunica vsum fuisse scribitur: demissio enim usque ad talos, perseverantiam usque ad vitæ extremitatem delignat. Quintum est dalmatica, largitatem operum misericordie representans. Sexto loco traditur ei baculus pastoralis vnus, ut illa curitate vagas & errantes oves colligat, stipite autem in firmos sustentet, sed extremitatis cuspidem segnes & desides ad ope

Episcopo-rum nouè indumenta propria. Eorumque functiones nouem.

Primum ornamentum secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

ra virtutis stimulet. Quo utique Papa propter plenitudinem potestatis non vitatur. Carmen ergo sic episcopos admonet. Collige, susteta; stimula, vaga, morbida, lenta. Septimum traditur ei quasi ecclesie spõso annulus benedictus, qui est sacramentum fidei, qua ecclesia desponsatur Christo, ipseque; subinde episcopus eidem ecclesie. Octauum ornamentum est mitra, duo habens cornua, quæ scientiam vtriusque testamenti referunt, qua utique; velut galea salutis, ut ait Paulus, cõmunitus episcopus hostibus veritatis terribilis apparere debet. Nonum denique sunt chirothecæ, quibus manus operiuntur ad significandum prudentiam & splendorem operum, iuxta illud Matth. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificet patrem vestrum, qui in cœlis est. Ac demum ut velut Iacob hoc dorum pellibus manus contactus benedictione paternâ accepit, sic episcopus sacrosanctam hostiam altaris offerens, diuinam benedictionem impetrare mereatur.

Septimum.

Octauum.

Nonum.

Pallium archiepiscopi

Pontificis maximi antiquæ legis ornamenta.

1. Argum.

2. Argum.

Solu. 1. ar.

illo habitu, dum ad altare accedunt. Sed loco illorum calciat se episcopus noster sandalia.

Solu. 2. ar. ¶ Ad secundum respondetur, quod mitra sacerdotum non erat dignitatis insigne sed, ut ait Hieronymus, erat sicut quoddam galerum. Cidarum autem, quam pontifex maximus illi superponebat, erat indicium dignitatis, cui ideo mitra nostrorum episcoporum successit.

Vestes summi sacerdotis. ¶ Vestes autem summi sacerdotis erant proprie sex alie, scilicet, pederis, quae erat vestis byssina usque ad pedes, quo etiam talari indumento utitur noster episcopus. Deinde tunica hyacinthina, cui in episcopo respondet dalmatica. Nam quia in episcopo qui alios ministros creat, origo eorum existit, dalmatica diaconi & subdiaconi utitur subtus casulam, sacerdos vero minime. Item gestabat superhumeralis, cuius loco episcopus utitur stola, nam illud humeris impositum onus euangelii, interprete Beda, ut modo stola significabat. Quarto praeferebat & in pectore rationale, cuius locum refert pallium archiepiscopi. Quinto gerebat & cidarium: hoc est, mitram byssinam veluti & nostri episcopi. Accenditque infrons laminam, ubi Dei nomen scriptum erat tetragrammaton, pro qua noster pontifex gerit crucem, ut lib. de officio missae ait, Innocentius. Sunt qui addant ephod, pro quo episcopi utuntur amictu, tametsi alij autument non aliud fuisse quam superhumeralis.

ARTICVLVS. V.

Verum in culmine omnium ordinum sit iure diuino vnus summus pontifex.

Partis negativae ar. ¶ Onsequitur hic tandem, ut de primatu Summi Pontificis supremus adhibeatur articulus. Arguitur enim a parte negativa. Si vnus esset huiusmodi summus Pontifex, id maxime esset: quia Christus aliquid vni praeter ceteris apostolis singularis dignitatis tribuerit, ut Petro apostolo, Matthaei. 16. Quodcumque solueris &c. Sed ipsum Matthaei. 18. concessisse legitur cunctis apostolis. Amen dico vobis, quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo, &c. & apostolis episcopi successerunt: ergo praeter episcopos nullus est qui iure diuino apicem ecclesiae teneat.

Partis affirmatiuae. ¶ In contrarium tamen stat. auctoritas Constantino politani concilij, ubi legitur. Veneramur secundum scripturas & canonum definitiones sanctis-

simi antiquae Romae episcopum primum esse & maximum episcoporum, & post ipsum Constantino polis episcopum.

¶ Quae hanc inter orthodoxos nulla est, quippe qui affirmatiuam veritatem ceu catholicam venerantur. Quare qui eam abnegant, merito simo ut haeretici & schismatici habentur. De qua multi nobiles auctores tum antiqui, tum etiam iuniores luculenter disputarunt, quorum sunt Caietanus inter sua opuscula, & Ekius in suo opere, quod de hac re non minus egregium quam amplum adidit. At quoniam S. Thomas & reliqui hoc loco eam tractant, non debuit a nobis intacta praeteriri. Respondetur ergo vnica affirmatiua eademque catholica conclusio.

Vniuersis ecclesiae ordinibus supereminet dignitas Pontificis maximi, qui apicem totius ecclesiae obtinet. Ratio cum primis est, quae art. 2. insinuamus. Instituit enim Christus ecclesiam instar monarchiae, quae optimus est omnium regnum: in monarchia vero omnes ordines consummatur in vnum culmen, quod sit particularium omnium vniuersale: nam vt. 1. Ethic. auctor est Philosophus, in omnibus virtutibus & actibus secundum ordinem finium sumitur & artificum praeminentia, arti enim fructificatae imperat equestris, & ei, quae est extruendarum nauium, imperat ars nauigandi: eadem ergo similitudine in ecclesiastica republica parociarum plebani subduntur episcopo ciuitatis, episcopi vero plures vni archiepiscopo, ac demum vniuersalis ecclesia vni summo Pontifici, qui est Christi vicarius. Id quod praeterea inde confirmatur, quod Christus ecclesiam exemplo optimae politicae fundauit optima autem, vt. 2. Politic. auctor est Philosophus, est regalis, cui vnus praest. Quod exemplo apud Hieronymum can. In apibus. 7. quae st. 1. demonstrat.

¶ Eadem catholica veritas praclaro testimonio Christi confirmatur, Matthaei. 16. ubi Petrum fundamentum instituit ecclesiae, dicens ei. Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo ecclesiam meam, & tibi dabo clauem regni caelorum, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis, & quodcumque ligaueris, erit ligatum. Sed quauis alij hunc locum locupletissimè edisserant, quorum est Ekius lib. 3. de primatu pontificis, non erit superuacaneum hic nos tantisper immorari. Sunt enim qui verbum illud, Super hanc Petram, non ad Petrum referant, sed vel ad Christum ipsum, qui est lapis angularis totius ecclesiastici aedificij, de quo. 1. Corin. 3. ait Paulus. Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeterquam quod positum est, quod est Christus Iesus: vel ad ipsam confessionem Petri. Tu es Chri-

Decisio ar.

Caietanus. Ekius.

Conclu.

Ratio conclusionis.

Arist.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ekius.

Super hanc Petrom.

es Christus filius Dei viui, quae prima est Petra: hoc est, articulus, cui fides nostra subnititur. Quorum vtramque expositionem Augustinus aliquibus locis sequitur. Alij item tibi dabo clauem regni caelorum, non Petro singulariter dictum autumant, sed vel toti apostolorum collegio, vel ecclesiae in communi. Porro autem euangelico contextu attentius inspecto, ad Petrum singulariter totum pertinere constat. Enimvero non sine mysterio interrogante Christo apostolos, Quem dicunt homines esse filium hominis? Omnes responderunt, Alij Ioannem Baptistam, alij Eliam &c. Sed rursus sciscitanti, Vos autem quem me esse dicitis? Non omnes, sed singulariter Petrus respondisse fertur, Tu es Christus filius Dei viui, quasi confessio illa ipsius esset propria: nam aliorum corda, in quibus latebat fides, quomodo ipse Petrus habere potuisset comperta? Praesertim, quod inter illos erat Iudas, qui fidem nondum ebiberat. Vnde cum postmodum Petrus, non factis cunctorum pectora exploratus omnium nomine fidem confiteretur, dicens, Nos credimus & cognouimus quia tu es Christus, respondit Iesus, Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Quasi dixisset, non satis omnium pectora inspexeris, ut pro omnibus respondeas. Quocirca Leo papa in sermone. 3. de passione Dominica, Vnus, inquit, de toto mundo eligitur Petrus, qui cunctis ecclesiae patribus praepositus. Et causam subdens ait, Omnes apostolos, quid de se opinentur homines, Christus interrogat, & tandiu respondentium communis est sermo, quandiu humanae intelligentiae explicatur ambiguitas, (scilicet alij Ioannem &c.) At ubi quid sensus habeat discipulorum exigitur, primus est in domini confessione, qui primus est in apostolica dignitate & potestate. Confessio ergo Petri, sua ipsius fuit singularis. Id quod & ex subiunctis verbis firmius confirmatur. Nam ei singulariter respondit Christus dicens, Beatus es Simon Bariona: id est, filius Ioannis: quia caro & sanguis: hoc est pater iste tuus carnalis, non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in caelis est. Vbi opponendo patrem suum patri Petri reuelationem edocet esse illi peculiariter factam priusquam ceteris apostolis: ob idque adeo eum singulariter beatum appellat. Quae quidem sententia est Clementis papae in epistola. 1. ad Iacobum fratrem domini. ubi Petrum fundamentum fidei a Christo positum esse demonstrat, cuius ideo ore cognominatus est Petrus, nam & primum, inquit, Petro Deus pater filium reuelauit, cui & Chri-

Augustin. Tibi dabo clauem &c.

Leo papa.

Nota.

Clementis papa.

stus competenter beatitudinem contulit. ¶ Sed age, & de nomine ipso Petri rem aper- Petri non est tius padamus. Quid enim in causa esse potuit: vt nullum aliorum, sed Simonem solum, Petrum nuncupauerit, nisi vt de petra fidei, qua ore protulerat, nomen duceret, quo deinceps appellaretur? Quam quidem nominis mutationem ei praedixerat Ioan. 1. Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas quod quidem non est nomen Graecum, vt *κεφαλη* hoc est, caput, sed (vt, ait, in interpretatione Hebraicorum nominum Hieronymus) Syrum: idem sonans quod solidum: hoc est stabilis & immobilis petra. Ob idque subdit euangelista quod interpretatur Petrus, ac si petra masculini generis esset. Fatemur ergo ingenuè confessionem illam, Tu es Christus, primam esse fidei Petri: nam nisi qui Christum primum agnouerit esse Deum, qui mentiri nequit, neutiquam quae ipse nos docuit, firma fide tenebit. Qui autem illud semel fundamentum supposuerit, cuncta subinde credet per ipsum reuelata. Veruntamen non dixit, super hanc petram aedificabo fidem meam (quanquam & hoc sit verissimum) sed ecclesiam, hoc est politiam & rem publicam meam, quae praetorum administratione gubernatur: atque super vno summo praetato fundari debet. Fuit ergo legitimus sensus. Legitimus sensus. Eo quod tu confessus me es filium Dei, atque adeo primam petram & fundamentum, vt verè sum, ecclesiae, quam fabricare pergo, ego te vicissim Petrum (i. petram) institutum, qui vice mea petra eiusdem sis & fundamentum in terris. Atque hoc significat collusio illa verborum & concentus, Tu es Christus & tu es Petrus. Vnde quod tibi per naturam competit, id Christus per gratiam tribuit Petro. Quapropter dum, ait. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. demonstratio pronominis non refertur ad confessionem Petri: scilicet. Tu es Christus, aliàs non opus erat inferere. Tu es Petrus, sed refertur ad ipsum Petrum, Ac si dixisset, tu es petra, & super hanc petram. &c. Et portae inferi non praeualebunt aduersus eam (scilicet ecclesiam) super te fundatam. Et sicut ergo habeo clauem Dauid, qui oclusos caelos aperiturus modò sum, eorundem caelorum ego tibi clauem concedam, vt quicquid tu vice mea solueris super terram, sit solutum & in caelo, & quicquid ligaueris, ligatum. Atque huius sententiae sunt quotquot praecesserunt patrum qui eiusdem fuerunt ecclesiae columina. Origenes homilia. 5. super Exod. Magno illi, inquit, ecclesiae fundamento, petraeque solidissimae, super quam Christus fundauit ecclesiam suam, vide

quid dicatur, Modica fidei quare dubitasti?
Cyprianus Et in epistola ad Iubaianum Cyprianus, Super Petrum, inquit, Christus edificauit ecclesiam suam, unde unitatis haberet originem. Et
Hiero. Hieronymus super eundem locum Matthi. Quid est, inquit, quod ait, Christus. Et ego dico tibi: Quia tu mihi dixisti. Tu es Christus filius Dei viui, & ego dico tibi, non sermone casto, nec nullum opus habete, sed dico tibi quia meum dixisse, fecisse est: quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Sicut ipse lumen apostolis donauit, ut mundi lumē appellareretur, ceteraque ex domino sortitis sunt vocabula: ita & Simoni, qui credebatur in Christum, Petri largitus est nomen, ac secundum metaphoram petrae recte dicitur ei, Aedificabo ecclesiam meam super te. Idem Ambrosius in sermone de natali Petri & Pauli, & in sermone de fide Petri, & in multis alijs locis.
Augu. At qui Augustinus ipse, licet eius ingenium fuerit cuncta variaque adeo euangelij sensa explorare, ut lectoribus optionē relinqueret, & ideo quandoque petra ibi pro Christo, quandoque pro fide accipiat, nihilominus tandem in ea se recipit sententiam, ut referatur ad Petrum, ut in sermone de cathedra Petri, & expressius sermone. 26. de sanctis, Audistis, inquit, frequenter ipsum Petrum a domino petra nūcupatum, sicut, ait, Tu es Petrus, & super hanc petra edificabo ecclesiam meam. Si ergo Petrus petra est, super qua edificatur ecclesia, recte pedes sanant, &c. Extant & decreta plurima, tum conciliorum, tum & Pontificum, quale est illud citatum Leonis, & aliud Anacleti. can. In nouo. dist. 21
Decreta conciliorum. In nouo, inquit, testamento post Christum dominum a Petro sacerdotalis coepit ordo: quia ipse primo pontificatus in ecclesia datus est, dicitur domino ad eum, Tu es Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam.
Locus Ioannis ult. Sed ille alius locus Ioannis vlti. nihilo minus rem habet energiam ad id constituendum. Haud enim temere Christus Petrum interrogauit, Diligis me plus his? sed quia aliquid ei pra alijs singulare committere volebat, nempe, Christiani orbis gubernaculum: ob id enim praemissit eius examē, an dignior reliquis esset. Quo praemisso subiūxit, Quia diligis me plus his, pascue oues meas, hoc est (interprete illic Chryso.) prepositus & caput esto fratrum, ut ipsi te in loco meo assumptes, ubiq; terrarum te in throno tuo sedentem praedicent, & confirmet. Qua utiq; de causa & fide ecclesiae, propriam Petri appellat Lucā. 22. ubi eum a reliquis fecernens, ait, Ego rogabo pro te ut non deficiat fides tua, tu autem aliquando conuersus confirma fratres

tuos. Et eapropter Matthaeus & Marcus in terreferendum apostolorum numerum a Petro incipiunt, quauis, ut patet Ioan. 1. non ille fuerit prius uocatus, sed Andreas. Neq; simpliciter eum nominant, sed dicendo, Primus Simon, qui dicitur Petrus, ac si dicant, qui est capitae dignitate primus. Accedit, quod in concilio Niceno & alijs antiquis, summus est Romano pontifici delatus honos. Et beatus Cyrillus episcopus Alexandrinus inter sua decreta, Vt membra, inquit, maneamus in capite nostro apostolico throno Romanorum pontificum, a quo nostrum est querere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes pra omnibus: quoniam ipse solus est, reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & ligare loco illius, qui ipsum edificauit, & nulli alij, quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit: cui oēs iure diuino caput inclinatur, & primates mundi tanquam ipsi Domino Iesu Christo obediunt. Idem quoque Anacletus can. In sancta. distinet. 22. Igitur ad argumentum in capite obiectum respondetur, quod quauis omnibus apostolis, quin uero in ipsis omnibus sacerdotibus communiter data sit potestas ligandi & soluedi, tamen ut deriuationis ordo quidam designaretur, primo promissa est Petro. Vnde Leo papa in sermone illo citato de passione post uerba, quae supra retulimus. Magnū, inquit, & mirabile huic viro, dilectissimi, consortium potentiae suae diuinae tribuit dignatio, & si quid commune cum eo coeteris uoluit esse principibus, nūquam nisi per istum dedit, quicquid coeteris non negauit. Ex his planē sit consequens, in facultate ecclesiae non esse positum sic gubernationē christianae reipublicae mutare, ut non esset papa sed, dioeceses per episcopos, archiepiscopos & patriarchas gubernarentur: quoniam papa Christus diuino iure sibi subrogauit vicarium, quem ideo de medio tollere ecclesia non ualet, sed tenetur illum ceu caput suum colere. Quod si contra arguas. Si ecclesia eum non eligeret, nullus esset papa: posset autem ecclesia pro bono pacis, aut alia bona causa nullum creare: ergo hoc est in sua positum facultate. Respondetur concessa maiori: nam electio papae ad ecclesiam pertinet, & ideo nisi ea ipsum legitime creasset, nullus esset, sicut nullus esset episcopus nec presbyter, nisi eius autoritate ordinibus initiatus. Attamen ecclesia nullo iure posset ab electione pontificis abstinere, & ideo spiritus sanctus eam non punit in talē erroris foueā collabi. Quod si per coeteris utrum posset saltē duos, aut tres Romanos pontifices eligere, quorum alter occidentali ecclesiae, alter uero orientali praesideret.

Cyrillus.

Anacletus Solu. arg.

Leo papa. An ecclesia posset facere, ut non esset papa.

Obiectio.

Dilatio.

An duos possint pontifices praesse ecclesiae.

Hand

Haud enim defuerunt, quibus hoc probabile sit iudicatum. Ut si inter Romanam & Constantinopolitanam ecclesiam disidiū oboriretur, quod aliter pacari non posset, quod singulis earum singulos concedendo pontifices. Apparet enim nil diuini iuris tali instituto aduersari: quia uterque esset Christi vicarius alteri minimē subditus. Atqui si totus orbis orthodoxam fidem suscepisset, adeo non apparet incongruum, ut uideri cui possit congruentissimum unum uni Hemispherio atque alteri alteri praeficiendum. Nihilominus respondetur huiusmodi opinionem eo usque esse errorem, ut sit etiā haeresis: quoniam Christus unicam monarchiam instituit, cui unum sui vicarium praetulit, sicut ipse unicus est rex regni caelorum, quē ideo constituit esse summum caput, cui uniuersalis ecclesia pareret. Repugnat autem duos esse, & utrumque summum. Sed forsitan morosus & importunus sic nos redarguat. Quauis constet Christum dā personam Petri suo sibi loco substituisse pastorem, non tamē inde palam colligitur instituisse, ut eius successores apicē illū semper tenerēt. Respondetur tamē, quod uerba illa, super hanc petra edificabo ecclesiam meam, & Tibi dabo clauēs &c. & pascue oues meas, palam demonstrant illa ratione ecclesiam usque ad postremum diem orbis duraturā fundasse, ut Petri successores perinde ac Petrus ipse vice Christi fungerentur, atque adeo unusquisque eorum summum in ecclesia regnum teneret. Potest tamē suos legatos ad diuersas ecclesias delegare cum plenitudine potestatis, ut saepe assolet, non tamē supremam a se potestatem abdicare potestatem, quin illos ualeat amouere, & causas, si ab illis appellaretur, cognoscere. Vtrum autē culmē hoc summum dignitatis iure diuino in ecclesia Romana consistat, ita ut episcopus Romanus & summus Pontifex sint diuino nexu coniuncti, non est tam certum quam nonnulli arbitrantur. Porro Caietan. c. 3. apologia de primatu papae, adeo hoc proconstat habet, ut censeat iure diuino electionem pontificis maximi ad clericos Romanos spectare, sicuti & eligere suum episcopum. Idem quoque per illam historiam confirmat, quae narrat, quod cum Petrus carceribus absolutus ab urbe exiret, obuius ei Christus dixit, Vado Romam iterum crucifigi, quā utique historiam Innocentius c. per venerabilem. Qui filij sint legitimi, ad idē propositum allegauit. Inde enim colligit, Caietan. mandatum fuisse Petro diuinitus, ut urbem reuersus illic vitam finiret, atque adeo morte sua summum orbis episcopatum sibi commissum stabiliret esse episcopatum Romanum. Ita quod episcopatus orbis & episcopatus urbis non sunt duo coniuncti, sed episcopatus urbis in episcopatum or-

Solu. dubij.

Redargutio.

Dilatio.

Legati papae.

An papa debeat esse episcopus Romanus.

Caietan.

Historia Petri.

Caietan.

bis fuerit effectus. Haec autē subtiliter quidem dicta sunt, in quibus amplectendis nihil forte subest periculi. Attamen primum historia illa, quae Egegyptus lib. 3. de excidio Hierosolymitano, & Ambrosio lib. 5. epistola, refert, non tanta pollet autoritate, ut rei tanti momenti solidum sit fundamentum. Quare nec Innocentius ut sacra refert, Praeterea quauis historia infirma non esset, collectio tamen non est satis firma. Nam & si inde utrunque colligatur, voluntatem Christi dā fuisse, ut apostolus Romanus sui sanguine rubricaret: tenuissima tamē est rerum consequentia, ut subinde uoluerit sedem Romanam sic esse sedem Pontificis summi, ut nulla ratione ecclesia posset illas coniungere. Duo ergo ad quaestionem dicenda uidentur. Primum, rem esse impendio decemissimam, ut Romana sedes, petri sanguine decorata, sit sedes successorum Petri. Id quod haecenus omnium conciliorum sanctionibus, & pontificum decretis quae hucusque praecesserunt, confirmatur. Et hoc est quod Innocentius uoluit docere. Sed hac non obstante ueritate, nulla profecto ex euangelio prohibitio planē colligitur, quominus posset ecclesiae constitutione fieri, ut episcopus orbis sedem suam ab urbe demutaret. Imo ut nullam sibi particularē ecclesiam applicaret, cuius diceretur antistes, sed esset uniuersalis mundi episcopus, cui omnes particulares subicerentur. Primum, quia in hoc more exemplum apostolorum referret, qui in quantum apostoli, episcopi fuerunt uniuersales totius mundi quauis re uera fuerint in orbem nutu spiritus sancti dispersi, Secundum, quia cum Petrus quando institutus fuit a Christo uniuersalis ecclesiae caput, nulli, fuerit particulari addictus, nulla ratio conuincit, ut per eius mortem fuerit iure diuino adstrictus ecclesiae Romanae. Quapropter sicut ipse Antiochie septem annis sedet, & post modum se Romanam contulit, ita unus quilibet suorum successorum, nullo uetante diuino iure, uidetur posse sedem mutare. Haec autem sic a me dicta sunt, ut tamen semper Romanis pedibus meum submittam caput.

Solutio. 2.

1. Distin.

2. Distin.

1. Ratio.

2. Ratio.

DISTINCTIO

vigesima quinta. De ordinantibus & ordinatis & eorum exemptione.

Text. Cap. 1.



Vius autem sacramenti minister omnis solusque episcopus cense- tur. Sūt etenim qui pō- tificia dignitate fungūtur, veluti pu- blici administratores politiæ eccle- siastice, quibus de priuatis ministris ac ministerijs disponere incumbit.

Tract. 5. Et cūm authore super Ioan. Augu. sacramentorum administrī nō sua propria, sed Christi facultate illa di- spēscent (nam ea fuit facta Baptistæ reuelatio. Super quē videris spiritū descendente, &c. ipse est qui bapti- zat) cōsequens fit, vt quacunq; fue- rint episcopi criminis labe, etiā hæ- resis, intinēti, & quomodocunque ab ecclesia fuerint præcisi, verā & so- lidam sacramenti substantiam cōfe- rant: tamen si suscipiētes, qui id vel non ignorāt, vel nosse tenētur, gra- tiam sacramenti minimè suscipiāt. Quæ quidem veritas confessio est eiusdē Augu. lib. 2. contra epistolā Parmeniani, quæ refert can. Quod quidā. 1. q. 1. ac perinde Greg. d. 68. can. Sicut semel. Nihilominus qui per simoniā hoc sacramento initiā- tur, irregulares iure sunt, atq; vsu or- dinis suspēsī, vt Leo Papa can. Gra- tia. & Grego. can. Quicumque, eadē cau. & q. admonitum curant.

Cap. 2. ¶ Qua verò parte res ad suscipiētes

in Quart. senten.

spectat, fœmineus sexus huic susci- piendo sacramento sic est ineptus, ut etiam si id fœminæ attentēt, nul- lum suscipiant: est enim sacramen- tum hoc prælationis, quæ fœminas suoptē sexu nō decet. Vt enim Chri- stus, authore Paulo, caput est viri, ita & vir mulieris. Vfus autē rationis non est de eius necessitate: at quia maiores ordines votū habent anne- xum, illos ante rationis lucem susci- pere, meritò ecclesia vetat. Quocir- ca qui illos tūc susciperet, nullo col- ligaretur voto. De ætate verò ordi- nandorum in concilio Vienēsi sub Clemente pontifice capit. Genera- lem. eo. titu. sancitum est.

¶ Arcentur quoque ecclesiæ cōhi- bitione, vt absque dispēsatione hoc sacramento non fruantur primūm illi, qui non sunt legitimo matrimo- nio nati. Mox qui insigni corporis vitio fœdati sunt, aut mēbro mutila- ri. Deinde & serui. Ac demum ab eo dem sacramento repellitur, tū biga- mus, tum & homicida, & membri mutilator, vt tit. de homicidio caue- tur. Polygamia nāque significatio- ni sacramenti desponsationis Chri- sti & ecclesiæ cōtraria est, & homici- diū eius dignitati repugnat. Præter hæc demū alia sunt impedimēta, à diuersis delictis emanātia, quæ ho- mines à regula excipiūt & excludūt quā ecclesia ad ordines promouēdis præscripsit. Vnde irregularitatis no- mina sortiūtur. De quibus sacri ca- nones ac decretales nos admonēt.

Hęc

1. Cor. 11.

Cap. 3.

C. ut filij de fil. pres byter.

Distin. 14. per totam.

Hæc autem omnia impedimenta non quidem substantiam sacramē- ti aduersantur, sed sunt præceptis aduersa.

Cap. 4. ¶ Ad hæc & morum integritas, & iu- sta scientiæ copia, vniculibet ordini accommoda, necessaria est, vt Gre- gor. in Pastoralī docuit. Idq; illo Leuitico testimonio confirmauit. Homo de semine Aaron, qui habue- rit maculam, non offerat panem co- ram domino. Quin verò Paulus ip- se ad Timot. pulcherrimā morum honestatem ab illis requirit, qui vel ad presbyterorū ordinē, vel ad dia- conorū asciscuntur. Iustam verò li- neam hæretici hac de re iniq; triā- scendunt dicētes, lethalem quāuis labem clericum de suo ordine deij- cere. Sed satis pestilentē eorum er- rorem testimonium illud citatum Ioan. interprete ibidem Augu. con- demnat. Super quem videris spiritū descendente &c. ipse est, qui bapti- zat. Colligitur enim inde gratiā nō à ministro, sed à Christo pēdere, quā ipse per sacramētū infundit & ideo ministri vitiositas, dummodò cha- ractere sit insignitus, neque sacra- menti substantiæ obstat, neque ve- rò effectui gratiæ.

Cap. 5. ¶ Omnes igitur, qui ordinum sacra- mentis illustrati sunt, ad ecclesiasti- cam reipublicam pertinet, quæ vtique potestas est & facultas à ciui- li distincta, illique adeò superior: siquidem Petrus vniuersalis pastor beneficio Christi institutus fuit to-

tius eius familiæ. Quam ob rem Pō- tifex maximus, licet non absolutè, vt ciuili potentatus vniuersalis sit rex regnorum omnium tempora- lium, tamen in ordine ad spiritualē ecclesiæ administrationē ea fungi- tur in omnes reges & regna faculta- vt possit bonis omnium temporali- bus vti, cunctosq; principes ac re- ges, etiam vsque ad eorum priuatio- nem, cogere. Qua vtique, ratione me- ritò censetur vtriusque gladij potē- tia pollere: hæc enim potestatem & Christus assumpsit, & nisi vicario suo cōmisset, non satis ecclesiæ cō- sultum curasset.

¶ Quocirca ecclesiæ ministri in suis rebus & causis ecclesiasticis & spi- ritualibus eo ipso diuino iure, quo ecclesiastica potestas instituta est, cēsentur à ciuili potestate exempti. Sed & quòd eorum personæ in alijs criminibus & causis secularib; sint à foris secularibus liberæ, quāmaximè est eidem diuino iuri consen- taneum. Imò verò quauis ius diui- num de re hac non esset expressum, infummo pōtifice ea est diuina po- testas, vt valeat clericorum ordinē, & vniuersa eorum bona à ciuilibus iudicijs, tributis, & exactionibus prorsum excipere, iuxta tenorem sacrorum canonum, quibus. 11. q. 1. & alibi frequēter res hæc sancitur.

Cap. 6.

DISTINCTIONIS vigesimæ quintæ, Quæstio prima, De ordinantibus & ordinandis.

ARTICVLVS I.

Verum omnis, solusq; episcopus sit huius sacramenti minister.



Onstituto ordinis sacramento cum suis annexis, subsequitur de eius causa efficiente & suscipiente, ac de ecclesiæ potestate & libertate dicere. Hæc ergo distinctio duas cupit quæstiones. Arguitur igitur, quod non solus episcopus possit ordinare. Ordinatis proprium munus est materiam tradere ordinato, & manus ei imponere: viget autem ecclesiarum multarum vsus, vt archidiaconus materiam subdiacono, acolyto, & inferioribus tradat: ite sacerdotes omnes adstantes manus post episcopum presbytero, qui ordinatur, imponat. (d. 23. cã. Presbyter.) Ergo non solus episcopus minister est conferendi ordines.

Partis negatiue. Arg. 1.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

gratiæ opponitur: ergo ille intentioni Dei contrarius est: atque adeo eius sacramentum non exhibet.

In contrarium: scilicet, quod solus episcopus sit huius sacramenti minister, est, quod sacramentum ordinis excellentius est confirmatione: sed confirmare, vt distinctione. 7. conclusum est, soli episcopi valent: ergo & ordinare illis solis competit. Quod autem omnis episcopus ordinare possit, inde patet, quod etiam hæretici baptizare valent: ergo & ordinare.

Pars affirmatiua.

Quæstio hæc de ministro huius sacramenti, quoniam distinctione prima, quæstione. 5. abunde de ministris sacramentorum in genere discussa est, fastidium nunc generaret si prolixius deduceretur. Sub compendio ergo quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Solus episcopus ex officio est huius sacramenti minister. Probatur ratione optima Sancti Thomæ. Episcopi dignitas est in ecclesiastica republica id, quod politica: id est ciuilibus & publicâ potestas in republica seculari respectu inferiorum artium & artificum: ad publicam autem ciuitatis potestatem, vt. 1. Ethicorum, author est Philosophus spectat commune bonum dispensare, atque adeo de artibus & magistratibus reipublicæ disponere: hoc est, instituere quam quisque debeat artem exercere, & quem administrare magistratum: ergo episcopi munus est vnum quæque in diuinis ministerijs collocare. Quam ob rem eius functio est, populum confirmare: eo quod per illud sacramentum Christianus instituitur Christi miles ad protegendam fidem, virginesque benedicere, quæ imaginem præ se ferunt ecclesiæ Christo desponsatæ, cuius. s. ecclesiæ cura ipsi potissimum incumbit: & fortiori ratione ei congruit eiusdem ecclesiæ ministros sacris ordinibus initiare: templaque subinde, vasa & vestes, quibus vtuntur, benedicere: instar secularis principis, qui publica officia & magistratus inter ciues distribuit.

Decisio ar.

1. Cõclusio. Ratio conclusionis.

Arist.

Quod si quis arguat. Plus est corpus & sanguinem Christi conficere, quam ordines conferre, sed simplex presbyter potest prius: ergo & posterius. Negatur consequentia: fallax enim est regula, vt quicumque potest maius, possit minus, quando illud minus præsupponit potestatem maioris. Potestas enim ordinandi præsupponit potestatem consecrandi, & quidpiã superaddit.

De hæreticis autem & ab ecclesia discisis fuerunt opiniones tres errantium autorum. Prima dicentium hæreticos, quandiam ab ecclesia

1. Opinio.

clesia tolerantur, posse conferre ordines, non tamen postquam sunt præcisi: id est, publica sententia condemnati & excommunicati.

Alij verò dixerunt, quod etiam si sint abscisi, dum tamen ante labem hæreseos fuerint ab ecclesia legitime promoti, post eandem labem si sua fungantur dignitate, ordinati ab eis verum sacramentum obtinent. Si tamen non ab ecclesia legitime, sed ab hæreticis fuerint promoti, & sacramentum ordinis administrare tætent, nullum præbent.

2. Cõclusio.

Probatur Postrema pars.

Ioan. 1.

An sit differentia inter hoc sacramentum et baptismum. August.

Aduersus has tamẽ contrarias opiniones statuitur secunda huius articuli conclusio. Hæretici quicumque, etiam præcisi quauis non ab ecclesia prius legitime, sed ab hæreticis fuerint promoti, verum ordinis sacramentum, si id attentent, vtique cõferunt: tamen si iure sint ab ecclesia prohibiti, & ideo dum cõferunt, mortaliter peccet. Postrema hæc pars certissima est apud omnes. q. peccent. Ambra tamẽ priores probatur. Nam, vt August. tracta. 5. super Ioan. ait. sacramentorum ministri non sua propria potestate sed facultate Christi sacramenta cõferunt, iuxta illud Ioanni Baptista, reuelatum, Super quẽ videris spiritum descendentem, &c. ipse est qui baptizat: ergo in ministro essentialis qualitas est, vt intentionem habeat conferendi id quod Christus, ac perinde ecclesia intendit, atque adeo formam legitimam & materiam obseruet: probitas autem morum, ac sub inde persistencia in fide, non est nisi accidentaria, quæ ideo virtutẽ principalis agentis impedire non valet, si suscipiens sit dispositus, vt habetur de can. Non nocet. 1. q. 1. & cano. Baptismus, de cõsec. dist. 4. atque alijs quos in illa nota. q. art. 5. allegauimus, Quod si quis diuersam excogitet esse rationem inter baptismum & sacramentum ordinis, vt cã. Quod quidã. 1. quæst. 1. §. Opponitur autẽ insinuat: scilicet, quod apud hæreticos manet ius baptizandi, non tamen cõferendi ordines, August. consulat libr. 2. contra episto. Parmeniani. ca. 13. & refertur eod. can. Quod quidã. vbi docet, nullam esse causam, vt qui baptismum inter hæreticos retinet, ius dandi amiserit vel baptismum, vel ordinis sacramentum. Vtrumque enim, inquit, tam baptismum, quam sacer ordo sacramentum est, & ideo neutrum, quauis ab hæreticis suscipiatur, iterare licet in ecclesia catholica. Et infra. Quia sicut baptismum in eis, ita mansit ordinatio integra. Et inferius. Sicut in baptismum est ius, quod per eos dari possit: sic in ordinatione ius dandi est, vtrumque quidem ad perniciem suam: quia peccant dando, Aliud est enim, inquit, habere, aliud perniciosè habere, aliud salubriter habere, Atque idem libro. 2.

de vnico baptismo repetit. Et Grego. distinct. 68. can. Sicut semel. Quod dicitis, vt ordinatus ab hæretico iterum ordinetur, valde ridiculosum est. Accedit ratio manifesta: nam potestas, quæ per consecrationem suscipitur, nullo accidenti euentu deleri potest, aut tolli, sicut neque ipsa consecratio: quia nec consecrationes altaris & ornamentorum debiles sunt: vbi autem potestas permanet, vsus etiã, quanquam illicitus sit, suum fortitur effectum: nam vt supra dictum est, character dicit nudam potentiam ad operandum, gratia verò est habitus ad rectè operandum: episcopus ergo, quauis sit extra gratiam, sacramenta administrare potest, quauis perniciosè.

Grego.

Ratio.

Sed arguat forsã quispiã contra. Episcopus, vt dictum est, characterem non suscipit, ergo nec indelebilem potestatem. Respondetur autem, quod etsi non recipiat nouum, extenditur tamen in eo sacerdotalis character ad noua sacramenta dispensanda, atque adeo suscipit indelebilem potestatem.

Obiectio.

Dilutio.

Alia verò secunda opinio, quæ aiebat, quod qui ordines ante hæresim susceperunt, retinet in hæresi potestatem ordinandi, non tamen si illos ab hæreticis susceperint, sibi ipsi non constat, sed pugnantia dicit. Nam si ordines, quos quis in ecclesia catholica suscepit, postea in hæresi retinet, consequitur, vt qui ab ipso eodem hæretico fuerint ordinati, veros quoque suscipiant ordines, atque adeo ipsi alios subinde ordinare queant.

2. Opinio.

Tertia opinio in aliud peccabat extremum, nempe, quod hæretici non solum verum sacramentum ordinis conferunt & characterem, verum supremum etiam effectum gratiæ. Contra quos subiungitur tertia conclusio, quæ sit quarta, eadẽque verissima opinio. Illi qui ab hæreticis ordinantur, gratiam non suscipiunt: quia cum illis interdicta sint sacramentorum administratio, sit vt qui illis sese ordinandos submitunt, eorum sint participes criminis, atque adeo obicem gratiæ apponant. Quapropter sicut illi perniciosè conferunt, ita & hi perniciosè suscipiunt, atque adeo sic characterem sacramentali insigniuntur, vt tamen eius gratia frustrantur.

3. Opinio.

Quod autem de sacramentis hæreticorum dictum est, id de sacramentis quomodocumque ab ecclesia præcisorum est intelligendum. Quicumque enim verè episcoporum, quauis excommunicatus sit, vel suspensus, vel irregularis, vel degradatus, vel schismaticus, vel apostata, si ordines administrare attentet, vera sacramenta, perhibet. Et eadem ratione si

3. Cõclusio.

baptizat, confirmat, consecrat, vel extremam vñtionem administrat. Secus autem de sacramento pœnitentiæ: nam ad alia conferenda sacramenta vt verè sint sacramenta, sufficit potestas ordinis per indelebilem characterè, sed ad absolendum requiritur præterea iurisdictione. Quocirca qui iurisdictione orbat⁹ est, aut ab eius vsu suspensus, neminem absolueret iure valet, neque absolutio tenet.

Conciliū Constantin. ¶ Hic tamen decreti Constantiensis concilij meminisse oportet, cuius tenore euitare nō tenemur nisi nominatim excommunicatos (in quibus cōprehēduntur hæretici) & præterea manifestarios clericorum percussores, vt dist. 22. dictū est. Quod si hæretici vera sacramenta conferunt, multò id minus impedit aliorū quorumcunque morum corruptio, vt August. tractat. 5. super. Ioan. qui refertur cano. Baptifmus. de consecratio. distinct. 4. auth or est. Nō enim, inquit, timeo adulterum, nō ebriosum, &c. quia columbam attendo, per quam mihi dicitur, Hic (scilicet Christus) est qui baptizat. Imò verò & istorum sacramentum gratiam cōferre potest; quia ab illis suscipere nō est peccatum, sicut ab hæreticis.

Augustin. ¶ Quarta demum fuerit hic constituta cōclusio. Quāuis episcopus per simoniacā sacramenti venditionem ordines contulerit, & alius similiter receperit, nihilominus verum est sacramentum: tametsi recipiens si aut simoniam fecerit, aut nouerit, lumine gratiæ non infundatur. Conclufioli quid ex superioribus consequitur: nam illic omnia, quæ sunt de essentia sacramenti conueniunt: scilicet, materia, forma, & intentio tam suscipientis quàm conferentis: ob id quæ neutrius iniuritas, vt quæ ad essentiam sacramenti accidentaria est, potest eius substantiam & characterem impedire, sed solam gratiam. Adde quòd infidelitas & apostasia grauiora sunt crimina, quàm simonia: si ergo illa non obstant, quominus verum sit sacramentum, fit vt nec simonia. Attamen qui per simoniam ordinibus initiatur, irregulares iure pontificio fiunt, atque adeò à suorum ordinum vsu suspenduntur, vt cauetur decreto Leonis, cano. Gratia, & cano. Quicunque. qui est Gregorij, & can. Si quis episcopus. qui est concilij Chalcedonensis. 1. quæst. 1.

4. Conclu. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd quāuis quibusdam ecclesijs in more habeatur, vt archidiaconus materiam vel subdiacono, vel inferiorib⁹ ordinatis præbeat, nihilominus episcopus est, qui formam profert, & sacramentum perficit. Præsertim cum hæc consuetudo secundum Pontificale Ro-

manum iam modò non perseueret. Impositio verò manuum, quæ fit ab alijs presbyteris, nō est sacramentum.

¶ Ad secundum respondetur, quòd & si sacramentum ordinis conferre episcopis ex propria facultate incumbat, nihilominus papa ex plenitudine potestatis potest illam functionem delegare, quippe cum ad eucharistiam ordinem immediatum non habeant. Quam ob rem, vt d. 17. dictum est, potest & sacramentum cōfirmationis simplici presbytero committere, & eadem ratione, vt minores conferat ordines, non tamē vt exhibeat maiores: scilicet, sacros ordines, qui ad eucharistiam proximè referuntur. Vnde bonum sumitur argumentum, minores ordines non esse sacramenta. Episcopus verò nullam huiusmodi commisionem facere valet.

¶ Abbatibus autem iam est facultas iure concessa, vt minores ordines administrent, distinct. 19. Cano. Quoniam, & de ætate & qualitat. capit. Cum contingat. quāuis illic non fiat mētio nisi de ostiariatu, Sed tamē presbyteri cardinales id faciunt ex consuetudine, quæ est legis interpret. Atqui. Hostien. super eod. capi. Cum cōtingat. censet primam tōsuram posse à presbytero parochiali conferri, cui Panorm. ca. Quāto. de consuetudi. ad stipulatur. Vfus tamen ecclesiæ reclamatione, & ideo non est tenendum. Potest id tamē presbyter ex commisione papæ, sicuti ordines minores dare.

¶ Ad tertium verò respondetur, Innocentium id duntaxat intelligere, quòd ordinati ab hæreticis nō suscipiant ordinū dignitatē, quātū ad eorum executionē: quia prohibiti sunt sacramenta administrare. Et hoc est quòd inferiùs dicit, episcopos hæreticos non dare ordines secundum plenitudinem, id est, debitè cū gratia. Idem quæ ait, cano. Si perfectionē. eadē caus. & quæst. quia sicut ipsi plenitudinē iurisdictionis sancti perdiderunt, ne possint administrare sacramenta, ita neq; illam plenitudinē ordinatis impertiuntur. At quia nō sunt prohibiti baptizare in extrema necessitate, possunt cōferre plenitudinē baptismi: scilicet, gratiā. Et hoc est, quòd ait Papa, solum baptisma illis concedi. Simili interpretatione ad alia testimonia respondendū, quæ Magist. sentēt. distinct. 25. refert, & Gratianus. 1. q. 1. Vt est illud Gregorij can. Superueniente. vbi hæreticorū sacramēta appellat perfida & sacrilega, & illud Cypriani cano. Si quis. inquit, vbi ait, quæcūq; faciunt hæretici carnalia esse, & inania, & sacrilega. Quāuis Cyprianus in hoc nimius fuerit: quippe q illa hæresi quādoq; sorduerit, vt baptizati

Solutio 2. Argum.

Abbatessunt ordines minores conferre

1. Tōsure an possit à parochia no cōferri.

Solu. 3. ar.

Grego.

Cypria.

Hierony. ptizati ab hæreticis essent rebaptizandi. Et illud Hieronymi in Aggæum prophetam, & refertur ibidem cano. Si hic populus, & cano. Illi offerunt. vbi ait, omnia quæ ab hæreticis fiunt, in conspectu Dei esse contaminata & polluta. Atque illud Leonis papæ cano. Manifestum. quo ait, in Alexandria sede propter hæresim omne cœlestium sacramentorum lumē extinctum, & chrismatis sanctificationem, atque alia mysteria esse subtracta. Hiscē, inquam, omnibus atque his similibus hoc tantum admonemur, quòd hæreticorum sacramenta quātū ad gratiæ fructum sunt inania, Deo quæ ingrata, quia culpæ fordibus maculata & polluta, non tamen negantur esse vera sacramenta.

Leo papa. ¶ Eodem tenore respondetur ad quartum: videlicet quòd & si qui contra sacramenti naturam sacramentum tentaret perficere, nihil faceret, vt si intentionem ecclesiæ non haberet, aut legitimam materiam, & formam non applicaret, tamen qui huiusmodi substantiā seruans effectui sacramenti contrarius est, nihilominus sacramentum confert, sed sine gratia.

Solu. 4. ar. ¶ Labes autem simoniæ solū est obex gratiæ, non tamē characteris. Attamen quia qui per simoniam ordine suscipiunt, vsu eorum interdicti sunt, perinde de illis quandoque loquuntur canones, ac si non essent ordinati. Et sic intelligendum est illud Gregorij canon. Quicunque. 1. quæstio. 1. Quicunque studet per pretij dationem sacrum ordinem suscipere, sacerdos non est, sed inaniter tantummodo dici concupiscit. Et inferiùs. Quicūque sacros ordines emunt aut vendunt, sacerdotes esse nō possunt. Sensus enim est, quòd qui alios ordines simoniacè suscepit, irregularis fit, vt non possit fieri sacerdos. Qui verò sacerdotiū per huiusmodi nequitiam suscepit, dicitur nō esse sacerdos, quia prohibitus est, vt sacerdotem se gerere. Et eodem sensu intelligitur illud can. Si quis episcopus. Qui per simoniam ordinatus est, nihil ex hac ordinatione proficiat, sed sit alienus à dignitate: hoc est, ab eius vsu. Similiter canon. Qui per pecuniam. ex octaua synodo, alienus à sacerdotio iubetur esse. Eodem modo intelliguntur reliqui canones, vbi simoniacè ordinati pronunciantur dignitate carere.

Simonia. ¶ Occasione huius particulæ, simoniæ, quæ in sacris ordinibus accidere potest, sententiarum interpretes totam hic concitant simoniæ materiam, cui profectò ineptè & præter ordinem hic datur locus. Est enim materia nō ordinum, sed iustitiæ, de qua S. Thom. 2. 2. q.

100. copiosè disputat, & nos longè lateq; libr. 9. De Iusti. & Iure pro captu nostro diximus, vbi, q. 8. ar. 1. quæ ad hanc ordinum simoniam spectant, scripta reliquimus.

ARTICVLVS. II.
Utrum fœmineus sexus sacramenti ordinis sit capax.

Subsequitur sermo de subiecto ordinum: nempe, de qualitate & ætate ordine præficiendorum, vt titulus habet decretalium: qui scilicet, sint, quos ordinare liceat ac debeat. Vbi adnotandum est impedimenta, quæ ordinandis obstant, quædam esse naturalia, ratione quorundam personarum dicuntur ordinum incapaces, vt sexus fœmineus & hermaphroditus, in talem sexum inclinans, & monstrum, quod sine legitimis membris ad obeunda ordinum ministeria nasceretur, & perpetuò amentes. Alia sunt impedimenta, quæ irregularitates dicuntur: & sunt illa, quæ ex facto aut defectu accidunt. Vnde Irregularitas est canonica impedimentum ex facto seu defectu proueniens ad ordines sacros, vel suscipiendos vel exercēdos. Et dicuntur irregularitates: quia homines à regula excipiunt, quā in ordinibus suscipiendis ecclesia præscripsit. Itaq; irregularitas capacitatē naturalē supponit: quare mulier siue bigama sit siue homicida, non est irregularis: quippe quæ vt non est ordinis capax, ita nec irregularitatis. Ex quo fit non omne impedimentum ordinum esse irregularitatem: nam excommunicati & suspensi, ordines nec suscipere nec exercere valent: & tamen non ideo irregulares sunt: quia illud impedimentum non in ipsis per modum habitus ineest, sed est ecclesiæ prohibitio in tempus, quo cessante homo fit habilis, sed si excommunicatus celebret, tunc fit irregularis ratione delicti. Subsequitur secundò, irregularitatem non diuino aut naturali iure, sed solo pontificio esse impedimentum, vt Innocentius capit. Nisi cum priore de renuntiatio. adnotauit, & Syluest. verb. Irregularitas. quæstio. 28. Quocirca ille legitime natus, quāquam habeat impedimentū naturæ, irregularis nihilominus dicitur: quia iure diuino & naturali capax est, nisi ecclesia eum à regula exciperet. Itaque inter incapaces & irregulares hoc est discrimen, quòd incapaces diuino naturali que iure inepti vel ad or-

Irregularitates ordinandorum.

Irregularitates.

Irregularitatis definitio.

Irregularitas aucta.

Fœmina nō dicitur irregularis.

Nota.

Irregularitas iure pōtificio statuta.

Irregularitas iure pōtificio statuta.

Irregularitas iure pōtificio statuta.

Irregularitas iure pōtificio statuta.

Irregularitas iure pōtificio statuta.

Irregularitas iure pōtificio statuta.

Irregularitas iure pōtificio statuta.

ad ordines sunt, vel ad eorum usum, vt in subsequen- tibus luculentius explicabitur: irregulares vero iure sunt canonico. excepti & exclusi. Quapropter qui cum aliqua deformitate nascitur vel in oculo vel in naso, perinde est irregularis acsi casu ei accideret: quia non diuino, sed ecclesiastico iure vitium reputatur. Irregularitas autem in tria membra diuiditur. Contrahitur enim aut ratione defectus, aut ratione sacramenti, aut ratione delicti. Defectus, vt tamen incapacitates: hoc est, naturales ineptitudines, quam irregularitates comprehendimus, sunt sex, scilicet, sexus, rationis, libertatis, etatis, corporis & animae. Defectus namque religionis: videlicet, defectus baptismi, quo suscipitur christianismus. non particularis defectus ad hoc sacramentum, sed ad omnia alia suscipienda existit: & ideo hic cum alijs non connumeratur. Ex parte vero sacramenti: nempe, quia dignitati aut significationi eius obstant, sunt tres irregularitates, puta, bigamia, homicidium, & mutilatio membri. De his ergo octo defectibus & irregularitatibus, articuli isti duo tractant. In quorum calce irregularitates ratione delicti summarie appendentur. Qualitates igitur eorum, qui huic sacramento inepti sunt, partim ad naturam spectant, partim ad conditionem fortunae, & partim ad morum & scientiae dignitatem. Arguitur ergo, quod foemineus sexus non sit ab ordinibus sacris arcendus. Ordinum potestas non corpori, sed animae inest, in anima vero nulla est sexuum discrepantia: ergo etiam foeminae sunt ordinibus suscipiendis idoneae.

1. Argum. Secundum. Donum prophetiae & praelationis officium, praestantiora esse videntur ordinibus sacris: prophetiae autem donum mulieribus concessum est, vt, 4. Reg. legitur & Debra, vt Iudic. 4. refertur, iudex fuit in Israel: ergo & mulier ad ordinum gradum assumi potest.

3. Argum. Tertia. Si sexus foemineus suscipiendis ordinibus incongruus esset, multo magis puerilis etas, cui rationis lumen nondum affullit: defectus autem aetatis non obstat, vt extra de clericis per saltum promotus sancitur.

Pars affirmatiua. In contrarium tamen est q. 1. ad Timot. 2. Apostolus, mulierem docere in ecclesia non permittit, nec dominari in virum: vnde colligitur, q. neque ad ordinis sacramentum, quod eminentiam super viros significat, sit admittenda. Pro solutione quaestionis notandum est in suscipiente sacramenta quaedam esse necessitate requisita, quibus deficientibus non solum res sacramenti: hoc est, gratia, verum et sacramentum suscipitur. Quaedam vero etsi non sint de necessitate sacramenti, sunt tamen de

necessitate praecipui, quae ideo si desint, recipitur quidem sacramentum, non tamen res sacramenti.

1. Conclu. Ad quaestionem ergo quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Sexus virilis est de iure diuino de necessitate, non solum praecipui, sed etiam sacramenti. Ita vt quauis mulier ordinem suscipere praesumeret, nullus esset: siue ex ordinibus sacris, qui sunt sacramenta, siue ex minoribus. Quemadmodum de extrema vnctione diximus, quam si quis in sanitate susciperet, nullum esset sacramentum. Probatur conclusio ratione potissima, quae ex Christi institutione sumitur: quippe qui neque in coena, dum potestate exhibuit consecrandi, neque Ioan. vltim. dum facultatem contulit absoluendi, foeminam vllam, sed solos viros ordinauit, quauis sacratissima eius mater omnium esset dignissima. Et solos viros fecit episcopos: nempe, apostolos. Ratio autem fuit congruentissima: nam qui sacris initiatur, in praesenti gradu constituitur, quo alijs praesit: sexus autem foemineus lege naturae subditus est virili, quam quidem legem Deus initio statim, quo virum & foeminam condidit expressit dicens Gene. 3. sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: quare non decuit foeminam ad illos ordines suscipiendos admittere. Et ideo si foemina ordinari tentaret: quia sacramentum est signum rei sacrae: & hoc sacramentum est signum consecrationis ad gradum praesentiam, esset signum falsum, atque adeo nullum esset sacramentum, vt de quadam papa refertur, quae reperta fuit mulier. Quare inter hoc sacramentum & reliqua omnia non intercedit similitudo, vt si reliqua sunt vtrique sexui communia, sic etiam & istud. Secundum, quia pulchritudinem ecclesiasticae hierarchiae maxime sexus foemineus dedecorabat. Etenim sicut teste Apostol. 1. Corint. 11. Christus caput est viri, ita & vir caput mulieris: quia non vir ex foemina primo, sed foemina ex viro sumpta est: in cuius signum mulier velamen gestare debet super caput suum, cui ideo turpe est tonderi, aut decaluari: vir autem potest caput detegere, & tonderi: & cum tonsura, vt dictum est, sit clericorum in signum, merito a clericatu sunt foeminae exclusae. Tertio, quia ordines ecclesiastici inter alia officia ad docendum sunt instituti: mulier autem, ait loco supra citato Apostolus, in silentio discat cum omni subiectione, docere autem mulieri non permitto. Quarto, quia qui ordines suscipit, eo ipso habilis fit, vt fieri possit episcopus, qui quidem est ecclesiae sponsus: mulierem autem non decet sponsam esse ecclesiae

Ratio naturalis.

Ca. Noua.

Obiectio.

Dilutio.

Solu. primi arg.

Solu. 2. ar.

An pueri ante usum.

1. Conclu.

Ratio con.

Ratio contra gratissimam.

2. Ratio. Paul. 1. Corinth. 11.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

cleria, Christum representantem. Atque hac de causa non solum maiorum ordinum non est capax, verum neque minorum, nec primae tonsurae, quauis non sint sacramenta: quia sunt sacramentorum ordinis praerambula. Et re vera lumen ipsum naturae prima facie absurditatem offert in foemina, vt ad consecrandum & ad confessiones audiendas promoueretur: nam etsi aliqua sint prudentes, sexus tamen ipse quandam rationis inopiam, & animi leuitatem praesert, atque adeo dedecus ad munia ecclesiastica obeunda. Vnde caput. Noua. de poenitent. & remiss. tanquam execrabile condemnatur, quod abbatissae moniales proprias benedicant, & ipsarum confessiones in criminibus audiant, aut quod etiam legentes euangelium publice praedicare praesumant. Quo circa can. Sacras. dist. 23. vasa sacra, & sacras pallas contingere, & incensum circa altare deferre etiam sanctimoniales prohibentur. Quod si quis canonem obiciat, Diaconissam. 27. quae. 1. vbi Diaconissae ante quadagesimum annum ordinari prohibentur: & d. 32. can. Mulieres. fit mentio de mulieribus quae apud Graecos erant presbyterae, quae occasione Cataphryga illo tenebantur errore, vt mulieres ad sacros ordines admitterent. Respondetur, Diaconissas appellari illas sanctimoniales, quae inter ceteras aliqua fors benedictione erant lectionibus homiliarum & euangeliorum destinatae in choro: nam diaconissa nihil aliud est quam ministra. Et similiter presbyterae erant matronae viduae: nam presbyter, vt diximus, idem est quod senior, quae fors apud Graecos eligebatur, vt curam haberet aliquam de rebus ecclesiae. Sed praedicto can. cauetur, ne tanquam ordinatae constituantur.

Hinc fit hermaphroditum non licere ordini suscipi, quousque consiterit quisnam sexus in ipso praeualeat, tum quia monstrum est, tum quia anceps, vt possit foemineus sexus in eo praeualescere. Si autem praeualuerit virilis, tunc vir est censendus. Quae sit ratio de statu hominum. atque adeo huic sacramento idoneus tunc erit.

Solu. primi arg. Vnde ad primum argumentum respondetur, quod quauis character in anima imprimatur, tamen quia non imprimitur nisi per sacramentum, quod debet esse eminentiae signum, non imprimitur nisi in anima, quae est corpori virilis sexus coniuncta.

Solu. 2. ar. Et per hoc respondetur ad secundum, quod cum prophetia non sit sacramentum, sed Dei donum, potest quidem mulieribus conferri. Debra autem praesuit in temporalibus.

An pueri ante usum. De pueris autem ante usum rationis Duran-

distinctione praesenti quaestio. 2. sustinet, nullos ordines posse suscipere. Opinatur quippe vsus rationis esse de necessitate in suscipiente, non solum praecipui, verum & sacramenti ordinis, itaque si quisquam illud prius recipere, nullum putat esse sacramentum. Et ratio eius prima est, quod absurdum videtur, vt infans ante usum rationis possit vel sacerdos fieri vel episcopus. Secundo, quia ad susceptionem, inquit, cuiuslibet sacramenti requiritur intentio suscipientis vel propria, vel interpretatiua ex consensu parentum, infans vero propriam habere non valet interpretatiuaem autem habere ex consensu parentis non potest, nisi in ijs, quae sunt de necessitate salutis, qualis est baptismus: cum ergo sacramentum ordinis non sit de necessitate salutis, non videtur sufficere consensus parentum. Et confirmatur, quia baptismus ad delectionem originalis culpe institutus est, quam non propria voluntate, sed peccato primorum parentum contrahimus, & idcirco ad baptismum sufficit voluntas parentum: quae quidem ratio in sacramento ordinis non reperitur.

In contrarium autem statuitur conclusio, quae fit huius articuli fecanda. Ad suscipiendos minores ordines non requiritur, vt puer annos discretionis attigerit: imo vsus rationis nec est de necessitate sacramenti, neque vero expressae de necessitate praecipui, quemadmodum in praesentiarum ait. S. Thom. sed solum de honestate: quae habet quadam praecipui rationem ne sine necessitate id fiat. Prima pars definita est, in titulo de clerico per saltum promotus, vbi ille, qui ordines minores ante annos discretionis suscipit, ceterum non iterum eiusdem initiatione, sed ad diaconatum promotus. Et ad illud capitulum Daradus non respondet, eo fortasse, quod non censuit esse sacramenta, quod nos supra similiter concessimus. Secunda vero probatur, quia tanta posset ingruere necessitas, quae primitiuae ecclesiae in vsu erat, vt possit puer nondum rationis lumen ingressus minores ordines suscipere. Tertia demum pars, quod sit contra honestatem & decetiam admonetur canon. Pueri. 1. quaest. 1. Pueri ad sacros ordines nulla tenus admittantur: tamen si illic fors sacri ordines non nominentur, nisi maiores. Veruntamen cum etiam per minores homo adscribatur diuinis officijs, non decet ante rationis lucem quempiam illis insigniri: nisi adsit necessitas. At vero iam non est in vsu vllam admittere necessitatem, vt ante usum rationis alicui huiusmodi ordines conferatur.

Tertia conclusio. Vfus rationis ad maiores suscipi-

rationis possint suscipi

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

2. Conclus.

1. Pars.

2. Pars conclusionis.

3. Pars.

3. Conclus.

fuscipiendos ordines, quanuis non sit de necessitate sacramenti, est tamen de necessitate præcepti ecclesiæ: quare illic tunc collati, verè erunt sacramenta, tamen conferens mortaliter peccabit. Sententia est Ricardi distinct. præsent. articulo. 4. quæstio. 2. & Bonaventuræ, qui, ait, esse opinionem Sancti Thom. distinct. præsent. Vbi priores partis rationem hanc subdit. Sunt enim, inquit, quædam sacramenta, quæ actum fuscipientis requirunt, vt poenitentia, vbi requiritur contritio & accusatio: & matrimonium, vbi requiritur consensus: & ista non possunt ante vsum rationis fuscipi: illa verò, quæ characterem imprimunt, nullum requirunt actum in fuscipiente: quoniam virtutes infusæ, sicut character, quæ sunt potentia supra naturales, sunt priores suis actibus: eo quod non gignuntur ex actibus, sed ipsos gignunt: tametsi virtutes acquisitæ sint actibus posteriores, quippe ex quibus generantur: prius autem suapte natura esse potest sine posteriore: ergo nil vetat quominus ordines, etiam maiores, quæ sunt sacramenta, per quæ character imprimitur, conferantur puero ante vsum rationis. Secundò arguitur: quia confirmatio etiam si ante vsum rationis conferatur, est verum sacramentum, vt distinctio. 7. diximus, imò eucharistia solebat olim in aliquibus ecclesijs infantibus tanquam verum sacramentum porrigi. Præceptum autem ecclesiæ id propterea prohibet, quod huiusmodi ordinibus votum est castitatis annexum, quod nemo ante vsum rationis emittere potest: ob idque ordinans iniuriam instituto ecclesiæ facit.

¶ Quod si roges vtrum huiusmodi ordinatus teneatur seruare castitatis votum. Ricardus loco citato perplexè respondet, ait quippe secundum aliquos continentiam non esse annexam ordinibus, nisi sponte susceptis: sed secundum alios esse annexam. Diuis verò Thomas nihil ad hoc respondet, ob id fortasse, quod reuè claram reliquerit. Et ideo non est credendum eiusmodi ordinatum teneri voto castitatis, vt bene, ait, Paludanus distinctio. præsent. q. 3. licet verum sacramentum susceperit, sed potest matrimonium contrahere: quoniam votum natura sua requirit consensum. Secus de baptismo nam quia est sacramentum professionis fidei, iure diuino paruulus baptizatus tenetur postmodum seruare fidem. Addiderim tamen, quod nisi aduentente vsu rationis in votum ille castitatis conuenerit, ab vsu ordinum debet manere suspensus, maximè verò qui matrimonium contraxerit, propter indecètiã.

Ad tertium igitur argumentum eorum, quæ in initio huius articuli proposita sunt, respondetur non esse parem rationem, vt quemadmodum defectus sexus, sic & defectus ætatis impediatur sacramentum ordinis. Et ad primum argumentum Durandi conceditur indecèntissimum esse infanti ordines maiores conferre, non solum propter præceptum ecclesiæ ad votum annexum spectans: verum & propter ordinem dignitatem: quare vtraque ratione esset peccatum, at nihilominus esset sacramentum. Episcopus autem, quippe cui populus committitur, nemo creari potest nisi consentiens, atque adeò post rationis vsum: quia episcopus dum constituitur, fit sponsus ecclesiæ, cuius cura nemini, nisi consentienti, concedi potest. Quanquam si re vera ante vsum rationis consecraretur, extensionem sacerdotalis characteris modo exposito fusciperet, non tamen animarum curam, donec consentiret. Quinimò neque presbytero eadem ratio potest animarum cura, nisi post vsum rationis consentienti imponi. Vnde de præbendis capitu. Si tibi absenti. libro sexto. censetur, quod si absenti beneficium conferatur, quousque ratum habeat, ius illi non adquiretur.

¶ Ad secundum eiusdem Durandi argumentum, negatur, quod ad fuscipiendū sacramentum ordinis, quantum ad substantiam sacramenti, consensus exigatur, vel formalis fuscipientis, vel interpretatiuus parentum, sed quem admodum si reuertentibus parentibus puer baptizaretur, sacramentum teneret, quia sufficit intentio ecclesiæ: ita si postquam baptizatus est, ordinaretur: quanquam vtrunque, vt distinctio. præsent. quæstio. tertia. bene, ait, Paludanus, iniuriale fieret, si parentes reclamarent. Neque quippiam valet Durandi discrimen, quod quia baptizatus est de necessitate salutis & contra originale peccatum, sufficiat consensus interpretatiuus ecclesiæ, non tamen in sacramento ordinis: nam postquam vtrouique character imprimitur, vtrouique sufficit vt fuscipiens ipse non renitatur.

¶ Contra hanc verò conclusionem quis forsitan obijciat, inde consequi, perpetuo amentes posse quoque ordinari: quos tamen supra diximus esse iure diuino incapaces. Respondetur autem, quod licet quisquam discrimen meditari forsitan possit inter pueros ante vsum rationis, & perpetuo amentes, re vera tamen nullum est quantum ad substantiam sacramenti: sed si quis mente captus ordinaretur

Solu. 3. ar.

Diluitur. 1. Argum. Durand.

Episcopus creari debet consentiens.

Solutio. argumenti Durand.

Obiectio.

Dilectio. Sententia authoris.

Ratio Thom.

2. Ratio.

Ratio probationis.

Ordinatus ante vsum rationis ad votum castitatis. Thom. Sētētia authoris. Palud.

retur, ordinem fusciperet, sicuti baptismum, si baptizaretur. Quod autem diximus, iure diuino esse incapacè, intelligimus quātū ad vsum. Quapropter peccatum esset mortale, idemque grauisimum sacrilegiū talem hominem in lœdibrium sacramenti ordinare, quippe qui perpetuo esset vsu cariturus. Quod pueris ante vsum rationis non accidit.

¶ Hinc autem emergit alia ambiguitas, vtrum in adulto requiratur cōsensus ad hoc fuscipiendum sacramentum. Ad quod respondetur, quod quis potest ordinari vel vi, vel metu. Si per vim renitens cogatur, certum est sacramentum non fuscipere, sicut nec recipere baptismum, vt patet cap. Maiores. de baptismo. & eius effectu. Si verò per metum, qualiscūque ille sit, cōsentiens ordinetur, verum fuscipit sacramentum, & eius characterem: imò & gratiam, si alium obicem non opponat: quia cum illic re vera sit consensus, nihil eorum deest, quæ ad substantiam sacramenti exiguntur. Sed quantum ad voti vinculum castitatis distinguendum est: nam si metus non fuerit cadens in constantem virum, constat eiusmodi ordinatum illo voto ligari. Si verò fuerit illorum metum, qui cadere in virum constantem assolent, tunc in dubium reuocatur, vtrum voti obligationem annulet. De quare libro septimo. De Iustitia & iure. quæstio. 2. articulo. 1. copiosius disputauimus. Non enim desunt Iuriconsulti, qui aiunt, votum in foro conscientia apud Deum valere, non tamen in foro ecclesiæ. Nam si ecclesiæ, inquit, eiusmodi vota irrita habet, vt capit. Perlatum. De ijs quæ vi metus ve cauiunt. est, quia vbi eiusmodi metus intercedit, præsumit nullum subesse consensum, & est opinio Panormitani in capitu. Cum locum. de sponsalibus. & Syluestri verb. Metus. §. octauo. Quapropter idem Syluester in præsent. proposito verbo. Ordo. 4. §. primo. recitans alios tenentes simpliciter eiusmodi votum nõ tenere, moderatur ipse opinionem, dicens, quod si qui cōiugatus est per huiusmodi metum promouetur, non tenetur continere, imò potest licitè vxore vt. Si tamen sit vxore solutus, constringitur voto. Et probat per cano. De Iudæis distinct. 45. vbi qui per huiusmodi metum sunt baptizati, iubentur in religione christiana viuere. Et est sententia Hostien. At verò cōtraria sententia, quam loco citato sustinimus semper est nobis probator: videlicet, in nullo foro huiusmodi votum tenere, vt distinctio. 29. quæst. 1. artic. 3. iteratò mōstrauimus. Neque est idem de baptismo: quia baptismus non est tam propriè votum, quam professio religio-

Ani adulo requiratur consensus. Ordinatus per metum. Ordinatus per vim.

De voto castitatis.

Iuriconsultorum opinio.

nis, quæ non requirit alium consensum, quam ecclesiæ, vt patet in infante dum baptizatur: & ideo ex mera natura sacramenti enascitur obligatio christianæ religionis. Et re vera si qui non est coniugatus teneretur in illo casu voto, vt Syluester concedit, pariter si esset coniugatus, non posset petere debitum, quod ipse non admittit: & ideo eius discrimen non est legitimum.

¶ Quò autem ad rem de ætate ordinandorum redeamus, adijcitur hic conclusio quarta. Quæ nis iure diuino ad substantiam sacramenti nulla sit ætas distincta, nihilominus iure pontificio eiusmodi ætates decretae sunt, & præfixita. Et iure quidem antiquo longiora ætatis tempora exigebantur, vt patet distinctio. 77. & 78. per plures Canones: nam vt habetur capitu. In singulis. dicta distinctio. 77. Ab infantia: hoc est, à primò septennio poterat quisque nomen ecclesiasticis ministris dare: hoc est, primam tonsuram accipere. Sed tres minores ordines non vsque ad annum duodecimum, neque acolytatum vsque ad quartumdecimum. Subdiaconus vero nemo quierat minor viginti annis completis fieri, vt patet ex sexta Synodo canon. Subdiaconus. Neque diaconus ante vigesimumquintum, quod fuit decretum concilij Carthagenensis, canon. Placuit. Neque verò presbyteratum obtinere minor triginta annis vt tota distinctio. 78. Decernitur. Postmodum vero in Concilio Viennensi sub Clemète quinto huiusmodi tempora decurtata sunt & in breuiora redacta, vt patet in Clement. Generali. De ætate & qualitate. libro sexto. videlicet, vt non modo prima tonsura, verum & omnes minores ordines à septennio statim fuscipi possint, tametsi hoc non in textu, sed in glossa notatum est. Ad subdiaconatum verò ordinem promoueri, potest, cum primùm decimum octauum annum fuerit ingressus, & ad diaconatum postquam inchoauerit vigesimum: & ad presbyteratum, dum attigerit vigesimumquintum. Sed ad episcopatum requiritur trigessimus annus, veluti canon. Episcopus. eadem distinctio. 77. sanctum est, & cap. Cum in cunctis. de electione libro. 6.

¶ Ex quo fit, vt ordines citra prædictas ætates aut conferre, aut fuscipere crimen sit mortale: quippe cum in re graui transgressio sit ecclesiasticae præceptionis. Vnde eiusmodi ordinator per annum à collatione clericalis tonsuræ ob huiusmodi culpam suspenditur, canon. Nullus. de ætate & qualitate libro. 6. Qui verò ante

Discrimen Sylu. nullū

4. Conclu.

Ordinatio rū ætas de iure antiquo.

Ætas ordinariorū iure nouiori.

Tēporerū nisi fuscipiendō præfixa præuenire peccatū est mortale.

Dilatio.

bus suscipiendis ineptus, adeo ut sacramentum sit nullum, tantum erit obstaculum in seruitute.

Argumentum.

Negatur consequentia: quoniam sexus foemineus suapte natura includit subiectionem, que obstat formae sacramenti praeminentiam eius natura significanti; in seruo vero non est nisi legalis subiectio. Praeterea ex secundo merito responsi arguitur contra primum. Vana est potestas, quae perpetuo caret usu: si ergo seruitus ordinum ministerio fungi nequit, nullum est sacramentum. Ad hoc respondet tota ferè distinctio. 54. Decretorum, si enim seruus sciente neque contradicente hero ordinatur, eo ipso sit ingenuus, ut habetur illic, canon. Si seruus sciente. Si vero domino nesciente Episcopus sciens eum esse seruum, ordinaverit, teneatur duplo pretio hero satisfacere, ut seruus libertate donetur: quemadmodum in dicto cap. Si seruus nesciente, deciditur. Et a fortiori si dominus contradixerit. Idemque adeo iudicium est de praesentante & de ordinante, ut ibidem, ait, Gelasius Papa canon. Ex anti-

Solutio.
Nota distinctio.

quis. Quod sit tam domino quam praesentante & episcopo ordinante in seipso seruus se ingesserit, si habuerit peculium, tenetur se redimere: sin minus, a seruitute non eripitur, ut habetur cano. Frequens, eadem distinctio. 54. Quare nisi per heri facultatem non potest ordinum ministerio vacare. Imò si est fugitiuus, & callide se ordinibus initiandum in sinuavit, sperans inde libertatem consequi, deponendus est, ut habetur cap. De seruatorum, de seruis non ordinandis. Neque, verò licet ordinibus insignito, saltem sacris, se in seruitutem tradere, esset enim contra ordinum dignitatem, nisi aliqua insignis pietas intercesserit, ut de Paulino Nolanæ Episcopo refert libro tertio dialogorum cap. 1. Gregorius, qui se se, ut subditos redimeret, tyrannus vendidit.

Præsentans & ordinans seruum.

Quod autem de seruitute dicitur, & de illis etiã intelligitur qui ratiocinijs sunt obnoxij, ut concilio Aurelianensi cautum est, De obligatis ad ratiocinia. ordinand. vel non. capit. Vnico. Vnico. Attamen non est eadem prorsus ratio: nam huiusmodi homines, liberi simpliciter sunt, sed quia ecclesia eorum ordinatione infamatur, non sunt ordinandi: si tamen ordinentur: nihil obstat, quò minus possint sua officia administrare, nisi ecclesia propter insignem infamiam id eis interdixerit. Quarta conclusio. Homicidium voluntarium & membri mutilatio etsi substantiae sacramenti non obstat, si suscipiatur, vetat tñ suscipiendum ex ecclesiae praecepto. Prior pars manifesta est, quoniam homicidium non tollit significationem sacramenti in qua eius substantia consistit. Secunda vero ratio est, quòd omnes ordines ad sacrosanctum Eucharistiae sacramentum referuntur, quod est sacramentum pacis, sanguinis Christi effusione confirmatur, cui quidem paci homicidium & mutilatio, è diametro opponitur, inò facto eorum qui Christum crucifixerunt assimilantur. Quapropter cõdecens maximè fuit, ut ecclesia homicidas & mutilatores ab ordinibus sacris arceret, atq; inhabiles decreto suo redderet, quod est esse irregulares. Atque eam ob rem irregularitas hæc non ad primum genus triũ supra positorum spectat, ut, scilicet, nascatur ex defectu, sed ad secundum: quia oritur ex ratione sacramenti, cuius dignitati opponuntur. Conclusionem hanc titulus de homicidio voluntario constituit. Ob idque ratio huius irregularitatis nõ emergit ex ratione delicti: sed quia dignitati sacramenti aduersatur. Sicuti bigamia eius significationi cõtraria est, que ideo irregularitas etiam ratione sacramenti sumitur, de qua distinctio. 27. quæstio. 3. art. 1. habendus est sermo. Quapropter non solum iniquum homicidium, quod contra ius priuatae autoritatis perpetratur: verum & legitimum, dum modo sit spontaneum & post baptismum commissum, irregularitatem inducit, cano. Aliquantos. distinctio. 71. Quare ratione quartum argumentum supra factum solutum restat. Ut si iudex aut miles Reipublicae hostes

Obligata ad ratiocinia.

interimat, aut mutilat: mutilatio enim ad partiale, ut fertur, homicidium reducit: quia cum anima omnia membra viuificet, in membro aliqua pars vitæ demitur. Debet autem ut irregularitas contrahatur, factum subsequi: nam licet quis sagitta animo occidendi hominem, aut fuisse ipsum aut gladio percussit, si non sequatur mors, quia non est homicida, non est irregularis. Et quia mors non est nisi uiuentis, qui foetum in utero ante aduentum animæ extinxerit, irregularitatem non contrahit, quantum peccet mortaliter, & quantum ad peccatum reputetur homicida, sicuti & qui impedit ne mulier concipiat. capit. Si aliquis de homicidio. Atqui nõ modo qui alteri, sed & qui sibi membrum aut membri partem notabilem amputat, irregularis sit, ut qui digitum vel digitipartem detruncauerit. Neque; solum qui per se vel occidit vel mutilauit, verum etiã qui in causa fuit, vel cõsilio vel ope adiuuit, irregularitatem incurrit, ut habetur de clericis pugnantibus in duello. cap. 2. & de homicid. cap. Sicut dignum, Quare & omnes ministri iustitiae, etiam notarij efficiuntur irregulares. Nec refert an occisio sit Christiani, vel infidelis, ut eodem titulo. capit.

Ratio cõclusionis

ti in qua eius substantia consistit. Secunda vero ratio est, quòd omnes ordines ad sacrosanctum Eucharistiae sacramentum referuntur, quod est sacramentum pacis, sanguinis Christi effusione confirmatur, cui quidem paci homicidium & mutilatio, è diametro opponitur, inò facto eorum qui Christum crucifixerunt assimilantur. Quapropter cõdecens maximè fuit, ut ecclesia homicidas & mutilatores ab ordinibus sacris arceret, atq; inhabiles decreto suo redderet, quod est esse irregulares. Atque eam ob rem irregularitas hæc non ad primum genus triũ supra positorum spectat, ut, scilicet, nascatur ex defectu, sed ad secundum: quia oritur ex ratione sacramenti, cuius dignitati opponuntur. Conclusionem hanc titulus de homicidio voluntario constituit. Ob idque ratio huius irregularitatis nõ emergit ex ratione delicti: sed quia dignitati sacramenti aduersatur. Sicuti bigamia eius significationi cõtraria est, que ideo irregularitas etiam ratione sacramenti sumitur, de qua distinctio. 27. quæstio. 3. art. 1. habendus est sermo. Quapropter non solum iniquum homicidium, quod contra ius priuatae autoritatis perpetratur: verum & legitimum, dum modo sit spontaneum & post baptismum commissum, irregularitatem inducit, cano. Aliquantos. distinctio. 71. Quare ratione quartum argumentum supra factum solutum restat. Ut si iudex aut miles Reipublicae hostes

Solu. 4. m.

Irregularitas non cõtrahitur nisi a

Ministri iustitiae sunt irregulares

Quando quis dicitur dare operam rei illicitæ.

Irregularitates ratione delicti.

Ante ordinationem. Primum.

Secundum.

pitum Petito, declaratur. Debet autem homicidium esse voluntarium, & nõ casuale: dicitur enim casuale, quod occidens nõ intēdebat; sed casu fecit: quemadmodum, si quis inter venandum adhibita circumspecta diligentia iaculum eiecerit, quo hominem imprudens interfecerit. De hac autem re totus fermè titulus de homicidio voluntario loquitur. Sed quia nos latissimè libro quinto. De Iustitia & Iure, quæstione prima. arti. 9. de eadem re differuimus, nihil præterea hinc duximus adhibendum. Illic enim habes hoc potissimum expositum, quando laicus vel clericus dicitur dare operam rei illicitæ, ut homicidium, quod aliàs diceretur casuale, dicitur voluntarium. Hinc fit effusio sanguinis citra homicidium vel mutilationem per se nõ inducere irregularitatem, quoniam poenæ non sunt ampliandæ, sed restringendæ, capitulo. Odi. & capit. In poenis. De regulis iuris. libro sexto. & Canones non loquuntur nisi de homicidio vel membri mutilatione. Tametsi clericis interdicta sint negotia, ubi periculum esse potest effusionis sanguinis ut patet per totum titulum, Ne clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant, qui si illis se immiscuerint, officio sunt priuandi, ut patet capitulo. Clericis. & capitul. Sententiam sanguinis, eodem titulo.

¶ Ex his igitur, irregularitates, siue quæ ex defectu naturæ, aut fortunæ, aut corporis, siue quæ ratione sacramenti accidunt, satis tibi exploratæ relinquuntur. Aliæ quàm plures sunt, quæ ratione delicti contingunt, quas apud Summistas non tam ordine dispositas, quàm absque ordine coaceruatas inuenies. Et notandum primum omnium, quod subsequentes omnes irregularitates hoc modo intelliguntur esse impedimentum ordinum, quòd si irregularis ordinatur, ordinem quidem suscipit & characterem, peccat tamen grauius contra ecclesiae praeceptum. Quare gratiam non suscipit, manetque subinde suspensus, atque adeo quoties in ordinibus administrat, grauissimè peccat. Sunt autem huiusmodi delicta in triplici differentia: nam alia ordinationem præcedunt, & alia in ordinatione committuntur, atque alia post ordinationem. Delicta siquidè quæ ante ordinationem hominem faciunt irregularem, sunt quatuor singularia. Primum, si quis apostatauit a fide: nam si erat ordinatus, sit irregularis quoad usum, capitulo. Iulianus. vnde quæstio. 2. & si laicus, sit irregularis quo ad susceptionem, cap. Presbyteros. distinctio. quinquagesima. De quo Innocentius capitulo. primo. de apostatis. Secundum, re-

baptizatio, ut si quis bis scienter quenquam baptizauit aut baptizatus est. De baptizante est textus in capitulo. Eos quos. & de rebaptizatis, cano. Qui bis. De consecratione, distinctio. quarta. Quos quidem Canones cũ alijs, supra distinctio. tertia. articul. 9. expositos reliquimus. Iterantes autem alia sacramenta, etiam characterem imprimentia quamuis sit sacramentum confirmationis, nullam irregularitatem incurrunt, quicquid alij contra comminiscantur. Quoniam irregularitas propter Anabaptistas hæreticos decreta est, qui baptizatos ab hæreticis iterum baptizabant, aut baptizatos ante rationis usum post annos discretionis rursus in iniuriam prioris baptismi, quasi non sufficeret, baptizabant. Tertium, ut si quis religiosus gratia audiendi leges, aut Physicam: id est, artem medicam, monasterium exierit, nisi infra duos menses fuerit reuersus. capitulo. Super speculam. ne clerici vel monachi. capitulo. Ad aures. de ætate & qualitate. Quartum, si quis in eo ordine ministrat, quem non habet, capitulo. primo, & secundo. De clerico non ordinato ministrante. Quod intelligitur, si sit administratio in ordine sacro: nam in quatuor minoribus laicum administrare, non est irregularitatis causa. In maioribus autem, quantum merè laicus sit, illa incurrit, ut bene cõtra quosdam, ait, Syluester verb. Irregularitas. §. 12. Item requiritur, ut serio & solenniter administret. Aliud generale ponitur, quando quis enorme delictum commisit. distinctio. vigesima quinta, cano. Primum. de quò Innocentius. cap. Ex tenore. de temporibus ordinando. Syluester verb. Irregularitas. quæstio. decima quarta.

Noti.

Tertium.


Quartum.

In ordinatione. Ex parte ordinati.

¶ In ordinatione committuntur alia delicta, quibus irregularitas contrahitur. Primum simpliciter ex parte ordinati, ut si excommunicatus excommunicatione maiori ordines sacros susceperit. capitulo. primo. de eo qui furtiuè ordines susceperit. & capit. Cum illorum. De sententia excommunicationis libro sexto. Non quòd excommunicatio, sed quòd delictum suscipiendi tunc ordines, sit irregularitas. Et alij qui volunt, quod etiam suscipiens ordines minores in excommunicatione maiori efficiatur irregularis, ut, ait, Syluester verbo, Irregularitas. quæstio. decima tertia. Sed nescio quid veritatis habeat. Deinde delictum committitur in ordine ad episcopum ordinantem, ut si quis ordinetur ab episcopo, qui episcopatum renuntiauit, non solum loco & diocesi, sed etiam dignitati. capitulo. primo. De ordinato ab episcopo &c. Secus si tantum loco, non au-

ARTICVLVS. III.

Utrum ad ordinum susceptionem morum honestas & scientia requiratur.



OST illas ordinandorum qualitates, quæ ad mores non attinent, sequitur, vt de eorum probitate & scientia dicamus, an sit etiam necessaria. Et arguitur à parte negatiua. Per ordinis sacramentum instituitur homo sacramentorum minister, sed sacramenta administrare tam mali possunt, quam boni, & Christus ipse mulierem peccatricem & infamem, vt legitur Luca septimo. à suo ministerio non repulit: ergo probitas vitæ non est necessaria.

Partis negatiue. Argum. 1.

¶ Secundo præterea arguitur, quod nec requiratur in ipso scientia scripturæ sacræ: quia multi absque eius prorsus cognitione ad sacerdotium promouentur, & in vitis patrum multi simplices referuntur monachi ad sacerdotium promoti, qui tamen erant sanctissimæ vitæ.

2. Argum.

¶ Tertio arguitur. Si probati mores, ad ordinum susceptionem essent necessarij, quo melioribus quis esset imbutus, eo esset ad id munus magis idoneus. Cum ergo paupertas sit opus consilij, quanto quis esset indigentior, tanto deberet facilius ad ordines assumi: cõsequens tamen est contra ritum & consuetudinem ecclesiæ, quæ non permittit quæquam sacris initiari, nisi vel titulum habeat sacerdotij, vel patrimonium, quo se possit alere.

3. Argum.

¶ Quarto arguitur. Si dignitas aliqua esset in suscipiente necessaria, sequeretur, quod Episcopi indignos promouentes, grauius peccarent: consequens tamen inde apparet falsum, quod alioqui deberent solertissimum examen facere morum & scientiæ ordinandorum, quod certe non faciunt: potissimum quod, cum multis ministris & auxiliariis indigeat, si non possunt in tanta copia idoneos inuenire, excusari quodammodo videantur.

4. Argum.

¶ Quinto denique arguitur. Si probitas vitæ ad ordines esset requisita, sequeretur, quod qui susceptis ordinibus in peccato mortali videretur, mortaliter peccaret: consequens tamen videtur falsum: nam alijs qui sacramenta ab illo susciperet, eiusdem esset peccati particeps, quod videtur durum. ¶ In contrarium est exemplum antiqui testamenti: dicitur enim Leuitici. 21. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculas, non offerat panem coram Domino: maculæ autem nomine, vt ait, glossa, omne vitiũ intelligi

Partis affirmatiue. Argum. 5.

tem dignitati renunciauit. Quod intellige, si maiores ordines ab eo suscepit, secus si minores ex licentia proprii episcopi. Item si ab episcopo excommunicato contra tenorem concilij Constantiensis ordinetur. Scilicet, qui excommunicatus est nominatim, aut propter manifestam manu iniectionem in clericum. can. Gratia. & can. Statuimus. 1. quæstione prima. Et quæstione septima. can. Daibertum. Et idem est si ordinetur ab hæreticis vel schismaticis: nam omnes censentur nominatim excommunicati.

Suspensus ab officio.

Nota.

¶ Tertio, post susceptos ordines alia multa committuntur delicta, quæ secum irregularitatem adferunt. Primum. Si suspensus ab usu ordinum in illis ministraverit, fit irregularis. Etenim secundum antiquos Canones, vt ait, Glossa super caput. Cum medicinalis. De sententia excommunicationis libro sexto. nõ nisi ille, qui excommunicationis maiori excommunicatione, in sacris ordinibus ministrabat, efficiebatur irregularis, sed tamen Innocentius quartus eadem Decretali, eandem censuram ad omnes suspensos extendit. Igitur, vt hinc exordiamur, si quis ab alieno episcopo citra licentiam proprii ordinetur, ordinatio illa rata non habetur, sed irrita, vt canon. Episcopus. 9. quæstione secunda. Irrita, inquam, non quod ordinatio non valeat, nam character imprimitur, sed tamen ordinatus suspensus est ab usu ordinum, quos recipit, quousque episcopus proprius eum recipiat. Episcopus enim potest eis facultatem facere administrandi, vt canon. Lugdunensis. eadem causa. & quæstio. Ordinator vero per annum à collatione ordinum ipso facto est suspensus. Et subditi horum suspensorum possunt tunc absque eorum licentia ab eorum vicinis episcopis ordinari, can. Eos qui de temporibus ordinandorum libro sexto. Suspensio tamen illa non est irregularitas, quia non est impedimentum aliorum suscipiendo eorum ordinum, sed peccabit suspensus mortaliter, si in susceptis absque licentia proprii prælati ministraverit. Aiant vero nonnulli, quod tunc administrando non efficiatur irregularis: quia hoc nõ est expressum in iure. Et ita tenet Syluester verb. Irregularitas. quæst. 9. Et fortasse hoc verum est: quia ordinari sine licentia proprii Episcopi, non censetur proprie papalis suspensio, sed solum inhibitio, ne ille ministraret sine licentia sui prælati. Sed est nihilominus per eundem prælatum suspendendus illa suspensione, quam si transgressus fuerit, efficiatur irregularis. Quæ quidem tunc irregularitas per solam Papæ dispensationem

Episcopus dispensat.

An sit irregularitas.

tollitur, vt notauit Glossa super eodem capit. Eos qui. Et est text. expressus, in capit. Quod translationem. extra eodem titulo. Nam qui simpliciter est suspensus, administrans fit irregularis per Decretalem citatam. Cum medicinalis. Alius suspensionis casus est, quando quis vna die ordines minores & subdiaconatum recipit, capit. Cum H. de eo, qui furtiue ordines suscipit. Vel si duos simul susceperit sacros ordines, capit. fina. eodem titulo. In primo enim casu ordinatus ille suspenditur, ne in superiori ordine, sed tantum in minoribus ministret. In secundo vero, in nullo potest: quia ambo sunt sacri. Verum tamen de ambobus distinguendum est. Etenim si ordinandi non fuerant sub anathematis sententia præmoniti ne illos simul ordines susciperent, tunc cum huiusmodi ordinatis utroque casu, si aliquam religionem ingrediatur, poterit Abbas dispensare. Ex quo fit, quod etiam si non ingrediatur, poterit episcopus eandem facere dispensationem. Si vero sub tali sententia fuerant prohibiti, tunc solus Papa poterit dispensare: quia excommunicatio ne maiori irretiti ordines susceperit: qui ideo si sine dispensatione ministrarent, efficiuntur irregulares. Et idem est de eo, qui furtiue contra prohibitionem episcopi etiam sub anathematis sententia absque eius facultate & examine ordines susceperit, vt eodem titulo cap. primo. habetur.

Suscipiēs uo die duos ordines.

1. Casus.

Secundus.

Episcopi dispensatio.

3. Casus.

Suspensas.

4. Casus.

¶ Tertius suspensionis casus eos tangit, qui per saltum promouentur. can. Solicitudine. distinctione quinquagesima secunda. Quare si illi sic promoti in ordine superiori ministrauerint, quicquid alij dicant, efficiuntur irregulares, vt bene ait, Syluester verb. Irregularitas. quæstione vndecima. quia omnis simpliciter suspensus ministras saltem in sacris ordinibus, vt bis iam diximus, eo ipso fit irregularis, per citatum capit. Cum medicinalis. de sententia excommunicationis lib. sexto.

¶ Quartus subsequitur suspensionis casus de illis: qui extra tempora legitima ordinantur, distinctione. 75. capit. fina. & de temporibus ordinandorum. capit. Sanè. & capitu. vltimo. Et antiquitus huiusmodi non erant suspensi, sed suspendendi, vt capit. Literas. & cap. Cum quidam. eodem titulo. Nam vero iure nouo sunt ipso facto, suspensi, & si celebrerent, sunt irregulares à solo Papa absoluendi. Et possunt ipso iure beneficijs priuari per extrauagan. Pij secundi, quæ incipit, Cum ex sacramento. confirmata per regulas Cancellariæ Innocentij octauij. & Alexandri sexti. & per alia iura, quæ notauit Syluester verb. Irregularitas. quæst. 10.

¶ Quinta,

5. Casus.

¶ Quintus casus est, si suspensus, excommunicatus, vel interdictus ingerat se diuinis officijs celebrando vel administrando in aliquo ordine, saltim maiore, solemniter, vt notatur capit. de clerico excommunicato ministrante. & capit. fina. de excessibus. prælato. Illi enim non solum sunt suspensi, sed irregulares, quia iam officia prohibita exercent. Quare solus Papa potest cum illis dispensare capit. primo. de re iudicata. libro sexto. Ait vero Syluester verbo. Irregularitas. quæstione duodecima quod, etiam si ministraret in minoribus eandem irregularitatem incurrit. Sed tamen id non facile crediderim: nam qui non facit nisi ea, quæ merus laicus potest facere, vt cantare, Requiem æternam, aut aliquem psalmum, non efficitur irregularis, vt habetur capit. Tanta. eodem titulo. libro sexto. Officia vero minorum ordinum etiam laicus exercere potest. Dixerim solemniter, cum vestibus illi ordini deputatis.

Syluest.

Sententia antheboris.

Matrimonium.

Si coniugatus ordine.

¶ Circa omnes has irregularitates hoc est animaduertendum, quod cum vniuersæ, vt dictum est, non nisi ex iure Pontificio oriuntur super omnibus potest summus Pontifex dispensare, nisi quando ius diuinum attigerint. Cum illo enim, qui truncus est manibus, aut mutus, dispensari non possit, vt presbyter fieret.

¶ Ad hæc matrimonium contractum inter irregulares propriè nõ connumeratur, quia nec delictum est, nec defectus, sed potest largo modo dici irregularitas, seu potius incapitas ratione status: quia coniugatus nequit ad sacros ordines promoueri, idque, vt reor, diuino iure prohibente, vt libro septimo, De Iustitia, & Iure, quæstione sexta diffuse disertum curauimus. Nec sufficit vxoris licentia, nisi approbatam religionem fuerit professus, vel diuortium inter eos fuerit celebratum, vt distinctione trigesima quinta, dictum sumus. Quare qui vxore relicta in seculo ordines sacros susceperit, perpetuo erit suspensus quousque ipsa vel vita fuerit perfuncta, vel religionem professus: imo esset tanquam de hæresi. suspensus in iudicium deferendus. Hoc præsertim tempore, quo Lutherani coniugatos arbitrantur esse diaconos & sacerdotes & episcopos. Quauis illi nullum, quod verum sit ordinis sacramentum, agnoscant. Alij sunt casus, quos non opus est hic persequi: hi enim sunt, in quibus potissimum potest esse difficultas. Cæteros Summistæ in verbo Irregularitas, multiplicat.

tur, quo altaris administri impinguntur. ¶ Inter defectus articul. 2. propositos, postremus erat ad animam pertinens, qui ad scientiam spectat & mores, de quo præfens articulus instituitur.

1. Cœlius.

¶ Ad quæstionem ergo tribus conclusionibus respondetur. Prima. Quauis morum integritas non sit de essentia sacramenti, est tamen præcepto diuino maximè necessaria. Nam et si non eodem gradu, quo apostoli, eorumque successores episcopi, sunt tamen omnes clerici, & potissimum sacerdotes lumen ecclesiæ, & sal terræ, vt Christus, ait, Matthæi. 5. Atqui cum ordinentur, vt eodem sint gradu, quo possint esse pastores, debent in charitate Dei esse progressi, vt Petri nonnullum exemplum referant, quem Christus non antea vicarium suum instituit, quàm tertio interrogaret, an se plus cæteris diligeret, Ioannis vltim. Nam bonus pastor, vt, ait, Ioannis. 3. animam suam debet ponere pro ouibus suis: quod certè nisi charitate prouectus, perficere nõ potest. Quo circa Paulus. 1. ad Timotheum tertio. episcopum (quo nomine presbyteros omnes comprehendit) plurimo virtutum ornatu decoratum desiderat, & à diaconibus non qualemcunq; morum probitatem requirit. Vnde tertio capit. Cœlestis hierarchiæ, ait, Dionysius, quod vt subtiliores & clariores essentia (nempe cœlestia sydera) replet in fluxu solarium splendorum, lumen in eis supereminens ad similitudinem solis in alia corpora inuehant, sic in ordine diuino nemini audendum est alijs ducem esse, nisi se eundem omnem, habitum suum factus sit Dei firmisimus, & Deo simillimus: Cum ergo qui sacris initiatur ordinibus, duces se aliorum esse profiteantur, necessum est eis, vt diuino sint lumine imbuti, ac perinde Deo simillimi. Facere autem homines simillimos Deo, officium est charitatis: nam, vt, ait, Ioannes. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vnde ad Colossenses. 3. Paulus. Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: charitas autè sanctis moribus colitur: hæc est ergo prima ordinandorum qualitas. Quo circa Gregorius in prima parte Pastoralis, & refertur distinctione. 49. can. Hinc etenim. vitæ integritatem, quæ in sacerdotibus est necessaria, citato illo testimonio veteris legis confirmat. Qui habuerit maculam, non offeret panem Deo, nec accedet ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, &c. vbi in corporis vitijs spirituales labes depinguntur, quæ hominem sacris ordinibus indignum reddunt. Et D.

Dionysius.

Paulus.

Gregor.

Hieronymus. 8. quæstione. 1. can. Qualis, ait, quod presbyteri & diacones debent summa diligentia prouideri, vt cunctum populum, cui præfident, conuersatione, scientia, ac sermone præeant. Imò & qui sunt in minoribus ordinibus id etiam debent curare. Vehementer enim, inquit, ecclesiam Dei destruit, meliores esse laicos, quàm clericos. Operosum autem esset nimis, canones recensere, qui de vita & honestate clericorum loquuntur, quos Gratianus à distinctione. 25. vsque ad. 50. & 81. compilauit. Sed super omnes consulendus est in libro de sacerdotali dignitate Chrysostronus, qui sacerdotes docet tanto morum intervallo debere reliquo populo antecellere, quanto brutis ouibus rationalem pastorem: imò ceu cœlestes angelos debere inter homines viuere. Tractant enim, tū reliqua sacramenta, tum præsertim sanctissimum corporis & sanguinis Christi, quod angelis tangere non est indultum.

Chrysostr.

Hæretici.

VVitleff.

¶ At verò hæretici fucato religionis prætextu adeo hanc veritatem extollunt, vt infameam falsitatis corrumpant. Enimverò VVitleff vt est videre apud VValdensem secundo Tomo, de sacrament. capit. 3. & 4. & subsequentibus. Et capi. 144. & 145. aiebat, sanctitatem ministrorum ecclesiæ esse necessariam, non solum de præcepto, sed tanquam de essentia sacramenti: ita vt non susceptio sacramenti, sed meritum vitæ in gradu ecclesiastico hominè suscipiat. Quapropter aiebat quod nec malus homo dum sacris initiari contendit, vltum suscipit sacramentum, neque sacerdos, dum est in peccato, sacramenta eucharistiæ conficit aut alia verè administrat. Quem errore secutus est Armachanus libro. 11. capitul. 4. falso dogmatizans, per quodcunq; peccatum mortale amitti omnem potestatem non solum spiritualem, sed etiam civilem. Et ideò inferebat loco citato capitul. 145. VVitleff, quod nisi qui habuerit sanctitatem Petri, non fungitur eius clauibus.

Error Armachani.

2. Conclusio.

¶ Contra hunc autem errorem statuitur secundà conclusio. Quauis honestas vitæ sit in sacerdotibus & alijs ministris: scilicet, diacono & subdiacono necessaria necessitate præcepti: nõ tamen est de necessitate & essentia sacramenti, neq; ad eorum vsum. Imò licet quis in peccato ad susceptionem ordinis accedat, si modò intentione habeat suscipiendi sacramentum, quauis gratiæ beneficio frustretur, nihilominus verum suscipit sacramentum. Et pari ratione si postea in peccato sacramenta administrat, vera confert: conclusio satis art. 1. confirmata est per illud testimonium August. tract. 5. super illud Ioan-

Aug. tract. 5. sup Ioan.

Ioannis. 1. Super quem videris spiritum descendentem, &c. Sacramenta quippe sunt instrumenta Christi, quibus ipse operatur, & ideo nullatenus ex sanctitate & iustitia ministri pendent. Gratia enim tanquam à proprio authore non à ministro, sed à Christo ipso, in quo est gratiæ plenitudo, confertur. Cui ideo suscipiens sacramentum per gratiam assimilatur: minister autem non confert gratiam, nisi conferendo sacramentum, quod quidem per characterem confert, licet gratia careat. Quare perinde malus ac bonus verè baptizat, & consecrat, & absoluit, & ordinat: imò & gratiam confert, si suscipiens obice gratiæ non obstat. Et quauis eundem opponat obicem, verum potest absque gratia suscipere sacramentum, tam ordinis, quàm alia. At verò quoniam hanc veritatem supra distinctione. 1. quæstion. 5. quàm plurimis sanctorum auctoritatibus constabiliuimus: non opus est nos hic amplius morosos esse. Congessit huius nõ nulla testimonia Gratianus. 1. quæstione. 1. ex Hieronymo cano. Sicut Christus, & ex Augustino canon. Intra catholicam. & cano. Omnia sacramenta. & cano. Vt euidenter.

Argumentum contra hæreticos.

Obiectio ex Chrysostr.

Dilutio S. Thom.

Apocal. 5.

¶ Et quando contra istos hæreticos nullum aliud extaret argumentum, hoc vnum pro omnibus satis esset, quod secundum ipsos nihil certi in sacramentorum effectibus haberemus, sed omnia versarentur in ambiguo. Nam cum nemo sciat an minister, à quo sacramenta suscipit, in gratia sit, non fieret certior sacramentum suscepisse, quàm si ab vno quolibet laico susciperet.

¶ Vnum autem testimonium videtur in superficie huic veritati aduersari ex opere imperfecto Homilia. 45. & refertur distinctione. 40. canon. Multi. Multi enim, inquit, sacerdotes, & pauci sacerdotes, multi nomine, & pauci opere. Non omnis sacerdos est sanctus, sed omnis sanctus est sacerdos. Vbi insinuatur, quod qui non est sanctus, non est sacerdos, & quod omnis sanctus, etiam laicus, sit sacerdos. Sed probè Sanctus Thomas impræsentiarum respondet, allusionem illic fieri ad etymologiam nominis sacerdotis: est enim sacerdos idem, quod sacra dans. Et ideo quicumque etiam laicus sanctus, quatenus sacra sua merita amicis communicat, dicitur generali nomine sacerdos, iuxta illud Apocalyp. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Sed tamen sacerdotes sacramentorum ministri, quia non operantur in sua virtute, sed Dei, absque sanctitate possunt sacerdotio fungi impertientes gratiæ de plenitudine Christi.

¶ Dubium ergo ex his emergit. Vtrum quicumque sacris ordinibus in peccato initiatur, mortaliter delinquat, ac perinde sacerdos ille, qui in peccato sacramenta administrat. Hæc autè ter peccet. ambiguitas per ea, quæ dicta sunt, facile diluitur. Enimverò quicumque suscipuerit, omnes septem ordines esse sacramenta gratiam conferentia, dicere subinde cogitur, quod quodcunq; illorum quisque suscipiat in peccato mortali, peccat mortaliter, eo quod opponit obicem gratiæ. Si autem non sint sacramenta, nisi tres ordines sacri, vt à nobis supra dictum est, quauis quispiam alios quatuor ordines minores existens in peccato suscipiat, non peccat mortaliter. Administrare verò sacramenta in peccato mortali, mortale est, eo quod & presbyter ad eorum idoneam administrationem gratiam suscipit, & administratio ipsa sacramenti est actio sanctificans. De functione autem ordinis diaconatus & subdiaconatus supra moderatius locuti sumus. Nam et si eiusmodi ministri per gratiam ad suam functionem sanctificantur, tamen quia ipsæ functiones non sunt sanctificatrices, durum esset, ad peccatum mortale illos adigere, qui extra gratiâ illas exercēt.

Dubij solutio.

Administrare sacramenta in peccato, est mortale.

Questio præfens.

¶ At verò quod articulo præfenti de idoneitate eorum qui sacris sunt ordinibus initiandi, definitur, non est generalis illa dispositio, quæ in suscipiente quodcunq; sacramentum requiritur, ne sacramentalis gratia obicem inueniat, est enim illa quædam actualis preparatio. Sed definitio præfens ad morum habitus attinet. Enimverò quoniam per sacramentum ordinis homo non solum gratiam suscipit, sed ad subliorem statum conscendit, requiritur in eo morum honestas, & virtutum claritas, vt testimonia præcedentia testantur: nempe, vt sit prudens vt, ait, Paul. ornatus, pudicus, &c. Quapropter ad illorum sacramentorum susceptionem nullum prærequiritur examen vitæ, sicuti ad ordinum susceptionem. Debet enim, vt loco citato ad Timotheum, ait, Paul. presbyter & diaconus testimonium habere ab ijs, quæ foris sunt.

¶ Tertia conclusio. Præter morum compositionem, requiritur in suscipiente ordinis scientia & prudentia, quanta sit suo ministerio sufficiens. Probatur, quia cum facultas operandi sit propter vsum, nemini illa permitti debet & concedi, nisi qui ea vti sciuerit: scientia enim est quæ opus dirigit. Hinc fit, quod ad minores ordines suscipiendos satis sit, vt ordinandus legere saltem sciat, & commodè pronunciar: quia eorum munus non est sacram scripturam intelligere. Ad sacros verò ordines ex

3. Conclusio.

Ratio conclusionis.

Diaconi & subdiaconi scientia. Igitur, vt diaconus, & subdiaconus, latine sciat: nempe, vt quæ legit, intelligat, quanuis mysteria non adeo Theologicè calleat. Ad presbyteratum autem aliquanta scripturæ intelligentia exigitur. Sunt enim duæ presbyteri functiones, vna præcipua supra corpus Christi verum, atque altera secundaria supra corpus Christi mysticū. Prima conuenit in vniuersum omnibus sacerdotibus, secunda verò non nisi plebanis. Igitur quando quispiam ad solum priorem actum presbyter ordinatur, vt vsu venit inter religiosos, qui animarum curam non habent, non requiritur alia scientia, quam vt mysterium sacramenti intelligat. Indignè enim perfectò presbyter diuina illa mysteria tractat, quorum sensum & gustum non percipit: neque illum sine aliqua mysteriorum cognitione habere, aut percipere potest.

Solu. 2. ar. ¶ Et per hoc responsum putato ad secundum argumentum. Illi enim sancti eremita, & alij simplices sacerdotes: quia se prorsus ab animarum cura sequestrabant, non multa indigebant scripturarum scientia. Qui verò parocia in pastorem præficitur, debet, vt idoneus habeatur, ea scire, quæ plebi sunt cognita necessaria: nempe, illa quæ sunt de necessitate salutis. Vt videlicet, docere suos subditos sciat si dei articulos, & decalogum, & ordinaria peccata, quæ ei per confessionem deteguntur, & vt poenitentibus salutaria consilia præstare valeat. Etenim vt Malachia. 2. legitur, debet populus de ore sacerdotis legem requirere. Non tamen tenentur eiusmodi presbyteri eo vsque esse Theologi, aut Iurisperiti, vt ardua vel sacræ scripturæ, vel sacrorum canonum penetrent: huiusmodi namque scientia Episcopis, qui sunt maiores sacerdotes, incumbit.

Malach. 2. Et Pari modo admonitio illa. 1. Petri. 3. intelligenda est: vt, scilicet, parati simus semper ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea, quæ in nobis est spe: longè enim altius & perfectius tenetur rationem fidei reddere Episcopus, quam plebanus presbyter. Presbyteris namque satis est, vt arduas causas ad peritiores referant, quos quid eis agendum sit consulant.

1. Petri. 3. ¶ Ad primum igitur argumentum iam responsum est, illum concludere, in peccato mortali verum sacramentum, tum recipi, tum etiam administrari: tametsi tam recipere illo modo, quam administrare, sit peccatum mortale. Neque est par ratio de ministerio corporali, quod Christo in sua persona impendebatur, ac de ministerio spirituali. Et enim quia Christus ceu peccatorum medicus

venerat, non renuebat sed amplectebatur peccatores ad se aduentates. Qui verò in spiritualibus sacramentis ministrat mediatorem agit inter Deum & homines, vt per suum ministerium gratia Deus populo impertiatur. Et ideo digne eiusmodi ministerium, nisi ab eo, qui est in gratia, non exhibetur. Quamquam peccatores ad Christum properantes, & potissimum Magdalena, iam tunc digito Dei tacti accedebant.

Solu. 3. ar. ¶ Ad tertium respondetur, quòd si fieri modo posset, vt sacerdotes ea sanctitate pollerent, qua Diuus Nicolaus, aut alij id genus sancti patres, & populus eo charitatis igne flagraret quo primitiui Christiani, congrueret fortasse vt sacerdotes essent pauperes: tamen cum modo fieri nequeat, vt in tanta clericorum multitudine ea reperiatur sanctimonia, necesse est, vt clerus aliquem honestatis habeat splendorem in victu & vestitu. Imò & aliqua sint clericis præmia decreta, quibus ad literarum studia alliciantur. Ob idque è re ecclesiæ est, vt nemo ad sacros ordines assumatur absque titulo beneficii, aut patrimonij, ne alia incommoda clericatui indigna accidant: nempe, vt tam immodicus sit sacerdotum numerus, vt nequeant nisi mendicitate viuere. Quæ utique ratione vsu iam venit, vt contra gradus dignitatem sacrificiorum elemosynæ augeantur. Imò vt antistites sacerdotibus interdican vili pretio sacrificia offerre, quòd non potest non in magnum scandalum cedere. Nam præterquam quod pro missa, non pretium, sed elemosyna sit eroganda, quæ vt nomen ipsum sonat, libera esse debet, cur non poterit sacerdos etiam gratis pro amico sacrum facere, sicut & aliud beneficium ei impendere? Quòd si gratis, cur non & pro quacunque parua elemosyna? Certè si Augustinus talia mandata audisset, non potuisset non execrari. Est enim mandatum (si vllibi est) iniquum, atque iniquius si sententiam excommunicationis habeat annexam. Quare nullus sacerdotum ei parere tenetur. Satis enim esset admonere populum, vt in victum sacerdotum largiores pro sacrificijs erogaret elemosynas. Sed dicunt episcopi. Nequeunt sacerdotes minori subsidio sustentari. Hi vellem tria responsa adnotarent. Primum: quòd decima, sacerdotia, & beneficia in alimentum sacerdotum sufficiunt, quare si illi, qui fructus deuorant, residerent quæcunque elemosynæ sufficerent, sed quia eiusmodi beneficia absque vlla residentia perinde ac propria patrimonija possident, ac subinde ecclesias


Ecclesie decoris inter- est ne ullus ordinetur citra beneficiū, aut congruens patrimonij. Contra episcopos qui prohibent ne sacerdotes minori pretio sacra peragant.

Episcoporum obiectio. Primum responsum. Nota.

Q V A E S T I O S E - cunda, De potestate ecclesiastica & exemptione clericorum.

A R T I C V L V S I.

Utrum potestas ecclesiastica sit hac ratione suprema, vt civilis ab ea, tanquam eius delegata, pendeat.



Peræpretium duximus in calce huius materiæ ordinum de potestate ecclesiastica respectu civilis quæstionem adhibere in duos articulos distinctam. Quorum primus sit, vtum potestas ecclesiastica sit hac ratione suprema, vt civilis ab illa tanquam eius delegata dependeat. Arguitur enim à parte affirmatiua. Christus ecclesiam ceu optimam rempublicam instituit: optima verò ea respublica est, quæ instar regni vnico summo capite gubernatur, vt 3. Politi. author est Philosophus: summum verò caput esse non potest in ecclesia, nisi potestas civilis sit prorsus ecclesiasticæ subiecta, vt Papa sit dominus omnium tam temporalium quam spiritualium. Alioqui duo essent capita, quod. 1. 2. Meta. idem reprobat Philosophus. Et confirmatur ex illo ad Roman. 1. 2. & 1. Corinth. 1. 2. vbi Paulus ait, Christianos omnes esse vnum corpus ex diuersis membris constans: vnus namque corporis, ne sit monstrum, vnicum debet esse caput. Quod exemplo apum Hieronymus declarat canon. In apibus 71. quæst. 1.

¶ Secundò arguitur. Christus illam potestatem suo vicario reliquit, quam ipse habuit: ipse autem etiam in quantum homo non solum fuit Dominus regni cælorum in spiritualibus, verum etiam rex temporalium: ait quippe Ioã. vltim. Mihi data est omnis potestas in cælo & in terra: quare in Apocalypsi cap. 18. pronuntiatur Rex regum, & Dominus dominatum. ¶ Tertio, id è iure canonico colligitur: nam à quocūque iudice seculari in quacūque causa potest ad sedem apostolicam appellari. 1. 1. quæst. 1. c. a. Quicūque litè. & potest Papa depone reges: nã Zacharias Papa regem Francorū tãq̃ regno inutilè deposuit. 1. 5. q. 6. can. Alius.

2. Argum.

3. Argum.

clenas proprio patrimonio, quod sacerdotum stipendium erat, expoliât, in causa sunt vt mercenarij mendicatis elemosynis cogatur viuere, & omnium literarum ignari seruitio ecclesiarum deputentur, quarum fructibus alijs impinguantur, qui cum non laborant, nec manducare vt ait, Apostolus, deberent. Secundum est quòd episcopi iure prohibiti sunt quæquam ad sacros ordines admittere, nisi beneficium habeat, vel patrimonium, quo sustentari possit. Huius autem prohibitionis nullam ferè rationem habent. Quare cum sua sit culpa, qui mendicos ordinant, pergunt onus imponere populo, qui illos, ac si decimas non soluerent, insuper alant. Sed accipe tertium, cum absque villo ferè examine & delectu quolibet ad clericatus ordines suscipiant, fecerunt iam presbyteratum merum officium de panelucrando. Quocirca non pro deuotione ordinis, sed vt ociosos in clericatu, quam in alijs opificijs viuant, ordinantur. Quæ ratione numerus pauperum sacerdotum adeo creuit, vt ecclesiæ nullum adferant decorem, sed populo multum oneris.

Secundum. Nota.

Tertium. Nota.

Solu. 4. ar.

¶ Ad quartum respondetur, concessio mortale esse episcopo peccatū eos ordinare, qui prorsus indigni sunt. Conqueritur enim Christus in euangelio. Matthæi. 24. dicens. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mēsuram? Episcopus ergo, qui nomine Dei indignos constituit in ecclesia, Deo cum primis infidelis est, atq; adeo iniurius ecclesiæ: quippe cuius decus & honor per indignos ministros multum denigratur, multumque subinde detrimenti huiusmodi homines, non per ostium, sed aliunde intrantes ecclesiæ adferunt, cum tamen ordinandorum dignitas non sit de iure tātum positio, vt ætas & monogamia, sed (vt monstratum est) de iure diuino. At verò huius calamitatis remedium sermèiam desperatum est,

Ordinatio rû dignitas de iure diuino est.

Suscipiēs sacra mēta ab indignis.

¶ Ad quintum denique respondetur, concessio peccatum esse mortale sacramenta in peccato administrare. De recipientibus autem ab indignis sacerdotibus, & præsertim à precisis, latè diximus distinctione. 1. q. 5. artic. 6. & latius d. 22. q. 1. ar. 4. quibus in locis constitutionem Concilij Constantinensis explicuimus.

& Innocentius Fredericum, dist. 96. can. Duo sunt. ¶ In contrarium autem est authoritas Pelagij Papæ eod. citato can. Duo sunt, vbi, ait, Duo sunt, Imperator Auguste, quibus hic regitur mūdus, authoritas sacra Pōtificū, & regalis potestas. ¶ De hac lite, vt libr. 2. ca. 113. ait, Turre Cremata, duæ sunt e diametro distantes opiniones, inter quas media est tanq̄ catholica cōstituenda. Sunt et enim qui eo studio, & (vt putant) religionis zelo, extollere contendunt dignitatem apostolicam, vt arbitrentur Romanum Pontificem summum iudicem tam in temporalibus, q̄ spiritualibus, atq̄ue adeo ad ipsum pertinere reges ac principes seculares instituire, qui ideo sunt sicut eius vicarij de legati. Hanc opinionem exhibet Augustinus de Anchona in tract. de potesta. ecclesi. quem Syluester verbo. Papa. §. 2. secutus est. Cuius etiam patronus fuit Panormitanus, atq̄ue alij iuris peritorum complures. Alij in alterum extremum collapsi omnem prorsus temporalem potestatem summo Pontifici detrahunt. Imò in temporalibus ciuili omnino potestati subiiciunt, neq; vllam clericorum exemptionem iure diuino permittunt. De qua hæresi sequenti articulo copiosius dicturi sumus.

¶ Ad quæstionem ergo præsentem quinque conclusionibus respondetur. Prima. Potestas ecclesiastica & ciuilis sunt duæ distinctæ. Assertio est Pelagij citato can. Duo sunt. At quia materia hæc ad ius diuinum attinet, ex testimonijs scripturæ sacræ est colligenda. Nam quia (vt bona uenia dixerim) interpretibus sacrorum canonum non datum est de iure diuino & naturali ad amussim tractare, nil mirum si impræsentiarum hallucinentur. Canon enim sacri, qui hac de re loquuntur, per sacram scripturam, ex qua collecti sunt, veniunt elucidandi. Probat ergo conclusio. Potestas & artes, vt. 2. Ethic. author est Philosophus, per actiones differunt, & actiones per obiecta & fines, quò actiones diriguntur: sed in corpore mystico Christiano sunt duo fines, vnus, naturalis, quò ciuilis administratio tendit: nempe, pax & tranquillitas reipublicæ: & alter supranaturalis, qui in diuino conspectu possidetur, quem vti, ait, Paulus, neq; oculus vidit, neq; auris audiuit: ergo sunt potestates diuersæ ad illos consequendos. Ratio est Hugonis part. 2. de sacrament. vbi, ait, q̄ cum duæ sint vitæ, vna terrena & altera spiritualis, vt vtraq; in iustitia diuerunt, & vtilitas proueniat, necessaria est duplex potestas ad conseruationem iustitiæ: vna, quæ præsit terrenis ad gubernandam ciuilem vitam, atq; altera, quæ

Decisio articuli.

1. Opinio.

August. de Anchona. Syluester.

2. Opinio.

1. Conclusio.

Ratio conclusio.

Ratio. 2.

præsit spiritualibus ad componendam vitam spiritualem. Eadem autem veritas secundo probatur. Potestas ecclesiastica est facultas clauium regni cœlorum, vt patet Matth. 16. & 18. ac perinde remissionis peccatorum, vt habetur Ioan. 20. & insuper potestas consecrandi corpus Christi verum & sanguinem: hæc autem facultas non est potestati ciuili cōcessa: duæ sunt ergo potestates. Tertio, quia, ad promouendos homines ad huiusmodi fines diuersæ sunt leges, respectu, scilicet, temporalis finis leges prorsus humanæ & ciuiles, sed respectu supranaturalis adhibita etiam sunt supranaturalia mandata sacramentorum: item & diuersi sunt gradus: scilicet, diuersa supplicia: nam supplicia ciuilia gladio temporali: nempe, corporis morte cōsumuntur, neque ulterius protenduntur: potestas autem ecclesiastica gladio insuper spirituali vtitur: videlicet, ex communicatione, atq̄ue alijs censuris. Quarto denique. Potestas spiritualis ad animas proximè refertur, cui & diuinas leges scrutari & consulere incumbit, & circa diuinum cultum versatur, atq; adeo pontifices & sacerdotes instituit, quæ quidem munera regibus non competunt, sed iura imperatorum tractare, creare prætores atq̄ue alios magistratus: sunt ergo hierarchiæ diuersæ, atq; adeo diuersæ potestates. Adde q̄ non solum in lege Moysæ, verum & in lege naturæ diuersi erant sacerdotes ab alijs magistratibus, penes quos summa religionis ac diuini cultus posita erat. Nam vt dist. 1. q. 2. monstrauimus, in omni lege fuit semper aliqua reuelatio fidei supranaturalis necessaria, quæ cultū Dei necessarium monstrabat. Quin verò & in statu naturæ integræ istæ duæ potestates floruisse, tametsi illic nulla fuissent, sacramenta necessaria. At non est præsentis loci fusiushoc diducere.

¶ Sed arguat quis forsitan in contrarium. Finis ciuilis reipublicæ est, vt eodē loco author est Aristot. bonos facere ciues, ac bene institutos: bonus autē non est nisi qui Dei fuerit amicus, quæ quidē amicitia sufficit ad vitam æternam: vnde colligitur iura ciuilia sufficere ad cōsecutionē vitæ æternæ. Et cōfirmatur ex illo Matth. 22. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, vbi sermo fiebat de mandatis naturæ. Non occides, Non furtum facies, &c. quod si verum habet, non plures, sed vnus est finis ciuilis & ecclesiasticæ potestatis, atq̄ue adeo vna potestas. Atqui hinc hæretici huius tēpestatis colligunt penes Reges & ciuilem reipublicam spiritualem potestatem vnā cum ciuili sitam esse. Quæ quidem hæresis, vt est inter omnes nuperrima nunq̄ vsq; ad nostra secula audita, ita est pestilentissima.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

Ratio. 5.

Obiectio.

Matth. 22

Dilutio.

Obiectio.

Dilutio.

Sapient. 7.

1. Cor. 7.

2. Conclusio.

Innoc.

¶ Respondeatur ergo, quòd etsi madata iuris naturalis & ciuilis ad cōsecutionem æternæ felicitatis referantur, nō tamen sunt ad illum affequendum sufficiētia: nam vbi, ait Aristoteles, principis propositum esse facere ciues bonos, de bonitate dūtaxat morali loquebatur, officia verò moralia non sufficiunt ad amicitiam Dei sine charitate infusa, sine qua scilicet, nullus dicitur aut est bonus neq; vllum opus bonum. Quare supra legem naturalem & ciuilem requiritur cum primis auxilium speciale Dei, & sacramentorum leges, quæ sunt supranaturales: nam nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei: & nisi manducaueritis, inquit, carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Hæc ergo potestas exelior est ciuili, quā Christus dñs suo cum primis vicario ac per ipsum ecclesiæ concedidit.

¶ Quòd si rursus scisciteris, nunquid Deus per vnicam potestatem, perque vnicum caput poterat ambas comprehendere: vt scilicet, rex (quæ admodum apud Anglos nuper opinatum est) vniuersa tam ad diuinum cultum, quàm ad ciuilem reipublicam spectatā administraret, vel Papa solus vtrumque faceret? Respondeatur de potestate absoluta Dei nihil nos disputare, tamē quia, vt Sapient. 7. legitur, disponit omnia sua viter: & sapiētia, vt Metaphys. ait Aristot. est omnia secundum suos fines disposita & appositè ordinare, & gubernare, non fuit condecens tam diuersa officia vni soli potestati committere: sunt enim ecclesiastica & ciuilis administrationes per quàm variæ: quippe quarū vna per magistratus seculares, qui vxores habent & liberos administratur: altera verò non est, nisi viris ab onere vxorio liberis, consentanea: nam vt ait. 1. Cor. 7. Apostolus, qui vxorē habet, querit quomodo placeat vxori, & qui absque vxore sunt, quomodo placeant Deo. Si ergo eadem potestas penes eundem esset supremum gubernatorem, nō possent, nō omnia esse cōfusa, atque adeo multis periculis subiecta. Quare fuit vtiq̄ue necessarium, vt rebus tam diuersis diuersa capita decernerentur, & esset ecclesia sicut regina à dextris principis sedēs circumamicta varietate, & corpus Christi mysticum, vt. 1. Cor. 10. ait, Paulus, ex varijs mēbris compactum.

¶ Secunda conclusio. Potestas spiritualis præstantior est ciuili. Conclusionem hæc nomina per se ipsa declarant, vt capit. Solitæ. de maior. & obediē. autor est Innocentius. Re-

prehendit enim illic Pontifex Cōstantinopolitanum Imperatorem, qui propter illud testimonium. 1. Petri. 2. Subiecti estote omni humanae creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictā, &c. opinabatur regiā potestatem cæteris præcellere. Reprehēdit, in quā, obijciens, illic Apostolum solum significare præcellentiam Regum in temporalibus respectu ducum & aliorum, qui ab illis illa recipiūt. Sed nihilominus pontifex in spiritualibus antecellit, quæ tanto sunt tēporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori. Itaque sicut anima corporis est viuificatrix, & spiritus corporis dux: ita & spiritualis potestas debet temporalibus præeminere. Cui & aliam similitudinem aptissimam subiecit, quòd Deus pontificalem & regalem authoritates instituit, veluti duo luminaria magna, nempe, solem & lunam, sicut enim sol præest diei, ita & Pontifex spiritualibus: & sicut luna præest nocti, ita & rex temporalibus, quæ noctis imaginem præferunt. Adde quòd sicut luna à sole, ita & ab spirituali potestate ciuilis recipit lumen: nam sic rex temporalia regere debet, & gubernare, vt spirituali religioni subseruiat.

¶ Secundo id probatur ex fine vtriusque potestatis: nā vt. 1. Ethic. author est Philosophus qualis est ordo inter fines, talis est inter facultates & artes, quæ illos habent propositos fines. Ob id enim equestris ars præstantior est frænifactoria, & nautica superior arte extruendarum nauium, quòd fines illorum sunt finibus istarum superiores: & ideo equestris præcipit frænifactoriæ qualiter debeat frænifactor breuifacere, & nautica nauium factoriæ qualiter debeat nauim conficere: cum ergo finis spiritualis potestatis sit, vt diximus, sempiterna beatitudo, & finis potestatis secularis sit tranquillus status reipublicæ, qui ad illam supernā beatitudinem refertur, sit vt ecclesiastica potestas sublimior sit.

¶ Exemplo id præterea confirmatur Pauli ad Hebræ. 7. vbi probat, quòd sacerdos Melchisedec superior fuit, quàm secularis Abraham, propterea quod, vt legitur Genes. 14. Melchisedec Abrahamum benedixit, & sine dubio maior, inquit, est, qui benedixit, quàm qui benedicatur.

¶ Tertia conclusio. Excellētia potestatis ecclesiasticæ respectu ciuilis nō est huius rationis, vt papa dñs totius orbis in tēporalibus. Nō loquimur de peculiari regno, si Pōtifex Maximus earū vrbium & prouinciarum, quarū habet in temporalibus supremum dominium, verè sit rex tempo-

1. Pet. 2.

Similitudo optima.

Ratio. 2.

3. Conclusio.

Ratio conclusio.

temporalis, cum in illis nullum in terris superiorum agnoscat. Hoc enim adeo non inficiamus, ut fateamur, ad eius munimen & splendorem pertinere. Sed de vniuersali regno orbis, aut totius, aut Christiani. Conclusio haec ex prima conuenit: nam si Papa esset supremus dominus omnium, non essent duae potestates, sed una: tunc enim sicut antistites omnes subduntur pontifici summo, & duces regi, eadem ratione & forma reges subderentur Pontifici maximo, ab illoque prorsus eodem modo penderent: quare sicut tota potestas ecclesiastica est una, & tota civilis una, pari modo tunc ambae simul essent una.

Fundamentum conclusionum.

¶ Quod autem conclusio haec & subsequentes per primum earum fundamentum elucescant, adnotandum est, non aliam Christum suo vicario reliquisse potestatem, quam ipse inquam homo, orbisque redemptor accepit: nullum tamen regnum temporale assumpsit, sed illud rerum temporalium praecipuum dominium, quod ad finem redemptionis erat necessarium. Dixerim, in quantum homo: non quatenus Deus erat, vniuersis mortalibus nedom Christianis; confesissimum est & receptissimum iure creationis absolutum esse orbis dominum & regem. Domini enim, ut est in psalmo, est terra & plenitudo eius: & ut legitur Sapientiae. 8. per ipsum reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Quare Ioan. Faber qui deper legem. Cunctos populos. C. de summa maiestate. adstruere contendit Christum fuisse regem, quia erat Deus, nihil ad rem attulit. Disputamus enim de ipso, qua ratione homo est. At qui in quantum homo poterat quidem, si voluisset, vniuersale dominium orbis ab antiquo seculare accipere. Sed tamen, quod nos asserimus, est, non accepisse eiusmodi dominum & regnum, sed solum spirituale, & de temporalibus quantum ad illud erat necessarium. Est enim spirituale regnum illud, quod supra diximus habere pro fine proximo vitam aeternam: & temporale illud, quod circa pacificum Reipublicae statum versatur. Probatur ergo primo regni Christi temporalis: igitur vanum est, ne dicam temerarium, illud asserere: quoniam re tanti momenti, si vera esset, nunquam euangelistae siluissent: solum autem meminerunt de spirituali, quod appellatur regnum caelorum. Quare prothema praedicationis praecursoris Ioannis ac subinde Christi fuit Matth. 4. Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum, & Matth. 5. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum caelorum. Atque id ge-

Sapient. 8.

Ratio primae conclusionis.

Matthae. 4.

nus plura. ¶ Secundo id plana ratione confirmatur. Christus, qui cum Deus esset, ut ait, David, bonorum nostrorum non egebat, humanitatem nostram sola ea ratione & fine induit, ut nostram redemptionem perficeret: haec enim ratione, & fidem nobis praedicauit, & leges instituit, & apostolos, ac Pontifices creauit, qui nostri essent pastores, ut ad illam nos beatitudinem perducerent: haec enim est regni caelorum facultas: ergo cum Christus nihil superfluum assumpserit, & potestas temporalis regni, quam late & absolute patet in regibus secularibus, ad illum finem non fuerit illi necessaria, consequens fit, ut neutiquam illam assumpserit. ¶ Sed aiunt patroni contrariae sententiae, potestatem regiam totius orbis Christum propter suam eximiam excellentiam & dignitatem usurpasse. Veruntamen in contrarium stat ratio, quod hoc minime ad eandem eius excellentiam pertinebat. Quae etenim rogo honoris accessio fieret Christo cum per se ipse Deus esset, & in quantum homo rex etiam regni caelorum, si temporalia dominia & regna, hoc est, eorum potestatem assumpserit? Profecto nulla. Quin verò longe altius eius maiestas inde commendatur, quod praeter id, quod ad suum ipsius munus erat necessarium, totum mundum despectui habuit: nam in paupertate vixit, & humiles abiectosque; in apostolos elegit, & contra mundi gloriam & pompam semper praedicauit: paupertatemque; humilitatem, & mundi abrenunciationem, tum docuit, tum & laudibus extulit. Quae quidem vita post lapsum Adae optima est, & paucioribus periculis peruia. Vnde Paul. ad Philippen. 3. Haec omnia tanquam stercora arbitrat. ¶ Tercio arguitur. Nunquam Christus munere hoc regiae potestatis functus est, immo semper se ab huiusmodi usu subtraxit, quod contrariae opinionis fautores fatentur, quia diffiteri nequeunt: nam ut ipse de se, ait, Ioan. 3. Non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Et quando adultera illa ei delata fuit, cuius causam iudicaret, nullam sententiam, ut iudex tulit, qua illam vel condemnaret vel absolueret, sed tantum ius naturale ac diuinum explicuit, Qui sine peccato est vestrum, primum in eam lapidem mittat. Et quando numisma census illi oblatum fuit, noluit se iudicem exhibere, deberetur ne Caesari tributum nec ne, sed illud eorum iudicio reliquit: ius duntaxat naturale & diuinum commendans, ut si quid Caesari deberetur, ei solueretur, sicut & Deo quod suum est. Et quando alij eum conuenerunt, ut inter ipsos iudex

Ratio. 2.

Obiectio.

Dilatio.

Ratio. 3.

Ioan. 3.

Matth. 3.

Luc. 12.

Luc. 12. iudex sederet, minus illud detraxit dicens. Quis me constituit iudicem inter vos? igitur si nunquam regis munere functus fuit, fit ut neque talem potestatem assumpserit: nam superuacanea est & vana potestas, quae nunquam reductur in actum. Oculum enim vel auditum nullam dignitatem homini adiungeret, nisi propter usum. Quare si Christus nunquam illa potestate erat usurus, nulla ei inde accrescebat dignitas. Adde quod cum potentia per actum innotescat, si euangelium nos docet nullum habuisse vel usum vel splendorem regiae potestatis, absque fundamento asseritur illam assumpsisse. Nam si propter suam dignitatem illam accepisset, debuisset illam per usum hominibus propalare. Id quod ab eius proposito tantum abfuit, ut quando eum turbare in regem eligere adornabatur, se se eorum conatui subduxerit. Fuit ergo commentum est lepida illa quorundam cogitatio dicentium in Christo fuisse potentiam regiam, non autem usum.

4. Argum. Quattro etiā nū euidentius arguitur. Christus, ut euangelico testimonio docemur, non fuit nisi rex Iudaeorum: rex autem Iudaeorum non erat futurus rex temporalium bonorum, sed spiritualis sempiternaeque hereditatis: ergo non fuit rex in temporalibus, ut sunt seculares reges. Hoc planè confirmatur ex illo Ioan. 18. ubi cum de hoc ipsum coram Pilato accusasset, quod regem se fecisset, interrogatus à praefecto an rex esset, sciscitatus est vicissim eum utrum à se ipso id diceret, an verò alij id dixissent de illo: ac si quereretur, de quo nā regno id intelligeret: de illo ne seculari quo Romani & ceteri gentium regnāt, an de alio altiori? Et cum Pilatus respondisset, non à se, sed relatione gentis Iudaeae id dixisset: concedens Christus illum ipsum se esse regem quem illi expectabant, adiecit, regnum suum non esse de hoc mundo: hoc est, illius generis, cuius sunt regna temporalia & caduca. Quapropter praefectus mysterium illud non intelligens eum ab obiecto crimine absoluit. Et postmodum quasi spiritu prophetico epitaphium illud cruci affixit, Iesus Nazarenus rex Iudaeorum.

Testimonia prophetarum. ¶ Quod si prisca prophetarum vaticinia consulamus, id palam manifestat. Ait enim ipse per prophetam psalmo. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo (hoc est, à Deo super Sion montem sanctum eius (nepe super ecclesiam) praedicās praecipuum eius. Ecce regnum eius in sola fidei praedicatione constituisse regni caelestis. Cui & ipse. Matth. 28. consonat ubi ait. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: eum ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.

Ioan. 18.

Testimonia prophetarum.

Matth. 28.

vbi potestatem non aliam sibi datam affirmat, quam quae ad regnum caeleste pertinebat. Et Hieremiae. 23. Ecce dies veniet, dicit Dominus & suscitabo David germē iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. In diebus illis saluabitur Iuda: hoc est, solum erit rex ad saluandum Iudaeam. Et Esaiæ. 9. Super solium David, & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud a modo in seipsum. Sic enim ait, David de sua prole psalmo. 144. Regnum tuum; regnum omnium seculorum: quia non finitur ut seculare per elapsam mortalis vitae, sed absque interpollatione durat in aeternum. Atqui hoc ipsum exposuit angelus ad Mariam dicens, Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. ¶ Quod autem alij fingunt fuisse regem iure paterno: quia Ioseph descendit à Davide per Salomonem, & beata virgo per Nathan, nihil ad rem, Primum, quia illud non erat regnum nisi peculiare illius provinciae: loquimur autem de regno vniuersali totius orbis. Deinde quod regnum illud temporale Davidis in Sedechia prorsus extinctum fuit iuxta prophetiam Hieremie. 22. vt. 4. Reg. 24. scriptum est. Vnde Ambrosius lib. 3. super Lucam ait, quod licet Christus rex à Ieconia descenderit, cui cominatum est per prophetam, neminem suae sobolis futurum regem, nulla tamē, (inquit,) est contradictio: quia non regnavit seculari honore, neque sedit in sede Ieconiae, sed in sede David. Imò licet Ieconiae sedit in sede David, non tamē in eadem, qua Christus: quippe qui regnum habuit aeternum, quale neque David ipse habuit.

¶ Postremò denique eadem veritas omnium sanctorum patrum testimonio confirmatur, qui bus res fuit semper indubitata, non aliud Christum assumpsisse regnum, quam spirituale caelorum. Vnde Aug. lib. 83. q. 61. & vbilibet de hac re differit, non ait, nisi quod Iesus Christus fuerit rex noster, eo quod nobis pugnandi & vincendi monstrauit exemplum, cuius ducatu ab Aegypto liberamur, & in caelestem Hierusalem, tamquam in terram promissionis, introducimur.

¶ Quod si quispiam nobis D. Thom. obiecerit opusculo. 20. lib. 3. capit. 3. vbi contrarium nonnullis apparet docuisse opinionem, reipōdetur, quod nemini eum attentè inspicenti talis fuisse opinionis apparebit. Id enim tantum illic constituit, quod Christus fuerit monarcha totius vniuersi. Id quod ex illo psal. 8. deduxit. Omnia subieci sub pedibus eius, & ex illo Malactie, Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen eius. Haec autem testimonia solum de regno suo caelesti intelliguntur, cuius respu-

Hiere. 23.

Esai. 9.

Psal. 4.

Christus an fuerit rex iure paterno.

Hiere. 22.

Sanctorum testimonium.

Augustin.

Obiectio.

Dilatio.

Psal. 8.

ctu

S. Thom. Etia omnia sunt illi subiecta. Quod ipse Sanct. Thom. fatetur subdens, dominium illud, & regnum Christi ad salutem animae ordinari, & ad spiritualia bona, licet a temporalibus, inquit, non excludatur eo modo, quo ad spiritualia ordinatur. Non ergo affirmat fuisse regem in temporalibus nisi praecise in ordine ad spiritualia. Et ita sunt intelligenda postrema eius verba in 2. sententiarum.

Burgensis. ¶ Burgensis vero additione .3. super primum cap. Matth. contraria commiscitur opinionem: nempe, fuisse regem in temporalibus. Tametsi fateatur ex prophetarum vaticinijs minimè colligi: quippe qui non nisi regnum aeternum illi adscribunt. Sed, ait, quia Iudaei expectabant eum fore regem etiam temporalem, ordinavit Deus, ut eadem quoque Christus haberet dignitatem. Est autem coniectura haec adeo tenuis, ut potius nostram confirmet sententiam. Existimatio enim illa Iudaeorum falsa erat & erronea: nam praeter testimonia citata habebat illud clarum Zachariae, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, quo docebatur absque regia pompa venturum. Non ergo decuit, ut propter illam errorem Christus regnum assumeret temporale.

Burgensis coniecturalis.

Zacharias. ¶ Boni consulat lector si hoc veritatis fundamentum tam multis confirmaverim. Ex quo iam ad confirmationem tertiae conclusionis posita revertamur. Enimvero quantum Christus regnum temporale simpliciter assumpsisset: non tamen inde fieret protinus consequens, ut parem potestatem suo vicario commisisset, nam dicere possemus illud ad potestatem eius excellentiae attinuisse, ut sacramenta institueret, & absque illis gratiam conferre, quod munus papae non commisit. At cum neque ipse huiusmodi regiam potestatem assumpsisset, planissimum est, neque illam suo contulisse vicario.

Cōfirmatio tertiae conclusionis. ¶ Sed praeterea eadem ex illo veritas elucescit, quod Christus, ait, Matth. 20. & Lucae. 22. Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos: non ita erit inter vos. Sed qui maior est inter vos (nempe Petrus, qui futurus erat ecclesiae caput) sit sicut minister vester, Filius enim hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam dare in redemptionem pro multis. Quem locum Bernardus lib. 2. de consideratione ad Eugenium inducens, ait. Nam quid tibi aliud dimisit Apostolus? Quod autem, inquit, habeo, hoc tibi do. Quid illud? vnum scio, non est aurum nec argentum. Esto ut alia quacunque ratione hoc tibi vendices, sed non Apostolico iure: nec enim ille tibi dare quod non ha-

Alia confirmatio. ¶ Sed praeterea eadem ex illo veritas elucescit, quod Christus, ait, Matth. 20. & Lucae. 22. Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos: non ita erit inter vos. Sed qui maior est inter vos (nempe Petrus, qui futurus erat ecclesiae caput) sit sicut minister vester, Filius enim hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam dare in redemptionem pro multis. Quem locum Bernardus lib. 2. de consideratione ad Eugenium inducens, ait. Nam quid tibi aliud dimisit Apostolus? Quod autem, inquit, habeo, hoc tibi do. Quid illud? vnum scio, non est aurum nec argentum. Esto ut alia quacunque ratione hoc tibi vendices, sed non Apostolico iure: nec enim ille tibi dare quod non ha-

Bernard. lib. 2. de cōsideratione ad Eugenium.

buit, potuit: quod habuit dedit, sollicitudinem (ut dixit) super ecclesiam. Nunquid dominationem mundi? Ipsum audi. Nec dominantes inquit, in clero, sed forma facti gregis. Et ne forte putes sola humilitate dictum, non etiam in veritate, vox domini in euangelio est, Principes gentium dominantur, &c. Planè apostolis interdicitur dominatus. Quomodo tu & tibi usurpare audes, aut dominans apostolatam, aut apostolus dominatum? planè ab alterutro prohiberis. Si vtrumque simul habere voles, perdes vtrumque, alioqui non te exceptum illorum numero putes. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoni. Forma apostolica haec est. Dominatio interdicitur, indicitur ministratio. Et infra, Exi in agrum, ager mundus est: exi non tanquam dominus, sed tanquam villicus, Haec ille. Non potuit Christus Bernardo interprete, luculentius hoc temporale dominium ab apostolis abalienare. Quare figmentum est dicere papam habere potentiam huius dominij absque usu. Multo enim efficacius de illo, quam de Christo arguitur, frustraneam esse potentiam, quae non potest reduci ad actum.

Argumen. ¶ Item. Si talem potestatem haberet, posset etiam papa citra iniuriam principum iurisdictionem usurpare, atque reges, etiam extra causas fidei amovere, & instituire: quod certe sanctissimi pontifices, quidquid assentatores eius affirmauerint, nunquam attentare audebant. Agnoscit enim Innocent. citato can. Duo sunt, duas esse potestates distinctas imperatoris & papae. Neque aliam tribuit papae super reges quam pastoris, ut illos possit excommunicare, & causa fidei, amovere. Et can. Si Imperator, ait. Imperatorè privilegia habere suae potestatis, quae administrandis legibus publicis diuinitus consecutus est. Et capit. Per venerabilem, qui filij sint legitimi, ingenue fatetur, se non habere potestatem in temporalibus super regem franciae. Et quicquid alij somniant, id de omnibus regibus intelligit. Et can. Cum ad verum, Nicolaus expressè, ait, quod nec imperator iura pontificatus unquam arripuit, nec pontifex nomen Imperatorum usurpavit: quoniam mediator Dei & hominum homo Christus Iesus actibus proprijs & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit.

Cōfirmatio. ¶ Haec praeterea patentius confirmant. Administrationes reipublicae ecclesiasticae & civilis adeo sunt diuersae, ut ecclesiastica per negotia secularia maximè impediatur: quapropter omnia canonica iura clericalem ordinem, ne se negotijs secularibus implicet, instanter admonet. Quam

Quam ob rem iustissimum fuit, ut à re uxoria essent alienissimi, ut ait Pau. qui uxores habet, quaerunt quomodo placeant uxori. Qua utique de causa cod. can. Nicolaus, ait, quod sicut imperator non debet se diuinis negotijs immiscere, ita nec papa, Deo militans, secularibus negotijs, implicari, ne non diuinis rebus, sed secularibus praesidere videatur.

Aliud arg. ¶ Sed ut patetiora etiam haec fiant, rursus, arguitur. Potestas tam civilis quam ecclesiastica diuinitus est instituta: non est enim potestas, ut ad Rom. 3. ait, Apostolus, nisi à Deo: quae autem sunt à Deo ordinata sunt: & ideo qui potestati resistit siue civili, siue ecclesiasticae, ordinationi Dei resistit. Diuersimodè tamen Deus sapienter eas disposuit: civilem enim potestatem per ius naturae, cuius ipse autor est, unicuique Reipublicae cōcessit, ut lib. 4. de Iustit. & iure quaest. 4. ar. 1. copiosè monstrauimus: cuiusque enim reipublicae sua ipsius gubernatio competit, veluti rebus vniuersis sua ipsarum conseruatio: videlicet, ut se vel optimatum potentia, vel populari regat, aut regali: quare suapte sponte in principem omne suum imperium & potestatem transtulit, ut lib. 1. Quod principi de constitutio principum, aff. legitur. Ecclesiasticam verò potestatem Christus per se suo vicario contulit: Regia ergo potestas à Deo per rem publicam deriuatur: in quo sensu illud Sapien. 8. intelligitur, Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: sed potestas ecclesiastica & euangelica à Christo est Petro collata: non ergo aut Petro, aut eius successoribus seculari regnorum dominia simpliciter commissa sunt.

Aliud arg. ¶ Ad haec deinde manifestè arguitur. Lex fidei legem naturae non destruit, sed perficit: lege autem naturae, & gentium, quae ab aeterna Dei lege deriuantur ante aduentum Christi nominabatur reges: vnde Dauid. 2. legitur, Deum caeli imperium & regnum Nabuchodonosor tradidisse: & Pilato respondit Christus, Nul lam in me haberes potestatem, nisi tibi data esset desuper: regna ergo Christus non mutauit: vnde eodem loco ad Rom. Apostolus, vniuersim de potentatibus etiam infidelium loquens, Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit: quibus & tributa praestare admonet. & 1. Pet. 2. iubet Christianis vniuersis Petrò, ut subiecti sint omni humanae creaturae propter Dominum, siue regi, inquit, tanquam praecellenti. Et infra. Serui subditi estote in omni timore dominis, non solum bonis & modestis, sed etiam discolis: vnde colligitur, quod etiam infidelibus regibus, quoad usque periculo fidei & iniuria saluatoris regnant, pa-

Nota.

rere debeant Christiani: multo ergo liberius Christianorum reges per se suis funguntur potestibus independentes à papa, quoad nullam fidei iniuriam irrogant.

¶ Est ergo merum commentum sic papam dominum constituere ordinarium regnorum temporalium, & regum, uti est supremus iudex rerum praetoriarumque ecclesiae, aut sicut secularis rex suorum est ducum, & comitum, & aliorum magnatum iudex. Quare neque omnes iurisprudentes illa intincti sunt opinione. Nam Ioan. And. Hugo, atque alij nobiscum sentiunt. Neque Syluester contrariae debuisset adherere sententiae, cum D. Thomas (cuius ille discipulus agit) quavis fuerit sedis apostolicae studio summas protector, nullibi tale commentum reliquerit.

Opin. alia. ¶ Ea propter minori etiam probabilitatis argumento adstruit praefati patroni illius opinionis, donationem factam Syluestro à Constantino (si qua fuit) vel à Philippo Cesare, non fuisse donationem, sed restitutionem. Quin uero vice versa Syluestrum bono pacis orientale imperium Constantino donasse. Item quod Papa, si non utitur administratione bonorum temporalium in toto orbe Christiano, non est defectu potestatis, qua reuera pollet, sed propter confirmandum cum filijs tranquillitatem & pacem. Nil ergo mirum si alij cordatiores, ceu nugamenta haec respuant. Si enim simpliciter & absolute ius haberet omnium temporalium, citra iniuriam posset habere usum, quod nemo illorum fateri audeat.

4. Conclusio. ¶ Quarta conclusio. Non solum Papa non est dominus temporalium regnorum, imò nec sic superior, ut reges possit instituire: dicere enim quisquam forte posset, quod quauis non sit dominus simpliciter temporalium regnorum, potest tamè via ordinaria reges vbi que instituere, sicut instituit Episcopos, licet non sit Episcopatum simpliciter dominus, vel sicut rex instituit duces & magnates, quauis non sit illorum patrimoniorum simpliciter dominus: contrarium autem asserit haec nostra conclusio.

¶ Quare neque potest inter reges via ordinaria citra causas fidei iudicare, sicut inter ecclesiae praesules, vel sicut inter duces. Nisi forte eorum dissidia in detrimentum fidei, aut in religionis perniciem vergerent: tunc enim optime posset, non tantum per viam correctionis fraternae, ut cap. Nouit. de iudic. ait, Innocentius, verum in & coactiuo iudicio. Haec ex superiori colligitur: quoniam vtraque potestatum per se est sufficiens, & diuersimodè diuinitus instituta, ita ut regum quisque in regno suo sit in temporalibus supremus iudex, à sua republi-

Conclusio ex superiori colligit.

republica creatus. Quocirca eodem cap. idem Pontifex protestatur se non intrmittere ad vsurpandum iudicium regium. Et Alexander 3. cap. Causam in. 2. qui filij sint legitimi: fate- tur nō ad ecclesiam de possessionibus iudiciū pertinere, sed ad regem.

Regē tyrā-
num respu-
blica expel-
lit.

Caietanus.
Ratio.

5. Cōclus.

Potestas
pōtificis nō
est mere tē-
poralis.

Potestas ec-
clesiastica
præstātor
ciuili.

¶ Ex ijs deniq; fit consequens, q̄ quanuis rex in tyrannidem prorumperet: citra iniuriam si dei, non Pontifici, sed reipublicæ incumberet illum regno depellere.
¶ In summa, vt cuncta complectamur, in Pa- pa nulla est potestas merè temporalis, vt in re- gibus, præterquam in terris sibi seculariter sub- ditis. Id quod Caietanus fidus eius sedis defen- sor in apologia de potestate Papæ cap. 6. ad- struxit. Et ratio est, q̄ huiusmodi potestas tē- poralis nō est merè ad regimen ecclesiæ neces- saria. ¶ Ad horū tamen tum maiorem clarita- tem, tum & firmitatem adhibetur quinta eadē q̄ catholica conclusio contra eorū hærelim, qui omnē abdicant Pontifici temporalem po- testatē. Potestas quæcunq; ciuilis eatenus est ecclesiasticæ subiecta in ordine ad spiritualia, vt Papa possit per suam spiritualem potesta- tem, quoties ratio fidei & religionis exegerit, non solum ecclesiasticarum censurarū fulmi- nibus aduersus reges agere, eosq; cogere, ve- rum & cunctos Christianos principes tempo- ralibus bonis priuare, & vsq; ad eorum deposi- tionem procedere. Dixerim, per suam pote- statem spiritualement: quia potestas Pontificis, quatenus Pontifex est, non est merè tempora- lis, sed temporali vtitur, vt spiritualis ministra- tur. Atqui conclusio hæc non est eadem, quæ fuit secūda: illa quippe id dūtaxat asserbat, quod ecclesiastica sit superior. Vnde forsā quispiā id dūtaxat colligeret, quod tenetur princeps secularis suas leges & acta fini spirituali adme- tiri, & obedire pontifici in censuris spirituali- bus. Hæc autem asserit præterea, quod potest Papa vti bonis temporalibus ad suum ipsius fi- nem, & spirituale propositum, & per tempora- les pœnas principes coercere. Ad cuius eluci- dationem notandū, quod potestas ecclesiasti- ca non solum est præstantior ciuili, eo quod eius finis, qui est æterna beatitudo, est perfec- tior & sublimior felicitate ciuili: sed ea insu- per ratione quod felicitas ciuili non est satis in se perfecta, atq; adeo per se est ordinata & relata ad celestem beatitudinē. Volo dicere, non esse ceu duas respublicas omnino distin- ctas & diuersas, quarum nulla pendet ex alte- ra, quales sunt Gallorum & Hispanorum, vel quales erant Romana & Atheniensis, nam ex his quanuis vna esset præstantior & perfectior

altera, tamē neutra tenebatur alteri inferuire. Non sic, inquam, conferendæ sunt potestates spiritualis & ciuili: sed ciuili quæcunq; sit, re- fertur ad spiritualement, quæ vnica est omnium Christianorum, eo q̄ humana felicitas per se est ad diuinam ordinata. Neq; sunt vt duæ ar- tes prorsum diuersæ: scilicet, vt ferraria & li- gnaria, sed sicuti ars armorum fabrefactiua or- dinatur ad militarem, & nauium structoria ad artem nauigan- di: quarum inferior tenetur arma & naues taliter fabricare, vt non deuiant a fine artis superioris, atq; adeo vt, ait, 1. Ethico. Philosophus, superior artifex præcipit inferio- ribus qualiter debeant operari, quia ipse est iu- dex inferiorum artium. Pari enim modo ciu- lis respublica ad spiritualement refertur: ambæ em̄ simul in vnum corpus mysticum compingun- tur, quod ex ambabus constat, vt ad Rom. 12. & 1. Corint. 12. luculenter declarat Paulus: in vno autem corpore omnia membra debēt ad vnum caput referri, non autem spiritualia ad temporalia ordinantur, quæ minùs perfecta sunt: ergo è diuerso temporalia debēt spiritua- lium iudicio subesse. Vnde idem Apostolus. 1. Corint. 2. comparando temporalem faculta- tem ad spiritualement, ait, quod animalis homo nō percipit, ea quæ sunt Spiritus Dei, sed spiritua- lis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Neque verò obstat quod supra diximus: scili- cet, regem in temporalibus supremam habere potestatem, quia cum hoc stat sic subordina- tam esse spirituali, vt ab illa deuiare nō debeat.
¶ Hoc ergo subiecto fundamēto arguitur sic. Ad debitum regimen, & administrationē Rei publicæ spiritualis necessariū est, vt secularis omnis potestas illi obtemperet: ergo & neces- saria subinde est in præsidente spirituali facul- tas vtēdi temporalibus, quatenus ad eius finē sunt necessaria, atq; ad cogēdi principes dū oportuerit, etiam vsq; ad eorum depositionē, tanquam membrorum, quæ iam tunc sunt pu- trida & pestifera. Christus autem nō defuit in ijs, quæ suæ ecclesiæ erant opera: pretium: er- go eiusmodi temporalem potestatem ad spiri- tualem relatam tum ipse in se assumpsit, tum subinde vicario suo concedidit.
¶ Secundo ad eandem veritatem arguitur. Pō- tifex maximus, pastor summus atq; vniuersa- lis à Christo constitutus est totius Christiani gregis: pastoris autem officium est errantes oues cuiuscunq; sint ordinis & dignitatis in viam re- uocare, & quacunq; ratione compellere: ergo per illam pastoralement potestatem potest, dum opus illi fuerit, tēporalibus vti. Atq; hæc se ra- tione aduersus Imperatorem Cōstantinopo- litanum

Ciuilis re-
spubliasp
rituali sub
feruit.

Paul. Rom.
12.

Paul. 1. Co
rinth. 2.

Argumen.

2. Argum.

Innoc. cap.
Solit. e. litanum coarmavit Innocentius in capit. So- litæ. de maior, & obedi. ad illum coercendum, Nobis enim, inquit, in beato Petro sunt oues Christi commissæ nullo discrimine inter has & illas interiecto: & quod ad Petrum Christus dixit, Quodcunq; ligaueris super terram, &c. nihil excipiens. Atqui in eodem sensu intelli- gendus est Nicolaus. Pōtifex can. Omnes. 22. distin. vbi ait: q̄ Christus beato petro æter- næ vitæ clauigero terreni simul & cælestis im- perij iura comisit. Per tura enim terreni impe- rij intellexit potestatem terrenam bonorū & principum temporalium, non absolutè, vt fal- so putant supra citati authores, sed in ordine ad spiritualia. Et sic intelligenda est Glossa, vt veritati sit consentanea, quæ inde illic colligit, Papam habere vtrumq; gladium: quia de- ponere potest reges, vt. 15. quæstione. 6. can- Alius. & 96. distinctione, can. duo sunt. Et eo dem moderamine audiendus est textus Boni- facij in Extrauag. Vnam sanctam, de maiorit. & obediē. vbi ait, in potestate Romani Pon- tificis duos esse gladios, spiritualement, scilicet, & temporalement. Tametsi dum hunc sensum illo verbo apostolorum adscribit Lucæ. 22. Ecce duo gladij hic, non intelligit talem sensum fa- cere articulum fidei: nam fortasse illic Christus dum dixit, Qui non habet gladium, emat illum, non aliud significare voluit, quàm calamitatē, quæ illis imminebat. Quare Petrus, qui de gla- dio materiale illud intelligēs auriculā Malchi amputauit, culpatus fuit. Nihilominus probè etiam ad propositum adaptatur. Quare nun- quam nisi causa fidei regna per pontificē mu- tata sunt: hac enim de causa Stephanus Papa transtulit imperium à Græcis ad Germanos, vt patet, cap. Venerabilem. de electione. & ca. Licet. de foro competentis. Et Innocentius. 4. Regi Portugaliæ regni administrationem in- terdixit, vt in cap. Grandi. de supplenda negli- gentia prælatorum. libro sexto.
¶ Oportet autem discrimen inter hæc & duas præcedentes conclusiones exemplis aperire. Quanuis enim rex alijs iniuriarum generibus, citra periculum fidei, regni gubernacula ad- ministret, nihil ad papam, nisi per viam corre- ctionis fraternæ. Si verò, vt verbi gratia dica- mus, aut leges in detrimentum fidei rex Chri- stianus conderet: scilicet, sacramentis vel quo- modolibet religioni Christianæ aduersas. Aut si papa concilium indiceret, quod rex contra- rius & fas impediret, aut si hæreticis, infideli- busve fidem nostram oppugnātib; aut schis- maticis suppetias iret, aut aliam quamuis per- niciem vel sedē apostolicæ vel ecclesiæ obmo-

Glossa cap.
omnes. 22.
dist.

Extrauag.
Vna sancta
de maior,
et obed.
Lucæ. 22.

Exempla.

liretur, tunc papa posset non solum spirituali, verum etiā temporali gladio aduersus eum agere. ¶ Sed arguis primo contra, Nonne satis esset gladio spirituali: nempe, anathematis a- liarumq; censurarum fulmina in illos iacula- re? videtur enim non alia habere arma: nam vt Paulus. 1. Corinth. 10. ait, Arma militiæ nostre non carnalia: sed spiritualia sunt. Respōdetur quod non satis fuisset ecclesiæ consultum, nisi rebus eius per potentatus seculares afflictis, dum arma spiritualia non sufficiunt, tempora- li quoque gladio posset illos vrgere: quia tunc non haberet vim prorsus coerciuam, qualis est illi necessaria.
¶ Sed rursus quis forsā sciscitetur, vtrum in eiusmodi euentibus posset papa illic, præter- misso spirituali gladio temporalement eximere? videtur enim posse, quia vtrumque habet ex æquo. Respondetur id nec decere, nec licere ni- si præsentaneum esset in mora periculū: quo- niam via ordinaria pontificis est pastorale baculum: gladius vero secularis est extraordi- narius. Debet autem via ordinaria antecede- re, neque gladio vti temporalis, nisi ingruente, exigenteque necessitate: videlicet, dum vires spirituales expertus, cognoscit illas non esse ad rem satis. Imò verò nisi esset in terris pro- prijs, quarum est temporalis dominus, ad illas defendendum, in reliquis non concedet papā per se bella gerere, sed quando vnus princeps est ecclesiæ, aut fidei rebellis & iniurius, alteri debet principi armorum negotium exhibere. Eatenus enim verum est quod ait Paulus, ar- ma militiæ Christianæ non esse carnalia. Quanuis legitimus sensus sit de bellis, quæ quisque aduersus dæmones, & propriam car- nem sustinet. ¶ Quia verò diximus, leges, quæ fidei essent noxiæ, posse papam abrogare, in- telligendum est, quādo apertam afferrent pe- stem. Nam illa lex principum, vt testamētum nisi quinque testibus confirmatum non va- leat, non prorsus verbo scripturæ sacræ Mat- hæi. 18. & Ioan. nis. 8. contradicit. In ore duo- tum vel trium stat omne verbum: illud nan- que intelligitur vbi synceritas humani gene- ris effloret: quoniam vbi adeo est corrupta humana fides, nil illi verbo repugnat, plures exigere testes: quia lex illa euāgelica illud nō vetat. Idem, lex, quæ in deceptione intra di- midiam iusti pretij non permittit actionem, vt leg. 2. C. de rescinden. venditio. & cap. Cum dilecti. & capit. Cum causam. de emptione, & venditione. non est iustitiæ contraria: quia non absoluit deceptum in foro conscientie, sed solum intendit sopiri lites. At verò si rex

Obiectio.

Dilutio.

Nota omni
no.

Leges fidei
noxias po-
test papa
abrogare.

Nota.

Solu. 1. ar.

legem ferret, vt possessor malefidei præscribe ret, illa esset tum contra cõscientiam, tum plu riũ fraudum dolorũq; nutritrix: quæ ideo esset per pontificem abroganda: sicuti merito abro gata legitur. cap. Vigilanti. & cap. fina. de præ scriptionibus. Atq; idẽ de alijs id genus, quas conderet pestilentis. ¶ Primi ergo argumen ti solutio ex superioribus facillè colligitur. Po testas enim ciuili & ecclesiastica duæ sunt di stinctæ: vt dictũ est: Christus autẽ solã ecclesia sticam instituit sub vno capite vnuerũ orbis: ciuilem verò à iure diuino & naturali deriuata reliquit, vt vniciq; rebno suũ esset caput: sed voluit ciuilem sic subordinatã esse ecclesiasti cæ, vt eius iura non aduersarentur fidei: & legi quam ipse prædicauit: atq; hac ratione Põti fex est vniciũ caput omnium Christianorũ regum. Et ille est sensus Pauli dicentis, omnes Christianos esse vnum corpus Christi mysti cum. Nam de infidelibus nihil amplius ad pa pã spectat, quã fidei concionatores ad ipsos mittere, qui eis more & ordine legitimo fidẽ persuadeant. Sed de hoc nihil ad locum præ sentem, neq; de imperatore, an sit vnus totius orbis: quod libro quarto. De iustitia & iure, copiosè tractauimus. ¶ Ad secundum verò fati respõsum est, Christiũ non assumpsisse reg num nisi spirituale, & de temporalibus, quã tum ad illud erat necessariũ. Et hoc est, quod citata testimonia sacra docẽt.

Solu. 2. ar.

¶ Ad tertiũ deniq; respõdetur, qd canõ ille, Qui cũq; litẽ. 11. quæstione prima, abrogatus est, vt bene ait Glossa qd multis decretis probat, vt capit. Si duobus, de appellationibus. & 2. quæ stione sexta. can. Non ita. ac pluribus alijs. Est enim ille textus non sacra determinatio eccle siæ, sed Theodosij imperatoris, qui voluit se er ga sedem Apostolicã pientissimum exhibere. Iam ergo nunc tẽporis in causis ciuilibus nul la est appellandi necessitas ad ecclesiam.

Obiectio.

¶ Quod si arguas. Omnium peccatorum papã esse iudicem: respondetur, hoc esse verum in foro spirituali, sed in foro exteriori nõ nisi cau sarum ecclesiasticarum, ciuiles autem per iura ciuilia sunt iudicandẽ, nisi dum inter reges iuri bus omnibus ciuilibus cõsultis conueniri non posset: tunc enim Papa per viã correctionis fraternæ posset se in mediũ inducere, iuxta te norem cap. Nouit. extra de iudicijs.

Dilatatio.

ARTICVLVS. II.

Vtrum clerici sint à potestate ciuili exem pti.



Vperiori articulo adnectit̃ disputa tio de exẽptione clericorum: appa ret enim neque in suis esse personis neq; verò in suis bonis exẽptos. Pri mum, quia si expediret illos ea libertate donari, Christus in euangelio id admonuisset, & tamen nullus est in Euangelio apertus locus quo eximantur.

¶ Secundò arguitur, Clerici quanuis sint fa crorum ministerio additi, nihilominus sunt veri ciues: ergo. tenentur legibus Reipublicæ quatenus ecclesiasticis officijs non obstant, obtemperare: & eadẽ ratione onera eiusdem Reipublicæ, vbi bonum publicum id exegerit, sustinere: ergo neque in personis, neque in bonis sunt exempti.

¶ In contrariũ est quòd potestas spiritualis, vt dictum est, ciuili est superior: ergo per se est, sufficiens, neque ciuili subiecta, atque adeò est exempta.

¶ De hac quæstione partim cum hæreticis lis nobis est, & partim inter catholicos non satis conuenit. Ad quam ideo quæstionem sex conclusionibus respondetur. Prima sit gene ralis aduersus hæreticos. Negare clericos esse vllò iure vllòque pacto exemptos à potestate ciuili: est error condemnatus, tum contra Ioan nem V Vitellessi in cõcilio Constantiensi, tum etiam contra Marsilium de Pauda, & Ioannẽ de Landino per Extrauagantes Ioannis. 22. Qui quidem quatuor errores sustinebant: pri mum scilicet, quòd cum Christus soluit tribu tum, hoc non fecit liberalitate & condescen sione sed necessitate coactus. Secundũ quòd ad imperatorem spectat corrigere papam & instituere. Tertium, quòd vnus sacerdos ma iorem habeat auctoritatem quã alius, ab imperatore emanauit, & sicut illam authorita tem contulit, potest tollere. Hi, inquam, erro res locis citatis damnati sunt. & 11. quæstio ne prima per totam, & capit. Non minus. de immunitate ecclesiarum, & capit. Quanquã. de censibus libro sexto, & multis alijs cano nibus, quos operosum esset percẽtere. Solum ergo est nobis ex plorandum, quo nam iure eiusmodi exemptio nitatur.

¶ Secunda conclusio. Aliquam esse iure diuino clericorum exemptionem à potestate ciu ili, constantissimum est: nempe, in creandis Episcopis, & sacerdotibus, & in distribuendis dicecesibus & parœcijs: & in litibus inde emer gentibus, atque in id genus alijs. Probat. Potestas ecclesiastica, vt superiori artic. præ fati sumus, est non solũ à ciuili distincta, verũ & ea superior: ergo saltẽ in causis, quæ merè eccle-

Partis
gatiue.
argumẽ

2. Argu

Partis
m. 1. iu

Deci
ficu. 11.

1. Cõcl

Error
Vitellessi
cõcl
natus.

Primus
ror.

Secundus

Tertium

2. Cõcl

Ratio
con
clusio

2. Argum.

Matth. 16

Ioan. vlti.

Innocen.

Paul. 1. Co
rin. 2.

Principum
aliqui sunt
patroni ec
clesiæ priuilegio ponti
ficum.

Nota casu.

Ratio ter
tiæ cõclusio

Constantini
Cæsaris
uerba.

ecclesiasticæ sunt, nihil à ciuili pendet, atque adeò nullatenus hac ratione ciuili subijcitur. ¶ Secundò arguitur. Potestas ciuili, vt illic itidem dicebamus, à sola republica originem trahit, seu potius, à Deo per rempublicam: potestas verò ecclesiastica est à Christo immèdiatè Petro collata dum dixit Matthæi. 16. Tibi dabo clauas regni cœlorum, Quodcun que ligaueris super terram, &c. & Ioannis vlti. Pafce oues meas: ergo potestas ecclesiastica quantum ad suas proprias causas nullatenus à ciuili deriuata est, atque adeò neque illi subor dinatur. Imò è conuerso, vt Innocentius in ca pitu. Nouit. de iudicijs. ait, in spiritualibus papa est supremus pastor nõ solum clericorum, verũ & omnium secularium, nemine exce pto. Quare seculares principes cohibiti sunt iure diuino de illis causas iudicare, sed ab eccle sia sunt iudicandi, iuxta verbum Pauli. 1. Cor. 2. animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, spiritualis autem iudicat omnia. ob idq; apostoli sola Christi auctoritate, nul la à principibus secularibus expectata, mune re apostolico fungebantur. Quo fit, vt si mo dò principes aut alij inferiores magnates potestate fungantur præsentandi Episcopos vel alios sacerdotes ad sacerdotia ecclesiastica, to tum habeant ex indulto & priuilegio eccle siæ: Quanquam, vt ait, Caietanus in Apolo gia de potestate papæ. capit. 27. non sit princi pibus neganda illa tyrannidi resistendi pote stas, quam iure naturali & gentium habent, etiam in rebus ecclesiasticis. Etenim si (quod absit) summus pontifex, vel episcopi ecclesiastica bona manifesta tyrannide disparent, & sacerdotia in pernicem ecclesiæ prouiderent, possent principes possessiones prohibere, & ecclesiæ ipsi contra huiusmodi pestem adiu trices manus porrigere. His tamen euentibus exceptis conclusio est verissima. Et confirma tur tertio ex verbis & facto Magni Constantini in synodo Nicena, quam hiltoriam Rufinus libro decimo. ecclesiasticæ historiæ cap. secundo. refert. Et Gratianus cano. Continua. vndecima quæstio. prima. citat: nempe, quòd cum episcopi ei libellos causarum obtulissent, quæ inter ipsos agitabantur, respondit, Deus vos constituit sacerdotes, quibus & potestatẽ dedit de nobis quoque iudicandi: & ideo nos à vobis rectè iudicamur: vos autẽ iudicari ab hominibus non potestis. Quæ quidem verba quanuis (quia non sunt nisi Cæsaris) non habeant diuinam auctoritatem, est tamen veri simillimum instruetũ à Syluestro & alijs sanctis patribus illa protulisse. Accedit & capitum

Quanquam. de censibus. lib. 6. vbi habetur, qd ecclesiæ ecclesiasticæq; personæ, & respisarũ non solum iure humano, sed diuino sunt ab exactionibus secularium personarum immunes: quanuis hoc infra exponamus. Et distin ctione. 99. cano. Si imperator, ait papa, quòd si imperator catholicus est, filius est, non præful ecclesiæ, discere ei conuenit, non docere.

¶ Tertia conclusio. Quòd res, & bona clerico rum sint à potestate ciuili libera, nõ planè con stat ex iure diuino. Nam imprimis, qd Glossa prædicti cap. Quanquam. & Gratianus cano. Tributum. 23. quæstione octaua. ex Genes. 47. in illis confirmationem adfert, videlicet Ioseph omnem terram Pharaoni præter terram sacerdotum subiecisse, ad confirmandum ius diuinum, non ita multum confert: nam sacer dotes Egypti non erant propriè sacerdotes, vt nostri, quia neque vera ministrabant gratiæ sacramenta: imò neque verum Deum colebant: quare solo iure gentium erant exempti. Tamen in lege naturæ, vbi veri Dei cultus vigeat, radius ille fidei tunc reuelata ad monebat sacerdotes institui. Ius ergo diuinũ hoc ex euangelio est perpendendum.

¶ Est autem ad hoc propositum adduci solitus locus ille Matthæi. 17. vbi cum didrachma à Christo fuisset exactũ, ait Petro, Reges gen tium à quibus accipiunt tributum vel censum, à filijs suis, an ab alienis? Et respondit ille: Ab alienis: vnde intulit Christus, Ergo liberi sunt filij. Vt autẽ nõ scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscẽ, qui primus &c. Hinc ergo colligi solet Christum clericorum libertatem, etiam quoad tributa, pronuntiasse. At verò diuus Thomas. 2. sententiarum distinctione. 44. quæstione. 2. art. 2. & illic Bo nauentura, atque alij Theologi non interpre tantur illũ locũ, nisi de ipsa persona Christi & de sua familia, eo qd non solum erat filius Dei, verũ & in quantum Messias & verus Rex regni cœlorum, erat liber ab omni censu. Quo utiq; priuilegio diuino iure soli illi gaudet, qui apostolicam vitam secuti, statum paupertatis elegerunt. Quapropter super illud ad Roma nos. 13. Ideo & tributa præstatis (scilicet princi pibus) inquit, A solutione tributorum cleri cos esse exemptos, priuilegio principũ, quod naturalem æquitatem habet. In cuius confir mationem citat allegatam historiam Ioseph, qui terram sacerdotum liberam Pharaoni reliquit: quam quidem nõ adducit tanquam testimonium diuini iuris, quod Canonistæ faciunt, sed alludit ad naturalem æquitatẽ: quia scilicet clerici diuinis vacantes laborem princi

3. Conclu.

Glossa cap.
Quanquam.

Authoris
ratio.

Matth. 17

Loci Matth.
declaratio.

S. Th super
illud ad Ro
ma. 13.

Historia Io
seph.

4. *Cōclus.* pum compensant, qui administrationi civilis reipublicæ insudat. *¶* Quarta conclusio. Persona ecclesiasticæ neq; iure diuino neque humana non sunt omnino à legibus civilibus exemptæ. *Ratio. cōcl.* Probat, Clerici non obstante clericatu sunt ciues Reipublice, & eius membra: sed respública civilis non gubernatur, nisi legibus principum: ergo quatenus prædictæ leges ad pacem & tranquillitatem Reipublicæ spectant, clerici tenentur eis parere. Alioqui clerici Hispani non magis tenerentur legibus Hispanis obtemperare, quàm Gallicis, quod est fallum. Enimvero si rex pretia frumenti, aut olei: aut quarū dētes frumētum contra dentes mortaliter delinquant, & ad restitutionem, sicuti laici tenentur. Et idem est de multis alijs legib⁹. Tametsi à pœnisiuris, quæ sunt corporales, sint excepti. Non enim clerici propter homicidia vel furta suspenduntur. *¶* Sed dubium est, vtrum trāsgressores legum civilium sint ab ipsis principibus & iudicibus secularibus iudicandi & puniendi. Et ideo adhibetur quinta conclusio. Quod personæ ecclesiasticæ non sunt adulare iudicium deferendæ, sed sint ab huiusmodi iudicijs exemptæ non expressè constat esse de iure diuino: licet maior sit æquitas quod personæ eximantur, quàm q̄ earum bona secularia. Imò q̄ personæ eximantur est iuri naturali & diuino maxime cōsentaneū. Probat, cōclusionis prior pars, quia in euāgelio nullū tale testimonium reperitur expressum. Et ideo adduci illud psal. 104. Cōsuevit, Nolite tagere Christos meos. Veruntamen verbum illud in sensu literalī nō adaptatur solis clericis Euangelicis: nam & reges sunt vn̄i, quod Christorum nomen sonat. Et peculiariter videtur illic Psalmista de prophetis loqui, & de omnibus patriarchis. Neq; aliud volebat Deus illic explicare, quā quod nulla suis ministris irrogaretur iniuria: esset enim atrocior, quàm quæ priuatis personis impingitur. Quare licet possit ad clericos applicari, non tamen est in sensu literalī testimonium diuinum exemptionis illorum, quādo quidem nulla illic fiebat mentio de administratione iustitiæ. *¶* Secundū uerò pars probatur. Cū iure diuino sint ecclesia ministri cōstituti, eidem iuri proximū esse videtur, vt nequeant a iudicibus secularibus euocari: nam per id maximum obijceretur illis impedimentum, ne idonee possent ministerijs ecclesiasticis vacare: nemo enim potest duobus dominis seruire. Quæ de causa ait Pau. 2. ad Thimotheū secundo. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus. Secundò, quia cū in caulis

Ratio. 2. partis cōcl. cōclusio.

Pau. ad Thimotheū. 2. Ratio. 2.

ecclesiasticis, vt dictum est, iure diuino sint à foro seculari immunes, contingere, sæpe possent, vt simul cū illis causæ etiam seculares concurrerent: quare cū tunc ad diuersa tribuna lia euocaretur, perplexi essent cui nam iudicū deberent esse audientes. Adde tertio, q̄ nō esset decorum, vt ministri ecclesiæ, qui pastores sunt, seculariū, etiā iudicū & regū, tanquā rei coram ipsis sisterentur. *¶* Imò uerò quartum argumentū etiam vrget, q̄ cū potestas civilis & ecclesiastica sint omnino distinctæ, vt supra diximus, necesse est, vt quemadmodū vtraque suos habet ministros, ita vt iusq; ministri habeant suos distinctos præpositos: absurda enim esset nimium confusio si episcopi, qui principes in spiritualibus habent iudicare, ab ipsis in secularibus vicissim iudicarentur: plurimum enim inde ecclesiastica autoritas tum obscuritatis tum detrimenti cōtraheret. Quæ utique de causa Apосто. 1. Cor. 6. Christianos interdictos curauit, ne apud ethnicos causas suas tractaret. Audet em̄, inquit, aliquis vestrū habens negotiū cōtra alterū iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Tametsi ad Roma. 2. admonet, vt sint suis potestatibus subiecti. Quare nō negat, quin si Christianus cōueniretur corā principe ethnico, cui erat subiectus, cōpareat, sed admonet vt lites euitent, ne actores sint corā ethnicis. Atq; hanc conclusionē verba illa Magni Cōstantini Cæsaris in supra citato, cap. Continua. 1. 1. quæstione prima, multum corroborant, quibus sacerdotes Deos appellat, à suo tribunali exemptos. *¶* Sexta conclusio. Quāuis clerici neq; in suis personis neq; bonis essent iure diuino liberi, nihilominus Papa potuit, etiā incōsultis principibus, & debuit eos ab eorum exactionibus & foro excipere: cui quidē exemptioni principes contrauenire nequeunt, nisi ad vim vi repellendam, si cubi forte eiusmodi priuilegia in tyrannidem vergerent. Probat, Potestas ecclesiastica vt diximus, est per se sufficiens, à civili inde pendens, ergo potest per se condere leges, quæ suæ administrationi sunt, vel necessariæ, vel congruentes: exemptio autē clericorum non solum est congruens, verum certè moraliter loquēdo ad debitam ecclesiæ administrationem necessaria: ergo illos potuit & debuit excipere. Quod enim quantum ad personas fuerit necessaria, iam probatum est. Sed quātum ad bona etiam probatur illa superiori ratione S. Thomæ: nam cum tributa & vengalia regibus ad suā ipsorū sustentationem pro laboribus, quos in administratione Reipublicæ perferunt, exoluantur, & clerici non minores

Ratio. 3.

Ratio. 4.

Paul. 1. Cor. 6.

6. Cōcl.

Ratio cōcl. cōcl. 3.

DISTINCTIO vigesima sexta, De sacramenti coniugij institutione & veritate.



Vemadmodum ordinis sacramentum procreandis Dei filiis secundum spiritum idoneū est, ita & matrimonium propagādo generi nostro necessarium. Est enim nō qualecunq; inuentum, nemp̄, aut iure gētium, aut civili positum, sed vinculum natura magistra eiusque parente Deo præcipiente institutū: ante peccatum quidem in officiū, post uerò in remediū. Legitur enim in Genesi, quod Adæ prius de terra plasmato Euam, quā de eius latere Deus efformauit, in adiutorium ad iunxit. Ob idq; spiritu Dei ille afflatus, Hoc nunc os, inquit, ex ossibus meis, & caro de carne mea, Quam ob rem relinquet homo patrem & matrē & adhærebit vxori suæ, & erūt duo in carne vna. Quibus Deus & mādātum adiecit dicens, Crescite, & multiplicamini. Vbi Augus. su per Genes. Non video, inquit, ad quod aliud adiutorium mulier data sit viro, si generādi causa subtrahatur. Sed quia cōcupiscentia, quæ ante peccatū rationi prorsus obediēs fuisset post lapsum exorbitare à recto cœpit, idem ipsum matrimonij

Text⁹. Cap. 1.

Genes. 2.

Augus.

nones operas rei ecclesiasticæ impendāt, & quæ sit recompensatio, vt alia tributa ab eis nō exigantur. Atque hæc conclusio fundamentum est canonum, vt. 1. 1. quæst. 1. & aliorū, quibus clerici eximuntur. *¶* Per hæc ergo exponendum est & temperandum verbum Bonifacij ca. Quāquam, de censibus in. 6. nemp̄, q̄ personæ ecclesiasticæ cū suis bonis sint iure diuino exemptæ, vt intelligatur primū in rebus & causis ecclesiasticis: mox quātum ad personas est maximè iuri diuino cōsonum. Cæterum quātum ad bona secularia, quod Papa per potestatem, quam diuinitus suscepit, potuit & debuit clericos eximere. Fuit enim priscum, vt ait Vrbanus can. Tributum. 23. quæst. 8. & quod clerici de bonis, non quidem ecclesiasticis, sed secularibus, quæ possidebant, tributa soluerent, sed postea omnia fuerunt exempta, præter illa, quæ per negotiationem acquirerent, vt præfatum ca. Quāquam. affirmat. *¶* Iam uerò in eiusmodi priuilegijs ecclesiasticis & exemptionibus obseruādis primū potestas ecclesiastica obnubilatur. Cui rei causam negligentia prælatorum suggestit, qui iusto remissius clericorum crimina vlciscuntur. Sed tamen ex altera parte prætores etiam nō nunquam exorbitant: nam licet clerici aliquā vim Reipublicæ civili videantur obijcere, rex est qui debet suæ reipublicæ consulere, admodum sum mum Pontificem, vt remedium adhibeat. Verbi gratia. Si clerici primæ tonsuræ impune sanguinem passim fundunt, & cædes faciunt, deberet ad sanctam sedem recurri. Et quādo papa nollet providere, posset rex sese protegere. Sed tamen prætoribus, quādiu leges durant, nefas est eas non seruare. Præsertim quod quāuis rex potestatem habeat vim repellendi, non tamen semper liquidò constat, an in facti contingentia, vis uerè illa sit, quæ vis iudicatur. Et in re dubia ecclesia est iudex. At de ijs quæ ad concursum duorum magnorum luminarium spectant hæc pauca sufficiant: oportet enim seruum plura scire quàm loqui.

1. 1. q. 1. per totam. Bonifacius c. Quāquam de censibus, in. 6.

Vrbanus.

Nota.

Negligentia prælatorum. Prætores ciuitatum.

Bona d. corum pta.

vinculum in remediū permanfit, vt genitricem naturam à culpa exciperet. Vtriusq; enim sexus infirmitas (vt ibidem subdit Aug.) propendēs in ruinam turpitudinis, rectē excipitur honestate nuptiarum, vt quod sanis possit esse in officiū, sit ægro-
tis in remedium.

Cap. 2. ¶ Illud autem coniugale præceptū, tanquā naturæ necessariū, suū etiā semper vigorem retinet, vt quoties humanū genus fuerit periclitatum, nuptiarū beneficio reparetur. At verò vbi generis propagatio abūdat, quia Dei prouidentia est, vt non desint, qui rei vxoriæ operas impēdāt, præceptio hæc minimè castitatis virginitatisq; votū auersatur, imò singulis liberū est sancta hæc cōsilia se

1. Cor. 7. qui, iuxta verbū Pauli, Volo omnes vos esse sicut me ipsum, sed vnusquisq; propriū donū habet ex Deo, alius quidē sic, alius verò sic. Dico nō nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanferint, sicut & ego.

Cap. 3. ¶ Meritissimo ergo hæresis damnati sunt Tatiani & Encratitæ, & quicunq; Martionem & Manichæū secuti coniugalem torum, ceu rem illicitam & absurdam, repudiabant,

1. Cor. 7. contra decretum Pauli, Virgo non peccat si nubat. Hoc enim cæco errore, vt natura nostra, quā Deus bonam condidit, absumeretur & periret contendeant. Quos ideo spiritu prophetico Paul. ad Timoth. vituperabat, & vt ab illis caueremus, admonebat. In nouissimis enim, in

1. ad Timothe. 4.

quit, tēporibus, quidam discedent à fide in spiritu dæmoniorum prohibentium nubere, & iubētium abstinere à cibis, quos Deus creauit. Ad deū ergo verum est coniugum torum non esse prohibitū, vt Dei ope valeat ad meritum apud ipsum.

¶ Hoc autē coniugij fœdus, quod ab orbe condito originem duxerat, Christus in lege gratiæ in sacramentum instituit, vt coniuges sacramentali gratia sanctificaret. Hanc enim vt induceret religionē, nuptijs conuiuia interesse perrexit. Nempe, vt aqua in vinum conuersa illam designaret gratiam, per quam id, quod erat in officium, vbi amor coniugum solis caducis rebus innixus frigere solet & languere, virtutem nouam & vim ad procreandos Dei filios acquireret. Vnde interrogantibus Phariseis, an liceret vxorem dimittere, vetus institutum nouo mō dato confirmauit. Ait enim. Non legistis, quia qui fecit hominem è principio masculinum & fœminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: iam enim non sunt duo, sed vna caro. Quos ergo Deus coniunxit, homo non separet.

¶ Signū ergo mysteriūq; hoc sacramētū est duplicis significatus: quippe quod & desponsationem Christi cū ecclesia extrinsecus designat, & gratiam, quam continet, & intuitus confert. Vnde Apostolus, Sa-

Cap. 4.

1044. 1.

Matth. 19

Cap. 5.

Ad Ephe. 5

cramen-

cramentum hoc, inquit, magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia. Quapropter tum coniugum dilectio amorem, quo Christus ecclesiam ad mortem vsque dilexit, repræsentat: tum & commistio sexuum, vñionem, qua nostram sibi copulauit naturam.

Ad Ephe. 5. Quocirca Paul. Vir, inquit, caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ. Et infra. Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. Ad hunc ergo conglutinandum amorem hoc gratiæ sacramentum instituit, quæ de eius latere, vnde ecclesia, sicut Eva de costa Adæeducta est, promanauit.

Cap. 6. ¶ At verò quanuis finis matrimonij propagatio sit generis nostri per generationem, tamen consummatio carnalis copulæ non est de essentia: quippe quæ solo spontaneo contractu constat.

DISTINCTIONIS
vigesimalæ sextæ, Quæstio prima. De sacramento coniugij quatenus est in officium.

ARTICVLVS I.

Utrum matrimonium sit hominibus naturale.



Ostreum deniq; Sacramentorū est matrimoniū, vt quod minimum q̄ reliqua spiritualitatis habet. Sortitur autē amplissimā disputationis suppelletillem: quæ ideo materia per distinctiones, non pauciores, quā decem & septem decurret. Est autē tractatus tripartitus, in quinque enim distinctionibus vsq; ad trigessimam protenditur sermo de eius causis, quibus innititur & perficitur: nempe, de cōsensu & eius qualitatibus & conditionibus. In tribus subsequentibus vsq; ad trigessimam tractat de bonis coniugij, quibus res vxoria excusatur, ac de legibus, quæ ad eius vsum attinent. At demum in nouem vltimis vsq; ad quadragessimam secundam de impedimētis, quibus cōiugiam vel ne fiat cohibetur, vel etiam celebratū dirimitur.

¶ Igitur vt ad presentem distinctionē descēdamus, quāuis sacramenta omnia sint sacramenta fidei, quæ supranaturale donū est, tamē quæ dā sic sunt solius fidei, vt omnino sint supranaturalia, vt baptismus, confirmatio, eucharistia &c. Aliā verò sunt, quæ admixtū quidpiā habēt naturæ, vt pœnitētia, quā de malefactis natura docet; quæ vtiq; ratione diximus esse virtutē, cui natura præter lumē fidei & institutio nem sacramenti inclinationem tribuit. Pari ergo modo coniugium habet q̄ sit tū officiū naturæ, tum sacramētū. Et ideo licet initialis quæstio in cæteris sacramētis sit de eorum ratione sacramentali, tamen sicuti in materia pœnitentię disputatum est, prius de ipsa sub ratione virtutis, & deinde sub ratione sacramenti: ita præfens distinctio duas exigit quæstiones: vnā de officio, atq; alteram de sacramento matrimonij.

¶ Queritur ergo primum, an matrimonium sit hominibus naturale. Et arguitur à parte negatiua. Ius naturale, vt instituitur, cod. tit. de ff. de iusti. & iu. habetur, est q̄ natura oia animalia docuit: in cuius exēplū subditur, maris & fœminæ cōiunctio, quæ fit generationis causa: in brutis autem animantibus nō est coniunctio maris determinatē ad hanc fœminā, in istar matrimonij, sed promiscuus temerariusq; cōcubitus: ergo matrimonium quod est vinculum inter certas personas indissolubile, non est de iuræ naturæ: quādoquidem cōcubitu vago, vt patet in fornicationibus, posset humanum genus propagari. ¶ Secundo arguitur. Ad id natura propēsius inclinatur, quo amplior charitas & amicitia custodiri potest: sed si mulieres essent viris omnibus communes, & viri vicissim mulieribus, qui promiscuē generarent, vt So-

Tractatus tripartitus.

Nota.

Partis negatiuæ. ar. 1.

2. Argum.

Socratica respublica.

crates, referentia. 2. Politi. Aristotele, rem publicam instituebat, amplior esset & protensior amicitia: quando quidem non esset distinctio inter meum & tuum, que pronomia amicitias dissoluunt, sed unusquisque seniorum quemcumque iuuenem appellaret filium, & iuuenes omnes maiores patres: unde dist. 1. can. Ius naturale. communis omnium possessio, & omnium una libertas asseritur esse naturalis: ergo appropriatio uxoris per matrimonium non est de iure naturali.

3. Argum. Terti. Ius naturale, ut eod. can. autor est Isidorus, omnium est nationum commune: sed ut. 1. lib. de inuentione testatur Cicero, homines in principio syluestres erant, neque nuptias celebrabant legitimas, neque certos quisquam inspiciebant liberos: ergo matrimonia non sunt iure naturali instituta. In contrarium autem est illud Arist. 8. Ethic. Homo magis naturaliter est animal coniugale, quam politicum: est autem, ut ibi docetur, politicum & civile: ergo & coniugale, atque adeo coniugium est iuris naturalis. Naturalis ordo exposcere hic videbatur, ut a nomine & definitione matrimonij exordium sumeremus. At tamen ob predictam causam: quia, scilicet, & officium est, & sacramentum, ex istis prius expositis conditionibus commodius deinde potest tam nomen elici, quam definitio. Praterquam quod sententia Magistri interpretis in sequenti distincta hanc ponit, quorum ordine uertere nolumus. Verum verum matrimonium sit licitum, quod haereticum negant, art. 3. inter agendum de officio coniugali contra ipsos constituetur. Nunc autem ad naturam matrimonij expendendam eius causam exploramus: videlicet, utrum sit a natura inditum. Neque vero interrogamus: utrum coitio maris & foeminae causa generationis sit naturalis: quoniam neque hoc in dubium euocari potest, eo quod affectus instinctusque naturae in rebus caducis & corruptioni obnoxii, sit per generationem speciem propagare. Sed quod hic disputatur est, utrum inter animalia hoc sit hominibus peculiare, & suapte natura inditum, ut ad illud officium destinati mas & foemina nodo indissolubili coniungantur. Hoc enim, ut dist. sequenti patebit, matrimonij nomine intelligimus. Ad quam utique quaestionem sub distinctione duabus conclusionibus respondetur. Naturale enim dupliciter dicitur, uno modo prout distinguitur contra liberum, quod, scilicet, ex principiis naturae quadam necessitate prouenit, ut igni moueri sursum, & graui deorsum. Atque isto pacto palam est matrimonium non esse naturale, quae sit hic prima conclusio. Si quidem liberum aliqui mortalium matrimonio copulantur, a quo a-

lij abstinent. Alio modo aliquid dicitur naturale quia ad id natura inclinatur & instigatur, tametsi per liberum arbitrium compleatur: quem admodum cibum sumere, & virtutum officia exercere, ad quod rationalis natura stimulat naturaliter consentitur. Sit ergo secunda conclusio. Matrimonium hoc modo est naturale, ut distinguitur contra ius humanum & gentium; non enim est quoddam inuentum ex hominum condictione, sicuti tributorum leges, aut alia civilia, nec sicut possessionum diuisio iure gentium introducta, sed res ex natura instinctu profecta. Probatur. Prima causarum, ut Aristotele. 2. Physico. sapienter docuit, ex qua naturae opera perpenduntur, est finis, eo quod Deus & natura quicquid agunt, in finem aliquem referunt: non enim, ut Democritus aiebat, molares dentes obtusi sunt, & anteriores acuti, aut plantarum pedum plana, ratione materiae, sed certe ratio ne finis: quia id aptae manducationi & ambulationi congruebat. Neque pluit temere, sed ad procreanda terrae nascentia, quibus opus est pluuia: unde quia in Aegypto non pluit, diuina naturaliterque prouidentia Nilus sua redundancia terram irrigat. Qua utique ratione Albertus Magnus in lib. de animalibus. Plinij, Dioscoridisque opinionem refellit dicentium, viperam non nullasque serpentes partu disruppi. Est quippe fabula quoniam cum natura intendat effectus suos ad perfectum perducere, & conceptio sit propter partum, sit ut quibus dedit concipiendi, dederit & pariendi facultatem. Finis autem concubitus maris & foeminae inter homines, non est prolem in hoc tantum edere, ut sit, & uiuat, sed ut debita nutritione & educatione ad perfectum secundum corpus & animam perducatur. Unde, ut eod. loco praemisit Philosophus, filij a parentibus tria suscipiunt maxime beneficia: nempe, esse, alii, & educari. Finis autem hic & intentio naturae nequiret modo debito, obtineri, nisi singulariter vir & uxor artissimo nexu copulati vicarias operas ad proles nutriendas & educandas sibi praestarent. In aliquibus enim necessarium est opus uxoris, & in alijs mariti: quibus ideo si liberum esset societatem dissoluere, nequiret proli bene esse consultum: est ergo matrimonium de iure naturale. Secundo id probatur alia eiusdem Aristotelis ratione. Homines hoc etiam brutis animalibus praestant, quod illa confortio maris & foeminae non egent, nisi solius procreationis causa: homines uero non solum propter illam, sed & eorum gratia, quae ad vitam conferunt: habent enim officia diuersa: uxori namque illa congruunt officia, quae domi exer-

2. Conclusio

Ratio conclusio

Democritus

Albertus Magnus

Filij a parentibus suscipiunt beneficia

2. Ratio ex Aristot.

Pars affirmatiua

Decisio ar.

An matrimonium sit licitum

Naturale dicitur

1. Conclusio

centur, ut nere, & res domesticas curare: uiris autem ea incumbunt, quae foris exercentur, ut victum procurare, & publica gerere negotia. Unde concluditur, quod cum homo quatenus pars est domus, sit coniugalis, & quatenus pars ciuitatis, sit politicus, quanto domus prior est et ad vitam magis necessaria quam ciuitas, & procreatio filiorum animalibus communior, tanto magis sit natura sua coniugale animal quam politicum. Eadem deinde conclusio auctoritate diuina confirmatur. Vbi enim Deus primum homines plasmauit, mare condidit & foeminam, qui essent duo in carne una. Imo quauis sacra nos pagina id non docuisset, ratio ipsa naturalis ostenderet, matrimonium esse de iure naturae. Quin uero marem Deus & foeminam non aliter copulauit, quam docendo quid nam ius postularet natura.

Quapropter ut arctius doceret interesse vinculum matrimonij inter homines, quam societatem inter bruta, & si in singulis brutorum speciebus marem & foemellam condiderit, tamen in specie humana unicum prius hominem de terra plasmauit, ex cuius latere sociam eius foeminam eduxit: non quidem de pedibus, ut esset serua, nec de capite, ut esset domina, sed de latere, ut esset par naturae consors: nepe, ut doceret quanta inter eos, non solum corporum, uerum animorum necessitudo esset intercessura, quantoque subinde amore deberent conglutinari. Quo fit ut summus amicitiae nexus, qui inter homines esse debet, sit coniugalis uiri & uxoris. Hoc enim admonitum Adam nobis, imò per ipsum deus esse uoluit illis uerbis. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Hoc est, quae cumque alia naturae uincula huic posthabebit. Unde Paulus quod quaest. sequenti. latius differendum est, ad Ephes. 5. per multa inculcatione exaggerat quam debeat uir uxorem diligere: nempe, sicut Christus ecclesiam. Propositum ergo quod praecipue in matrimonio contrahendo concedens est, eo tendere debet, ut non propter temporaria caducaque bona, qualia sunt uel dotis amplitudo, uel habitudo formae, sed propter uirtutum honestatem celebretur: alioqui in medio nuptiarum conuiuium uinum: hoc est, coniugalis laetitia, deficiet.

3. Conclusio

Nota hominis creatio uem.

Uxor ducenda non propter bona temporalia sed propter honestatem.

Solu. 1. ar.

ram speciei, quam habet ratione differentia, quae est rationalis. Genus autem, quia non reperitur nisi contractum per diuersas differentias, non nisi secundum illas inclinatur. Brutis uero animalibus nulla est necessaria coniunctio, nisi solum generationis causa, & ideo simpliciter in omnibus requiritur, ut coeant in actu generationis. Ob idque in illis speciebus, in quibus proles solo subsidio foemellae nutritur, nulla alia societas maris est necessaria. Sed ubi subsidium maris etiam requiritur (ut in quibusdam auium speciebus) aliquanto protensior inuenitur societas ad nutriendam prolem in paruum tempus, quo tempore par maris & foeminae simul conuiuit. In hominibus autem quia non solum nutritio prolis quantum ad corpus, uerum & educatio quantum ad animam, & maris & foeminae fauore & opera in longum tempus indiget, non solum coitio ad generandum naturalis est, uerum & indissolubile confortium, quae est matrimonium. Unde in praedicta lege tanquam exemplum naturalis iuris non modo ponitur coniunctio maris & foeminae, quae brutis etiam communis, sed liberorum successio, & puerorum educatio, quae naturalem finem matrimonij explicant. Quod si quis morosus redarguat, fornicationem ad procreandas proles sufficere, imò & saepe ad educandas, respondetur, ad generationem sufficere, sed tamen quod ad educationem quoadque fit satis, est accidentarium. Et praeterea habent homines cunctis animalibus secundam conditionem, quatenus sunt animalia politica, quod propter mutuas operas, quibus in re domestica & politica inuicem se mas & foemina iuuant, perpetua egent societate. Ad secundum respondetur, illam Socraticam rempublicam merito Aristotelem multis uerbis repudiasse. In statu enim naturae integrae, quando omnibus cura fuisset communia curare, congruens erat illa in communium rerum possessio. Corrupta uero natura, in qua unusquisque non quaerit nisi quae sua sunt, optimum fuit ius gentium, quo fuerunt dominia diuersa. Unde licet meum & tuum nunc lieta foueant, illis tamen exclusis multo peius haberet rerum gubernatio. At quicquid sit de alijs bonis, quae ad rem praesentem non attinent, tamen communis uxoribus liberorumque possessio tam absurdam praesertit deformitatem, ut neque in statu naturae integrae locum habuisset. Multo enim minor amicitia per illam promiscuam possessionem firmaretur, quam nunc est: quoniam ut ait Philosophus, licet omnes complexim possent se appellare patres, & filios, & fratres, nemo tamen singulariter aut diu-

Necessaria indissolubilis societas in hominibus.

Obiectio.

Dilutio.

Solu. 2. ar.

Meum & tuum.

sim suū cognosceret liberū, ac patrem, quod etiam in statu innocentie fecerit: nam & tunc ius paternum & vxoriorum viguisset. Et præterea in statu naturæ corruptæ innumera essent incesta inter patres, & filios, fratres & sorores, multaque impia bella & rixæ inter huiusmodi incertos cognatos. Superuacaneū autem est omnia recensere in cōmoda, quæ eiusmodi rem publicam consequerentur.

Solutio. 3. Ad tertium denique respondetur, merito Ciceronem ibidem nationes illas cum bestiis contulisse: quippe quæ victu ferino vitā propagabant, & bestiarum more vagantes nihil ratione animi, sed viribus corporis omnia administrabant, & ideo nec nuptias legitimas, nec certos liberos inspiciebant. Quare ex illa corrupta natura nullum sumitur contra nostram veritatem argumentum, nec vult sentire Tullius, quod in toto orbe illa esset corruptio, sed in aliquo fortè angulo. Nam vt historia sacra & aliæ profanæ tradunt, nullum fuit tempus, quo non fuerit aliqua matrimonij ratio cognita.

Cicero

ARTICVLVS. II.

Vtrum matrimonium semper fuerit maneat que adhuc sub præcepto.



Abemus ergo matrimonium rem esse naturalem, cōsequitur autem, vt perscrutemur, an ille instinctus naturæ vim habuerit præcepti, vel

saltem sit rei huius diuinum mandatum positum, quod etiam nunc permaneat. Et arguitur à parte affirmatiua. Verbum illud Genes. 1. Crescite, & multiplicamini, formam præ se fert præcepti, quod nullibi legitur reuocatū: imò per Christum Matth. 19. apparet confirmatū vbi, ait, Quos Deus coniūxit, homo non separet: ergo etiam nunc perseverat.

Partis affirmatiue.

Argum. 1.

2. Argum. Secūdo, præcepta naturæ irreuocabilia sunt quandiu ratio eadem iuris permanet: persistit autem eadem ratio multiplicandæ speciei, sicut conferuandi individui: ergo sicut præceptum naturale alimenti ad conferuandum individuum permanet, ita & mandatum coniugij ad propagandam speciem.

Pars negatiua.

In contrarium existere illud videtur. 1. Corinth. 7. Qui non iungit matrimonio virginem suam, melius facit (scilicet, quàm qui iungit) consilium autem nullum est validum contra præceptum, alioqui illud non esset præmio dignum: ergo nunc videtur præceptum

matrimonij non vigere.

¶ Quæstio præsens nonnullas habet partes: scilicet, vtrum hoc sacramentum fuerit diuinitus institutum, & quando, & an sub præcepto, & vtrum præceptum fuerit naturale, & vtrum nunc duret. Ad horū autem intellectum supponendum est, matrimonium institutum esse & in officium, scilicet, ad procreandas proles, & in remedium concupiscentiæ, & præter ea sub ratione sacramenti. Est ergo prima conclusio. Matrimonium institutum fuit duntaxat in officium in statu innocentie ante peccatum. Post lapsum verò hominis illico institutio persistit non solum in officium, verum etiam in remedium. Doctrina est August. libr. 9. super Genes. ad litteram cap. 7. Et Hugo. libr. 2. de sacramentis part. 1. Vbi, ait, August. Vtriusque sexus infirmitas propendens in ruina turpitudinis, rectè excipitur honestate nuptiarum. Quæ quidem verba magister distinctione præsentis retulit, vbi nonnulli pro, excipitur, substituūt, excusatur, nō intelligentes vim verbi: nam excipi à culpa, idem est quod à culpa, quæ esset in actu, per matrimonium excusari. Vnde subdit. Vt quod sanis possit esse in officium, sit ægrotis in remediū. At verò nondum satis inter scholasticos constat, vtrum à Deo immediatè, & quibus verbis fuerit institutum. Magister quippe senten. dist. præsentis insinuare videtur, illic fuisse institutum, dum dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quā ob rem relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ. Quem modum sequi videtur Scotus, dicens, quod indissolubile obligationem instituit Deus per illa verba Adæ, Propter hanc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ. At Bonauentura substinens institutum fuisse à Deo immediatè: quia illa verba non fuerunt Dei, ait, institutum fuisse per instinctum internum ipsius Dei instigantis Adam, vt illa verba proferret. Ricardus autem distinction. art. 1. q. 3. ait, quod factum instituit illud, cū Euam ex costa Adæ produxit, sed verbo benedixit, dicens, Crescite, & multiplicamini.

Decisio articuli.

1. Conclusio.

Institutio huius sacramenti quādo.

Scotus.

S. Thom. et communis opinio.

¶ Nihilominus S. Tho. hic & quæst. sequenti arti. 2. & communis opinio, quæ etiam est Magistri, si sanè inspiciantur, aiunt illo verbo. Genes. 1. Crescite, & multiplicamini, fuisse à Deo institutum, tum etiam præceptum. Nam ethi postmodum cap. 2. modus referatur educationis Eux de costa viri, id tamen pro recapitulatione (vt aiunt) fit: nam quando dixit crescite, iam ambo erant producti.

¶ Probatum conclusio. Matrimonium est ad procreandum

Ratio conclusionis.

procreandam speciem ita necessarium, vt ad cōseruationem individui alimenta, nisi, quod magis est vnicuique necessaria cōseruatio sui individui, quàm cōseruatio speciei: ergo sicut præceptum naturale est, vt homo ad suā ipsius cōseruationem alimentum sumat, ita est illi præceptum conferuandæ speciei: illud autem non alibi expressius habetur, quàm in illis verbis, Crescite & multiplicamini: institutione autem nulla alia opus erat, quàm ipsa præceptio: sic enim eucharistiam instituit, Hoc facite in meam commemoracionem: ergo illic fuit simul institutum, tum etiam iustum.

Ratio. 2.

¶ Secundò id probatur. Cū matrimonium non fuerit institutum nisi propter finem propagandæ speciei: & illic illum finem Deus expresserit: illic certè sacramentum instituit, tum simul præcepit: ob id quæ sub forma benedictionis eandem institutionem & præceptionem expressit: nam Deum nobis benedicere, benefacere est: quare quæcunque rerum procreationi benedictio Dei censetur.

Augu. 14. de ciuita. Dei.

¶ Est præterea doctrina hæc Augustini. 14. de ciuita. Dei cap. 22. vbi ait, Nos nullo modo dubitamus secundum benedictionem Dei, Crescite & multiplicamini & replete terram, donum esse (hoc est, institutionem) nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit, creando masculum & foeminam. Non quod creatio illa fuerit institutio sacramenti, vt Ricardus cõset, sed quod fuerint creati, vt cō nubio copularentur. Et subdit, Adam autem Deo instigante institutionem matrimonij specificauit, & explicuit. Non quod illa instigatio fuisset institutio, vt Bonauentura intellexit, sed quod instigauit, vt institutionem Dei explicaret dicens, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, Quam ob rem relinquet homo &c. Non enim opus habebat Deus institutionem per verba Adæ facere: sanè cū lōgè esset decentius, vt suis ipse verbis illud institueret. Sed illis verbis Adam explicuit institutionem, quam Deus facturum erat dicens, Crescite, & multiplicamini: apparet enim quod verba Adæ antecesserint verbis Dei.

Matrimonium statim post peccatum cepit prodesse in remedium. Genes. 9.

¶ In secundo verò membro conclusionis diximus illico post peccatum cœpisse matrimonium prodesse in remedium. Diximus id, inquam, ad eis obuiandum, qui suspicari possent non fuisse positum in remedium vsq; post diluuium, quando eadem verba Genes. 9. Deus repetijt. Crescite, & multiplicamini. Nam remedium illico debet occurrere dum morbus illo opus habet. Quare dum Adam primò genuit, iam vsus est matrimonium in remedium,

quia ante peccauerat. Quocirca loco citato Scotus & Ricardus, aiunt, institutum fuisse in remedium, cū Deus dixit Eux, In dolore paries filios, & sub viri potestate eris: & viro; Quia audisti vocem vxoris tuæ, &c. Attamen verba illa nullam videntur præferre imaginem instituendi matrimonij, sed maledicendi eius conceptus & partus. Dicendum ergo illud ipsum præceptum antea, natura integra, fuisse positum, vt cuiusque statui pro eius ratione seruiret: scilicet, ante peccatum, vbi nulla erat concupiscentia, in officium, & post etiam in remedium. Hinc fit consequens post diluuium non esse positum aliud præceptum quàm prius sed illud repetitum & confirmatum per modum etiam benedictionis propter necessitatē, quæ tunc ingruerat sicut prius procreandi humanum genus, quod aquis fuerat submersum. Attamen tanquam verum sacramentum non potuit institui nisi à Christo lege Euangelica, de quo quæstione proxima, adhibendus est sermo.

Scotus, & Ricardus.

Sententia authoria.

Appendix

¶ Contra hanc autem conclusionem est argumētum, quo inquiramus oportet, an illud præceptum fuerit naturæ: arguitur enim sic. Instinctus ipse naturalis & delectatio illi adiuncta per se sufficiens erat ad propagationem nostrigenis, redundabat ergo præceptum Dei. Et cōfirmatur. De alimento sumendo non videtur aliquod extitisse præceptum: nam illud Genes. 2. Præcepit ei dicens, Ex omni ligno paradisi comedas, non videtur in priori membro vim habere præcepti, sed promissionis, ac si dixisset Præcipio tibi, vt licet ex omnibus alijs comedas, de hoc tamen ne comedas. Scotus distinction. præsentis non vult admittere, matrimonij præceptum esse omnino naturale: quia nō admittit esse naturale nisi sit vel principium practicum per se notum, vel conclusio euidenter ex illo collecta. Et tamen coniunctio matrimonij per indissolubile vinculum, neque est principium per se notum, neque conclusio inde euidenter illata: nam licet sit euidenter, procreationem speciei esse bonam: vidit enim Deus omnia, quæ fecit, & erant valde bona, non tamen euidenter colligitur ad id necessarium esse matrimonium, cū quicumque sufficiat concubitus. De hac autem re hoc verum est, quod Scotus affirmat: nempe, non esse ius naturæ tanquam principium per se notum, aut tanquam euidentem conclusionem. Nihilominus non est negandum, quin simpliciter sit de iure naturæ: nam vt in Posterior. &c. 1. Ethic. author est Philosophus, sunt in scientijs euidentia

Arg. cōtra conclusionē.

Argumen. cōfirmatio

Nota.

Scotus.

Scotus.

Aristot.

euidentiæ

dentia gradus diuersi, quorum summus est in mathematicis, sed nihilominus non est negandum scientias etiam naturales & morales esse scientias: licet non tanta cum euidencia concludant. Cum ergo lex matrimonij sit cognitio quædã, fat est vt dicatur ius naturale, quod ex principijs naturæ per se notis efficaci consecutione inferatur. Sic scilicet probabili, vt viream sapientes inficiari nequeat. Et sanè hoc pacto ex fine nutriendæ procreandæque prolis matrimonij nodus indissolubilis elicitur.

Ius diuinũ.

¶ Atque eam ob rem cum duplex sit ius diuinum: nempe positium, quod naturæ superponitur, vt sunt sacramentorum mãdata & fidei, aliud verò diuinum naturale: præceptum matrimonij non est prioris, sed posterioris generis: Deus enim non supra naturam, sed tanquã naturæ author & parens illud posuit, crescite, &c. tanquam vim instinctumque naturæ explicans. Quocirca licet Deus ipse præceptum illud non expressisset, natura nos ipsa obligaret. Tale etiam fuit & illud, Dominamini piscibus maris: nam iure naturæ per Deum conditæ, homo quia rationalis est, sui que adeo suarumque actionum dominus, dominium subinde aliarum rerum obtinet.

Solu. 1. ar.

¶ Vnde ad prius argumentum modò factum respondetur, qd̃ quauis instinctus naturæ sufficeret, vt homines non deficerent, qui liberos procrearent nihilominus posset accidere, vt ingruente generationis necessitate peruersitas hominũ nollet generationi vacare, & ideo fuit necessarium præceptum.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum eodem pacto respondetur: nẽpe, simile extare naturæ præceptum alimentum feruendi, quatenus fuerint seruandæ vitæ necessaria. Itaque quauis Deus id non expressisset, natura nos ipsa cõpelleret sub reatu culpæ, quæ alioqui in Deum, naturæ autorem cõmitteretur. Et ideo nõ est necesse dicere illud prius membrũ, Ex omni ligno paradisi comedite, esse præceptum, sed permissione: quia non tenentur tunc homines vniuersos fructus gustare: ob idque nota vniuersalis permissionem solum sonat. Nihilominus illa permissio fuit si gnum præcepti sustentandi vitam per esum aliorum fructuum.

An etiã nũc præceptum matrimonij maneat.

¶ De alio membro quæstionis, vtrum scilicet nunc præceptum illud permaneat, Bonauentura distinctione præsentis artic. 1. quæst. 3. dicit, quòd cessante necessitate multiplicandi humani generis cessauit & hoc præceptum. Alij aiunt cessasse quando Christus laudauit cœlibatum eorum, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, Matth. 19.

¶ Nihilominus hinc adhibetur secunda conclusio. Præceptum illud semper ab orbe condito durat durabitque vsque in finem sub eodem tenore & vigore. Et est cõclusio Sancti Thomæ distinctione præsentis quæstionis. 2. art. 2. ad. 1. cui ideo falsò à quibusdam contraria sententia imponitur. Probat, primò argumentis duobus in fronte quæstionis factis. Deinde, quia hoc est præceptum iuris naturæ ad propagandam speciem: posset autem nunc etiam necessitas generationis accidere: ergo semper manet præceptum. Nam non est dicendum, quòd quando ingrueret necessitas, tunc præceptum exurgeret, & quando illa cessaret, tunc præceptum sopiretur. Enimverò præceptum suerendi per eleemosynam extrema patienti, nõ exurgit tunc nouum quãdo illa necessitas occurrat, sed semper manet tanquam præceptum affirmatiuum, cuius natura est, vt obliget semper, sed non pro semper.

2. Conclu.

Conclusio S. Tho.

Ratio conclusionis.

Præceptum eleemosynæ

¶ Ad huius autem maiorem explicationem notandum, præceptorum vim ex eorum fine esse perpendendam: necessitas autem naturalis dupliciter homines inclinatur: vno modo ad finem cuiusque particularem, vt conseruatio indiuidui, & huiusmodi necessitas obligat singulos ad sumendum cibum, non semper, sed quando & vbi oportet: alia verò est necessitas non singularis, sed toti reipublicæ incumbens, & hæc nõ obligat singulos, sed rempublicam in communi, atque adeo principes, qui eius sunt administratores, vt necessitas agriculturæ, ædificatoriarum, atque aliarum artium: non enim singuli tenentur esse agricultores, aut ædificatores, aut milites. &c. sed vnusquisque suapte spõte vnã quamlibet sequitur artem. Sed si forte contingeret, vt aliqua earum artium esset artificibus destituta, tunc princeps cõpelleret posset eos, qui essent necessarij, pari ergo modo lex matrimonij nõ singulos, sed collectim rempublicam obligat. Vnde initio conditi orbis, quia Adam erat tota respublica, illi posita est lex qua quidem filios suos cogere etiã poterat, vt connubia inter se conciliarent, quousque iusta esset generis facta propagatio. Et pari lege Noe, suos filios & nepotes potuit compellere. Quando verò illa necessitas nõ ingruit, prouidentia Dei est, naturæque instinctus & voluntas sufficit, vt nõ desint qui absque coactione rei vxoriæ operam impendant. ¶ Hinc colligitur, præceptum matrimonij, licet semper duret in republica, nullatenus consilio castitatis esse aduersum. Vtrum verò in omni ætate ab orbe condito virginitas fuerit laudabilis, disputabimus dist. 30. quæst. 2.

Respublica opificib⁹ destituta cogi posset, qui necessarij principi ui debuntur.

Nota.

Matrimonij præceptum cõsilio castitatis non aduersatur.

¶ Sub

Dubium.

¶ Sub lege autem euangelica, quando iuxta consilium Christi, vt ait Paulus, virginitas celebratur, dubium est, vtrum si aliqua ratio eo vsque vel peste vel alia calamitate deuastaretur, atque ad eam hominum raritatem esset peruentum, vt periculũ immineret, ne genus humanum deperiret, posset cogi etiam sacerdotes & religiosi & sanctimoniales connubia celebrare. Respondetur, quòd eos, qui non se voto adstrinxissent, posset deberetque rex cogere. De monachis autem Palud. distinct. præsentis quæst. 3. quosdam refert dicentes, qd̃ etiã tunc non tenerent, nec possent ad id cogi quia credi tunc posset numerum electorũ esse completum, ac perinde finem mundi adesse. At verò opinio hæc non est tam vero similis, quã sua contraria: quoniam quando sit cessatio mundi futura, non est in cognitione humana positum: horã quippe illam nemo scit, nec filius hominis. Et ideo nisi specialis reuelatio affligeret, ius naturale & commune seruumdum esset. Ob idque si casus (qui non videtur possibilis) eueniret, etiam illi, qui se voto castitatis obstrinxerant, ad matrimonia tenerentur: quia votum semper includit conditionem illam, nisi ius naturæ conseruandi humanum genus obstet.

Solutio dubij. Palud.

Sententia authoris.

Nota.


Solutio 1. argumen.

Solu. 2. ar.

¶ Per hæc argumenta in capite quæstionis posita, soluta restant. Concedimus enim cum S. Thoma præceptum matrimonij nõ esse reuocatum, sed obligare rempublicam, vt expositum est. Cum quo tamen stat vt vnusquilibet singulatim possit castitatem vouere. ¶ Et eodem modo soluitur argumentum secundum.

ARTICVLVS. III.

Utrum vsus matrimonij: hoc est, maritalis complexus, sit licitus, atq; adeo esse possit meritorius.



¶ Vm potentia sit propter actum, atque adeo matrimonium propter vsum & matrimonium, vt dictũ est, natura naturæque autor Deus instituerit, cõpertum inde fit coniugium conuersionem & generationis actum licitum esse. At verò, vt hereticis respondeamus, tertius hinc adhibetur articulus. Arguitur ergo congressum illud coniugalem non esse licitum. Quicquid rationis vsum corrumpit: quæ omnium virtutum fons & origo existit, illicitum est & vitiosum: exuberantia verò sensualitatis, quæ in coitu ebullit, eiusmodi vsum absorbet, adeo vt. 7. Ethico. Philoſopus asseruerit, impossibile esse hominem illo tunc articulo, aliquid intelligere: ergo ille actus est illicitus. Quæ de causa Exodi 19. præcipiebatur populo, qui Deum erat visurus, ne vxoribus se tunc commiscerent. Et Augustinus lib. 2. Soliloquiorum, ait, nihil sic deijcere animam ab arcẽ virtutis suæ, sicut contactum illum corporum, sine quo vxor haberi non potest. Et Hieronymus super Matthæum, quod refertur. 3. 2. quæstione. 2. cano. Connubia ait, tempore concubitus præsentia spiritus sancti non dari, etiam si propheta videatur, qui officio generationis obsequitur.

Partis negatiue ar. 1.

¶ Secundò. Illud quod secundum se est turpe, fieri nequit honeste: sed officium coniugale habet concupiscentiam cum turpitudine coniunctam: ergo nunquam fieri potest honeste. ¶ Tertiò arguitur, quòd huiusmodi actus, esse queat meritorius. Ait enim Chryſostomus super Matthæum cap. 19. Matrimonium & si ventibus se pœnam non inferat mercedem tamen non præstat: meritum autem non est nisi respectu mercedis: vnde Magister senten. ait, quòd coniugium non meretur palmam: ergo non est meritorius.

Hierony.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

Partis affirmatiue. Decisio ar.

Hereticorum error.

Hieron.

Tertullia.

Guido Carmelita. Armenorũ error.

Secd

Sed propter peccatum, aiebant, mutatam fuisse propagationis formam per generationem. Quae utique ratione appellati sunt Adamiani. Eorum haeresim refert lib. de bono coniugali August. ca. 2. quam reprobat. Occasionem errandi inde nacti sunt, quod primus parens ob scœnum motum non nisi post peccatum sensit. Hanc phrenesim suscitavit postmodum tempore Innocentij tertij Almaricus quidam Parisiensis doctor. Atque hic error est, quae idem summus Pontifex ca. Damnamus. de summa trinit. & fide catholica. insinuat dicens. Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici, cuius mentem sic pater mendacij excœcauit, ut eius doctrina non tam haeretica, quam insana sit censenda.

Almaricus haereticus.

1. Conclu.

Ratio conclusio.

August.

Matth. 19.

Armenorum error conuincitur.

Aliud arg.

Argumentum contra alios haereticos.

¶ Contra hos ergo vesanos errores duae statuuntur orthodoxae conclusiones. Prima. Negare complexum conjugalem licitum esse fuisseque necessarium in statu naturae integre est non modo impietas aduersus scripturam sacram, verum & stupida dementia aduersus naturae lumen. Probatum primum ex verbo domini Genes. 2. Non est bonum hominẽ esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. In quem locum August. lib. 9. super Genes. ad litteram ca. 7. Non, inquit, video ad quod aliud adiutorium mulier facta sit viro, si generandi causa subtrahitur. Imò verò dominus ipse Matth. 19. & Marci. 10. interrogantibus Phariseis, an liceret uxorem dimittere. Non legitis inquit, quia quis fecit hominẽ ab initio, masculum & foeminam fecit eos? Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adheret uxori suae, & erunt duo in carne vna, vbi indissolubile matrimonij nexum illud constitutum fuisse declarat. Et clarum est illa verba ante peccatum fuisse prolata. Quare in statu innocentiae eadem fuisset generatio. Item, dicere quòd præter Adam alij essent creandi homines, est contra illud Ecclesiastici. 8. Qui viuit in æternum creauit omnia simul, quasi dixisset non alia amplius creaturus, præter animas racionales, quae de materia per generationem educi nequeunt. Præterea, natura per peccatum in officijs naturalibus non est mutata, ut patet in nutritione, & in alijs: ergo si nunc species nostra, veluti aliae vniuersorum animalium, per cõmissionem masculi & foeminae, propagantur, manifestum est hoc esse naturale opus, atque adeò simile in statu naturae integre fuisset. ¶ Deinde contra alios haereticos dicentes, illicitam nunc esse generationem, sit argumentum, quòd Deus creauit naturam nostram tuta in suis naturalibus bonam, tum &

ad suam foelicitatem aptam: eius ergo multiplicatio nõ solum naturae maximè consonat, verum & Dei propositum implet, qui eam ad reparandas angelorum ruinas condidit. Quin imò quauis angeli non cecidissent, eam in illum finem creasset. At verò stultum est aduersus hanc stultiam pluribus agere. Multa de hoc tum Hieronym. tum etiam Augustinus adnotarunt. Et extant decreta plurima Pontificum & conciliorum, vt apud Leonem in epistola ad Termilum ca. 7. & in concilio Bracarenfi & Toletano. i. atq; alijs multis. Imò fuit error adeò à naturae ingenio abhorrens, vt Paulus ad exaggerandam haeticorum absurditatem hanc spiritu prophetico prædixerit. i. ad Timoth. 4. Spiritus enim, inquit, manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus (vel illa vocat nouissima tempora, vel fortè rursum eadem haeresis, repullulascet) quidem discedent à fide in spiritu dæmoniorum prohibentium nubere, & iubentium abstinere à cibis, quos Deus creauit. Vide quomodo duo officia naturae coniunxit ab haeticis reprobata: scilicet, cibos sumere ad conseruationem indiuidui, & nuptias celebrare ad cõseruationem speciei. Quocirca sicut cibatio modo & mensura temperata actus virtutis est, ita & generatio. Ex quo fit præfatas hereses nullam potuisse habere fundamentum præter Manichaeorum blasphemiam, dicentium corpoream naturam non à bono, sed à nequam Deo dimanasse. Aduersus quam non vacat hic modò disputandi locus. Eandem veritatem Apostolus. i. ad Corinth. 7. edocet, vbi ita virginitatem & carnis abstinentiam profuso iam nunc fati humano genere matrimonio præfert, vt tamen illud nõ condemnet, sed prorsus approbet, admouens vt vnusquisque suam uxorem habeat, ne se defraudent.

Hieronym.

Paul. i. ad Timo. 4.

Paul. i. Corinth. 7.

2. Conclusio. Ratio conclusionis. Actus conjugalis obedientiae & iustitiae virtus.

Virtus religio.

¶ Secunda cõclusio. Actus conjugalis potest esse apud Deum meritorius gratiae. Probatum primo, quia est actus obedientiae, iuxta illud Genes. 1. Crescite, & multiplicamini: ergo si non alia vitietur praua circumstantia, & fiat extra charitatem, erit moraliter bonus, sicut vbi & quando oportet comedere ad conseruandam vitam: & si fiat ex charitate, erit simpliciter virtus, atque adeò apud Deum gratus & meritorius. Imò verò nõ solum est obedientiae officium, sed etiam iustitiae, si fiat ad reddendum cõiugi debitum, iuxta verbu Pauli, Uxor vir debitum reddat. Et insuper esse potest virtus religionis, si fiat ad procreandos liberos in cultum Dei, Neque verò oportet, vt actu conjugales istos fines dum cõgrediuntur, meditentur, sed

sed satis est virtualis relatio, vt potè si nullam apponant malam circumstantiam. Nam actus ipse de se refertur in bonum honestum, vt sit moraliter bonus, & si fiat ex charitate, vt sit meritorius. ¶ Quod si quis inde inferre cõtendat, consulendum esse, vt crebro coniuges amplexus illos frequentent, quando quidem sunt meritorij, negatur consequentia, Nam ita sunt bona officia, vt tamen non sint optima. Stat enim bonum esse aliquando comedere, & sanctius abstinere. Eodem modo, ait Paulus, quod licet bonum sit vt non se defraudent, nihilominus melius est, vt communi consensu aliquando abstineant orationis gratia. Et etiam ratione propter alios honestos fines. Præterquam quòd ad probitatem moralis actus oportet, ut suis sit appendicibus, & circumstantijs circumseptus: & vna circumstantiarum est quantitas & modus: & ideo si frequentia modum exuperet, vt conseruationi indiuidui noceat, virtutis lineam transgredietur.

Obiectio.

Dilutio.

Penult.

S. Tho.

1. Casus.

2. Casus.

Opinioma gistris sent.

3. Casus.

Affertionis intellectus.

Solu. 1. ar.

¶ Ad iunxit hic tamen S. Thom. quæst. 1. articulo. 4. tria alia, quibus asserit posse peccatum actui conjugali accidere. Primus casus est si fieret ociose: hoc est, absque villo fine formali, vel virtuali: quod quidem omni actioni generale est. Nam vt ipse. 1. 2. quæst. 18. artic. 9. demonstrat, nullus datur actus indifferens in indiuiduo: quia si fiat absque villo fine, est ociosus & malus, atque adeò venialis culpa. Secundus casus est, si coniux sola libidine moueatur tamen infra bona matrimonij. Itaque vir accedit ad uxorem ob solam Venerem, sic tamè affectus, vt non accederet ad aliam. Et est opinio Magistris dicentis, quòd cõiugium est permissio de minoribus bonis: coitus verò coniugum, qui fit causa incontinentiae, est de minoribus malis. Et magistrum sequuntur ferè doctores. Inferius tamen distinct. 30. emunetius venit hoc examinandum, nempe, vt rum præcisè gratia euitandae fornicationis liceat propria uxore vti. Cuius pars affirmatiua fortasse probabilior est, vt videbimus, quam altera. Tertium dictum est, quòd si coniux libidine extra bona matrimonij efferatur, vt scilicet, cum quacunque muliere id facere proponeret, esset peccatum mortale. Quae quidem assertio sanè intellecta, vera est: non enim dicit, quòd accessus ipse ad uxorem sit mortalis, sed propositum accedendi ad alienam: nempe hoc. Etiam si hæc non esset mea accederem ad illam, quod quidem specimen fornicationis induit. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur per distinctionem maioris. Redundantia namque passionis, quae tollit non mo-

do rationis vsum, sed rationis ordinem, illa qui dem est peccatum: quia est peruersio rationis. Illa tamen, quae tollit rationis vsum, non tamè ordinem, non est peccatum, alio qui somnus esset peccatum. Delectatio ergo contactus maritalis licet in paruum tempus rationem eclipses, ne altiori vacare possit, tamen non tollit rationis ordinem: imò ratio generationis exposcit, vt ob illum finem tantillo temporis rationem ad aliam rem homo nõ applicet. Nam & esus ciborum, & quandoque medicinae, ferè eundem habent effectum. Vnde licet actus fornicatoris & actus conjugalis sint eiusdem naturae ad tollendum rationis vsum, non tamè in genere moris ad tollendum rationis ordinem: & ideo prior est peccatum, posterior verò non item. Qui autem vult orationi, vt ait Paulus, & alijs studijs vacare, vel uxorem non ducat, vel de eius consensu abstineat in tempore. ¶ Sed & hoc rursum ratio flagitat, ne in il-

lo actu coniux nimiam procuret fruitionem, id quod Paulus loco citato admonet dicens. Qui nubunt, sint tanquam non nubentes. Non enim vult vt nubentes ab illo actu profusus abstineant, sed cõsultat, vt studeant sic eum exercere, ac si nõ exercerent, quemadmodum subdit, Qui vtuntur hoc mundo, sint tanquam non vtentes.

¶ Ad secundum respondetur, turpitudinem, alteram esse culpæ, atq; alteram poenae. Prior quidem semper est peccatum: posterior verò non utique. Turpitudine autem conjugalis officij non est culpæ, sed poenae ex peccato primorum parentum prouenientis: propterea quòd membra corporis & sensualitas non obediunt rationi ad nutum, vt scilicet non moueantur, nisi quando ratio iusserit, quod fieret, in statu naturae integre.

¶ Quòd si rursus arguas. Si actus huiuscemodigenere suo licitus prorsus est: quidnam opus habet excusari? Et tamen vt infra videbimus, multa bona adferuntur matrimonio excusantia. Respondetur illa opera ex merito excusari, quae vllam præ se ferunt effigiem mali, quorum utique aliqua in partem, aliqua verò in totum excusantur. Et quia actus conjugalis continet ex vna parte concupiscentiae turpitudinem modo exposito, excusatur in totum, vt infra videbimus. ¶ Ad tertium respondetur, quod radix meriti quantum ad premiũ substantiale est charitas: accedit autè ei aliqua etiã merèdi ratio ex difficultate, quia virtus, vt ait Aristote. circa difacile versatur. Et hanc mercedem, ait Chrysoft. non sic accedere huic viruti, sicuti alijs difficilibus: quia delectatio illa tollit

Nimia fruitio coniugi bus nitada.

Solu. 2. ar.

Argumentum.

Dilutio.

Solutio. 3. argumet.

Aristot. Chrysoft.


tollit difficultatem laboris, tametsi non tollat difficultatem ponēdi medium inter extrema, in quo ratio virtutis consistit. Quinverò & nō nunquam est difficultas laboris, vt in viro, qui languore & debilitate laboraret, & nihilominus generationis gratia rei vxoriæ insisteret, Atq; hoc pacto intelligendus est magister vbi ait, coniugium non mereri palmam: quia non est difficile sicut virginitas.

Solu. 4. ar. ¶ Ad quartum deniq; negatur minor. Motus enim primus concupiscentiæ, non est peccatum veniale, nisi quando est de aliquo delectabili præter rationis ordinem, velut motus primus fornicationis. Id quod à legitimo vsu cōiugij alienum est.

QVÆSTIO SECVNDA. De matrimonio secundum rationem sacramenti.

ARTICVLVS. I.

Vtrum matrimonium sit sacramentum nouæ legis.



Potissima ratio matrimonij, præterquam quod est in officium & in remediū, est esse sacramentum. Sed nihilominus à parte opposita arguitur. Omne sacramentum nouæ legis constat ex materia & forma: matrimonij autem neque vlla est forma: quia benedictio sacerdotis in nuptijs non est de essentia matrimonij: neque verò vlla est materia: quia nulla est illic materia sensibilis: & tamen Hugo ait, quod sacramentum est materiale elemētum: ergo matrimonium non est inter sacramenta.

2. Argum. ¶ Secundò arguitur. Omne sacramentum nouæ legis efficit quod figurat: matrimonium autem figurat coniunctionem Christi cum ecclesia, quam tamen non efficit: ergo non est sacramentum. ¶ *3. Argum.* ¶ Tertio. In omni sacramento distinguuntur tria: scilicet, id quod est sacramētum tantum: putā, signum sensibile: & id quod est res tantum, vt gratia: & aliquid quod sit res & sacramentum simul, quod non potest in matrimonio signari, cum non imprimat characterē ergo non est sacramentum.

Pars affirmatiua. ¶ In contrarium est verbū Pauli ad Ephesios,

15. Sacramentum hoc magnum est, ego autē dico in Christo & ecclesia.

¶ *Questio inter catholicos quā facillima est.* Non autem defuerunt hæretici sacramentum hoc abnegantes. Cuius erroris authores, vt ait Guido Carmelita, fuerunt Armeni. Et nostris tēporibus patroni sunt Lutherani, qui negant vllaratione sacramentum esse: quia nunquam fuit, inquit, institutum in signum cuiuspiam gratiæ, atque adeò neque illam confert. Hunc enim effectum omnibus sacramentis subtrahunt. ¶ *Legitur cum omne sacramentum nouæ legis gratiam conferat, duo sunt in præsentiarum examinanda.* Primum, scilicet, vtrum matrimonium sit sacramentum, accipiēdo nomen generaliter: id est, signum & mysterium alicuius sanctitatis, siue illam conferat, siue nō conferat, quod quidem nomen est commune tam sacramentis veteris legis, quā nouæ. Et secundum, an gratiam conferat. Vtrumque enim Lutherani negant. De hoc autem secūdo mēbro articulus nostertius erudiet.

¶ Sed ad primum, quod hīc disputatur, vnica conclusione respondetur. Matrimonium est sacramentum ecclesiæ, Probatur. Nōmine sacramenti, vt distīn. 1. prædiximus, intelligitur mysteriū aliquod sanctitatis nouæ legis, quā sacramenta vetera significabant futuram, nostra verò significāt præsentem: sed matrimonium est huiusmodi: ergo est sacramētum. Minorem docuit nos loco proximè citato Paulus admonens, vt subiecti inuicem Christiani sint in timore Christi. Mulieres enim, inquit, viris suis subditæ sint sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ. Ecce mysterium, quod coniunctio mulieris cum viro, qui sunt quasi membrum & caput, sit signum coniunctionis ecclesiæ cum Christo, sub quo quasi sub capite suo viuūt. Et quia ex hac coniunctione pullulat mutuus amor, subinfert. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea. Quocirca dilectio viri & vxoris signum est etiam dilectionis Christi & ecclesiæ. Vnde sicut Christus diligit ecclesiam, veluti caput suum proprium corpus: ita & viri sicut propria corpora debent vxores diligere. Imo qui vxorem, inquit, diligit, seipsum diligit. Vnde quanta cum exaggeratione & emphasi commendat vnionem viri & vxoris ceu sacramentum vnionis Christi & ecclesiæ. Quocirca omnes, inquit, membra sumus Christi, de carne eius & de ossibus eius, alludens ad Euā, quæ de ossibus Adæ fuit fabricata. Atq; adeo subdit verba Adæ, Propter hoc relinquet homo pa-

Decisio articuli. Hæreticorum error.

Conclusio. Ratio conclusionis.

Probatio minoris.

Mysteriū matrimonij.

Commēditio unionis coniugum.

mo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Ex his ergo catholicam veritatem concludit dicens, Sacramentum hoc magnum est: ergo autem dico in Christo & ecclesia: vbi duas coniunctiones, si consideratè perspexeris, tam in coniugibus, quā in Christo designauit Apostolus. Sunt enim cōiuges vnum vnitate naturæ: quia duo in carne vna, per commissionem copulæ. Ac subinde vnum vnitate charitatis: qui debent se ambo mutuo, sicut vterque se ipsum, dirigere. Quarum prior vnio significat vnitatem naturæ Christi & ecclesiæ, quia nostram naturam induit. Et posterior significat item charitatē Christi, qui se pro ecclesia morti exposuit.

Duplex ca nullū Lutheri Refutatur error Lutheri. ¶ Duplici verò cauillo abigere conatur Lutherus Paulinum hunc sensum. Primò, quod Apostolus græcè scribens non dixit sacramentum, sed mysterium. Attamen hoc futile est: quoniam idem est mysterium & sacramentum, vt in fronte primæ distinctionis præmonstrauimus. Quare interpretes Latini vtroque nomine promiscuè vtuntur. Secundò sensum præuaricatur dicens, Paulum non affirmasse de matrimonio, quod sit sacramētum aut mysterium, sed de coniunctione Christi & ecclesiæ: illam enim, inquit, appellat sacramētum sanctificationis per fidem. At verò præuaricatio hæc ex verbis ipsius Pauli falsitatis conuincitur. Nam cum coniunctionem tam naturæ quā amoris viri & vxoris, ita multis verbis conferat cum coniunctione & amore Christi & ecclesiæ, palam demonstrat arctissimam illam communionem viri & vxoris esse signum desponsationis & amplexus Christi & ecclesiæ, in quo consistit ratio sacramenti. Quocirca potuisse optimè Caieta. illam adnotationem excusare, quam adiecit in expositione huius Paulini loci: nempe, quod ex illo verbo, sacramentum hoc magnum est, non colligitur matrimonium esse sacramētum: quia non dixit, nisi mysterium. Nam re vera idem est mysterium & sacramētum, si modò de collatione gratiæ non contendamus. Leo enim Papa in Epistola. 11. ad Constantinopolitanos in hoc sensu adduxit hoc verbum: nempe, quod ab exordio generis humani prænūciatus est Christus per coniugium primorum parentum, dicente Apostolo, sacramentum hoc magnum est. Et cōcilium Florentinum hoc Pauli testimonio probat, matrimonium esse sacramētum. Et Ambrosius super eūdem locum, Mysterij, inquit, sacramentum grande in vnitate viri & iocūminæ esse significat. Ac demū Magister sen-

tentiarum, eodem ipso testimonio eandem confirmat veritatem. Quin verò expressè ibidem Augustinus, Non tantum, inquit, fecunditas, cuius fructus in prole est: neque tantum pudicitia, cuius vinculum est fides, verum etiā sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus, Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam.

¶ Hæc verò cauēda est hīc fallacia, ne quis verbis Pauli seducatur, arbitratus voluisse dicere, illo tunc temporis articulo, quo dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. illam eius cōiunctionem cum Eua fuisse sacramentum, sicuti est modo: tunc enim, quia nullum vigeat peccatum, nullo opus erat sacramento. Sensus ergo Apostoli est, quod tunc fuit sacramentum: hoc est, mysterium & figura futuræ vnionis Christi & ecclesiæ, sed postquam ex latere eius in cruce emanauerunt noua sacramenta, ac subinde ecclesia quasi de eius costis, sicuti Eua ex Adam plasmata fuit, idem ipsum coniugale vinculum vim obtinuit sacramenti. ¶ Secundò eadem veritas confirmatur. Sacramentum nouæ legis est signum alicuius occulti remedij contra aliquod peccatum: sed matrimonium est huiusmodi: nam cum propagatio humani generis, quod ad æternam beatitudinem creatum est, & per Christum recreatum fuerit ad illum finem necessaria, quæ quidem sine concupiscentia carnis fieri non potest, decentissimum fuit, vt matrimonium in remedium illius concupiscentiæ institueretur. ¶ Quod si arguas. Alia sunt peccata grauiora, contra quæ nullum est institutum sacramentum: ergo nec debuit contra concupiscentiam. Respondetur, quod concupiscentia, quia est vitium totius naturæ, id quæ homini quasi natium, indigebat præ alijs remedio potissimum in re tan necessaria, quā est nostri generis propagatio. Sed de hoc latius articulo. 3. ¶ Veritas præterea hæc: nempe, quod matrimonium sit sacramentum, multis est canonibus constituta. Primū capitul. Ad abo-

Paulini loci sensus.

Germanus sensus. Apostoli.

2. Confirmatio.

Obiectio.

Matrimonium est sacramentum.

Concilium Constant.

Erasmus.

mentum ecclesie noue legis periade ac reliqua sex. Atque adeo semper inter sacramenta noue legis fuit cultum. Et ideo Erasmus consultius fecisset hoc non reuocare in dubium, qui in antidoto epistole Hieronymi ad Geronium ait. Haud scio an etate Hieronymi ecclesia matrimonium inter sacramenta numerauerit. Neque Dionysius, inquit, libr. 3. ecclesia hierar. inter alia sacramenta mentionem huius facit. Cum enim tum Hieronymus contra Iouinianum, tum Augustinus tam late de fidelium matrimonio disputauerint, proculdubio erat sacramentum, fuitque semper ex institutione Christi.

Solu. 1. ar. Durandus.

Ad primum igitur argumentum respondetur cum D. Tho. Durandus quippe in 4. dist. 1. q. 3. fateri renuit proprie in matrimonio materiam & formam distingui posse: nam dicere, ut Paludanus comminiscitur ead. dist. q. 4. q. materia sint ipsi contrahentes, non est consentaneum: propterea quod materia debet esse pars sacramenti: & tamen contrahentes non sunt pars eius, sed subiectum. Item neque dicere, quod materia sint interni consensus, forma uero externa uerba, rationi consonat: quoniam tam materia quam forma debet esse res sensibilis. Si ergo dicatur, quod uerba aut nutus alterius sint forme, Contra redarguit Durandus, Primum, quia materia solet dici res, sicut ablutio baptismi, forma uero uerba: est rebus enim & uerbis sacramenta perficiuntur: in matrimonio uero non distinguuntur materia & forma ut res & uerba: quia in utroque contrahentium sunt tantum uerba uel nutus. Secundum, quia illa uerba ex quo se habent in utroque: quare non possunt discerni, ut precedentia sint materia, & sequentia forma. Hoc praeter alia argumento mouetur Durandus, ut non satis plane affirmet matrimonium esse sacramentum noue legis. De hoc autem art. 3. aduersus eum acturi sumus. Interim tamen respondetur, contrahentium uerba, aut nutus, qui eorum loco substituentur, esse materiam & formam, ut dist. 1. q. 1. art. 6. latius disertum a nobis est. Neque refert praecedentia ne sint, an subsequenta, ut illa sint materia, haec uero forma, ut Ricard. dist. pnti art. 4. q. 2. autumat. Sed siue uir prius consensus exprimat, siue uxor, amborum uerba sunt sibi inuicem materia & forma: nam utriusque uerba per uerba alterius informantur, uinique obtenant significandi, colligandique conjugale nodum. Quocirca quando D. Thom. superius distinct. 1. artic. 3. ad quintum, dixit, formam in matrimonio esse uerba exprimentia consensus, iterum benedictiones ab ecclesia institutas, non intelligit ex aequo, sed quod

Argum. 1. Duran.

forma.

2. Argum. Durandi.

non

Autoris dilutio.

non

D. Tho.

non

Benedictio nes ecclesie ant sunt forma.

non

uerba exprimentia consensus sunt forma essentialis, benedictio uero accidentaria ad solennitatem pertinens, ut expressit hic ait. Verba enim, inquit, quibus matrimonialis consensus exprimitur, sunt forma huius sacramenti, non autem benedictio sacerdotis, quae est quoddam sacramentale. Et statim in solutione secundi confert hoc sacramentum cum Sacramento poenitentiae dicens, quod quia utrunque per actum eius perficitur, qui Sacramento utitur, non est in istis alia materia praeter actum suscipientis.

Nota.

Id quod distinct. 14. quaestione prima. articulo diluatur ar. 1. latius expresserat. Respondetur ergo ad Durandum, quando dicimus materiam esse rem, non accipi sic stricto, ut res distinguatur a uerbo, sed utriusque, uerba possunt esse materia respectu uerborum alterius, siue praecedat siue sequatur.

Diluatur ar. 1.

¶ Non autem defunt qui arbitrentur uerba sacerdotis, dum nuptiae solenniter contrahuntur, esse formam essentialem. Sed de hoc articulo 3. ad illud autem Dionysij respondetur, quod non fuit eius mens omnia sacramenta percensere, sed illa, quae ad actus hierarchicos attinet, qualia sunt quinque, & ideo uti de poenitentia, ita & de matrimonio subicit.

Ad illud Dionysij.

¶ Ad secundum respondetur, quod hoc sacramentum significat & aliquid exterius, quod est desponsatio Christi cum ecclesia, & aliquid interius, quod est gratia, & haec est res contenta. Sacramentum autem non debet efficere id quod exterius significat, sed rem contentam. At uero Magister sententiarum, ut hic ait, sanctus Thomas, quia erat illius opinionis, quod in hoc Sacramento nulla esset res contenta, non asseruit per ipsum significari nisi rem exteriam: scilicet, desponsationem Christi & ecclesiae.

Solu. 2. ar.

¶ Ad tertium respondetur, quod sacramentum tantum in praesentiarum sunt actus & consensus contrahentium exterius significati. Res autem & sacramentum est unio & nexus maritalis, qui ex illis actibus resultat. Sed restantum contenta est gratia.

Solu. 3. ar.

¶ Magister sententiarum.

ARTICVLVS II.

Utrum matrimonium fuerit in noua lege in sacramentum institutum.



Articulo proximo hic ad eius expositionem adnectitur de eius institutione, quatenus sacramentum est. Et arguitur, quod non fuerit in noua lege institutum, atque adeo quod non

non

2. Argum.

non fit sacramentum noue legis. Vnum sacramentum pluribus institutionibus non indiget: matrimonium autem, ut quaestione superiori dictum est, fuit institutum ante peccatum, & post peccatum in lege naturae: ergo non fuit institutum a Christo.

Pars affirmativa.

¶ Secundum. Non apparet in euangelio locus ubi de nouo fuerit institutum: nam Matthaei. 19. antiquam institutionem retulit Christus dicens, Non legistis, quia ab initio qui fecit hominem, masculum & foeminam fecit illos?

1. Conclusio.

¶ In contrarium est, quod omnia sacramenta habent uirtutem a passione Christi, atque adeo ipso auctore instituta sunt.

Triabona matrimonij

¶ Quaeestio est facilis, ad quam tribus conclusionibus respondetur. Prima. Matrimonium fuit in officium institutum ante peccatum. Matrimonium enim, ut praedictum est, naturali instinctu & pracepto est omnibus inditum: Deus autem & natura in bonum semper sua opera refert, & secundum illum bonum finem eadem opera admetitur: tria autem sunt bona in matrimonio, quorum primum & naturae inclinationi proximum est procreatio humani generis, quod quidem & ante peccatum erat necessarium: & ideo in hoc officium illico condito homine institutum est matrimonium.

2. Conclusio.

¶ Secundum bonum est remedium contra peccatum, & de hoc subiungitur secunda conclusio. Illico post hominis lapsum mansit idem matrimonium remedium contra concupiscentiam, ut quaestione praecedenti articulo. 2. latet expositum est. Et ideo quantum ad haec duo tantum beneficia vigorem habuit in lege naturae. Et praeterea sub lege Moysi aliqua huic sacramento adiuncta fuit personarum determinatio. Nam quauis lex naturae iuberet, ut matrimonij foedus indissolubile esset, quod quidem ubicumque naturae lumen emicabat, seruabatur, & sicuti dirimebatur, ut uiuente priore coniuge alter alias nuptias iniret, hoc erat propterea quod eiusmodi lumen cotenebreferet. Nihilominus quod una non nisi uni uiro nuberet, & matrimonia in certis consanguinitatis gradibus non permitterentur, non fuit ita liquidum, & ideo lex Moysaica de huiusmodi personarum cautione nonnulla adhibuit mandata. Quauis uiris uxorum multitudine non fuerit usquequaque interdecta, ut distinctio. 33. disputauimus.

Lege naturae nexus matrimonij indissolubilis.

¶ Tertium munus matrimonij est mysterium desponsationis Christi cum ecclesia iudicare, atque adeo, tanquam eiusdem redemptoris instrumentum, gratiam ad idoneum eius uisum infundere. Et de hoc subditur tertia conclusio. Sacramentum matrimonij, qua ratione est sacramentum, in noua lege a Christo institutum est. Et ratio est haec cum reliquis sacramentis communis: quoniam omnia sacramenta, eo quod instrumenta sunt passionis Christi, ab ipso fuerunt instituta. At uero quantum ad alia commoda, quae ex hoc coniugali foedere in rem publicam pullulant, quale est mutuuum obsequium, & vicaria officia conjugum, quibus eorum amicitia colitur, iure etiam gentium & civili nonnullae adhibentur leges, quibus nuptiarum conciliatio decoratur, & constabatur, ut de dotibus. Nam reipublice interest dotes mulieribus conseruari, ad sobolem procreandam, & replendam liberis ciuitatem. I. i. ff. solu. matr. Et de libero bonorum usu, qui competit uiro, de successione uxoris in partem bonorum, & de legatis, & iure hereditatis, &c. Vnde inter leges civiles extat titulus desponsalibus. ff. & de iure dotium. atque alij.

3. Conclusio. Ratio.

Iure gentium & civili leges adhibentur circa matrimonium.

Nota.

Christus quare nuptijs interfuerit

Nota.

Matth. 19.

¶ Ex quo fit consequens hoc peculiare esse huic Sacramento, quod cum reliqua in noua lege tanquam res prorsus nouae & ante illam nunquam auditae fuerint instituta, hoc, cum uetus fuerit, nouam rationem sacramenti per Christi institutionem acquisiuit. Primitus enim Christus hac forte de causa, si coniectari licet, nuptias sua praesentia honestare uoluit: & primo, quod in mundo edidit, miraculo insignire, ut illic facto ipso insinuaret, illud, quod antea solum erat officium & remedium, per suam legem celebrandum fore ut sacramentum. Praeficius, inquam, illucuscque nuptiarum uinum, hoc est, amicitiam, gaudium & gustum plurimum defecisse: quia sine gratia Dei omnis humana necessitudo ueluti aqua friget & languet: iuit conuersum aquam in uinum, quo futura gratia sacramenti designata fuit. Vbi & coniuges uniuersos admonitos curauit, ne matrimonialia foedera in bonis caducis: hoc est, in amplis dotibus, aut alijs formis & causis fundarent, quae facile dilabuntur, sed in sola uirtute, quae perpetuae laetitiae & amicitiae, conjugalis custos est. Deinde uero, ut Matthaei. 19. legitur, a Phariseis rogatus, liceret ne hominibus uxorem quacumque de causa dimittere? quae quidem interrogatio indicabat lumen naturae, quo indissolubilis conjugalis nexus admonetur, obscuratum illis iam tunc fuisse, cotrarium eos docuit, non quidem denuo naturam matrimonij instituens, sed ostendens ab orbe condito a Deo naturae conditore fuisse instituta. Et ideo, Non legistis, inquit, quia qui hominem fecit a principio, masculum & foeminam fecit eos? Et dixit: hoc est, Adamum instituit, ut diceret,

diceret, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro: hoc est, indiuisibilis. Non autem hæc Christi euangelica institutio solum fuit, (vt quidam volunt) declaratio naturalis iuris, sed in super confirmatio. Quare subdit, Quos Deus coniunxit, homo non separaret: quasi diceret, Hanc, quam Deus cōiunctio nem sanxit, ego quatenus orbis redemptor, no uo iure & præcepto meo confirmo. Quo quidem loco id, quod antea erat in officium & remedium, fecit esse sacramentum, vt per suam deinceps passionem vim nouam diuinæ conferendæ gratiæ obtineret. Nam licet illuc vsque sic fuisset in remedium, vt maritalis concupiscentia non esset peccatum, imò posset esse meritum, non tamen singularem habebat ad id muneris fauorem diuinæ gratiæ.

Solut. argu. mentorum. Per hæc ergo argumentis responsum est. Cōcedimus enim ad primum, nullum sacramētū, quatenus sacramentum est, plurimum egere in institutionem, sed tamen hoc, quia non est solū sacramentum, sed etiam naturæ officium, decuit vt postquam sub vna ratione prius fuerat institutum, denuò fieret sacramentum, in locis euangelicis modo designatis. Per quæ secundo argumento satisfactum est.

ARTICVLVS. III.

Utrum matrimonium gratiam conferat.



NONSATIS CONcluditur matrimonium esse sacramentum nouæ legis, quousque ostendatur conferre gratiam, quod nostrorum sacramentorum priuilegium est.

Partis negat. ar. 1. Arguitur ergo à parte negatiua. Omne sacramentum, quod gratiam conferat, per materiam suam & formam eam infundit: materia autem & forma sacramenti huius sunt actus contrahentium: dicere verò quod nostra propria opera sint causa gratiæ hæresis est Pelagiana contra Paulum: nam si ex operibus, iam non esset gratia: ergo matrimonium gratiam non conferat. Et augetur dubium de matrimonio, quod inter absentes conciliatur: aut per epistolam, aut per internuncium, non enim videtur quomodo gratiam conferat, cum vsu venire possit, vt dum posterior consentit, prior dormiat.

Argum. 2. Secundò arguitur. Si gratiam conferret, ma-

ximè contra concupiscentiam: at per matrimonium concupiscentia potius inflammatur, quàm extinguitur, sicut ignis alio appposito igne. Vnde Philosophus. 3. Ethicor. Concupiscentia, inquit, voluptatum insatiabilis est, & sua ipsius ratione tanquam sui simili augetur: ergo matrimonium non est remedium concupiscentiæ.

3. Argum. Tertiò. Si tale remedium gratia præstaret, cum concupiscentia omnibus sit mortalibus commune malum, salubre consilium cunctis esset matrimonium: quod est contra consilium Paul. 1. Corinth. 7. ergo non est remedium concupiscentiæ.

4. Argum. Quartò arguitur. Si sacramētum matrimonij conferret gratiam, hoc esset fidelibus baptizatis: nam baptismus est ianua omnium sacramētorum: hoc autem apparet falsum: quia vt cap. Gaudemus. de diuortijs. discernitur, sacramentum coniugij apud fideles & infideles existit, iuxta verbum Paul. 1. Corint. 7. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc cōsentit habitare cum eo, non illam dimittat.

Pars affirmatiua. In contrarium autem est, quòd matrimoniū est per Christum institutum tanquam remedium, iuxta verbum Augustini libr. 9. super Gen. ad literam capit. 7. Matrimonium, quod sanis est ad officium, ægrotis est ad remedium: Christi autem remedia aduersus peccata non sunt nisi per gratiam: ergo matrimonium conferat gratiam.

Decisio ar. De hac quæstione, vt hæreticos prætereamus, qui effectum gratiæ in sacramentis non agnoscunt, etiam inter catholicos controuertitur. Durandus nanq; distin. præsent. quæst. 3. quauis affirmet matrimoniū esse hac ratione sacramentum, quod est signum, vt ad Ephes. 5. ait, Paulus, desponsationis Christi & ecclesiæ, ait tamen citra periculum hæresis licitum esse opinari non esse sacramentum gratiam conferens, atq; adeò non esse sacramentum vniuocè, vt, ait, cum alijs sacramētis nouæ legis. Quā quidem opinionem, ceu probabiliorē sustinet. Non tamen aliter probat, quàm quia ex interpretibus sacrorum Canonum nonnulli sic opinati sunt, vt Gaufredus in summa sub titulo de sacramentis nō iterandis. & Hostien. sub eodē titulo. & Bernar. in apparatu extra. de simonia super cap. Cum in ecclesiæ corpore. Et est præterea Glossa. 23. q. 2. can. Honorantur. Et ratio omnium istorum est, quia pro matrimonio contrahendo potest pecunia in dote pacisci, vt eodē can. permittitur. Et extra de cōdi. appositis. c. de illis. Ait verò Durandus se nō determinare, an istorū opinio suæq; alle-

Durandus. *Paulus ad Ephes. 5.* *Probatio opinionis.*

gationes *Durandus*

allegationes veræ vel falsæ sint, sed hoc solum accipere vt verum, quod cum iura canonica no uerint, neque eorum scripta reprobentur, non sit eorum opinio, vt erronea censenda. Adiungit aliud fulcimentum ex Magistro sentent. in. 4. distinctio. 2. vbi, ait, quòd quædam sacramenta sunt remedium contra peccatum, & gratiam adiutricem conferunt, vt baptismus: alia in remedium tantum sunt, vt coniugium: alia gratia & virtute nos fulciunt, vt eucharistia & ordo. At verò S. Thom. tres hic opiniones refert. Vnam negantium omnino in matrimonio vllam suffundi gratiam. Aliam dicentium, quòd confert gratiam in ordine ad recessum à malo: puta, ad excusandum actum peccati, non tamen ad auxiliandum in bonum.

Magister sentent.

S. Thom. 1. Opinio. 2. Opinio.

3. Opinio vera.

1. Conclusio.

Ratio. cōcl.

Magister sentent.

Opinio Magist. sentent.

Refutatur moderatio.

Quibus reprobatis subiungit tanquam probabilius, quòd simpliciter confert gratiam.

¶ Duabus ergo conclusionibus ad quæstionē respondetur. Prima. Matrimonium, sicut cætera sacramenta ecclesiæ, gratiā confert. Hæc est opinio cōmunis theologorum: videlicet, S. Thom. Scoti, Bonauenturæ, Richardi & aliorū distin. præsent. Et probatur. Matrimonium ab ecclesia inter sacramenta nouæ legis cōnumeratur, vt dist. 1. referebamus: sacramentum autem nouæ legis, vt ead. dist. monstrauimus, gratiam confert. Id quod conciliū Florentinū expressè decernit. Et est sententia August. super psalm. 73. dicentis, quod vetera sacramēta promittebant tantum & significabant, hæc verò dant salutem. Vnde cōcilium intulit, quod nostra sacramenta in hoc ab illis differunt, atq; abundant, quod illa gratiā significabant, non autē conferebant: ergo matrimonium cōfert gratiam. Atque hinc colligitur, quod Magister sentent. nō fuerit sibi constans, sane qui cum distin. 1. hoc ipsum discrimen inter illa & nostra vsq; adeò agnouerit, vt sacramētum sic diffinierit, quòd sit signū inuisibilis gratiæ, cuius imaginem gerit, & causa existit. Postmodum distinctione secunda, septem sacramenta ecclesiæ cōfessus, coniugium, quòd illis adnumerat, ait, in remedium tantum fuisse institutum. Tametsi fortasse, non simpliciter gratiam huic sacramento subduxerit, sed illam secundam opinionem, quam hic refert Sanct. Thom. forte insinuauit, quòd gratia matrimonij non sit nisi in remedium ad recedendum à malo, gratia verò aliorū sacramentorum sit adiutrix: ad promouendum bonum. Attamē neq; moderatio hæc veritati consonat, tum quod cū gratia auxilium dei sit, nullā est, quæ non in vtramq; partem iustitiæ sufficiat: tum etiam quia hæc ratione nullatenus matrimoniū in noua lege illi præstaret,

quod sub lege naturæ decurreret: quoniam matrimonium eatenus fuit semper in remedium, vt coniugalis torus nullam impingeret culpæ maculam, imò posset meritum accumulare. Christus autem illud denuò in remedium eiusdem concupiscentiæ confirmauit, vt Apostolus. 1. Corinth. 7. admonet dicens. Propter fornicationem vnusquisque suam uxorem habeat, quæ debitum viro reddat, & vir uxorem: & infra. Iis, qui matrimonio iuncti sunt, præcepto non ego, sed dominus, uxorem à viro non discedere, &c. Et. 1. ad Thessalō. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineteis vos à fornicatione, vt sciatis vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, ad matrimonium alludens, quo hæc sancta & honorifica possessio coniugum perficitur: ergo certū est Christum nouam vim matrimonij ad id adiunxisse, quæ esse non censetur alia, quàm gratia, qualis est in cæteris sacramentis. Et ideo Sanct. Tho. in expositione literæ distinctionis. 2. aliter exposuisse videtur. Magist. scilicet, quod nō aliud senserit, quàm quòd principalis finis matrimonij fuerit in remedium, non tamen negauerit ad illum finem conferre gratiam. Citat enim Magister distinctione præsent. illud inter alia Augustini in lib. de bono coniugali cap. 18. In nuptijs plus valet sanctitas sacramenti, quam fœcunditas ventris.

Non autem sanctitatem appellasset, nisi sacramentalem gratiam. Re vera qui negat matrimonium conferre gratiam, in virtute negat esse sacramentum nouæ legis. Et idcirco Durandus negans conferre gratiam, simul in prioræ additione, vt impræsentiarum refert. Capreolus, negauit esse simpliciter sacramentum nouæ legis: sed in posteriori additione, quia id hæc hæresi male audiebat, vt periculum sibi caueret, concessit quidem esse sacramentum, sed tamen negando conferre gratiam, si id simpliciter negasset, asserendoq; subinde nō esse cum alijs nouæ legis vniuocum, parum sibi curauisset. Et ideo solum dixit, non censeret hæreticum. Eallit tamen, hoc ceu probabile sustinendo. Nam si non diceretur sacramētum, nisi ob id dūtaxat quòd significat vnionē Christi & ecclesiæ. illam profectò rationem ab initio conditi orbis habuit: de illo enim matrimonio primorum parentum, ait, Paulus fuisse magnum sacramētum: hoc est, mysterium Christi & ecclesiæ, quia illud significat: tamen asserentes esse sacramentum ecclesiæ, quidpiam ei noui attribuant.

¶ Et cōfirmatur hoc planè, quia sicut Eua tunc e costa Adæeducta fuit in officium matrimonij: ita

S. Tho. exa postio.

Durandus.

Durand. fat litur.

Alia ratio.

nij: ita & de latere Christi in cruce educta est ecclesia, vt per sacramentum matrimonij Christiani filij procrearentur, qui eius colerent religionem, atque adeo in spirituales Dei filios ad optarentur: ergo matrimonium gratiam ex eodem latere promanantem veluti reliqua sacramenta cofert. Quo circa non concludimus nos, vt censet Durandus, ex hoc solum esse sacramentum, quod sit remedium contra peccatum: nam hoc antea habebat, sed inde quod est a Christo institutum, vt idonee coniugale officium exerceretur, veluti sacramentum ordinis, vt idonee sacerdos sacramenta ministraret. ¶ Hæc autem sacramentalis gratia contra trinam concupiscentiæ peruersitatem, vt ait, Bonauentura, fertur. Concupiscentia namque nec numerum personarum moderatur: quia impudicus quacunque promiscue optat, neque commoditatem, sed delectationem procurat. Ac demum satiatus foeminas fastidit. Gratia vero sacramentalis administratur, vt vir sua sit contentus, & vxor suo, vt officium debitum coniugio vtantur, neque vbi opus fuerit ob satietate a debito reddendo abhorreant. Guilielmus Parisiensis in materiam matrimonij, capit. illo, vbi tractat de eius virtute, plurimum energiam ei tribuit aduersus concupiscentiam. Tamen si malitia possit huic gratiæ præualere. ¶ Quod si scisciteris quando nam eiusmodi gratiam conferat, respondetur, quod tunc, dum consensus de presenti amborum coniugum simul concurrunt, vt paulo inferius repetetur. ¶ Si vero quis interroget, vtrum eum gradum hæc veritas obtineat, vt sit habenda tanquam catholica, eiusque negatio tanquam hæretica, profecto vtrinque sunt angustia. Nihilominus adhibetur secunda conclusio. Quamuis hoc non sit in sacris biblijs vel in sacris concilijs expressum, tamen ægre defensari posset non esse erroneum, imò hæreticum id negare, saltè est temerarium & valde periculosum. Vtimur hoc moderamine, eo quod Canoniste opinantes matrimonium non conferre gratiam, non sunt de hoc condemnati, nec Durandus eorum patronus: Imò verò Diuus Thomas, Bonauentura, Scotus & reliqui solum aiunt, partem affirmatiuam esse probabiliorum. Sed ex altera parte extat capitulum. Ad abolendam, de hæreticis, anathematis mucrone eos confodiens, qui de septem sacramentis aliter quam ecclesia Romana senserint. Et in concilio Florentino illud, iuxta verbum Augustini, constitutum est discrimen, inter vetera & noua, quod illa significabant tantum salutem & gratiam, nostra verò dant illam, virtutemque

conferendi in se continet. Profecto adeo vt get argumentum, vt si Sanctus Thomas & antiqui patres hoc concilium ætate attigissent, non tantum assensissent, vt reor, esse hoc probabile, verum & esse catholicum. Nam negare illud concilium non fuisse legitime congregatum, non esset tutum: quando quidem celeberrima illa in eo fuerit celebrata conciliatio Armenorum cum ecclesia Romana. Imò verò Canonistæ, vt arbitror, suam opinionem recantassent. Præterquam quod miror Durandum tantam autoritatem eis de hac re præter suum morem detulisse. Primum, cum hoc ad ius diuinum spectet, cuius ipsi non sunt adeo docti fideique interpretes. Secundò, quod manifestum est non maiorem habere in hac parte autoritatem, quam ratio ab eis allata illis arrogat: & tamen rationem illorum palam est nullius esse vigoris. Omnium enim vnum hoc fundamentum est, quod pro matrimonio confertur pecunia: & tamen debuissent attendere, sacramentum matrimonij propterea quod conferat gratiam, rationem non exuere contractus civilis: & ideo nil vetat, quominus ista ratione pecunia possit inter contrahentes interuenire. victus causa, sicut in emptione & venditione, & alijs contractibus: licet illa non detur pro matrimonio, quatenus res est sacra. Igitur sic illi, qui concilium Florentinum antecesserunt, non sunt hæresis damnandi, vt iam sint vehementer suspecti qui gratiam matrimonio negauerint. Præsertim quod illa negata debent dicere non esse proprie & simpliciter sacramentum. Adde quod Lutherani etiam de hoc sinistre audiunt, quod huiusmodi gratiam in hoc sacramento diffitentur. Quo circa authores, qui contra eos scripserunt, vt Rossensis & Ekins, & concilia Parisijs & Colonia congregata tanquam errorem eum vituperant. Et si œcumenica Synodus Tridenti fuisse progressa, id ipsum definisset: nam sic erat patribus in animo. ¶ Circa materiam verò primi argumenti capitalis posset, quispiam forte comminisci actus contrahentium: nempe, expressos consensus non esse materiam & formam sufficientes ad conferendum gratiam, sed formam necessariam, per quam confertur, esse verba ministri: nempe, sacerdotis, qui amborum celebrat coniunctionem. Cuius magnum argumentum ex verbis concilij Florentini duci posset, quibus asseritur omnia sacramenta tribus perfici: videlicet, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministri conferentis: sacramentum cum intentione,

Sententia authoris.

Concilium Florentinum legitime congregatum.

Nota.

Canonistarum fundamentum.

Qui gratiam matrimonio negant suspecti sunt.

Lutherani.

De 1. arg.

1. Argum.

tione faciendi quod facit ecclesia. Inde enim sunt, qui colligant præter contrahentes necessarium esse sacerdotem ministrum, cuius verba sint forma necessaria sacramenti. Id quod reliquorum omnium sacramentorum exemplo confirmatur. Accedit quod actiones sacramentorum, vt distinctione in fronte expostum reliquimus, sunt actus religionis, quibus profiteamur diuinitus sanctificari: actus verò religionis absque ministri benedictione non reperitur, qui quidem minister, vt arguit Durandus, debet esse sacerdos, nisi vbi sacramentum tantæ necessitatis est, vt eadem laicum permittat ministrum, vt in baptismo. Tertiò arguitur, quod cum matrimonium, quod erat tantum in officium, institutum sit in sacramentum, decentissimum fuit nouum illi ministrum, nouamque formam necessariam adscribere: verba enim contrahentium non videntur vim habere, nisi contractus cuiusdam & pacti, sicut in emptione & venditione: neque habent præscriptam formam, nam & nutus satis sunt. Concedendum ergo secundum istos esse nunquam per matrimonium conferri gratiam quando priuatim & clanculum absque ministro contrahitur, nisi sacerdos cum sua forma interuenerit. Atqui Sanctus Thom. 4. libr. contra gentes capit. 78. ait, quod matrimonium in quantum ad bonum ecclesiæ ordinatur, oportet quod subiaceat regimini ecclesiæ: ea autem quæ populo per ministros ecclesiæ dispensantur, sacramenta dicuntur. Vbi insinuat matrimonium non esse sacramentum, nisi quando per ministrum ecclesiæ dispensatur. Et Guilielmus Parisiensis capit. citato de matrimonio, ait, quod forsitan matrimonium, dummodo nuptialis benedictio non contemnatur, sacramentum est, sed virtutem sacramenti talem non habet, nec verum nominis est sacramentum, nisi sicut diximus. Hæc ille. Vbi insinuat absque benedictione sacerdotis non esse verum sacramentum. ¶ Hanc autem opinionem, quia singularis esset, nullum arbitror habuisse hactenus assertorem, sed disputatorem: nam præterquam quod nemo eorum, qui hucusque scripserunt, eius meminerit, non apparet quemadmodum sit sustentabilis. In primis enim de benedictione nuptiarum, qua in ecclesia sponsi solenniter benedicuntur, affirmari nequit, quod sit forma necessaria. Nam Sanctus Thom. & vniuersi, nemine excepto, fatentur impræsentiarum non esse de essentia, sed de solennitate sacramenti: quippe quod iam antea per consensus de presenti fuerit confirmatum. Id ergo su-

stinere quis forte contendat, de forma ministri, dum sponsalia de presenti (quæ matrimonium sunt) publice in forma ecclesiæ celebrantur: tunc etenim ad interrogationem sacerdotis vterque coniugum respondet se alterum in coniugem accipere, & sacerdos addere solet, Ego igitur vos coniugo in nomine patris, &c. Quod autem hæc non sit necessaria forma, demonstratur: quia si esset necessaria, proculdubio ecclesia illam expressisset tanquam necessariam vbi que seruandam, & tamen nullibi inter sacros canones talis extat forma: cum tamen sapissime de hoc sacramento fiat mentio: & potissimum capit. Licet de sponsa duorum exprimitur forma solennis exprimendum consensus, Ego te accipio in meam, & Ego te accipio in meum, licet neque hæc vt Glossa bene ait, sit necessaria: si ergo & forma sacerdotis esset necessario adhibenda, eius illic certe facta fuisset mentio. Sed & concilium ipsum Florentinum, quod recitata opinio sibi suffragari censet, ei maxime refragatur: nam licet prius in genere ministrum omnium sacramentorum nominauerit, tamen dum in specie ad matrimonium descendit (vnde potissimum debet argumentum peti) solum ait, quod causa efficiens matrimonij regulariter est mutui consensus per verba de presenti expressi. Vbi cum in reliquis omnibus expressè materiam explicauerit & formam, si qua esset matrimonij alia, præter verba contrahentium, necessaria forma, ambigere non licet, quominus illam expressisset. Cum ergo de illa nihil nominerit, manifestè colligitur non aliam posuisse, quam contrahentium verba. Nominauit autem illa, non formam, sed causam efficientem: quia compertissimum habebat Synodus easdem causas efficientes, quibus sacramentum perficitur, rationem habere materiam & formam, quæ sunt necessaria: sed quia non habebant illam imaginem extrinsecarum materiam & formam, quæ est in cæteris sacramentis, appellauit eas causas efficientes, sicut actus poenitentis appellauerat quasi materiam, non quod non sit verè materia, sed quia non sunt extrinsecæ, vt in cæteris. ¶ Præterea, forma sacramentorum, quæ a sacerdote apponitur, significat effectum sacramenti, vt patet in baptismo, Ego te baptizo &c. et in cæteris: effectus autem matrimonij est coniunctio coniugum: hanc autem consensus ipsi expressi contrahentium satis significant: verba ergo ipsa contrahentium sunt sibi mutuo pro materia & forma. Quæ quidem expressa sententia est Hugonis libro. 2. de sacramen-

Verba sacerdotis an sint forma.

1. Argum.

Concilium Florentinum.

2. Argum.

Opinio singularis.

3. Argum.

Hugo lib. 2. de sacramen.

cramentis part. 1. capitu. 5. vbi interrogatus, quando coniugium esse incipiat, respondet, quod ex quo consensus inter masculum & feminam factus fuerit, ex eo statim coniugium est. Quare licet sacerdos adiciat, Ego vos coniungo, forma illa non potest accipi in sensu quem sonat, quasi per illam coniungantur, sane cum illi per suos consensus fuerint coniuncti, sicuti tempore antiquo, antequam matrimonium esset sacramentum, sed in hoc sensu, Ego approbo, vel benedico coniunctionem vestram.

¶ Et confirmatur hoc maxime. Opinio illa non negat, quia nec negare potest, absque forma sacerdotis coniungi coniuges per suos consensus, atque adeo, matrimonium fieri tunc in dissolubile, sed, ait, non esse sacramentum. Arguitur ergo sic contra. Ergo quando sacerdos ait, Ego vos coniungo, non applicat coniungentes causas: nam illas contrahentes ipsi sibi inuicem applicant, Ego te accipio, &c. ergo sacerdos non vere eos coniungit, quippe qui iam sunt coniuncti: ergo nec tunc facit sacramentum coniugij: nam idem est facere sacramentum coniugij: & facere coniugium, sicut idem est facere seu administrare sacramentum baptismi, & ministrare baptismum, & sic in ceteris, quare nec sacerdos est agens, sed ipsi contrahentes sunt sibi mutuo agentes & recipientes. Quocirca forma illa sacerdotis non est de essentia, imò neque est vniuersalis in ecclesia, sed alij dicunt, Ego vos sponso, & sacramentum confirmo, & alij, Quos Deus coniunxit, homo non separet, atque alij aliter.

4. Argum. ¶ Arguitur de iure. Excludere omnia clandestina matrimonia, quibus sacerdos non interest, à ratione sacramenti, cum nullo ecclesia sit iure id expressum sit: imò neque hactenus ab aliquo sanctorum assertum, temerarium est. Et certe cum clandestina matrimonia sint iure prohibita, ut patet eodem titulo si illa non essent sacramenta, ab ecclesia quidem fuisset admonitum. Accedit quòd tunc non solum iure pontificio, sed & diuino essent interdicta, tamquam non habentia legitimam formam, nec gratiam conferentia: & tamen solo pontificio iure inhibentur, & propter solam inobedientiam & excommunicationem ecclesie non conferunt gratiam. Imò verò si non essent sacramenta, deberet postea solenniter iterari, ut ratificatis consensibus forma sacramenti accederet: quod tamen non fit. Accedit & Sanctus Thomas distinctio. 28. art. 3. vbi secundo loco arguens, quòd cum in ceteris sacramentis requiratur ecclesiasticus minister, idem videtur

in matrimonio necessarius, negat consequentiam: quoniam in ceteris, ut in poenitentia actus nostri licet sint de essentia, tamen non sufficiunt ad inducendum effectum sacramenti, scilicet, absolutionem à peccatis sine sacerdote: sed in matrimonio actus nostri sunt sufficientes tamen proximi effectus, scilicet, colligationis: & ideo benedictio sacerdotis non est necessaria. Vbi insinuat, quòd quia actus nostri sunt causa coniunctionis, in qua consistit substantia matrimonij, sunt subinde causa gratie absque sacerdotis munere. Sed non opus est pluribus.

¶ Respondetur ergo ad argumentum cum Sancto Thoma, quare omnium est vniuersalis responsio, ut articulo. 1. expositum est, quòd actus illi contrahentium: nempe, verba exprimècia consensus, eo quòd directè faciunt nexum, qui est sacramentum matrimonij, non quidem tantum meri actus humani, ut aiebant Pelagiani, sed ex institutione Christi conferunt gratiam, quare ideo tunc confertur dum amborum consensus coeunt: nempe, in illo momento, quo posterior consensus accedit priori. Neque alia expectatur forma. Quo fit, ut ibi sponsalia de futuro præcesserint, illo post articulo, quo amplexu maritali, sese per copulam commiscant, sacramentalis gratia conferatur: quia tunc consensus perficiuntur. Ex quo secundo subsecutiu, quòd quando dicitur per matrimonium conferri gratiam, intelligitur per causas, quibus fit matrimonium: nempe, per consensus, quibus fit obligatio & vinculum, quod est matrimonium.

¶ Vnde ad argumentum primò contrarie partis respondetur, quòd conciliu ipsius, quòd prædixerat, in omni sacramento requiri ministrum, & materiã & formã, se in matrimonio explicuit docēs, mutuos consensus per verba de presenti qua ratione causa sunt efficiēs matrimonij, materiã esse & formã, atque adeo non esse alium necessarium ministrum præter ipsos contrahentes, qui materiã applicant & formã. Cum enim Christus hoc instituens sacramentum nihil aliud fecerit, quam antiquum foedus sanctificare, neque nouam materiã neque formã instituit, sed eisdem actus voluit esse ad hæc officia destinatos & sanctos.

¶ Et per hoc ad aliud de religione respondetur, quòd actus ipsi, quia antea non erant nisi legitima quædam pactio & merus contractus, iam nunc in lege euangelica sunt vere actus religionis, veluti materiã & formã in baptismo, licet per laicum applicentur. Tametsi benedictiones ecclesie, quibus sponsi in nuptiali missa consecrantur, eiusdem religionis sint maximum documentum. Atque hoc pacto Guillielm.

Solu. 3. ar. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Forma diuersa.
4. Argum.
5. Ratio.
6. Ratio.
7. Ratio.

Parisiensis est intelligendus: palam enim est eum non loqui de verbis sacerdotis dum sponsalia fiunt de presenti, sed de benedictionibus, quibus in templo sponsi benedicuntur: nam fortasse suo tempore matrimonia non celebrabantur nisi illo temporis articulo. Constat autem communi omnium consensu illas non esse de essentia, sed eas commendauit doctor ille ita fieri in testimonium religionis Christiane, ut si contemnatur, maneat matrimonium quoddammodo sine solennitate imperfectum, nihilominus verum sacramentum. Atque id ipsum sentit loco citato Sanctus Thom. probat enim esse sacramentum: quia regimini ecclesie subditur, ut materia eius determinetur non consistere inter consanguineos, & benedictio per ministros ecclesie nubentibus adhibeatur. Et ideo, ait, hoc sacramentum dispensari per ministros ecclesie.

¶ De matrimonio autem inter absentes aut per epistolam aut per internuncium maior offertur dubitandi occasio: sed hæc disputatio de sequenti suum habet locum.

2. Argum. ¶ Ad secundum principale argumentum respondetur, quòd quauis concupiscentia absolute considerata, quo magis exercetur, eo ardentius feruescat, tamè dum eius necessarius vsus rationis ordini per matrimonium subijcitur, illam reprimit, quatenus illæ actiones habitus, qui alias essent vitiosi, studiosos generant. Matrimonium ergo concupiscentie medetur tam ex parte actus, quam ex parte ipsius concupiscentie.

Ex parte actus. Ex parte quidem actus ea ratione qua est legitimum vinculum in officium nature per bona sibi annexa. Et hoc dupliciter. Vno modo quia facit actum licitum ratione generationis, qui, si esset concubitus vagus, esset illicitus. Secundo quia cum per ipsum homo concupiscentie satisfaciatur, cohibetur ab alijs turpibus congressibus & immunditijs, iuxta verbum Pauli, Melius est nubere, quam vri. Sed tamen ex parte concupiscentie secundum se operam fert coniugium quatenus est sacramentum: quippe quod per gratiam, quatenus est ex natura gratie, concupiscentiam in sua radice extinguit & eneruat ad actus illicitos.

3. Argum. ¶ Ad tertium autem, quo inferebatur consilium esse omnibus matrimonia contrahere, negatur consequentia. Nam alia sunt salubriora remedia, ut carnem ieiunij & vigilijs macerare, contemplationi & orationi vacare, quæ opera esse debent virginum, & eorum, qui in coelibatu viuunt. Ob idque Paul. consulebat, ut omnes essent sicut ipse, si tamè possent: nam ut Christus Matt. 19. Matthæ. 19. apostolis dicentibus. Non ex-

pedit nubere, dixit. Non omnes capiunt verbum istud: scilicet, consilium non nubedi, sed quibus datum est, & ideo qui potest capere, capiat.

¶ Ad quartum argumentum Adria. in materia de matrimonio. q. 1. sub dubio respondit, vtrum matrimonium infidelium sit sacramentum nouæ legis. Tametsi gratiam illis eo non infundant, quod obicem opponunt. Ac perinde sub iudice relinquit, vtrum fidelibus non baptizatis: nempe, catechumenis, gratiam conferat, pro eo quòd in c. Veniens. de presbytero non baptizato. quasi arguendo, ait, Innocentius, quòd videatur sacramentum matrimonij, eucharistie, & ordinum absque baptismi suscipi posse. At verò non est cur huiusmodi dubitatione, qua nulla est, conturbemur. Enimvero si non esse sacramenti accipiatur pro legitimo vinculo in officium & pro mysterio, quo significatur vnio Christi & ecclesie, liquidum est matrimonium infidelium esse sacramentum: quia hac ratione ab orbe condito fuit institutum. Et hoc est quòd prædicitur cap. Gaudemus. definitur. Hanc enim ob causam docet Apostolus uxorem infidelem postquam marito ad fidem conuerso manere, si fiat, citra periculum fidei. Si verò nomè accipiatur pro sacramento nouæ legis conferente gratiam, certissimum est matrimonium infidelium non esse sacramentum. Neque contraarium affirmat in dicto. c. Veniens. Innocentius, Primùm, quia solum disputado, ait, baptismum non esse fundamentum omnium sacramentorum. Et forsitan accipit sacramentum matrimonij ut est, duntaxat vinculum in officium. Quare concludendo diffinit cum concilio apud compendium cap. Si quis presbyter. eodem titulo. ut clericus non baptizatus, iterum suscepto baptismi de integro ordinetur: nam absque baptismi, qui est ianua sacramentorum, nullum suscipitur sacramentum nouæ legis. Quapropter licet catechumenus, qui per fidem sacramenti formatam est iam membrum Christi, matrimonium contrahat, tamè non suscipit sacramentale gratiam: quia neque illud est sacramentum: sicut neque esset sacramentum si ordinaretur, aut conferretur.

¶ Sed hoc forsitan dubitabit curiosus lector, vtrum si baptizatus contraheret cum muliere non baptizata, quæ esset catechumena, esset verum sacramentum nouæ legis. Apparet enim non esse, quia aliàs esset claudicans ex altera parte: Attamen nulla apparet absurditas si dicatur esse sacramentum ex parte viri, qui est aptum subiectum, non tamen ex parte femine, quæ est ineptum.

4. Argum. Dilutio.
C. Veniens.
Innoc. ex ponitur.
Dubitatio.

Utrum commissio sexuum per copulam sit de essentia & integritate matrimonij.



Andem, vt perfectio matrimonij innotescat, queritur, vtrum actualis commissio coniugum sit de eius essentia. Et arguitur a parte affirmatiua. Primo ex vnionis natura. Dicitur

Partis affirmatiue argum. 1. 2. Argum.

est in institutione, Erunt duo in carne vna, quod non fit nisi in maritali complexu.

¶ Secundò ex fine: est enim tam in officium generandi, quam in remediũ: & tamen neutrum coniuges assequuntur, nisi per carnis commissionem.

3. Argum.

¶ Tertiò ex significatione: significat enim coniunctionem Christi & ecclesie in vnitate nature: hæc autem non designatur, nisi per corporum copulationem in actu.

Pars negatiua.

¶ In contrarium autem est, quod inter primos parètes ante lapsum fuit verum matrimonium, quando tamen nulla fuit copula consummata: quia iam tunc dictum fuit, Erunt duo in carne vna, & Crescite & multiplicamini.

¶ Circa hanc questionem in eo fuit errore Vitcleff, vt crederet ante coniugum carnalem copulam matrimonium non esse solidum nec firmum, quemadmodum Thomas V Valdensis tomo. 2. de sacrament. capit. 130. refert. Quin verò & Gratianus. 27. questio. 2. can. In statutum. 6. Potest & aliter. & can. Sic quippe, 6. Ex his. ex quibusdam sanctorum auctoritatibus id ipsum sibi videtur elicere. Hæc tamen assertio non tantum falsa opinio, sed error censenda est.

Matrimonij duplex integritas & perfectio.

¶ Ad questionem ergo distinctione præmissa per duas conclusiones facile respondetur. In matrimonio enim, sicuti & in qualibet naturali, duplex integritas, & perfectio consideratur. Vna quæ consistit in essentia rei & definitionis complemento. Atq; hæc dicitur perfectio prima ipsius substantie & speciei: veluti est ignis, licet in vacuo positus non calefaceret. Altera verò est perfectio, quæ attenditur penes operationem, & illa est perfectio secunda per quam res suam assequitur finem.

Prior conclusio.

¶ Prior ergo conclusio sit. Matrimonium per mutuũ consensum de presenti cõciliatũ, est integru & perfectũ integritate prima & essentiali.

¶ Posterior autem. Matrimonium non est perfectum perfectione secunda quousque committio carnalis copulæ accedat. Hæc per se manifesta est, sed prior, in qua est difficultas probatur. Matrimonium, vt habetur capit. Illud de præsumptio. & citatur à Gratiano in fronte. 2. questionis, causa. 27. vbi hæc materia compilatur, est maris & foemine coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens: quare essentialis natura matrimonij est nodus & vinculum quo personæ sibi se mutuò tradunt: tunc enim contrahere dicuntur matrimonium, quia tunc contractus celebratur: hoc autem fit dum amborum cõsensus de præfenti concurrunt: ergo tunc matrimonium in sua substantia perficitur. Idque inde secundo confirmatur, quod cum vsus & operatio rei non sit de eius essentia, fit vt ante copulæ cõsummationem sit legitimum matrimonium.

Posterior conclusio.

Ratio prioris conclusio.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

¶ Tertiò arguitur, quia alias matrimonium, sterile, & senum non esset verum matrimonium: quoniam coniugalis copula non refertur, nisi ad prolis generationem: consequens tamen est falsum.

¶ Quarto. Internus finis sacramenti est homines per gratiam sanctificare: sed tunc, vt prædictum est, dum consensus amborum interueniunt, gratia sacramentalis confertur: ergo tunc fit sacramentum. Atque hinc distinctio. sequenti questio. 1. artic. 3. collecturi sumus, consensum in carnalem copulam non esse ad essentialiam matrimonij necessarium.

¶ Quintò veritas hæc catholica multis canonibus ead. causa & questio. comprobatur. Ait enim cano. Matrimonium. Chrysostomus super Matthæ. Matrimonium non facit coitus, sed voluntas. Et alludit ad illud Pauli. 1. Corinthio. 7. Præcipio non ego, sed dominus, vxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam: vbi docet, separationem tori non dissoluere matrimonium. Hinc ergo euidenter sumitur argumentum. Si enim post copulam separatio tori non dissoluit matrimonium, fit vt etiam si ante copulam, vt vxcent orationi, vt ait, Paulus. constituerent perpetuo abstinere, nihilominus esset verum matrimonium. Vnde in libr. de bono coniugali capit. 18. August. in nuptijs, inquit, plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas ventris, vbi ante coniugalem congressum matrimonium nominat. Cui consonat Nicolaus papa can. Sufficiat. ead. cau. & quest. vbi, ait, solum consensum matrimonium facere, vt sint veri coniuges.

Cõfirmatio ex sacris canonibus.

Paulus. 1. Cor. 7.

Augustin.

Nicolaus.

¶ Præterea id patet, quia inter Ioseph & Dei param

monitum inter param virginem fuit verum matrimonium, vt dist. 30. quest. 2. videbimus, idemque docet Ioseph, & August. lib. 1. de nuptijs & concupiscencia capi. 9. & refertur can. Beata Maria. ead. cau. & quest. iuxta verbum angeli Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Vnde infert, quod coniux vocatur ex prima fide desponsationis, quam concubitu nec cognouerit, nec fuerat cogniturus. Quo verbo eodem natur erroris glossa Gratiani locis citatis, vbi ait, coniuges consuetudine scripturæ non appellari nisi spe futurorum: quia, scilicet, in animo habent coniungi carnali commercio. Esset enim hæresis dicere, quod beata Maria & Ioseph in proposito habuerint illam carnalem copulam, cum prius illud diuinæ voluntati commiserint, & postea voto continentie confirmauerint. Sed de hoc virginis matrimonio inferius. Vnde Ambros. lib. de virginibus, & citatur ca. Cum initiatur. Desloratio, inquit, virginitatis non facit matrimonium, sed pactio coniugij. Quod profecto pessime Gratianus can. Sic quippe. interpretatur dicens, quod coniugalis pactio facit, vt mulier in defloratione sue virginitatis nubere viro dicatur: imò antea per consensum verè nubit, fitque verè coniux. Id ipsum Isidorus lib. 9. Ethymologiarum censet, vt ibidem can. Omnis res.

monitum uirginem.

Glossa Gratiani.

Ambros.

Gratianus reprehenditur.

Isidorus.

Hugo.

Intellectus can. Non est dubium. 27. quest. 2.

Leo.

6. quod Gratianus animaduertere debuisset. Extat enim ille textus in epistola eius. 70. capit. 5. vbi tractat discrimen inter veram vxorem & concubinam, & inter verum & falsum hæredem, vbi citat historiam de Sara & Agar, quæ adducit Paul. ad Galat. 4. At vero Agar licet dicitur Genes. 25. concubina: non tamen taliter, vt non fuerit vxor, sed quia erat ancilla, vt infra distinctio. 33. questio. 1. artic. 2. plenius explicabitur: & ideo nec eius filius fuit legitimus hæres: ob idque præcepit Deus Abraham dicens, Ejice ancillam & filium eius, Genes. 21. Ex his ergo concludit Pontifex dicens, quod cum præter commissionem sexuum: nempe, per matrimonialem consensum, non habeant in se nuptiæ coniunctionis Christi & ecclesie sacramentum, non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse nuptiale mysterium, vbi non est legendum, nuptiale ministerium, sed mysterium: hoc est, nuptiale sacramentum. Insinuat enim illic Pontifex, quod solent patita turpia inter concubinarios interuenire perpetua instar matrimonij: & hæc sunt, quæ illic condemnat. Hugo verò loco citato idem exponens ait, quod vbi copula carnalis non interuenit non est integra significatio desponsationis Christi cum nostra humana natura, quam induit, nihilominus est verum coniugium, verumque sacramentum significans eandem vnionem Christi per amorem. Et inde illud desumpsit Innocentius capit. Debitum. de bigamis non ordinari. Verum est tamen quod Origenes, vt refertur can. Inuenta. beatam virginem non vult simpliciter appellari vxorem Ioseph. Neque Hieronymus, vt refertur canon. Genuit. neque Gregorius can. Sic quippe. appellat illas veras nuptias: quia nuptiarum nomen coaptari non censet nisi carnali copula, sed tamen non negant quin citra illam sit verum sacramentum.

Paul. ad Galat. 4.

Hugonis interpretatio.

Innocentius Origenes.

Hieronymus Gregorius.

Matrimonium ratum.

¶ Atque hac de causa matrimonium per consensum firmatum dicitur ratum: attamen nisi adueniente copula, non est consummatum. Et ea propter illud per ingressum religionis alterutrius coniugum dirimitur, hoc vero minime, nisi per mortem, id quod inferius examinaturi sumus. d. proxima.

¶ Ad primum igitur principale argumentum respondetur, quod Adam verbis illis, Erunt duo in carne vna, naturam sacramenti secundum vtramque perfectionem explicuit.

¶ Ad secundum autem respondetur, quod finis rei non est de eius essentia: & ideo quauis matrimonium non nisi per copulam finem assequatur

Solutio. p. m. argum.

Solu. 2. ar.

quatur proles, nihilominus antea est verum sacramentum. Præterquam quod & alterū affectur finem, qui est cohabitatio & mutua coniugum obsequia, vt in de bono coniugali, ait, Augustinus. Remedium autem contra concupiscentiam est duplex, alterū in habitu & profectum ante copulam, vt, scilicet, idoneo affectu coniuges dum libuerit possint se amplecti. Alterū autem est in actu & in usu, per quem homo satisfaciendo concupiscentiæ ab alia cauet turpitudine. Sed hoc non est de essentia.

Solutio. 3. Ad tertium denique respondetur, duplicem esse in matrimonio significationem Christi & ecclesiæ. Vnam, scilicet, per affectum, & vnionem charitatis, quemadmodū admonet Paul. vt coniux coniugem, sicut Christus ecclesiā, diligat. Et hæc essentialiter in mutuo consensu consistit, qui est ante copulam. Sed alia est significatio per commistionem carnalem, per quam significatur vnio hypostatica Christi cum nostra natura. Atqui hæc pertinet ad secundam perfectionem, quæ non est de essentia.

DISTINCTIO vigesima septima, De matrimonij essentia, de que sponsalibus & bigamia.

Text. Cap. 1.



Æterum quò huius sacramenti naturam penitus speculemur, matrimonium dicitur quasi matris munium. Primum enim fœtus in utero, & deinceps tenera proles materno subsidio potius fouetur, quam paterno, à quo ideo, vt Gregorius 9. author est, matrimonij contractus nomen fortitur. Deinde verò paterna potitur hæreditate, quæ ob id patrimonium nuncupatur.

Ca. fi. de cõuer. infide.

Sed nuptiæ dicuntur à nubendo, quod proprium est fœminæ, sicuti uxorem ducere, proprium viri. At verò coniugium ab utroque denominatur, quorum est vinculum. Matrimonium ergo, vt Alexand. 3. ait, est viri mulierisq; maritalis coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.

¶ Hoc igitur matrimonij fœdus & nexus (vt de eius causa dicamus) solo contrahentium mutuoque consensu de præsentī connectitur verbis aut nutibus expresso: alioqui esse nequit mutuus. Est enim nuptialis contractus, nõ quidem simplex donatio aut traditio, sed permutatio, Do, vt des, quæ ideo suapte natura deponit, vt utriusque contrahentium mutua eorum voluntas innotescat. Vnde Nicolaus Papa, consensus, inquit, contrahentium sufficit, quo deficiente nihil fit. Id quod inter Armenorū instructiones Florentina Synod. decernendo repetit. Nam præterquam quòd omnibus sacramentis generale est, vt intentio suscipientis in adultis requiratur, hoc huic, quatenus contractus existit perpetui vinculi, est quodammodo peculiare. Quod enim quis non eligit, nec optat, id profectò, vt ait, Sanctus ille pontifex, minime diligit: quod autem non diligit, facile contemnit: atq; ad cõ matrimonium nisi animi assensione confirmaretur, perpetuò durare nequiret, neq; verò procreandis proli-

Cap. illud. de præsum.

Cap. 2.

Can. Sufficiat. 27. q. 2.

Concilium Florent.

Can. præsens. 20. q. 3.

bus

bus satis esset aliter consultum. **Cap. 3.** ¶ Consensus autem huiusmodi nõ est necessarium vt in carnalem copulam formaliter feratur, quando quidem illa essentiam matrimonij non ingreditur, sed satis est vt sit in perpetuam indiuiduamque consuetudinem & consortium, in quo, vt idem, ait, Nicolaus, essentia matrimonij consistit: vbi in virtute facultas illa implicatur, quam sibi inuicem coniuges suorum corporum faciunt in rem vxoriam. Quod in matrimonio beatæ Virginis, de quo inferius recurret sermo, perceptum est. Vnde Chrysostom. Matrimonium non facit coitus, sed voluntas. Et Ambros. Cum iniatur coniugium, coniugij nomen nascitur: nam defloratio virginitatis non facit matrimonium, sed pactio coniugalis.

Can. Cum iniatur ibidem.

Cap. 4.

¶ Atqui præfatus iste consensus non est necesse vt eodem temporis articulo ab ambobus proferatur: quippe cum nihil obstat, quin per literas & internuncios matrimonialia fœdera concilientur. Quocirca cum Christus matrimonium simpliciter in sacramentum erexit, fas non videtur, vllum, quod verè sit matrimonium, quanuis inter absentes, à ratione sacramenti excipere.

Cap. 5.

¶ Vinculum huius sacramentalis contractus adeò est, postquam per copulam consummatum fuerit, diuino naturali que iure fir-

mum & solidum: vt nisi per mortem, sicut ad Roman. ait, Paul. sit prorsus indissolubile. Illud verò quod ratum, minime tamen consummatum fuerit, per religionis professionem eodem diuino iure distrahitur, quo religionis status tanquam antioris charitatis vinculum institutus est, vt per Augustin. 33. quæstio. 5. perque Alexand. de conuers. coniug. & per Nicolai, aliorumque Pontificum decreta. 27. quæstio. 2. definitum est. Nam tunc, eodem interprete Nicolao, quos Deus coniunxit, non homo, sed Deus ipse sancto suo flamine separat. Quapropter ei, qui in seculo permanet, (quo utique inuito alter potuit statum felicioris frugis optare) liberum est aliud inire coniugium. Attamen cum per susceptionem sacrorum ordinum matrimonium non dirimatur, vt Ioann. 22. in sua extrauaganti decreuit, nequit vir post matrimonium ratum, nisi de consensu vxoris, illis initiari. Imò neque antequam religionem fuerit professus, nisi sexagenariam ætatem atigerit.

Rom. 7.

Can. Quod Deo placet Cap. ex publico. C. scripte 27. q. 2.

Antique de uoto.

Cap. 6.

¶ Hinc fit, vt sponsaliorum consensum, quæ mutuam in futurum sponsonem designant, matrimonium non contrahatur, etiam si sponsonem fides iureiurando fuerit stabilita, vt nos Alexand. Papa docuit, nisi vbi fuerit carnalis copula affectu maritali subsecuta.

Ca. De illis de sponsal.

secuta. Quæ quidem tunc copula perfecti consensus interpret est, vt Grego nonus suo nos commonuit decreto.

Cap. Is qui fide despon sa.

Cap. 7. Ad hæc & de bigamishoc adhibendū, q̄ quanuis polygamiam La mech primus sub legem naturæ introduxerit, lex que subinde Mosayca vsu & more admiserit, tamen cū ante euangelicam legem nullum fuerit verum ordinis sacramētum, sub ipsa primū irregularitas estei aduexa, eademque non iure diuino, sed Pontificio, quo omnis irregularitas inuenta est.

1. ad Timo the. 4.

Admonitionem enim Pauli, vt episcopus: hoc est, omnis sacerdos, sit vnus vxoris vir, non ceu Apostolus quasi ius diuinum promulgans fecit, sed ceu pastor & antistes ecclesie. Quam igitur ob rem, vbi causa occurrerit legitima, in facultate summi Pontificis est super omnem irregularitatem dispensare, vt decreto Martini distinctio. 34 doctissimus. Quinero & ad minores ordines suscipiendos eadem quoque in episcopis viget dispensandi facultas.

Can. lector distin. 34.

D I S T I N C T I O N I S vigesima septima, Quæstio prima. De matrimonij definitione & causa.

A R T I C V L V S. I.

Utrum definitio, qua matrimonium describitur, sit idonea.



Res questiones presens distinctio desiderat, quæ sunt de matrimonio, de sponsalibus, & de bigamia. Videtur ergo matrimonium non recte sic definiri, vt in. c. Illud de presump. & apud

Petrum Lombardū present. d. definitur, vt sit, viri mulierisq; maritalis cōiunctio, indiuiduā vitæ cōsuetudinē retinens. Et arguitur primò de nomine. Denominatio à digniori parte sumēda est: sed pater præstantior est matre: ergo non matrimonium, sed patrimonium dicēdū esset. Secundo arguitur de genere. Coniunctio est nomen relationis: coniugium autē non ponitur in genere relationis: quia est vinculum, & vinculum est causa cōiunctionis: nā est funiculus, quo res colligantur: ergo matrimonium non est cōiunctio.

Tertio arguitur q̄ non sit maritalis cōiunctio. Enimvero mariti ratio per matrimonium definitur: est enim maritus vir mulieri matrimonio cōiunctus: ergo maritale nomen non est in definitione ponendum, aliàs daretur in definitione circulus. In cōtrarium est auctoritas tū Iuriscōsultorum in prædicto cap. tum maximè theologorum distinctione present. In hoc sacramento, vt, ait, D. Tho. tria est cōsiderare: scilicet, essentiam, quæ est cōiunctio & nexus: atq; hac ratione dicitur coniugium. Deinde causam, quæ est desponsatio: & hac de causa dicuntur nuptiæ à nubendo. Præter ea effectus, qui est proles, & inde sortitur nomen matrimonij. Sed vt vice versa hæc aperiōria fiāt, etymologia matrimonij multiplex accumulatur. Dicitur enim matrimonium: matris munium: quia prolem munit, vel matrem muniens, quia & vicissim proles est matris munimen: vel matrem monens: scilicet, ne virum deferat: Sed tamen quæ ad rem pertinet, hæc dumtaxat est interpretatio, vt sit matris munimen: quia mater prolem munit. Ad alendā nāq; educandāq; prolem vterq; coniugū suas operas confert, diuersimodè tamen. Qui enim generat est pater, sed tamen nec generatio nec cōceptio dicitur munimen, sed officium quod proliiā genitē impeditur. Primū autē munimētū est matris, quæ prius in vtero, & deinde vberibus gliū nutrit, & alia infantilia officia ei præstat. Postea verò adulta prole sequitur munimentū patris non solum educationis, sed prouisionis bonorū, in quibus proles succedat. Et ideo matrimonialis cōtractus à munimine matris tanquam à priori & magis necessario sortitus est nomē, vt cap. Ex litteris. de cōuersione infidelium, ait Greg. Sed hæreditas appellata est patrimonium. Quanuis & altera ratio eidē nomini suffragatur

Matrimonij definitio. Partis negatiue. argumē. 1. 2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

Matrimonij Etymol.

Altera ratio. suffragatur. Cum enim pater sit causa efficiens generandi, & mater quasi materialis, non tam pater adiutorium est matris, quam mater patris. Vnde prius productus fuit Adam, deinde adiuncta est ei foemina quasi eius adiutorium vt Genes. 2. legitur. Itaq; non vir propter vxorem, sed vxor propter virum producta est.

Genes. 2.

Nuptiæ unde.

Velaminis ratio.

Coniugium & matrimonij pro qua re supponunt.

Quapropter pater dicitur adiungere sibi matrimonium: hoc est, adiutorium matris, & matrimonio sibi copulare vxorem: sed mulier non dicitur adiungere sibi patrimonium virum. Nuptiæ vero à nubendo dicuntur: est enim nubere proprium foeminae, cui anteq̄ tradatur viro, caput obnubitur: hoc est, velatur: nubere enim est quasi nube tegere, in signum obedientiæ, quam debet viro. Inde enim & nuptiæ dicitur, quod pudoris gratia se puellæ obnuberet, vt ait, Ambro. can. Nec illud. 30. q. 5. Quapropter velamē, quod sponse caput tegit, non nisi humeris sponsi imponitur: quippe qui onera matrimonialia sustinere debet. Et Paul. 1. Corinth. 11. vitio dat mulieri caput non velare. Præterea velatur caput sponsæ in signum verecundiæ & pudoris, quem præ se fert officium illud coniugale, quod mulier viro seruit. Id quod Rebecca, vt legitur Genes. 23. documento monstrauit: quippe quæ viso Isaac pallio se opperuit. Quocirca nuptiæ, vt sancti patres canonibus proximè citatis aiunt, non ad piscuntur hoc nomē vsq; ad traditionem, qua vxor traditur viro, ad consummandam copulam. Et ideo nomē hoc conuenit vinculo matrimonij à suo effectu. Atque hac ratione negant inter Mariam & Ioseph celebratas fuisse nuptias. Propriè ergo mulier est quæ nubit viro, sicut proprium est viri vxorem ducere, nisi forte figuratè dicatur, vir nubere vxori: qui tamen mollis est, vt sit vxori subditus. Sed vt ad definitionem descendamus, prænotare oportet pro qua re nomen coniugij & matrimonij supponat. Est enim hic quinque considerare: scilicet, consensus internos, & contractus exteriores: videlicet, verba, & obligationem seu vinculum inde resultans, & facultatem, quam vterque alteri facit sui, & carnalem copulam. Matrimonium autem seu coniugium non supponit pro interiori consensu, qui non est sensibilis: quippe cum omne sacramentū debeat esse sensibile. Neq; pro contractu externo: scilicet: pro verbis, quibus consensus exprimitur: quoniam consensus interni per verba exteriora expressi, non sunt matrimonium aut coniugium, sed causa ipsius. Neque facultas, quæ vir haberet in mulierem ad concubitum, sufficeret ad matrimonium. Si enim Deus fa-

cultatem faceret alicui licitè vtendi aliqua muliere, non ideo esset matrimonium: neq; si faceret vtriq; mutuam facultatē ad illum actū, sed requiritur mutua, perpetuaq; coniunctio ad indiuiduā vitā peragendā in omnibus officijs tā ad procreandas proles, q̄ ad mutua alia obsequia domestica. Quare nomen coniugij & matrimonij supponit pro vinculo, nexu, & obligatione mutua, quæ ex mutuo consensu exteriori expresso, ad cōmunem vitam enascitur. Quocirca cum matrimonium dicitur vinculum, non accipitur nomen casualiter, vt aiunt, pro re, quæ coniuges copulat & vinculat, illi enim sunt consensus, sed formaliter pro nodo qui per tales consensus fit.

Coniugium & matrimonium.

Conclu.

Ratio conclusionis.

Minor probatur, Genus.

Differētia.

Viri & mulieris.

Inter legitimas personas.

Ex his ergo colligitur cōclusio, qua ad quæstionem respondetur. Definitio matrimonij, à doctōribus assignata, est optima. Cum res per suas causas debeat definiri, illa, quæ datur per causam formalem & finalem, primatū obtinet: talis autem est hæc. Matrimonium est viri mulierisq; cōiunctio maritalis indiuiduā perpetuamque vitæ cōsuetudinē retinens: ergo hæc est optima. Probatur minor. Causa enim formalis idem est quod species, quæ cōstat ex genere & differentia: genus autem matrimonij est q̄ sit formalis cōiunctio, quod significatius nomen est, quā obligatio: quoniā quāuis non se obligarent per mutuos consensus, sed Deus illos coniungeret, vt inferius explicabimus, quia traderet vnū alteri, & alterum alteri in perpetuam societatem, esset matrimonium: nisi dixeris, quod etiam tunc esset obligatio, licet non per consensus. Differētia autem, quæ constituit speciem, est, q̄ sit maritalis: nam si esset aliud genus pactionis aut cōtractus, quo se mutuo masculus & foemina obligaret, vt sibi inuicem seruirent: scilicet, propter pretiū, vel aliam ob causam, non esset matrimonium. Et quāuis idem ferè sit, aptius tamen dicitur, viri & mulieris quā maris & foeminae: nā mas & foemina remotius genus significāt: licetis. quippe quod & inter bruta reperitur: vir autē & mulier non nisi inter homines. Pudet autem adnotare, inter personas eiusdem sexus non posse matrimonium contrahi. Cum vir nubit. C. ad legē Iuliā. de adulter. Id quod de nefando Nerone scribit Saeto. qui virum duxit in matrimonium. Quoniā autem Magister sentent. adducit. Inter legitimas personas (quod quidē vt creberrimè solet, ex Hugone lib. 2. de sacra. par. 1. cap. 4. desumpsit) quāuis ad maiorē expressionē subiecti fuerit adiectū, non tamē erat vsq; ad eò necessariū: quoniā maritalis cōiunctio id satis exprimebat: inter personas quippe illegiti

Individua vite consue- retinens. Obiectio.

illegitimas nulla intercedit maritalis coniun- ctio. Adiectio autem alia, individuum vitæ cō- suetudinē retinens, explicatio fuit causæ fina- lis: ad hanc enim consuetudinē eiusmodi coniun- ctio refertur. Quod si arguas, non semper coniuges eorūdem esse morum, respondetur, satis esse in officijs cōiugalibus cōuenire, & inter Christianos neutrū fidei repugnare. Quare inter fidelem & infidelem non permittitur, vt matrimonium cōtrahatur, nisi antea fuerit cōtractum, vt. C. de Iudæis. l. Ne quis. De hoc autem latius distin. 39. Sed præter has causas etiam verbum, retinens, explicat proximum effectum matrimonij: scilicet, perpetuū vincu- lum & indissolubilem nexum: hoc enim im- præsentiarum sonat retinere, quod perpetuò tenere. ¶ Quod si quis arguat. Res, & potissi- mum contractus per contrarias causas colliga- tur, & dissoluitur, vt si mutuo cōsensu celebra- ta fuerit emptio & venditio, vtroq; consentiē- te potest quod factum est, in defectum reddi. §. fin. inst. quib. mod. tollit. obliga. ergo sic erit in matrimonio. Negatur cōsequencia: quoniam contractus matrimonialis, vt supra diximus, non est merè ciuili a solo depēdens humano consensu in fieri & conseruari, sed a lege quo- que diuina. Vnde licet conciliatio matrimo- nij ex mutuo consensu contrahentium pen- deat: lege tamen diuina, qua institutum est sa- cramentum, fit illico indissolubile, vt per con- trarias voluntates dissolui nequeat. Vnde Au- can. Solet. 32. q. 2. si quis, inquit, aliquā sibi ad tempus habuerit, adulter est.

Retinens.

An mutuo cōsensu ma- trim. possit distrahi.

¶ Hugo verò lib. 2. de sacram. part. 11. cap. 4. dicens, coniugium esse consensum masculi & foeminae &c. orationem vsurpauit in sensu cau- sali: puta quod coniugium sit coniunctio per consensum facta. Sicuti & alia definitio, quæ solet per solum effectum & finem designari, debet similiter interpretari. Aiunt enim qui- dam, quod matrimonium est consortium com- munis vitæ & cōmunicatio diuini & humani iuris. ff. de ritu nuptia. l. 1. intelligitur nanq; vt sit vinculum & obligatio ad huiusmodi cōfor- tium, quæ quidem obligatio sit diuino, huma- noq; iure firmata ad differentiam aliorum cō- tractuum, qui solo ciuili iure cōfœderantur.

Hugonis definitio.

Alia definitio.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum iam respō- sum est, quod licet pater sit præstantior ma- tre, tamen mater prius magisque necessarium munimē confert proli, a quo ideo inditum est matrimonio nomen. ¶ Ad secundum autem negatur, matrimonium non collocari in genere relationis. Accipitur enim vinculum non efficienter pro consensu,

qui facit vinculum, sed formaliter pro ligami- ne, quod ex consensu nascitur, quod quidem est relatio rationis, vt bene, ait, Scotus dist. 26. permanēs per modum habitus perpetuò. Nā si vinculum accipiatur pro causa: hoc est, pro consensibus, quibus sit colligatio, res est mo- mentanea & transitoria. Relatio autem ratio- nis nihil aliud est, quàm mutuus respectus v- nius ad alterum, qui ex vtriusq; voluntate pul- lulat. Quare non opus est esse rem realiter di- stinctam a subiecto.

¶ Ad tertium deniq; respondetur, non incon- uenire, vt priora, quæ nō sunt, nominata, per aliqua, quæ sunt posteriora simpliciter, nobis autem priora & notiora, definiatur. Maritus autem est quid posterius simpliciter, quàm matrimonium, nam per matrimonium fit ma- ritus. Nobis autem est prius & notius: & ideo matrimonium definitur per maritū a posteriori sicut maritus per matrimonium a priori. Ne- que iste est vitiosus circulus: definitur enim qualitas a philosopho, quod sit res, quales dici- mur, & quale est, quod qualitate afficitur.

Solutio. 3. argumēt.

ARTICVLVS. II.

Verum consensus mutuus sit sufficiens cau- sa matrimonij.



D pleniorē intellectum substan- tiæ matrimonij, queritur de eius causa, an sit mutuus consensus. Et arguitur a parte negativa. Sacra- menta non sunt a voluntate humana: consen- sus autem emanant ab illa: ergo isti non sunt il- lius causa.

Partis ne- gatiue. argumē. 1.

2. Argum.

3. Argum.

¶ Secundò arguitur, quod non sit sufficiens causa. Alioqui enim sequeretur, quod sicut cō- sensus de præsentī expressus sufficit ad matrimo- nium de præsentī: ita consensus de futuro nam si- cut voluntas præsens se habet ad præsens ita & futura ad futurum: consequens autem est falsum: quia isti consensus, Accipiam te in meā, & Accipiam te in meum, per se non faciunt ma- trimonium in futurum. ¶ Tertio Si consensus esset causa matrimonij tunc vel eius obiectum includeret carnalem copulam: & hoc non: quia vt distinctione præ- cedenti quæst. 2. conclusum est, carnalis copu- la non est de essentia matrimonij, alioqui in- ter sacram virginem & suum coniugem non intercessisset verum coniugium, quod, vt di- stinct. 30. quæsti. 2. latius patebit, falsum est: vel suffi-

vel sufficeret in cōsensu individuum vitæ cō- suetudinē sine respectu ad copulam quod au- tem hoc nō sufficiat, inde apparet, quod alio- qui illis qui voto se virginittatis obligarunt, fas esset veram matrimonia contrahere, imò & fra- tribus inter se: quoniam seclusa copula reliqua omnis cohabitatio est illis licita: cōsequens ta- men est contra Hieronymum, qui refertur. 27. dist. Vouentibus enim, inquit, virginittate, non solum nubere, sed etiam velle, damnabile est.

Hiero.

Pars affir- matiua.

Ratio. 1. 1. Conclu.

2. Ratio.

Ratio. 3.

Argumen.

¶ In contrarium autem: scilicet, qd cōsensu de præsentī sit causa sufficiens matrimonij, est de- cretum Nicolai papæ cā. Sufficiat. 27. q. 2. vbi ait sufficere cōsensum, qui solus si defuerit cæ- tera frustrantur. ¶ Ad præsentem quæstionem quatuor con- clusionibus respondetur. Prima. Consensus hominum, si de potentia Dei absoluta loqua- mur nulli sunt ad matrimonium necessarij. Probat: primò per causam physicam. Con- sensus sunt matrimonij efficiens causa: Deus autem potest cuiuscūque efficiētis causa vicē se solo supplere: potest enim absq; sole illumi- nare, & sine alimento animalia sustentare; quæ admodum sine vlla causa (præter se) efficiente mundum de nihilo cōdidit: ergo potest matri- monium inter duos absque eorum cōsensibus perficere. Secundò probatur morali ratione: Deus est absolutus dominus nō: solum nostro- rum bonorum, verum & nostrorum etiam cor- porum & vitæ: ergo sicut potest bona vnius ipso inuito alteri tradere: quin verò & prin- cipes diuina autoritate sibi collata id facere pos- sunt: ita potest mulieris facultatem viro facere & virum in potestatem mulieris tradere ipsis etiam inuitis, non solum in officium generan- di, verum etiam ad perpetuam vitæ consuetu- dinem, quod ad rationem matrimonij satis est. Essentia enim matrimonij, vt dictum est, confi- stit, vt sint vir & foemina ad perpetua obsequia addicti & deuincti, quod re vera arbitrio Dei ipsis renuentibus fieri potest. Tertio. Ambi- gere non licet, quin Deus maiorem habeat in hominem potestatem, q̄ homo in seipsum: ho- mines autē suis proprijs voluntatibus se inui- cem possunt matrimoniali pacto colligare: er- go Deus, qui dominus est naturæ, atque adeo volūtatis nostræ id potest absque humana vo- luntate efficere. ¶ At quia cauillare quis rē. posset dicēs, quod talis coniunctio non haberet tunc matrimo- nij rationem: quippe quæ secum intrinsecus adfert, vt ex mutuo consensu nascatur, argui- tur sic. Sola causarum varietas non tollit in ef- fectu eandem naturam: calor enim solis eiusdē

speciei est cum calore ignis: quare ille non min- us quam ignem generat: & Adam a solo Deo pro- ductus, & reliqua animalia, eiusdē speciei fue- runt cum illis: quæ per generationem profere- tur: cum ergo essentia matrimonij sit indissol- ubile vinculum, quo coniuges obsequio mu- tuo tenentur sibi inuicem gerere, a quacūque id causa fiat, erit verum matrimonium: potissi- mum si a solo Deo rerum cōditore & domino fiat. Certè nō est cur conclusio in dubium re- uocetur.

¶ Hoc autē in litē euocari potest, vt rām re ve- ra id aliquādo Deus fecerit, vt absque huma- no cōsensu matrimonij aliquos cōiunxerit. Le- gitur enim Osee. 1. quod Deus illi præcepit dicens, Vade, sume tibi uxorem fornicationis & fac tibi filios fornicationis, &c. Respondetur, bifariam id Deū valuisse prophetæ præcipere. Vno modo faciendo illi facultatem, vt posset vti muliere. Et tūc licet neuter illo vsu peccā- ret, non tamē esset matrimonium: quia non esset mutua & perpetua copulatio ad omnia obse- quia. Atque hoc certè videntur sonare verba, Fac tibi filios fornicationis, vt esset præfagiū qd fornicatura esset terra. Secundo, qd ipsis inui- tit illā mutuam & perpetuā cōiunctionem ef- ficeret, & tūc certè esset matrimonium, de quo loquimur. Sed re vera nō est ereditibile, Deū, qui omnia suauiter disponit, sic fecisse, imò in illo- rum animos induxit, vt in matrimonium cōsen- tirent. Sed dicti sunt filij fornicationis propter turpitudinem, quæ prius mater fordebat.

An aliquā do Deus aliquos ci- tra ipsorū consensum matrimo- nio sociauerit.

Sententia auctoris.

Aliud arg. ex historia Adam, & Eua.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

¶ Perplexius autem dubium exurgit ex histo- ria primorum parentum, inter quos apparet matrimonium intercessisse, nō ex eorum cō- sensu, sed Dei iussu, eo modo, quo conclusio nō- stra loquitur. Quoniam si ipsi in ore cōmuni matrimonium cōsentientes cōfœderassent, historia id retulisset, & tamen non refert, nisi quod eucta Eua de costa soporati viri exper- ge factus ipse dixit. Hoc nunc os ex osibus meis, &c. Id quod vt supra ex Augustino retu- limus spiritu prophetico locutus est. Ergo vi- detur matrimonium illud solo Dei iussu perfē- ctū. Atq; hoc inde satis probabiliter confirma- tur, qd nō aliter videntur sibi inuicem obligati, q̄ illa Dei iussione; Crescite & multiplicamini, quæ certè absque aliquo eorū cōsensu ad vin- culū sufficiebat. Et tertio id corroboratur ex verbo Christi Matth. 19. vbi cōiugalem nexū primorum parentum referens, de alio modo illius contrahendi nō meminit, sed solum di- xit. Quos Deus coniunxit; hōiō nō separet, insinuans non aliter quàm per Deum esse cō- iunctos. ¶ Veruntamen quauis hoc probabi-

Sententia auctoris.

litate non careat, ratio tamen sua uisima pro- uidentia Dei multo probabilius esse docet, q- dum illis precepit, ut genus suum propagaret, tunc eis inspirauit, ut in matrimonium con- sentirent, & ista ratione, ait, Christus, Deum eos coniunxisse. Potestatem ergo hic diuinam de eius potetia absoluta constitutumus, qua ab- que humanis consensibus copulare homines matrimonio ualet. Quod autem ea uisus fuerit potestate, fortasse citra temeritatem non lice- ret adstruere.

Nota.

Dubium.

Partis affi- argum. 1.

Solutio.

2. Argum.

3. Argum.

¶ Sed hoc tamē rursus in disputationem pos- sed produci, utrum eadem prorsus facultatem Deus Christiana Reipublica uel ecclesiastica uel ciuili contulerit, ut dum expediret inuitas dissentientes q; personas in matrimonium co- geret. Nam quod id facere ualuerit nemo sa- pientium absolutae eius omnipotentiae denega- ret. Quod autem eam tribuerit, arguitur. De- dit enim potestatem Reipublicae & principi- bus, ut ciues ad contractus compelleret, quos profus abhorrent, ut ad uendendum frumen- ta tempore necessitatis, & ad alios, qui eorum bona & nonnunquam honores etiam & uitā attingunt: nam potest rex compellere ciues ad militandum in bello cum mortis periculo quan- do id Reipublicae expediens est: sed vsu quoq; venire potest, ut reipublicae expediat, propter bonū fidei catholicae uel pacis, ut rex, uel alius nobilis hanc uel illam illustrem matrimonio si- bi adiungat: ergo à re Christiana fuit, ut talem facultatem Christus ecclesiae reliquerit cogen- di tunc homines: quod si expediens fuit, credibi- le est fecisse. Responsio autē quod non est par ratio de matrimonio & alijs contractibus, eo qd matrimonium est uinculum indissolubile, & ideo requirit partium consensus, non est suffi- ciens: nam & princeps alios cogit, ad indissolu- biles contractus: quare in casu, quo hic commu- ni bono expediret, uidetur ratio probare, eccle- siam, cui incūbit cura Reipublicae ad id pos- se compellere.

¶ Secundo arguitur, Deus dominū, quod ha- bet non modo nostrarum rerum, uerum & no- strae uitae, uidetur per ius naturae Reipublicae contulisse: ait enim. 2. Politic. Philosophus, ci- ues potius esse Reipublicae qui suos ipsorum, ue- luti membra totius sunt corporis, cui seruire te- nentur: ergo eadem ratione habere reipublica- hanc in suos ciues facultatem cogendi ad matri- monia. ¶ Tertium argumētū ex eis, quae inferius dictur sumus, copertius fiet. Videtur em̄ eccle- sia hac autoritate pollere, & saepe uti: nā bi- duo sibi se per uerba de futuro desponsarū: sic o- pula se postea comiserint, coguntur ab eccle-

sia in matrimonio perseuerare, neq; admittitur exceptio reclamatum, quod non consenserint. item ubi quis sub conditione impossibili con- sentit in matrimonium, licet consensus sua pte natura non uideatur legitimus, nihilominus iu- dicio ecclesiae ad matrimoniū restringitur, ut patet ca. Si conditiones. de cōditio. appositis. haec autem non uidetur ecclesia facere posse. nisi haberet autoritatē compellendi ad matrimo- nia inuitas etiam personas.

Confirmatio.

4. Argum.

2. Conclus.

Ratio. 1.

Nicolaus

Obiectio.

Dilutio.

Solutio pti mi argu.

¶ Quarto arguitur. Status religionis praestan- tior est statu coniugatorum, atque adeo ibi tan- ta exigitur libertas: & tamen ecclesia uidetur ad religionem compellere: nam si quis ultra an- num habitum indutus in claustro persistit, licet alium consensum non habuerit, ad profes- sionem constringitur: ergo potest eadē ad ma- trimoniū fieri compulsiō.

¶ Ob haec fortasse argumenta posset quis no- uorū inuentor, neque omnino absque appa- re, hanc tutari partē: ueruntamen plus teme- ritatis, quā probabilitalis suboleret. Et ideo subiungitur secunda conclusio. Deus eiusmo- di facultatē Reipublice non tribuit, ut possit ab- que consensu contrahentiū cōnubia firmare. Nam praeter hoc quod matrimonio rationem factamenti adiunxit, ceterum expedientissi- mum fuit, ut illud sic relinqueret quemadmo- dum per ius naturae ipsum instituit: ius autem naturae res omnes ad suū finē admittitur: finis uero matrimonij id quā maxime exposcit, ut coniuges libentissimē in suam societate con- ueniant: nam nisi sibi inuicē per placeant, non possunt indiuiduā uitam perpetuū uiuere: esse autem sibi inuicem grati nequeunt, nisi sua sponte consentiant: quod enim quis non eligit nec optat (ut. 26. quaestio. 3. canon. Praesens. ait, Nicolaus Papa) profecto non diligit: quod autē non diligit, facile contemnit: qua utique ratione neque ad religionem illic iubet pontifex ullum esse cogendum. Quocirca qui com- pulsi contraherent, non possent proles suas, qui finis est matrimonij, prouidenter nutrire & educare. Quod si quis arguat, eadem ratio- ne consequentia: quoniam Deus quos coniu- geret, posset per suam inspirationem ad mutuū amorem allicere.

¶ Et per hoc ad primum argumentum respon- sum putato: nempe non fuisse expediens fa- cultatem hanc Reipublicae esse commissam: quoniam licet saepe conduceret, ut personae illustres matrimonio copularentur: quod ta- men Reipublicae potissimum confert, est, ut coniuges amore mutuo conglutinentur.

Quare

Quare consensum hoc non est propter quod- cumque aliud violandū. Et hoc est inter hunc- atque alios contractus discrimen: nā alij eum non referunt ad cōmune conuictum, licet non sint utroni; nihil periculi adferunt.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

Solu. 4. ar.

3. Conclus.

Ratio con- clusionis.

Pan. 1. Co- vin. 7.

Probatu- cōclusio in re.

Cōcilium Floren.

¶ Ad hoc autē respondetur, eatenus rem- publicam habere dominū in ciues, ut tamen eis debeat libertatem quam ius natura docet, seruato utroq; autem id maxime ratione iam dicta ueliber matrimonij contrahatur. Mem- bra uero tertij argumenti suis locis dissoluen- tur. Si enim de sponsalibus de futuro accedit copula, ecclesia ad matrimoniū cogit, est; quia praesumit affectu maritali esse complexos. Conditio autem impossibilis pro non ad- iecta dicitur: & ideo iudicatur fuisse absolutū consensus. Sed tamen uera consensus non pre- fuit, ecclesia facere nequit, ut uere sit matrimo- nium. Et parimodo respondetur ad quartum, qd in eo, qui ultra annū durauit in religione, ec- clesia interpretatur habuisse in uirtute consen- sum, postquam sciens & prudens permālit: ob- idque eum censet professum tacitum. ¶ Vtrum uero parentes possint inuitos filios matrimonio copulare, in ca. l. 2. videbimur. ¶ Tertia ex his colligitur conclusio. Ad matri- moniū requiritur mutuis de praesenti consen- sus contrahentiū indiuiduam perpetuāque uitam tanquam necessaria causa, ex qua in dis- solubile uinculū nascitur: Probat. Bona vnus non possunt in alterius potestate transire, nisi uel cogente lege, uel accedente ipsius domini consensu. Vnde. l. Cōsensu. ff. de action. & obli- ga. consensu fiunt obligationes in emptio- nibus, uendit. & c. & Institu. derer. diuis. §. Per tra- ditione. & ff. de acqu. rerum dom. l. Quae ratio- ne. §. Litera. Nihil est tā conueniens naturali- aequitati, quā uoluntate domini uoletis rem suam in aliu transferre, ratā haberi: sed per ma- trimoniū mulier tradit potestatem sui uiro, & uir potestatem sui mulieri: nam, ut ait, Apосто- lus. 1. Cor. 7. mulier sui corporis potestatem non habet sed uir: & similiter uir sui corporis po- tatem non habet, sed mulier: & ut prima cō- clusione ostensum est, nullā lege possunt ho- mines ad id compelli: ergo necessarius est mu- tuus amboꝝ consensus. ¶ Veritas est non so- lum apud Theologos, uerum & utroque iure celebratissima, ut ca. citato Nicolai. sufficiat. 27. q. 2. & ca. Tuas. de sponsa. duo. & ca. Cum locū, & Cum apud, de sponsa. & l. Nuptiae. ff. de ritu nuptiarū. quāuis illic in sinuetur requi- ri consensus etiam parentū, sed hoc intelligitur de honestate, non tāquam de essentia. Est etiā decretum concilij Florentini in instructioni-

bus Armenorū, ubi decernitur, regulariter mu- tuum consensum per uerba de praesenti esse causam efficiētē matrimonij. Sed additur, re- gulariter, propter sponsalia de futuro, quae, ut infra dicemus, sufficiunt accedente copula. Quod uero dictū est requiri consensum in per- petuā consuetudine: hoc est indissolubilem, ut praecedenti declarauimus. ¶ Quarta conclusio de obiecto consensus sit. Non requiritur consensus formalis & expres- sus in carnale copulā, sed satis est illam impli- cite & in uirtute in illo consensu contineri. Ista conclusio ē Magister sententiae de q. 2. posuit, sed tamen iste est eius proprius locus, neq; ar- ticulū exigit distinctū: quonia distincti praeci- denti quaest. 2. arti. 4. satis est contra uirtute effe- demōstrata: nepe, qd carnalis copula non sit de- essentia matrimonij. Inde enim plane fit con- sequens, non requiri consensum formale, & ex- pressum in eandē copulā. Et est conclusio Hu- gonis lib. 2. de sacrament. part. 1. §. & in tract. de beatae Virginis, & August. can. Beata Mariae & Chrysol. can. Matrimonium, 27. q. 1. ubi ait, Matrimonium non facit coitus, sed uoluntas. Quod quidem uerbum, in ff. inter regulas iu- ris. l. Nuptias, relatu est, Et ratio est plana: quia substantia matrimonij, ut loco citato dictum est, & Nicolaus papa can. Sufficiat: docet, con- sistit in traditione mutua propriorum corpo- rum & animorum, quae scilicet, vnus alteri po- tatem sui facit, tum in reliquis obsequijs rei familiaris annexis, tum etiam implicite in illo usu & commercio carnali, ad quod matrimo- niū ordinatur, iuxta uerbum Pauli. 1. Cor. 7. Mulier non habet potestatem sui corporis, sed uir. Quare substantia matrimonij exprimitur illa forma, Accipio te in meam, & trado me in tuam, & uice uersa. Quae ideo, substantia in hoc consistit, ut uterq; coniugum potestatem habeat & ius utendi altero ad illum finem, & sine alterius consensu neutri abstinere liceat, neque cum alieno commiseri. In hoc autem consensu non exprimitur formaliter consen- sus in copulam, sed tantum implicite, si alius uoluerit. Quod fit huiusmodi consensum matri- monij perfectae uirginitati aut corporis aut mentis minimē repugnare. Nam licet quista- dat potestatem sui corporis alteri, si tamen scit alterum illius potestatem nunquā uisurum, nihil firmo proposito uirginitatis contrarium admittit. Et ita dicendum restat distinctio. 30. quaestio. 2. de beata uirgine: erat enim certa de Ioseph, quod nunquam esset ab ea debitum exacturus. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod licet princeps causa sacra

4. Conclus.

Magist. sen- tē.

Nota.

Hugo.

Ratio.

Substantia matrimonij.

Consensus in copulam impliciti.

Solu. primi arg.

mentorū sit diuina virtus, quā in eis opera- tur salutē, nihilominus causā instrumentales sunt nonnunquam nostrę actiones per diuinā institutionem ad gratiam cōcurrentes, vt sunt contritiones pœnitentium, & contrahentium consensus.

Obiectio. Quod si quis rursus arguat. Vnius rei vnica debet esse causa: matrimonium autē est vnū: ergo nō requiruntur duo consensus. Respondetur, q̄ licet consensus sint plures ex parte consentientium, est tamē vnus ex parte obiecti: quia ambo in eandem rem & vinculum consentiunt.

Dilutio. Ad secundum negatur consequentia, nam licet verba tam de præsenti, quam de futuro in præsenti tempore proferantur, non tamen eandem vim habent: siquidem verba de præsenti pro tempore, quo proferuntur, vinculum perficiunt: tamen per verba de futuro tunc cū proferuntur, matrimonium minimē cōtrahitur quippe quod in rei traditione consistit, sed solum verba illa gignunt obligationem promissoriam. & ideo non sufficiunt matrimonium cōpingere, sed duntaxat obligant ad contrahendum in futurum. Hoc autem. q̄ sequē. quā est de sponsalibus, apertius fiet.

Solu. 2. 47. Ad tertium argumentum per quartā conclusionem satis responsum est. Includit enim coniugalis consensus copulam implicitē, non tamen est id necessarium explicite. Et ideo non repugnat perfectę virginitati: attamen repugnaret voto emisso virginitatis: nam vouenti bus virginitatem non solum nefas est in copulam carnalem consentire, verum & potestatem sui corporis in eum vsum alteri tradere: quia tunc ponit in alterius voluntate id facere, quod voto repugnat. Quocirca Delpara virgo, vt August. can. ead. citato, Beta Maria. ait, & dist. 30. quæst. 2. explicabitur, ante contractū matrimonium non emisit absolutum votum virginitatis, sed post ambo coniuges cōmuni cōsensu illud susceperunt.

Solu. 3. 47. Ad tertium argumentum per quartā conclusionem satis responsum est. Includit enim coniugalis consensus copulam implicitē, non tamen est id necessarium explicite. Et ideo non repugnat perfectę virginitati: attamen repugnaret voto emisso virginitatis: nam vouenti bus virginitatem non solum nefas est in copulam carnalem consentire, verum & potestatem sui corporis in eum vsum alteri tradere: quia tunc ponit in alterius voluntate id facere, quod voto repugnat. Quocirca Delpara virgo, vt August. can. ead. citato, Beta Maria. ait, & dist. 30. quæst. 2. explicabitur, ante contractū matrimonium non emisit absolutum votum virginitatis, sed post ambo coniuges cōmuni cōsensu illud susceperunt.

Votum beatissimę virginis.

ARTICVLVS. III.

Verum consensus matrimonialis sufficiat internus, an verò requiratur, vt sit exteris verbis expressus.



Quoniam consensus & internus est, & per verba exprimi potest, quæritur vtrum hæc expressio sit ad matrimonium necessaria. Et arguitur a parte negatiua. Votum tantam inducit

Partis negatiue.

Argum. 1.

obligationem apud Deum, quantam matrimonialis contractus apud homines: votum autem nulla indiget forinseca expressione, sed solummodo: si fieri potest: ergo neque consensus matrimonialis eandem requirit expressione.

2. Argum. Secundo. Si verba exprimentia internū consensum essent requisita, sequeretur quod illa sine intrinseco. consensu non sufficerent: consequens tamē inde apparet falsum, quod fraus & dolus nemini, vt iura cauens, suffragantur: & tamē si verba sine interiori consensu non sufficerent, fraus illa proferenti suffragantur: ergo consensus non requiritur expressus.

In contrarium autē est authoritas Alexandri. Licet. de sponsa duorum.

Circa istam questionem. V. Vitell. vt refert Waldensis tomo. 2. de sacram. cap. 32. & 33. ait, sufficere internos consensus cōtrahentium: quia Deus, qui videt corda, illos potest approbare consensus. Et videtur Panormita. eandem tenuisse opinionem super verbo, Sufficit. cap. Cum locum. de sponsalibus. Quinuerd. & Innocentius ipse cap. Tuæ fraternitati. eod. titul. verba quædam perplexa de hac re protulit, dicens, matrimonium in virtute contrahi per legitimū viri & mulieris consensus, sed quā tum ad ecclesiam necessaria esse verba consensus exprimentia de præsenti. Et potest apparet idem cōfirmari: nam si cōtractus exterior per verba vel nutus esset necessarius, id præfertim quia omnē sacramentum debet esse signum sensibile: hæc tamen ratio minimē videtur cogere, eo quod circa matrimonium nihil Christi super iure naturæ mutauit, præterquam quod gratiam conferret: si ergo iure naturæ sine verbis matrimonium erat solidum, nihil obstat quominus etiam sit sub lege euangelica. Dicere autem, quod vt constat ecclesie, requiruntur verba, nihil ad rem: quia aliud est matrimonium in se esse firmum & legitimum, atque aliud esse notum: modò autem non querimus de via, per quam debet innotescere, sed de ratione, per quam fit validum.

Veruntamen his non obstantibus sit prima conclusio. Non sufficiunt interni consensus etiam de præsenti, nisi exterius per verba itidem de præsenti vel nutus exprimantur. Conclusio est vniuersalis omnium Theologorum in præsenti distinct. nempe, Magistri sentent. S. Thomæ, Bonaventuræ, Scoti, Ricardi & cæterorum: imò, vno excepto hæretico Vitell. arbitrator neque Panormitanum, neque alium quempiam Canonistarum, si sanè intelligatur, eandem negare: quia neq; potest, vt dist. 1. quæst. 1. artic. 4. dicebamus. Et ratio est plana

2. Argum.

Pars affirmatiua.
An soli consensus interni efficiant matrimonium.

Innoc.

Ratio parum urgens.

Nota.

1. Conclusio.

Comunis conclusio.

Ratio conclusio.

plana matrimonium nanque nō est simplex donatio, sed mutus cōtractus, do, vt des: & ideo non sufficit simplex cōsensus, vt omnibus est in cōfesso, sed mutus: scilicet, Cōsentio si consentis, aut quia consentis: huiusmodi autē consensus natura sua requirit, vt vicissim vtrique constet alterū consentire, aliàs non consentit quia alter consentit: Vnde Hugo in summa Sententiarū tract. 7. cap. 6. Eos, inquit, qui coniunguntur: sic oportet consentire, vt inuicem se spontaneè recipiant. Quò alludens Gratianus 29. q. 1. Consensus, inquit, est duorum sensus in idem: id est, simul cum alio sensus. Id quod ipsissimus Alexand. cap. Licet, de sponsa duorum, egregie docuit dicens, oportere vt vterq; in suo mutuo consensu verbis cōsuetis expressè alterū recipiat, & cōfirmatur: quia Christus, vt diximus, matrimonio quatenus erat de iure naturæ nihil detraxit: iure autē naturæ est cōtractus quidam veluti emptio & venditio, & reliqui absque mutuo consensu atque adeò expresso vigorem non habent. Ex quo fit nomine consensus non intelligi voluntatem, quia quis vult cōtrahere, sed quod verè per consensus contrahat. Aliud enim est, volo facere, atque aliud verè facio. Atq; hinc sumitur nouū argumentum, quod non sufficit internus consensus, sed requiritur locutio de præsenti saltè per nutus, capio te. Vnde fit, quod licet Deus viro reuelaret, mulierem velle illum accipere, & idem mulieris voluntatem patefaceret, non sufficeret ad matrimonium. Postremo tandē arguitur. Si consensus interior sine externa expressione sufficit, sequeretur, quod quando duo loco distantes consentiunt in matrimonium, & mittunt sibi inuicem nuncios vel literas, antequam eas alteruter reciperet, esset verū matrimonium: quia præcesserunt consensus: consequens tamē est falsum: quoniam quousque vtriq; de alterius voluntate constet, non est mutus consensus. Quando ergo pontifices & doctores dicunt, solum cōsensum sufficere, necesse est, vt intelligat, consensum mutuum. Quapropter non excludunt, quin sint necessaria verba, signa, vel nutus, quibus fiat mutus, sed excludunt a necessitate sacramenti alia circumstantia, quæ ibidē Panormi. sese exponendo percenset: nepe, quod non requiritur cōsensus parētū, aut carnalis copula, aut cōsensu in copulā, vt patet in beata virgine, neque benedictio ecclesie: imò neque certa verborum forma, sed sat est quomodo cūque alteruterum suos cōsensum exprimāt. Innocentius verò nihil aliud dicere voluit, quàm quod quomodo cūque cōstaret, consensus internus esse mutuos, id sufficeret, vt si mentaliter sibi pos-

Hugo.

Alexan.

Postremū argum.

Panormi.

Expositio tuæ fraternitati. de sponsalibus.

sent loqui tanquam angeli: sed tamē quia id de lege fieri nequit, requiruntur signa exteriora tā quā necessaria, vt consensus sint mutui. Et ideo probè dixit, matrimonium in veritate contrahi per legitimū consensum: mutuū scilicet. Quod autem adiecit, necessaria esse verba quātū ad ecclesiam, intellexit de verbis expressis, vt distinguuntur a nutibus: scilicet, Ego te accipio in meā. &c. hæc enim in eo qui loqui potest, licet nō sint de essentia sacramenti, requiruntur tamē in foro ecclesie ad obuiandum litibus. Et quis fuerit eius sensus: subiūcta eius verba declarat: scilicet. Nā surdi & muti possunt cōtrahere matrimonium per cōsensum mutuū sine verbis: scilicet, per nutus. Secunda conclusio. Sicut consensus interni sine externis verbis vel nutibus non sufficiunt, ita neque è diuerso verba sine interno consensu. Conclusio est eiusdē Innocentij eod. cap. citato. Tuæ fraternitati ait, quippe in puero ante legitimā ætatem verba nō sufficere, quia nec legitimū consensum habere potest. Et cap. statim Tua nos. ad eundē casum respondens, ait, quod quæcūque verba interuenerint, si propositū & consensus matrimonij non sit in animo nihil sit: quia, vt dictū est, voluntas est, quæ matrimonium facit. Et ff. de pact. l. 1. Vlpianus. Stipulatio, inquit, quæ verbis fit, nisi habeat consensum nulla est. At qui hoc cōfirmat ratione etiā generali sacramentorum, quæ quidē nulla sunt si intentio ministrī & suscipientis, si sit adultus, defuerit: in matrimonio autem contrahentes, vt diximus, sunt tū suscipientes, tum etiam ministrī.

Verba an sint de essentia matrimonij.

Innocentij sensus.

2. Conclusio.

Innoc.

Verba sine consensu interno non sat sunt.

Ratio conclusionis.

An in ualētib; loqui uerba sint necessaria.

Sententia auctorit.

Copula sub sequēs spōsalia de futuro, es effecti de præfenti.

quod est evidens argumentum verba non esse de essentia:

Magister senten. ¶ Vtrum autem loco nutus sufficiat taciturnitas puellae; dum alij pro ea pudore suffusa affirmant eam consentire. Magister senten. distin. 29. (quod ex Hugone desumpsit in summa sententiarum tract. 7. c. 6.) ait sufficere consensum patris: quod padehtarum testimonio adstruit alludens ad l. In spofalibus. ff. eod. tit. vbi habetur. filiam patri consentire, nisi euidenter dissentiat. De hac ergo ambiguitate hoc cūctis in cōfesso est, quod si alius in praesentia spofae pro ea affirmādo respōdeat & ipsa nō contradicat, illam taciturnitatem sufficere, quasi consensus indicium. In litē autē hoc vocat Paludanus d. praesenti. q. 2. ar. 3. vtrū quicunq; respōdeat, sufficiat licet sit extraneus, an vero solū sufficiat quādo pater vel mater pro illa respōdent, vel tutor. Et tenet nō sufficere nisi aliquis parentum vel tutor. Nā quāuis vna regula iuris sit, q; qui tacet cōsentire videtur, alia tamē continuo subsequitur. Is qui tacet nō fatetur, sed nec vtiq; negare videtur. Quapropter silentium per se nō est assensionis sufficiens indicium: quare tunc solum sufficit quādo qui affirmatius habet in spofum vel spofam. Vnde l. Sed quae patris. eod. tit. exemplum de solo patre ponitur: nepe, q; puella, quae patris voluntati nō repugnat: cōsentire intelligitur. Idq; habetur iure canonico de despoatione in pub. c. vnico. §. Porro. lib. 6. ¶ Praesens autē ambiguitas per distinctionē dissoluitur. In foro enim conscientiae si adsit verus contrahentiū consensus, quicunq; alius pro sponfa vel sponfa respōdeat, ipsis tacentibus & nō contradicentibus, valet matrimonium. Sed nihilominus in foro ecclesiae nō haberetur pro rato, nisi pater vel mater, vel tutor esset ille, qui respōderet. Et ideo in foro cōscientiae explorāda aliunde esset contrahentiū voluntas. Nam etiam si pater pro filia respondeat, suspicio suboriri potest, an ipsa eius metu siluerit, neque reclamare sit ausa. Si autē per alias cōiecturas constiterit, ei cordi fuisse nuptias, sed praerecedia tacuisse, quibus alius pro ea responderit, sufficit in cōscientia. ¶ At verò circa eandē primam conclusionem, adiunctam tertiae superioris articuli dubitatur, vtrum necessarium sit amborū consensus simul tēpore cōcurrere & explicari, an verò nullum temporis intervallum impediatur inter vnus cōsensum & alterius: nā in ceteris sacramētis necessarium est, materiā & formam simul concurrere: cum ergo supra constitutum sit consensum vnus esse formam respectu alterius, apparet cōkursus huiusmodi eodē tempore necessarius. Nihilominus respōdetur, nō ita esse. Christus enim vt saepenumero dictū est, contractum matrimonij, quatenus erat de iure naturae, nō mutauit, sed exornauit per gratiam. In lege autem naturae instar reliquorum cōtractuum poterant conciliari nuptiae vno hodie consentiente, & cras altero vel postmodum, imò verò longiori tēpore intercedente per literas vel per internuncium: ergo & nūc tēporis eodē pacto possunt contrahi. Nec de hoc vllus est catholicus, qui ambigat. ¶ Sed alia hinc nascitur ambiguitas, an nullū. s. temporis intervallum obstat, vt si quis hodie cōsensit, & alter post septēnium vel decēnium sit matrimonium. Vbi enim venire potest, vt eorum coniugum, qui ante decēnium matrimonio de facto iuncti sunt, alteri nunc primū iuris impedimētum innotescat, aut quia vir cū consanguinea vxoris rem habuerat, aut quia compertum ei modo sit esse consanguineos in gradu prohibito. Quæritur ergo vtrum tunc satis sit, vt ille, in scia vxore dispensatio nē procuret, & deinceps cōsentiat, sufficiatq; primus cōsensus vxoris, an verò requiratur, vt vxor denud cōsentiat. At hoc distin. 29. q. 2. latius respōdebitur. Vbi enim cōsensus ferūtur in materiam illegitimam, nullius prorsus sunt momenti: & ideo nō sufficit, vt dispensatio perueniat, nisi post ipsam noui cōsensus vtrinque accedat. Si verò materia sit legitima, satis est si vnus hodie consentiat, & alter post aliquod tempus, vt cum matrimonij per nuncium aut literas cōtrahitur, dum modo cōsensus prioris cōiugis non sit recusus, sed in virtute maneat. Quod quidē in huiusmodi intervallis obseruandum est. Si enim quis modo in matrimonium per literas consentit, & pereuntibus postea literis negotium intercipitur, & ferè obliuioni traditur, & post septēnium vel decēnium alter cōsentit, certè nō esset matrimonij tutum, nisi prioris consensu integrato: quia iā videtur eius virtus exoleuisse. ¶ At verò quāuis nemini in dubiū venerit, quin matrimonij per literas vel procuratorē sit verū, idq; adeò indissolubile, de hoc tamen controuertitur, vtrum verè sit sacramētū gratiā cōferens. Nam praeter Durandum dist. 20. q. 3. Caietanus quoque in quaestione speciali ad tertiā partem adiecta negat esse sacramētum. Cuius ratio duplex est. Prima, q; nullum sacramētum suscipitur per procuratorem: quia cum sit passio personalis, requirit actionem personae praesentis, cuius ministerio gratia cōferatur, vt in ceteris sacramētis liquidum est. Idque adeò confirmatur, quod sicut sacramētū matrimonij in contractu

pore necessarius. Nihilominus respōdetur, nō ita esse. Christus enim vt saepenumero dictū est, contractum matrimonij, quatenus erat de iure naturae, nō mutauit, sed exornauit per gratiam. In lege autem naturae instar reliquorum cōtractuum poterant conciliari nuptiae vno hodie consentiente, & cras altero vel postmodum, imò verò longiori tēpore intercedente per literas vel per internuncium: ergo & nūc tēporis eodē pacto possunt contrahi. Nec de hoc vllus est catholicus, qui ambigat. ¶ Sed alia hinc nascitur ambiguitas, an nullū. s. temporis intervallum obstat, vt si quis hodie cōsensit, & alter post septēnium vel decēnium sit matrimonium. Vbi enim venire potest, vt eorum coniugum, qui ante decēnium matrimonio de facto iuncti sunt, alteri nunc primū iuris impedimētum innotescat, aut quia vir cū consanguinea vxoris rem habuerat, aut quia compertum ei modo sit esse consanguineos in gradu prohibito. Quæritur ergo vtrum tunc satis sit, vt ille, in scia vxore dispensatio nē procuret, & deinceps cōsentiat, sufficiatq; primus cōsensus vxoris, an verò requiratur, vt vxor denud cōsentiat. At hoc distin. 29. q. 2. latius respōdebitur. Vbi enim cōsensus ferūtur in materiam illegitimam, nullius prorsus sunt momenti: & ideo nō sufficit, vt dispensatio perueniat, nisi post ipsam noui cōsensus vtrinque accedat. Si verò materia sit legitima, satis est si vnus hodie consentiat, & alter post aliquod tempus, vt cum matrimonij per nuncium aut literas cōtrahitur, dum modo cōsensus prioris cōiugis non sit recusus, sed in virtute maneat. Quod quidē in huiusmodi intervallis obseruandum est. Si enim quis modo in matrimonium per literas consentit, & pereuntibus postea literis negotium intercipitur, & ferè obliuioni traditur, & post septēnium vel decēnium alter cōsentit, certè nō esset matrimonij tutum, nisi prioris consensu integrato: quia iā videtur eius virtus exoleuisse. ¶ At verò quāuis nemini in dubiū venerit, quin matrimonij per literas vel procuratorē sit verū, idq; adeò indissolubile, de hoc tamen controuertitur, vtrum verè sit sacramētū gratiā cōferens. Nam praeter Durandum dist. 20. q. 3. Caietanus quoque in quaestione speciali ad tertiā partem adiecta negat esse sacramētum. Cuius ratio duplex est. Prima, q; nullum sacramētum suscipitur per procuratorem: quia cum sit passio personalis, requirit actionem personae praesentis, cuius ministerio gratia cōferatur, vt in ceteris sacramētis liquidum est. Idque adeò confirmatur, quod sicut sacramētū matrimonij in contractu

Dubij solutio.

Si unus hodie alter vero cras consentiat.

An logo tēpore lapsa possit alter consentire.

Solutio dubij.

Matrimonij per procuratorem initū an sit sacramētū.

Ratio. 1.

tractu consistit, ita & sacramētum poenitentiae in actu iudiciali: sed absolutio sacramentalis non impeditur nisi praesenti: nemo enim potest per procuratorem confiteri vt. d. 18. q. 2. ar. 6. monstratum est: ergo nec matrimonij per procuratores est sacramētum. Secundò id probatur: quia si sacramētum esset, consequens inde fieret, vt saepè dormientibus, nullaque eis applicata tunc actione gratia conferretur: nepe dum procuratores vtrinque missi conuenerent, quod nō videtur intelligibile: imò sequeretur quòd quoties illi, qui procuratorem miserant, in peccato dormitūrent, nouam culpam committerēt, opponētes obicem gratiae sacramenti, quod inopinabile videtur.

Ratio. 2.

Sententia auctorit. Pars affirmatiua.

1. Ratio.

2. Ratio.

Ratio. 3.

Nota.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

ti huius perfundantur. Nam etsi tunc ipsius nihil extrinsecus applicetur, quia hoc sacramētum non habet formam & materiam extrinsecas, coeunt tūc tamen eorum cōsensus per procuratores, qui se habent, vt materia & forma. Neque verò absurdum est consequens illud cōcedere, quòd nouum committūt peccatum, si dum verisimiliter coniectantur conuenturos mutuos cōsensus, obicem culpae gratiae opponunt. Secus verò dum neuter scit prorsus quādo alter esset consensurus.

Dubium

¶ Veruntamē ex secunda conclusionē, qua dictum est, externa verba absque interno cōsensu nō sufficere, graue perplexumque dubium emergit, quòd multas molestias in hac materia facessit. Etenim si consensus amborum requiritur, nemo esse potest tutus, an verum matrimonium contraxerit, quia neuter habet cōsensum sui coniugis exploratum. Ad hoc autē primam respōdetur, quòd nemini potest suum matrimonium esse euidēs, sed sola pars negatiua, quando ipse non cōsensit. Caeteram in his, quae moralia sunt, non exigitur euidētia, sed sufficit humana coniectura, sicut in reliquis sacramētis. Quando enim verba ablutiois audimus, aut consecrationis, aut absolutionis à ministro profertur, sat est vt certiores de eius intentione efficiamur certitudine, quae sufficit in sacramētis. Pariter per verba, quibus coniuges consensus explicāt, satis vterque sit de matrimonio certus.

Solutio. 1.

In moralibus non exigitur euidētia.

1. Documentum.

¶ Attamen quia saepenumero indubium & suspicionem venire res potest, solertiū de huiusmodi euentibus disquirēdum est: vbi quae subsequuntur documenta obseruanda sunt. Primum enim distinguendum est de foro exteriori ecclesiae, & de interiori conscientiae. Dum enim coniugum aut alter, aut vterq; consensisse in matrimonium negat, quod verbis contraxit: si verba legitimè probantur, tunc ecclesia in fauorem matrimonij sententiā profert, illud habens pro rato. Idque facit quotiescūque dubium in aequilibrio pēdet, licet nonnunquā in foro conscientiae nullum fuerit. Si verò probatur vel error vel metus, vt. d. 29. & 30. videbitur, irritum illud ducit.

In foro cōscientiae.

¶ At verò in foro conscientiae res est maiori periculo obnoxia. Creberrimè nāque ex parte virorum fallaciae nectuntur, sanè qui, vt sua libidine potiantur, miseras puellas seducunt. Quapropter dum postmodum se consensisse negant, eas relinquunt perplexas credere ne ipsis debeant. Ex parte quoque foeminarum (quāuis nō simili causa viros decipere soleāt) tamen cum facillè consentire consueuerint,

Sententia cōmuni.

Paludanus

L. Sed quae patris.

Sententia auctorit. sub distinctionē.

In foro exteriori.

Antriūsq; cōsensus si simul tempore cōcurrere debeant.

postmodum parentum metu percussæ dicta retractant. Et e contrario metu etiam parentum dicunt se quandoque consentire, cum tamen non consentiant, quare utroque modo postea dicentes se non consensisse, ancipites viros reddunt. Ex his ergo alijsque similibus casibus dubia inter coniuges, an legitimum fuerit matrimonium, suboriri consueverunt, que conscientias exurunt, In hoc enim foro rem tractamus.

Vide dist. Tenuis scrupulus deponendus

¶ Tunc ergo primum omnium considerandum est, vtrum dubium illud aliqua morali probabilitate nitatur, an verò sit tenuis scrupulus. Etenim dum leuis scrupulus est, consilium esto, idemque certissimum, vt qui eum habet, deponat, vt bene ait, Scotus distinct. 30. & omnes. Imò expressè habetur capitul. Inquisitioni, de sentent. excommunicatio. Sed est præterea in præsentiarum animaduertendum, quòd dubium tunc dicitur, quando homo nec assentit nec dissentit: sed anceps pedit animo. Dum verò assentitur, iam non dicitur dubius, sed cum formidine opinari. At quanuis minus sit periculù in re dubia, quam in opinionis assensu, potius tamen perpendenda est causa dubij vel assensus, quam assensus ipse. Nam quanuis quis assentiat, si assensus nullas habeat probabiles coniecturas, sed ex animi infirmitate nascatur, deponendus est, aliàs qui fecerit contra ipsum, facit contra conscientiam. Et vice versa, quanuis quis non sit nisi dubius absque assensu, si tamen habet causas assentiendi, quibus consultò renititur, non potest citra periculum officium coniugale exercere.

1. Propos.

¶ Quo ergo gradatim ad hæc respondeamus, sit prima propositio. Quotiescunque de vno matrimonio certitudo habetur moralis, fuisse legitimum, nullo modo ei, qui certus est, licet citra mortale crimen ad alias transire nuptias, vel debitum primo coniugi petenti denegare, vel vllò pacto contra illam certitudinem agere. Certitudo moralis est, quæ de bonis coniecturis ad arbitrium sapientium colligitur. Eiusmodi autem coniecturæ ex diuersis qualitatibus pensandæ sunt. Si puella multò inferioris sortis credit iuueni nobili & longè altioris conditionis asserenti se illam ducere, qui postmodum ea potitus, negat habuisse consensum, & est vir probatæ vitæ, aliamque ducit, danda illi fides est. Præsertim si illico id negat. Et tunc potest puella alteri nubere. Eodem modo si puella quæ consentire se dixerat, consensisse negat, verisimilibus coniecturis metum patris probans, si est foemina aliàs bonis mo-

Certitudo moralis. Coniecturæ uariæ.

Aliud exemplum.

ribus imbuta, & alteri viro copulatur, tunc tunc potest vir prior alteram sibi matrimonio sociare. Si tamen coniecturæ præteriti consensus sint vehementes: quia scilicet, non sunt forte adeò disparæ, neque est tam verisimilis metus, & talibus verbis & modo vir consensit, vt ipsa arbitrio sapientum non possit non credere illum consensisse, præsertim si post notabile tempus, vt ait, Ricard. distinct. 19. art. 1. q. 3. id negat, re vera vxor, quanuis id iurando ipse negat, & ad alias transeat nuptias, non debet illi adhibere fidem: quia, vt habetur. c. Per tuas. de probatio. Nimis indignum est, vt quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare.

Ricard.

Quocirca nec potest ipsa alteri nubere: quòd si nubat, matrimoniù nullum est, sed prorsus deferendum, quauis pluribus sit iam liberis foecundum: non obstantibus, quacumque seditione & scandalo. Deferendum, inquam, quo ad totum: quoniam neque potest illa debitum petere, neque verò reddere, sed mortem potius debet sustinere quæ reddat. Licet possit manere se parato toro tanquam foecia, dummodo nullum ingruat congressus periculum. Conclusio certè nemini debet esse dubia: nam si talis certitudo est mortalis: non licet illam deponere, & multò minus contra eam facere. Quare qui ad aliud se matrimonium transferret, committeret secundum suam conscientiam, eandemque legitimam, ad alteri crimine, quod nequis committat, potius illi mors est oppetenda. ¶ Hæc quippe certissima sunt. Idemque de viro pari iure respectu mulieris iudicandum. Dubium autem emergit, dum autoritate ecclesiæ in foro exteriori secundum allegata & probata matrimonium secundum pronuntiat legitimum. Ad hoc autem. d. proxima, vbi de clandestino matrimonio subsequetur sermo, respondebitur. Et pariter ad illud, an foemina in tali casu possit ingredi religionem, etiam si prius matrimoniù fuerit consummatum. ¶ Secunda propositio. Quauis quis non habeat eiusmodi certitudinem de primo matrimonio, sit tamen ad arbitrium sapientium dubius, ita quòd adhibita diligentia ad explorandam veritatem sint pares vtrinq; coniecturæ, nequit ad secundam transire nuptias. Non utique tantum esset crimen contra dubium tunc agere, quam contra certitudinem. Attamen tunc etiam, peccaret contra conscientiam quam secundum rationem habet, atque adeo deponere non tenetur. Et confirmatur hoc, quia postquam matrimonium contractum est, vterque habet in alterum possessionem: quare neutri fas est propter suum dubium alteram

Conclusio certa.

Idem de viro iudicium Dubium.

Alterum dubium.

2. Propos.

ruma

rum possessione suas poliare. ¶ Dubium tamè est postquam coniuges vicariam habent in se possessionem, & tunc vel ambo vel alter incipit de matrimonio dubitare. Vt si vxor bona fide credens primùm matrimonium non esse legitimum, quia vir dixit non consensisse, aut esse consanguineos, ad secundas nuptias euolauit, quibus celebratis ambigere probabiliter vel operari incipit primum matrimonium legitimum fuisse, atque adeò secundum non esse solidum. Aut dubitare incipit secundum maritum esse sibi sanguine coniunctum: aut si forte bona fide credens priorem maritum fuisse defunctum, nupsit alteri, sed iam ex auditu dubitare incipit: an uiuat, vtrum tunc possit petere exigereque debitum.

Adria.

¶ Ad huiusmodi euentus postmodum. 32. d. vbi tractabitur de reddendo debitum. & 37. vbi disputabitur de ea, quæ viuente viro mortuum credens, alteri nupsit, iterum est nobis redeundum. Vt autem interim aliquid dicamus, Adrianus in. 4. quæst. de præscriptione, arbitratur coniugi de matrimonio hæsitanti neuti quam licere debitum aut reddere aut petere. Cuius fundamentum est, quòd censet neminem, quam dubitat esse suam, posse sibi vindicare, & eadem ratione nec si eam possideat, posse retinere: & ideo coniux ille dubius periculo se fornicationis, inquit, exponit, tam reddendo quam petendo. At verò de reddendo contrarium habetur in allegato cap. Inquisitioni, de sentent. excom. & in cap. Dominus, de secund. nuptijs.

Cap. Dñs.

Habetur enim, quod si dubitatio sit leuis, qui dubitat, consilio pastoris scrupulum deponat. Si verò est talis dubitatio, quam relinquere aut non potest, aut debet, tunc reddat, sed non petat.

Eustasio Adriani.

Neque euasio Adriani vilius est ponderis: scilicet, quòd loquuntur capitula in solo foro exteriori, quo cogitur eiusmodi coniux alteri cohabitare, non tamè debet in opus consentire. Nulla inquam, est euasio: quoniam capitula postquam admonent, quòd si est leuis suspicio, deponatur, manifestè loquuntur in foro interiori ad sedandas conscientias. Item arguitur contra fundamentum Adriani. Cum enim conditio possidentis, vt est in iure, melior sit quam non possidentis, quanuis qui dubius est, an res, quam alius possidet, sit sua, nequeat illam autoritate priuata surripere, tamen si in eius possessionem bona fide ingressus est, quanuis deinceps dubitet æquali probabilitate ad vtramque partem rem esse suam, non tamen tenetur eam deserere, sed potest retinere, quousque iudicio publico à se euincatur. Eam ergo ob rem cum vir vxoris corpus bona fide possi-

Argu. contra fundamentum Adriani.

deat, non potest ipsa propter suum dubium negare illi petenti debitum. ¶ Imò verò vt lib. 4. de Iustitia & iure quæstio. 5. artic. 4. disputabamus, secundum membrum eorundem capitulorum: scilicet, quòd non possit petere, durum est, nisi moderamine mitigetur. Si enim facta sufficienti indagine idè coniux anceps manet, quia res nequid satis explorari, durissimum est dicere, quòd non possit etiam petere, propter rationem modò factam: quia postquam habet possessionem, non tenetur propter dubium, in quo sine culpa sua est, nec deponere potest, manere ligatus, vt non possit vti coniuge sua. Præsertim si ambo coniuges essent dubij: tunc enim citra suam culpam essent sua libertate priuati, vt petere neuter possit. Item cum, vt nuperrimè dicebamus, dum quis est dubius dubitatione morali de matrimonio, quod contraxit, non valeat ad alias nuptias transire: cogere citra suam culpam coelibem vitam transire: quod non est credibile canones sanxisse. Et ideo capitula illa sic sunt moderanda, vt quandiu coniux est prudenter de matrimonio dubius, reddat quidem debitum propter ius, quod alter habet in ipsum, non tamen petat quousque explorandæ veritati diligentiam adhibeat. Si tamen illa satis adhibita dubietatem sibi non potest abstergere, crediderim (sub peritorum censura) quòd non interdicitur quominus etiam petat, postquam possessionem habet. Per hæc & dictum Scoti distinctio. 30. quæstio. 1. temperandum est, quo ait, quòd quando coniux non potest tollere conscientiam, quam habet, an alter verè consenserit, mortaliter peccat reddendo debitum, quia fornicatur. Similiter & non reddendo, & à fortiori à matrimonio recedendo exponit se periculo peccati mortalis: vbi videtur miseram coniugem in perplexitatem inextricabilem conijcere, quod re vera nefas est. Nam solum vbi quis habet conscientiam erroneam peccat agendo contra & pro, non tamen est perplexus, quia tenetur illam deponere. Sed tamen in præsentiarum facta sufficienti indagine tenetur homo inclinare in possessionem. Quare marito neganti consensisse; in eam potius partem inclinandum est, quòd mentitur, si vxor credere non conuincatur. Quocirca tunc non est perplexa, sed debet reddere, & potest petere debitum. Quòd si arguas. Illa facit contra dubium: ergo peccat. Respondetur ad antecedens dubium esse duplex: scilicet, speculatiuum & practicum. Et quidem agere contra dubium speculatiuum non est peccatum, sed agere

Serena duhoris.

Moderatio cap. Dñs.

Dictum Scoti corrigitur.

Dubium duplex.

G 5 agere

agere contra practicum. Dubitat autē illa speculatiue, an ille sit suus, sed non inde sequitur, quod dubitet reddendum esse debitum aut pendendum, quod est dubium practicum. Imò per possessionem fit certa, quod vtrūque potest.

Dubium.

Alia verò ex his enascitur ambiguitas, dum quis mala fide dubitās, scilicet probabili dubio priores nuptias fuisse legitimas, trāsit ad secundas, vtrum, scilicet, secundæ sint dirimendæ. Apparet enim esse obseruandas, & priores antiquas: nam postq̄ alter cōiux bona fide contraxit, videtur non esse propter dubium alterius suo iure expoliandus. At verò multò probabilius est esse secundas irritandas: nam cum mala fides nemini suffragetur, illud secundum matrimonium altera parte claudicat, & ideo ex neutra est firmum. Et confirmatur, quia cæteris paribus prior possessio præualet, atq; adeo in re dubia prius matrimonium.

Dubij solutio.

Aliud dubium.

Alia præcipua ambiguitas circa eandem secundam conclusionem ijs adnectitur, vtrum quādo quis fallacibus verbis asserit se habere cōsensum, quem verè nō habet, teneatur alteri fidem seruare & matrimonium contrahere. In primis hic nō loquimur de illa fallacia, qua virginem deflorauit: nam inde maior obligatio exurgit, vt habetur, extrade adulterijs. c. 1. & 2. si modo illam seduxerit, aut vi oppresserit. Sed etiam si non fuerit virgo propter solā deceptionem, quia verbis cōsensit. Scotus dist. 30. quæst. 1. respōdet eiusmodi fallacem hominem teneri matrimonium perficere. Quem sequitur Adrianus, & doctores in vniuersum. Dicendum ergo primū, quod si intus non fuit consensus, & ille trāsit ad secundas nuptias, illæ sunt legitimæ: quia priores nullę fuerāt. Quare tunc non potest implere promissum. Si verò res est integra: quia nō dum se ad alias nuptias trāstulit, teneatur stare in consciētia priori cōtractui, & adhibere, cōsensum, quem fallaciter significauit, vt ait, S. Thomas dist. 28. art. 2. ad. 4. Nā licet illic loquatur de virgine, quā quis sibi per verba de futuro desponsauit, nihilominus & si nō sit virgo, teneatur ipse verba sua solida facere, veluti in quibuscunq; alijs cōtractibus, & promissis, in quibus interuenit, do, vt des. Imò verò quāuis ille secundum inierit cōiugium, ecclesia iudicabit in fauorē prioris quassato secundū, licet in consciētia secundum teneat. Præsertim vbi quis affirmās se puellam in matrimonium ducere, cui ipsa sese sub illa fide cognoscendam permittit: certè licet tunc nō cōsenserit, teneatur postea sub pœna grāuis peccati mortalis cōsentire, & illam ducere. Et ideo ait, ibidem D. Tho. quod si ille secundam duxit

Scotus.

Authoris dist.

Dictum S. Thom.

vxorem, teneatur prouidere priori de nuptijs. Facit autem duas exceptiones, quas omnes doctores admittunt: scilicet, si sponsus sit multò melioris conditionis, vel si ex verbis eius & bonis & coniecturis facile poterat deprehēdi fallacia. Quæ quidem exceptiones intelliguntur tam antequam ille celebret secundas nuptias, q̄ post celebratas. Cū enim mulier longè inferioris fortis credit nobili, nimis est credula, & licet nō esset nobilis, dum facile poterat intelligere illum nō consentire: ei imputāda est leuitatis culpa. Et ideo alter non solum non teneatur eā ducere, imò fortè neque in integrū eam dotare si fuit nimium leuis, sed arbitrio prudentum compensare illi, etiā si fuerit virgo, pensato ex vna parte dāno, & ex altera, quod ipsa cēsetur sua spēte voluisse decipi.

Exceptio dicti.

Exceptio numerum intellectus.

Nota.

Ad primum igitur argumentū respondetur, quod in voto nō est aliqua corporalis & ciuilibis obligatio, sicut in matrimonio, sed tantum spiritualis inter hominē & Deum, qui intuetur corda, & ideo votū verborum vocalium non eget, sicuti matrimonium.

Solutio primi argu.

Ad secundū conceditur consequentia, scilicet, quod ad matrimonium nulla verba sufficiunt sine consensu, vt expositū est. Negatur tamen inde consequi fraudem fallaci suffragari. Est enim illic considerare & defectum consensus, & verborum dolum. Et quidem defectus consensus per se propriè non videtur dolus, sed quatenus falsis verbis uestitur. Et ideo licet quodammodo dicatur homini suffragari in foro conscientię: quia propter illum defectum in rei veritate nullum est matrimonium, non tamen simpliciter suffragatur: quia est peccatum atque adeo supplicio dignum apud Deum. Nec suffragatur in foro ecclesię, quæ illam exceptionem nō admittit, sed pronunciat fuisse consensum. Verborum autem dolus nec patrocinatur in foro pœnitentię apud Deum, neque in foro ecclesię: quia in vtroque punitur.

Solu. 2. ar.

Defectus consensus nō videtur dolus.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum matrimonio consummato liceat vtrique coniugum altero inuito ad religionem transire.



Væritur tandem de vi obligationis & vinculi matrimonij, vtrum sit tanta, vt nequiquam coniugatis liceat ad sanctiora religionis vota tran-

Partis negatiue. Argum. 1. transcendere. Et arguitur à parte affirmatiua. Lex diuina plus debet spirituali frugifauere, q̄ humana: sed Iustinianus Augustus facultatē facit vtriq; cōiugum sine vlla exceptione vel consummati vel nō consummati matrimonij, vt possit ad meliorem vitam migrare, & sub castitate viuere: ergo & lex diuina hoc fortiori ratione permittit.

2. Argum. Secundo arguitur. Si cōsummato matrimonio nō liceret alteri coniugū altero inuito religionē optare, sequeretur, q̄ neque ante cōsummationē id liceret: quoniā carnalis copula, vt supra dictū est, non est de essentia matrimonij atq; adeo ante ipsam per cōsensum fit verū sacramentū, quod quidē natura sua est vinculū indissolubile, vt supra diximus: cōsequens autem esse factum ostendit ecclesię consuetudo, quæ boni cōsulit, si ante cōsummationē matrimonij cōiugatus meliorem frugē religionis eligat. Tertio arguitur. Si ante cōsummationē copulæ marito liceret vel vx ori religionem altero inuito profiteri, sequeretur, q̄ alter qui in seculo maneret, deberet inuitus perpetuam castitatē seruare. Quod nulla vel lex vel ratio permittere videtur, quod autem sequatur inde apparet, q̄ matrimoniale vinculū est simpliciter indissolubile. Itē quia si esset solubile, hoc maximè esset per cōsensum ipsorū: attamen, licet post cōsummationē ambo consentientes religionē profiteantur, vinculū semper manet: imò & dum altero consentiente alter proficitur: ergo multò minus vnus tantum cōsensu altero reuēte potest matrimonium dissoluere.

3. Argum. In cōtrariū autem, scilicet: q̄ cōsummato matrimonio neutri liceat altero inuito religionē ingredi, patet, ex illo Pau. 1. Cor. 7. vbi prohibet, ne cōiux altero inuito etiā orationis causa à reddendo debito abstineat.

Pars affirmatiua. In cōtrariū autem, scilicet: q̄ cōsummato matrimonio neutri liceat altero inuito religionē ingredi, patet, ex illo Pau. 1. Cor. 7. vbi prohibet, ne cōiux altero inuito etiā orationis causa à reddendo debito abstineat.

Deciso ar. Cause dirimēdi matrimonij plures sunt, quæ ad presentē articulū non attinent. Nunc enim vsque ad. d. 30. de his, per quæ constituitur, disputatur, & postmodū. d. 34. & sequētibus subiiciēdi sunt cause, quibus dirimitur. Inferitur hic tamen articulus p̄sens ad conferendū in dignitate matrimonium cū religione. Ad quam ideo quæstiūculā per tres cōclusiones respōdetur. Matrimonium enim, vt ex superioribus colligitur, duplex est: scilicet, ratū duntaxat: nempe, per consensus de p̄senti ante carnale cōmerciū, & consummatū, scilicet, postquam eadem accessit copulatio. Et refert plurimū scire quando dicatur cōsummatū. Haud enim oscula, aut pudēdi tactus, aut seminatio extra legitimum vas sufficit, quātuncūq; alia præpostera & nefandissima interueniret. Seminatio autē

Matrimonium duplex. Consummatum quādo dicatur.

quæcūque intra vas sufficit ad consummandū, etiā citra ruptionē virginis claustrum: nā vsu venire potest, vt citra rupturā semē colesur. Conatus verò ad rumpendum & feminandū, vbi neutrum illorum fit, ad matrimonij consummationē non sufficit, quāuis si femina feminat dubiū esse possit, an sufficiat. Crediderim tamen id ipsum non sufficere: licet virginitatis florem illa tunc amittat: quoniā cōsummatio vtrāque personam respicit, vt illa aliquid patiat, & ipse aliquid agat, & tamen ille tunc nihil ad consummationē pergit.

Conatus ad copulā non cōsummat matrimonium.

Hoc autem perplexū dubiū est vtrum si vir claustrum aperuit, tamen seminare conatus id non potuerit, ad consummationē sufficiat, siue ipsa feminet, siue non: siquidem seminatio femine nō est de essentia. Et profecto magnam argumentum est, illud sufficere siue illa virgo fuerit, siue ab altero prius cognita, postquam ille tam quātum potuit fecit, tum etiam & vas penetrauit: alioqui inter senes & steriles nūquam posset matrimonium cōsummari. Solutio huius inde ducēda est, q̄ de frigidis dist. 34. dicturi sumus: frigidi enim sunt, qui seminare nequeunt, quāuis claustrū aperiant, & ideo frigiditas matrimonium dirimit, quia cōsummari nō potest. Senes verò & steriles semināt quidem, licet non generēt, & ideo matrimonium cōsummant. Inde ergo colligitur, vt seminatio viri intra vas necessaria sit ad matrimonium, quæ quidē etiam intus absq; claustrum referatio ne fieri potest. Atq; id inferius. q. 2. art. 4. testi monijs iuris interpretū confirmabimus: nam eiusmodi seminatio requiritur, vt spōsalia per copulam vim obtineant matrimonij.

Dubium.

Dilutio dubij.

Sit ergo prima conclusio. Ante matrimonij consummationē vtrique coniugū altero inuito licitum est ad religionē conuolare. Hæc conclusio vtrinque à quibusdā impugnatur: nam supra citatus Wicleff, qui negat matrimonium ante carnalem copulam esse solidum: consequenter ait, hunc non esse propriè transitum à matrimonio ad religionem. De hoc tamen errore distin. præcedenti diximus, & distin. sequenti & 30. rediturus est sermo. Alij verò religionis ficti & iniqui patroni contra hanc etiam veritatem per alterum extremum obmurmurant. Quorum est Erasmus super primam epistolam ad Cor. 7. vbi iniquo ferre videtur animo, quod ob professionē instituti humani (vt eius verbis vtamur) & ob mutatum pallium legitimus spōsus sua fraudetur spōsa. Aduersus ergo hos ambos errores statuitur hæc veritas, q̄ et si ante consummationē copulæ legitimum sit matrimonium, nihilominus legitime

Cōclus.

Wicleff.

Erasmus.

Cōclus. in re pbatur. gitimè inde fieri potest ad religionem ascēsus. Cōclusio est multis canonibus cōstituta, vt. c. Ex pu- blico. & 27. q. 2. ex Eusebio can. Despōsātam. & ex Gregorio, can. Decreta. & ex Nicolao, can. Scripsit. & multis alijs. At ne cui videātur canones isti incōsulti, probatur etiam ratione, Status religionis, vt Paul. 1. Cor. 7. aperte docet: perfectior est statu cōiugali: id autē quod perfectius est, nō debet per minus perfectum impediri, ergo vtriq; cōiugum si citra alterius iniuriam fieri potest, integrū est ad religionē se se conferre. Quōd autem ante copulam reli- cto coniugi nō fiat tam atrox iniuria, quæ per lucrū religionis non repensetur, probatur. Illa iniuria vel irrogaretur fini matrimonij, qui est prolis procreatio, aut desertæ sponsæ, non qui dem proli: quia nullus præcessit cōiugalis con- gressus, neque verò spōsæ: quia cū maneat in- tegra, nihil decoris aut honoris inter Christia- nos amisit, quominus possit aliū sibi adsci- scere coniugē. Item vt lib. 2. de sacra. part. 11. autor est venerabilis Hugo, coniunctio maris & fœminæ per mutuum consensum significat coniunctionem Christi & ecclesiæ per gratiā & charitatem, cōiunctio autē per carnalem copu- lam significat Christi cōiunctionē per assump- tionē humanitatis: quare prior, realis & spiri- tualis est, posterior verò carnalis. Spirituales autem spōsatio inter homines nihil vetat quo minus possit in illam commutari, quæ singula- ris est & egregia hominis ad Deum, iuxta ver- bum Paul. 2. Cor. 11. Despōdi enim vos vni vi- ro virginem castam exhibere Christo, quōd li- cēt de Christiana religione vniuersum assertū sit, tamen gradu quodam peculiari de religio- nibus, quæ sunt in consilio, intelligitur. Et con- firmatur per analogiā minimè ineptam. Sicut enim carnalis coniunctio per copulā morte cor- porali dirimitur, ita & cōiunctio spiritualis, quæ mutuo fit consensu per mortē spirituale, qualis est religio. Confirmatur eadem veritas vsu & more plurimū sanctorum, qui celebratis nu- ptijs ante torū voto se se castitatis addixerunt. Id quod & de Ioanne Euangelista celebri hi- storia refertur, vt est in præfatione operū Ioā- nis, siue Augustini, siue Hieronymi fuerit, q̄ virginem illū Christus de media nuptiarū so- lennitate ad apostolatū assumpsit. Nā ratio, quam alij obijciunt: videlicet, non esse credibi- le, nuptias, quas Christus sua præsentia hone- stauit, extemplo dirimeret, à nobis potius pu- gnat. Est enim rationi cōsentaneum credere, vt quibus nuptijs interfuit, easdem per trāsitum spōsi ad vberiorē frugem decoraret: instar ma-

trimonij suæ intemeratę matris quam virginē virgini commendauit. Alia exēpla extant can. Scripsit. 27. q. 2. de Machario & Alexio. ¶ Ad illud ergo diuinum præceptum. Quos Deus coniunxit, homo non separet, Alexand. 3. cap. Ex publico. respondet, q̄ intelligatur de matrimonio consummato, eo quōd per copu- lam sūt duo in carne vna. Sed tamē quāuis ad propositū, quo Papaloquitur de trāsitu ad re- ligionē sufficiens sit solutio, non tamen omni- no sententiæ Christi germana est, vt paulò in- ferius videbimus. q. 2. quoniā nec matrimoniū ratū potest homo, sed solus Deus separare. Ob- idq; legitima expositio est, altera Nicolai Pa- pæ citato can. Scripsit. 27. q. 2. scilicet, q̄ in trā- situ ad religionē coniuges nō homo, sed Deus ipse interna inspiratione separat diuinō iure, quo religio tanq̄ spirituale cōnubiū Dei insti- tuta est. ¶ Quōd si arguas, Per consensum ma- trimoniale vterq; alteri potestatis sui corporis facit in vsum carnalis copulę: ergo perinde est tunc indiuisibile matrimonium, vt postea. Re- spōdetur, q̄ etsi prius iam sint sibi inuicem po- testate traditi per expressum consensum vo- luntatis, iure tamē ipso diuino & naturali sub- intelligitur conditio, nisi interea alter frugem sanctioris vitæ sibi optare voluerit: per carna- lem verò copulā vsu ipso & factō cōpletur cor- poralem potestatis sibi traditæ ingreditur. ¶ Secunda cōclusio. Post matrimonij consum- mationem neutri coniugum iam integrū est & liberum altero inuito religionē optare. Ea- dē cōclusio in eisdē canonibus cautē subditur. Et ratio est: quia nullus potest Deo rem alienā per votū dicare: quoniā nemo, nisi quod suum est, alteri obligare valet: per cōsummationē au- tem copulæ vterq; se in alterius possessionem confert, iuxta verbū Pauli, Vir potestatis sui corporis nō habet, sed mulier &c. ergo iā inde neuter potest sine alterius assēssione se Deo mā- cipare. Secūdo, quia per tale votum fini matri- monij: hoc est, educādæ proli iniuria irrogare- tur. Neque refert per copulam illā generatio- tunc fiat, aut secus, quia hoc est accidētarium: nam per se commercium illud cum finem ha- bet. Fieretque adeo & alteri coniugi iniuria, si post illud tori cōmerciū desereretur. Possunt tamē cōmuni cōsensu quoad torū separari, vt statim patebit. ¶ Huic conclusioni appendix est: matrimonij cōsummatū per solū tempo- ralem obitum alterius cōiugū dissolui, iuxta verbū Pauli ad Rom. 7. Quæ sub viro est mu- lie r. viuente viro alligata est legi (scilicet, con- nubij) si autem mortus fuerit vir eius, soluta est &

est à lege viri. Et subdit, Vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Idq; ipsum sonant verba Christi, Quos Deus coniunxit, homo nō sepa- ret, nepe quousq; Deus eos per mortē disjunc- gat. ¶ Tertia cōclusio. In euentu, quo alter iux- ta tenorē primæ cōclusionis religionē profite- tur, alter libere potest aliū sibi coniugē copu- lare. Cōclusio est Alexandri in nuper citato. c. Verum. Etenim sicut matrimonij per copulā consummatū morte tēporali, iuxta citatā sen- tētiā Pauli sic dissoluit, vt mulier citra adulte- rij labē possit alteri nubere, ita & matrimoniū non cōsummatū, quod, vt diximus, spirituale est, morte spiritali distrahitur, qualis est reli- gionis professio. ¶ Ad primū argumētum D. Tho. impresentiarū & Ricardus atq; alij iuxta verbū Gregorij can. Sūt qui. & cā. Agathosa. 27. q. 2. respōdent, Cæsare in lege illa civili so- lum habuisset rationē matrimonij quatenus est in officij, & ideo permisit vt etiam cōsumma- to matrimonio, vt Glossa ibidē habet, posset vterq; ad altiorā vota transire: quia quatenus est in officium nō est tam indiuisibile: quādo quidē antiquitus per diuortij dirimebatur, & modò per baptismum alterius. Sed lex diuina cōtemplatur illud quatenus sacramētū, quā ob rem decernit esse indissolubile. Nihilomi- nus cum eadē lex in illa particula nō memine- rit de matrimonio consummato: nihil ob stare videtur, quin possit glossari de solo nō cōsum- mato. Vel forsan de cōsummato vtroq; coi- uge consentiēte. Tametsi. Greg. in cā. Sunt qui. 27. q. 2. ad priorē expositionem alludat dicēs, q̄ licet lex humana coniugia dissolui religio- nis gratia permittat, nō tamen diuina. ¶ Secū- dum argumētū iam solutū est: nā quanquā ante consummationē sit verum sacramentum & indissolubile per homines, est tamen Dei in- stitū solubile: quia integrū est sponsis fœl- liciora vota eligere. ¶ Ad tertij respondetur, q̄ consensus vel alterius vel vtriusq; cōiugis per se non sufficit ad dissoluendū matrimonium, sed cōmigratio ad altiorē statū & optio me- lioris frugis: nā vt. art. 1. diximus: indissolubi- tas & perpetuitas iure diuino indita est matri- monio, quæ ideo ex voluntate cōtrahentium non pendet. ¶ Alia verò argumenta maioris momenti aduersus singulas præfixarum con- clusionum sese offerunt. Et primū omnū ad- uersus primam, qua dictum est, post matrimo- niū ratū posse coniugē altero inuito religionē profiteri, arguere quispiam extēplo posset in- ferendo super idē matrimoniū ratum nō con- summatum posse Romanū Pontificē dispēsa- re, vt illo distracto, vterq; possit alias inire nu-

ptias. Nā cum voti solēnitas, vt cap. 1. de voto An Roma. lib. 6. ait Bonifacius, ex ecclesiæ statuto sit in- Pōt. possit uēta, fit, vt qua ratione potuit Pōtifex illo sta- dispēsa- re tu matrimoniū ratū ingrediētis religionem di- supermatri- rimere, possit & sine ipsius religionis ingressu. monio rāto- iuriscōsul- Opinio est Iuriscōsultorum: nepe, Ioan. An- torū opinia- dreæ in nouellis, & Panor. & Hostien. cap. Ex publico, de cōuersi. coniuga. (vbi & Glossa id ipsum opinatur) aliorūq; quos Syluester ver. Diuortij. q. 4. refert. Quāuis ipse in eorum opi- nione nō videatur persistere. Theologorū vē- rō vniuersalis sentētia est in contrariū, vno ex- cepto Caiet. quodlib. 29. quæstionū. q. 13. sed lātius in opuscu. 27. q. 25. vbi gratis quidem & tenuissimis rationibus subnixus à theologa professione defecit. Nam canonistæ, vt fæpē (salua eorum autoritate) diximus, non sunt iu- ris naturalis aut diuini, quibus hæc veritas niti- tur, legitimi interpretes. Potissimū cum sancti patres sacre paginæ scrutatores nunq̄ tali fue- rint suspicati. Caietanus verò complures con- geminat metaphysicas distinctiones, ad quas omnes molestum esset respōdere. Sed vt sum- matim eas cōplectamur, ait primò, matrimo- nium cōsiderari posse, aut inquantū officij & remediū, aut inquantū sacramētū. Si priori ratiōe, notū, inquit, est & certū nō esse indisso- lubile: quādo quidē rationem illā ante orbem redemptū habebat, & tamen per conuersionē vnus coniugis ad fidē distrahitur. Si verò con- sideretur inquantū sacramētum, tunc vel con- sideratur tanquā signum effectus, quem con- fert, atq; hac ratione clarum est, non esse indif- solubile: quoniam effectus ille non est aliquid indelebile: putā, character, sed sola delebilis gratia. Quare altero coniugū defuncto est ite- rabile. Si verò consideretur in quantum signū vnionis Christi & ecclesiæ, tūc neq; illa ratio- ne est indissolubile: primo, quia illa coniun- ctio non est perfecta, atque adeo nec signifi- cans perfectam coniunctionem Christi & ec- clesiæ, alioqui qui vxorem post ratum matri- monium ante consummationem relinqueret ratione diuortij, aut quia ipsa religionem pro- fitetur, esset bigamus, quod est falsum, vt pa- tet cap. Debitum. de bigam. Et hac ratione fa- tetur se esse conuictum. Præterea, quia distin- præsent. q. 1. ar. 3. quæstion. 2. ait. D. Thom. per matrimonium ratum solum significari coniunctionem Christi ad animam per gra- tiam, quæ est amissibilis, & ideo dissolui per ingressum religionis, sed per consummatum significari vnionem eiusdem Redemptoris ad humanitatem, cuius partes nunquam dimi- sit: & ideo tunc fieri matrimonium omnino indisso-

An Roma. Pōt. possit dispēsa- re tu matrimoniū rāto- iuriscōsul- torū opinia- Caietani o- pinio. Caietanus. S. Tho.

Argum.

2. Cōclus.

Ratio. 1.

Matrimo- niū cōsum- matū sola morte dis- soluitur.

indissolubile. Atque eam ob rem dixerat in fine præcedentis distinctionis, quod matrimonium ante carnalem copulam non est omnino integrum & perfectum. Et Leo Papa. 27. q. 2. can. Cum societas, ait, quod præter committionem sexuum societas nuptiarum non habet in se coniunctionis Christi & ecclesie sacramentum. Ecce quibus conuictus est Caietanus dicere, matrimonium ratum per dispensationem Pontificis posse dissolui. Addit & historias, quas refert diuus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in 3. par. tit. 1. c. 2. §. 3. circa finem. de Martino. 5. & Eugenio. 4. qui dispensasse feruntur super matrimonio rato.

His tamen nihil obstantibus, re vera opinio hæc quauis aliquibus sustentabilis appareat, mihi tamen, vt tenuitatem ingenij mei fatear, salua semper ecclesie censura, nullam probabilitatis emigiam repræsentat. Et primum, vt status liti, in quo Caietanus hallucinatus videtur, aperiatur, non dubitamus, quin matrimonium ratum nondum consummatum, sit dirimibile, negamus tamē aliter dirimi posse, quam diuino iure Deo ipso dispensante. Nam cum ipse autor fuerit & matrimonij & fidei & religionis causa fidei, quæ finis est omnium legum, dispensat super matrimonio etiam consummato infidelium, quando alter conuertitur ad fidem, & causa status perfectioris religionis super ratum. Id quod duntaxat rationes Caietani comprobant: ipse verò contēdit quod sit etiā solubile per dispensationem Pontificis, quod re vera nullatenus facit probabile.

Solutio. 1. Vnde id ipsum, quod tanquam sibi exploratissimum supponit: nempe, quod si matrimonium consideretur quatenus est in officium & remedium sit dissolubile, nisi distinctionis condimento temperetur, falsum est. Imò verò statim ab ipsa eius institutione in Adam matrimonium per consensus legitimos ratum fuit iure diuino & naturali indissolubile, nisi Deo ipso dispensante. Id enim significant verba illa Adæ, Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de carne mea, Propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ. Et erunt duo in carne vna: quæ quidem verba in statu innocentie ante consummationem matrimonij prolata sunt. Et confirmatur id planè, quia Christus Matthæi. 19. vt ex professo matrimonij vinculum indissolubile ostenderet, ad illa verba Adæ causam retulit: ex quibus conclusit, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Ex quo fit consequens, verbum hoc de matrimonio rato ante consummationem intelligi.

Leo papa

Historie

Autoris opinio

Status liti

Solutio. 1.

Matth. 19

Rursus id inde confirmatur, quod Iudæi interrogantes, an possent dimittere vxores quacūq; ex causa non loquebantur solum de consummato, sed in discriminatum etiā de rato. De quo respondit, quos Deus coniunxit, homo non separet. At quia in hoc punctu controuersie consistit, id exactius examinemus, iuris enim interpretes inde suā hauserunt opinionem, quod. c. Ex publico, de conuersio. coniuga. ait Alexāder, verbū illud Christi intelligi solum de consummato matrimonio. In cuius fauore, ait, Caietanus, quod Deus non protulit eadē verba, nisi post illa Adæ, Et erunt duo in carne vna: & tamē non fiunt vna caro, nisi per copulā. Contra hoc tamē est euidentis argumentū, quod vinculum ipsum per mutuū cōsensum colligatū suapte natura ordinatur ad copulā: & ideo per illum mutuū cōsensum, tanquam per integrā causam, tradunt sibi inuicem coniuges mutuā suorum corporum potestatem, atque ex illo temporis momento verū esse incipit illud Pauli, Vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor, neque vxor sui, sed vir. Quapropter cum primum coniux in mora fuerit optandi religionem, tenetur sub reatu peccati mortalis coniugi petenti debitū reddere: ergo sententia Christi, Quos Deus coniunxit, homo non separet, statim post ratū matrimonium verū obtinet. Deinde & hoc maxime vrget argumentū, quod carnalis copula, vt paulò ante dicebamus, non est de essentia matrimonij, sed est accidentaria perfectio ad consequendum finem: ergo tota substantia & matrimonij vis consistit in mutuis illis cōsensibus: at que ad eodē cū vinculum matrimonij sit suapte natura indissolubile, naturā illā & nexum ex cōsensibus ipsis sortitur, quibus alterutrū coniuges potestatem suorum sibi corporum faciūt. Mirabile enim est, quod cū inter matrimonij ratū, & matrimonij consummatū non sit discriminē nisi accidentariū, ratū natura sua sit dissolubile, & consummatum natura itidem sua indissolubile: cum tamen vbi discriminē non est nisi accidentarium, natura sit eadem. Alexander ergo, quia solum loquebatur de transitu ad religionem, qui post consummatū matrimonij non licet inuito altero coniuge, non curauit legitimam expositionem verbis Christi subscribere, sed illā, quæ sibi sufficiebat. Legitima verò est, quā ex Nicolao Pōtifice supra retulimus, can. Scripsit. quod tunc non homo, sed Deus ipse coniuges separet. Ac perinde ad aliud (quod Caietanus minime impexit) responderetur, quod cum alter infidelium coniugū fidem suscipit, dirimitur matrimonij per Dei dispensationem, nam si ambo conuertantur, dirimi non potest.

Alia confirmatio

Argumentum

Aliud arg.

Alexander

Interpretatio legitima

Natura

Natura nāque matrimonij, quæ ipsum facit in dirimibile, semper est subiecta dispensationi Dei, qui sic ipsum instituit, vt ratione fidei dirimeretur, & rursus ante cōsummationem ascensum non cohiberet ad religionem, quem ipse quoque vt perfectiorem statum condidit.

Obiectio. Sed obijciat forsan contraria opinio, quod cum Papa dispensat, tunc non homo, sed Deus coniuges separet, quando quidem Papa autoritate Dei fungitur. Hæc autem obiectio principij petit: ob idque nullus est roboris. De hoc enim controuersiamur, an talis fuerit Papæ commissa facultas. Quod enim ipsi aiunt, matrimonium consummatū natura ipsa esse indissolubile, id ipsum nos ostēdimus ratio etiam competere.

Dilutio. Quare cum Christus ait, homo non separet, Pontificem etiā ipsum exclusit, quasi talē potestatem ei non cōmitteret: quia super iure diuino & naturali, quale illa verba signāt, Papa minime dispensat. Id enim ipsum illi cōcedūt de consummato: & tamē inter ratum & consummatum nequeunt tantū discriminis ostēdere, vt non eodem modo intelligatur de rato.

Pōtifex nequit dispensare. Quare cum Christus ait, homo non separet, Pontificem etiā ipsum exclusit, quasi talē potestatem ei non cōmitteret: quia super iure diuino & naturali, quale illa verba signāt, Papa minime dispensat. Id enim ipsum illi cōcedūt de consummato: & tamē inter ratum & consummatum nequeunt tantū discriminis ostēdere, vt non eodem modo intelligatur de rato.

Ad historiam. Autoritas verò Martini & Eugenij, si ita verum est, quod similē dispensationem fecerunt, nullatenus tanquam ecclesie determinatio mouet: quia factum Pontificum non facit fidei articulum, sed opinionem Canonistarum sunt secuti. Et tamen alij Pontifices non legūt talē fecisse dispensationem, cum tamen credibile sit, creberrimè oblatos fuisse dispensandi casus.

Adrianus. Imò Adrianus. 6. vir, tum vtriusque iuris peritissimus, tum & rei theologice non infimè doctus cum ab illo huiusmodi dispensatio fuisset postulata, oblatāque fauorix sententia Caietani, de miratus est, virum theologum hoc sibi in animum inducere potuisse: & ideo improbis precibus succubens respondit, se dare quod posset, sed tamē credere nihil posse. At quo tandem illā opinionem exulceremus, si matrimonij ratum non esset natura sua indissolubile, profectò non solum Papa, sed etiā episcopus dispensare super eo posset: nā quicquid potest Papa in huiusmodi dispensationibus, potest episcopus, nisi sit prohibitus. Quin verò nihil mirarer, si quispiā inferret, quod etiam citra dispensationem possent se coniuges separe. Nam si verbum illud, Quos Deus coniunxit, &c. non intelligatur de matrimonio rato, vnde rogo conuincitur, arctiorem nexū esse in matrimonio rato, quā in spōsalibus de futuro? Et ideo saltem si de facto separet, & alia matrimonia cōsummarent, teneret factū. In summa, si hæc dispensatio semel vsu admitteretur, frequentissimi essent qui eam procurarent: & sic contra-

Nota

ctus matrimonij adeo esset languidus, vt vix vilius esset roboris. Id quod experientia nos docuit: nā plurimi hac opinione Caietani comarati apostolicam sedem super tali dispensatione pulsarunt, qui tamen repulsum meritissimi non passi sunt. Absit ergo vt hæc opinio, his maxime temporibus, audiatur, quando hæretici tam multis de causis putāt matrimonium dirimendum. Caietanus vtinam nunquam de hac re Erasmi legisset, vt dist. 36. iterum adnotauimus, qui eadem facilitate dixit, matrimonium fornicationis causa non modò quoad torum separari, verum & quoad vinculum diripi. Ad primum igitur, quod nos in capite obiecimur, argumentum respondetur, quod etsi cæremonia solēnis voti ex statuto ecclesie, vt ait, Pontifex, sit inuenta: tamen ex natura rei sit illic traditio, qua homo in cōnubium spirituale Dei micipatur, vt dist. 38. q. 2. iterum dicturimus. Quocirca dissolutio matrimonij rati per ingressum religionis non fit iure Pōtificio, sed diuino, quia fit transitus ad foeliciorem statum. Quare citra talē religionis ingressum non est in potestate Pōtificis eiusmodi matrimonium discindere. Ad alia argumēta Caietani, scilicet, quod in quantum, matrimonij ratum est sacramentū, non est indissolubile, iā responsum est, primum, quod causa indissolubilitatis matrimonij rati non in hoc potissimum fundatur quod sit sacramentum nouæ legis, sed in iure naturæ & diuino ab eius exordio. Nihilominus etiā in quantum est sacramentū, licet sit solubile per ingressum religionis, non tamē aliter. Et ad hoc propositū ait. S. Thom. quod non significat vnionem Christi cum humanitate, quæ vnio est indissolubilis, sed cum anima per gratiam, quæ est amissibilis. Et rursus quod non est integrum & perfectū. Non quod ei deficiat integritas vlla aut perfectio essentialis, sed solum accidentalis & carnalis, qua ratione per congeminationem matrimonij rati, aut per vnum matrimonium ratum & alterum consummatum non fit homo bigamus: quia irregularitas bigamie respicit copulam. Hoc tamen solum inde sequitur, pro sit dirimibile per aliud cōnubiū spirituale, quod est causa foelicioris gratiæ: non tamē vllatenus sequitur, quod sit alia via dirimibile. Aliud verò Leonis dictum in can. Cum societas. si id ponderis haberet, quod Caietanus putat, multò plus concluderet, quam ipse vellet. Habetur enim illic, quod præter committionem sexuum, mulier non pertinet ad matrimonium. Sequeretur ergo inde, quod matrimonium ratum non esset matrimonium. Ergo vel intelligitur, quod præter copulam non est matrimo-

Solu. 1. dr.

Solutio argumentorum Caieta.

Can. Cum societas.

triumonium perfectum perfectione accidentali: vel aliter, vt dist. precedenti. q. 2. art. 4. dicebamus, est interpretandum.

Cōtra primam conclusionem.

Præterea contra eandem primam conclusionem arguitur. Si potest coniugatus ante copulam ad religionem transire, subsequitur quod possit similiter facris ordinibus citra religionem initiari: nam cum votum sit illis castitatis annexum, est etiam ille status matrimonio perfectior. Vel saltem poterit ad episcopatum inuita vxore conscendere: nam vt est in iure, si vinco vincentem te, à fortiori vincam te: Status autem religionis vincit statum matrimonij, cum ergo episcopatus, vt libr. 10. de iustit. & iure, dicebamus, religionem perfectione superet, fit vt fortiori ratione possit coniugatus fieri episcopus. Ad hoc respondetur consequentia peremptoria. Haud enim licet sine licentia vxoris sacros ordines suscipere, vt vtroque cano. Vxoratus. de conuer. coniug. cauetur, neque ad episcopatum promoueri, vt ibidem ca. Sanè. habetur. Nam cum prædicta. ca. inter matrimonium non distinguat, siue ratum sit, siue consummatum, veritatem continent etiam in non consummato, vt bene ait, Durand. dist. præsent. quæst. 2. & Palud. quæst. 3. Quamuis Hostiensis in sua summa cōtrarium ininuet.

Solutio ar.

Et ratio est plana: quia nequaquam coniugato licet altero inuito statum mutare, nisi quoad pertalem mutationem matrimonium dirimitur, vt qui manet in seculo possit aliud contrahere. Per susceptionem autem ordinis vel episcopatus non dirimitur matrimonium: vt expressa determinatio est Ioannis. 22. in Extrauagant. Antiquæ concertationi. sub titulo de voto: quia illa non est mors spiritualis: neque enim vouent paupertatem aut obedientiam eo modo, quo religiosi: & votum continentie annexum non est de essentia sacerdotij. Potest enim Papa dispensare, vt sacerdotes vxores habeant, vt Graeci. Et tamen si dispensaret cum sacerdote in virtute continentie, non posset ille cum alia contrahere, sed deberet cum priori cohabitare, quod est signum, matrimonium per susceptionem ordinum non dissolui, atque adeo neminem posse inuita vxore ordinari. Alioqui compulsam illam esset perpetue castitati addici. Imo verò, vt in prædictis. c. legitur, non sufficit simplex consensus vxoris, vt habetur ca. Ex parte. in. 1. de conuer. coniuga. sed requiritur, vt continentiam ipsa etiam voueat: quinimo si non sit ætate prouecta: nempe, sexagenaria, requiritur vt religionem profiteatur: scilicet, vt matrimonium dirimatur. Si verò fuerit sexagenaria, satis est, vt simplex votum continentie

Durand.

Hostien. Ratio.

Matrimonium per susceptionem ordinum non dissoluitur.

faciat, per quod iuri suo petendi debitum abrenunciat. Quod si non fecerit, & maritus ordinetur, potest illum in consortiū coniugale repetere: ille autem manet ordinatus, sed irregularis.

Et per hæc soluitur argumentum supra factum, quia votū continentie non perinde est de essentia ordinis, sicut de essentia religionis. Et episcopatus quauis sit altior quam religio, eo quod episcopus profiteatur se perfectionem habere, ad quam religiosus ascendit, non tamen est eiusdem generis, quia non est mors spiritualis.

Quod si arguas secundum opinionem supra citatam, quod Ioannes vocatus est de nuptijs ad apostolatam: & tamē episcopi succedunt apostolis. Respondetur, quod præterquam quod Christus potuit, quod voluit facere, apostoli fuerunt religiosi, in quo ordine episcopi non succedunt illis, sed in eo quod sunt pastores. Potest tamen vt bene ait, Palud. coniugatos eligi in episcopum, dum tamen ante votum continentie vxoris non confirmetur: quia semper in electione subintelligitur consensus vxoris. Nisi forsan ante matrimonij consummationem religionem profiteatur, vnde in episcopatum resumatur.

Hinc fit neutrum coniugū ante copulam posse transire ad religionem, nisi sit approbata, cuius votum solēne impediatur dirimatque matrimonium. Quare non satis est, vt sponsa fiat beata nostri ordinis, nec sufficit coniugatum fieri militem in religione militari, nec sufficisset antequam cum illis dispensatum esset, vt vxores haberent. Nam certē per talem habitum militarem non dirimitur matrimonium. Secus de eorum clericis & monialibus, qui viuunt in claustris.

Quocirca, si mea modo sit audienda opinio, per ingressum religionis diui Ioannis (loquor de militibus) affirmare non audeo dirimi matrimonium ratum, aut posse coniugatum inuita vxore illam religionem profiteri, vt de sacerdotio dictum est. Nam etsi cum illis hætenus super nuptijs dispensatum non fuerit, arbitror tamē, sub aliorum censura, posse cum illis salua eorum religione sicut cum cæteris dispensari, licet non esset ita honestum & condecens.

Præter hæc quæ dicta sunt obseruanda est iuris præscriptio in præallegato ca. Ex publico. etenim ne nimiam sponsi licentiam vsurparent renuendi debitum soluere, causantes quod habet in animo religionem ingredi, præscriptum eis est duorum mensium spatium, quo possit vterque de illa religione deliberare: & præterea, vt ait, Sanctus Thom. vt præparentur, quæ ad nuptiarum solēnitatem necessaria sunt: & tertio ne vilē habeat maritus datam,

Solutio ar.

Palud. opinio.

Cōiugū ante copulam non potest ad religionem non approbatam transire.

Per ingressum religionis diui Ioannis (loquor de militibus) affirmare non audeo dirimi matrimonium ratum, aut posse coniugatum inuita vxore illam religionem profiteri, vt de sacerdotio dictum est.

Inducie duorum mensium sponsi conceduntur.

Triplex ratio.

datam, quam non suspirauit sponsus dilatam. Sic enim emendata est litera canonis. Institutum. 27. q. 2. qui est Augustini lib. 4. confessionum. Quo spatio transacto neuter potest differre debitum reddere petenti. At verò si infra tale bimestre tempus habitum induat, tunc dubitatur, vtrum tempus professionis debeat abbreviari, ne qui manet in seculo tandiu expectet. Bernardus enim in apparatu super capit. Statuimus. de regularib. absolutè tenet fore abbreviandum. Glossa verò super can. Desponsatam. 27. q. 2. distinguit, quod si coniux ingressus est de consensu alterius, expectandus est annus. Si verò contra eius voluntatem, tunc est tempus abbreviandum. Sed multo certior, imò certissima est opinio Durandi & Paludani, & Hostiensis in summa, quod etiā si ingrediatur altero inuito, non est compellendus renuntiare iuri suo, quo sibi conceditur annus probationis. Nam si iure ei licet habitum induere, illum cum priuilegijs iuris induit. Præsertim cum annus probationis etiam in fauorem monasterij sit concessus. Quare qui manet in seculo totum annum expectare tenetur: quia ante alterius professionem ad alias nuptias migrare non potest. Quid autem iuris si sponsus infra illud tempus bimestre vi sponsam compulerit renuente, quæ dicebat se velle religiosam fieri, num post illam violentam consummationem copulæ semper sit puellæ integrum & licitum desiderium religionis explorare. Apparet enim licitum ei semper manere: quia contra suam voluntatem non potuit per vim suo priuari iure. Ad hoc non desunt, qui respondeant, sponsum nullam iniuriam inferre sponse dum vi debitum extorquet ab illa, eo quod ipsa per consensum de presenti fecit ei illam facultatem petendi. Alij per aliud extremum aiunt iniuriosam violentiam puellæ inferri, cui ideo ius etiam permanet transeundi ad religionem. Media verò incedit veritas: est enim peccatum mortale ante duos menses sponsam affirmantem in animo habere religionem, comprimere: quoniam licet consenserit in copulam, semper tamen consensus intelligebatur cum beneficio iuris, quo sibi conceduntur inducie bimestres ad religionem. Nihilominus etiam illo pacto consummata copula religionem ingredi nequit altero inuito: quoniam matrimonium ratione consummationis fit natura sua simpliciter indissolubile: & ideo quod per vim vel sponte consummetur, accidens est, quod naturam mutare non potest. Ipsi ergo puellæ imputetur, quæ non sibi satis cauit. Neque mirum si quis absque sua culpa ius amittat ingrediendi religionem, vt si alia

Sponsa ui oppressa ab sponso, an illo renuente possit religionem profiteri.

Opinio quorundam.

Opinio aliorum.

Sententia auctoris.

Nota.

Ratio.

infirmatatem incurreret, qua fieret ad id inhabilis. Circa secundam conclusionem de matrimonio consummato oriuntur etiam nonnulla dubia. Arguitur enim quod nec per mortem temporalem dissoluatur. Nam si defunctus maritus vitæ restitueret, vt Lazarus, apparet prioris vxori tunc restituendum, iuxta verbū Pauli ad Hebr. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Respondetur absque dubio matrimonio per mortem dissolui, vt citatus Paulus ad Ro. 7. autor est: quia matrimonium contractus temporalis est, omnia autem temporalia vincula per mortem dissoluantur. Mulierum autem nomen in autoritate inducta non accipitur pro vxoribus accipientibus maritos, sed pro quibuscunq; recipientibus filios, aut alios sibi cognatos & charos, vt de Sunamite, & alijs. lib. 3. & 4. Reg. legit, quibus Elias & Elisæus filios suscitauerunt. Quare nulla est quorundam glossa dicentium, quod dum mortuus post breue tempus suscitatur, non est illa proprie æstimanda mors, & ideo non dissoluitur matrimonium. Imò quæcumq; separatio anime à corpore sufficit ad illud dissoluendum. At verò citra mortem nullatenus dirimi potest quoad substantiam & vinculum, quantumcunq; post consummationem coniuges castitatem voueant, & alter vel ambo religionem ingrediatur, eo quod suaapte natura & diuino iure consummatum matrimonium simpliciter est indissolubile. Verum tamē separatio ex vtriusq; consensu fieri potest quoad torum, vt ait August. cano. Quod Deo placet. 3. quæstio. 5. Et Grego. cano. sunt qui, & in. 8. Synodo, Si quis coniugatus. 27. quæst. 2. Tametsi can. Si vir & vxor, caueatur ne id vlatenus sine episcopi conscientia fiat. Quauis illud non sit de essentia: quia vota sine eius licentia tenerent. Id quod ius ipsum diuinum permittit, vt. 1. Cor. 7. docet Paulus dicens, Nolite fraudare adinuicem nisi ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini: ne tētet vos Satanas propter incōtinentiam vestram. Inde enim consequitur, quod vbi incōtinentiam non timent, possunt ambo in votū continentie consentire. Id autem fieri bifariam potest. Vno modo, vt separato toro maneant in seculo. Etenim uero vt lib. 7. de Iusti. & iure. quæstio. 3. articulo. 1. diximus. quando vnus tantum votum continentie de consensu alterius fecit, potest alter qui facultatem dedit, illam reuocare, vt ait August. cano. Manifestum. 33. quæstio. 5. Imò durante etiam voto tenetur petenti debitum reddere, licet petere nequeat. At verò vbi ambo eodem consensu idem votum castitatis emiserint, iuri ambo renunciarunt exigendi

Solutio.

Nota.

Matrimonium consummatum nunquam quoad vinculum dissoluitur.

August. Grego.

Bifariam coniuges possunt uouere continentiam.

H debitum

debitum, atque adeo neuter potest petere aut reddere sine dispensatione voti.

2. *Mo. ius.* Potest praeterea & secundo modo id fieri per ingressum religionis amborum aut alterius coniugum. Si enim ambo communi consensu religionem profitentur, nemini dubium quin profectio tenet, neque est in illorum potestate reuocare votum.

Nota. Potest & vnus solus de alterius consensu intrare altero in seculo remanente, vt habetur ca. no. Agathosa. 27. quaest. 2. Sed tunc consideratior habenda est cautela secundum iura, & de illo, qui in seculo remanet, distinguendum. Nam si est mulier aetate prouecta, nempe, sexagenaria (& idem est de viro) quae in periculo castitatis, iam non versatur, satis est si in seculo continentiam voueat. Si vero est iunior aetate, cui idcirco idem periculum timendum est, non sufficit simplex eius votum vt alter religionem intraret, sed ambo tenentur religionem profiteri, vt ex eodem can. Agathosa. colligitur, & expressè habetur ca. Cuius. de conuersi. coniug. & cap. Ex parte abbatis. ibidem.

Iuris cautela.

Quod si contra arguas. Quando vterque votum simplex continentiae fecit, iuri renunciauit petendi debitum, nec potest illud reuocare: ergo licet ipsa iuuenis mansat in seculo, potest ipse religionem ingredi. Negatur consequentia: quoniam periclitante altero de pudicitia, consilium est, vt super dicto simplici voto dispensetur ab episcopo. Atque hac de causa non permittitur fieri solenne in voto, nisi fiat in vtroque. Vnde glossa, praedicti can. Agathosa. scilicet, quod sufficit consensus vxoris, licet expresse non voueat nec intraret religionem, vt maritus possit ingredi, quia tunc ipsa compellitur intrare, certe non est tuta, nec habetur in practica, sed praedictis canonibus aduertatur. Nam licet in cano. ab illa glossa citato, Qui vxorem. 33. quaest. 5. praecipitur, vt qui vxorem suam velare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur, praesumitur tamen, quod qui id permiserat iurasset, quibus compellebatur intrare, alioqui posset excipere dicens, quod putaret se posse manere in seculo. Et iste est casus cap. Ex parte abbatis. de conuersi. coniuga. vbi maritus compulsus est redire ad vxorem, licet ipsa consensisset. Et ideo neuter est admittendus ad religionem, nisi vterque intraret.

Ca. Venies Casus autem cap. Venies. de conuersi. coniug. diuersus est. Fecerat quippe maritus profectioem consentiente vxore manente in seculo. Sed quia illa postmodum fornicata fuit, non fuit maritus compulsus exire, nec ipsa in

trare: quoniam fornicationis causa poterat fieri diuortium. Si vero vnus de alterius consensu manentis in seculo intraret religionem propter ignorantiam, vt in causa citata ca. Ex parte, tunc ipsa mortua non potest ad secundas nuptias transire, sed tenetur ad monasterium reuerti, vt eodem cap. habetur: quia votum fecerat de consensu vxoris, solum per illam reuocabile. Attamen qui contra voluntatem vxoris votum fecit castitatis solenne in religione credens id posse, tenetur ad vxorem redire: neque vero illa mortua compellitur ad monasterium reuerti: quia votum non fuit solidum religionis. Non tamen potest ad alias transire nuptias, quia votum quatenus in sua erat potestate consolidauit: scilicet, non petendi debitum. Definitio est cap. Quidam. eodem titu.

Quod hic de separatione tori post consummatam copulam per ingressum religionis de consensu alterius dictum est, id per susceptio nem ordinum aut episcopatus intelligendum etiam venit. Vxore enim castitatem vouente si est sexagenaria vel religionem ingressa, si est iunior, potest vir citra religionem sacros ordines suscipere, & episcopus fieri. Id quod de Diuo Hilario Pratauensi episcopo legitur, qui cum episcopus esset vxorem habebat & filiam. Definitio est capit. Saue. de conuersi. coniugato.

Praeter hos casus absque consensu alterius potest separatio fieri quoad torum fornicationis gratia, vt distinct. 36. videbitur. Tunc enim facto diuortio, quauis fornicationis reus maneat in seculo, potest alter innocens religionem ingredi. Cuius exemplum legitur in Paulo simplice. Imò si vxor fornicata est, potest vir ad sacros ordines extra religionem promoueri: quoniam solutus est vinculo reddendi debitum, nisi fornicariae pepercit. Collige ergo tres casus, quibus matrimonium soluitur. Quoad substantiam namque non nisi ante copulam dirimitur, idque etiam altero inuito, non tamen nisi per ingressum religionis. Consummati vero separatio fit quoad torum, non tamen nisi per consensum alterius, aut fornicationis gratia. Ex quo fit, quod licet ante copulam discrimen sit inter ingressum religionis, & susceptionem ordinum, tamen consummata copula, quocunque euentu vir potest religionem ingredi, potest etiam sacros ordines suscipere. Quod ante nos Paluda. distinct. praesenti. quaest. 3. probè concessit.

Nota.

Propter fornicationem separatur totus.


Nota.

Q V A E-

Q V A E S T I O S E C V N D A. De sponsalibus.

A R T I C V L V S. I.

Utrum sponsalia conuenienter dicantur futurarum nuptiarum promissio.



Quoniam definitum est consensum matrimonio necessarium esse de presenti, vt opposita iuxta se posita clarius innotescant, quaritur de sponsalibus quem nam habeant effectum. Et arguitur prius de nomine, quod sponsalia non sunt futurarum nuptiarum promissio, vt ait Nicolaus papa can. Nostrates. 30. q. 5. Sponsus namque, vt nomen sonat, ab sponsalibus dicitur: ait vero Isidorus. lib. 9. etymologiarum. cap. vlti. q. sponsus non dicitur quia promittit, sed quia sponsos dat: ergo sponsalia non sunt idem quod promissio. Secundò. Si sponsalia essent promissio, sequeretur quod in foro ecclesiae compellendi essent sponsi ad matrimonium: nam promissio obligationem parit: & tamen ecclesia sponsos non compellit, vt patet cap. Praeterea. de sponsalibus. ergo sponsalia non sunt promissio.

Partis affirmatiue. argue. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua.

Sponsalia unde.

Vlpianus.

Gellius.

do vigeat, quae postmodum reuocata est in Codice, Ne fideiussores dotium dentur: ne scilicet vir vxori fideiussorem dotis exhibeat, licet vxor pro dote, quam marito promittit, talem fideiussorem dare permittatur, vt. l. Cum dotis. ff. de iure dotiu. Quod si pater illam promittebat, contractus illi vtrinq; mutui sponsalia dicebantur. Atque adeo qui puellam spondebat dicebatur sponsor, vt pater. Puella vero, quae promittebatur & spondebatur, dicebatur sponsa: Vnde apud Terentium, Aliam pater ei desponderat gnata Chremetis. Sponsus vero non ea ratione dicitur, quia promissus, sed quia ei fit promissio: vel quia, vt ait Isidorus: sponsos dat vt sponsus idem sit, quod sponsoribus stipatus. At vero non solum pater dicitur spondere filiam, sed & ipsa se etiam spondet, & iuuenis eam dicitur despondere sibi. Est autem considerate animaduertendum, vt ait, in praesentiarum S. Tho. ar. 1. solut. ad 6. q. cum duo in matrimonio considerentur. scilicet coniunctio matrimonialis, & vnus ipse, dupliciter dicitur sponsus. Vno modo ratio futuri coniugij: quia. scilicet tantum sponsalia contraxerunt. Et isti sunt simpliciter sponsi, quia non sunt vere coniuges: coniuges enim sunt vere coniugati per coniugium de presenti. Quare in rigore sponsi & coniuges opponuntur. Sed aliter dicuntur sponsi, ipsi etiam coniuges per verba de presenti ante copulam. Sponsi, scilicet, respectu futurae copulae, quam sibi inuicem implicitè sponponderunt. Quo pacto beata virgo fuit vere coniux Iosephi. Quod quidem adnotatum est necessarium ad intellectum plurimorum canonum, qui nomine sponsi & sponsae diuersimode videntur. Tres ergo dignoscendi sunt gradus in praesentiarum. Primus cum sponsalia tantum de futuro fuerint contracta, quod non sufficit vt dicantur coniuges. De qua desponsatione loquitur can. Si quis sponsa. 27. q. 2. vbi habetur, quod si quis sponsam filij sui oppresserit: filius aliam accipiat. Quod non liceret si fuisset sponsa de presenti. Et can. Quidam desponsauit. ibidem, vbi illa, quam quidam sibi desponsauerat, oppressa a fratre sponsi, non prohibetur quin possit alteri viro nubere. Secundus gradus est, quando interueniunt consensu per verba de presenti: & illi dicuntur sponsi respectu futurae copulae, & nihilominus viri coniuges. Et sic accipitur de sponsatio ab Isidoro & August. can. Coniuges. & can. Coniux. 27. q. 2. vbi habetur, quod coniux verius appellatur a prima desponsationis fide, quauis ignoretur concubitus. Et can. Qui de sponsata, quo ait Grego. Qui desponsata puellam proximi sui acceperit in coniugium: anathema sit. Vbi subditur moris esse diuinae legis

Sponsus.

Isidorus.

S. Thom.

Sponsi dupliciter dicuntur.

Tres gradus ad matrimonium.

2. Gradus.

sponsas (scilicet per verba de presenti) appellare coniuges, ut in Evangelio, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Et Deuter. 21. Si quis desponsatam hominis puellam opprefserit moriatur, quia vxorẽ proximi sui violauit. Tertius gradus est, dum res vxoria per copulam consummatur. Quod quidẽ matrimonium, ut diximus, non potest, nisi amboꝝ consensu quoad torũ dissolui. Et tunc maxime mulier dicitur vxor. Quaratione Origenes can. Inueta. 27. q. 2. noluit admittere, ut beata Maria diceretur vxor Ioseph. Vnde verbũ Gratiani can. Decreta. vbi intalitur, inter spõsum & sponsam coniugium non esse: quia spõsa sine cõsensu spõsi potest intrare religionẽ, coniux verò non nisi de consensu coniugis, non est verũ, nisi sit sermo de sponsis per verba de futuro. Nam inter sponsos per verba de presenti est verũ coniugium, & tamen vterq; ante copulam sine alterius consensu potest religionẽ intrare. Quare verbum illic Gregorij, Decretale galia desponsatam si conuertit voluerit nullò consueuerunt damno mulctare, etiam de desponsata per verba de presenti, licetiam tunc dicatur coniux, intelligitur. Antea tamen quam fuerit matrimonium consummatum.

Tertius gradus.

Gratiani.

Gregorius

1. Conclus.

Ratio.

Obiectio.

Solutio.

et, censetur alterius promissionẽ conteneret. ¶ Secunda cõclusio. Spõsalia neutiq; sufficiunt ad matrimonium contrahendum, nisi nouus consensus de presenti accedat vel formalis, vel virtualis per consummationem copulæ affectu maritali. Probatur, quia matrimonium est vera & realis traditio, qua se sibi mutuò coniuges dunt: promissio autẽ nõ est traditio: aliud em est nuptias polliceri atque aliud nubere. ¶ Quod si cõtra arguas. Sicut præsens se habet ad præsens, ita futurũ ad futurũ: ergo si cõsensu de presenti facit matrimonium de presenti, ita cõsensu de futuro facit de futuro. Respondetur, argumentũ amphibologia laborare. Si enim antecedes in hoc sensu usurpetur, sicut cõsensu de presenti facit tunc temporis matrimonium, ita cõsensu de futuro facit illud in tempore futuro, negatur quidẽ: quia consensus de futuro nõ est realis traditio, sed promissio. Si autem sumatur in hoc sensu, quod si cõsensu de presenti facit matrimonium in presenti, ita & cõsensu de futuro parit obligationem contrahendi illud in futurum, cõceditur, sed nihil cõtra conclusionẽ. Et est sic intelligenda cõclusio hæc, quod licet consensus in terni sint de presenti, si tamen illos non sibi inuicem per verba de presenti explicent, sed tantum per verba promissoria de futuro, non fit matrimonium. ¶ Quod si scisciteris, Quis nã ergo effectus est sponsaliorũ? Respondetur, esse obligationem, quæ inde nascitur ad contrahendum postea, nisi legitima intercesserit causa dirimendi, ut artic. vlt. patebit. ¶ Hinc sequi Nota. quod sponsalia non sunt de essentia matrimonij: quia absq; illis præcedentibus potest illico matrimonium contrahi per verba de presenti. Sunt tamẽ non prorsus impertinentia, imò sæpe cõducentia, præsertim cum sub conditione fiunt: quia non possunt cõditiones dotium vel aliarum rerũ ita faciliẽ cõuenire: eo quod iste cõtractus est omnium ciuiliũ grauisimus, ut pote, quo homo de tota vita disponit. Et erant olim maxime in more, quando bãnã erant in vsu, quæ quidẽ post sponsalia fiebant ad explorandum si qua essent matrimonij impedimenta. Iam vero nõ sunt in tanta celebritate. Et quæ admodum matrimonia: sic & sponsalia, imò fortiori ratione possunt inter abentes per procuratores, vel literas fieri. l. vlti. ff. eo. tit. imò & inter solos parentes iuuenũ tractari, & concludi, ut artic. proximo videbimus. ¶ Est tamen circa hanc conclusionẽ oculatissimẽ discernendum inter verborũ vim, vtrum nudam habeant significationem de futuro, an verò virtutẽ præsentis. Si enim dicat, Accipiam te, manifestum est ver-

2. Conclu.

Obiectio.

Dilutio.

Nota.

Nota uerbo vni uim.

est verbum futuri. Sed si dicant, Habebo te in meam, & te in meum, aut Tenebo te, vel reputabo te pro mea, & tractabo te sicut meam, aut quid simile verbũ ambiguum est. Nam facere sensum potest, ex nũc, & sic æquipollet verbo de presenti: quoniam quod vir habeat feminam pro sua, fieri legitime nequit, nisi consensus antecedit, quare si ex nũc vel posthac habiturus est eam pro sua, signum est iam nunc consentire de presenti. Et idem erit si dicant. Eris posthac, seu ex nunc meus, & eris mea. Secus si dicat, Esto mea vxor aut meus vir quoniam hoc futurum est imperatiui, quasi rogantis aut petentis consensum. Et ideo non denotat in choationem ex illo articulo, ut cum testator ait, Heres meus esto, nõ intelligit nisi post suam mortẽ. ¶ Eadem ferè amphibologia latet sub verbo, volo, ut si quis dicat, Volo te esse vxorẽ meã: & ipsa, volo te esse virum meũ. Sunt enim qui negant satis esse ad matrimonium contrahendum. Attamen quia volo, æquiuocum est, si idem valeat quod consentio, & voluntatem, id est, assensum præbeo, matrimonium est: secus si idem sit quod cupio vel desidero. Si autem dicat, Volo tecum cõtrahere, & ille respondeat, Ego tecum, nõ satis est ad matrimonium: quia velle cõtrahere, non est cõtrahere. Quo circa in eiusmodi verborum nubilo vtendum est regula Hilarij in cap. Intelligentia, de verb. signifi. vbi ait, Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Est enim pensanda in primis materia subiecta, vtrum scilicet tunc de sponsalibus, an verò de matrimonio de presenti ageretur. Et secundũ hoc interpretanda sunt verba. Præterea, ut Alex. tertius cap. Ex literis. in. 1. de sponsalib. admonet, inspiciendum est iudici in similibus dubijs si matrimonium cõtrahatur ad id sint idonei sciẽtia & ætate. Quo cognito si alter non intellexit, quod alter proposuit, ad communem verbi intelligentiam recuratur, & cogatur vterque verba prolata in consensu retinere, quem solent recte intelligentibus generare. Hæc ibi. Et est ceteris paribus sententia in fauorem illius ferenda, qui simpliciter loquebatur, cõtra alterum, qui fraudem neciterẽ videbatur, in foro quidem exteriori: nam in foro cõscientiæ, vbi nullus interfuerit cõsensu de presenti, nullum existit matrimonium. ¶ Tertia cõclusio. Sponsalia fieri possunt aut absolute aut sub conditione. Absolute quidem quatuor modis, ut ait impræsentiarum S. Tho. aut nuda promissione, ut accipiam te in meũ, aut meã, aut promitto te accipere. Secundo per annuli subarrhationem, ut cano. Si quis

Verb. volo.

Hilarius.

Alexan.

Nota.

3. Conclus. Primus modus. Secundus.

vxorẽ, ait Gregorius. & cano. Si quis desponsauerit. Iulianus papa. 27. quæstione. 2. quantum illic non fiat mentio de sponsalibus de futuro, sed de vero coniugio de presenti: nam subditur, quod illam sic annulo subarrhatam defuncto. Sponso, etiam ante carnalem copulam, nemo de consanguineis ob publicam honestatem possit accipere in vxorem: & tamen si solum essent sponsalia de futuro, ut infra distinctione. 4. dicemus; liceret. Tertio per arrharum dationem, ut capit. fima. de despon. in puer. Hoc autem annuli insignie, & arrharũ donatio, si nulla præcesserint verba, non sunt sufficientia desponsationis documenta, sed solum ex præsumptione: quia possunt alia de causa cõferri; nam & in emptione & venditione solet intercedere arrha, & propter turpes amores donari annulus. Quare si verba de presenti præcesserint, sunt confirmatio veri matrimonij; si autem de futuro, sunt sponsaliorum insignia. Quarto contrahuntur sponsalia sub forma iuramenti. Quibus & quintus adhibetur modus, quando impubes ante legitimam ætatem cõtrahunt per verba de presenti, que quidem ob defectum ætatis non æstimantur nisi sponsalia. ¶ De conditionibus autem appositis super sedendum modò vsque ad distinct. 29. quæstio. 2. quia possunt apponi tam verbis de futuro, quam verbis de presenti, & ideo illic de vtriusque copiosius habendus est sermo. ¶ Per hæc argumenta proposita soluta restat. Ad primum enim negatur, quod sponsus dicatur ab sponsalibus: scilicet, à promissionibus, quia promissus est, ut sponsa, sed ab sponsorũ hoc est, fideiussorum datione, quibus confirmantur sponsalia, quæ sunt promissio. ¶ Ad secundum respondetur, quod si sponsalia promissionem includat, ac subinde obligationem, nihilominus in foro exteriori non compelluntur sponsi contra suam voluntatem cõtrahere propter damna, quæ afferre solent sponsalia coacta, ut capit. citato. præterea, decernit Innocentius. Vtrum verò dum sponsalia iure iurando cõfirmantur, sint ab ead. ecclesia spõsi ad matrimonium cogendi, illic arti. 3. videbimus. ¶ Tertium etiam solutum est, vbi declarauimus nomen sponsi etiam coniugi competere ante copulam.

Iulianus pa. 27.

Tertius modus.

Quartus. Quintus.

Solut. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

ARTICVLVS II.

Vtrum septennium tempus sit cõtrahendis sponsalibus necessarium.



DE tempore & ætate ad matrimonium contrahendum requisita distinct. 3. artic. 5. dicitur sumus, de tempore autē sponsaliorum legitimo arguitur, quod non sit septennium.

Contractus qui per alios fieri potest nõ requirit in eis, ad quos pertinet, discretionis vsum: sed sponsalia fieri per parentes possunt utroque; impuberum ignorante. cap. 1. de desponsa. im pube. ergo in illis nõ requiritur rationis vsum.

Partis ne gatiue argumen. 1.

2. Argum.

¶ Secundò, sponsalia ad matrimonium ordinantur: sed ad matrimonium contrahendum nõ idem vtiq; præscribitur tempus, vt loco citato videbimus, imò minus puellæ, quàm puero: ergo idem deberet in sponsalibus obseruari.

3. Argum.

¶ Tertio. Si qui propè ætatem legitimam pubertatis paulò antè matrimonium contrahat, pro valido habetur: ergo pari iure si paulò ante septennium sponsalia fiant, valebunt.

Pars affirmatiua.

¶ In contrarium est decretum cap. Literas. ca. Accessit, cap. Ad dissoluendum, extra. de desponsa. im pube. & cap. Vnico, eod. titu. lib. 6.

Conclusio.

¶ Questio facillima est ad quam vnica conclusio respondetur, Sponsalia antequàm ambo illorum, ad quos attinent, septenniũ impleat, non sunt valida. Conclusio præter citata iura probatur ratione: quoniam vsq; ad illud temporis articulũ protenditur infantia: periodus, quæ, vt nomen sonat, homo ea, quæ rationis sunt, fieri nequit: & tamen cum sponsalia, vt dictum est, quædam sint futurorum promissio, exigunt in promittente iudicium aliquod & prudentiam futurorum, alioqui eorum promissio non esset profus libera.

Tres gradus cognitionis humane. Primus.

¶ Ad cuius maiorem intellectum, adnotandi sunt tres gradus cognitionis humane, quos Philosophus. 1. Ethico. dignouit. Primus enim est, quando homo neque suo ingenio, neq; aliorum adminiculo intelligere quidpiam potest ad prudentiam pertinens: quod quidem est tempus ætatis primæ: nempe, infantia, quæ primo septennio durat. Qua de re tunc nõ est homo idoneus alicui celebrando contractui: quia nihil deliberare potest: sed eius cognitio penè nihil à cognitione brutorum differt. Secundus gradus est, quando homo licet non suo ingenio, tamen aliorum subsidio intelligere quidpiam valet, quod nõ nullam habeat prudentia imaginem. Et hoc est tempus secundæ ætatis, nempe pueritia, quæ per secundum septennium annorum, scholis puer ad discendum mancipatur: atque adeò tunc aliquid polliceri potest in futurum, de quo licet tunc obligatio

Secundus gradus.

nem adferat, potest tamen deinceps maturius deliberans, mentem mutare. Sed tertius gradus succedit à fine secundi septennij, vsque ad annum vigesimum quintum, quò tertia ætas adolescentia procedit. Tunc enim iam homo scilicet, anno ætatis quartodecimo, etiam per seipsum potest ea deliberare, quæ ad prudentiam spectant. Quare tunc disponere de propria persona potest, & statum eligere siue conjugalem, siue monachalem. Quauis de bonis suis, ne prodigè dilapidet, disponere iure non permittatur vsque ad vigesimum quartum annum, quo incipit iuuentus. Ad primum igitur argumentum conceditur posse parentes ante quàm gnati septennium attingat, sponsalia pro illis contrahere: hoc enim est ius paternum: eo quòd infantes tunc quasi in vtero rationis paterno gestantur. Et in hoc sensu intelligenda est. 1. In sponsalibus. la. 2. ff. eod. titu. scilicet. In sponsalibus contrahendis ætas contrahentium definita non est, vt in matrimonijs. Intelligitur, inquam, dum parentes pro filijs contrahant, cum ipsi consentire debeant, vt illic habetur in. 1. Sponsalia. 2. septennium debent complessi. Imò verò dum parentes pro filijs contrahunt, sponsalia illa dependentia sunt ex consensu filiorum postquàm vsum habuerint rationis, vt cap. citato. de desponsatio. im pube. habetur. Quòd verò illic subiungitur, nempe. Postquàm filius peruenerit ad legitimam ætatem omnino debet hoc adimplere, intelligitur, quòd debet de honestate, nõ tamen de necessitate, vt bene, ait glossa. Itaque si adueniente vsu rationis clamauerint, sponsalia nulla sunt. Si verò tunc scientes tacuerint, silentium erit consensus interpres. Quapropter parentes Rebecca, vt legitur Genes. 24. puellæ voluntatem requisierunt. Atque eam ob rem parentes ante liberorum septennium districtius à Nicolao Papa inhibentur, capit. Vbi non est, eod. titu. ne ante legitimam filiorum ætatem eos coniungant, nisi forsitan aliqua vrgentissima necessitate interueniente, vt pote pro bono publicæ pacis talis coniunctio tolleretur. Quare nisi inter principes aut magnates non debent fieri: nam vt habetur cap. Literas, Desponsationes in cunabulis nullæ sunt, atq; adeo illæ, quæ fiunt ante septenniũ: neque vlla inde affinitas cõtrahitur. Respondetur ergo ad argumentum, septennium requiri vel ad contrahendum sponsalia, vel ad illa confirmandum. ¶ Quòd si arguas, ante illam ætatem hominem posse peccare mortaliter: nam vt. 4. Dialogorum capit. 1. refert Gregorius, quidam puer quinque annorum propter

3. Gradus.

Solu. 1. ar.

Lex, in spõ salibus.

Parentes Rebecca.

Nicolaus papa.

Nota.

Solutio ar.

Obiectio.

ARTICVLVS. III.

Utrum Sponsalia iureiurando per verba de futuro confirmata vim habeant matrimonij.



Articulum præsentem & subsequenter doctores propter ordinem Magistris sentent. in proxima distinct. futura tractant. At cum ad sponsaliorum qualitate attineant: hanc sibi sedem propriè vendicant. Arguitur ergo, quòd si sponsalia de futuro iuramento firmentur, vim habeant matrimonij de præsententi. Nemo se potest contra diuinum ius ad rem aliquam obligare: iuramentum autem implere est iuris diuini, iuxta illud Matth. 5. Reddes altissimo iuramenta tua: ergo nulla subsequens obligatio potest hominẽ à præterito iuramento absolueret, atque adeò qui post eiusmodi iuramentum se subdit secundis nuptijs, tenetur nihilominus iuramentum seruare contrahendo cum priori: quod nõ esset verum, nisi illud matrimonium vim habuisset matrimonij de præsententi.

Partis affirmatiue argumen. 1.

2. Argum.

Pars negatiua.

Conclusio.

Ratio.

Hugonis ratio.

Dilutio.

propter peccatum blasphemia à diabolo extinctus est: quem ideo paterna negligentia gehennæ nutriuit. Respondetur, casum illum esse singularem & præter legem, vt tanta esset rationis acceleratio, quæ ad peccatũ mortale sufficeret. Non enim est negandũ quin quatuor quæ ætate liber sit consensus in peccatum, cõtrahatur macula. Sed tamen canones attendunt ad id, quod plurimum via ordinaria cõtingit, qua quidem via ante septennium non assolet ratio lucere. ¶ Et pariter ad id respondetur, si quis arguat, tunc debere esse valida sponsalia ex quo alicui possunt futuræ nuptiæ placere, vt in præallegato ca. Literas, habetur: sed ante septennium puellis non nunquàm solent placere nuptiæ. Respondetur, inquam, eiusmodi immaturam complacentiam nõ tam ex rationis ordine, quàm ex naturæ libidine tunc exurgere: quam ideo canones nihil ducunt. ¶ Ad secundũ principale respondetur, quòd in contractu matrimonij non tantum vsus rationis experitur, verum & generandi potestas. Puer autem ante finem secundi septennij non est generandi potens: puella autem in duodecimo potest concipere, vt. 1. 1. de animalibus autor est Philosophus. Præterquam quod in viro, cui domus administratio incumbit, maior est necessaria prudentia. Ad sponsalia vero duntaxat exposcitur rationis vsura: quæ vtrique sexui in primo septennio aduenit.

Aliud arg.

Dilutio.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

Panormi.

Quantũ sit illud parũ.

¶ Ad tertiu verò respõdetur, quòd vt in matrimonio, ita & in sponsalibus parum pro nihilo reputatur: nam vt. 2. Physico. author est Philosophus. Quod parum distat à re, nihil distare videtur. Et ideo si paulò ante finem primi septennij fiant sponsalia, solida reputantur. Tametsi. Panor. cap. Iuuenis. de sponsalib. nimis iuris obseruator nihil de rigore canonũ remittendum censet: ita vt si hebdomada, vel fortè dies defuerit, nõ sint valida. Attamen Archid. & Archiepiscopus Florentinus, & Syluester verb. Sponsalia. §. 2. & communis opinio Sanct. Tho. sequuntur & merito: quia moraliter quod parum distat à re, nihil distare videtur. Et ideo hebdomada nõ tollit, quin censetur septennium impletum, imò nec maiusculum tempus. ¶ Quod si perconteris, quantum sit illud parum. Sanct. Thom. in solu. ad. 7. ait, à quibusdam taxari tempus sex mensium: putà, in septimo anno dimidiato. Non tantum. de excusat. tutorum. ff. Sed melius est, inquit, vt determinetur secundum contrahentium conditione paululò plus minusve: quia in quibusdã celerius maturescit rationis vius, quàm in alijs.

¶ Secundò. Omnis controuersia finis iuramentum est, vt ad Hebræ. 6. ait Paulus: ergo saltè in foro exteriori, vbi constat de iuramento, in eam potiùs partem propendendum est, quàm in alteram, vbi non nisi humanus cõsensus simpliciter interuenit: ergo sponsalia de futuro cũ iuramento verbis præualent simplicibus de præsententi.

¶ In contrarium est decretum Alexandri. 3. cap. De illis. de sponsalib. ¶ Facillima est quæstio suo, & idcirco vnica cõclusionone contenta, quæ omnium est tam Iurisconsultorũ, quàm theologorum confessio. Sponsalia de futuro, quocũque fuerint iureiurando asserta, vim nõ habent contrahendi matrimonij. Et ratio est plana: quoniam iuratio, vt loco citato, ait, Paulus non est nisi dictorum confirmatio, quod ideo eorum significationem nõ mutat: igitur si verbis de futuro apponatur, solùm cõfirmat promissionem: promittere autem matrimonium non est illud facere: qui ergo promittit, licet id iurauerit, nondum fecit. Vnde Hugo in summa sentent. tracta. 7. capit. 7. cuius rationes Magister sentent. adduxit, cum non fiant, inquit, coniuges nisi illi, qui se ex consensu ad præsens recipiunt, quomodo coniuges appellari possunt qui nondum fecerunt, sed in futuro se futuros iurando promiserunt? Deinde si ex vi iuramenti ad futurum pertinetis

mox coniuges efficiuntur, cur iurât se id postea esse facturos? Repugnãtia enim est iurare facturos, id quod efficiunt, & iterabile non est. Item, qui iurat se matrimonium futurum, iurat cõsensum se post adhibiturum de præsentem, in quo essentia matrimonij consistit: ergo ipso iuramento denotatur verba illa iurata futuri non sufficere. Bene ergo Papa in præallegato capi. De illis. ait. quod qui sponsalia de futuro iuramento confirmarunt, si ad alias se nuptias transtulerunt, illæ sint validæ, recepta tamen de periurio poenitentia, si per eum, qui iuravit, steterit quominus matrimonium consummaretur. Idemque habetur in capit. Si inter. eod. titul. Quod si quis obijciat verba civilis legis, quæ canon. Si quis diuini. 3. o. quæstione. 7. referuntur. Si quis diuini tactis scripturis iuravit mulieri legitime eam uxorem habiturum, vel in oratorio tale iuramentum dederit, sit illa legitima vxor. Respondet Glossa, & loco citato Hugo, illud iuramentum cecidisse super verba de præsentem quibus præcedentibus se fidem tori & alia coniugij iura seruare pollicebantur. Jam enim supra diximus, quod hoc verbum, Habebo te in uxorem, respectum, presentis temporis includit, scilicet, ex nunc.

Ratio alia.

Obiectio.

Dilutio.

Dubium.

Solutio.

Ca. Ex literis.

Ca. Requirunt.

Sententia auctoritatis.

quam emendatius loquatur. Id quod (vt cum omni obedientia ecclesiæ debita loquamur) visus est facere Lucius. 3. Cui potius ideo auscultandum est. Nisi hoc forsitan modo eos volueris conciliare, quod Lucius loquitur secundum ea incommoda, quæ plurimum contingunt. Et ideo secundum legem ordinariam non sit sponsus, qui iuravit, cogendus, sed omnino admonendus, & suæ relinquendus conscientia coram Deo. Præsertim cum in eiusmodi iuramenta cadat dispensatio, & sapissimè intercedat iusta dispensandi causa. Quando verò sponsus, qui iuravit, censetur nullam habere causam à iuramento resistendi, neque vlla timentur ex coactione incommoda, imò sperantur commoda, maximè si in bonum commune cedat, tunc iuxta sententiam Alexandri cogendi sunt, id tamen quod rarissimè.

Cõciliatio.

Solutio. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod implere licitum iuramentum iure diuino constringimur, nõ tamen illud, quod vel dum sit illicitum erat, vel postea illicitum seruatu sit aut impossibile. Igitur, quæ admodum si maritata mulier, iurasset alicui suo sit perflite marito nubere: iuramentum non esset implendum, quia illicitum: ita licet soluta licite iuret se soluto nupturam, tamè, si ante quam iuramentum impleat, alteri nubat, impossibilitate se inuoluit, ne possit prius iuramentum implere, quia iam facta est aliena. Tam etsi qui iurata sponsalia fregit, grauius peccatum committat, quam si non fuissent iurata. Imò verò si iuramentum illud inter personas legitimas intercessit, quanuis postmodum causa occurrat dissoluendi sponsalia, non sunt sine dispensatione iuramenti dissoluenda. Secus si personæ erant consanguinæ, vel alio impedimento irretitæ: tunc enim sponsalia nullius erant vigoris.

Solutio. 2. ar.

¶ Ad secundum respondetur, quod neque in foro exteriori illud iudicandum est matrimonium: quia nec de illo potest contestari lis, sed de illo duntaxat, quia sponsalia iuravit, vt promissum seruet.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum carnalis copula post sponsalia de futuro matrimonium perficiant.



Liã sponsaliorum qualitas est, quando carnalis copula subsequitur: & ideo queritur, vtrum illa tunc copula habenda, sit pro consensu, vt

Partis negatiue argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Partis affirmatiue.

Decisio ar.

1. Conclu.

Ratio conclusionis.

Ratio. 2.

Corollarium.

2. Conclu.

matrimonium perficiatur. Et arguitur à parte affirmatiua. Plus est factum quam verbis cõsentire: sed qui cum sponsa concreditur, factum cõsentit ad perficiendum quod inceptum erat: illa copula sufficit. ¶ Secundo. Non solum consensus formalis, sed interpretatiuus sufficit: nulla aut videtur expressior interpretatio cõsensuum, quam illa copule cõsummatio: ergo illa sufficit. ¶ Tertio. Omnis consensus in fornicationem peccatum est: sponsa verò de futuro consentiens sponso in concubitum non peccat: ergo tunc non fornicatur, atque adeo rei vxoriam operam impendit. ¶ In contrarium est decretum Nicolai cap. Sufficiat. 27. quæst. 2. vbi ait, quod solus consensus (scilicet, de præsentem) si defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Et idem habetur cap. Tua nos. de sponsalibus.

¶ Ad hanc quæstionem respondentes doctores, licet variare videantur: nam Ricardus & nonnulli alij dist. 28. adstruere videntur sufficere huiusmodi copulam, quod alij videntur negare, distinctio tamen S. Tho. rem tutò conciliat. Possimus enim de matrimonio loqui vel in foro cõscientie, vel in foro exteriori ecclesiæ, vbi ex præsumptione sæpenuerò iudicatur. ¶ Tribus ergo conclusionibus respondetur.

¶ Prima fundamentalis est. Copula per se nudè considerata, quantumcunque sponsalia de futuro præcesserit, non est in foro conscientia: sufficiens causa matrimonij colligandi. Probat, quia vt supra dictum est, nisi consensus de præsentem accesserit, nunquam est matrimonium: ergo vbi ille consensus interne defuerit, quantumcunque accesserit copula, non fiet matrimonium. Atque hoc est quod citata decreta definiunt. Et confirmatur hoc liquido: quoniam copula illa, cum sit quid externum, vim nequit habere maiorè, quam si essent verba de præsentem: sed hæc vt supra dictum est, si internus consensus defuerit, non sufficiunt, multò ergo minus sola copula. ¶ Hinc sequitur, quod si dum spõsi cocunt nihil de præcedentibus verbis cogitant, nullum sit matrimonium: quia nullus tunc interuenit consensus, & multo minus si vel intus alter dissentiat, vel aliquo iudicio alteri ostendat, nõ accedere vt coniugem, vt si alter illorum sit conditionis longè superioris nobilitate vel dignitate aliqua. Vel si dum vnus ait se accedere vt coniugem, alter nõ prorsus adnuat, sed significet, illud imposterum differendum. ¶ Sed si queratur vtrum expressus de præsentem cõsensuum cum copula, Accipio te, in meam, vel similis, respondeat secunda conclusio. Satis est in cõscientia si ambo affectu maritali

se inuicem per copulã amplexari consentiant intendentes perficere quod per sponsalia inceptum fuerat. Tunc enim ille est interpretatiuus cõsensuum de præsentem propter verba de futuro quæ præcesserunt, ca. Is qui fidem. de sponsalibus. Si ambo, inquam, nam si alter duntaxat cõsentiat altero oppositum insinuante, nullam est in conscientia matrimonium.

3. Conclus.

¶ Tertia conclusio. Quantum ad iudicium ecclesiæ res attinet, vbi post sponsalia de futuro copula interuenisse comprobatur, matrimonium censetur, cogunturque; adeo eiusmodi sic copulati vt coniuges cohabitare: quare licet alter vel ambo ad alia se vota transferant, compelluntur ad primum redire, quod præsumptum fuit matrimonium: nec secundum censetur matrimonium. Verba sunt Gregorij noni cap. Is qui fidem. de sponsalibus. vbi id decernit. & cap. De illis, & Per tuas, de conditio. apposit. Neque est contra hoc exceptio vlla admittenda. Et ratio est, quia ecclesia non potest de occultis, nisi per extera iudicia iudicare: & nullum potest habere efficacius, quam eiusmodi copulam. Intellige autem non admitti exceptionem illius, qui signa dissensus non ostendat: nam si alter allegat se reclamasse, & est paratus probare, audiendus est. Rursus intelligendum etiam dum copula consummatur, Nam oscula & tactus: imò verò nec conatus ad consummandum sufficit, nisi re vera consummetur, vt cap. fina. de sponsa. decernitur. Quin etiam Innocent. super eodem capit. & Panormita. tenent, quod licet vir puellam omnino deflorauerit: si tamen non seminauerit, non sufficit vt iudicetur matrimonium post sponsalia de futuro. Et ratio eorum est, quod cum ecclesia in tali casu ex præsumptione procedat, deuiando à communibus, regulis iuris, nõ debet id iudicare, nisi absoluta fuerit consummatio. Et Syluester verb. Matrimonium. 2. §. 16. ait, hanc opinionem esse communem. Et consonat superiori sententiæ nostræ quæst. 1. artic. 4. vbi diximus ante virilem seminationem in vase legitimo matrimonium non consummari. Requiritur præterea vt consummatio copulæ sequatur sponsaliorum fidem: nam sponsalia post copulam contracta non faciunt matrimonium capit. Veniens. 2. de sponsalibus.

Gregor. 9.

Ratio conclusionis.

¶ Dubia tamen hæc sunt alia parua tria. Primum, vtrum si habeant intus huiusmodi consensus perficiendi matrimonium, non tamen alijs verbis aut nutibus explicent de præsentem, quam sola illa corporum commixtione, sufficiat ad matrimonium in conscientia.

Primum dubium.

Dubij solutio.

Apparet enim non sufficere ob id, quod supra dictum est, consensus internus de presenti per sola verba de futuro explicitos non sufficere. Nihilominus respondetur, copulam carnalem maritali affectu adiunctam verbis de futuro procedentibus sufficientem esse nutum ad exprimendum consensum de presenti, si adfit. Quare si ambo consenteant tales consensus habuisse, illud matrimonium est validum. Quamvis multo sit tutius tales consensus de presenti tunc exprimere.

2. Dubium.

Secundum dubium est circa tertiam conclusionem, vtrum dum sponsi per verba de futuro carnaliter commiscantur sine consensu legitimo, nec maritali affectu, si vterque vel alter per legitimum consensum de presenti transeat ad secundas nuptias cogendi sint vt reuocato secundo matrimonio perficiant illud procedens. Hostiensis nanque, vt Panormitanus cap. Is qui, eum citat licet Syluester. verb. Matrimoniu. 2. §. 15. impositionem censeat, opinatur secundum esse dirimendum, & conciliandum primum. In cuius opinionem incidit propter verba cap. citati. Is qui fidem vbi habetur, qd contra presumptionem prioris matrimonij illud, quod de facto est postmodum subsecutum, non est verum. Inde ergo colligit, qd licet illud posterius non irritetur ratione prioris, quod re vera nullum fuit: tamen qd ecclesia potuit illud cassare, sicut illud, quod inter consanguineos contrahitur. Itaque suspicatur, eos qui post verba de futuro carnaliter commiscantur, inhabiles ad alia matrimonia reddi. Est tamen opinio, vt bene ait Syluester. contra comunem opinionem Theologorum, & Iurisconsultorum. Ecclesia nanque in predicto capit. non iudicat nisi tantum ex presumptione. Quapropter eodem modo, quo presumit prius fuisse validum, presumit posterius esse nullum in foro suo. Nihilominus si in foro Dei primum non fuit validum, non vult qd secundum in conscientia sit dirimendum. Imo neq; illud ecclesia decernere potuit, postq; personae illae, quae primum matrimonium vere non contraxerant, liberę sunt ad contrahendum alterum. Quare in conscientia illud secundum est verum.

Syluester.

3. Dubium.

Tertium dubium est, Si quis sponsalia contraxit per verba de futuro cum aliqua, cum qua copulam non consummauit, & postmodum cum altera itidem per verba de futuro, cum qua tamen per copulam se commiscuit, non tamen maritali affectu, sed fallaciter, vtrum debeat citius cogi contrahere cum secunda quam cum prima? Partem enim affirmatiuam tenet. Maioris presentis distinctio. quest. 5. quam putat esse

Hostien. & Panor.

Pars affirmatiua. Ratio.

decisionem cap. 1. de sponsa duorum. Cui & ratio suffragari videtur: nam postquam secunda maius intulit damnum: potius ei debet seruari fidem. At vero contraria pars in conscientia magis est veritatis amica: nam quum ante ille priori foeminae fidem impignorauerit, ei potius seruari debet, ut habetur capitu. Sicut de sponsalibus. Quin etiam quauis prima sponsalia non fuerint iurata, & secunda fuerint, standum est prioribus, & indicenda poenitentia pro iuramento: quia iniuria, quae illata est secundae, non aufert suum ius priori. Neque in capitulo illo citato, de sponsa duorum, quippiam est, quod huic veritati refragetur. Loquimur in conscientia, vbi res occulte agitur: nam in foro exteriori si concubitus ille legitime fuerit probatus, ex presumptione iudicabitur fuisse tunc matrimonium consummatum.

Pars negatiua.

Postrema denique dubitatio est, an sponsalia de futuro alia via, quam per carnalem copulam, si ne expresso consensu de presenti censeantur in matrimonium transire. Respondetur autem, qd in foro conscientiae, ut dictum est, nunquam eiusmodi vim habent: in foro autem exteriori quantum ad iudicium ecclesiae, quando verba de presentiant te pubertatem legitimam matrimonij praecesserunt, quae vim tunc duntaxat habent sponsaliorum, dum tamen verba inter sponfos ipsos post septennium intercesserint: tunc aiunt nonnulli doctores, quos Syluester. eodem loco matrimonium. 2. §. 16. refert: qd si post legitimam aetatem se se osculis & amplexibus etiam citra copulam tractent: tunc praesumitur matrimonium. At vero ca. vnicum, quod citant, de sponsa impub. libr. 6. id non plane conuincit: quippe vbi nihil aliud habetur, quam qd eiusmodi sponsalia per carnis copulam vel aliquem modum alium cum eiusdem perseverantia voluntatis post pubertatem consummantur in matrimonium. Glossa tamen super verb. modum alium, sic ait qd si simul cohabitauerint, sit matrimonium. Veruntamen non est tunc profectio tanta praesumptio iuris, quanta si intercessisset copula: & ideo citra illam non sunt cogendi. Ad primum igitur argumentum respondetur, quod etsi qui per copulam commiscerentur facto consentiant in carnalem copulam: non tamen eadem ratione vere consentiunt in matrimonium, sed secundum praesumptionem & interpretationem iuris, nisi affectus connubiales accedant.

Postremum dubium.

Solutio dubij.

Syluester.

Cap. vnicum de sponsalibus in 6.

Glossa eiusdem cap.

Solut. 1. ar.

Solut. 2. ar.

Ad ter-

Solutio tertij argum.

Ad tertium denique respondetur, qd si puella consentiat rem cum sponso habere, credens bona fide illi in animo esse matrimonium consummare: quia non presenti scit contraria signa, non peccat. Nihilominus si viri animus non erat affectu coniugali accedere, nihil fit: & ideo si transmigret ad secundas nuptias, solum tenetur violatae puellae satisfacere, vt supra expositum est.

ARTICVLVS. V.

Utrum sponsalia legitime valeant aliquibus modis dirimi.



Andem de dissolutione sponsaliorum disputandum superest: & ideo arguitur, qd non possint per ingressum religionis dirimi. Quia quod vni promissum est (vt pecunia) non potest alteri erogari: sed per sponsalia vterque se alteri pollicetur: ergo illa pollicitatio non potest per religionem quassari. Et eadem ratione arguitur, qd nec dirimatur, per hoc quod alter sponforum in longinqua regionem peregre proficiscatur, neq; per aliam quancunque viam.

Partis negatiuae argum. 1.

2. Argum.

Pars affirmatiua.

Effectus sponsaliorum.

Conclusio. 1. Modus.

Syluester.

In contrarium tamen est ecclesiae usus, & praeterea ratio: nam cum non habeant, vt dictum est, vim matrimonij, sit quod si vterque vel alter ad aliud matrimonium commigraverit, priora sponsalia dirimantur.

Hic primum supponendus est sponsaliorum supradictus effectus: nascitur enim ex illis obligatio ad contrahendum matrimonium, vel tempore praefixo, si praefinitum est, vel adueniente decente opportunitate, vt sponsi non sint in mora. Hic autem effectus oritur intelligitur, quando ipsi post septennium sibi se inuicem sponponderunt, vel si parentes ante illam aetatem sponsalia pro illis paciscerentur, & sponsi ipsi completo eodem septennio vel consenserunt, vel scientes tacuerunt: alioqui nulla pullulat obligatio. Hoc tamen non obstante statuitur conclusio. Sponsalia quamplurimis modis legitime dirimuntur. Primus modus est sponsalibus cum matrimonio non consummato communis: scilicet, per ingressum religionis. Imo vero, vt Syluester. ver. Sponsalia. §. 10. ait. non est tunc expectanda profesio, vt in matrimonio: sed quum primum vnus sponforum habitum induit, alter potest ad alia vota euolare: nam quauis ca. Veniens. extra qui monachi vel voue. quod citat, id clarę non definitio, ratio tamen videtur id persuadere, eo qd per sponsalia non fit matrimonium perfectum, quod quidem vsq;

ad professionem, vt dictum est, non dirimitur. Quia ob rem qui habitum induit, eo ipso insinuat qd sponsaliorum fidei nolit stare, sed propositum reuocauerit. Nec propter eiusmodi sponsaliorum dissolutionem incurritur arrhas amittendi pena. l. Deo nobis. C. de episco. & cleri.

Dubium ex c. Commissum.

Scotus.

Dubium hic tamen nobis offert ca. Commisum. de sponsalibus vbi habetur, qd si quis sponsalia iurauit, & postea ad frugem melioris status suspirat, tutius ei est iuramento seruato contrahere: & tunc demum ad religionem migrare. Id quod subinde Scot. dist. 30. quaest. 2. seruandum arbitratur. At vero profectio ca. illud, vt Syluester. & dist. 28. Palud. quaest. 1. censent, potius glossandum est, vt glossator illud interpretatur, quam vt in superficie sonare videtur, sit obseruandum. Enimvero cum religio sit excelsior status quam matrimonium, non dubium, quin sicut in sponsalibus iure ipso intelligitur exceptio, nisi alter sponforum ad religionem voluerit migrare, eadem ipsa subintel ligatur in iuramento, quo sponsalia confirmantur: quia iurare nemo id debet, nec praesumitur, quod est contra consilium euangelicum. Quapropter hoc iuramento non obstante potest vterque ad religionem ascendere: neque est consulendum, vt prius contrahat matrimonium. Eset quippe vanum illud illo animo contrahere vt statim ante copulam dissolueretur. Imo vero iuramentum tunc non impletur eo propositio, quo factum fuerat, neque in eo sensu, quo alter ipsum susceperat: nam sponsaliorum iuramentum eo animo fieri solet & debet, vt matrimonium consummetur. Adde qd puellae manenti in seculo non nihil iniuriae irrogaretur, si qui non habebat propositum consummandi matrimonium: consensum de presenti ab illa extorqueret, quam protinus erat relicturus. Textus ergo illa sit glossa contentus, qd intelligatur, tutius esse seruare iuramentum, & postea intrare religionem. Non quidem re vera tutius, sed secundum vulgi opinionem, ne ille censeatur de facto contra iuramentum venire. Atqui quod de ingressu religionis dictum est, id ipsum de susceptione sacrorum ordinum intelligendum, propter votum castitatis annexum: per quod vtiq; licet non matrimonium, tamen sponsalia legitime dirimuntur. Vtrum vero per votum simplex castitatis dirimantur, disputari a solet. Attamen in dubium euocari non debet, quomodo tale votum sit licitum, atque adeo sponsalia dirimens quum sit melioris frugis, quae ideo exceptio semper in sponsalibus implicatur. Innocent. tamen & Hostien. vt Syluester. verbo. Sponsalia. §. 7. refert, autumant, illum sic

Iuramentum in sponsalibus quo animo apponatur.

Glossa cap. Commissum

Sponsalia an per simplex votum castitatis dirimantur.

Opinio Hostiensis.

vouen-

vouentem cogendū, vel religionem profiteri, vel matrimoniu cōficere. Rationē autē huius nō video: nā quam sponsalia nō faciant matrimoniu, liberum vtrique est votum simplex castitatis extra religionē seruare: secus de matrimonio rato. Quare alter sponforū qui nō vouit liber tunc manet, vt ad alia queat vota commigrare. ¶ Reliqui casus sunt sponsalibus peculiare. Secundus ergo est, dum alter ad secunda cōnubia se transfert per verba de præsenti, aut de futuro cum carnali copula, vt, ca. Si inter virum, de sponsalib. & cap. De illis, vbi habetur, q̄ etiam si sponsalia fuerint iuramento confirmata, dirimantur per consensum de præsenti cum altera. Vnde in ca. 1. de sponsalibus & cap. fin. 27. q. 1. distinguitur inter fidem pactionis & fidem cōsensu: fides nanq; sponsaliorum vel simpliciter, vel sub aliqua conditione; dicitur fides pactionis, quā quidē dissoluitur per consensum de præsenti cum altera subsecutum. Fides verò cōsensu est, quando interuenit cōsensu de præsenti, & fit indissolubile matrimoniu. Ratio huiusmodi dissolutionis sponsaliorum est, q̄ cum non faciat matrimoniu, integrum est sponsis ad alias nuptias se conferre: licet mortaliter delinquant, si sine causa id faciant. Quare in his duobus casibus, vt ait D. Thom. ipso iure sponsalia dirimuntur: in reliquis verò debent inquit, dirimi iudicio ecclesie. ¶ Tamen si hoc secūdu ego non planē intelligā. Tertius nanque accedit etiam casus, quō ipso iure dirimuntur sponsalia, nempe, quādo celebrantur ante annos nubiles pubertatis: scilicet, duodecimū foeminae, & quartūdecimū viri. Tunc enim si ille, qui minor aetate cōsenserat, annos pubertatis ingressus illico dissentiat: sponsalia ipso iure dirimuntur, vt habetur ca. de illis. 1. & ca. Nobis. de desponsa. impub. quāuis nulla alia causa interueniat, quāuis mera voluntas, vt ait Panor.

2. Casus.

Fides cōsensu.

3. Casus.

4. Casus.

S. Thom.

¶ Quartus casus est, cōmunis amborū consensu, dissociare se sua spōte volentiū, vt cap. Preterea. 1. de sponsal. Neq; valida est, inquit: Sanctus Thom. quorundam opinio hunc casum non recipientium, dicentiūq; adeo potius ecclesiam hoc substinere, ne peius eueniat, quā quod sit de iure. Hic enim cauillus verbis decretalis aduersus est, vbi habetur, q̄ qui se adinuicē admittere noluerint, hoc possit in patientia tolerari, ne fortē inde deterius contingat: vt talem scilicet quis ducat, quam odio habet. Quibus verbis ecclesia decernit, quod possunt sibi vtrinq; relaxare fidem, in stat eorū, qui societate interpositione fidei contrahūt, & postea eandem sibi remittunt.

¶ Quintus casus huius proximus est, quando vnus sponforū renuit matrimoniu cum altero contrahere: tunc enim cum fides fuerit mutuo data, alter manet liber. Et si terminus matrimonio cōtrahendo fuerat præsensus, eo transacto ille, per quem non steterat, solutus fit promissionis vinculo. vt habetur ea. Sicut ex literis, de sponsalib.

5. Casus.

¶ Quod si scisciteris, cur postquā sponsalia cōficiantur ligant, nō cōpelluntur spōsi ab ecclesia promissae fidei stare? Præsertim ille, qui renuit altero annuēte, q̄n quidē in reliquis civilibus cōtractibus compellatur à iudice cōtrahentes pacta seruare. Respondet Pontifex, cap. Preterea, citato, id salubriter fieri: quia bono consultitur matrimonij, quod vtiq; nisi summa cū libertate cōcilietur, perpetuam nequit firmitatem habere. Et ideo nō est par ratio de hoc & de reliquis cōtractibus. ¶ Sextus casus est, quando sponsalia cum conditione fiunt. Tunc enim si ille, cui incumbit, conditionē non seruet, vt si puella non soluat promissam dotem, sponsalia nullius sunt vigoris: vt ca. de illis. de conditio. appof. Et idem est de omnibus conditionibus iudiciū, si modò possibiles sint & honestae, vt dist. 29. dicturi sumus.

Dubium.

6. Casus.

¶ Septimò, dirimuntur propter crimē: nempe, propter fornicationē, quē quidē licet matrimoniu nō nisi quoad torū dirimere valeat, sponsalia tamen profus dissoluit, etiā si fuerint iure iurando cōstabilia: videlicet, si fornicatio sponsalia subsequatur, secus si antecesserit, vt habetur. c. Quēadmodū, de iure iurando. Et intelligitur in potestate innocentis esse sponsalia dissoluerenā reus, si innocens consentit, resilire non potest: quippe cui proprium peccatū non debet patrocinari. Neq; refert puellam per vim aut spontē fuisse fornicatā. Quinverò si ante sponsalia credebatur virgo, & postea ante cōsensum de præsenti inuenta est corrupta: potest sponsus à promisso recedere. Adde quod etiam spiritalis fornicatio: vt dum alter sponforū in hæresim labitur, aut in apostasiam, dirimit sponsalia. ¶ Octauò dirimuntur per su peruenientem affinitatem, vt si alter cum alterius cōsanguineo se carnaliter commiscuerit. 27. quæst. 2. Si quis sponsam. & cap. Ex literis. de eo qui cogno. cōsang. vxor. aut si alterius filium de fonte leaauerit: vel propter aliud quodcunque iuris impedimentum, aut scandalum, quod matrimonio contrahendo aduersetur, iuxta tenorem capit. Cum in tua. de sponsalibus. ¶ Nonò, quando alter lepram vel paraly sin incurrit, visu ve aut naso orbitur, aut aliquam foeditatem contrahit. capie.

7. Casus.

Nota.

8. Casus.

9. Casus.

Literas,

Ratio S. Tho.

Decimus casus.

Vndecimus casus.

Solutio argumentorū

Literas, de coniug. leprof. Rationem subdit S. Tho. quod si cum sibi ipsi sponsi displicent, cōiugari compellerentur, non posset res bonum exitum habere. Secus si id genus morbi sponsalibus antecesserit, & fuerit pranotus.

¶ Decimò, quādo alter in longinquā regionē cōmigravit: iure enim civili diffinitur bienniu quod debet sponsa sponsum expectare, vt. Ca. de sponsalib. 1. 2. Sed tamen iure Pontificio nullum præscribitur expectandi necessariū tempus: & ideo ille, per quem nō stetit, quominus matrimoniu perficeretur, illico potest ad alias euolare nuptias: quia alter per suum discessum, ad remotas gentes censetur suo renuatiare iuri, nisi de alterius licetia fuerit profectus, cap. de illis, de sponsalibus.

¶ Vndecimò, si causa grauiū inimicitiarum inter spōsos intercesserit, aut atrox sequitia spōsi vel sponsae antea inopinata, postmodū cōperta fuerit, vt cap. Dilectus de sponsa. In summa, plures causas potest experientia docere, ob quas, saltē iudicio ecclesie, possunt sponsalia dirimi.

¶ Et per hoc responsum ad capitale argumentum restat. Per sponsalia nanque neuter traditur in possessionem alterius, sed promittitur: quum matrimoniu sit res, vbi tantam oportet circūspeditionem adhiberi, ratio fert, vt tot de causis eiusmodi pollicitatio quassetur.

QVÆSTIO TERTIA, De bigamia.

ARTICVLVS. I.

Utrum per bigamiam irregularitas contrahatur.



Icuti sponsalia via sunt ad matrimoniu, ita & bigamia multiplicatio est matrimonij: ob idque præsens distinctio de illa quæstionem exposcit, eo quod huiusmodi matrimonij congeminatione, licet per se vitium non sit, vitio tamen datur ijs qui sacris ordinibus initiari cupiūt. Quæritur ergo, vtrum per bigamiam ad sacros ordines irregularitas contrahatur. Et arguitur à parte negatiua. Peius est cum pluribus fornicari, quā pluribus, saltē successiue, vxoribus copulari, & maius præsertim concupiscentie iudiciū: fornicatio autē iterata nullā habet irregularitatē annexā: ergo neq; matrimoniu

Partis negatiue argum. 1.

¶ Secundò arguitur. Plures simul habere vxores, vnam. scilicet de iure, & alteram de facto, irregularitatem nō videtur inducere: ergo neq; illas habere successiue: quoniam hoc licitū est, illud verò minimè. Antecedens verò probatur: quum matrimoniu de facto contrahens intentatū, nō est verum matrimoniu: atq; adeo neq; bigamiam cōstituere videtur. ¶ Tertio arguitur. Si ex bigamia irregularitas aliqua nascitur, vel hoc habet ratione sacramenti, vel ratione carnalis copulæ: non secundum, vt modo discēbamus: nam aliqui ex fornicatione pariter dicitur: neq; ratione primitiuā: si quis matrem suam contraheret per verba de præsenti, quod per copulā nō cōsummasset, & illa non esset bigamus, cuius cōtrarium decernit. In hoc ca. Debitum. de bigamis. ¶ In cōtrarium est illud Pauli. ad Timoth. 3. quo admonet; episcopum debere esse vnus vxoris virum, vbi nomine episcopi omnes sacerdotes comprehendit: quare & in diaconibus eandem conditionem exposcit. ¶ Bigamus & digamus idē est: quod homo qui binas contraxit nuptias: & monogamus qui vnis solis est cōtentus, quod enim Græcè, idem est quod nuptia. à vxore quod est nubo. Vnde bigamia in omni existit lege. In lege quippe nature Lamēch, qui fuit septimus ab Adam per Cayn, vel inde pestimus censetur, q̄ primus fuit, qui duas vxores duxerit; vt Genes. 4. legitur, & 3. 1. quæst. 1. e. Quomodo citatur: veluti Enoch septimus item ab Adam per Seth tanquam optimū scriptura commendat, quem ideo mortis expertē Deus viuam substituit. Deinde & in lege Moisaica polygamia fuit etiam celebris: nempe vxorum pluralitas. De qua re dist. 33. rediturus nobis est sermo. At verò cum ante legem euangelicam nulla fuerint sanctificantia sacramenta, quæ ideo in ministris sanctitatis dignitatem hac ratione deposcerent, neq; verò matrimoniu in dissolubilem vnionem Christi cum nostra humanitate factā designaret, nulla erat bigamie irregularitas annexa. Idcirco eiusmodi irregularitas, sub lege euangelica cœpit, quæ ideo per sacros Canones est perpendenda. Distum est autem. q. 1. (quod ad hoc propofitū Innocen. cap. Debitum. de bigamis inducit) in matrimonio rato non consummato significari vnionem Christi & ecclesie secundum animam, hoc est, secundum charitatem: in matrimonio verò consummato designari vnionem eiusdem Christi secundum corpus: hoc est, humanitatis assumptionem, cuius partes nunquā dimisit; atque adeo eiusmodi cōsum-

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua.

Bigamus quid.

Bigamia in omni lege.

In lege Moisaica.

Innoc.

Bigamia matum matrimoniū perfectā Christi vnionē & ecclesiæ demonstrare. Quā ob rem ecclesia neminem, cenfet simpliciter bigamū: hoc est irregularem, propter duo aut duodecim matrimonia contracta per verba de presenti, nisi duo saltem cōsummauerit. Et in hoc repudiatur Magister Sentent. qui presenti distinet, ut, si duo vera matrimonia fuerint consummata, interpretatiū autem, vbi vnum fuit verum, & aliud de facto intentatum. Vnde D. Thom. quatuor designat bigamiæ modos. **Primus**, dum quis successiue duas habuit legitimas vxores, quas cognouit. Et hec est verissima bigamia. **Secundus**, quum quis plures simul habet vxores, cum quibus per verba de presenti contraxit: prior enim est legitima, posterior vero nō nisi de facto. **Tertius**, cum plures habuit successiue, vnam de iure, & alteram de facto. Quare isti duo modi solum interpretantur dicuntur bigamia. Et sunt intelligendi, vt bene ait Ricardus dist. presenti. arti. 4. q. 1. quando ille ambas cognouit: alioqui nō contrahitur irregularitas. **Quartus** modus est, quādo quis viduā atq; ab alio viro cognitā ducit vxorem: nam nisi matrimoniū prius consummauerit, ille nō fit bigamus. Et iste etiam quartus modus est vera bigamia: eo quod fuerint duo matrimonia ex parte vxoris. Sunt autem præter duos notatos alijs etiā tres modi interpretatiue bigamiæ. **Quintus** ergo est, quando quis contrahit cōsummatq; matrimoniū cū illa, quæ ab alio fuerat per fornicationem siue ipse id sciuerit, siue ignorauerit corrupta. Et sextus vbi quis propriam vxorem cognoscit, postq̄ fuerat cum alio adulterata. **Septimus** demum, quādo quispiā post votū emissum solenne castitatis contrahit de facto matrimoniū licet iure sit nullum. His præhabitis ad quæ rationem sex cōclusionibus respōdetur. **Prima** Per bigamiam primi modi: scilicet, per matrimoniū cum duabus vxoribus successiue cōsummatum contrahitur irregularitas. **Conclusio** est concilij Aurelianē. cap. 1. de bigamis. & cap. Super eo. priuantur officio eorum ordi-

natores. Idem habetur ca. Debitum. & multis alijs. Ratio autē huiusmodi irregularitatis est duplex. Prior sumitur ex significatione: nam cum per sacrorum ordinum susceptionē ministri sacramentorum instituantur, decentissimum fuit, vt qui huiusmodi sacris ordinibus initiarentur, nullo essent cōmaculati defectu: cum verò sacramentum matrimoniū noua lege indiuiduam, vt dictū est, coniunctionem Christi & ecclesiæ designet, macula cēferetur, si qui ad hos ordines promouetur, eadem integram significationem non haberet: quæ in singulari matrimoniū vnitate perficitur. Bigamiamq; in plures suam carnē diuidit: cum Christus vnica sibi ecclesiā vno scilicet baptisate & fide copulauit. Vnde Cāti. 6. Vna est columna mea, &c. Posterior vero ratio sumitur ex sanctitate & candore: qui eiusmodi ministris debet esse cognatus: qui enim vno ac subinde altero matrimonio complicatur, indicium præferret nimis incōtinentiæ, quæ eius modi ministros de decorat. Hæsitabit autem quis forsitan, an huiusmodi irregularitas sit de iure diuino: nam canonum interpretes qui in cortice de iure diuino iudicāt, id sibi facile persuadent: propterea quod Pau. 1. ad Timot. 3. admonet, episcopum & sacerdotem debere esse vnus vxoris virum, vbi ad litteram huiusmodi bigamiam reprobatur plurimum successiue vxorum. Et quicquid in sacra pagina illi legunt, in iure diuino reponunt. Et adijcit argumentum, quod cap. Super eo. propter auctoritatem Pauli cauetur, ne dispensatio fiat cū bigamis. At verò si ius diuinum proprie accipiatur, irregularitas bigamiæ nō est de iure diuino: alioquin nullam Pontificis dispensationē admitteret, cuius contrarium artic. 3. monstratur. Item, de iure diuino in sacramētis id dūtaxat existit, quod ad eorum essentia spectat: de essentia vero sacramenti ordinis non est, vt susceptio sit vnus vxoris vir: si enim bigamus ordinaretur, uerum esset sacramentū: nō ergo est proprie de iure diuino. Neque verò de iure naturæ, quatenus matrimonium civilis contractus est. Adnotandū ergo, q̄ Apostoli non erant tantum apostoli, verum & ecclesiæ rectores & pastores, sicut modò est summus & reliqui pontifices. Vnde quatenus Apostoli vtebantur spiritu prophetico: quo sacramentum scripturam condebant: sed quatenus pastores & prælati statuebant in concilio leges, vt Actū 15. & consilia dabant, vt. 1. ad Corinth. 7. Præceptum domini non habeo, consilium autem do. Et sic Paul. tanquā rem decentissimam & significationi connubij Christi aptam ad-

Ratio. ire

gularitatis

Ratio. 2.

An huiusmodi irregularitas bigamiæ sit de iure diuino.

Sententia auctoris.

Ratio optima.

Nota.

monuit, vt sacerdos esset vnus vxoris vir, veluti vt esset hospitalis & pudicus; hæc esset vnolentus, &c. Et hac ratione canones idē Paulinum testimoniū ad hoc propositū citāt. Sed de ca. Super eo. inferius artic. 3. **Secunda** conclusio. Ex bigamia secundi & tertij modi, plurimum scilicet vxorum, vnus de iure & alterius de facto, siue successiue siue simul cōtrahitur irregularitas. **Cōclusio** est Innoc. 3. ca. Nuper de bigamis. ubi ait, q̄ licet illi nō sint verè bigami: quia nō sunt duobus veris matrimonijs ad dicti, sunt nihilominus bigami, quia quantum in ipsis fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter coniuxerūt. Quare reputatur, inquit, bigami, nō propter sacramenti defectū: quia non fuerunt duo sacramenta, & ideo nō defuit significatio cōiunctionis Christi & ecclesiæ: sed propter affectum intētionis cum opere subsecuto: scilicet, cum carnali cōpula, atque adeo fuit aliqua similitudo & interpretatiō duorum matrimoniorū. Et subdit papa ex eplū de clerico in can. Presbyterū dist. 28. vbi refertur, q̄ presbyter orientalis ecclesiæ mortua prima vxore cōtraxit cum secunda, de facto quidem; sed nō legalibus nuptijs. Ob quod facinus tanquā irregularis suspensus est ab officio. **Dubium**. **¶** Dubiū tamen est, vtrum si quis duo matrimonia ambo de facto cōtraxerit & cōsummauerit, neutrum tamē de iure: quia scilicet contraxerit cum consanguineis, vel alio impedimento cohibitus, reputandus sit bigamus. Pontifex enim ibidem hunc casum arguendo inducit, sed nō clarè decidit. Nihilominus Palud. dist. presenti. q. 4. cenfet, illum esse bigamū. Et ita est credendū: quia sunt duo interpretatiua matrimonia. **¶** Tertia conclusio. Bigamia quarti generis, cum quis scilicet viduā ab alio viro cognitā ducit, secū affert irregularitatē. Definitio est cap. De bigamis. & Debitū. cod. titu. quibus cauetur, ne bigamus aut maritus viduæ ad sacros ordines promoueatur: vbi inuitur, hunc nō esse proprie bigamū: quia nō cōtrahit duo matrimonia: sed quia duo ex parte femine fuerunt. Ratio autem huius conclusionis est: quia in vnitate & cōiunctione Christi & ecclesiæ vnitas vtrinq; inuenitur: nā ecclesiæ vnicus fuit sponsus: nempe Christus: & Christi vicissim vnica sponsa: scilicet, ecclesia, in qua vnica est baptisima, & vnica fides. Vnde Paul. 2. ad Corint. 11. Respondi enim vos vni viro virginē castā exhibere Christo. Quocirca sinceritas matrimonij illius, q̄ ad sacros ordines est promouendus postulat, vt non solum ex parte ipsius, verum etiā ex parte vxoris vnicum sit matrimoniū. Et intelligitur vi-

2. Cōclus.

Rō Innoc.

Exemplum

Dubium.

Paludanus

3. Cōclus.

Ratio conclusionis.

dua ea etiā, quæ à marito fuerit repudiata, dumodò ab ipso fuerit cognita, vt habetur canon. Quin aliquo. dist. 5. **¶** Quarta conclusio. Quintus modus bigamiæ, quum quis videlicet duxerit vxorē corruptam, licet non fuerit vidua, inducit irregularitatē. Quā quodāmodo cōtrarijs prædictis verbis damnare videtur Paulus, Respondi vos virginē castam, &c. De hoc est text. eod. cano. Qui in aliquo, & extra Qui cleri. vel vo. ca. 1. vbi doctores adnotant, vt Palu. & Sylue. & Canonistæ. Imò & S. Th. in præsentiarū, q̄ etiā si ille corruptionē sponsæ ignorauerit, putans fuisse virginē, si postea cōsiterit, nō potest sacros ordines suscipere. Cuius rationē subdit D. Th. quia irregularitas nō est pœna inflicta pro culpa, sed propter defectum significationis sacramenti: & ideo etiā præter voluntatem potest contrahi. **¶** Existit tamen in cōtrariū argumentū. Plus impeditur homo defectu proprio q̄ alieno: si verò homo corruptus ducat virginē nō fit bigamus: ergo nec cum ducit corruptā. Respondetur maiore perēpta. Discriminis autē huius causam decretistæ, vt ait D. Th. eam assignāt, q̄ episcopus atq; adeo sacerdos significat ecclesiam militantē, cuius curam gerit: in qua ecclesia sunt corruptiones multæ, & ideo corruptio sponsi in viris oblat: sponsa verò significat Christū, qui fuit virgo. At verò cōmentū hoc nullum est: quoniam Christum per sponsam significari falsissimū est, cōtra illud Paul. ad Ephes. 5. Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit ecclesiam, vbi significatur Christus vt sponsus, & ecclesia vt sponsa. Ob id quæ subdit quod vir est caput mulieris, sicut Christus ecclesiæ. Et secunda ad Corint. 11. Respondi vos vni viro virginem, &c. id est, Christo. Alij verò dicunt, per sponsam significari ecclesiam triumphantem, cuius nulla est macula: Christus autem eius sponsus primo associavit sibi synagoga ceu cōcubinam: & ideo nihil deperit significationi sacramenti propter sponsi corruptionem. Hoc autem interpretamentum per absurdum est: quia synagoga non fuit concubina Christi, sed vera vxor, quoniam vnā eademque fuit antiquorum fides & nostra: quod enim illa significabat futurum, nostra significat factum. Quare Ieremias. 3. & Ezechielis. 16. & Osee. 2. memoratur sponsatio Mesiæ & synagogæ. Rei ergo veritas sic habet: quod mulier non potest esse irregularis, sed solus vir: eò quod ipsa non est ordinibus suscipiendis idonea. Defectus autem, qui causa est irregularitatis, est ille: quia in sacramento committitur, non autem

4. Conclu.

Ratio. S. Thom.

Obiectio.

Dubitio.

Redarguitur decreti.

Ratio alia rum.

Impugnatur ratio.

Auctoris ratio.

tem ille, qui est extra sacramentum: corruptio autem viri ante matrimonium extra ipsum sacramentum est: sed cum ipse sibi corruptam matrimonium coniungit, ipsum vitiat, eius significationem tollens: nam motus ex termino specificationem, & matrimonium viri terminatur ad feminam: & ideo contrahens cum corrupta fit irregularis. Et pari forte si ipsa posset esse irregularis, irregularitatem contraheret nubendo ei, qui corruptus est.

Notandum Si autem quis virginem deflorauerit, quam postea ducit, cum qua & matrimonium consummat, sunt qui dicant, perinde fieri bigamum, ac si ab alio fuisset corrupta. Sed probabilius est, inquit S. Tho. quia verum ita tenendum est, quod non sit bigamus: quia neque ipse neque ipsa carnem suam diuisit in plures.

Opinio quorundam. **Opinio sancti Thomae.** **5. Conclusio.** Quintum conclusio. Sextum genus bigamię nempe, dum maritus postquam vxor cum alio rem habuit, eam cognouerit, irregularem facit secundum probabilior opinionem, ut ait S. Thom. dicens quod licet de hoc sint opiniones, hæc tamen est probabilior & tenenda, quāuis dum eam cognouit, eius ignorauerit adulterium, vel illud sciens ei indulserit: & quantum fuerit ab ecclesia cōpulsus cum illa habitare, quia fortasse adulterium in iudicio non probauit. In quocūq; ergo casu fit ille irregularis: non propter poenam culpæ, sed propter defectum, ut modò dicebamus, significationis, veluti si corruptam duxisset: quæ ideo irregularitas cōtra voluntatē quoque cōtrahi potest. Pro hac cōclusionē citantur canones. Si cuius. & si laici. 34. distinctio. Sexta conclusio. Ex postremo denique bigamię genere: scilicet dū quis post votum solēne castitatis matrimonium de facto cōtrahit: irregularitas suboritur, ut patet

6. Conclusio. **Cā. presbyterorum.** **Ca. Nuper.** **Solu. Primi argumenti.** Ex superioribus ergo solutum restat primum argumentum, nam quāuis fornicatio & adulterium peiora sint quā plures ducere vxores: imo hoc non est malum (succesiuē id modò fiat) tamen non vitiat significationem unitatis sacramenti sicut vitiant matrimonium multiplicata. Et quāuis maiorem fornicatio ostendat concupiscentiam, non tamē tam penitus inherentem & perpetuam quā matrimonia

quæ multiplicantur. Ad secundum quoque satis responsum est, quod licet matrimonia non iuridica, sed de facto intentata non sint vera: nihilominus propter similitudinem matrimonij & cōtrahentis affectum irregularitatem inducunt. Ad tertium denique iam supra dictum est propter ambas rationes: scilicet, & propter defectum significationis, & propter concupiscentiam bigamię irregularitatem annexi: sed tamen requiritur quod sint duo saltē matrimonia, vel de iure vel de facto ambo consummata.

ARTICVLVS. II.

Utrum per baptismum bigamia soluitur.



Veritur iam de solutione bigamię vtrū scilicet per baptismum soluitur. Et arguitur a parte affirmatiua. Id, quod tollit maius a fortiori tollit minus: sed baptismus tollit omne peccatum, ut suo loco dictum fuit, & omnem poenam ergo irregularitatem.

Secundò. Bigamia cōtrahitur, ex defectu significationis vnionis Christi cū ecclesia: hæc autem non fuit ante nouam legem: ergo matrimonium antea contractum non debet in numerum recenferi ad bigamiam contrahendam.

In cōtrarium est autoritas Augustini. ca. Acutius. 28. quæst. 3. De hac re disidium inter Hieronymum fuit & Augustinum. Hieronymus quippe ut distinctio. 26. patet. cano, Vnius vxoris, & 26. quæst. 3. cano. Oportet. cōsueuit, quod si quis in infidelitate fuerit coniugatus, licet mortua vxore aliam post baptismum ducat, non censetur bigamus: quia cum tunc fiat nouus homo nihil quod antecesserit, debet ei obesse. Augustinus verò, quod citato cano. Acutius. eadem distinctio. & quæst. refertur, contrarium sentit: nempe eiusmodi hominem esse bigamum: nam de sacramento, inquit, agitur, non de peccato: & ideo qui carnem suam in plures diuiserit, siue ante siue post baptismum, significationē non retinet unitatis sacramenti, sacris ordinibus suscipiendis idoneam. Quemadmodum si puella ante baptismum corrupta fuit, non refertur post baptismum in catalogum virginum: atque adeo si quis eam coniugio sibi copulauerit, bigamus fit, ac perinde irregularis. Quare in hac cōtrauerfia Hieronymus. relinquatur, & Augustinus tenetur.

Ad primum igitur argumentum respondetur negando maiorem: non enim quicquid tollit maius tollit minus: nisi pariter sit ad vtrūque in

Solutio. 2. argumēt.

Solu. 3. ar.

Partis affirmatiue argumēt.

2. Argum.

Pars negatiua.

Hieronymi opinio.

Augustini opinio.

Exemplum.

Augustini opinio tenetur.

Solutio. 1. ar.

que institutum. Baptismus verò institutus est ad remissionem peccati & poenarum quæ peccatis debentur, non tamen ad tollendas irregularitates: præsertim eas quæ cōsequuntur, non peccata, sed significationis defectum & indecentiam, qualis est hæc.

Solu. 2. ar. Ad secundum respondetur, quod licet ante nouam legem polygamia non fuerit irregularitas: quia tunc nullum erat sacramentum ordinis: nihilominus bigamia ante baptismum contracta obstat sacramento ordinis, quod est noue legis. Quod si arguas. Per baptismum cōformamur omnino Christo: ergo tunc vnusquisque simpliciter eum repræsentat: atque a deo nullus restat bigamus. Respondetur ad antecedens quod conformamur omnino ei secundum mentem: sed non secundum carnem, quæ in diuisione carnis consideratur.

ARTICVLVS. III.

Utrum cum bigamo dispensare liceat.



Partis negatiue argumēt.

2. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio ar.

1. Conclusio. Mos ecclesie.

Andem quæritur de bigamię dispensatione. Et arguitur quod nullatenus dispensari super eam liceat. Nam capit. Super eo. extra de bigamis. ait, Lucius Papa quod cum bigamis contra Apostolum dispensare non licet. Et cap. Nuper. ait, Innocentius. quod cum clericis, qui quantum in illis fuit, secundas mulieres sibi matrimonio coniunxerunt, tanquam cum bigamis non licet dispensare.

Secundò, quia significatio vnionis Christi & ecclesie videtur de essentia sacramenti: sed illa significatio tollitur per hoc quod quis carnem suam diuidit in plures: ergo super hoc non cadit dispensatio.

In contrarium est textus Martini Papæ cā. Lector. distinctio. 34. vbi dispensauit cum bigamo ut subdiaconus fieret.

Interpres canonum, quia de iure diuino censere, non est eorum munus, putantes irregularitatem bigamię iure diuino contrahi, propterea quod Apostolus monuerit, sacerdotem debere esse vnus vxoris virum, anxie se discruciant super citato capit. Super eo de bigamis. perscrutantes vtrū Papa possit dispensare cum bigamis. Respondetur nihilominus duabus facillimis conclusionibus. Prima. Papa potest super irregularitate cuiuscunque bigamię vniuersim dispensare, vbicumque id causa exegerit. Conclusionem mos ecclesie celebratissimam

simus satis comprobatur, passim dispensantis ad omnes sacros ordines suscipiendos: nam & Lucius papa fertur, ut S. Thom. & glossator super citatum cap. Lector. & omnes referunt, dispensasse cum episcopo Panormitano, qui fuerat bigamus. Et ratio est plana: quoniam in omni ius posituum eo quod ab ecclesia dimanauerit, potestatem habet papa dispensandi: hæc autem irregularitas à iure posituum, ut artic. 1. monstrauimus, vim obtinuit: Apostolus namque non tanquam Christi præceptum promulgans, sed ceu pastor ecclesie sacerdotis decentiam docens, dixit, debere esse vnus vxoris virum veluti & pudicū & non violentū nec percussorem. Ergo papa, qui eadem pastoris ratione vtitur in ecclesia, potest dispensare sicuti & Paulus si modo ecclesie præsideret, dispensaret.

Quādoquidem ad essentiam sacramenti monogamię non attineat. Et cōfirmatur: nam similiter papa cū homicidis dispensat, licet Paulus dicat, non percussorem: vana ergo est illa collectio: non potest papa facere de bigamo, non bigamum: ergo non potest cum eo dispensare. Enimuerò neque potest facere de homicida non homicidam, cum quo tamen dispensat. Eademque veritas confirmatur per cap. Presbyter. distinctio. 8. 2. vbi, habetur, quod quāquam secundum canones apostolorum fornicatores presbyteri sint deponendi, habet tamē locum super eo pontificia dispensatio.

Secunda conclusio. Licet ad suscipiendos sacros ordines maiores solus papa cū bigamo dispensare valeat, tamen ad suscipiendos minores episcopus id præstare valet. Prima pars ab omnibus conceditur super citato cap. Lector. 34. distinctio. vbi habetur quod si quis viduam in vxorem acceperit, in lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit subdiaconus fiat, id est, ad sacros ordines non promoueat. Illic enim notant interpretes, subdiaconatū non fuisse tunc inter ordines sacros existimatum. Iam verò neque super subdiaconatū dispensatur nisi per Pontificem maximum. Ratio est: quia ordinibus sacris annexum est continentie votum, per quos adeo homo diuino cultui mancipatur. Per rationem verò contrariam probatur secunda pars, tanquam probabilior opinio, quam S. Tho. impræsentiarū certus affirmat: cum enim per minores ordines homo sacris non simpliciter mancipetur, non est cur episcopis non liceat, quādoque ordinaria pollent potestate. Franciscus ergo ille iuris peritus, qui in glossa super cap. vnico de bigamis. lib. 6. refertur, absque ratione ex dicto cap. intulit, episcopis eiusmodi dispensationem esse prohibitam

Ratio conclusionis.

2. Conclusio.

Ratio primæ partis.

Ratio secundæ partis.

I quia


quia in textu nil aliud sancitur, quam quod bigami omni clericali priuilegio sint nudati. De dispensatione verò nihil prohibetur. Quinimò & D. Thom. addit, quosdam dicere quod etiā episcopi possint dispensare quantum ad maiores ordines cum religiosis, ad euitandum eorū discursum. Eiusmodi tamen opinio iam nunc more & vsu non celebratur, vt bene ait. Palud. distinctio. præsentis quæstio. 4. Abbates verò, nisi ex priuilegio aut ex consuetudine, quæ priuilegij indicium sit, super bigamia dispensare nequeunt.

Solutio. 1. ar. ¶ Ad textum ergo Innocen. capit. Nuper. bene respondet D. Thom. sensum decretalis esse, quod cum illis, qui de facto complura illegitima matrimonia contraxerunt, non liceat dispensare aliter quam si legitima & iuridica matrimonia contraxissent, sed non negat quin sit vtrinque dispensabile.

Solutio. 2. ar. ¶ Ad aliud tamen Lucij. capitul. Super eo. In bigamis contra Apostolum dispensare non licet, non respondet in forma, sed respondet ad verba Pauli, quod quantum ad id, quod est de iure naturali & de essentia sacramentorum, nō licet contra Apostolum dispensare. Secus in alijs quæ sunt de institutione Apostolorum, cum quibus ecclesia nunc pari fungitur potestate. Et in hoc sensu interpretandus est Lucius.

DISTINCTIO Vigesima octaua, De clandestino matrimo- nio.

Text.
Cap. 1.



TRVM VERò consensus de præsentiquemadmodū ad matrimonium requiritur, ita sufficiat explorandum superest. Vbi primū omnium de clandestino matrimonio hoc ab ecclesia consultissimè cautum est, ne villo pacto fiat: nempe, absq; arbitris, quorum testimo-

nio ecclesiæ ipsi innotescere valeat. Nam & parentum ius prohibet, ne ipsis inscijs filij de nuptijs delibarent, & amoris nexus perpetuando matrimonio necessarius, expostulat ne leuiter concilientur. Ac demum tum absurda incōmoda, quæ ex clanculario matrimonio crebrescunt, tum & sacramenti religio, quod per sacerdotes celebrari decet id ipsum efflagitat. Nihilō secius quantum in angulo abditissimè per liberū mutuumq; de præsentis consensum inter legitimas personas matrimonium concilietur, verū est & solidū.

Quocirca canon illius prisce Pontificis Euaristi, quo, ait, legitimum nō fieri cōiugium nisi ab ijs, qui super ipsam sceminam dominationē habere videntur, vxorpetatur, & à parentibus desponsetur, & secundum leges dotetur, & suo tempore benedicatur &c. de solenni matrimonio auscultandus est, quod magno opere cōcedet tali ritu & more celebrari. Vnde quod subdit. Aliter præsumpta, non coniugia, sed adulteria aut stupra censenda, intelligitur quoad forū & estimationem ecclesiæ: quia secundum eius sanctiones non sunt legitima: secus in foro conscientiæ.

¶ Banna verò sic iure nominari solita: hoc est, publicæ proclamationes, quæ vetustam in quibusdā ecclesijs originem duxerunt, & ab Innocentio sunt ad totā ecclesiā generaliter prorogata, nō vbiq; more & vsu per seuerat. Imò fortalsè nec tanti iam modo

Can. Aliter. 30. q. 4.

Cap. 2.

Ca. Cū in
hibito. de
clandest. de
spon.


modò referunt, vt tanto sint cum rigore obseruanda. Eo potissimū quod canones per nullas vel excommunicationis, vel alius generis censuras illa fieri vrgeant, atque adeo consultius sanctiusque forsan esset, vt neq; particulares inferioresq; antistites eiusmodi censuras de banis adhiberent.

Cap. 3. ¶ Vnde quantum culpa sit absque legitima causa eiusmodi banna, vbi eorum consuetudo viget, prætermittere, multa tamen euenire assolent, ob quæ dispensare ne fiant, operæpretium est. Id quod episcopi præstare possunt, neq; super eiusmodi dispensationibus difficiles se debent exhibere. Imò vbi constiterit nunquam aut vix vnquam obseruari, sanctius esset eiusmodi bannorum ritum de medio tollere.

DISTINCTIONIS vigesimæ octauæ. Quæst. vnica. De clandestino matrimo- nio.

ARTICVLVS. I.

Utrum clandestinum matrimonium sit validum.



Ordo autbo-
rit.

IN superiori distinctiōe cōstitutum est, cōsensum per verba de præsentis explicatū esse causam, quæ ad vinculum matrimonij est necessaria. Subsequitur ergo, vt in tribus distinctiōibus exploretur, an solus ipse nudus sufficiat. In præsentis namque disputandum est, vtrum sufficiat etiam si nuptiæ absque vlla iuris solennitate clanculo fiant: & in duabus subsequenti-
bus di-

sputabitur de libertate ad huiusmodi consensum necessaria.

¶ Arguitur ergo quod clandestinus consensus matrimonio contrahendo non sit satis. Perinde ecclesia prohibere videtur matrimonia clandestina atq; inter cognatos in quarto gradu. vt. 30. q. 5. & de clandest. desponsa. apparet: sed illa, quæ inter cognatos contrahuntur nulla sunt: ergo neque clandestina.

¶ Secundò. Sacramēta reliqua nō nisi per ecclesiæ ministros perficiuntur, vno ex cepto baptismo propter eius extremā necessitatem: vt patet in sacramēto etiā poenitentiæ, cuius actus nostri sunt materia veluti huius: ergo eadē ratione matrimoniū, nisi per ministros ecclesiæ concilietur: non erit legitimum & solidū: & ea propter Euaristus cano. Aliter. 30. q. 5. censet clancularia matrimonia adulteria potius vel supra aut fornicatiōes quā legitima cōiugia.

¶ In contrariū est, quod posita causa ponitur effectus: sed consensus est sufficiens causa matrimonij, vt decernit Nicolaus cano. Sufficiat. 27. q. 2. dicens. Sufficiat solus, secundum leges cōsensus eorum, de quorū quarūq; cōsensu & coniunctiōibus agitur: ergo clandestinum matrimonium est validum.

¶ Clandestinū matrimoniū inter canonum professores ad sex modos distinguitur, quos theologorū nōnulli ab illis mutuatur: nempe, quādo ante legitimā ætatem contra prohibitionem ecclesiæ quippiam, vel matrimonia cōtrahunt, vel spōsalia. Item quādo spōsalia quæ publica iudicis autoritate essent dissoluēda, priuatim sponsi dirimunt. Isti autem modi vel parum, vel certè nihil ad rem pertinent. Bifariā ergo cōtingit matrimoniū esse clandestinum. Vno modo (idq; maximè propriè) quando fit sine testib; legitimis, per quos in foro ecclesiæ pos-

fit cōprobari. Atq; altero, tametsi non tā propriè, quādo licet testes interfuerint, defuerūt tamē bāna: hoc est, proclamationes & denūciationes, quæ iure debebant in ecclesia præcedere. Bannum quippe non est latinū nomen, sed ex Gallico factitiū. Vnde Innoc. cap. Cum in tua. de sponsal. scribens episcopo Beluacensi Gallo, bānis, inquit, vt tuis verbis vtamur. Potest & quodāmodo clandestinus appellari cōiugalis concubitus, qui ante solennē ecclesiæ benedictionem fit. Sermo autē præsens nō est de vsu, sed de matrimonio. ipso dum clanculo per consensum de præsentis innititur.

¶ Ex his colligitur, non esse idem matrimoniū clandestinum, & matrimonium minus solenne. Matrimonium quippe solenne est, quod fit cum oibus iuris solēnitatibus, quas in decreto Eua-

Partis né-
gatiue ar-
gumen. 1.

2. Argum.

Pars affir-
matua.

Deciso ar.

Bifariā mā-
trimonium
est clādesti-
num.

Bannū quid

Secundus
modus.

Matrimo-
niū clāde-
stinū & mi-
nus solēne
non idem.

rissi paulò inferius adnotabimus. sc. cū dote, paranympis & benedictionibus, &c. sed tñ non ob cuiusq; solēnitatis defectū sit clandestinū. ¶ His præhabitis ad quæstionē duabus respondetur cōclusionibus. Sunt enim apud quos clācularium matrimoniū tam male audiat, vt sibi vix persuadeāt esse validū. Enimvero Erasmus super Matth. ca. 9. Quod hodie, inquit, passim in scholis dicitur, solo consensu cōtrahi matrimoniū, vtinam tā probatū esset, q̄ receptū. Idq; super priorē epist. ad Cor. c. 7. amplificās ait, q̄ cum neque apud ethnicos neq; apud Iudæos matrimonium esset, nisi quod parētum aut tutorū autoritate cōprobaretur, tñ apud vtrōsq; quibusdā ex causis dirimi poterat: & tamen apud Christianos, cū parentum cōsensus non existimetur necessarius, sed sæpē inter pueros & puellas per lenones ac temulentos matrimoniū copuletur, indissolubile reputat. Nā quæ nos de cōsensu (inquit) verbis de præfenti de rato & non rato differimus, humanæ sunt interpretatiōes, nō oracula Dei. Sub quæ multa congeminat ad persuadendū matrimonia pluribus de causis debere dissolui: eadēque profectō tum ex nimia licētia deprōpta, tum perinde quæ silentio consultius sepeliisset. Igitur de matrimoniorum diuortijs dist. 36. agenda superest, hic interim de clandestino matrimonio respōdere oportet. ¶ Sit ergo prima conclusio. Cōsultissimè ab ecclesia cautū est, ne clanculò matrimonia copuletur. Est enim in huiusmodi cautione rationis plurimū. Primum si quidē ius naturæ, quo parētes in liberos finguntur, sub quorū sunt potestate, exigit vt circa eorū consensum nihil nati deliberent, de re potissimū & vinculo, vnde totum vitē institutum pendet, quale est coniugiū. ¶ Secundo & perpetuitatis ratio, & amoris nexus, quo debent coniuges cōglutinari, per q̄ maturum consilium in pasciscendis conciliandisque nuptijs exposcit, ne facti, q̄ leuiter contractum est, diu cōtrahentes pœniteat: quā ob rem plurima dissociantur matrimonia. Id quod puellæ præfertim animaduertere, deberent: nā quo se facilis viris permittunt, fatietatē illis citius & nauseam ingenerāt, ac subinde despiciatius cōterminantur. Iuxta verbum Aug. supra citatum can. Institutum. 27. q. 2. Vilem habet maritus datam, quam non suspirauit sponsus dilatare. ¶ Sed omnium potissima causa & ratio est, & matrimonia clādestina sæpē cōsueuerunt priuatum dirimi: solent, inquā, parentes filias & filios qui in contrahendis matrimonijs honori suo & cōmodo minimè consultū curarunt, ad alias nuptias adigere. Quam ob rem quā pluri

Erasmus.

3. Conclu.

Ratio.

Ratio. 2.

Augustin.

Ratio potissima.

mi sapissimè solent, secūda, quæ falsa sunt matrimonia sustinentes, in perpetuo adulterio uere, & illegitimos facere liberos. Quin vero & ecclesia, cui de primo legitimè non constat, illos ad secundū cōpellit: cū tamē, vt diximus, & infra repetituri sumus, potius debeat tunc coniux mortem perpeti, quā cum secundo marito in rem vxoriā consentire. Quæ quidem pericula adeo sunt tum frequentia, tū etiā magna, vt nihil aliud sancta ecclesia, quā rem cōiugissimā faceret, si rationē excogitaret, qua posset matrimonia clandestina: scilicet, quæ duobus tribusue saltē testibus cōprobari nō posset, perinde irrita ac nulla æstimare, atq; illa, quæ inter cognatos in quarto gradu cōtrahuntur. De qua vtiq; re in tridentino concilio exijt sæpē sermo inter patres. At quia nūquā ad hoc sacramentū peruentum fuit, ab eodem interim sermone fuit superfluum. Est em̄ res, quæ vel per solum œcumenicum conciliū, vel per Summum pontif. quam maturissimo consilio potest debetq; adeo definiiri. Et ideo nos nil hic aliud quā quod illic diximus, repetimus. Nam vt vbiq; ita hic id quod ecclesia sancit, prudentius est & æquius.

¶ Accedit in confirmationem huius cōclusionis q̄ cum matrimoniū verū sit sacramētum, ratio religionis postulat, vt non nisi per ministros ecclesiæ celebretur: quod in clandestinis non obseruatur.

¶ His ergo rationib; sancti patres imbuti eiusmodi occulta latentiaq; matrimonia inhiuerunt. Vnde vetustissimus Euaristus Papa can. Alter. citato. 30. q. 5. Aliter, inquit, legitimum non sit coniugium (legitimum, scilicet, vt leges præscribunt) nisi ab ijs, qui super ipsam foeminam dominationem habere videtur, & à quibus custoditur vxor petatur, & à parentibus & propinrioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore, vt mos est, cum precib; & oblationibus à sacerdote benedicatur, & à paranympis (vt consuetudo docet) custodia & confociata à proximis congruo tempore ac solenniter accipiat, & bido vel triduò orationibus vacēt, vt castitatem custodiant.

¶ Paranympsi autē sunt, quos vulgus patrinus vocat. Aliter verò, inquit, præsumpta non cōiugia, sed adulteria vel contubernia vel stupra &c. esse non dubitetur: nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima. Idemq; cauetur cap. Nullus. & Nostrates. atq; alijs subsequentijs. Et Ambros. libr. Epist. 9. Epist. 1. ad Vigilū. Cum ipsum, inquit, coniugiū velamine sacerdotali & benedictione sanctificare oporteat, quomodo potest aliter coniugiam

In concilio Trident. habere habitus sermo.

Cōclusiōis cōfirmatio.

Euaristus.

Paranympsi.

Ambros.

Bannum de origine traxerint.

Cap. Cum inhibitio.

2. Conclu.

Hugo.

Solu. 1. ar.

ingium appellari? In prædicto ergo canone & apud Ambros. describitur matrimonium non solum publicū, vt distinguitur cōtra clandestinum, sed quod est insuper solēne: nempe, iuris solēnitatibus exornatū. ¶ Deinde vero ad maiorem cautelā cōperūt fieri illæ denūciationes & proclamationes in ecclesia diebus aliquot festis, vt impedimenta matrimonij contrahendi, qui nosset, denuntiarent. Et forsan mos ille cœpit in Gallis, vbi banna nuncupata sunt: vt supra ex cap. Cum in tua. de sponfal. coniecturam fecimus. Demū Innoc. capit. Cum inhibitio. de clandestini. despon. quo eiusmodi furtiua coniugia penitus inhiberet, specialem illam quorundā locorum consuetudinē bannorū ad totā ecclesiā generaliter prorogandam statuit, pœnasq; in transgressores decreuit. Est & clandestinum matrimoniū legibus ciuilibus reprobatum, vt. l. in. sponfalibus. 1. eod. tit. & de ritu nup. l. Nuptiæ. vbi habetur, nuptias non consistere nisi consentiant omnes, sub quorū potestate sunt cōtrahentes. ¶ Veruntamē his minime repugnātib; subnequitur secunda cōclusio. Clādestinū matrimoniū si modo per verba de præfenti (semotis etiā omnib; arbitris) fiat, validū est. Assertio est decreti supra citati, Sufficiat. 27. q. 2. vbi habetur solū consensum cōtrahentiū sufficere. Idēq; habetur can. Matrimonium. & can. Omnes. cui cōcinit & lex ciuilis. Sufficit. titu. citato. Id quod. d. præcedenti. q. 1. locupletius demōstrauim; . Nihil enim magis naturale est, q̄ vt possit per suā quisq; volūtam alteri se in coniugē tradere. Quocirca etsi decentissimum sit, vt non nisi magno consilio & deliberatione matrimonia confederentur, tamen quantum ad sacramenti substantiā & cōtractus vinculū sat est cōsensus esse liberos. Nā si propter defectū maturitatis cōsiliij matrimonia, vt supra citatus Erasmus autumat, essent disgreganda, & propter alia dissidia & tædia, quæ inter coniuges oboriri cōsueuerunt, rara essent quæ firma permanerēt: atq; adeo ratio matrimonij, quæ in perpetuitate cōsistit, deperiret. Venerabilis quidē Hugo. libr. 2. de sacra. part. 1. 1. cap. 6. dicere videtur furtiuos istos cōsensus, qui nullo testimonio probantur, irritos esse debere. Attamen hoc disputando profert, non asserēdo, nam extemplo subdit, q̄ siue in manifesto siue in occulto talis sit cōsensus, perfectum iudicatur sacramentum coniugij. ¶ Ad primum igitur argumētum negatur pari modo esse prohibita clandestina matrimonia, vt inter cognatos. Nam cognati censentur ab ecclesia illegitima materia matrimonij, veluti & illi, qui voto solēni religionis se adstrinxerunt, & ideo illa prohibitio pertinet ad essentiā matrimonij: sed tamē prohibitio clādestini cōiugij nō tangit materiā aut formā, sed modū. ¶ Vtrum verò ecclesia possit facere, vt consensus absq; testibus nullius habeatur momenti, sicut solenne votū non approbat, nisi cū certis cæremonijs celebratū, ad iudicium ipsius ecclesiæ, vt nuperrimè dicebamus, referendū est, si de hoc ei aliquando consultandum duxerit. ¶ Ad secundum respondetur, in cæteris sacramentis nunquam sic actus suscipientium esse materiam vt attingant effectum sacramenti sine actione ministri: hac enim ratione in pœnitentiā absolutio sacerdotis est necessaria. Actus verò contrahentium sunt sufficientes ad innodandum matrimonij vinculum, ac perinde ad sacramentalem gratiā: & ideo sacerdotale munus non est de eius essentiā. ¶ Ad aliud de parētibus, quos diximus ius habere desponsandi filios, id planè cōceditur: at tamen filij non sunt sic sub eorum potestate, vt bruti vel mancipia, quæ sui corporis potestatem non habent, sed ceu liberi, vt educētur ab illis: & ideo licet obedire teneantur parentibus: dum beneficis de matrimonio consulunt, & nonnunquam sit mortale peccatum non esse eis audientes & obediens, nihilominus propria eorum voluntas celebrando matrimonio sufficit. Pōtiffices verò in detestationem matrimoniorū, quæ clam fiunt, exaggerationis schemate appellant illa potius stupra & adulteria q̄ legitima coniugia: quia non sunt solennia secundum tenorem legis: atq; adeo in facie & iudicio ecclesiæ reputantur stupra & fornicationes, quauis in foro conscientie sint vera matrimonia. Idēque videtur Euaristus Papa inuasse in vltimis verbis canonis, dicens nō esse legitima coniugia, nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima, quasi dixerit, si tamē proprii cōsensus interuenerint, quauis occulti, verum erit secundum conscientiam in matrimonium.

Nota.

Solu. 2. ar.

Parētes potest desponere filios.

Euaristisen su.

ARTICVLVS. II.

Utrum clandestinum matrimonium nunquam sit licitum.



Vbsequitur, vt de culpa & pœna deque dispensatione huiusmodi matrimonij dicamus, vtrum, scilicet, aliquando sit licitum, Et arguitur à parte negatiua. Nunquā ab ecclesiā obedientia.

Partisnegatiua.

2. Argum.

diētia neque vnguem deflectere licet: ecclesia autem, idq; sanctissimē & consultissimē, furtiua hęc clandestinaq; matrimonia iohibet: ergo secus facere nunq; licet. ¶ Secūdo arguitur. Parentes & Rempub. offendere nō potest nō esse impium: qui autem clanculō contrahunt, & parentes offendunt, & Rempub. quæ inde plurimum cōturbatur, q̄ illegitima matrimonia atq; adeo illegitimi heredes inserpant: ergo nunquam huiusmodi matrimonia sunt licita. Atq; inde colligendum apparet quōd papa præter rationem & prudentiam super his dispensaret. ¶ Tertio deniq; arguitur. Si matrimonium clandestinum vllō pacto esset validum, sequeretur q̄ semper illud ecclesia deberet habere pro rato: atq; adeo si alteruter coniugum transfret ad secundas nuptias, non posset illum cōpellere, vt in eisdem perseveraret: quia vsus illarum est merū adulterium: quōd ecclesia nequit ratū habere: cum ergo vsus doceat, q̄ secundū matrimonium quod in manifesto sit approbet: fit, vt prius in occulto factū nullum fuerit. ¶ In contrarium tamen est, q̄ cum matrimonium fieri in manifesto non sit de eius essentia, sed ecclesiastica cōstitutio: euenire potest casus, qui licite à communi prohibitione excipiatur. ¶ Ad hanc quæstionem tribus conclusiōibus respōdetur. Prima. Matrimonium clandestinum genere suo ab ijs nuda tum in cōmodis, quæ accidere solent, & ecclesiæ prohibitione, nullum est peccatum. Nam quemadmodum potest quisq; sua bona alteri absq; arbitris & testibus tradere, ita & se potest alteri cōiugare. Si opinio illa, quā dist. 26. recitauimus. s. quōd per consentius contrahentium nō confertur gratia, nisi interueniat forma sacerdotis, Ego vos coniugo: cōsequens fiet, peccatū per se esse mortale absq; sacerdote contrahere. Sed iam diximus nihil probabilitatis eiusmodi opinionem continere. ¶ Secūda cōclusiō. Matrimonium clādestinum ratione in cōmodorum subsequēntium, & prohibitionis ecclesiæ, nisi aliqua sit legitima excusatio, est peccatū mortale. Appellamus id modō clādestinū, cui duo saltem tresve testes nō interfunt, quorum testimonio in foro ecclesiæ probari possit. Probat: quia non obedire ecclesiæ peccatū mortale est, nisi ex leuitate materię excusetur, hoc autem ecclesiæ præceptū est de re graui: quia vt explicatum est, magni refert tum ad tranquillitatem Reip. tum præsertim ad sacramēti firmitatem, & ad falsas cauendas nuptias & proles, ergo huiusmodi præcepto non obtemperare peccatū mortale est. Quōd si quis arguat, saltem dum aliqui clanculō contrahunt, in quibus impedimentū matrimonium dirimens interuenit, nullum peccatū incurri neq; sententiā ex cōmunicationis, quoniam cum non sit matrimonium, nō censetur clandestinum. Respondetur nihilominus, illos peccare, & ex cōmunicatione se subdere. Imō ea de causa furtiua matrimonia interduntur, ne eiusmodi vitiosa matrimonia attententur. Quocirca in clemen. de consang. & affi. contrahentes in gradibus prohibitis sententiæ ex cōmunicationis subijciuntur.

Pars affirmatiua.

1. Conclu.

2. Conclu.

Clādestinū quid.

Ratio conclusiōis.

Obiectio.

culō contrahunt, in quibus impedimentū matrimonium dirimens interuenit, nullum peccatū incurri neq; sententiā ex cōmunicationis, quoniam cum non sit matrimonium, nō censetur clandestinum. Respondetur nihilominus, illos peccare, & ex cōmunicatione se subdere. Imō ea de causa furtiua matrimonia interduntur, ne eiusmodi vitiosa matrimonia attententur. Quocirca in clemen. de consang. & affi. contrahentes in gradibus prohibitis sententiæ ex cōmunicationis subijciuntur.

¶ Tertia conclusiō. Sunt euetus plures, in quibus dispēfare licet, & decet. Idq; vniuersum fieri potest per episcopum, imō in quibus si copia episcopi haberi non posset, vel si ipse iniuste dispēfare renuerit, valeant priuata auctoritate spōsi citra culpā contrahere. Primo nāq; quando matrimonium in facie ecclesiæ celebratum est, quod tamē in veritate propter occultum impedimentum nullum fuit: tunc obtenta dispēlatione nō debet matrimonium iterū publicitus contrahi ne oriatur scandalum, sed secretō debēt coniuges iterum mutuo consentire. Imō si alter tantum impedimentum nouit, non oportet id alteri reuelare, sed dissimulatē persuadere, vt se habeat pro coniugē. Secūdo vt, ait, Caiet. quæst. 2. de matrimonio super. 3. part. si repētinus casus rationē offerret contrahendi, & testes haberi non possent. Vt si in inuasiōe & direptione ciuitatis ratione coniugij seruari aliqui incolumes possent, qui soluti non valerent, possent subito contrahere consummareq; matrimonium. Vt fac concubinos iter facientes, vel alia ratione comprehensos, in periculum ob concubinatum incidere, subito tamen possent matrimonium secretō cōtrahere, vt affirmarent se esse coniuges. Adde q̄ vbi iuuenis, alterutrius sexus iniuriam vel à parētibus vel à tutoribus atrocem pateretur: quia, iniquē nollēt puellam nuptui tradere, vt patrimonium suum consumerent, possēt quidem citra mortale, imō absq; aliqua culpa, secretō nubere honesto iuueni, vbi tuta esset q̄ ipse postmodum matrimonium non negaret. Quin verò si quipiam essent soli quibus ex re maximē esset cōiugari, & valde metuerēt illo clapso tempore inhibendos fore, ne contrahere possent, tunc si secretō in matrimonium cōsentirent, animo postmodum publicandi, non video quidnam culpæ, saltem mortalis committerent.

¶ Quid autem si vir nobilis matronam aliquā honestam, cum qua consuetudinem habuit, ea cōditione duceret, vt matrimonium esset perpetuū aut in lōgum tempus secretum, vel alia quauis

Dilutio.

3. Cōclus.

1. Casus.

Alind exēplum.

3. Exēplū.

4. Exēplū.

Dubium.

Bannorum mos.

1. Casus.

Secundus. Tertius.

Quartus.

Nota ratio nē urgentissimam.

quauis honesta causa talis cōditio poneretur, vtrum fas esset & licitū. Respondetur, q̄ quantum est ex natura matrimonij nihil mali habet. Sed tamen ratione emergentium detrimētorum & ratione scandali vix posset à culpa mortali excusari in lōgum tempus. Nam qui in viro consuetudinem illam frequētandi alienas ædes viderent, scādalum datum acciperēt. Et præterea non posset commodē dari opera liberis educandis. Imō & periculum immineret, ne non haberentur pro legitimis: eō quōd matrimonium in facie ecclesiæ non esset celebratum. Quod autē in paruum tempus secretum teneretur, dum res & pacta, cōmodē com poni possent, aut nullum esset peccatum, aut non mortale. ¶ De bannis verò quidnam necessitatis habeant, dicere restat: nam etsi in præ allegato cap. Cum in ihibitio. Innoc. bannorū morem ad omnem ecclesiā prorrogauerit, nō tamen vniuersum est mos ille receptus. Itē casus nō pauci sunt, in quibus, vt doctorū habet consensus, dispēfare licet, ne fiant. In primis cum magnatibus, qui magna cū deliberatione solent connubia tractare, faciliē dispensari permittitur. Deinde, dum nullus subest impedimenti timor. Adhęc & propter contrahentiū verecundiam, vt si egregiē nobilis ignobilē ducat, aut ditissimus pauperem, aut senex puellā. In quibus omnibus euetibus episcopus, ex cōsuetudine per papam dissimulata, vt scitē, ait, Palud. dispensare valet ne banna fiāt. Sed omnium vrgentissimus casus est, dum periculum timetur, ne per banna, quibus matrimoniorū impedimenta cauere curantur, obstacula potius obijciantur, ne fiāt. Quæ quidem causa frequentissima est, præsertim in Hispania. Profertō si bannorū stata tempora expectarentur, vix possent nuptiarum pacta confici, adeo vel ex inuidia vel alia de causa offēdícula occurrerent, quæ rem vel differrent, vel prorsus dissoluerent. Quæ vtiq; de causa in multis ecclesijs Hispaniæ, quarū princeps est Toletana, & secundum eam aliq; huiusmodi ritus aboleuit ab vsu, vbi ob eorū defectū non æstimantur clandestina matrimonia, sed solū ob defectū testium. Et vbi idem ritus permanet, multa crebescunt in cōmoda. Sunt enim nonnullæ ecclesiæ, in quibus in toto vno seculo nulla fiunt banna, & tamen antistites neutiquā dispensare volunt, vt matrimonia absq; illis contrahantur, sed sentētia ex cōmunicationis cōtrahentes vulnerant, à qua nisi certa multa pecuniaria in fabricam ecclesiæ soluta absoluerent illos vetant. Imō illa de causa aiunt se nolle dispensare, ne fabricam illo subsidio defraudent.

Consultō ergo permittunt excommunicatos contrahere, quos illico soluta pœna absoluūt. Aduersus hunc idcirco ritum, ne ab usum dixerim fateor me sæpè reclamasse. Primum enim omnium hoc abusu fit, vt per nullum vnquam sacramentum matrimonij gratia conferatur: quin verò nullum nisi in peccato mortali fiat. Quo nescio quid absurdus dici possit. Saluberrimum ergo esset eiusmodi bannorum ritum, vbi nullus eius fructus expectatur, exemplo aliarum ecclesiarum dissimulare, aut prorsus explodere, & cum quibuscunque contrahere volentibus dispensare, ne in peccato excommunicati contrahant, dum tamen legitimi interfint testes, quibus valeat ecclesiæ matrimonium innotescere: Nam propriē clandestinum matrimonium illud iure censendum est, quod clam ecclesia fit, hoc est ipsa nesciente, vt pote sine testibus, per quos illi constare possit. Banna enim quauis ad maiorem cautelam fuerint adiecta, non sunt vsq; eadē necessaria. Præsertim cum in prædictis ecclesijs: nec finis ipse, ob quem instituta sunt, seruetur: quoniam nullā adhibetur à prælati cura inquirendi si quid impedimentorum matrimonio contrahendo obsit: sed soluta pœna statim cōiuges absoluuntur. Et esset longē salubrius; vt fabrica in summa esset egestate, quam tali via subsidia corradere.

Improbatur mos ille

Bannorū ritum aufert saluberrimum.

Nota.

Banna non sunt iusta vel alius censuræ pœna cōtrahentibus absque bannis & clāculo: sed peculiariter nōnulli prælati illam censuram in suis diocessibus ad canonicos, vt aiunt, adijciunt. Et certē si summi Pōtiffices & cōcilia, tales sententias & censuras iudicassent necessarias, ab ipsis essent adiectæ: & ideo consultius forsā esset, ius commune relinquere nudum, ne leges particulares in eam suspicionem veniant, quod propter subsidium potius fabricarum quam animarum sint positæ. Zelus venerandi sacramenti matrimonij me in hæc verba compulit.

Qui huiusmodi excōmunicationis censuram ignorant, minime eam incurrunt. Imō forsā quāuis aliqua sua culpa vincibiliter, vt aiunt ignorant: quoniam licet à censura iuris cōmunis & summi Pōtifficis, nulla excuset ignorātia vincibilis, excusat tamen, vt nobiles auctores docent, à censuris particularium prælatorum. Dum tamen ignorātia crassa non fuerit & supina, vt ait Bonifa. ca. vt animarum. de cōstitu. lib. 6. crassa verò est & supina, quæ vel ex malitia, vel ex nimia negligentia procedit. Rursus in illis su-

pra recentis euentibus, quibus ratio admo-
net, vt episcopus dispenfet, si copia episcopi
haberi tunc non potest nec peccatum neque
excommunicationis sententia incurritur con-
trahendo. Ad hæc si episcopus petita facultate
sine causa denegauerit, profectò tunc
contrahentes non peccabunt, neque excom-
municationis vinculo ligabuntur. Neque ve-
rò in causam non dispensandi vllò pacto ad-
duci debet, ne fabrica subsidio mulctæ fraude
tur: quoniam illa mulcta & pœna vbi causa in-
tercedit dispensandi, iniquissima est. Adde,
quòd etiam illi, qui, censuram incurrerint, pos-
sunt per priuilegia diplomatum apostolico-
rum: hoc est per bullas, absolui, mulcta etiam
synodali non soluta: nam et si diplomata non
concedant, vt eorum virtute quispiam ante-
quam fuerit parti satisfactum: absoluat, tam-
en iudex, non est pars, sed tertius inter par-
tes. Et idè pensio quæ synodalis est eadem-
que fabricæ applicata, ad satisfactionem par-
tis nequaquam pertinet, sed ad reorum vltio-
nem. Ob idque cum Papa illam exceptio-
nem non faciat, rectè potest reus absolui
ab excommunicatione & pœna. Quando
verò in iudicio quis esset condemnatus ad
aliquam pecuniam qui quidem in sententiam
consensit: quia tunc illa pœna transiit in re
iudicatam, non potest vigore bullarum re-
laxari.

Qui huius-
modi censu-
ra incurre-
runt per bul-
lâ cruciate
absolui pos-
sunt.

Pœna clan-
destina ma-
trimonij.

¶ Aliæ sunt censuræ & pœnæ in transgres-
sores prohibitionis clandestini matrimonij eo-
dem capit. sine. de clandest. despon. decretæ:
præter peccatum mortale, quod illic commit-
titur si sine causa & licentia id fiat: videlicet,
vt parochialis sacerdos vel monachus, qui il-
lic interfuerit, ab officio suspendatur per trien-
nium. Et præterea vt filij ex eo matrimonio
suscepti non habeantur legitimi. Vbi glossa,
quam Paluda. & Archidiacono sequuntur, ean-
dem illegitimationis pœnam incurri autem
mat solum propter banorum omissionem,
vbi eorum consuetudo viget. Panormit. verò
atque alij quos Syluest. verb. Matrimonium.

Syluester.

2. §. vltim. approbat, aiunt, quòd vbi testes in-
terfuerint, sola banorum prætermisio tam
graue pœnam non incurrit. Miror tamen
ca. si. de clâ
dest. despon-
sa. vtrotque sic de intellectu huius textus hallu-
cinatos. Papa enim illic censet filios esse ille-
gitimos ob sola clandestina & interdicta ma-
trimonia siue banna defuerint, siue etiam te-
stes, sed si contrahantur in gradu prohibito
etiam si parentes impedimentum matrimo-
nij ignorauerint. Nam si contrahantur in gra-
du concessio quauquam sine bannis & testi-

bus illico subdit, non aliam pœnam, quàm
quòd còdigna pœnitentia còtrahentibus ob
suam culpam iniungatur. Et profectò vsuec-
clesiæ nunquam illegitimos liberos ob solum
clandestinum matrimonium censet: sed dun-
taxat, quando matrimonium propter impe-
dimentum pronuntiatur fuisse nullum. Nam
tunc etiam si parentes impedimentum igno-
rauerint: filij nihilominus sunt spurij.

¶ Sed rogas. Quid opus illic erat hoc admo-
nere, sane cum liquidum sit contrahentes in
gradu prohibito non verè contrahere, atque
adeò nec filios procreare legitimos? Respon-
detur, hoc papam admonuisse ne liberis igno-
rantia parentum suffragari posset, contenden-
tibus eo quòd bona fide fuerint progeniti, ha-
bendos esse pro legitimis. Decernit ergo Pa-
pa, quòd parentum ignorantia propter clan-
destinam desponsationem non est ceu bona
fides censenda: quæ possit spurij liberis patro-
cinari. Et simili ratione lucidum sit subsequens
verbum prædicti cap. videlicet, quòd si am-
bo parentes matrimonij impedimentum sci-
uerint, quauis in facie ecclesiæ contrahant, si
lij sunt illegitimi. Papa enim non ambigebat,
quin si impedimentum subest, siue sciuerint,
siue ignorauerint, nullum sit matrimonium:
atque adeò nec in dubium euocabat quin si
lij sint illegitimi: sed censet, quòd sicut igno-
rantia parentum ob clandestinam despon-
sationem iuuare, ceu bona fides nequit liberos
contententes quantum ad honores & succe-
siones habendos esse pro legitimis, ita vice
versa propter malam fidem amborum paren-
tum, quos impedimentum matrimonij non
latebat, non possit filijs patrocinari, quòd
in facie ecclesiæ fuerit matrimonium celebra-
tum. Et quoniam pœnæ sunt coarctandæ, for-
tasse glossa prædicti capit. spernenda non est.
quæ ait, quòd vbi alter tantum parentum im-
pedimentum nouerit, valeant tunc liberi con-
tendere se esse legitimos. Sed de hoc vsus &
mos ecclesiæ consulendus est. Illegitimi ve-
ro censentur, tum in foro ecclesiastico quan-
tum ad honores obeundos & sacerdotia sus-
cipienda, tum etiam in foro ciuili quantum
ad successionem in hæreditate. De qua ser-
mo iterum distinctio. sequenti. quæstione. 1.
redibit.

Dubium.

Dilutio.

Obiectio.

Solutio.

¶ Postrema denique ambiguitas emergit de
consummatione matrimonij ante
solemnem
benedictionem ecclesiæ. Apparet enim pec-
catum esse mortale postquam Ambrosius
proximè citatus matrimonium, quod non
est benedictione sanctificatum, renuit appel-
lare Euaristus,

An consum-
matio matri-
monij ante
benedictio-
nem ecclesiæ
sit mortalis
culpa.

Silicius

Calixtus

Waldensis

Syluest.

Caletanus

Ratio.

Concil.
Florent.

lare cõugiũ. Cui consonat & Euaristus cano.
Aliter. 30. quæstio. 5. & Silicius Papa in episto-
la ad Pomerium cap. 4. Illa, inquit, benedictio
quam nupturæ foeminae sacerdos imponit, sac-
crilegium est, si violetur. Et cano. Consanguineorum. 1. quæstio. 4. idem ferme, ait Calix-
tus. Idemque expressius. 35. quæstio. 3. capit.
Nulli habetur ex concilio Lugdunenfi. Ob
hæc atque alia id genus testimonia Waldensis
tomo. 2. de sacramentis. capit. 133. arbitratur
peccatum esse mortale absque benedictione
rei vxoria vacare. Idemque ex iure consultis
non pauci affirmant, quos Syluest. verb. Debi-
tum coniugale. §. 9. refert. Tamen quidam di-
cant, primum cõgressum esse mortale delictũ,
subsequentes verò non item. At Ricardus di-
stinctio. præfenti, aliter distinguit, dicens pete-
re tunc debitum, mortale esse, reddere verò mi-
nimè. Sed Caletanus super. 3. part. quæstio. 2.
de vsu matrimonij simpliciter negat mortale
crimen esse benedictionem ecclesiæ per rem
vxoriam præuenire, nisi id fortè ex contem-
ptu fiat. Et est opinio, quæ longè plus proba-
bilitatis & securitatis asserit. Ad cuius intelli-
ctum notandum, quòd in primitiua ecclesia
prius per sponsalia de futuro nuptiarum pa-
cta firmabantur: consensus autem de præsen-
ti non adhibebantur nisi ad valuas ecclesiæ
cum benedictionibus: & ideo maior tunc earũ
dem benedictionum ratio habebatur, ac si abs-
que illis conferretur matrimonium elãdestinũ.
Tamen in locis etiam vbi talis vsus vigeat,
omissio earum nõ reputabatur mortalis, vt Ni-
colaus Papa in cano. Nos rates. 30. quæstio.
5. annotauit, dicens quòd si cõtracta nuptiarum
solemnia defuerint, non ideo peccatum inter-
uenit. At verò postquam mos increbuit, vt ma-
trimonia per verba de præfenti ante benedi-
ctionem contrahantur, earũdem benedictio-
num omisio matrimonium nõ faciat clãdesti-
num, si alioqui publicè fiat. Et ideo non est cur
peccato mortali tribuatur, matrimonium absq;
illis consummare. Imò vero in Germania in no-
cte, pridie quàm benedictiones fiant, consue-
uerunt coniuges concubere. Et in cõcilio Flo-
rentino quia Ioannes Hus & Wicleff eiusmo-
di benedictiones cõtemnebant, sub hac forma
interrogati sunt. Vtrum credant quòd contẽ-
neus susceptionem solennitatis sacramento-
rum confirmationis, extremæ vnctionis, &
matrimonij peccet mortaliter. Solus ergo cõ-
temptus mortali macula denotatur: esset au-
tem contemptus, vbi quis perinde eas nihili
faceret, ac si non essent ab ecclesia institutæ,
sed essent res vanæ. Vnde Sanctus Thom. di-

stinctio. præfenti. articulo. 2. solutio. ad. 1. ait,
quòd si spõsa spõsum admittat credes eum vel
le matrimonium cõsummare, excusatur à pec-
cato, nisi aliqua expressa signa fraudis ap-
pareant. Vbi quauis sermones non inie-
rit de excusatione ab omissione benedictio-
nis, sed de excusatione à peccato fornicatio-
nis: quia fit tunc legitimum matrimonium
insinuat tamen quòd illa clancularia cõsum-
matio ante benedictionem nõ est peccatum:
saltem mortale, est autem veniale si absque
vlla causa fiat: quia legitimus ecclesiæ ordo
anteuertitur, qui est, vt ante vsum matrimonij,
vt debitè & idoneè coram Deo fiat, spõsi bene-
dicantur.

Nota dicta
S. Thom.

¶ Dixerim, absque vlla causa: quia quauis nul-
la occurreret alia, consulendum est spon-
sis, qui per verba de præfenti contraxerunt,
dum benedictionum solennitas prolatur
& procrastinatur, si pudicè nequeunt con-
tinere, vt matrimonium consumment ad eui-
tandas absurdas & obscenas pollutiones,
quæ inter ipsos interuenire assolent. Id quòd
puellarum matres animaduertere debent:
quæ ne filia ad velum corruptæ accedant,
nihil æstimant quòd alijs absurditatibus pol-
luantur.

Absque ul-
lacausa.

¶ Ad primum igitur argumentum respon-
detur, quòd si fiat de matrimonio propriè clã-
destino, quòd fit absque testibus, probè con-
cludit esse mortale propter incommoda, quæ
habet annexa, vt conclusionem secũda explica-
tum est. Si verò argumentum obijciatur de il-
lo, quòd fit sine bannis, respondetur, quòd stã-
do in iure communi, non est peccatum mor-
tale illa prætermittere: quia non tanti referunt,
vt credantur cum tanto pondere iussa, sed ex
communicationes particularium antistitum
culpam mortalem offerunt. De quibus ta-
men satis supra dictum est. Quòd autem pro
causa rationabili Episcopi super eisdem dispõ-
sare debeant, & possint, nõ est in dubium euo-
candum.

Solu. 1. ar.

¶ Tertium argumentum maioris est momen-
ti: nempe, de illo, qui postquam clandestinè
contraxit cum vna, publicè de facto con-
traxit cum altera, cum qua ab ecclesia coha-
bitare compellitur, quidnam sit factururus. Ma-
gister nanque sentent. distinctio. 38. arbitra-
tus est per obedientiam ecclesiæ excusari à
peccato quauis debitum reddat. In quo vt
distinctio. 37. articul. 5. videbimus, non tene-
tur. Quidam autem nuper peius de hac re opi-
nabatur: nam Magister dixit, cum quodam
modo excusari à culpa: iste autem, imò cõtra

Dubium

Opinio cu-
insulam.

vnuerfalissimam omnium opinionem & planam veritatem, contendebat, q̄ in tali casu licitum sit minus peccatum committere ad euitandum maius: nempe, debitum illegitimæ vxori reddere ad euitandum inobediētiae crimen, quæ ab ecclesia cogitur, vel saltem ad cauendā mortem. Si quis eī illam cōminaretur, nisi fornicationis flagitium committeret. Sententia eius, quam ab ipso scriptam legi, sic habebat. **Qu** minus peccatum committit causa vitandi maius, cum simul vtrunq; vitare nō potest, istūc non peccare intelligitur. Et mirabatur theologorum ignorantiam, qui illū sensum nūquam conceperunt, quousq; suis ipse rationibus eos conuicit. Hinc ergo inferebat, q̄ Terētia, quæ post priores legitimas nuptias cum Sēpronio secundo viro, priore viuente, cohabitare cogebatur, reddere illi deberet debitum, maximè si mortem, dū renueret, timeret. Atq; hoc aiebat nō nisi prodigos vitæ negare potuisse.

Casus.

Sētētia authoris.

Nota.

August.

¶ Sanè vero mirādum potius est, vt quispiam theologi nomine dignus in animū commentum hoc inducere potuerit. Primum enim omnium ineptus error est, dicere, q̄ liceat minus peccatū cōmittere ad euitandum maius, imò nec minimum ad vitandum maximum. Nō enim idem est dicere ex duobus malis minus esse eligendum, aut permittendum, quod Philosophus docuit, & minus cōmittendum peccatum ad euitandum maius. Licet enim mihi bonorum meorum iacturam facere ad redimendam vitam, iactura tamen tunc illa bonorum nullum est peccatum: quia dum illo vestitur sine, rationē exuit prodigalitatē. Est enim contradictionis implicatio, q̄ liceat minus peccatum committere ad cauendum maximum: nam peccatum nullum est: nisi id, quod non licet: quare si licet, peccatum non est: & si peccatum est, nō licet. Vnde August. libro de mēdacio capit. 18. peccata, inquit, esse definiūt, quæ propter grauiora vitanda suscipiuntur. Quare cum hanc sententiam idem doctor allegauerit, non debuisset in illo falso sermone persistere, minus peccatum committendum ad euitandum maius, sed dicere, q̄ liceret illud minus malū facere, quod aliàs per se peccatum esset ad euitandum grauius. Ille enim est sensus concilij Toletani canon. Duo mala. 13. distinet. Qui enim iurauit hominem interficere, si illum propter iuramentum interficiat, vt Herodes Ioānem, grauius peccat, si tamen non interficiat, quauis fractio iuramenti per se peccatum esset, tamē in tali casu nullum est, iurasse tunc, inquam, rem illicitam peccatum fuit, sed iuramentum illud non adimplere non

est nisi virtus. Et idem est sensus Gregorianæ doctrinæ ibidem cano. Nerui. & Bedæ cano. Nota. Non solum. 2. 2. quæst. 4.

¶ Hac ergo veritate sic exposita, notandū rursum quædam esse mala extrinseca sua ratione peccata, quæ dicuntur prohibita, quia mala, vt mentiri, fornicari, peierare. &c. Alia verò sunt, quæ non habent innatam malitiam, quæ sunt mala, quia prohibita, vt ieiunia ecclesiastica, & festa frangere, &c. Ea ergo, quæ innatam habent natura sua malitiam, neutiquam vilo prorsus euentu aut causa cōmittere fas est, non solum ad seruanda tēporalia bona, aut honorem, aut vitam, verum neque ad euitandum quodcunque aliud maximum scelus & crimen. Et ratio est, quia malum, quod ad euitandum aliud cōmittere licet, eo ipso definit esse peccatum.

Ratio.

Hæc autem non magis possunt definere esse peccata, quàm homo esse rationalis. Quapropter Deus nunquam permittet, imò nec permittere potest, vt illis homo angustijs intercludatur, vt necessariò vnū aut alterum peccatum committat: nam quod necessariū est, non est peccatum. Secus ergo accidit, vbi peccatū est extrinsecè malum. Licet enim mihi causa seruandi vitam, aut bona mea, aut famam, festum frangere, aut ieiunium: quia ecclesia nos adhuc non cum tanto rigore ligauit. Ad propositum ergo vt descēdamus, cum fornicatio sit intrinsecè & sua natura mala, nullam prorsus ob causam licet. Atq; ad eō qui legitimā habet occultam vxorem et si ab ecclesia compellatur habitare cum secunda, quam duxerit publice, non est ecclesiæ inobediens si debitū nō reddat: quippe cum ecclesia ex falsa præsumptione cum putās legitimum maritum, iubeat eum habitare cum illa. Imò esset Deo inobediens illam cognoscēdo, quauis id ad cauendā mortem perpetraret. Veluti si puella illata sibi vi in stuprū consentiret, vt mortē fugeret.

Redargutio cuiusdā

Authoris solutio.

Mulier.

¶ Aiebat autē ille citatus author, quod iste nō committebat peccatum, sed mittebat in se committi, sicut poterat permittere in altero. Veruntamen latissimum discrimen minimè perspexit. Quod enim ego in altero permitto, non facio: vt si permittam aliquem fornicari, quem scio me cohobere nō posse, quin incidat in adulterium. Quare mea permissio suam nō excusat flagitium. Mulier verò, quæ in se ipsa id permitteret, permittēdo faceret: & ideo nō caueret in se culpam. Secus si ego furē permitterem mea bona furari, metuēs occidi si resisterem: nam cum sim eorum dominus, definit ob illam causam esse prodigalitatē peccatū. Sed non opus est pluribus de hac re cōtendere: est enim

Innoc. c. In enim expressa decisio Innocētij capit. Inquisitioni. de sentēt. excommuni. vbi habetur, q̄ cōiux qui matrimonij impedimētum seie, potius debet sentētiam excommunicationis sustinere, quàm debitum aut petere aut reddere. Et mirum est quod ille textum eundem ad id limitauerit: quādo nō incumbit causa vitandi maioris mali: sanè cum Pōtifex excommunicationem, maximum cēsuerit malum, quam tamen sustinendam, ait, potius quàm debitum sit reddēdum: quia illud, inquit, est peccatū. Vide licet intrinsecè malum, quod ideo nulla de causa exuere valet rationē culpæ. Quocirca merito opinio Magistri, qui dist. 38. in cōtrarium deflectere videtur, tāquā nullatenus tenēda exploditur. Et mirādum est cum semper Hugonem imitetur, quomodo ei hac de re nō auctauerit, qui libr. 2. de sacramēt. part. 1. 1. capit. 6. locupletissimè, quod suum ingenium est, hoc argumētum edisserit: vbi concludit, quod quāuis ecclesia aliud nequeat, quàm secundū allegata & probata in suo foro indicare, compellēdo in hoc euentu, vt coniuges in secūdo in matrimonio persistāt, nihilominus mulier, quæ impedimēti cōscia est martyr esse potius debet, quàm in copulam aut alium actum maritalem cum secūdo viro cōsentire: quippe cum re vera nō sit maritus. Imò episcopus ipse qui externo iudicio cogit illam, si per sacramētalem cōfessionem intelligeret, nō esse eius cōiugē, deberet eam in sacramēto cogere, ne quātum ad illos actus cum secūdo viro cōsentiret, licet possit cum illo cohabitare.

Opinio Magistri sent. reijcitur. Hugo.

DISTINCTIO vigesimanona. De consensu coacto, & de conditionato.

Text. Cap. 1.



AD HÆC QVÆ de clandestino matrimonio definita sūt, de consensu libertate & conditionibus appositis sermo consequitur. Enimuerò cum coniugalis nodus

perpetuus sit, idemque perinde in dissolubilis, & quemadmodum ait, Nicolaus Papa, quod quis non eligit nec optat, id profectō non diligit: quod autem non diligit, facile contemnat: consequens sit. vt consensus, quo matrimoniū perficitur ex magna debeat libertate profici sci, atque adeo si per metum, qui in virum constantem cadit, fuerit coactus, minimè sit matrimonio copulando sufficiens. Secus si leuis fuerit. Vnde Alexand. Papa, Cum locum, inquit, non habeat consensus vbi metus vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi assensus cuiuspiā requiritur, coactionis materia repellatur Cui adnuit & Vibanus can. Si verū. 31. quæst. 2. Multaque subinde sacra de secreta suffragantur. Accedit, q̄ vt idem Alexand. autor est, ea, quæ vi vel metu fiunt, debent in irritum reuocari. Si verò consensus eiusmodi violentus matrimonium concinaret, cum suapte natura perpetuū sit, illud irritari nequiret.

Can. Pre. ses. 20. q. 3

Cap. Cū lo cum de spō salibus.

C. Abbas de his que ui. metusue cau. fiunt.

Cap. 2.

C. Cū dilectus. l. Quā in carcerem. Ego puto. l. isti quidem.

ff. quod me. caus.

¶ Metus autem, qui in virum constantem incidit, est in primis timor mortis atrocisue cruciatus, vt Innocen. eod. tit. nos admonet. Cui accedit & metus longæui carceris, aut exilij, aut amissionis status, aut virginitatis, &c. vt consultissimis legibus. ff. eod. tit. cautum est. Reliqui namque minoris momenti, vt amissionis exiguæ pecuniæ & similes veluti leues repellūt, vt. l. Vani timoris. Neq; verò ita multū refert iuste

institè ne an iniuria eiusmodi metus fuerint incussi, dummodo illati extrinsecus fuerint, eidemque ob hunc finem, vt quisquam in matrimonium adigatur, tunc quippe nullum inde necitur vinculum. Ex his ergo fit consequens, quod neque princeps ciuem, neque pater filium compellere ad nuptias iure valeat, vt Honorius Eusebio episcopo respondit.

Cap. Tuus nos de sponsalibus.

Cap. 3.

¶ Post consensum coactum ordo nobis idoneus conditionatum offert. Consuescunt enim nuptiali contractui conditiones apponi, seu generales, vt Contraham tecum si Deus voluerit, vel si tu consenseris, vel nisi consanguinea extiteris, & similes, quæ quauis non apponantur, suapte tamen natura intelliguntur appositæ: seu particulares, quarum alia sunt simpliciter necessaria, vt si sol oriatur cras, aut simpliciter impossibiles, vt si cæcum digito attigeris: aut denique contingentes, vt si pater meus consenserit, aut si te tuus dotauerit.

Cap. 4.

¶ Condicio ergo simpliciter necessaria semper habetur pro impleta: quare perinde ac si non esset apposita, contractus illico valere incipit. Vt qui dixerit, Contraham tecum si cras sol oriatur, eodem momento altero consentiente matrimonium perficit. Et similiter sponsalia qui dixerit, Contraham. Quod enim in futurum est necessarium,

pro vero habetur de presenti. Vnde de Iuriconsultus. Qui sub conditione, inquit, stipulatur, quæ omnino extitura est, purè videtur stipulari. Similiter conditio impossibilis, vt Gregorius nonus author est, habetur pro non adiecta, dissimiliter tamen ratione, nempe, quod cum existere nequeat, neminem obligare valet. Quocirca eiusmodi conditio neque matrimonium, quod absque ipsa nullum esset, consolidat, neque verò consensum, si adest, pendulum reddit, sed vel per ipsam, vel per alias coniecturas perpendendum est, vtum consensus intercesserit, an secus, vt inde matrimonium validum inualidum ve iudicetur.

Cap. 5.

¶ Ex conditionibus autem contingentibus alia sunt, quæ substantiæ, siue, aut fidei coniugij obstant, atque alia, quæ ei impertinentes adhærent. Quarum alia honestæ sunt, alia verò turpes. Illæ ergo quæ obstant, vt idem ibidem, ait, Pontifex, matrimonium tollunt: putà si alter dicat alteri, Contraham tecum donec inueniam aliam meliorem, aut facultatibus ditiolem (quod perpetuitati ac substantiæ aduersatur.) Aut si generationem prolis euitaueris, (quod finem tollit.) Aut si turpi te quæstu prostitueris, quod fidei contrarium est.) Reliquæ verò, quæ turpitudinem præ se ferunt, ac si non essent adiectæ consen-

1. Si pupillus. ff. de nonatio.

Ca. si de cōdit. appof.

Cap. fina.

consensu sunt: nam vt ad impossibile, ita neque ad id, quod turpe est, vllus obligari valet. Quare quæ dixerit viro, Contraham tecum, vt meum inimicum occidas verè nupserit, & nihilominus vir minimè illius obligatione tenetur.

Cap. 6.

¶ Quando autem honesta conditio de presenti, verbo presentis temporis adhibetur, si tunc existere fuerit cōperta, consensus ille absque alio nouo eodem momento matrimonium perficit, vt si quis dixerit, Contraham tecum si meis nunc parentibus placet: nihil enim tunc deest, quod ad substantiam matrimonij attineat. Si autem conditio sit de futuro, quauis verbo sit temporis presentis adiecta, pendulum consensum reddit, & ideo quousque per eius existentiam contractus purificetur, matrimonium non conualefcit. Imò verò quauis non desint qui aliud sentiant, cōsensus ille sub conditione prolatus, quantuncumque illa fuerit impleta, quousque alius absolutus accesserit, vel maritalis copula, neutiquam est ad matrimonium sufficiens. Nam cum conditio huiusmodi contractum in futurum pertrahat, perinde habet dū verbo de presenti adijcitur, ac si verbo de futuro apponeretur: ob idque adeò nouum aliud de presenti consensum post expostulat. Hoc enim certè tum Urbanus Papa cano. Super eo. De conditionibus appositis oculatè perspectus, tum & Innocè-

tius cap. Per tuas eodem titu. liquidò edocent.

DISTINCTIONIS vigésimæ nonæ, Quæstio. prima. De consensu coacto.

ARTICVLVS I.

Vtrum consensus aliquis esse possit coactus.



OSTillam conditionem clandestini matrimonij, quã diximus eius substantiæ non ob stare, sed esse tantummodo transgressionem ecclesiasticæ præceptionis, quaeritur de conditione libertatis, vtum sit in consensu necessaria. Et quoniam libertati, vt. 3. Ethico. author est Philosophus, duo sunt, quæ obstant: nempe, vis & ignorantia, in distinctione presentis agitur de vi, & in subsequenti de ignorantia. Duas ergo quæstiones præsens distinctio requirit, quarum prima est de vi, & coactione, & secunda de conditionato cōsensu, qui non nisi sub conditione est liber.

¶ Quæritur ergo primo de eo, quod quæstio supponit, nempe, vtum cōsensus vllus possit esse aliquo modo coactus. Arguitur enim à parte negatiua. Coactum & violentum, vt ibidem, ait, philosophus, idè sunt: violentum autem, inquit, est id, quod fit à principio extrinsecò passo non cōferente vim: id est, inclinatione: quod est dicere, quãdo cōtra propriam inclinationem mouetur, vt lapis sursum: hoc verò volūtati respectu actus, quem elicit, accidere nequit: quoniam quemcūque actum eliciat, ille est sua ipsius inclinatio, atque adeò nullus esse potest cōtra suam inclinationem: ergo cōtradictio est, vt volūtas cogatur, vt. 2. sent. d. 25. doctores demonstrant.

Partis negatiue ar. 1.

¶ Secundò arguitur. Vis (à qua dicitur violentum) est maioris rei impetus, qui repelli non potest. I. vis. ff. de eo quod metus caus. huiusmodi autem impetus in voluntatem non cadit: ergo nec coactio. Probatior minor. In actu volūtatis perficitur peccatum: nemo autem, vt in de libero arbitrio ait Augustinus, peccat in eo,

2. Argum.

in eo, quod vitari non potest: ergo impetus, qui est vis, voluntati repugnat.

3. Argum. ¶ In huius confirmationem accedit tertio Ciceronis definitio, ubi ait, quod vis est impetus minantis retinentis rem infra terminos alienos. Arguitur enim sic. Primum tum actionum, tum subinde rerum dominium penes voluntatem est, quæ est per se libera: ergo nihil ei dominari valet, atque adeo nec vim inferre.

Pars affirmatiua. ¶ In contrarium est, quod id, quod non est, nullius potest esse causa: sed coactus consensus matrimonium vitiat, quia ut habetur de sponsalibus cap. Cum locum libertatem tollit: ergo consensus potest esse coactus.

¶ Quæstio hæc duabus conclusionibus absoluitur. Ad quartum intellectum prænotasse oportet, coactionem & violentiam quæ in idem coincidunt duplicem esse. Vnã, scilicet, quæ ab solutam infert necessitatem: atque illud à Philosopho loco citato simpliciter censetur violentum, ut dum quis alterum renitentem loco depellit: illic enim nullus est voluntatis consensus. Et ideo simpliciter motus ille fit à principio extrinseco passo non conferente vim. Aliud est violentum seu coactum mixtum, ut dum quispiam in naufragio, ut vitam seruet, bona sua in fluctus eicit. Hoc enim quantum per se absolute consideratum, quatenus est iactura bonorum, non fit voluntarium, sed violentum: nihilominus illa circumstantia & qualitate vestitum, quod est necessarium ad euadendam mortem, quæ grauius malum est, fit per electionem voluntarium. Et quia actiones circa singularia versantur, pro vthic & nunc fiunt, ideo illud simpliciter est voluntarium: quippe ubi consensus interuenit: licet sub conditione sit violentum. Nã si ille posset aliter vitam seruare, iacturam illam bonorum nequaquam faceret.

Violentia duplex.

Violentum mixtum.

¶ Hac præmissa distinctione sit prima conclusio. Violentia primi generis, quæ est coactio simpliciter dicta, in rebus duntaxat inanimis est, & in membris corporis animatorum: in appetitu vero siue rationali siue sensitivo quantum ad actus elicitos nequaquam esse potest. Prima pars copertissima est, si quidem lapis per violentiam projicitur: & tam homo quam brutum ad motum corporis, licet nullum habeat consensus, sed dissentiat, depellitur. Huiusmodi autem motus non est actio subiecti, sed mera passio forinsecus illata. Secundam verò partem probant argumenta proposita. Nam huiusmodi violentia est passio contra inclinationem agentis: motus autem appetitus tam sensitivi quam rationalis est ipsa animalis inclinatio: quare à quocunque metu idem nascatur motus, fit

1. Conclusio.

Ratio primæ partis.

¶ Ex his ergo fit consequens, ut in presentiarum D. Thom. ait, quod vis hoc secundo modo & metus conuertuntur. Imò vis in presentia non solum non usurpatur pro violentia eis illata, quæ anima sensitiva caret, qualia sunt saxa, & ligna: verum neque pro illa, quæ brutis animantibus infertur: quia cum illa non sint propter se, sed propter hominem, atque adeo per se non sunt iuris iniuriæ capacia, nulla eis proprie infertur vis, sed homini eorum domino. Usurpatur ergo hic vis, humano more pro ea, quæ homini fit, quæ idem est quod metus. Est enim metus, ut auctor est Vlpianus, instantis vel futuri periculi causa, metus trepidatio. Et ut ait, Cicero lib. 4. Tusculanarum

Ratio secundæ partis.

¶ Ex his ergo fit consequens, ut in presentiarum D. Thom. ait, quod vis hoc secundo modo & metus conuertuntur. Imò vis in presentia non solum non usurpatur pro violentia eis illata, quæ anima sensitiva caret, qualia sunt saxa, & ligna: verum neque pro illa, quæ brutis animantibus infertur: quia cum illa non sint propter se, sed propter hominem, atque adeo per se non sunt iuris iniuriæ capacia, nulla eis proprie infertur vis, sed homini eorum domino. Usurpatur ergo hic vis, humano more pro ea, quæ homini fit, quæ idem est quod metus. Est enim metus, ut auctor est Vlpianus, instantis vel futuri periculi causa, metus trepidatio. Et ut ait, Cicero lib. 4. Tusculanarum

secundum eius inclinationem, imò ipsissima inclinatio. Et quantum primum principium motus: nempe, timor, extrinsecus incutitur, consensus tamen ad motum ab intrinseco appetitu elicitur. Quocirca contradictione complicatur, qui ait, appetitum ad actum elicibilem posse cogi.

¶ Vtrum autem hoc proprium sit voluntatis & appetitus sensitivi, nonnulli ambigunt. Imò verò Durandus lib. 2. distinct. 25. quæst. 4. ait, neque intellectum neque ullam apprehensiuam potentiam eadem ratione cogi posse. Nã quocunque timore homo cogatur intelligere aut videre intellectio ipsa est intellectus inclinatio, & visio, inclinatio visus. Doctrina verò hæc non est rei physica germana: nam violentiæ iudicium, non sumitur ex inclinatione potentie, quæ actum elicit, sed ex inclinatione suppositi. Enimvero cum actio & passio sit proprie suppositi, ipsum est, quod proprie cogitur. Propria autem inclinatio totius suppositi est appetitus naturalis in rebus inanimis, & sensitivus in brutis, & rationalis in homine. Vnde quicquid homo contra suam voluntatem patitur proprie cogitur, quantum fiat secundum inclinationem apprehensiuæ potentie. Ob idque quispiam & ad intelligendum cogitur, & ad videndum &c. Imò verò damnati multa contra suam voluntatem intelligere compelluntur, & resumptis corporibus sentire cogentur.

¶ Secunda conclusio. Violentia & vis secundi generis: scilicet, conditionata in sola voluntate brutorum appetitu reperiri potest, eademque non nisi per metum. Probat, quia hæc violentia actum dicit simpliciter voluntarium cum inuoluntario conditionato admixtum, ut expositum est: huiusmodi autem consensus esse non potest nisi in voluntate, ut dum homo metu periculi aliquid agere consentit, & dum pecus metu oblatis verberibus à pabulo discedit.

¶ Ex his ergo fit consequens, ut in presentiarum D. Thom. ait, quod vis hoc secundo modo & metus conuertuntur. Imò vis in presentia non solum non usurpatur pro violentia eis illata, quæ anima sensitiva caret, qualia sunt saxa, & ligna: verum neque pro illa, quæ brutis animantibus infertur: quia cum illa non sint propter se, sed propter hominem, atque adeo per se non sunt iuris iniuriæ capacia, nulla eis proprie infertur vis, sed homini eorum domino. Usurpatur ergo hic vis, humano more pro ea, quæ homini fit, quæ idem est quod metus. Est enim metus, ut auctor est Vlpianus, instantis vel futuri periculi causa, metus trepidatio. Et ut ait, Cicero lib. 4. Tusculanarum

Dabium.

2. Conclusio.

Vis & metus idem.

Tit. de his que uic.

lanarum quæstionum, opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videtur. Optime ergo idem Iureconsultus l. 1. ff. De eo quod met. caus. adnotauit, quod cum olim titu. sub distinctione poneretur, De eo, scilicet, quod vi metusue causa fit (ut titulus habet canonici iuris) postea detracta est vis metio: ideo quod quicquid vi atroci fit, id metu fieri videtur. Vnde titu. ciuilis iuris non est nisi. De ijs que metus causa. Et ideo titulus iuris canonici non debet tamquam de duabus rebus distinctis intelligi, sed cum dicitur, ut metusue causa, posterior particula est prioris expositio.

Solutio argumentorum. ¶ Ad argumenta ergo iam responsum est, illa solidè concludere in actum voluntatis elicitem coactionem simpliciter cadere non posse, potest tamen cadere conditionata & mixta.

ARTICVLVS II.

Verum metus aliquis possit in virum constantem cadere, qui eum excuset.

Partis negatiua ar. 1.

¶ Vbsequitur, ut de solenni metus distinctione dicamus, respectu viri constantis aut inconstantis. Et arguitur quod nullus metus in virum constantem cadere possit. Nam vir constans & fortis, ut 3. Ethic. auctor est Philosophus, impavidus atque intrepidus est: qui neque mortis periculo, quæ omnium terribilium est maximum, cogitur, sed sicuti tessera vndique quadrata quomodo docuere iaciatur, æqualiter cadit: ergo nullus metus in virum constantem incidit.

2. Argum. ¶ Secundum. Inter illa impendentia mala, que viri probi timere debent, venit infamia: timor autem infamie, ut auctor est Vlpianus l. Nec timorem. ff. de eo quod met. caus. timoris edicto non continetur: ergo neque ullus alius metus in virum constantem sic incidit, ut eum excuset.

Pars affirmatiua. ¶ In contrarium tam est, quod Abraham & Isaac viri fuere constantes, qui tamen metu mortis, ut historia Geneleos refert, uxores suas forores esse dixerunt: ergo metus in virum constantem cadere potest.

Decisio articuli. ¶ Quando dicitur, metum in virum quempiam cadere, verbum, cadere, sub duplici significato audiri potest. Vno modo ut idem sit, quod metum concipi, ab illoque hominem concuti & percelli, etiam si ab eo non vincatur. Et isto pacto in Christum seruatore nostrum, qui omnium

fuit constantissimorum hominum exemplar, cecidit mortis metu, qui naturalis est. Itaque metum cadere isto modo in constantem virum nihil aliud est, quam virtutem constantie & fortitudinis secum vnã copati id genus metum concipere. Quam quidem definitionem lib. 7. de Iust. & iure, quæst. 2. art. 1. sufficienter ratifimus. Nihilominus licet parum forsitan referat, aliter secundum doctorum vniuersitatem loquendum est: nempe, quod metum in quempiam virum cadere, ut in presentiarum ait. S. Thomas, sit ipsum metu cogi: hoc est, vinci & superari ad illum cauendum. Cogi ergo illo metu est, hominem aliquid eius appulsu facere, quod alias non faceret, ut exemplo supra posito projicientis bona sua in mare monstratum est. Qua utique ratione in Christum non cecidit metus mortis: non enim constans fuisset, si illi succubens, mandatū patris de morte ferenda recusasset.

¶ Rursum adnotandum est, tres esse hominum ordines: scilicet, inconstantium: id est, eorum, qui sunt meticulosi, & pertinacium, & constantium: hoc est fortium. Est namque constantia inter inconstantiam & pertinaciam in eadem virtute: nempe, fortitudinis. Ratio enim recta docet, ut Philosophus ait, ex duabus malis minus eligendum, & ex duobus bonis id, quod melius est: summum autem malorum est peccatum, quod ideo eligere ad vllum euitandum incommodum & malum peccata, nefas est. Inconstans ergo est, qui peruerso rationis iudicio ut minus caueat malum, in grauius impingit: ut si quis ne iacturam pecunie faceret, detrimentum honoris eligeret. Pertinax autem per alterum extremum etiam minus nocuum renuit ad maius vitandum. Ut si quis à quatuor pluribusue latronibus inuasum mortem potius oppeteret, quam decem aureis vitam redimeret. Inter hos constans, medius est: nempe, qui ad cauendum periculum maioris mali minus eligit, nunquam tamen est diuerso ad cauendum minus optat maius. Vnde Vlpianus l. Metu. 1. eod. titu. Metu, inquit, accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed maioris mali, atque hoc est primum discriminem inter constantem & inconstantem.

¶ Alterum verò attenditur penes æstimationem periculi: quia constans non nisi ex probabili & vehemēti æstimatione periculi, quod est presentaneum & iam impendens, mouetur. Inconstans verò ex leui & remotiori, iuxta illud Prouer. 27. fugit impius nemine persequente: debet enim vir strenuus muscā imitari, quæ non nisi instate flabello euolat: quo traesente, protinus eodem reuolat: Vnde idem Iureconsultus l. Metu. 3

Definitio metus cadentis inconstantem virum. Alia definitio.

Tres hominum ordines.

Inconstans.

Pertinax.

Constans.

1. discriminem 2. discriminem.

Metum. 3. Metum, ait, præsentem accipere debemus, non suspicionem inferendi eius. Præsentem, scilicet: id est, iam illatum. Quare non obstat doctrina Philosophi. 3. Ethic. dicentis, metum esse de futura, & tristitiam de re præsentem, quam quis iam patitur: nam dum quis nuda tibi, manus ligato, minatur mortem, licet mors futura sit, metus tamen est præsentis. Siverò dum quis puellam domi sollicitat, strepitum sentiret aliquem, metuq; illo percussus in matrimonium consentiret, valeret illud quidem: quia metus nondum erat illatus, atque adeo nec præsentis. Et eadem esset ratio si timeret postmodum à parentibus inferendum sibi metum. Vel si puella ipsa vel mater eum leuiter aggrederentur fustibus comminantes ei mortem.

Metu cadere in constantem virum. Metum ergo cadere in constantem virum est, virtuti constanti & fortitudinis non repugnare, metu illo quempiam vinci & cogi. Atq; hanc ob rem talis metus à tota excusat culpa.

Metus mortis & cruciatus corporis. Eiusmodi autem metum tum ex obiecto, tum etià ex alijs qualitibus iura perpendit. Primum enim metus mortis & enormis cruciatus inter eos qui cadunt in constantem virum est primus. cap. Cum dilectus. de his, quæ vi met. ve cau. fiunt. Nam terribilium malorum terribilissimum mors. Huic accedit & vinculo

Metus vinculorum. rum atrocium timor & longæui carceris, vt. l. Nec timorem, & l. Qui in carcerem. eod. titul.

Metus seruitutis. Deinde metus seruitutis: nam priuatio libertatis in mortem computatur, vt. l. Ego puto, ibi dem, & l. Isti quidem. Adhæc & metus stupri in virgine, vt in ead. l. subijcitur. Præterea metus amissionis status, vt ead. l. exprimitur, & cap. Abbas, eod. titul. Metus autem leuiorum malorum, vt amissionis pecuniæ: vel illationis paruæ contumeliæ censentur leues. Hæc autem omnia grano salis & prudentiæ iudicio condicienda sunt: nam si verbera & carceres & bonorum iactura non sunt adeo graua, tunc metus non est iustus, sed leuis. Quo circa plurimum ad prudentiam iudicis deferendum est: nam & metus etiam principis, qui tyrannicè tractare eos consuevit, qui sibi ad nutum non obtemperant, inter iustos computatur. Neque solus metus propriæ personæ, sed etiam liberorum atq; vxoris inter eos venit, qui virum constantem excusant, vt. l. eitata. Isti quidem. habetur.

Metus ex duobus consideratur. Metus ergo, vt cadere censetur in constantem virum, ex duobus perpenditur. Primo ex obiecto. Deinde ex effectu. Ex obiecto quidem, vt sit metus mortis, aut mali penè æquivalentis. Et ille dicitur propriè ex se & ex obiecto viri constantis: nam fortitudo, vt, inquit,

Aristot. versatur circa pericula belli: hoc est, mortis extrinsecus oblatæ.

¶ Secundò per accidens attenditur ratione subiecti: scilicet, hominis, ne ad cauendum minus malum, maius admittat. Hinc fit, non satis esse, vt metus cadat in constantem virum, qd vir illum constanter caueat. Si enim ille, cuius pulcherrimum equum latrones in nemore furriperent, recuperare aliter nequit qd pretio decem aureorum, constanter profectò facit illos erogando. Sed tamen metus amissionis equi ex obiecto non est viri constantis: quia non est ex numeratis.

¶ Sed tamen ex parte subiecti definit esse metus cadens in constantem virum si metus mortis vincatur ad peccandum, saltem mortaliter. Hoc ideo addiderim, qd vt sub peritorum censura loquar, licet quis metu mortis mendacium officiosum diceret, vel aliud peccatum veniale committeret: non desineret esse vir constantis: nam quauis id non liceat, non tamen peccatum veniale rationem tollit virtutis: quia septies in die cadit iustus. Et ideo eiusmodi leuis culpa non obstat viri constantiæ, nec vulgò talis vir inconstantiam argueretur, quauis egregiæ laudi tribueretur si potius mori eligeret, qd mētiri.

¶ His præhabitis ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Metus leuis non excusat à culpa. Probatur, quia nihil culpam abluere potest, nisi sit virtuti consentaneum: virtutis autem fortitudinis, vt. 2. Ethic. ait, philosophus, suo pte ingenio repellit timores leues: nam eius officium est medium inter timorem & audaciam tenere: ergo qui leui timore vincitur, firma virtute caret, atq; timor ille non excusat à culpa.

¶ Secunda conclusio. Timor cadens in constantem virum excusat à culpa. Probatur contraria ratione. Quicumq; timor, qui secum compatitur virtutem, excusat à culpa: nam virtus & culpa è diametro opponuntur: timor autem cadens in constantem virum id ipsum sonat, quod non repugnare virtuti: ergo excusat à culpa. Et ideo eiusmodi metus dicuntur iusti.

¶ Contra hanc autem conclusionem arguitur. Malorum omnium maximum, vt diximus, est peccatum, quod ideo nullo metu committendum est: ergo nullus metus excusat à culpa. Probatur consequentia. Demus illum (verbi gratia) virum superiori exemplo designatum, qui metu mortis iacturam bonorum facit, quæ in mare proijcit, vel alium, qui à latronibus in nemore inuasus, pondus auri, quo vitam redimit, illis offert: & supponam verbi gratia proiectionem illam mercium & largitionem auri suo pte

ri suo pte genere, secluso metu esse peccatum prodigalitatibus: imò tunc. v. g. mortale. Arguitur ergo sic. Metus, qui est causa peccati non cadit in constantem virum: ille est causa peccati, nempe, illius, quod genere suo peccatum est, ergo non cadit in constantem virum, atq; adeo nec excusat. Vel maioris claritatis causa arguamus sic. Siquis metu hostis, quæ certò credit paratum esse se occidere vbiicumq; obuium habuerit, ommitteret die festo ecclesiam adire, vbi sacra audiret, metu illo non excusaretur: quia videtur esse causa peccati, atque adeo non cadere in constantem virum: & de nullo alio metu vrgentior ratio probat excusare posse: ergo nullus excusat. Et confirmatur ratio: quia qua ratione admiseris metum posse excusare à fractione præcepti ecclesiastici, videris coactus, vt dicas, excusare etiam à præcepto diuino, vt si puella metu mortis percussa oblatum stuprum admitteret, aut mentiretur, aut peieraret.

Aliud arg.

3. Argum.

Solut. arg.

Duplex peccatorum generis.

Prioris generis.

Posterioris generis.

Ad argu.

¶ In solutione argumenti hoc pro constantissimo habendum est, quod ad nullum cauendum periculum peccare licet, vt habetur cap. Sacris. de his quæ vi met. ve cau. fi. Est nihilo minus distinguendum, vt distinct. 27. dicebamus, quædam esse intrinsecè ratione peccata, quæ sunt prohibita, quia mala: alia verò esse mala, eo solùm quòd iure sunt humano prohibita. Illa quidem prioris generis, quia cum sint natura sua mala, nequeunt non esse mala, nullo metu quantumuis atrocissimi mortis committere licet, atque adeo eo ipso, quòd quis illa saltem mortaliter committat, definit esse constantis, ac perinde nec talis metus cadit in constantem virum, neque excusat saltem in totum, sed in partem: capit. Sacris. de his quæ vi met. ve. Non tamen quòd mortalem culpam vsque ad venialem extenuet. Sed alia posterioris generis, quia non sunt intrinsecè mala, possunt quidem bona fieri, quando sunt media cauendi grauioris mali. Ecclesia nanque obseruationem festorum aut ieiuniorum præcipiens non tam stricto rigore voluit nos obligare vt pro eorū obseruatione mortem debere obire: quare qui metu mortis ieiunium vel festum frangit, non definit esse constantis, atq; adeo excusatur à culpa. In iactura autem nostrorū bonorum, quia sumus eorum dñi, nullam hominem culpam contrahit si ad redimendam vitam vel honorem vel alium pretiosius bonum, illa expedit. Quare in casibus inter arguendum obiectis negatur metum non cadere in constantem virum, imò cadit & excusat, vt illud liceat, qd aliàs illicitum erat, secus iure diuino & naturali. Dixe

rim ea, quæ sunt de iure positiua, posse fieri per metum licita, quia id non est semper necessarium. Possent enim principes in bello, vel alia simili necessitate militi aut ciui quidpiam præcipere, quod non obstante periculo mortis teneretur implere. Sed de ijs casibus nihil ad presentem locum. ¶ Ad primum igitur argumentum Philosophus ipse loco citato respondet: non enim virum probum & constantem pertinacem esse oportet, vt nihil prorsus timeat, sed debet vbi & quando oportet, metum excutere, vt officio virtutis intrepidus fungatur. Debet tamè quando & vbi oportet timere, ne in audaciæ extremum impingat, atque hac ratione medium inter extrema tenet. ¶ Ad secundum argumentum D. Thom. impræsentiarum & reliqui respondent, qd quauis infamiae detrimentum graue sit damnum, facile tamen potest refarci. Hoc tamè intelligitur de infamia facti, vt si quis cui comminaretur falso testimonio eum infamaturum, à quo tamen ipse se postea posset purgare. Sed tamen metus infamiae iuris iustus est. vt ead. l. Nec timorem, habetur. Vt si quis ei, quem in infami delicto morte digno, deprehendit, comminaretur se eum proditurum: quoniam tunc ad metum mortis vel ad similem reduceretur. Eadem ratione nec metus ex communicationis censetur iustus quia potest ei facile succurri.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Metus in fama iuris.

ARTICVLVS. III.

Utrum consensus extortus per metum cadentem in constantem virum sufficiat ad matrimonium.

¶ Er hæc quæ dicta sunt, ad matrimonium descendentes exploremus oportet, vtrum consensus per metum cadentem in virum constantem extortus, sit ad matrimonium validus. Et arguitur à parte affirmatiua. Violentum mixtum, vt expositum est, plus de voluntario continet quàm de inuoluntario, imò est simpliciter voluntarium: consensus autem sic extortus est mixtus, atq; adeo absolutè voluntarius: ergo est ad matrimonium sufficiens.

¶ Secundò arguitur. Ei, qui coactus in matrimonium consentit, consulendum est, vt in matrimonio persistat, quod utiq; absque alio consensu potest esse validum: ergo ille est sufficiens. ¶ In contrarium est textus Alexandri tertij capit. Cum locum. de sponsalibus. vbi ait, quod cum locum non habeat consensus vbi metus vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi assensu

Partis affirmatiuae argumenti. 1.

2. Argum.

Partis negatiua.

ius cuiusquam requiritur: coactionis materia repellatur.

Decisio ar. Scotus. De hac quaestione varij modi versantur dicendi. Sunt enim, quos Scotus distinctione praesenti refert, qui autumant, neminem cogi ad consensum matrimonij posse. Et eorum ratio est. Vnusquilibet potest poenas & nocumenta sibi oblata verbis euadere, dicendo se velle matrimonium contrahere, licet corde non consentiat: ergo ad consensum non cogitur: secus si cogereur fugere, id enim facere nequiret, nisi fugere vellet.

Opinio falsa. haec falsa est: nam metus mortis constantem etiam virum cogere valet, vt verba illa externa proferat, vt authores ipsi consentunt: potissimum cum coacte contractum matrimonium minus malum sit quam mors. Tunc arguitur sic. Metus, qui virum constantem ad aliquid cogit, consecutiue eum ad id constringit, sine quo nequiret citra peccatum reliquum facere, nam vir constans, vt dictum est, nullo metu peccare debet: dicere autem se consentire, nequit citra peccatum mendacij, nisi consentiat: etsi iurare cogereur, crimine mortale committeret: ergo eodem metu, quo cogitur ad verba, compellitur ad consensum, veluti ille, qui oborta procella merces in mare exonerat. Et confirmatur eadem ratio, quia religiosus, qui votum solenne emittit, per quod fit ad matrimonium inhabilis, nullo metu affirmare potest se in matrimonium consentire, eo quod si non consentiat, mentitur, & si consentiat, peccat contra votum: qui ergo diceret, constantem virum cogi non posse ad consensum, subsequenter dicere teneretur, nec cogi posse ad verba: alioqui non esset constans. Et sic repugnancia est dicere, cogi posse ad verba, non tamen ad consensum.

1. Argum. Ratio. 3. In id vero aliter etiam arguitur. Ille non cogitur proferre verba per absolutam violentiam, quia incutiens metum non mouet eius linguam, sed ipse propter metum mouetur ad proferenda verba, atque adeo cogitur ad consensum proferendi: potest ergo etiam cogi ad consensum matrimonij.

2. Argum. Supposito ergo quod metus ad huiusmodi consensum matrimonij potest in virum constantem cadere, ad quaestionem respondetur duabus conclusionibus. Prima. Consensus coactus per metum cadentem in constantem virum, non est ad matrimonium perficiendum validus.

2. Concl. Secunda. Metus leuis non obstat quominus consensus sit validus. Prior conclusio expressa est in iure, capit. citato, Cum locum, & capit. Veniens, & capit. Consultationi, de spō-

salibus. Et can. De nuptijs, & cano. Si verum, 31, quaest. 2. Secunda vero non reperitur expressa in iure, sed tamen ex eisdem locis a contrario sensu colligitur. Cum enim illuc sola matrimonia irritentur, quae metu cadente in constantem virum contrahuntur, documentum perhibetur per metum leuem non irritari. Ratio ergo prioris conclusionis ex natura vinculi finisque matrimonij depromitur. Cum enim huiusmodi sacramentum nexum includat indissolubilem: & quod gratum non est, perpetuum esse nequeat: nam; vt Nicolaus papa cano. Praesens, 20. quaest. 3. auctor est, quod quis non optat, id non diligit, ac perinde facile contemnit, necesse est vt consensus, qui matrimonij futurus est causa, spontaneus sit. Quocirca quandiu durat metus causa, tandiu & metus durare censetur. Sed quando cessante causa coniuges cohabitant, iam tunc in foro ecclesiae praesumitur consensus conualescere. Neque est necessarium, vt quidam adnotant super capit. Ad id. de sponsalibus, vt cohabitatio post legitimam aetatem dimidio anno proferatur: vt bene ait ibidem Panormitan. Sed satis est vt opportunitate recedendi & fugiendi ille qui in metu erat, perseueret. Haec dixerim in foro exteriori, quia in foro conscientiae quousque consensus adsit metu liber, aut maritalis effectus cum carnis copula, nihil sit.

1. Concl. 2. Concl. Hac ergo opinione ceu inepta praetermissa: supponatur hic in primis, quod in superioribus

Probatur. 2. Conclusio. Ratio prioris conclusionis.

Cardinalis. Senti, auctor. Ratio.

Cardinalis. Senti, auctor. Ratio.

Cardinalis. Senti, auctor. Ratio.

Cardinalis. Senti, auctor. Ratio.

Cardinalis. Senti, auctor. Ratio.

Cardinalis. Senti, auctor. Ratio.

Nulla uerba in- teriore con- sensum faciunt mat- rimonij quo ad Deum.

S. Thom. Durandus.

S. Thom. Durandus.

S. Thom. Durandus.

S. Thom. Durandus.

S. Thom. Durandus.

S. Thom. Durandus.

S. Thom. Durandus.

vt sit liberrimus tu propter perpetua cohabitacione coniugum, iuxta illud Gene. 2. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suae: quae quidem cohabitatio, nisi ex summa libertate nascatur, vix potest esse perpetua: tum etiã propter educationem prolium, quibus per matrimonium coactum ægerri- me consultum iri potest: ergo, Deus, qui institutor fuit matrimonij & omnia sua uiter disponit, tale instituit, vt non nisi per consensum ab omni compulsionem liberum conciliaretur.

2. Argum. Et secundo arguitur. Consensus iusto metu coactus omnes alios contractus iure naturali eneruat atque inualidat: quia talis consensus per iniuriam extorquetur, & ideo debet, qui cogitur, in suam libertatem restitui, ergo a fortiori in matrimonio: vbi maior exigitur libertas, id ipsum eadem natura secundum Deum constituit. Tercio, quia neque compulsa promissiones, si citra iuramentum fiant, tenent, natura ipsa magistra. Quarto, quod est validum argumentum. Si metus coactus solo iure humano esset infirmus, sequeretur quod votum siue simplex siue solenne per iustum metum emissum esset validum: quoniam ecclesia, licet contractus, qui inter homines fiunt, irritos possit facere, votum tamen, quod fit Deo, non item irritare valet, si legitima fiat aetate, &c. Consequens tamen est falsum, nam etiam vota metu extorta irritat: vt ca. Perlatum, de his quae vi- vt illico sumus ostensuri: ergo illa sunt iure diuino & naturali nulla, & pari ratione consensus matrimonij. Et quintum, quod vrgētius est, adhibetur argumentum. Si solo iure ecclesieastico consensus coactus infirmaretur, consequens fieret, vt si inter infideles tale matrimonium contraheretur esset validum, etiam si ad ecclesiam post transmigrarent: quia ecclesia erga infideles nihil potest disponere: consequens tamen est falsum, imò illud etiam censetur irritum & inualidum sicuti inter Christianos.

3. Argum. 4. Argum. 5. Argum.

6. Argum. 7. Argum.

8. Argum. 9. Argum.

10. Argum. 11. Argum.

12. Argum. 13. Argum.

14. Argum. 15. Argum.

pendent. Licet ratio eius, quæ vitio impressorum multis in locis corrupta est, videatur ad secundam opinionem Ricardi inclinare. Dicit enim illa ex perpetuitate matrimonij hoc modo. De natura matrimonij est, vt sit perpetuum: metus autem viri constantis perpetuitatem tollit: ergo & matrimonium. Probatur minor. Metus eiusmodi suapte natura postulat restitutionem in integrum: si tamen talis consensus validus esset, eandem restitutionem excluderet, eo quod matrimonium non posset dissolui: ergo impedit ne matrimonium perficiat. Sed alia, inquit, coactio per leuem metum eandem perpetuitatem non tollit: quia illam restitutionem non exigit.

1. Argum. pro Ricar. Hinc ergo primum argumentum sumitur pro altera opinione: scilicet, quod solo iure pontificio consensus coactus irritatur, quæ non est minus probabilis quam illa Scoti, imò forsitan probabilior. Si ius tantum diuinum & naturale expendatur, metus leuis, nisi sit tam exiguus, vt pro nullo reputetur, perinde restitutionem exigit, ac metus viri constantis: quia non differt iste metus nisi secundum magis & minus, quæ quidem differentia speciem non mutat: atque adeo metus leuis etiam suapte natura est iniurius, & omnis iniuria iure venit rescindienda: quare more & vsu alij contractus præter votum & matrimonium, quocumque metu notabili facti rescinduntur: igitur si metus constantis viri, inualidat matrimoniū, non autem metus leuis, hoc certè discrimen nec ius diuinum statuit nec naturale, sed humanū, idque in fauorem matrimonij, meritisimò. Et explicatur sic argumentū. Si quis metu amissionis pecuniæ, vel famæ, vel honoris, vel vspulationis, licet non esset atrocis, cogatur equum suum vendere, aut domum locare, aut aliquid donare, contractus rescinditur propter fundamentum naturalis iuris: ergo si id non fit in matrimonio, solum ius ecclesiasticum id disposuit. Et confirmatur ratio. Quauis metus mortis, & abscissionis manus, & seruitutis & carceris sint genere suo ex obiecto maiores, quam metus pecuniæ vel honoris, potest tamen in particulari fieri compensatio: nam certè iacturam quinque aut decem millium aureorum pluris nonnulli etiam prudenter facerent, quam abscissionem digiti vel manus, & quam vinculorum triennialium, imò quam seruitutem, quæ longè minori pretio posset redimi: ergo si amissio pecuniæ vel famæ ad inualidandum matrimonium non admittitur, sicuti & abscissio membri, id mero iure diuino aut naturali non fit, sed certè ec-

Expositio argumen.

Alteratio.

clesiastico. ¶ Et secundò arguitur. Si metus cadens in constantem virum veritatem matrimonij tollit, ratio est, quia tollit libertatem: sed re vera metus alius leuis potest quandoque eandem libertatem auferre, vt si puellæ incuteretur metus ablationis dotis: & etiam ex conditione personæ, si est vir meticulosus, potest ei vrgentior fieri metus, quam maior alius viro constanti oblatu: ergo si metus constantis viri admittitur, & leuis repellitur, id certè non natura, sed ecclesiastica sanctio fecit. Præsertim, quod vt supra diximus, vix potest nisi ad arbitrium prudentum metus cadens in constantem virum, à leui discerni. Hæc demum sic confirmantur. Vxorē ducere, quam homo non olet, minus malum est, quam mortem perpeti: ergo natura non vetat quominus hoc medio homo vitam redimat: atque adeo consensus huiusmodi coactum ius merum naturæ irritare non videtur, nisi ecclesia in bonum matrimonij secus statueret.

¶ Qui ergo hanc opinionem, quæ certè verisimilior est, sustinere voluerit, dicere cum Ricardo & Durando debet, quod cum matrimonium non solum sit sacramentum, verum etiā contractus ciuilibis, quauis ecclesia quatenus sacramentum est, eius essentiam mutare nequeat, tamen quatenus est contractus ciuilibis, potuit, vt inualidare eius materiam inter cognatos, ita & irritare consensum eius coactum per metum cadentem in constantem virum, ad obuiandum incommodis maximis, quæ illo admisso oborirentur, & in fauorem matrimonij alias causationes leuiorum metuum repellere. Et re vera id videntur verba citati capituli, Cum locum, inuere. Id autem ecclesia iure potest per potestatem ei diuinitus commissam administrandi christianam rempublicam: quandoque, vt diximus, merum ius diuinum, & naturale illum consensum minimè confirmat.

¶ Et per hoc respōsum est ad septimum, quod postremum fuit argumentum à parte alterius opinionis.

¶ Ac perinde respōdetur ad aliud, quod exemplo aliorum sacramentorum duci solet. Si quis baptismum metu constantis viri suscipiat, vt habetur can. De Iudæis. distinct. 45. & eadem ratione confirmationem aut ordines, verum suscipit sacramentum, imò et si suscipiat eucharistiam vel extremam unctionem, in quibus nullus imprimitur character: ergo si suscipiat matrimoniū erit firmum. Negatur enim ab omnibus consequentia. Rationem autem discriminis. D. Thomas hanc subdit, quod intentio

2. Argum.

3. Argum.

Solu. 7. ar.

Aliud arg.

Solutio.

Argumen. tio non est causa efficiens in baptismo, sed solum eliciens actionem agentis. Et intelligit non solum de intentione suscipientis, sed etiam de intentione ministri, quod quidam non aduertunt: quia intentio ministri non est nisi applicans materiam & formam, quæ sunt causa efficiens, & intentio suscipientis est eius dispositio. Quare licet vtraque sit extorta per metum, non impeditur, quin sit verè sacramentum. Et idem est de reliquis sacramentis. In matrimonio vero consensus est causa proxima efficiens, & ideo debet esse libera iuxta naturam contractus. Sed præterea respondetur (licet ferè idem sit) iuxta ea quæ prædicta sunt, quod matrimonium non solum est sacramentum, sed contractus ciuilibis resultans ex solo consensu mutuo, qui ideo debet esse liber. Reliqua verò sacramenta non sunt contractus huiusmodi. Et ideo consensus matrimonij potuit ecclesia infirmare & quassare tanquam iniurium & finem matrimonij nocuum. In reliquis verò, quia sunt merè sacramenta, nihil mutare potuit circa eorum essentias, quæ sunt de iure diuino forma & materia extrinsecus ad mota cum intentione faciendi quod Christus instituit, & multo minus in his, per quæ characteres imprimuntur, vt supra distinct. 5. art. 7. prædictum est de illo, qui metu viri constantis baptismate tingitur.

Argumen. ¶ Quod si arguas. Per baptismum nascitur obligatio profitendi Christianam religionem: ergo tam illic requiritur libertas, quam in matrimonio. Negatur consequentia: quia professio ipsa fit per naturam sacramenti, ex quo ideo exoritur obligatio etiam in paruulis per intentionem ecclesiæ.

Solut. 1. ar. Scoti. ¶ Ad primum autem eiusdem opinionis Scoti respondetur, consensum coactum, vt superior explicuimus, esse simpliciter voluntariū in particulari. Et ideo si nullum ius diuinum & naturale consideraretur, validus esset, atque adeo argumentum vrgentiū à parte nostra pugnat, nempe, quod ecclesiæ autoritate quassatur. ¶ Ad secundum simili modo respondetur, quod neque alij contractus, locationis aut venditionis &c. per metum celebrati sunt ipso iure nulli, sed debent in irritum reuocari, vt capit Abbas. de his quæ vi metus ve cau. fiunt. quia restitutionem expostulant. Et hoc facit pro nobis, quia secundum merum ius naturæ etiam matrimonium deberet tenere: at quia rescindi nequit, statutum per ecclesiam est, vt non sit validum.

Solut. 3. ar. ¶ Ad tertium pariter respondetur, quod promissiones coactæ non sunt ipso iure nullæ, sed quassandæ, & restituendæ.

¶ De voto autem, quod quarto argumento tantum est, an dum coactione metus constantis viri sit, non prorsus doctores consentiunt, sitne validum, vt libr. 7. de iusti. & iure quæst. 2. artic. 1. disputando dicebamus. Panormi. nanque super capit. Abbas. de his quæ vi met. ve cau. fiunt. tenet esse validum in conscientia apud Deum, sed ecclesia pronuntiat tale votum non tenere: quia procedit ex præsumptione: præsumit siquidem virum sic coactum non habuisse consensum vouendi. Et ita glossa capit. Perlatum. de his quæ vi metus cau. fiunt. Et eisdem opinioni ad stipulatur Syluest. verb. Metus. §. 8. Isti autem id non probant nisi more suo: quia nullibi, inquit, authenticè contrarium legerunt. Sed professò & canonibus & rationibus bene perpensis contraria opinio est multo probabilior, quæ tenet Ricardus distinctio ne præsent. quæst. 2. artic. 1. imò vsus ecclesiæ videtur eam, vt certam habere. Nam primum verba cap. Cum locum. de sponsalib: generaliter loquuntur de omni consensu coactò: scilicet, quod locum non habet consensus vbi metus vel coactio intercedit: & cum manifestum sit, vt supra dicebamus, non ignorasse Pontificem, quin possit eiusmodi consensus quandoque metu extorqueri: consequitur vt intellexerit non esse legitimum, nec in matrimonio, nec in voto. Item in cap. Perlatum. de his quæ vi metus ve cau. fiunt. Alexander non videtur ex præsumptione procedere, sed mulierem, quæ metu mortis monasterium intrauit, voto absoluit, siue consensum habuerit siue non. Imò certè mulier illa videtur consensum habuisse coactum: quia pepigit cum illis, qui eam occidere ad ornabant, monasterium intrare, vt illam seruaret. Præterea. 33. quæst. 5. can. Notificasti. summa libertas requiritur in eo qui religionem vouet. Ad hæc item accedit ratio similis, vt in matrimonio. Quæcunque metu & vi fiunt iure debent in irritum reuocari. cap. Abbas. sæpè citato, votum autem, saltem solenne vinculum, suapte natura facit perinde perpetuum & sua natura indissolubile ac matrimonium: ergo pari ratione ecclesia debet eiusmodi consensum in votum solenne inualidare, vt in matrimoniū. Sed quod inter hæc verba omnia maximè vrget, est vsus ecclesiæ: nam quauis ille qui metu vouit, confiteatur in iudicio se dum vouit habuisse consensum, idque per sacra irret, nihilominus si iustum metum legitime probauerit, absoluetur voto. Quod certè non faceret, si ex sola præsumptione procederet. Censet ergo illum consensum non esse legitimum.

An uotum metu emissum sit ualidum.

Panormi.

Syluester.

Opinio Ricardi.

Ratio.

Cap. Perlatum.

Can. Notificasti.

33. quæst. 5. Ratio.

Vsus ecclesiæ.

¶ Sed tunc procedere videtur argumentum factum, nēpe, q̄ iure diuino ille cōsensus fuerit, casus: alioqui ecclesia nequiret illum irritum pronunciare. Fateor equidem argumentum minimē esse infirmum. Nihilominus respondetur, q̄ quauis votū per hominem ad Deū fiat: nihilominus ecclesia tanquam Dei ministrius habet formas vouendi, saltem solenni ter limitandi. Et ideo sicut constituit, vt nullū fiat votū solēne, nisi sub certis cæremonijs, ita & illius, qui coactē vouit, non approbat votū. Et ceterē de voto solenni satis facit solutio. Sed tamen de voto simplici, cuius ipsa non est iudex, apparet quōd si iure diuino nō sit nullū, quōd ab ecclesia irritare non possit, quauis possit super illo dispēsare. Nihilominus respōdetur, quōd sicut potuit tempus legitimū statuere ad vouendum, etiam simpliciter: ita potuit & de modo vouendi disponere, atq; adeo coactum votū pro nullo ducere. ¶ Ad quintū negatur consequentia: imō neq; inter infideles huiusmodi consensus tenet: quoniam licet ecclesia erga illos nihil disponere valeat, nihilominus ius gentiū & civile vim habuit inuoluidandi tale matrimonium, ea ratione, qua est civilis contractus. ¶ Ad sextum verō respondetur, quōd iura, licet minime præferat statutorum formam nihilominus ostendūt more & vsu illud semper esse seruatum, vt matrimonium per metū constantis viri cōtractum sit inualidum, & per alium leuem minimē. ¶ Cui autem opinio Scoti plus placuerit, dicere subinde cogitur, hoc interstitiū metus grauioris & leuioris in matrimonio diuino iure & naturali esse positum. Quicquid autem alterutra opinio veritatis habeat, constitutissimum est tamen eiusmodi consensus coactos non habere ad matrimonium vim. Exurgunt hic tamen ex his dubiola quædam solutu digna, Primum enim offertur dubium de causa, ex qua oriri debet met⁹, vt sit iustus. Potest enim, vel ab intrinseco nasci, vel extrinsecus offerri. Itē extrinsecus metus, iure offerri potest, vel iniuria. Et sunt qui dicant, metum ab intrinseco non impedire matrimoniū, quia infertur à Deo. Vt si quis metu morbi, cui per rem vxoriam possit mederi, vxorem duceret. Sed si sit ab extrinseco, ille impedit. At verō neque omnis, qui fit ab extrinseco, impedit. Si enim cuiuspiam dum iure ad suspēdium ducitur, offeratur conditio, vt si Mariam vxorem ducere voluerit, seruetur: quia iuxta morem quarūdam prouinciarum si fur publicam meretricem vxorem optauerit, donatur vita, matrimoniū tenet, si conditionem

Solutio.

Obiectio.

Dilutio.

Solu. 5. ar.

Solu. 6. ar.

Dubium

Motus ab intrinseco nō impedit matrimonium.

Cōsuetudo

acceptet. Et ideo Syluester ver. Metus. §. 6. aliter distinguit: scilicet, q̄ si metus sit iustus, matrimonium non vitiat, si verō sit iniustus, tunc vitiat. Sed re vera neque ista distinctio tuta est: quoniam potest esse metus iustus, qui tamē matrimonium vitiet, vt si qui furem in crimine deprehēdit comminetur ei se eum delaturum, nisi filiam suam vxorem duxerit, re vera metus iure incutitur, & tamen matrimonium non tenet. Suffragatur enim ei edictū, Quod metus causa, vt habetur. l. Nec timorē. & l. Isti quidem. ff. eod. tit. ¶ Regula ergo generalis & tuta est, q̄ quoties metus ad hoc peculiariter incutitur, vt matrimonium cōtrahatur, ille, si est cadens in cōstantem virum, vitiat matrimonium, siue iuste, siue iniuria fuerit oblatas, alioqui minimē. ¶ Hinc primō colligitur, q̄ nullus metus ab intrinseco matrimonium vitiat: quoniam nullus talis potest illo fine incuti. Etenim metus ab intrinseco, dum quis propter vitandam infirmitatem, vt dictum est, vxorē duceret: quē quidem metum nemo incutit, sed ē rei natura nascitur. Imo licet incutiat in rebus inanims extrinsecus, vel à feris animalibus, proprie dicitur ab intrinseco. Et ideo si quis metu temporis in mari, aut incendij, quo circumsepitur, vel ferarum, à quibus obsidetur, votum emitteret, illud teneret: quia metus ille non censetur ab extrinseco illatus: eo quōd fit per modum nature, sed quando offertur ab hominibus. Rursus quauis inferatur ab hominibus extrinsece non illo fine, vt matrimonium cōtrahatur, sed alio, matrimonium tenet, etiam si iniustus ē inferatur. Vt si in obsidione vr̄bis metu captiōis obsessus princeps vel alius priuatus cuius offerret hosti matrimonio sibi copulare filiā eius, matrimonium teneret: quia ille nō est metus ad illū finē oblatas, sed sua spōte voluit qui illū patiebatur ea se conditione liberare. Secus si hostis illo fine vr̄bē obsideret, vt principē ad matrimoniū cogeret. Eodē modo si infirmus metu mortis polliceatur medico se eius filiam ducturum, si eū sanauerit. Imō quāuis medicus hanc conditionem offerat, aliās eum nō curaturus, matrimoniū teneret: quia tunc medicus non infert metum, sed morbus: matrimonium autem est sicut pretium pro medela constitutum. Eadem ratione si latroni ob sua crimina in carceres coniecto puella conditionem offerret, se illum liberaturam si se velit in vxorem ducere, certē matrimoniū teneret: quia metus ille non est illatus ab illa, sed est oblata conditio, si vult à metu in quo est, liberari, iuxta. l. Metum. 2. §. licet. In casu autem al

Sylu. distin.
Regula generalis.
Metus nullus ab intrinseco vitiat.
Nota.
Metus alio fine illatus nō impedit.
Exemplum
De infirmo
Aliud ex. plu de incurate.

Solutio ad legatarum legum, Nec timorem. & Isti quidē diuersa est ratio: quia qui deprehendit aliquē in crimine, incutit ei metum eum accusandi, nisi puellam ducat, qui ideo matrimonium vitiat. Similiter si quis alium in carcerem detradat, vt consensum matrimonij extorqueat, vt. l. Qui in carcerem. ff. eod. tit. Pariter si pater iuueni quem cum filia sua deprehēdit, comminetur accusare nisi eam duxerit, matrimonium non tenet: quia metum infert, licet iuste possit eum accusare. ¶ Quod si obieceris casum. l. Si mulier. ff. quod met. cau. vbi habetur, quōd si liberta ingrata est patrono, qui eam manumissit, metuens se iterum in seruitutem redigendam, aliquid egerit, factum tenet. Respondetur quōd illic non est metus oblatas, sed quē ipsa ex natura rei, & lege cōcepit, & ideo non vitiat contractum. ¶ Ex his sequitur, quōd si princeps reo, quem iuste potest capite plectere, dicat, Occidam te nisi hanc duxeris, matrimonium non tenet: quia metus est illatus illo fine. Si autem ipse, quo metum euadat conditionem illam sponte eligat, matrimonium tenet. Eadem ratione tenet matrimonium, si metu etiam ad illum finem incusso cōtrahatur, quando metus ille est lege propositus, vt si sit lex, quōd qui virginem violauerit, eam ducat, vt cap. 1. de adulter. tunc quāuis iudex, etiam metu mortis compellat eum, ille consensus solidus est & firmus. Et ita intelligendum est verbum. l. Continet. §. Sed vim. ff. quod met. cau. scilicet, quōd vis, quam magistratus rectē intulit iure licito, non vitiat contractum. ¶ His nihilominus suppositis, arguitur nullū posse metum in virum constantem cadere in materia matrimonij. Aut enim dum quis dicere cogitur, se in matrimonium consentire, corde consentit, aut secus: si non consentit, mendax est, atq; adeo non est vir constans: si verō consentit, & est doctus, aut à doctis veritatem didicit, scit consensum illum nullius esse momenti, atq; adeo nec matrimonium cōtrahere: decipit ergo cogentem, quod vero constanti non licet: & ideo perinde est ac si nō cōsensisset & mentiretur. ¶ Respondetur, quōd quauis nouerit nullum esse consensum, debet illum, si verba proferat adhibere, alioqui mentiretur. Et ad cauendum mendacium satis est dicat, se cōtrahere quantum in se est, id est, consentire, & ideo ille non decipit, sed alter se se decipit. Quōd si cogens dicere pergeret. Encabo te nisi sponte consenseris, esset ille tunc fatuus & mentis inops: nam in illo articulo, cōsentire in matrimonium, quod non est alteri gratum, nequit nisi coactē.

Obicitur. l. Simulier.

Dilutio.

Appendix.

Intellectus l. Continet

Argumentū de metu.

Solutio argumenti.

Nota.

¶ Vtrum verō laudabilius esset mortem potius oppetere, quā talem cōsensus habere. Respondetur, quod genere suo potius esset vituperabile, saltem dum posset metum probare: quia esset ille prodigus vite, cum illa via posset mortem cauere. Nam cum ingratum matrimonium cōtrahere minus malum sit quā mors, minimē viro constanti repugnat, per illum consensum vitam seruare. Si autem sciret se non posse postea probare metum, etiam tunc ē genere rei laudabilius esset consentire, quia minus malum est ingrati vxorem ducere, quā gladio ceruicem subdere. Posset tamen matrimonium tam inhonori esse, tam quē incommodum, & foedum, vt licitē posset potius mori, quā in illud cōsentire. Vt si vir illustri infamē mulierculā ducere, cogeretur. ¶ Aliud deinde subsequitur grauius dubium de iuramento. Quid si quispiam metu mortis compellatur sponsalia vel in matrimonium iurare, vtrum teneatur iuramentum seruare? Arguitur enim à parte affirmatiua. Periuurium genere suo mortale est: qui autem nō implet, quōd iurat, periurus est: nam iurat falsum: ergo quāuis consensus coactus sit inualidus, saltem per iuramentum conualescit in vi sponsaliorum ad matrimoniū contrahendū: ob id quōd iuramentum suapte natura secum adfert compulsionem dicēdi verum. ¶ Item dum quis in manus latronum incidens in nemore metu mortis iurat se illic pecuniam aliquam numeraturū, tenetur numerare: quia cum possit homo suis proprijs bonis vitam redimere, iuramentū fuit licitum: pari ergo modo cum (vt modò dicebamus) minus malum sit in matrimonium ingrati incidere, quā in mortē, iuramentū licitum fuit. ¶ Accedit autoritas, quæ videtur expressa, Augustini can. Inter cætera. 22. q. 4. vbi refert, quēmdā Vbaldum metu mortis iurasse, se cōcubinam daturū, & dicere videtur fuisse matrimoniū. ¶ Duæ de hac re versantur opiniones, prior scilicet, affirmatiua, quæ his modò argumentis instructa fouetur. Quæ etiā inde confirmatur, q̄ si iuramēta metu coacta non tenerent, nulla opus esset absolutione ab illis: indigēt autē eiusmodi absolutione, vt patet cap. Verum. de iureiur. ergo non sunt nulla. Itē quia renunciatio electionis, quæ per metum iuramento firmatur est obligatoria, vt ca. Ad aures. de his quæ vi met. ve. cau. fiunt. ¶ Alia verō, his nō obstantibus, est opinio negatiua, quōd tale iuramentum neque in sponsalibus, neque in matrimonio tenet. Quam Ricardus dist. præfenti, cui Paludanus ad literā subscribit, licet aliam existimet probabilem, probat.

Ingratū matrimonium minus malū quā mors

Dubium de iuramento extorto. Partis affirmatiue ar gum. 1.

Argu. can. Inter cetera. 22. q. 4. 3. Argum.

Pars negatiua. Richardus

Sententia
authoris.

probabilior arbitrat. Et certe crediderim non id solum, verum quod sit probabilissima, & quod vix alia possit sustineri. Et primum quoniam tale iuramentum esset in conscientia obligatorium, tamen eiusmodi iuratus per verba de futuro nullatenus debet ab ecclesia compelli: nam si dum iuramentum non fuisset per vim extortum, non esset cogendus, ut distin. 27. q. 2. art. 3. diximus, dum per talem vim extorquetur non est dubium quin sit multo minus cogendus. At verò quod nec tale iuramentum obliget in conscientia siue verbis de futuro, siue de presenti sit appositum, probatur: quia aliàs non satis incommodus esset consultum, quæ contra finem matrimonij orirentur. Nam si Deus, vel eius autoritate, ecclesia, inualidat consensum metu extortum per verba de presentieo quod si matrimonium esset solidum, nullus pateret locus restitutioni: eadem ratione ipsum inualidat quocumque iuramento confirmatum, cum iuramentum ipsum etiam per iniuriam fuerit expressum: alioqui maneret ille per iniuriam citra remedium ligatus. Neque Augustinus allegato can. Inter cetera. si perspetè intelligatur, contrarium sentit. Ille enim Vbaldus, duo, necis timore impulsus iuravit. Primum, quod suam concubinam in uxorem duceret: Alterum quod matrem cum fratribus domo expelleret neque quicquam illis alimonie impederet. Respondet ergo Augustinus, quod quantum ad matrimonium contrahendum quia nihil vetat concubinam in uxorem accersere, sit illud firmum in Deo: id est, licitum & forte sanctum, si propter iuramentum confirmetur. Non enim, aut firmum iam tunc fuisse: quia non iurauerat nisi per verba de futuro. Sed quantum ad aliud membrum de priuanda matre, vitæ subsidio, iuramentum, inquit, est illicitum & non seruandum. Itaque non approbauit matrimonium tanquam necessarium, sed tanquam licitum & honestum: Ad primum igitur argumentum in contrarium respondetur, illud qui coacte matrimonium iuravit, licet non impleat, non esse periurum: quia vel Deus vel ecclesia, secundum opiniones supra relatas, illud facit irritum, nisi qui per metum iuravit, absente metu iuramentum confirmauerit. Ad secundum respondetur non esse simile: nam qui latronibus pecuniam per metum propter iusiurandum numerauerit, potest in integrum repetendo restituere. Secus in matrimonio. Et ideo illic iuramentum dandi erat obligatorium, hic verò minimum.

Et per hoc respondetur capitul. Verum. de iureiurand. omnia enim alia iuramenta in alijs contractibus natura sua ob eadem rationem

Ratio opinionis.

Ad auctoritatem Aug.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Ad cap. Verum.

sunt implenda, quoniam per metum extortum sed tamen si petatur relaxatio, consuevit ecclesia huiusmodi iuramento relaxare: sed in matrimonio nulla opus est relaxatione: quia nullum erat. Et eadem ratione, si quis renunciationem electionis per metum iuravit, iuramentum tenet, nisi relaxetur antequam alius eligatur. Potissima tamen omnium ambiguitatum in hac materia est, si quis necis metu compellatur matrimonium consummare: videtur enim tunc matrimonium esse validum, eo quod metus non censetur cadere in constantem virum. Arguitur enim sic. Aut ille verè contrahit, aut secus: si contrahit, ergo consensus fuit firmus: si verò non contrahit, concubitus ille est fornicarius, atque adeo in trinfecè mortale delictum: ob nullum autem metum licet peccare ergo ille non est vir constantis: metus verò non cadens in constantem virum non inualidat matrimonium: ergo illud est validum. In contrarium autem est argumentum quod nihilo videtur infirmius. Nam si illud matrimonium teneret, non satis esset (ut supra de iuramento argutum est) eius per petuitati consultum: quoniam consensus in carnalem copulam perinde est coactus, atque consensus in matrimonium, eademque perinde ratione conuenit esse irritum & cassum. Paludanus dist. presentie. q. 1. artic. 4. censet eiusmodi matrimonium in foro ecclesie esse validum, saltem si viro illata est coactio: quoniam ille non potest nisi consentiens coire. Quare licet consensus fuerit metu extortus, tamen ille metus non iudicabitur viri constantis, si eum in delictum comiecit. Ob idque licet dicat non consensisse in matrimonium, non dabitur ei fides. Et idè est de puella si metu consensit in copulam. Potest tamen ipsa non solum allegare metum, sed vim ita ut fuerit tenta vel ligata dissentiens, atque adeo citra suam culpam turpitudinem passà. Et tunc nec in foro ecclesie nec in foro conscientie matrimonium est validum, nisi ipsa in copulam consenserit. Profecto res est mihi perplexa. In primis nisi consensus adfuerit in matrimonium certum est nullum fuisse in conscientia, licet consensus in copulam interuenerit: quia tunc concubitus non potest esse maritalis. Sed dubium est dum uterque consensus adest tam in matrimonio quam in copulam, sed uterque metu necis extortus. Tunc autem si ille utrumque consensum coactum confiteretur, nescio quid nam ecclesia decerneret. Certum tamen est, quod si decerneret matrimonium non esse validum, re vera neque in conscientia esset validum: quoniam

Ad cap. Ad aures.

Dubium.

Argumentum.

Contrarium argumentum.

Paludanus.

Nota.

Sententia authoris.

Res perplexa.

Probatur Pars negatiua.

Aristot.

Nota.

Autoris re solutio.

Percontatio.

Responsio.

Solu. 1. ar.

niam non procederet tunc ex presumptione, sed iudicando talem consensum non fuisse legitimum. Si tamè iudicaret, esse validum, tunc etiam in conscientia esset validum, quia indicat illum metum, nisi copula affectu maritali fuerit confirmata, non cadere in constantem virum. Et ideo ad usum & morem ecclesie est res deferenda. Et qui sustinere voluerit non esse validum, non erit proorsus ratione destitutus. Sed recurrendum illi est ad illam distinctionem in capite articuli propositam: nempe, quod ille metus genere suo & obiecto, scilicet mortis, sit cadens in constantem virum, licet per accidens ratione subiecti non sit viri constantis, quia lapsus est in peccatum. Et talem tunc dicendum est sufficere ad inualidandum matrimonium. Vulgus enim eum, qui metu mortis accessisset ad illam etià affectu fornicario, non ideo censet in constantem: quia sicut vnus actus non facit virtutem, ut ait. 2. Ethic. Philosophus, ita neque vnus actus peccati tollit habitum virtutis, ut vir desinat esse constans. Ob idque ecclesia illum accessum quauis fieret maritali affectu, irritum esse voluit. Atque hæc opinionem olim cum magistris probabilioræ estimabam: modò tamè non satis mihi firmus videor illi incumbere. Admittere enim metum esse viri constantis illum, qui hominem in lethale crimè prostermit, certè neque doctorum sermo, neque ratio gratis consentit. Et ideo qui hanc opinionem tutari vellet, doctus fortè diceret, matrimonium inualidum esse: non quia metus esset cadens in constantem virum, sed quia esset terribilissimus, & illud libertatis gradum, qui matrimonio est necessarius, auferens. Sed quia hoc etiam mori loquendi sacrorum canonum non vsque adeo consonat, tutior est altera pars: nempe, quod ecclesia debet illud præsumere matrimonium, atque adeo contrahentes perstringere, ut in illo perseuerent. Nihilominus tamè in foro conscientie, si consensus in matrimonium fuit iusto metu coactus, & consensus in copulam non fuit, ut affectu maritali, sed ut fornicario accederet, non fuit matrimonium: secus si fuit cum maritali affectu.

Quod si roges. Quomodo ergo qui in istas angustias cogitur, debeat peccatum euadere? Respondetur, quod altero duorum modorum, scilicet, vel citius morti succubendo, quam copulam consummet: veluti si cuius præsentanea mors offerretur, nisi in fornicatione consentiret, vel eadem copulam affectu maritali consummando, & matrimonium perficiendo.

Ad primum igitur argumentum in principio articuli positum respondetur, quod et si consen-

sus ille coactus simpliciter sit voluntarius in particulari, tamen quia per iniuriam tam ingenti metu extorquetur, illo caret libertatis gradu, qui est matrimonio necessarius.

Ad secundum respondetur, non semper esse necessarium aut cõcedens, ut qui coactus consentit, ad spontaneum consensum inducatur, nisi quando è re sua illud fuerit matrimonium. Si autem voluerit contrahere, vel iterum debet sua sponte consentire, vel coactum illum consensum cessante coactione retinere. Nam et si in poenam raptus raptor secundum antiquos canones & leges prohibitus fuerit cum rapta contrahere, ut can. De puellis. 3. q. 7. & C. de raptu virginum. l. vnica. iam tamen potest rapta puella cum raptore contrahere, si prior dissentio transeat post modum in consensum, & quod antea displicuit, tandem incipiat complacere, ut extra de raptoribus, cap. vlt. Consensus autè raptoris seu metum inferentis nunquam ad matrimonium sufficit, quousque accedente libero consensu alterius fiant ambo mutui.

Solu. 2. ar.

c. fina. de raptoribus

ARTICVLVS III.

Vtrum vel princeps subditus, vel pater filium possit ad matrimonium cogere.

In his, quæ dicta sunt, parua demum oritur dubitatio, vtrum aliquis quem inuitum valeat ad matrimonium cogere. Et arguitur, quod princeps id possit. Nam ut supra citatum est. l. Cõtinet. §. sed vim. ff. quod in et. cau. Vis, quæ magistratus intulit iure licito, non vitiat contractum: vsu tamen venire potest, ut in bonum publicum nuptiæ alicuius illustri conferant: ergo tunc princeps ipsum potest iure perstringere. Secundo de patre arguitur. Legitur enim Genes. 38. quod Isaac præcepit Iacob, ut non acciperet uxorem de filiabus Chanaa, quod nunquam, nisi vim haberet coerciuam, fecisset.

Accedit verbum Pauli ad Coloffen. 3. Filii obedite parentibus per omnia: nam à quibus esse & viuere suscepimus, eisdem omnimodam obedientiam debemus: qua utique ratione supra monstratum est, patrem posse despõdere filios, sponsaliaque iuramento firmare, quod certè nisi cogere eos posset, nefas esset, nam periculum tunc periurij subiret.

Quarto denique arguitur. Per leges ciuiles

Partis affirmatiua.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

principum nonnullis prouincijs, vt in Hispania, facultas facta est parentibus exheredandi filias, quæ ipsis inuitis vel inscijs clam nubunt: huiusmodi autem leges nõ essent licitæ, nisi parentes valerent filios constringere.

Pars negatiua.

¶ In contrarium est, quod vt cap. Accessit, & alij de desponsa. impub. cautum est, puellæ à parentibus ante septennium desponsatæ facultas fit reclamandi.

Decisio ar.

¶ Quæstiunculæ huius negatiua solutio satis lucidè ex superioribus colligitur, potissimum ex art. 2. dist. 27. quæst. 1. vbi abundè mōstratum est, Deum hanc facultatem nemini hominum reliquisse, vt inuitum quempiam in matrimonium obruderet: quippe quod cum natura ipsius, quod perpetuum esse debet, è diametro pugnet. Et hæc fit prima huius art. conclusio, sed ad dissoluenda nonnulla cōtraria eadem hinc quæstio & conclusio repetitur.

1. Conclusio.

Solu. 1. ar.

¶ Vnde ad primam authoritatem de principe respondetur, lege illa citata nihil aliud cōtineri, quàm quod vis iusta principis matrimoniũ non vitiat. Iusta autem vis est, quando ex lege procedit, vt dum qui virginem deflorauit, compellitur eam sibi matrimonio copulare, nisi dotare voluerit: nam postquã ille sua spõte vitium perpetravit, non censetur inuitus id pati, quod inde subsecutum est. Vbi autè nulla adest hominis voluntas, naturæ matrimonij repugnaret, ob bonum aliquod commune ingrato sibi coniugio eum complicare.

Cap. 1. de adulter.

An pater id possit.

¶ Quod autem nec pater eodem iure polleat, probat. D. Tho. hoc pacto. Cùm in matrimonio sit quædam quasi seruitus perpetua, nequit pater filium, quippe qui liberæ conditionis est, cogere. ¶ Quod si contra quis arguat. Pater necessitate cõpulsus poterat filium vendere, saltem vetusta lege. C. de patribus qui filios distraxe. l. 2. tametsi inter Christianos sit in vsu: sed mera seruitus molestius vinculum est, quàm coniugale: ergo eadem ratione potest filium ad matrimonium cogere. Negatur consequentia, tum quia seruitus non exigit amorem, sed satis est, vt seruus timore seruiat, cum tamè coniugale commercium suapte natura mutuum amorem coniugum exposcat: tum etiam quia seruitus suapte conditione nõ adfert perpetuitatem, vt matrimonium, cum possit se seruus redimere.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Colligitur ergo secunda conclusio, quod pater non potest filios ad matrimonium simpliciter compellere, vt ciuili etiam lex. Non cogitur. ff. de ritu nuptia. admonet. Et ratio præfertim theologica. Nam si post matrimonium ratum potest vnus coniugum altero inuito re-

2. Conclusio.

ligionem profiteri: fortiori ratione filius inuitis parentibus ad matrimonium eum compellentibus id potest, atque adeò eum compellere nequeunt.

¶ Accedit tandem huic tertia. Pater potest inducere filium precibus & monitis, imò nonnunquam præcepto, cui tamen ipse eatenus parere tenetur. quatenus causa illius præcepti se habet erga ipsum, vt si causa ipsum cogat, de necessitate tenetur sub pœna peccati obedire. Et sic intelligitur. l. Si patre cogente. eod. tit. Vt si pater eum desponderat, & sponsalia iurauerat, in matrimoniumque sit filio vitæ & commodum, neque vll. sit causa repudiandi. Si autem causa præcepti procedat ex honestate: tenetur filius tunc etiam ex honestate obedire, & non ex necessitate. Atque hoc pacto intelligitur verbum Honorij capit. citato, Tua nos. scilicet, quod filius omnino debet quod pater promisit adimplere.

3. Conclusio.

¶ Quod si quis arguat. Videtur secunda conclusio tertiæ repugnare, quippe quæ concedit teneri filium nonnunquam parere parenti sub pœna peccati mortalis: hoc enim est cogi. Respondetur nullam esse repugnãtiam. Secunda enim conclusio solum affirmat, quod sine consensu filij per consensum patris non firmatur matrimonium, licet possit illum desponsare. Præterea quod neque ipsum potest, aut metu mortis aut alio cadente in constantem virum ad consensum perstringere. Cui nõ repugnat, vt possit iubere.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Per hæc ergo ad secundum argumentum respondetur. Iacob enim iussa parentis. capeisse re tenebatur, nempe, vxorem ex Chananzæis non suscipere, tum propter eorum malignitatem & idololatriam, tum etiam quia terra illa Chanaan patribus promissa, bello erat petenda, & suis habitatoribus priuanda: quare præceptum Isaac non aliud quàm acquisitum fuit.

Solu. 2. ar.

¶ Et eadem est solutio Paulini verbi, tenetur siquidem filius obedire patri in licitis omnibus & honestis tanquam liber homo. Quare non cogitur omnimode in ijs obtemperare, in quibus est tam liber, quam ipse pater: puta, in matrimonio contrahendo, per quod filius futurus est pater. Vnde licet pater possit sponsalia filij iurare, tamen iuramentum non habet arctiorem vim, quàm quod quantum in se erit operam dabit matrimonio filij conciliando: quod quidem, ius non aufert eidem filio reclamandi: & ideo conditio illa, nisi filius renuerit, semper iuramento includitur.

Solu. 3. ar.

¶ Quartum argumentum, quia non solum ecclesiasticas leges, verum & ciuiles tangit, negotium

4. Argumentum.

Capit. Cũ inhibito.

gotium doctoribus facefsit. Et primũ omnium cap. vlt. de clandest. despon. vbi statuitur, vt filij ex clandestino matrimonio nati non habeantur vt legitimi, nil ad rem attinet præsentem: quoniam vt dist. præcedenti mōstratum est, non censentur illegitimi propter solã clanculariam dispensationem, sed propter eius cōtractionem in gradu prohibito, quæ causa est, vt filij sint spurij. Impræsentiarũ verò non agitur nisi de pœna eorum, qui contra voluntatem parentum contrahunt, licet verum perficiant matrimonium. In eos enim, qui sic se matrimonio iungunt, ciuiles leges pœnas decernunt, saltem peculiare regni Hispaniæ, nescio an & aliarum nationum: nã & de Neapoli idè fertur: nempe, quod si filia contra parentũ voluntatem clam nupserit, licet ipso facto nõ sit hæreditate abdicata, sit tamen in potestate parentis eam abdicare. Ius autem cõmune, quod viderim, nullum extat de hac re expressum: nam in authen. vt cum de appel. cog. §. Causas autem. colla. 8. inter iustas ingratitudinis causas, ob quas pater potest filias ab hæreditate excludere, nõ habetur, nisi quod si filia, quam pater vult nuptui tradere, non consenserit, sed luxuriosam vitam degere elegerit. Subditur tamen, quod si a vigesimo quinto anno parentes distulerint eam marito copulare, & forsitan contigerit in suum corpus peccare, aut sine consensu parentum marito se (libero tamen) coniungere, hoc ad ingratitudinem filiæ non imputetur. Ex ista tamen particula aliqui ex canonicis elicere contendunt à cōtrario sensu, quod si ante vigesimum quintum annum inconsultis, vel dissentientibus parentibus nupserit, ex hæredari possit. Sed re vera collectio a gerri- ma est, imò glossa illic, & de in officioso testamen. Authent. Sed si post. in. C. vbi eadem authentica transcribitur, non infert nisi quod si ante viginti quinque annos, vel in suum corpus peccauerit, vel seruo nupserit, ingratitudinis rea sit, secus si nupserit libero. ¶ Extat autem in Hispania lex. 49. inter Taurinas, vbi si filia clam præter parentum voluntatem nupserit, facultas fit eis eam hæreditatis iure expoliare, quin verò alia nuperrima. Vallisoleti adiecit, quod quauis filia. 25. annorum etatem exce- cerit, eidem subdatur legi. Interpretes autè canonici iuris de hac re dissident: nam alij dicunt leges has ciuiles non esse iustas, quippe quæ iure canonico sint abrogatæ, alijs contrarium asserentibus. Et sunt doctorum turbæ vtrinque; tam multæ, vt rem potius confundant, quàm elucident: quia non agunt opinionem pondere, sed numero.

Contrahentes cõtra voluntatẽ parentum legibus puniuntur.

Ius cõmune.

Collectio.

Nota.

L. 49. Taurini.

Prægmatica 4. 1. anni 1537.

An huiusmodi leges sint iustæ.

¶ Duo ergo hic pro nostra tenuitate respõdemus. Primum enim quod iura canonica principibus huiusmodi leges interdican, non video: Imò cum matrimonium vt sæpè diximus, sic sit sacramentum, vt sit etiam ciuili cõtractus, nil vetat quominus vt priori ratione ad forũ ecclesiasticum spectat, posteriori, ciuili etiam aliquatenus subdatur. Non quod principes ea possint, quæ sunt de matrimonij substantia de mutare, sed tamen quod valeant cõtrahentes mul- etare, vbi in bonum publicum cõtrahendo deliquerint: nã possunt delictis, quorum iudiciũ ad ecclesiasticum tribunal pertinet, supplicia etiam quatenus pacem reipub. perturbant, decernere, vt aduersus vsurarios & periuros, & aduersus eos qui viuētibus vxoribus incestas nuptias cõtrahant: & in illos fideles: qui cum infidelibus aut Iudæis matrimonio cõiungunt. Delictum autem profectò est inconsultis parentibus id sine vrgente causa attentare: adeò & ratio naturalis, & iura tam canonica, vt can. Aliter. 30. q. 5. & alij tum etiã ciuilia plurima ius erga liberos de hac re parentibus cõferunt

Sententia authoris.

Nota.

Diluantur fundamenta.

Aliud Cap.

Obiectio.

Dilutio.

Exemplum.

Cap. autem Tuam. de ord. cognitio. quo aiunt hanc facultatem principibus adimi, profectò ineptè ad hoc allegatur: quippe cum illic Honorius solum decernat, causam matrimoniam lem atque adeò legitimationes liberorum ad examen ecclesiæ pertinere, sanè cui incumbit iudicare an matrimonium fuerit validum. Ex quo profectò nulla consequutione colligitur, vt principibus inhibeatur de successione hæreditatis leges ferre. Quin verò capit. aliud: scilicet, Causam quæ. in. 2. qui filij sunt legitimi, quod simul pro se afferunt, contra eos militat: quippe vbi Alexan. fatetur ad regem pertinere non ad ecclesiam de possessionibus iudicare, vbi agitur de illegitimo matrimonio, licet causa matrimonij fuerit ne firmum aut infirmum pertineat ad ecclesiam. Quod si arguas. Ius canonicum liberam potestatem tribuit filijs matrimonia contrahendi. Conceditur quidem imò & iure naturali & diuino eadem fundatur libertas. Sed si inde inferas, eadem iura inhibere principibus ne vllas pœnas contrahentibus decernant, negatur consequentia. Nam etsi ob eadem libertatem matrimonia inconsultis parentibus sint valida, non tamen semper contrahentes excipiantur à delicto, quod princeps punire potest. Si enim duo illustrissimi magnates vellent suos liberos matrimonio coniungere, qua ratione duæ eorum amplissimæ primogenituræ in vnã domum coalescentes periculum regi & reipublicæ crearent, profectò posset tunc rex & de- beret

beret tale matrimonium sub grauisimis poenis inhibere. Pari ergo fere ratione interdici valet, ne magnatum filiae inconsultis parentibus nubant. ¶ Addiderim tamen secundò hoc temperamentum, quòd huiusmodi leges non debent semper toto rigore executioni mandari. Vnde consultissimè non eandem poenam infligunt liberis masculis absq; voluntate parentum contrahentibus, quàm foemellis, quæ cum non tanto ingenio & prudentia vigeant, debent (in concinnandis potissimum nuptijs parentibus obstrictius esse subiectæ, ne leuiter de se disponant. Sed nihilominus debet causa quoq; nubendi æstimari, vt si fortè filia erat iniuria parentum oppressa: quam ne dotarèt, vel alia de causa, nuptui tradere recusabāt, tunc certè nō esset rigore legis in illam animaduertendum si clam nupserit suo æquali quemadmodum si absque vlla causa id fecisset. Quare neque in personis inferioris fortis debet ille rigor obseruari, vt in illustribus: quia nec tantū detrimētū populares per hæc matrimonia suis domibus afferunt. In summa quòd Christianissimus quisque rex de hac re decreuerit iustum est.

Nota.

Pœna. l. 49 nō habet locum in masculis.
Ratio.
Causa nubendi æstimanda.

Nota.

QVÆSTIO SECVNDA, De consensu conditionato.

ARTICVLVS. I.

Utrum consensus conditionatus sit ad matrimonium per se sufficiens.



Ropè ad coactum consensum accedit conditionatus: & ideo similiter quæritur, vtrum aliquando per se sufficiat. Et arguitur à parte negatiua. Matrimonium exigit verba simpliciter consensum exprimentia: quod autem sub conditione enunciatur, non simpliciter asseritur: ergo nunquam eiusmodi consensus sufficit. ¶ Secundò, quia verba, quibus matrimonium cõciliatur: debent esse certa & firma: adiecta verò cõditio incertitudinē quandā præ se fert. ¶ In contrarium tamen est, quòd cum alij cõtractus sub conditione celebrati impleta conditione sint puri & firmi: nil obstat quominus

Partis negatiue.
argumentū primum.

2. Argum.

3. Argum.

simili consensu contrahatur matrimonium. ¶ **Conditio** in præsentiarum non vsurpatur pro rei qualitate quemadmodum dicimus aliquem esse feruiliberæue cõditionis, sed pro illa, quæ contractui apponi consuevit. Vnde conditio in hoc significato est dispositionis: scilicet, actus vel cõtractus ex euentu incerto suspensio: vt si dicam, Ducam te in vxorem si tantum mihi æris pondus in dotem numeraueris. Et solent iuris periti quatuor cõtractuū moderamina distinguere, quæ sunt, Demonstratio, modus, causa, & conditio. Quorum singula suas habent notulas. Demonstratio enim fit per relatiuum aut per nomen exprimens qualitatem, vt Ducam Mariam, quæ libera est, aut ducam istam virginem. Sed modus exprimitur per coniunctionem, vt, Ducam te cum filiam, vt honoris mihi accessio inde fiat. Et ad modum reducitur determinatio temporis, vt contraham tecum Dominica in albis, quando per ecclesiam licet nuptias celebrare. Causa autè exprimitur per, quia, vt ducam Cras si filiam: quia prædiues est. **Conditio**, verò exprimitur per, si, nisi, aut, cum, & similia, vt Contraham tecum si dederis, vel cum dederis centum, vel, nisi pater renuerit. ¶ His præmissis ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima est. Tria reliqua moderamina, siue vera sint siue falsa, siue turpia siue honesta, aut cuiuscunq; qualitatis, nihil ad matrimonium cõfirmandū, vel infirmandum referunt, magis quàm si non apponerentur, nisi formam cõditionis induant. Exemplum. Si quis dicat, Accipio te, quæ, vel, quia venenum sterilitatis potasti, matrimonium cõtrahit, siue potauerit illa siue secus, licet eiusmodi potatio fini matrimonij obftet: quia nō apponitur vt conditio. Imò quauis dicat, quia scio te sterilitatem procuraturā vel pretio amicos receptorā. Et ratio est, quia illa non ceu conditionē apponit, sed quia vxorem sterile, solum vt illecebris carnis occurrat, quærit, vel quæ illum quomodocunq; sustentet, etiam turpilucro. Si autem diceret de futuro, Contraho tecū, quæ datura mihi est tatum dotis, illa iam vim habet cõditionis, & ideo cõtractum suspendit quousq; per impletionem purificet. Et pariter si diceret, Accipio te, quæ venenum sterilitatis potabis, nō esset securum matrimoniu: quoniam videtur habere formam conditionis contra eius finem: id est, si potaueris. Quoniam si diceret quia dabis mihi tatum dotem, cõditionē videretur apponere. Quauis causales istæ defuturo ambigæ sint, possunt enim referre vel conditionem vel duntaxat credulitatem proferentis. Et istò secundo modo

Conditio quid.

Quatuor contractuū moderamina.
Demonstratio.
Modus.

Causa.

Conditio.

1. Conclu.

Exemplum

modonullatenus contractum vitiant matrimonij. Et idem de demonstrationibus sentientium. Eademq; ratione si diceret, Contraho tecum, vt impedimenta generationis procures, anceps esset oratio. Nam etsi coniunctio, vt, modum suapte significatione designet, creberimè tamen vim habet cõditionis. Similiter si quis dicat, Contraho tecum, quæ libera es, vel quia libera es, illa non est mera demonstratio, sed vim gerit erroris cauendi. Et ideo si erat illa mancipium, & illud ille præsciuerat, matrimonium tenet, si autè crediderat esse liberam, nullum est, non propter defectum demonstrationis, sed propter errorem circa personam, qui matrimonium vitiat. Quare illa demonstrationis adiectio suffragabitur proferenti, vt creditur existimasse eam liberam, & onus probationis transferetur in foeminam, quæ probare tunc tenetur, cum sciuisse se esse ancillam.

Ratio conclusionis.

Conditio gener.

Conditio gener.

Conditio particula duplex.

Cõditio cõtingens duplex.

¶ **Conclusio** hæc facili ratione probatur: quoniam illa: quæ matrimoniu variant vel vitiant, debent ad substantiam seu vim contractus spectare: demonstratio autem & modus & causa ad vim cõtractus non spectant, sed ad causas, quæ cõtrahentes mouebant, vel ad opiniones rerum, quas conceperant. Quocirca quauis demonstratio aut causa sit falsa, nihil refert, vt quispiam dicat. Contraho tecum, quam pater mihi desponsauit, aut, quia parentibus nostris per placet, tunc quauis falsum illud sit, nihilominus matrimonium tenet. Falsa enim demonstratio minimè legatū aut contractum vitiat. ¶ **Falsa. ff. de condi. & demonstr.** ¶ Ante secundam verò conclusionē prænosse oportet plurima esse cõditionum genera. Quædam enim sunt conditiones generales, quæ licet non apponantur, intelliguntur: Vt Contraham tecū, si Deus voluerit, aut si nos viuos serauerit. Aliæ sunt particulares, sed tamen contractui matrimonij necessariae, vt si vir diceret hermaphrodito, Contraham tecum si sexum elegeris foemininum, aut si mihi nō fueris cõsanguinea: aut si diceret sarracena. Contraham tecū si fidem Christi profiteri decreueris. Et huiusmodi omnes conditiones nil refert seu apponantur seu taceantur, nam ex natura rei censentur appositæ. Ex alijs verò particularibus quædam sunt aut necessariae in se, aut simpliciter impossibiles, vt si sol oriatur cras, aut si cælum digito tetigeris. Aliæ verò sunt contingentes. Atq; istæ sunt rursus bipertitæ: quædam enim sunt contra substantiam matrimonij aut eius finem aut fidem, vt, Cõtraho tecum quousq; aliam inuenero melioribus moribus præditā, quod est contra matrimonij perpetuitatem.

Vel. Contraho tecū si sterilitatis causa procuraueris, quod est contra eius finem. Aut si aliquem admiseris, qui tecū adulteretur, quod est contra eius fidem. Aliæ verò sunt, quæ matrimonio minimè aduerfantur: & istarum quædam sunt honestæ, vt Contraho tecū si pater consenserit, aut si dotem mihi dederis, vel si fueris virgo: Aliæ autem turpes, vt Cõtraho tecum si mihi fueris in furto vel homicidio perpetrando adiutrix. Atqui omnes istæ apponi possunt aut verbo de præsentia: cõtraho, ducam, nubam: aut de futuro, contraham &c. ¶ Rursus animaduertendū, quod matrimoniu ipsum conditio nem non admittit, sed eius cõsensus. Quod est dicere, quod consensus potest quidem ex cõditione pendere, sed quandiu ille pendet, matrimonium nullū est, quippe cū absolutus purusq; debeat esse contractus, atq; adeò quousq; cõditio purificetur, & consensus fiat de præsentia purus, aut maritalis accedat copula: vigorem coniugij nō habet. ¶ In calce demum animaduertendū, quod nulla istarum conditionum, quicquam adfert momenti ad matrimonium confirmandum, vel infirmandum, nisi ambo contrahentes in illam conditionem consentiant, ita vt quam vnus obtulit, alter accipiat. ¶ Sit ergo secunda cõclusio. Consensus de præsentia sub cõditione de præsentia, si illa tunc vel impleta est vel adimpletur, per se absq; alio consensu sufficit ad matrimoniu, quod ideo eodē momento perficitur: vt si Petrus dicat Mariæ secū cõsentienti, Cõtraho tecū si patri meo placuerit: id est, si iam modò placet, Conclusio est nemini dubia, quippe cuius ratio est liquida. Nil enim hinc, quod substantiam sacramenti attingat, deest, si modò personæ sint legitime, cum interueniat assensus mutuus de præsentia nullatenus ex futuro depēdens, qui ideo eodē momento, quo exprimit, vim suā obtinet: nā & in alijs ciuilibus cõtractibus ita res habet. ¶ **Institutio talis. ff. de cõdi. instit. & l. cū ad præsens. ff. si cerpet. vbi habet, quod si cõditio est de præsentia aut de preterito non suspēdit contractū.** Vnde. l. Itaq; ff. eod. cõcluditur, quod tunc potestatem conditionis obtinet cū in futurū confertur. Si verò conditio nō esset adimpleta, aut esset matrimonio cõtraria, cõsensum irritaret: Et intelligitur sic cõclusio, quod etiā si contrahentes assensum parentum ignorēt, imo quauis credāt eis displicere, si postmodum constiterit parentibus tunc fuisse gratū, non opus est alio consensu, sed matrimoniu habedūm est pro rato. Quin etiam satis est in virtute eius placuisse: nēpe, si licet tunc essent dormientes, cogitauerāt tamen de illo matrimonio, & placuerat eis, Qui-

Conditio que matrimonio non cõtrahit.

Nota.

2. Conclu.

Ratio conclusionis.

Conclusio declaratio.

Quinimò fortasse licet de hoc nunq̄ cogitasset, si postea interrogati matrimonium approbarēt, approbatio illa esset interpretis virtualis cōsensu præteriti, vel saltem nō displicuisse. Cum enim dicitur, si patri placuerit, sensus videtur si nō fuerit dissentitus, & sciens gratum habuerit. Attamen si tunc parentibus displicebat, quāuis postmodum scientibus placeat, matrimonium nullum est absq; nouo consensu. Nam conditio ad aliud momētum referenda est, quo consensus de præsentī exprimitur.

Corollarium ¶ Hinc colligitur q̄ quāuis cōditio verbis de præsentī adiecta sit de futuro, si tamen est necessaria in se, vt si sol oriatur cras, perinde sit solidū matrimoniū, ac si cōditio esset de præsentī. Assertio est S. Thomæ dist. præsentī, art. 3. quæstiuicula. 3. quāuis glossa super cap. Per tuas, de cōdi. apposi. contrariū sentiat dicens, q̄ etiam huiusmodi necessaria conditio suspēdit contractū: & ideo si iste anteq̄ sol oriatur cras aliud matrimoniū contraxerit de præsentī, illud, inquit, est validum. Sed re vera glossa hæc nulli est rationi consentanea. Nā cum illa cōditio sit iam in suis causis naturalibus necessaria, impleta cōsetur. Ad quod facit expressē. l. Si pupillus. §. Qui sub conditione. ff. de noua tionib⁹. Qui sub cōditione stipulatur, quæ omnino extitura est, purè videt stipulari. Et in l. de inutilib. stipula. §. si impossibile. Et l. Impossibilis. ff. de verb. obliga. Si quis sub illa conditione aliquid spondet, si calū digito non attingero, purè facta obligatio intelligitur, quia conditio est necessaria. Secus si conditio ponatur vt modus, scilicet, contraho tecum in diē vel pro die crastina sub solis ortum: tūc enim conditio trahit cōsensum ad futurum, & facit tantum spōsalia. Si verò talis per se necessaria conditio addatur verbis de futuro, vt contraham tecū si sol oriatur cras, aut si calū circumferatur, eadem ratione valebit pro spōsalius, ac si nulla esset adiecta cōditio. Sed tamen nō restringit ad contrahendū cras: quia nō apponitur tanq̄ determinatio tēporis. Si autē diceret, Contrahā tecum si pater meus moriatur, quāuis conditio sit necessaria, videtur tñ adiecta, vt modus tanq̄ temporis determinatio: & ideo nō teneris contrahere vsq; ad patris obitum. Sed si dicas de præsentī, Cōtraho tecum si pater meus sit moriturus, continuò tenet matrimonium: quia conditio est necessaria, & nō ponitur vt designatio temporis. In his ergo & similibus discernēdis prudentia opus est.

Dubium ¶ Dum autē verbis de præsentī adhibetur honesta cōditio de futuro, disidium est inter iuris peritos & theologos, vt r̄m conditione ad

Cōditio, si patri placuerit.

Corollarium

S. Tho.

Glossa cap. Per tuas.

Reprobata glossa.

impleta opus sit nouo consensu ad confirmandum matrimoniū, an verò sufficiat ille præcedens. Panor. siquidem cap. De illis. de cōditio. apposi. & Inno. 4. ac penè omnes tenent non opus esse cōsensu nouo, sed solo impletæ conditionis accessu, nisi conditio substantiæ matrimonij sit contraria. Vt si quis alicui dicat, Contraho tecum si pater cōsenserit, aut si mihi talem dotem dederis, aiunt, impleta conditione sine nouo consensu matrimonium esse solidum, quia consensus est purificatus: ita vt si ad alia vota ille transferit, nulla sint prorsus. Ad stipulatur eis Paluda. distin. præsentī. q. 2. arti. 7. Est hic tamē per distinctionē cauendū, q̄ huiusmodi conditio de futuro adhibita verbis de præsentī potest dupliciter apponi. Vno modo super illegitimam prohibitamq; materiam, vt si cognati intra quartū gradum cōtrahant sub conditione, si papa dispensauerit. Et tūc alia est diuersa ratio. Quare nō omnes prædicti canonū doctores de ista loquunt, vt paulò post videbim⁹. Sed dum super legitimā materiam cadit, vt in exēplo posito, si dotē dederis, aut si pater cōsenserit. De quo ergo nobis primū agendum. Potissimum igitur argumentum canonistæ à similitudine aliorum contractuum civilium ducunt. Dum enim quis ædes suas alteri sub hac cōditione vedit, si alias ipse emerit, vel si rex cōsenserit, impleta cōditione, non opus est alio contractu nec cōsensu, vt veditio teneat: idem ergo de matrimonio sentiendū. ¶ Sed nihilominus subiungitur tertia conclusio. Cōditio de futuro adiecta verbis de præsentī facit consensum in virtute esse de futuro ceu sponsaliorum: & ideo adueniente cōditione non fit matrimonium nisi nouus consensus de præsentī acedat. Conclusio est S. Thomæ dist. præsentī. ar. 3. quæstiuicula. 3. & omnium theologorū. Et re vera perspecta ratione nullaten⁹ esse potest dubia. Ratio quippe est, q̄ conditio de futuro, facit consensum expressum per verba de præsentī esse pendentem de futuro, & ideo ante completam conditionem non est sufficiens: consensum autem pendere in futurum, in virtute est esse de futuro: & ideo optimè ait S. Tho. q̄ conditio de futuro, licet adhibeatur verbis de præsentī, perinde habet ac si adhibeatur verbis de futuro: cum ergo matrimonium nullatenus nisi per consensum de præsentī, vel copula superueniente carnali contrahatur, sit vt per talē consensum, nec quādo exprimitur cōditio, nec quādo impletur fiat matrimonium, atq; ad eò opus sit alio nouo de præsentī. Et cōfirmatur ratio maximè quatenus matrimoniū sacramentum est, aliorū sacramentorum exemplo: nullum enim sub cōditione quidpiā valet, vt si quis diceret, Ego te baptizo; aut cōfirmo, aut absoluo si ieiunaueris, aut psalmos recitaueris: aut si prælatus ratum habuerit: neque verò valere incipit dum conditio impletur: nam in sacramentis locum non habet rati habitio. ¶ Quòd si contra arguas. Si quis dicat foemina. Contraho tecum si tu cōsenseris, ille consensus pendet de futuro consensu alterius: & tamen ipsa consentiente non est necessarius in viro alius nouus. Respondetur, q̄ consensus ille in virtute cōtinuatur, donec fiat mutuus adueniente alterius cōsensus. Et ideo non est simile illi, qui pendet de futura conditione, aut de consensu alius tertij: puta, parentis &c. Imbecille ergo & nullius vigoris est argumentum, quod ex alijs ciuilibus contractibus ad matrimonium à canonistis accersitur: nam in alijs iuræ præsumitur consensum semper in virtute durare, quousq; conditio superueniat. Et ideo licet ille fuerit de futuro, impleta conditio confirmat cōtractum. Secus verò in matrimonio, vbi necessarius est cōsensus de præsentī.

Argu. Paludani. ¶ Sed ecce aliud argumentum Paludani, Vbi D. Tho. ait, cōditionem de futuro adiectā verbis de præsentī perinde habere ac si apponere tur verbis de futuro, aut intelligit nunc quādo profertur consensus, aut tunc quando impletur conditio: nō nunc, quia nō sunt sponsalia: nam conditio in futurum pendens vt impedit nunc matrimonium, ita & sponsalia: nec tunc quando cōditio impletur, nam tūc fit quidem matrimonium, vt in reliquis contractibus contingit. Meritò tñ Adrianus. q. 2. de Matrimonio reprehendit Paludanū, qui tam infirma ratione suū Magistrū deseruit. Respondetur em̄ ei eiusmodi cōtractū vim habere spōsaliū ab illo puncto, quo fuit consensus prolatus. Si militer enim ipse debet respondere in verbis de futuro. Si enim quis dicat: Accipiam te si dederis mihi talē dotem, quis neget oriri sponsalia? ergo conditio illa licet impediatur tunc esse matrimonium, non impedit esse sponsalia. Pari modo quando dico, Accipio, si cōditio sit de futuro. Et simili ratione impletio cōditionis nō sufficit ad matrimonium sine consensu nouo de præsentī. ¶ Et cōfirmatur vrgētissimè eadem sentētia. Ille cōtractus, Accipio te si hoc dederis, vim illico habet obligadi sub cōditione, & non in ratione matrimonij, vt cōtraria opinio fatetur: nam si ante cōpletam cōditionem, ille voluerit à contractu rescire & aliā ducere, ille secundus contractus erit verum matrimonium: ergo obligat in virtute duntaxat spōsaliū:

Cōditio de futuro dupliciter conringere potest.

Iurisconsultorum argumentum.

3. Conclusio.

S. Thom.

Ratio conclusionis.

Obiectio. Ratio. 2.

Solutio.

Solutio ad argu. Iurisconsultorū.

Argu. Paludani.

Adria. reprehendit Paludanū. Solut. argu.

Ratio. 2.

atq; ad eò adueniente conditione non erit amplius q̄ ceu spōsaliū obligatorius. Et corroboretur ratio: Si eo ipso, q̄ conditio adimpletur, esset matrimonium, nō opus esset ecclesiæ cōfessione, vt qui sic pepigerunt, cōtraherent: cōpellit autem eos vt cōtrahant: ergo non erat nisi sponsalia sub conditione obligatia. ¶ Sed arguitur ad id præterea ex. c. de illis. de cōdit. apposit. vbi ait Alexander, q̄ qui mulieri sic iuravit, Ego te in vxorē accipiam si tantum mihi donaueris; nō est postmodum reus periurij si nolentē soluere accipere renuerit, nisi vel consensus de præsentī vel copula interuenierit: ergo nisi vbi consensus de præsentī absolutus interuenierit, matrimoniū nō est validum. Et est explicatio Urbani tertij in cap. Super eo. Quæ mirandum est quomodo Canonistæ hoc caput Urbani sibi arbitrentur suffragari, cum significantius eis refragetur & patrocinetur nobis, vt bene ait, loco citato Adrianus. Cum enim illic Urbanus decreuisset, eū, qui in quadam mulierem cōsenserat, si pater suum præstaret assensum, antequam voluntas patris accederet non esse cogendum, obicit verba Alexandri, nisi consensus de præsentī intercedat, & ait, illud non esse suæ definitioni aduersum: quia iste, inquit, consensus (scilicet, cōtraho tecum, si pater meus cōsenserit) non est de præsentī habendus, licet euidētius per verba de præsentī exprimat, quia in alieno arbitrio non habito, sed habendo consistit. Tam clarè Papa quā nos loquitur. Et ea. per tuas. liquiddò id etiam docet Innocen. 3. in illis, qui in matrimonio cōsenserant si pater vel patruus in ipsum quoque consentirent: pronunciat enim fuisse tanquā nō coniuges, nisi quia antea quā pater consentiret copulam consummarunt, per quam visi sunt à conditione recessisse. Concluditur ergo, conditionem de futuro verbis etiam de præsentī adiectam non facere, dum adimpletur matrimonium, sed cōfirmare sponsalia. Quare si alter illorum ad aliud matrimonium transferit, illud erit validū. Certè nescio cur huiusmodi opiniones circumferantur tanquā Canonistarum aut Theologorum. Deberent enim pensata ratione perpendi, & non simplici assertione doctorum sustentari. ¶ Nouam autem dubitandi rationem nobis offert, quando conditio, de futuro super illegitimam materiam fertur. Vt si quis cognato suo intra gradum prohibitum dicat, Contraho tecum si Papa dispensauerit. Liquiddum enim est ante dispensationem nullum esse matrimonium: sed tamen dispensatione concessa, non desunt qui autement absque nouo

Aliud arg.

Intellectus c. Super eo.

Conditio, si papa dispēsaauerit.

Syluester. nouo consensu esse matrimonium, vt Calderi. & alij, quod Syluester, verbo. Matrimonium: 3. §. 9. inducit. Isti eodem argumento vtuntur, quo superiores. Sed multo habet minus energiam in ista materia, quam in alia. Vnde idem Panor. & Innoc. in cap. Super eo. licet in cap. De illis, vbi legitima est materia, censeant matrimonium absq; nouo consensu tenere, tamē vbi est illegitima, id negant. Et re vera non est cur hæc pars negatiua sub opinione tenenda sit, cum sit prorsus certa. Nam præter rationē nuperrime factam, qua sufficiens est, existit alia hic noua eademque vrgentior. Ad cuius intellectum notandum est documentum D. Thomæ in. 4. distin. 40. arti. 4. quod leges Pōtificum nō referuntur ad præterita, vt sententia, sed ad futura. Si enim dum lex vigeat prohibens matrimonia in quinto gradu, aliqui in illo cōtraxissent, & postmodum dum lex alia, quæ permittit cōtrahere in quinto, superueniret, non idē eorum matrimonium confirmatum cēsetur, nisi nouo consensu vtentes dispensatione contraxissent: quia lex non loquebatur nisi in posterū. Et vice versa. Si modō adertur lex prohibens quintum gradum, matrimonium eorum, qui in illo contraxerunt, nō dissoluitur. Regula est omnium doctorum vtriusq; scholæ: scilicet, & Theologorum & Iurisconsultorum communi consensu receptissima. A fortiori ergo sic intelligendæ sunt dispensationes. Cum ergo Papa super matrimonio dispensat in gradu prohibito, solum intelligit (id quod nomen ipsum dispensationis sonat) facultatem illis facere cōtrahendi, non autem ratum habere quod factum est: ergo si contra hęc volunt, nouo opus habent consensu. Cōsequētia quidem liquida est, sed minor etiam confirmatur. Nam quod in senullū fuit, fieri nequit vt validū fuerit: imō neque ex illo vlla potest oriri obligatio. I. Cum lex. ff. de fideiussoribus, vt loco citato bene adnotauit Panor. consensus autem ille inter illegitimas personas nullus fuit: quia erat iure prohibitus: ergo nō potest pro rato haberi, vt ad matrimonium sufficiat. ¶ Et arguitur explicatius. Materia legitima quemadmodum & in ædificijs, ita & in contractibus præsupponitur formæ: ergo cōsensus super materiam illegitimam nullus est, sed postquam fuerit per Papam legitima, opus est nouo consensu. Et tandem arguitur. Si sine nouo cōsensu virtute prioris fieret matrimonium, sequeretur quod illi. si Papa illis inuitis dispēlare vellet (quod certe bona occurrente causa potest) nequirent à priori pacto resilire, atque adeo posset Papa inter inui-

tōs matrimonium constituere, quod nulla potest opinione affirmari. Certē res est constantissima necessarium esse nouum consensum post dispensationem. ¶ Ex quo fit, quod quauis ante dispensationem cognati sponsi per verba de præsentis & per copulam carnalem affectu maritali matrimonium consummauerint, & proles susceperint, nullum est matrimonium, sed omnes sunt fornicationes, quousq; post dispensationem de nouo de præsentis consenserint. ¶ Quod autē maiore offerit ambiguitatē est, vtrum saltem eiusmodi cōtractus inter cognatos sub conditione, si Papa dispensauerit, vim habet sponsaliorum, ita vt superueniente dispensatione teneantur cōtrahere. Est enim casus frequentissimo vsu occurrens. Hoc dubiū latē disputat Adrianus in materia de matrimonio quæst. 10. Et pluribus à parte negatiua præmissis sustinet affirmatiuam. Contrarium verò scilicet, nullam inde nasci sponsaliorum obligationem communis opinio doctorum asserit, in cap. citato. Super eo, vt Adrianus ipse fatetur. Quæ quidem opinio plurimum ciuilibus legibus fuit vt. I. Inter stipulante & sacram. ff. de verb. obliga. vbi stipulatio, que fit de re sacra vel publica, vana reputatur, etiā si profana fieri possit & priuata: quia dum fiebat stipulatio, res erat vsib; sacris dedicata. Et idem habetur. l. continuus. §. cum quis. Et. l. si stipuler. ff. eo. tit. habetur, quod si quis stipulatur, vt id fiat, quod natura fieri nō concedit, obligatio non consistit. Et subditur ad propositum, q; si quis stipuletur de eo, quod leges fieri prohibent, cessat obligatio, veluti si quis nuptiarum sororem sibi aliquis stipuletur. Et additur, quanq; etiam si nō sit perpetua causa impedimenti, vt accidit in sorore adoptiua, quæ licet fieri posset nō adoptiua: tamen si quis stipuletur cum illa dum est adoptiua, stipulatio est nulla. Proximē certē ad rem nostram attinet hæc lex. & in. l. Idem Iulianus. §. si. ff. de legat. 1. scribitur, quod illa conditio, quæ pēdet ex voluntate principis, censeatur impossibilis. & Innoc. in cap. Pastoralis. de cau. poss. & proprie, notat, q; quæ sine dispensatione fieri non possunt, impossibilia à iure reputantur. Quo fit, vt conditio illa, si Papa dispēsaueit, impossibilis censeatur, quæ habetur pro nō adiecta. Vnde cum sine illa cōtractus sponsaliorum nullus esset, fit vt nec valeat eū illa. Adrianus verò censet cōditionem illam esse possibilem: nam Papa non solum dispensare potest super matrimonio, verum aliquādo debet, vt si promisit, vel in bonum publicum aliquid retulerit. Et

Appendix

Adrianus.

Non sunt sponsalia. Cōfirmatio communis opinio.

Conditio si papa dispēsaueit, impossibilis. Adrianus.

Sententia auctoris.

Ratio sententia.

Obiectio.

Dilutio.

Ratio alia.

Alia ratio.

Postremum argumentū.

Adriani obiectio.

rit. Et ad iura allegata, ait, illas stipulationes rerum sacrarum, prohibitarum & publicarum quassare quando in ipso contractu stipulationis non exprimitur conditio voluntatis principis, qui potest super his dispensare. Quando verò totum ad eius voluntatem refertur, tenet obligatio. ¶ Re vera fateor rem esse ancipitem, & vtrinque ambigam, facilius tamen in sententiam opinionis communis descenderim, quod nulla scilicet, inde sponsaliorum obligatio oriatur. Et ratio vna est illa, quam Panor. inducit, ex. l. Cum lex. ff. de fideiussor. scilicet, quod ex facto iure improbatum nulla nascatur obligatio. Aegra enim esset solutio dicentis, quod leges solum improbatum matrimonium inter cognatos, non tamen sponsaliorum cōtractus sub illa dispensationis conditione. Quoniam cum cognati lege sint exclusi à matrimonio tanquam indebita materia, & sponsalia sint vinculum & obligatio matrimonij contrahendi, eadem ratione est inhabilis materia sponsaliorum, quousq; materia sit legitima, iuxta. l. Oratio. ff. de sponsalib. vbi habetur, quod lex, quæ prohibet matrimonium, subinde prohibet sponsalia. Et confirmatur ratio. Si sponsalia inter cognatos contraherentur sine expressione cōditionis dispensationis, nullius vigoris esset cōtractus, vt Adrianus ipse fatetur: ergo quauis apponatur ipsa conditio, nihil valet. Probatur consequentia: quoniam licet in priori contractu non explicetur conditio, implicitē tamen iure ipso intelligitur: eiusdem autem vigoris est implicita iuris conditio & explicita per cōtrahentem: ergo si posterior valeret, prior valeret: prior autem non valet: ergo nec posterior. Præterea, certē cōditio dispensationis in moralibus impossibilis reputatur: nam regula est, vt nunquam dispensatio fiat, & rarissima exceptio, vt non nisi vrgentissima de causa fiat: quare cum natura cōtractus, non debeat ex accidentibus, sed ex ipsis, quæ per se insunt, iudicari, non debet talis cōtractus cēferi sponsalia. ¶ Ad hæc demum arguitur. Affinitas sponsalibus superueniēs illa dissoluit, vt cap. Veniēs. de eo qui cogno. consang. vxor. & cap. Super eo. de consang. & affinit. vt si sponsus cum sorore sponsæ rem haberet: facilius autem est rei ortum impedire, quam existentem rescindere: ergo eadem affinitas & à fortiori cōsanguinitas præcedens sponsalia irrita facit, quacūq; illa conditione fiant. ¶ Quod si cum Adriano responderis, aliquem subsequentem euentum vitare sponsalia præterita, quæ si præcederet,

non impediret futura, vt si post sponsalia sponsa fornicetur, aut lepram contraxerit: respondetur, id cōtingere propterea q; si illi euentus præcessissent, sponsus sua sponte illas maculas nō repudiasset: quia non sunt iuris impedimenta, cognitionis verò impedimenta sunt iure posita, & ideo si irritant sponsalia præterita, certē à fortiori impediunt futura, Hanc ergo opinionem licet non necessariam, multo tamen probabiliorem existimauerim. ¶ Quo fit, vt non modò ante dispensationem obtentam (de hoc enim nulla est ambiguitas) verū & post, vterq; possit à pacto illo recedere. Neq; verò id tantū de cōsensu alterius quia & id certissimū est, sed altero etiā inuito & reclamante. Imò quauis cōtractus ille iuratus esset, si hæc nostra communis opinio vera est, iuramentum non ligat, neq; dispensatione indiget: quia super illicitam materiam latum est. Hoc tamen addiderim temperamentum, q; licet eiusmodi cōtractus vim nō obtineat ipsos sponsaliorū, quandoq; tamen ex quadam honestate oritur inde obligatio: nempe, dum matrimonium illud inter cognatos ob aliquem bonum finem expediens est: & dum expensæ in expeditione dispensationis amplæ factæ sunt. Præsertim si sponsa se se permiserit spe illa deflorari. Tamet si non solum talis concubitus peccatum sit graue, verum & oscula & tactus, qui alios inter sponsos de præsentis licent: quia omnia feruntur super indebitam materiam. ¶ Sed arguis. Ergo sic pacisci inter cognatos semper peccatum erit? Respondetur, quod si paciscantur intendentes facere sponsalia, profecto ita secundum hanc opinionem concedendum est: & grauius peccatum erit si iuramentum adhibeant: quia fertur in materiam vitatam. Quamquā ex cōmunicationem non incurrant: quoniam poenæ sunt restringendæ, & ex cōmunicatio iure nō fertur, nisi in eos, qui in gradu prohibito matrimonium de facto contrahunt, cap. De muliere. de matri. contra. contra. interdi. ecclesie. & Clemen. vnica. de cōsanguini. & affinit. vbi nulla fit sponsaliorū mentio. Si verò non cogitent sponsalia facere, sed obligare se ex honestate ne expensæ incassum fiant, vel alia bona de causa, tunc nullum peccatum erit, etiam id iurare. Et in hoc sensu debent eiusmodi pacta semper iniri, vt euitentur peccata. ¶ Postremum tamen hic dubium sit reliquū, vtrum si huiusmodi cognati post concessam à pontifice dispensationem affectu coniugali cōmisceantur corporaliter, illud sit habendum pro matrimonio absque alio consensu, sine dispensationis concessionem ignorent, siue sciāt. Videtur

Nota tempus ramentum.

Obiectio. Solutio.

Nota.

Dubium optimum.

detur enim matrimonium non conualefcere: quoniam carnalis copula illud non perficit nisi si sponsalia præcesserint: & contractus ille, vt dictum est, non habebat sponsaliorum vigorem. Nihilominus respondetur, illud esse matrimonium, siue scientes siue ignorantes dispensationem effectum coniugali coeant: quia consummata copula post sponsalia non ob id tantum matrimonium componit quod sponsalia fuerant, sed eo quod sponsalia testimonium sunt, quod affectu maritali coierint. Et ideo quauis impresentiarum ille contractus non fuerit sponsaliorum, nihilominus quia in animo habebat matrimonium, in illudque licet vetitum, consenserant, quando postea sublato impedimento illo se affectu commiscerunt, affectus ipse habetur pro consensu. Igitur cognati, quale inierunt pactum, caueant se se mutuo cognoscere tempore, quo speratur dispensatio: nam si comperitum sit post tempus concessionis affectu maritali conuenisse, matrimonium retractare nequeunt. ¶ Ad argumenta igitur in capite questionis proposita respondetur, optimè concludere consensum ex conditione de futuro pendente neutiquam ad matrimonium sufficere. Si verò sit de presenti, & conditio de futuro nulla adhibeatur, quæ illum pendente tenet, ille certissimus est, & simpliciter de presenti, ac perinde ad matrimonium sufficiens, vt latè monstratum est.

ARTICVLVS. II

Utrum conditio impossibilis matrimonium tollat.



DE conditionibus generalibus, de quibus illis particularibus, quæ licet non apponantur, verbis ipsis contrahentium subintelliguntur, atque adeo de necessaria, perse satis dictum est. Ex reliquis autem aliæ sunt impossibiles, atque aliæ contingentes. Arguitur ergo de impossibili, quod matrimonium tollat. Consensus per verba exprimitur: qui autem dicit: Contraho vel contraham tecum, si digito cælum attigeris, nullum videtur habere consensum nisi sub illa conditione: ergo est conditionalis, & non de presenti, atque adeo matrimonium nec ligat nec ligare potest, cum conditio impleri nequeat.

Partis affirmatiue argumentum. 1.

2. Argum.

¶ Secundo arguitur. Qui verba illa affirmando profert, vel ridiculus est, vel ridens illa & ioco profert: atque adeo non est censendus habere consensum magis quam si dolo ea proferret: ergo

per illa nullum matrimonium necit, sicut neque vllum aliud sacramentum susciperet.

¶ Tertio. Reliqui omnes contractus civiles sub huiusmodi conditione initi quasi iure sunt irriti, Instit. de inutilib. stipula. §. Si impossibilis. & l. Impossibilis. ff. de verb. oblig. sed maior libertas exigitur ad coniugium: ergo nec coniugalis contractus tenet.

¶ In contrarium est Greg. 9. cap. fina. de condit. apposit. dicens: impossibiles conditiones in fauorem matrimonij pro non adiectis haberi.

¶ Quæstio est profectò intellectu non facilis, ad cuius igitur enucleationem primum omnium illud per se supra positum hic etiam supponendum, quod in foro conscientie apud Deum, vbi non sit verus consensus de presenti, nullum coniungitur matrimonium, siue conditio impossibilis addatur, siue nulla: quauis ecclesia in suo tribunali possit illud ex præsumptione pronunciare validum. Hoc supposito, ait, Palud. dist. presenti. q. 2. art. 5. con. 5. hoc Gregorij decretum satis esse mirabile, cum ille, qui talem conditionem apposuerit, deridere potius videatur, quam consentire, & ideo non est consensisse præsumendus: nam in foro conscientie si diceret confessario non consensisse, non iudicaretur matrimonium. Atque hoc quidem certissimum est, vt modò supposuimus. Sed hoc in Paludano mirabilius est, quod subdit, id non præsumi matrimonium, sed esse contrahendum propter præceptum ecclesie. Ecclesia namque nullum tale præceptum illic ponit matrimonij contrahendi, quia, vt supra diximus, nemi nem, qui sua sponte non contrahit, cogere ad contrahendum iure valet.

¶ Ad questionem ergo vnica conclusione respondetur. Matrimonium sub conditione impossibili contractum iudicio ecclesie præsumitur tale ac si nulla esset conditio appositæ. Conclusio est prædicti decreti. Dicens enim Pontifex eiusmodi conditionem in fauorem matrimonij pro non adiecta haberi, præsumendum matrimonium iubet, ac si illa non esset appositæ conditio. Et paratione si conditio illa addatur verbis de futuro. Contraham tecum, erunt sponsalia. Non autem est intelligendum quod conditio impossibilis faciat matrimonium illud, quod sine illa nullum esset, sed quod manet contractus in sua natura. Quare si quis dicat, Contraham tecum cras, si sol de cælo ceciderit, aut si digito cælum attigeris, tenetur contrahere cras. Vtimur enim nunc verbi gratia exemplis comunibus, quicquid de eorum sit veritate, quæ iam iam examinabitur.

¶ Sed profectò indigere conclusio videtur ex

positione, conclusionis

positione, conclusionis

3. Argum.

Pars negatiua.

Decisio ar.

Nota fundamentum.

Paludani.

Authoris dargutio.

Conclusio.

Ca. si. de condit. apposit.

Intellectus uerus ca. si. de cond. app.

Expositio

positione, ne sit mirabilis: nam in re vera, vt iacet, dura prima fronte apparet. Si enim quisquam Philosophus mulieri, quæ ceu philosophia se vane iactaret, affereret lunam esse in infimo orbe, & illa contendente non esse nisi in secundo vel tertio, ille subinde diceret, Ego contraho tecum si luna non fuerit in infimo orbe. Profectò nemo posset præsumere, illum voluisse matrimonium cum illa contrahere, quauis conditio illa sit impossibilis: imò censeret quisque stupidam potius inscitiam mulieris irridere voluisse. Aut si contententi astra esse animalia viuentia, diceret, Contraho tecum si astrum vixerit animali aut rationali vita. Et pariratione si magicæ dicenti, se posse volare, quis diceret, Contraho tecum si in turrim vel in cælum euolaueris, re vera non est cur præsumeretur voluisse contrahere, sed potius eam voluisse subannare.

¶ Propterea nonnulli suspicantur in his casibus posse ecclesiam de non matrimonio matrimonium facere: sed profectò nullatenus opinio est audienda. Potest enim materiam inhabilem reddere matrimonio contrahendo, vt inter cognatos, potestque in suo tribunali secundum allegata & probata hoc aut illud pronunciare esse matrimonium, aut non esse tale. At verò illud, quod re vera matrimonium fuit facere vt non sit, aut quod matrimonium non fuit facere vt sit re vera non valet. Adria. in tracta. de matrimonio, dubio. 7. alia via incedit: nempe, quod vbi contrahentes sciunt conditionem esse impossibilem, tunc non debet haberi pro non adiecta: quia cessat, inquit, causa præsumendi voluisse contrahere, imò censendi sunt tanquam impossibile matrimonium reputasse: secus si putabant esse possibile: quia tunc præsumuntur se illa queare voluisse. Attamen distinctio hæc textui Gregorij minimè consonat: eodem enim tenore, ait, conditionem turpem haberi pro non adiecta, & impossibilem: turpis autem, etiam si sciatur esse turpis, habetur pro non adiecta: ergo & impossibile. Item quia quauis existimarent conditionem esse possibilem, non inde sumitur argumentum præsumptionis, quod habuerint absolutum consensum imò pendente ex illa conditione, quæ putabant esse possibilem: & tamen papa iubet habendam pro non adiecta.

Quorundam illatio.

Sententia authoris.

Adrianus.

Sententia authoris.

Durandus.

¶ Profectò res sic in cortice aspecta perplexissima est, de qua fateor hætenus nihil me certi compertum legisse. Atque ob id Durand. in 3. senten. distinct. 39. q. 4. dicit, se non videre quomodo contrahens sub conditione impossibili præsumatur contraxisse, & ideo relinquit

peritoribus iudicandum. Et quod mirum mihi est, D. Tho. nec dist. presenti, nec. 27. q. 2. de sponsalibus, de ista conditione impossibili meminit. Quare intellixisse videtur nullam difficultatem hæc re penitus inspecta latitare. Et quod etiam notandum est. Pontifex, non subiecit exemplum de illa conditione impossibili, si cælum digito attigeris, aut de alijs huius generis. Sed doctores ex iure civili legibus citatis & alijs eadè exempla accersunt.

¶ Mens ergo Pontificis Maximi (si punctum forsitan attigerim) per hæc asserta explicatur. Primum, supponatur quod in conscientia ad consensum intrinsecum spectandum est: nam si fuerit verè de presenti matrimonium facit: si verò de futuro, sponsalia: sin minus, neutrum. At quantum ad præsumptionem ecclesie hoc maxime notandum est, quod ex conditione impossibili ecclesia non contendit sufficiens sumere præsumptionis iudicium, sed aliunde. Et multò minus intendit conditionem huiusmodi aliquid variare circa matrimonium aut sponsalia: id enim illa particula sonat, habeatur pro non adiecta. Hoc ergo duntaxat sapienter papa definiuit, quod vbi per alias coniecturas præsumitur adfuisse consensum vel de presenti vel de futuro, perinde pronuncietur illud fuisse matrimonium, aut sponsalia, ac si nulla fuisset adiecta conditio: id est, neuter coniugum teneatur illam implere, quia ad impossibile nemo obligatur. Quauis nonnunquam etiam ex natura ipsius impossibilis conditionis fiat præsumptio, qualis fuerit ipse consensus. Neque verò hoc quod conditio impossibilis habeatur pro non adiecta, est singulare matrimonium: nam & in testamentorum legatis id mos obtinuit, vt habetur. l. Obtinuit. ff. de condi. & demost. & Instit. eod. tit. & Instit. de hære. insti. §. Impossibilis.

¶ Secundo ad huius maiorem elucidationem animaduertendum, huiusmodi impossibiles conditiones esse in duplici genere: quædam enim sunt ex se & ratione obiecti impossibiles nihil ad mores aut matrimonium attinentes: quæ ideo nec appositæ tanquam per alterum contrahentium ad implendam existimantur: vt illa, si cælum digito attigeris, & aliæ in exemplis positæ. Aliæ verò sunt ad mores spectantes, & tanquam adimplendam positæ, vt si quis diceret pauperulæ mulieri, Contraham tecum si decem milia aureorum mihi in dotem numeraueris.

¶ Ad propositum ergo vt descēdamus, si quis in iudiciū delatus fateatur se consensisse sub illa conditione impossibili, de qua disceptabatur, an esset vera: scilicet, si luna non est in infimo orbe, aut si viuunt vita animali, profectò non est præsumendus

D. Thom.

Nota.

Intellectus cap. fina. Primum asertum.

Secundum asertum. Cōditio impossibilis duplex.

Exempla.

mendus matrimonium contraxisse, sed disputanti mulierculæ illufisse. Si autem cōfiteatur dixisse. Contraho tecum si cœlum digito tetigeris, perpendendum aliunde est, verum ne habuerit consensum: nempe, quia per alia verba aut facta illud conijcitur, & tunc præsumetur ioco conditionem adiecisse, atque adeo matrimonium manere solidum. Et eodem modo si cōijciatur adiecisse conditionem per frandem, vt si pollicebatur quis puellæ matrimonium, si secū in rem veneream consentiret: sed vt illā deciperet, adiecit, si cœlū digito tetigeris, profecto tūc ad repellendam fraudem merito cōpelletur in matrimonio perdurare. At verò si ex coniecturis perpendatur, aut ioco totum dixisse, Cōtraho tecum si cœlum tetigeris, aut tanquā vnum impossibile, profecto non est cur magis præsumatur matrimonium contraxisse, quā si dixisset, si angelus fueris, quod est contra substantiam matrimonij: aut quā si alijs contractibus dixisset, si tu mihi oculos, quos euulsos habeo, restitueris, dabo tibi centum millia aureorum, aut si cœlum attigeris.

Iudicium in moralibus conditionibus.
 Nota. Per hæc iudicandum in alijs moralibus conditionibus, si puella, quæ pauper videtur, dicat se habere decem aut viginti millia ducatorum, & iuuenis dicat, Cōtraho vel contraham tecum si tantū mihi dederis, & non aliās. Aut si mentita diceret, se frui maximo apud regē favore, & iuuenis ei responderet, Contrahā tecum si mihi feceris donari illustre castrum, aut marchionatum. Quāuis istæ cōditiones sunt illi puellæ impossibiles: tamen quia poterant, neque profus absq; prudentia, credi possibiles, profecto nō sunt habendæ tanquā non adiectæ, imò faciunt contractum pendulū: & ideo si nō adimplentur, nō obligat. Si verò esset alchimica mulier, quæ diceret se scire verum aurum conflare ex cupro, & alius dicat, Contraho tecum si hoc cuprum fuerit à te in aurum versum, re vera illa conditio sic erat impossibilis, vt nisi ab ignarissimo homine non posset credi possibilis, & ideo tunc ad alias coniecturas recurrēdum est vt iudicetur interfuerit ne cōsensus, nec ne, vt reputetur illud matrimonium. Per hæc exempla quisque poterit de alijs iudicare. ¶ Et in summa nos nihil aliud cōstituere volumus, quā quod sensus Pontificis de conditione impossibili habenda pro nō adiecta, non sit, q̄ eo ipso sit iudicandum verum esse matrimonium aut sponsalia: sed intentio eius fuit nudare contractum ea conditione, vt si vel ex ipsa vel aliunde præsumatur habuisse verum consensum, matrimonium habeatur pro rato, & illa conditio neutrum obli-

De alchimia.
 Intellectus e. si circa cōditionē impossibilem.

get contrahentium. Hoc enim sonat, habeatur pro nō adiecta: hoc est perinde ac si appositā non esset, de sponsalibus aut matrimonio iudicetur: nam idem est sensus de conditione turpi, quæ non est contra substantiam matrimonij. Sensum enim hunc clarissimum facta doctorum mysteria in angustias perplexitatis coniecerunt. ¶ Argumenta ergo per hæc facile soluuntur. Qui enim contraxit sub conditione, si cœlum digito attigeris: nec præsumendus est contraxisse, neque verò non contraxisse, sed aliunde id iudicandum est. Quāuis & ipsa conditio possit præsumptionem facere totum irrisorie dixisse. ¶ Et per hæc ipsa secundum etiam argumentū solutum restat. ¶ Ad tertium responderetur, q̄ sicut nec cōtractus civiles per impossibilem cōditionem nulli fiunt, ita nec matrimonium, vt expositum est, nisi alius consensus præsumatur, quā qui per conditionem exprimitur. Discrimē autem quod in fauorē matrimonij subijcitur eò pertinet, vt si aliunde, & etiam per ipsam conditionem præsumptio fiat veri consensus, conditio ipsa non magis obstat, q̄ si nō fuisset adiecta: neq; verò ad suiimplentionem obliget.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

ARTICVLVS. III.

Vtrum omnis est sola turpis conditio, quæ contraria est matrimonio, ipsum tollat honesta verò semper obliget.



Inter cōtingentes cōditiones aliæ sunt turpes, aliæ verò honestæ. Et turpium aliquæ sunt contra substantiā matrimonij, vt cōtraho tecū si adulterium cōmiseris: atq; aliæ impertinētes, vt Contraho tecum si furtū feceris, aut homicidiū. Quarū priores matrimonium tollere censentur, posteriores verò haberi pro nō adiectis, Arguitur ergo q̄ nō omnis illa quæ est prioris generis tollat matrimonium. Maxime enim illa tolleretur, quæ in exēplo posita est: si adulterium commiseris, illa verò nō videtur substantiæ matrimonij contraria: nam ad eius finem & fidem satis est, q̄ debitū viro reddat, quoties ab eo fuerit exactū, cui nō repugnat, vt quandoq; cōmisceatur alteri: quare habenda esset pro nō adiecta, sicut illa, si furtum feceris, atque adeo non tollit matrimonium.

Partis negatiue.
 Argum. 1.

2. Argum.

¶ Secundò arguitur. Si quis alteri dicat, Contraham tecū si mecum concubueris, illa est cōditio turpis, quæ nō est cōtra substantiā matrimonij

monij, & tamen videtur matrimonium tollere: ergo non sola illa, quæ est contra substantiam matrimonij, illud tollit. Probatur minor, quia si illud non auferret, maxime quia haberetur pro non adiecta: hoc tamen videtur falsum; nam sæpè homines se sub illa conditione obligant, & non aliter nempè vt florem puellæ explorent, quæ est honesta conditio: ergo vel contractum suspēdit quoufq; ipsa impleat conditionem, vel quia illam nō tenetur implere, cōtractum reddit nullū. ¶ Tertio arguitur. Si quis cum aliqua sub ista conditione cōtrahat, Si es virgo, est honesta conditio: & tamen non videtur obligare: quia est impossibilis: nā corrupta impossibile est esse virginem: ergo nō omnis honesta hadenda est pro adiecta & obligatoria. ¶ In contrarium est prædicta de cretalis Gregorij noni cap. fina. de condit. appof. vbi habetur, q̄ conditiones, quæ sunt cōtra substantiam matrimonij, illud tollunt, si verò sunt impertinētes, & turpes vel impossibiles habentur pro non adiectis, & cōtractus matrimonij manet firmus, vt. c. De illis. approbatur conditiones honestæ. ¶ Ad quæstionem tribus facillimis conclusionibus respondetur.

3. Argum.

1. Cōclus.

2. Cōclus.

Cōclusiōnū declaratio.

Ratio. 1. cōclusiōnis.

Ratio. 2. cōclusiōnis.

2. Conclu. quo ad forū exterius.

Prima. Omnis conditio matrimonio contraria ipsum tollit. ¶ Secūda autem, si sit impertinens, & turpis vel impossibilis, habetur pro non adiecta. Ambæ sunt assertiones præallegati cap. Et quia tria sunt in matrimonio: scilicet, perpetuitatis, finis, & fides, cuiuscūque istorum obijciatur conditio, matrimonium vitiatur. Vt si quis dicat, Contraho tecum vsq; ad mortem patris mei nam tunc propter adeptam hereditatem aliam illustriorem inueniā: hic enim concubinatus potius esset, vt can. Solet. 32. q. 2. ait, August. q̄ matrimonium. Aut, contraho tecum hac lege vt sterilitati des operam, vt nūquā concipias, aut si adulteriorum lucris domum sustentaueris. Et ratio primæ conclusionis est clara: nam vnum quodq; per suum contrarium corrumpitur: cum ergo natura cōsensus matrimonialis perpetuitatem includat, generationem & fidem, qui sub contrarijs conditionibus, ait, se consentire, re vera non consentit, imò suis ipse verbis suū perimit extinguitque consensum. Ratio verò secundæ, est, q̄ cū nemo ad id, quod turpe est, obligetur, imò multo minus q̄ ad impossibile, vbi cōditio turpis consensum matrimoniale nō aufert, ille relinquitur solidus, & ipsa sit vana & inutilis nullā vim habēs obligandi. ¶ Hanc tamen secundam cōclusionem semper intelligito in publico ecclesiæ foro, vbi proceditur ex presumptione. Nam si qui dixit, Contraho tecum si

mihi ad furandum fueris socius, nullū alium habuit consensum nisi sub tali cōditione, neque intellexit se aliter obligare, re vera nō fecit matrimonium, quāuis id præsumatur fecisse. Quare vel debet planè postea consentire, vel in aliū locum fugere, vbi non compellatur. Si verò affectu maritali postea copulam cōsummauerit, tunc fiet matrimonium.

¶ In prima autem conclusione generaliter dicitur Circa proximam conditionem contra substantiam matrimonij (absq; restrictione ad turpes) illud tollere: nam etiam honesta, si contraria est ipsum impedit secundum opinionem, quæ communis doctorum est & vera, quāuis Paluda. aliter sentiat. Est enim dubiū, si quidam sub hac conditione & lege cōtrahant, vt neuter alteri debitum vnquā reddat, neq; se carnaliter cognoscant: vel si dicat vterq; alteri, contraho tecum si voto te prius castitatis sic obstrinxeris, vt nunquam à me petas, neque mihi debitum reddas, vtrum matrimonium teneat. Apparet enim ex vna parte matrimonium esse validū: quia conditio est honesta, & posset forsan illi verè contrahere solum propter cohabitationem & alias necessitudines domesticas, à re tracto matrimonio accidere potest, nō est illi contrarium, vt contrahatur: possunt autem coniuges antequā lecto conueniant, votum castitatis emittere, non obstante matrimonij substantia, vt Maria & Ioseph fecerunt: ergo illa conditio apposta contractui quando fit, non censetur illi contraria, atq; adeo nec matrimonium vitiatur. Hac ratione Paludanus cōmunitus dist. 30. q. 2. opinatur matrimonium sub illa conditione contractum non vitiari, vbi non profus videtur absq; vlla probabilitate locutus. Nihilominus contraria opinio est cōmunitus eademq; vero similior, censens conditionē illam esse contrariam fini & fidei matrimonij: fini, scilicet, generationis: & fidei, sibi inuicem debitum persoluendi. Et ita, ait, Adria. in tract. de sponsalib. quæst. 9. Imò & D. Tho. dist. 28. art. 4. ad. 3. dicit, q̄ si mulier dicat viro. Consentio in te, vt non cognoscas me, non est consensus matrimonialis: quia illa conditio nō solum actui, verum & potestati contrariatur carnalis copulæ. Et Richard. ead. dist. art. 2. quæst. 4. idem, ait: nēpe, q̄ per talem conditionem nunquam reddendi debitum, non solum excluditur carnalis copula, verum translatio corporū in alterius potestatem contra vinculum coniugale. Quibus ad stipulatur Bonauentura eadē 18. dist. quæst. vltima. Imò verò si tenorem citati cap. fina. de condit. appof. inspicias, cō-

Circa primā cōclusiōnē.

Cōditio nūquā reddendi debitum.

Partis affirmatiue.

2. Argum.

Paludanus.

Partis negatiue.

D. Thom.

Richardus

Bonauentura

fuldo Pontifex dixit, conditiones contra substantiam conjugij, ipsum privare suo effectu, non restringendo ad turpes: quoniam & honeste possunt esse contrariae. Adde quod si conditio illa, si sterilitatem procuraveris, ceterum matrimonio contraria: eadem ratione matrimonio aduersatur & haec, si nullo nos unquam amplexu inuicem coniugamus. Videtur enim illi naturae matrimonij contraria, per quod fiunt duo in carne vna.

Conditio si sterilitatem procuraveris

Defensio alterius opin.

Seruetia duthoris.

Solu. 1. ar. alterius opinionis.

Solu. 2. ar.

Matrimonium beatę virginis.

3. Conclus.

Ratio conclusiois.

Conditio de futuro.

¶ Verum est tamen fautores alterius opinionis dicere posse, quod si mulier sic contraheret, Contraho tecum non tamen tradendo tibi potestatem mei corporis, aut ius vllum in meum corpus, non esset matrimonium: quia hoc est contrarium substantiae eius. Sed si dicat, Contraho tecum tradendo facultatem mei corporis tibi, hac tamen lege, vt iuri tuo per votum castitatis renuncies, non esset contra substantiam: nam potest quisq; sicut post, ita & ante renuciare iuri suo. Nihilominus quia facultas est propter vsu, consonantius rationi est, vt qui alterum priuati vsu, non ei simpliciter facultatem conferat.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod licet conditio sit honesta, est tamen substantiae matrimonij aduersa: quia matrimonium non est vinculum cohabitationis cuiuscunque, sed vtendi se inuicem.

¶ Ad secundum respondetur, qd licet illud votum possit emitti post matrimonium contractum, translata, scilicet potestate prius in alterum: quia possunt se sua sponte priuate vsu matrimonij, nihilominus idem votum est contrarium pactioi contractus du fit, si talis conditio exprimitur. Et ideo si beata virgo illa Ioseph in contractu matrimonij expressisset, non fuisset matrimonium verum: consensus enim explicitus in matrimonium, sed implicitus in copulam, vt supra diximus, & dist. proxima repetemus.

¶ Tertia conclusio. Conditio honesta de futuro, quae non est substantiae matrimonij contraria, suspendit contractum: hoc est, facit illum obligatorum sub illa conditione, & non aliter. Vt si quis dicat, Contraho tecum si hanc aut illam mihi dotem numeraueris, aut si pater consenserit. Decreta sunt Alexandri cap. De illis, & Urbani cap. Super eo, & Innocentij cap. Per tuas, de conditionibus apposit. Et ratio est, quia consensus non aliter est iudicandus, quam exprimitur: cum ergo sub conditione exprimitur, non obligat nisi sub illa: id quod omnibus etiam contractibus civilibus est commune. Dixerim, conditio de futuro: nam si est de praesenti & adimpleta, contractum non suspēdit.

Sed si est de futuro quauis addatur verbis de praesenti, perinde eum suspēdit, ac si adderet verbis de futuro: Quare contractus nunquam erit nisi sponsaliorum. Haec enim omnia artic. 1. explicata sunt.

¶ Rogas autem. Quid si postquam filius contra xit sub illa conditione, si pater consenserit, pater prius dissentiat, & postea consentiat, aut vice versa? Facile respondetur, standum esse prioris eius voluntati. Si enim prius consenserit, satis est ad confirmandum sponsalia, licet postea dissentiat. Et si prius dissentiat, satis est ad illa dirimenda licet postea consenserit, nisi nouus deinceps adhibeatur sponforum consensus.

¶ Sed rursus sciendum, qd si post huiusmodi conditionales contractus sponsi consumment copulam, tunc perficitur matrimonium: licet non impleatur conditio: quia per illam consummationem videntur a conditione discessisse. Casus est praedictorum ca. De illis, & Per tuas, vbi mulier quae contraxerat dicens, Si pater consenserit, quia ante dissentium patris comixta est viro, compulsa est manere: secus si non conuenissent nisi post dissentium patris, nam tunc iam essent dirempta sponsalia. Intellegitur autem capitulum, matrimonium esse tunc praesumptum in foro ecclesiae, nam in foro conscientiae, si qui sub conditione contraxerat, non accedit affectu maritali, sed fornicario, non discedit a conditione, nec perficit matrimonium. Et idem est de dotis conditione in cap. De illis.

¶ Contra hoc autem est argumentum: nam quae sapientissime sponsi ante solutam dotem congruunt: ergo tunc puella esset a dotis solutione absoluta. Sed respondetur, qd hoc ferè semper fieri solet post consentum de praesenti. Et quauis sit de futuro, & per copulam fiat de praesenti, nihilominus mulier manet obligata per publica instrumenta, quae vim suam obtinent, & quauis nulla essent instrumenta, verbalis promissio eam obligat, neq; vir matrimonium consummat, nisi intelligens eam manere obligatam, nisi sponsus illam absoluat.

¶ Dubium autem ex his oritur non facile, vtrum si quis sponsalia, cum puella contraxerit sub illa conditione si fueris virgo, illa conditio vim habeat suspendendi contractum vt aliter non obliget, quam conditione impleta. Cum enim sit honesta, obligatoria videtur. Hostiensis existimat, illam haberi pro non adiecta, si inueniatur corrupta, eo quod sit impossibilis, dicente Hieronymo. Non potest Deus suscitare virginem post ruinam: id est, facere vt sit virgo. At verò sententia haec bene videtur non esse philosophi: neq; vilius est probabilitatis, vt bene ait,

Circa conditionem, si pater consentit.

Copula subsequens conditionales contractus.

Nota.

Argumentum circa dotem. Solutio.

Conditio, si fueris uirgo.

Opin. Host.

Adrianus. ait, Adrian. de sponsalib. q. 6. Nam conditio impossibilis, quae habetur pro non adiecta intelligitur illa, quae genere suo ex obiecto est impossibilis, non tamen illa quae in se possibilis est, sed per accidens, quia ad praeteritum non est potentia, facta est impossibilis: Si enim tunc quis mulieri donaret centum ea conditione, si non fuerit fornicata, & non aliter, certe si esset fornicata, non posset in conscientia donationem recipere. Sic enim ciuilitate & moraliter illud putatur possibile quod esse solet: licet per accidens sit factum impossibile.

Arg. Hostien.

Duplex sensus illius conditionis.

Honestas obligat.

Ratio.

Si deprehendatur non esse uirgo.

¶ Sed aliter nihilominus ipse Hostien. arguit, quod habenda sit non adiecta, & contractus maneat purus, ex l. Alio qui. ff. de contrahen. emptione. vbi habetur, quod si quis emit corruptam putans esse virginem, emptio tenet: quia error non contingit in sexu, sed in qualitate. Et idem habetur. 29. q. 1. §. ad hoc. & §. Itē. quod si quis duxit corruptam putans esse virginem, matrimonium tenet.

¶ His nihilominus non obstantibus notandum, quod dupliciter potest apponi ista conditio. Vno modo turpiter: id est, contraho tecum si tecum congressus te inuenero virginem. Alio modo honeste: id est, si modo fueris virgo, quae potest explorare per matronas. Et isto secundum modo crediderim conditionem esse obligatoriam: & ideo nisi conditio sit impleta, matrimonium non tenet. Sententia fuit ante nos Paludani praesente dist. q. 2. art. 5. con. 4. & Adriani dubio. 6. de sponsalibus. Et ratio mea est, quia conditio est honestissima. Et sunt qui copiosissima etiam dote numerata non contraherent cum corrupta. Imò possent voto se vel iureiurando obstrinxisse non ducere corruptam: & ideo si illa ipsum de hac re deciperet, maximam ei iniuriam irrogaret. Quin verò addiderim, quod licet contraherent sponsalia per conditionem de futuro, si te in foro incorruptam inuenero, & tunc accederent ad illam non animo maritali, sed fornicario ad explorandam veritatem, non teneretur in conscientia sponsaliorum contractui stare: quia conditio non fertur super turpem actum coeundi, sed super honestam virginitatis qualitatem. Et hoc doctores debent animaduertere antequam dicerent conditionem, si te inuenero virginem, esse turpem: nam potest res indagari alia via quam per turpitudinem. Quare de se conditio non est turpis, sed accidit postea vt per turpem congressum deprehendatur non esse virgo. Fateor quidem quod in foro ecclesiae illud haberetur pro matrimonio: quia praesumeretur ille a conditione discessisse, secundum dist. ca. Per tuas. & il

lud consummasse. Sed secus est in conscientia. ¶ Ad illud igitur argumentum Hostiensis, quod ex illis testibus induxit, respondetur, qd debuisse animaduertere quam longe error a conditione distet. Error enim est in intellectu, qui non apponitur contractui: & ideo, vt dist. proxima visuri sumus, si non fit de substantia, sed de qualitate personae, matrimonium non vitiat. Quare sicut contrahens cum aliqua putans patri suo placere, quauis displiceat verè contrahit: ita si quis contrahat cum muliere, quam putat esse virginem, licet sit corrupta, veluti si putasset esse pulchram, & esset foedissima. At verò sicut dum quis contrahit sub conditione, si patri placuerit, matrimonium non tenet nisi per impletionem conditionis purificetur, ita si sub conditione virginitatis contrahat, non erit purum & validum nisi sit virgo.

¶ Subsequitur autem de conditione turpi. Contraho tecum si mecum concubueris. Nihil enim refert, postquam conditio iam est turpis, si addiderit, causa explorandae virginitatis, aut libidinis explenda. Et quidem doctores Canonistae non disputant, sit ne contractus validus, quia hoc non dubitatur, sed vtrum sit statim matrimonium eo quod conditio habetur pro non adiecta, vel sit tantum contractus purus sponsaliorum.

¶ Consent enim, vt Adrianus dub. 8. de matrimonio refert, esse pura sponsalia ac si non esset apposita conditio. Nam si intelligatur de fornicario coitu, habetur pro non adiecta, vt probatum est. Si verò de legitimo coniugali, multo fortius sunt pura sponsalia quia conditio illa est necessaria: id est, ex natura matrimonij exitura. Quare neutro modo illa sponsalia sunt in futurum pendencia, sed illico sunt absoluta, & per subsequentem copulam fiunt matrimonium. Sententia est glossae capitul. r. de sponsal. duorum, & quidem vera. Haec autem semper intelligenda sunt in foro cōtētiōis, quod procedit ex praesumptione: & quando ex alijs coniecturis intelligitur voluisse contrahere sponsalia, vt diximus de conditione impossibili: nam in conscientia si ille non habuit intentionem vllum faciendi matrimonialem contractum, sed potius puella, eamque fallendi, contractus ipse nullus est. Quin verò si erat lata disparitas: quia ipse erat illustis, & foemina pauper, non est cur praesumatur sponsalia, imò quod ille tantum volebat Veneri satisfacere. Conditio enim turpis ob id iudicatur non adiecta, quia nihil mutat de natura contractus. Quare aliunde sumenda est praesumptio. Imò ex hac, si mecum coieris, potius sumitur coniectura quod non habuerit contrahendi animum, sed potius puella

Conditio, si mecum concubueris.

Adrianus.

In foro contentioso.

Conditio turpis quare iudicatur pro non adiecta.

seducendi. Item neque si conditio intelligebatur consummandi copulam maritalem, idcirco sequitur contractum illum fuisse purum sponsaliorum: praesertim si additum esset, si statim mecum in coitum consenseris: nam legitima sponsa etiam de praesenti inducia datur duorum mensium ad consummandam copulam, ut capitulum. Et publico de conuers. coniuga. Et ideo sponsus potuit deducere in pactum, ut illa renunciaret illi iuri suo, atque adeo sponsalia erant praesentia: ita quae si illa statim non implet conditionem non manet obligatus. Igitur si huiusmodi contractus superueniente copula iudicatur ab ecclesia vera matrimonia, causa est quia praesumuntur tunc sponsi ab illa conditione discessisse secundum iura supra citata. De illis. & Per tuas.

Inducia duorum mensium.
Conditio nes honeste suspendunt matrimonium.

¶ Tandem, quod de virginitatis conditione diximus, quando honeste apponitur: scilicet, quod suspendit contractum, de alijs etiam honestis conditionibus quodammodo ad perpetuitatem matrimonij pertinentibus & ad amorem inter coniuges conglutinandum, censendum est.

Exemplum.
 Nempe si quis contraxit cum aliqua quam non vidit, sub illa conditione, si non fuerit caeca, aut muta, aut cocles, aut leprosa: vel aliqua insigni turpitudine deformata, profecto si secus sit, matrimonium non tenet, etiam si fiat per verbum de praesenti, Contraho. Et pariter est de sponsa respectu sponsi. Quare eadem est ratio si dixerit, Nubotali si hanc aut illam doctus est artem ad alendam vitam, aut si est ingenuus vel ingenua, aut alia similia. Nam et si conditiones illae iure expressae, si pater consenserit, aut si dotem dederis, propter quod naturam matrimonij spectat, & ideo iure admittantur, nihilominus istae sunt etiam conditiones tum honestae, tum ad perpetuitatem cohabitationis, & generandi per multum referentes: & ideo nulla est causa cur non pariter eodem iure approbetur tanquam necessario implenda. Secus si essent conditiones ad matrimonij finem minus referentes. Si enim quis contraheret cum aliqua absente hac conditione, si esset pulchra, aut bene morigerata: quia istae qualitates recipiunt magis & minus, non sunt in foro ecclesiae admittendae tanquam matrimonium vitiantes, maxime si de praesenti fuerit contractum: quia de sponsalibus non tantum imminet periculi si dissoluatur. At prudentia est prius per inquisitionem illas deprehendere, quae prudentia si defuerit, sponso imputatur. Imo vero dum contrahitur matrimonium de praesenti, nunquam est contrahendum cum conditione de praesenti, praeter illam forsitan, si pater consenserit: nam multi inde scrupuli ob-

Conditio si est pulchra.
 oriratur, qui conscientiam purgeret. Saepius autem illud mente obseruetur quod diximus de foro conscientiae, in quo sub quacunque futura conditione consensus exprimitur, nunquam facit matrimonium quousque consensus sit de praesenti. Imo neque eius impletio satis est, quousque: talis habeat consensus. ¶ De hac autem negatiua contrahendi forma. Non aliam nisi te ducam. Non aliam nisi te ducam. Paludanus Regula. Non aliam nisi te ducam. Nunquam aliam uxorem a te ducam. Non aliam sed te ducam. Nullam praeter te ducam. Nisi te. Adrianus. Author. Nisi potest facere sensum conditionalem. Nullam quam te ducam. Nota regulam.

oriratur, qui conscientiam purgeret. Saepius autem illud mente obseruetur quod diximus de foro conscientiae, in quo sub quacunque futura conditione consensus exprimitur, nunquam facit matrimonium quousque consensus sit de praesenti. Imo neque eius impletio satis est, quousque: talis habeat consensus.

¶ De hac autem negatiua contrahendi forma. Non aliam nisi te ducam. Non aliam nisi te ducam. Paludanus Regula. Non aliam nisi te ducam. Nunquam aliam uxorem a te ducam. Non aliam sed te ducam. Nullam praeter te ducam. Nisi te. Adrianus. Author. Nisi potest facere sensum conditionalem. Nullam quam te ducam. Nota regulam.

oriratur, qui conscientiam purgeret. Saepius autem illud mente obseruetur quod diximus de foro conscientiae, in quo sub quacunque futura conditione consensus exprimitur, nunquam facit matrimonium quousque consensus sit de praesenti. Imo neque eius impletio satis est, quousque: talis habeat consensus. ¶ De hac autem negatiua contrahendi forma. Non aliam nisi te ducam. Non aliam nisi te ducam. Paludanus Regula. Non aliam nisi te ducam. Nunquam aliam uxorem a te ducam. Non aliam sed te ducam. Nullam praeter te ducam. Nisi te. Adrianus. Author. Nisi potest facere sensum conditionalem. Nullam quam te ducam. Nota regulam.

nis verborum intelligentia non liquet, iuxta tenorem capituli. Ex literis. el. 1. de sponsali. tunc excausis & appendicibus veritas indaganda est, ut ait. Hilarius, cap. Intelligentia. de regulis iuris.

Solu. 1. ar. Angelus.
 ¶ Primo argumento in capite posito adducitur Angelus in summa, ut neget conditionem illam, si adulerium commiseris, obstare fini matrimonij, nisi addatur, & mihi debitum non solueris. Haud tamen satis inspicit conjugalem si dem veritatem includere: scilicet, & coniugi debitum reddere, & cum nullo alio commiseri. Vtrumque enim ambit admonitio Pauli, Vir non habet potestatem corporis sui, sed uxor, neque uxor sui, sed vir. Et ideo illa sola conditio, si adulerium commiseris, aduersa est fidei matrimonij, atque adeo illud tollit.

Paulus.
 ¶ Ad secundum, de illa conditione si mecum concubueris, satis dictum est, & sub copendio dicitur, quod si quis non habuit consensus nisi sub illa conditione, in conscientia non fit matrimonium nec sponsalia. Imo vero in foro exteriori si non esset alia coniectura ad praesumendum consensus, profecto illa conditio potius admonet nullum fuisse consensus contrahendi, sed decipiendi. Quare sensus canonis, quod illa est habenda pro non adiecta, non est, quod per illam iudicandum sit fuisse matrimonium, sed quod illa seclusa ac si non fuisset posita, aliunde praesumatur praecessisse consensus, habeatur pro non adiecta: id est, iudicetur contractus sponsaliorum purus & validus ante impletionem conditionis, ut pote quam sponsa non tenetur adimplere nisi ad consummandum matrimonium.

Solu. 2. ar.
 ¶ Ad tertiū denique iam responsum est contra Hostiensium, illam conditionem non cenferi impossibilem in moralibus, imo est honesta & contingens, atque adeo si honeste apponatur, ut dictum est, contractum suspendit, & purificari debet.

Solu. 3. ar.
 ¶ Ad tertiū denique iam responsum est contra Hostiensium, illam conditionem non cenferi impossibilem in moralibus, imo est honesta & contingens, atque adeo si honeste apponatur, ut dictum est, contractum suspendit, & purificari debet.

Intellectus cap. fina. de condi. appo.
 ¶ Ad tertiū denique iam responsum est contra Hostiensium, illam conditionem non cenferi impossibilem in moralibus, imo est honesta & contingens, atque adeo si honeste apponatur, ut dictum est, contractum suspendit, & purificari debet.

Intellectus cap. fina. de condi. appo.
 ¶ Ad tertiū denique iam responsum est contra Hostiensium, illam conditionem non cenferi impossibilem in moralibus, imo est honesta & contingens, atque adeo si honeste apponatur, ut dictum est, contractum suspendit, & purificari debet.

DISTINCTIO

trigesima. De errore, de quo nuptijs beatissimae virginis.

Text. Cap. 1.
 QVEM AD MODUM METUS, SIC & ERROR LIBERTATEM VOLUNTATIS AUERSATUR. Ob idque ille, qui substantiae matrimo-

nij est aduersus illud vitiat: ut pote error aut personae aut conditionis seruilis. Qui enim arbitratus sibi Mariam copulare, seductus se Annae coniunxit: quia in Annam minime consensit, nullum contraxit matrimonium. Iacob enim per concubitum cum Lya, quam arbitrabatur esse Rachelem, nisi postmodum in Lya denuo consensisset, nullum utique matrimonium contraxisset. Neque verò liber homo, qui contrahens cum ancilla, quam putabat esse liberam, lege se coniugij obligauit: eo quod ut personae, sic & earum libera conditio ad essentiam matrimonij at- tineat, quippe quo inuicem sibi cohabitare seruireque, & ut, ait Paulus, mutuo placere obstringuntur: quibus persoluendis officijs seruit illius, qui sui iuris non est, è diametro aduersat. ¶ Error autem seu qualratis seu for- tunae, ut pote quae ad essentiam matrimonij minime spectant, eius vinculum nequaquam tollit. Sic nos sancti patres sacris canonibus. 29. causa instructos curarunt. Ad hanc demum, ut inter causas nuptiarum de fine etiam hoc verbum dicamus, duplex huiusmodi finis est. Vnus, scilicet, aut duo ipsi sacramento per se innati, ut generatio, iuxta illud Gene. 1. Crescite & multiplicamini: & remedium temperandae libidinis iuxta illud Pauli, Propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam: qui quidem fines ceu à

Cap. 2.
 29. q. 1.
 Genes. 1.
 1. Cor. se- ptimo.

Deo ipso sacramenti institutore profecti semper boni sunt. Alij verò sunt accidentarij à voluntate cōtrahentium dimanantes: qui si citra culpæ turpitudinem adhærescant neque actionem vitiant, neq; sacramētum, vt dum Iacob Rachelis pulchritudine allectus illam sibi in vxorem optauit. Quinimò possunt & honestissimi esse, vt pacis amicitiarum que reconciliatio. Si verò vitium præ se ferat, vt qui ob turpes causas matrimonialia fœdera componūt, sic actionem deturpāt, vt tamen non ideo sacramentum ipsum, quatenus Dei munus est, vllō pacto sordescat. Imò verò quocūque sine matrimonium fiat, dummodò intentio Christi & ecclesiæ seruetur, validum est & solidum.

Cap. 3. Quò autem tractatus hic causarū, quibus matrimonium coniungitur, pro dignitate concludatur, addamus oportet de Mariæ & Ioseph coniugio. Ambos, vt contra Faustū author est Augustin. quantum credi potest, apud se disposuisse virginitatem seruare, nisi Deus aliter iuberet: quam tamen voluntatem in consensu matrimoniali minimè expresserunt. Id quod in libr. de nuptijs & concupiscentia de beata virgine repetit. Si enim sub conditione, nunquam se inuicem cognoscēdi, contraxissent, nequaquam eorum matrimonium fuisset solidum: vt pote quod conditio eorum contractui repugnaret. At verò neque

Lib. 4. cap. 8. 9.

27. q. 2. cā. Beata Maria.

expressè eadem virgo, sed implicite in copulam consensit: nam eiusmodi expressus consensus perpetuæ virginitati animi & corporis aduersatur. Quam utique virginitatem, cum certior esset maritum à se rem vxoriam nunquam petiturum, integerrimam custodiuit.

Cap. 4. Quo fit, vt eorum matrimonium fuerit perfectissimum, non quidem cōsummatione aut significatione: quandoquidem nulla corporū cōmixtio intercesserit, quæ corporeā humanitatis vnionē Christi significat, at sanctitate. Sanctiora nanq; vt idem ad Eliuidiam, ait, August. sunt coniugia pari voto continentium, quam rei vxoriæ vacantium. Omne deniq; nuptiarū bonum, vt eo. lib. de nuptijs idem sanctus pater docuit, impletū est in illis parentibus Christi: fides, proles, & sacramentum. Prolem siquidē cognoscimus ipsum dominum: fidem, quia nullū adulteriū: sacramentum, quia nullum diuortiū. Solum ibi nuptialis cōcubitus nō fuit, quia in carne peccati fieri nō poterat sine pudenda concupiscentia carnis, quæ accidit ex peccato: sine qua concipi voluit, qui sine peccato futurus erat.

Cap. 4.

Augustin.

Augu. lib. de nupti. c. 11.

DISTINCTIONIS
trigesimæ, Quæstio. 1.
De errore.

ARTICVLVS. I.

Vtrum error matrimonium impediatur.
Quem



Partis negat. ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Confirmatio argum.

Pars affirmatiua.

Grego. Nicenus.

Decisio ar.

Ignorantia

Error. Augu. definitio.

Sententia authoris.

Vemadmodū vis & metus, ita ignorantia voluntario obstat: & ideo post vim & metū sequitur in hac distinctione, vt de errore dicamus. Arguitur ergo quòd error matrimonium nō vitiet. Si error aliquis illud impediret, maximè error (vt aiūt) vel personæ, vel cōditionis: sed quod error personæ matrimonium nō tollat, arguitur. Eadem est sacramētorum omnium ratio: nā omnia debent per cognitionem administrari: si quis autem putans se baptizare vel cōfirmare Petrum, baptizaret Paulū, esset verum sacramentum: ergo pariter si quis putans cōtrahere cū Maria, contraheret cū Anna. Et cōfirmatur. Iacob, licet per errorē contrahere crederetur cū Rachelē, vt legitur Gene. 28. verè cōtrahit cum Lya: ergo error personæ nō impedit. ¶ Secundo. Sicut cōditio seruitutis est accidens personæ, ita & aliæ qualitates corporis & animi: ergo sicut error circa libertatem impedit, ita & error circa alias qualitates & fortunas, vt virginitatis, nobilitatis, aut diuitiarū, &c. quod tamen iura negant. Et cōfirmatur. Id quod aliqui ex natura sua cōuenit; in toto suo ambitu conuenit: errori autē ex natura sua cōuenit in pedire matrimonium: ergo circa quancunque qualitatem aut conditionem errare contingat, nullum erit.

pedimentū matrimonij nō differt, vtrū dicatur ignorantia vel error: attamē cum matrimonio nunquā nisi per aliquod iudiciū contrahatur, necesse est, vt si illic ignorantia lateat, error subinde nascatur, quo vnū pro alio iudicatur: quoniam consensus in id non dirigitur, quod prorsus ignotum est. l. Cum ab eo. ff. de cōtra. emptio. Quocirca quia error id est, iudiciū falsum, est tūc causa proxima contractus, cōgruētius dicitur error, q̄ ignorantia. Vnde bene aiūt doctores, quod omnimoda ignorantia circa personam non permittit: vt sit propriè error personæ: sed illa, quæ aliquā æstimationē personæ aut conditionis præsupponit. Quæ enim nunquā audiuit regem habere filium, nō potest errare in persona nubendo: alicui putans esse filiū regis. Mox animaduertendū, errorem citra matrimonij quadruplicis esse generis: scilicet, personæ, cōditionis: nempe, seruitutis, & qualitatis, ac fortunæ. ¶ Solutio ergo quæstionis tribus conclusionibus cōtinetur. Prima. Error personæ impedit matrimonij. Vt si quis putans se contrahere cum Maria, contrahat cū Anna. Decretū est iuris. 29. q. 1. Et idē est in alijs contractibus civilibus. Si enim credens se emere incipiū masculinum, emat foeminā, contractus tenet, vt ibidem habetur. Quemadmodū si ementi aurū supponeretur loco eius aurichalcum, aut pro vino acetū. l. In venditionibus. ff. de contrahen. emptio. Quòd si arguas. Cum pro aureo ducato datur pōdus argenti, vel alijs metallis tantundem valēs, cōmutatio est legitima: ergo si qua nubat vni viro tātæ æstimationis, quantæ erat ille, quæ putabat sibi præsentari. Negatur cōsequentia, quia pecunia, imò & res, quæ cōmutantur, pretio æstimantur, quod quidē potissimū est in contractu. Et ideo argentum pro auro, si eiusdē valoris est, non vitiat contractum. Consensus autē matrimonij fertur in hanc personā propter se, & ideo non est simile. Ratio ergo conclusio est, quā in præsentiarum Diuis Thom. adducit. Quicquid tollit causam, tollit effectum: cōsensus autem matrimonij est causa ipsius, & error tollit cōsensum: quia consensus ex errore profectus non est liber: voluntatis quippe libertas cognitionem intellectus supponit: illa ergo sublata, nullum est voluntarium aut liberum, iuxta illud, Errantis voluntas nulla est. l. Cum testamentum. C. de iuris & facti ignorā. Enimvero qui putat se consentire in Petrum, nullatenus cōsentit in Paulum. Vt enim author est Augustinus. rō. de ciuitat. cap. 1. Non possunt amari neque eligi nisi cognita: & vinculum matrimonij absque amore

Error: congruentius quam ignorantia.

1. Conclu.

Ratio sancti Thom.

amore & voluntatis electione non potest esse perpetuū. Vnde optimè cōcludit S. Tho. q̄ error nō solum matrimoniū euacuat, verū & id iure naturali ei competit ac perinde diuino.

2. Conclu.

¶ Secūda cōclusio. Error cōditionis: nēpe, seruitutis impedit matrimoniū. Conclusio est iuris, vt patet de coniugio seruorum, cap. Propo fuit. & reliquis. & 28. q. 2. cano. Si quis. 1. & 3. & cano. Si fœmina, &c. Et rationē cōclusionis subdit elegāter D. Tho. Error enim ea ratione tollit matrimoniū, quia excusaret actum à culpa: est enim culpa hominē in causa matrimoniali decipere: error autem nō excusat actum à culpa, nisi sit illius circumstātiæ & qualitatis, quæ apposita differētiā facit illiciti & liciti.

Ratio.

S. Thom.

¶ Verbi gratia, si quis percutiat patrē in capite gladio, arbitratus se nō nisi fuisse scapulas attingere, licet minuatur culpa, nō tñ prorsus excusatur: quia ignorare instrumētū, quo, aut membrū, quod percutiebat, non purgabat rationē illiciti: quādo quidē sciebat patrē ferire, quod erat impiū. Sed si credēs alapa filiū correctionis gratia percutere, percuteret patrem, error tolleretur culpam, quia ignoratur circumstātia patris. Pari ratione error, qui matrimoniū impedit, nō debet esse qualificūq; sed ille, quo ignoratur aliquid, quod ad essentiā pertinet matrimonij. Duo autē sunt huiusmodi essentialia: scilicet, & personæ, quæ cōiunguntur, nā ipse sunt, quæ contractū & sacramētū perficiūt, & ceu proprium subiectū illud suscipiūt. Præterea mutua potestas & facultas, quæ inter eos debet esse cohabitandi, sibiq̄ inuicem ad mutuum persoluendi debitum. Primū autē auferitur per errorem personæ, & secundum per errorem cōditionis. Qui enim alterius seruus est, nō est sui iuris, vt possit cū cōiuge cohabitare, & quærere, vt, ait, Paulus, quomodo ei placeat.

Duo essentialia matrimonij.

¶ Plenaria tamen conclusionis huius intelligentia vsq; ad distinctionem trigessimā quintā, vbi de coniugio seruorum habēda est disputatio, expectanda est. Quapropter ne materiā, quæ simul luculentius tractabitur, discerpamus, nihil illius hic præposterè ponemus, sed illuc vsq̄ que totam reponamus oportet.

3. Conclu.

¶ Tertia cōclusio. Error qualitatis aut fortunæ matrimonio contrahendo nō obstat. Decretū est supra citatorū canonū. Error qualitatis est, dum quis contrahit cum corrupta: putās esse virginē, aut cū inhonesta putans esse honestā.

Error fortunæ.

Cōtractus cum rustica aut ignobili

Ratio.

¶ Error fortunæ est, cum quis contrahit cum paupere putans contrahere cum diuite. Contractus autem cū ignobili aut rustica, quæ putatur esse ingenua & nobilis inter errores qualitatis statuitur. Ratio cōclusionis huius est su-

periori contraria: nam hæc omnia extra essentiā sunt matrimonij. Vnde quauis si in conditionem ducerentur, pēdentem facerent contractum, impleriq; adeo indigerent: tamen dū per modū conditionis non apponuntur, illum non vitiant. Præsertim dum matrimonium de præsentī contrahitur: nam si essent sponsalia, profectō non esset ille, qui per errorem grauiter deceptus est, compellēdus, quemadmodū can. Raptor. 27. quæst. 1. adnotauit Hugo. Qui enim sponsalia cum corrupta contraxit putās esse virginē, non est cogendus. Et eadem, arbitrator, ratioe, neq; illustris qui aliquā sibi infimæ fortis despōsavit, quā credebatur esse illustrem.

Argumentum.

¶ Contra hanc tamen conclusionem tertiā arguitur. Si filia regis aut magnatis, quæ putat se nubere filio alterius regis aut illustris viri sibi pari, præsentaretur alius inferioris fortis, quæ illa putaret esse illum principem, matrimonium non teneret: & tamen esse filium principis est qualitas personæ propter nobilitatem: & ampla substantia est bonum fortunæ: ergo error qualitatis & fortunæ tollit matrimonium. Et eadem est ratio de illa, quæ cogitat se nubere primogenito, cui obuenit primogenitura, nubit tamen minori, qui sibi pro alio offertur.

Primogenitum.

¶ Respondetur, vt probè, ait, D. Tho. arti. 2. in solutione. 5. q̄ error nobilitatis aut fortunæ per se matrimonium non euacuat. Sed est tamē oculatè attendendū, q̄ error huiusmodi non nunquā refertur ad errorem personæ, vt in casibus propositis, & illa ratione matrimonium eneruat. Ad hoc autem deprehendendum discrimen, quod non est facile, considerare oportet, vtrum cōsensus feratur in hanc particulare personā directè, an verò in illā dūtaxat, cui illa cōditio aut dignitas adest. Prior enim modo est error qualitatis, & posteriori est error personæ. Si enim puella huic singulariter nupsit licet id fecerit, quia credebatur esse filium regis, vel primogenitum aut diuitem, cui aliās non nupsisset, matrimonium nihilominus tenet: quia esse filium regis aut primogenitū, est tūc qualitas huius. Sed si non intēdebat contrahere nisi cum illo filio regis, aut diuite, quæ habebat in corde, matrimonium nō tenet: quia est error personæ. Quo fit, vt quauis Petrus ille primogenitus, cui illo volebat nubere, iā esset defunctus, quādo nupsit Ioāni fratri eius, qui ideo Ioānes iā erat primogenituræ hæres, matrimonium nō esset validū: quia nō intēdebat contrahere cū hoc, sed cū illo. Rursus sequitur, q̄ si per verba de præsentī intendēs nubere absentī Petro, nupsit præsentī Ioāni, quæ putabat esse Petrū, licet postea gratius habeat matrimonium cum

Solutio argumenti.

Nota.

Nota cum sum.

cum Ioanne, q̄ cum Petro, non potest viuente Petro nubere Ioanni, etiā si in illo errore permanens multos eidem Ioanni pepererit filios: quia non fuit illud matrimonium, quāuis per ignorantiam fuerit à culpa immunis.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentū negatur cōsequentiā: nam in baptismo & alijs sacramētis intentio ministri, vt semel iam dictum est, non est proxima causa effectus sacramentalis: nempe, characteris & gratiæ; sed materia ipsa elementalis, & verbum, quod est forma: intentio enim non est nisi applicans materiam & formam ad suum proprium effectum. Et ideo error putantis baptizare aliū quā baptizat, non tollit effectum. Consensus autem est causa proxima vinculi matrimonij: ille autē, qui fert in Petrū, nō fertur in Paulū, & ideo nō est simile.

Ad confirmationem.

¶ Ad confirmationē verò negatur, Iacob contraxisse cum Lyā per illum consensum & concubitum: quibus arbitrabatur cōtrahere cum Rachele, sed per consensum, quem postmodū habuit nouum in Lyam.

Solu. 2. ar.

¶ Secundum supra iam solutum est per rationem secundæ cōclusionis. Non enim eadē est ratio de errore cōditionis & de erroribus qualitatis & fortunæ. Quapropter ad confirmationem negatur minor: nēpe, q̄ errori secundum naturam sui generis cōueniat impedire matrimonium, imò id ei conuenit ex natura adiunctæ differētiæ: videlicet, quatenus est error eorum, quæ sunt de essentiā matrimonij.

Redargutio.

¶ Quod si solutionē redarguas. Maior perniciosiorque videtur error infidelis hominis aut hæretici, qui nō credit matrimonium esse indissolubile vinculum nec sacramentum: & tamen inter hæreticos & infidèles est verū matrimonium: ergo à fortiori neque error conditionis impedit. Respondetur, quod matrimonium per mutuū consensum contrahitur: error autem in fidelis non adiacet illi consensui, sed est circa ea, quæ illum consequuntur: nempe, an sit indissolubile sacramentum: quod autem ratione posterius est, non tollit id, quod prius est.

Solu. 3. ar.

¶ Ad tertiū deniq; respondetur, q̄ alia impedimenta: scilicet, voti solennis, infidelitatis, frigiditatis, &c. nō tollunt matrimonium per viam erroris, sed siue sciuntur siue ignorantur, illud tollunt. Et ideo non opus fuit eorum ignorantiam inter errores connumerari, sed habebunt inferius suum locum.

ARTICVLVS II.

Utrum matrimonium ob turpem causam contractum sit legitimum.



Actenus de consensu, qui causa matrimonij est, tū formalis, vt dictum est, tum etiā materialis, ac perinde efficiens. Ob idq; causarum series admonet, vt etiam de finali breue tandem verbū addamus. Arguitur ergo quod nulla alia de causa liceat matrimonium inire, quā ob illam, ob quam institutū est: nempe, generandæ prolis, cōcupiscentiæque medēdæ. Cum enim sacramētum hoc diuina sit institutio, iuxta illud Matth. 19. Quos Deus cōiunxit, homo nō separet, apparet nullo alio fine cōtrahi posse, ab illa, quem illi Deus constituit: præsertim si finis sit inhonestus: Deus enim causa peccati esse non potest, atque adeo nec concurrere ad illum contractum, qui est peccatum: actio autem sacramētalis est à Deo: ergo vbi finis inhonestus interuenit quia videtur actum deturpare, nullū necti videtur matrimonij sacramentum.

Partis negativæ argumenti.

2. Argumentum.

¶ Secundò. Sacramētū, vt dictum est, matrimonij significat vnionem Christi cū ecclesia: id autem, quod turpe est, tam excellentem significationem habere non decet: ergo matrimonium, quod turpi fini vitiatur, nullum est.

Partis affirmatiuæ.

¶ In contrarium est aliorū sacramentorū exemplum. Qui enim baptizat cū intentione ecclesiæ, licet alium finem adiungat, verè baptizat: ergo idem vsu venire potest in matrimonio.

1. Conclusio.

¶ Quæstiuncula facillima est, ad quā quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Dummodo cōsensus mutuus de præsentī, quo alteruter coniugum se alteri tradit interueniat, quicūq; finis siue honestus siue turpis adiungatur, cōponitur matrimonium. Probatur, quia illic seruatur quicquid est de essentiā matrimonij: nēpe, materia & forma & intentio ecclesiæ, quæ cōiuges in cōmunē cohabitationē per vicariā traditionē corporū in rē vxoriā copulare.

Ratio cōcl.

¶ Secunda cōclusio, quæ ad eius qualitatem attingit, sit. Matrimonium è suo proprio fine semper est bonum: quare in se ex nequitia contractū nullā contrahit maculā. Duplex enim consideratur matrimonij finis, alter qui est eidem sacramentali cōtractui innatus: nēpe, pro creatio prolis, & remediū contra carnis illecebras, iuxta verbū Pauli, Qui non potest abstinere, nubat. Qui quidem finis in intētionē cōtrahēdi matrimonium ex natura rei includitur. Quare hic suapte natura semper bonus est.

2. Conclusio. Duplex matrimonij finis.

¶ Possunt autem huic per accidens adhaerere alij fines ex parte contrahentiū. Et ideo sit tertia cōclusio. Cōtrahere matrimonium propter bonū delectabile vel vtile, quod necessario fini impertinens est, nullum est de se peccatum. Vt contrahere propter mulieris pulchritudinem

3. Cōclusio.

neim

Iacob. nem exēplo. Iacob, qui propter pulcherrimā Rachelem seruitutē quatuordecim annorum pertulit. Et deuter. 12. aiebat Deus. Si videris in numero captiuorum mulierem pulchrā, & adamaueris eam, & volueris eā habere vxorē, introduces eam in domum tuam &c. Item nec propter bonū vtile malum de se est matrimonium contrahere, videlicet, locupletem vxorem sibi hominem associare, cuius substantia possit familiam sustinere. Verum est tamē, q̄ vt dist. 26. dicebamus, mulieris probitas, & honestas quæ ad alendam coniugij charitatem confert, est eligēda & pariter viri. Quare ex ijs accidētarijs finibus creberrimē peccata venialia pullulāt. ¶ Quarta cōclusio. Matrimonium eo fine cōtexere, qui peccatū mortale est, est itidē mortale crimē. Vt si vxor aut vir eligitur causa furandi: aut occidendi, aut hereses seminādi. Probatur, quia, vt. 2. Ethic. author est Philosoph⁹, actiones ex fine sortiuntur speciem. Ex qua igitur conclusione subsequitur, q̄ quauis huiusmodi intentio non obstet quominus sacramentum firmum sit & legitimum, est tamen obex suscipiendæ sacramentalis gratiæ, si dum illud cōtrahitur, adest. Facillima omnia sunt, in quibus idcirco non est immorandum.

Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, q̄ Deus per suam institutionem est causa coniunctionis viri & vxoris, dummodo cōsentiant in id, quod Deus instituit, Accidentariæ autem intentiones contrahentiū non mutant matrimonij substantiam, sed si nullam habeāt turpitudinem, sunt impertinētes, quod quidē commune est omnibus sacramentis. Quicunq; enim cum intentione ecclesiæ cōfert vel suscipit sacramentum, quācunq; aliā adiungat intentionem, verē cōfert, & suscipit, vt dist. 1. q. 5. dictum est. Si autem illa intentio peccatū sit, licet actionem contrahētium maculet, matrimonium tamen secundū se quatenus à Deo est, non est nisi bonum: nempe, coniunctio & vinculum matrimonij.

Redargutio ¶ Quod si redarguas. Deus non potest cōcurrere ad malum: illi autem actus contrahētium sunt mali: ergo nō potest concurrere ad illos: illi verō sunt causa coniunctionis: ergo Deus non concurrat ad coniunctionem. Et cōfirmatur, quia effectus ex causa vitatur: cuius enim bonus finis est, vt ait, Boeti⁹. 2. lib. Topi. ipsum quoq; bonum est, & cōuerso cuius finis malus est, ipsum est malum. Et eod. quoq; lib. ait, Philosophus. Quorum generationes malæ, & ipsa mala sunt: & vice versa, quæ mala sunt, malas habent generationes: mali ergo illi consensus malam faciunt coniunctionem, ad quam

ergo Deus non cooperatur. ¶ Ad hoc respondetur nihil obstarē quominus: **Solutio.** Deus ad eundem effectum in quo diuersę sunt rationes, sub vna ratione confluant, & causa, quæ peccatū est, ad eundem cōcurrat sub alia ratione. Dum enim proles ex adulterio gignitur, Deus & emissio seminis, quę peccatum est, simul ad generationem concurrunt. Concurrunt, inquam, Deus simul cū illa actione adulteri quatenus actio naturalis est. Quæ etiā ratio & proles genita bona: scilicet, quatenus effectus naturæ, Non autē cōcurrit cum eadem actione quatenus ex mala intētionē hominis procedit, quæ generationē vitiat. Pari modo in proposito concurrat Deus cum sinistris cōsensibus contrahentiū, nempe, quatenus iure diuino & naturæ instituti sunt, causa matrimonij. Quæ utiq; ratione cōiunctio matrimonialis bona est. Nō tamen cū eisdem concurrat quatenus à voluntatis prauitate dimanant. ¶ Et per hoc solutū restat argumentū secundū principale. Vnio em̄ illa quatenus effectus dei est & naturæ significat vnionē Christi & ecclesię, non autē quatenus per culpā cōmaculatur.

QVÆSTIO SECVNDA, De virginitate & matrimonio beatæ virginis.

ARTICVLVS. I.

Vtrum condecens fuerit Dei matrem, virginem emisso voto perpetuò permanisse.



Ncalce demum mēbri huius primi, quo causarum disputatio, quibus matrimonium perficitur, absoluitur, hæc quæstio adhiberi consuevit de matrimonio beatissimæ virginis, quod fuit inter omnia illustrissimū. Tametsi in tractatu de vita eiusdem virginis aptius D. Thomas eādem posuerit disputationem: nempe, in. 3. part. quæst. 29. Arguitur ergo quod nō decuerit, & virginem simul esse & nuptam. In lege enim veteri: vt Deute. 7. & Exod. 23. colligitur, male dictio in eos pronuntiabatur, qui semen non relinquebant super terram: vnde pro benedictione scribitur, Nō erit apud te sterilis vtriusq; sexus: ergo tūc virginitas nō erat in cōsilio. ¶ Et secūdo arguitur, q̄ cū virginitatis votū ad con-

Solu. 2. ar.

Partis negatiuæ ar. 1.

2. Argum. ad con-

Pars affirmatiua.

Decisio ar.

1. Cōclus.

Causę uirginis stat⁹ Deiparę Marię.

Quo ad effectū redēptionis.

Virgo post partum.

Vnigenit⁹.

Nota.

ad consilioꝝ perfectionem spectet, & Christus fuerit, qui legem cōsilioꝝ suis impleuerit & perfecerit, à sua ipsius persona culmen hoc virginitatis debuit inchoari. ¶ In contrarium est illud Virginis ad Angelū Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam virū nō cognosco? ¶ Duo quæstio insinuat disputanda. Primum de perpetua virginitate Deiparę virginis: & secundum de eius cōnubio. Ad quarū priorem quæstionē duabus cōclusionibus respōdetur. **1. Cōclus.** Prima. Quā maximē decētissimū fuit beatā virginem in perpetuo virginitatis statu deguisse vitam. Quod enim in conceptu & partu & post fuerit semper virgo, orthodoxa nos admonet fides, nō solum per ecclesiasticā sanctionem, sed tam per verbum illud virginis ad Angelum, Quomodo fiet istud, quia virum nō cognosco? tum etiam per angelicum respōsum, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Causas autē decētissimū huius virginei instituti nō est præsentis loci persequi, eas tamen D. Th. 3. par. q. 37. egregie perceret. Decuit enim Dei filium, qui verbum patris est, instar verbi à solo ipso patre obūbrante spiritu sancto, vt ait, Angelus, absq; vlla corruptione modo quodā spirituali hominē cōcipi. Decuit & patris dignitatem, vt eius naturalis filius nullū aliū patrē haberet in terris, q̄ in cœlo. Decuit & Christi humanitatē, in qua nec peccatum, nec operatio peccatrici carnis locum habere debuit, per quem peccatū mundi tollebat. Decuit & ad incarnationis finē, qui fuit, vt homines renascerētur in filios Dei non ex volūtate carnis nec ex volūtate viri. ¶ Sed q̄ & in partu mater maneret virgo, eidē quoque verbo congruens fuit. Nam verbum, vt corde absque corruptione cōcipitur, ita in de absque corruptione procedit. Item cōgruebat & redemptionis effectū, qui erat nostram corruptionem tollere. Quare nō debuit nascēdo vterum corrumpere. Quod & ad honorem matris quā maximē referebat, vt integra inuiolataque permaneret. ¶ At verò quod post partū debuerit etiā perseuerare perpetuò virgo, res erat adeò condecens, vt impudentissima sit blasphemiam illud negare. Virgo enim si postea virū erat cognitura, non ex libidine, quæ ab ipsa longissimē aberat, sed gratia procreandæ prolis facere cogitandum est. Id autem filij eius dignitati maximē derogabat: quippe quem, vt vnigenitus erat filius patris, ita quā maximē decebat vnigenitum esse matris. Mox iniurium maximē fuisset spiritui sancto, vt vterus, qui eius fuerat

facrarium, homini esset cognitus. Deinde in gratissima esset, quæ gratissima Deo fuit, sanctissima virgo, si vnica prole non fuisset contenta, quæ erat Dei filius & suus: & virginitatem, quam ei filius supra naturam seruauerat, naturali officio amitteret. Demum & Ioseph temeritatis & impudentiæ reus esset, si quam de spiritu sancto cōcepisse nouerat, polluere cogitaret. Quare Ebiō, Cherinthus & Eluidius contraria his blasphemantes meritisimō sunt tanquam impudentissimi hæretici condemnati. Hæc tamen non adeò sunt præsentis loco ac cōmoda.

¶ Sit ergo ad propositum secunda conclusio. Condecens itidem fuit sacrosanctam virginem, suam virginitatem Deo per votum cōsecrare. Hanc conclusionem contra quosdam asseruerim molestos morososq; homines, qui nihil aliud approbātes, quā quod in sacris biblijs legerint, auiant commentum esse fictum, hoc quod de voto beatæ virginis doctores tradidit, quia nullo sacro testimonio cōfirmatur. Satis enim istis factum esse debuisset per autoritatē Augustini locis citatis & Ambrosij, atq; aliorum sanctorum patrum. Sed præterea ratio illos vincit hæc, q̄ cum fides catholica cōtineat, Mariam fuisse perpetuò virginē, ratione optima elicitur, perfectissimum virginitatis statū habuisse, qualem Dei matrem decebat: status autem firmitatem sonat: firmitas verò non nisi per votum constabitur, quod ideo quā certissimum est virginem emisisse.

¶ Id quod & verbo ipsius virginis ad angelum confirmatur, Quomodo fiet istud, quia virum non cognosco? Plana enim res est, verbum illud non facere sensum: qui est, non cognoui quia illud ad conceptionem futuram impertinens erat, sed sensus fuit. Quoniam virum non cognoscere statui votoq; firmari, quod maritalem complexū repellebat. Et ideo. Quomodo fiet istud? nō erat verbū renuētis facere quā angelus proposuerat, sed modū interrogantis, quā, scilicet, operam præstitura esset: videlicet, vtrum esset cognitura virū, an verò per solam orationē vel cōsensum cōceptura. Ad quod respondēs angelus, ait, Spiritus sanctus superueniet in te, &c. ¶ Sed rogas. Cur Euāgelista hæc perpetuam post partum virginitatem non expresserit. Respōdet, q̄ ex eo, q̄ minus erat credibile, illud, quod facilius erat creditu, reliquit vt notum. Ex eo, inquam, quod dixerat, Spiritus sanctus superueniet in te, &c. & Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei, vbi conceptum partumque virginē designauit, vt notū reliquit post partū mansisse virginem, nec

Hæretici.

2. Conclu.

Ratio.

Ratio. 2. Quomodo fiet istud.

Per cōstatio

Solutio.

Matth.

Lucas.

Primogenitus.

Explicatur quaedam loca scripturae.

Solutio sancti Thomae ad primum argumentum.

Sententia auctoris.

D. Tho. in 4.

In l. Moysi.

Argu. quorundam.

nec postmodum Ioseph matrimoniū cōsummasse. Quod quidem viri sancti nō nisi prolis generandae gratia debuissent consummare. Et ideo cū Deus illis tam admirabilem praestitisset, absurdum esset aliam optare & gignere. Vnde quia Matthaeus propter perfectum matrimonium appellauit Mariam coniugē Ioseph: Lucas verbum temperans, ait, cap. 3. q. putabatur (quia non erat) pater Christi. Nec quā Matthaeus appellat Christum primogenitum virginis, inlinuat alium fuisse post genitum, sed quod nullum antea genuisset. Nam & vnigeniti censentur primogeniturae haeredes. Et quod, ait, Antequam conuenirent inuenta est in vtero habens: & Non cognoscebat eā donec peperit filium suum, non significat, quod postea conuenirent, sed solum (vt inquit, Hieronymus) significauit antequā id accideret, quod cōmuni lege separabatur, cam tunc & concepisse & peperisse. Sic enim loquimur, Antequā viginti annos expleret, seu antequā nauē intraret, mortuus est. Hæc autem apud Hieronymum & alios patres peruulgata sunt.

At verò argumentum primū, quod in cōtrarium obiectum est, nō nihil difficultatis offert. Enimuerò D. Thom. loco citato: videlicet. 3. part. q. 28. artic. 4. respōdet, quod quia lege veteri videbatur prohibitum nō dare operam ad relinquendum semen super terram, beata virgo ante nuptias non simpliciter virginitatem vouit, sed sub conditione, si Deo placeret. Et dist. praesenti. q. 2. ait, quod quāuis virginitas in se optima sit, tamen tempore Mosayca legis matrimonium ei praeferebatur propter expectationem benedicti seminis per viam generationis veteri: & ideo beata virgo sub cōditione vouit.

Horum autem vtrūque profecto fateor mihi durum esse creditum: nam primum, quod absque vilo peccato licitum esset in illa lege virginitatem seruare. D. ipse Thom. in. 4. dist. 33. q. 3. ar. 2. ad. 2. plane fatetur dicens, quod post multiplicatum genus humanum siue in statu naturae integræ siue in statu naturae corruptæ nullum fuisse peccatum à matrimonio abstinere: quia iam cessasset necessitas praeccepti. Crescite & multiplicamini. Et eadem, inquit, ratione in lege Moysi. post sufficientem propagationem illius populi, qui ad cultum Dei erat necessarius, non peccasset qui à matrimonio se abdicasset, atque adeo multò minus qui virginitatem seruasset. Quare quod quidam arguunt, in praeccepto tunc fuisse matrimonium ad augendum populum, id fortasse in initio, dum populus erat exiguus, verum habuit: vt in Abraham, Isaac & Iacob, quorum ideo matrimo-

nia scriptura insigniter commendat. Aliud verò argumentum, quod ex verbis S. Thomae colligitur: videlicet, quod propter expectationem venturi Messiae nefas erat à matrimonio contrahendo se hominem abstrahere, non ita multum mouet. Nam etsi Abraham, vt Genes. 22. legitur facta fuerit promissio vt in femine suo benedicturus esset Deus omnes gentes, tamē sola tribus Iuda erat, quæ Messiae carnem erat exhibitura, quæ admodum erat in lege vaticinata. Et tu, Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, &c. Quare alia tribus non tenebantur illo vinculo. Adde quod licet aliqui à re vxoria abhorrent, prouidentia Dei efficeret ne linea procreando Christo deficeret. Ad hæc si tanta tunc esset obligatio nauandi operam liberis, consequens fieret: vt si quis ex primo matrimonio nō suscepisset prolem, teneretur ad secundas nuptias cōmigrare, quod ex nulla historia colligitur, imò Iudith absque prole in vidualitate permansit.

Quin verò addiderim, si mea est audienda opinio, semper fuisse virginitatem nuptiis merito prelatam saltem post naturam corruptam. Nam in natura integra cum amplexus tunc maritalis absque villa delectationis exuberantia fieret, atque adeo nec contemplationem nec alia spiritalia opera impediret: fortasse genere suo nō fuisset virtus à matrimonio abstinere. Tametsi propagatio genere humano nec fuisset peccatum, vt, ait, S. Tho. sed esset indifferens, quod ex fine posset fieri bonum. At verò sub lege naturae corruptae prolatato satis humano genere, proculdubio semper fuit virginitas matrimonio praestantior, quippe quæ ad contemplationem & spiritalia opera longè aptior: quorum gratia multi sapientes voluptuose se veneri subdixerunt. Quin vero Abel nulla fert historia vxorem habuisse, quia fortasse nō dum fororē nactus fuerat cōnubio maturam. Atque adeo in de iā angelica virginitas genus humanum decorare cœpit, & abstinentia rei veneræ florere.

Hinc ergo, vt ad legem Mosaycam gradum faciamus, arguitur. Cum illic, vt dictum est, licitum fuerit aucto iā populo à matrimonijs se hoies abdicare, nescio cur nō virginitas propter easdem causas, ob quas sub lege naturae laudabilior erat quæ matrimoniū etiā sub eadem scripta lege eundem excellenti gradū praenuptiis obtineret. Veritas hæc praeterea multis Prophetarum exemplis cōprobat. Esaias namque; Elifæus & Hieremias, vt Hieronymus lib. 1. aduersus Iouiniana cap. 16. author est, cōpluresque alij à vxoria se prorsus abdicarunt, circueuntes (vti, ait, Pau. ad

Aliud arg.

Solutio.

Sub lege naturae corruptae.

De Abel.

In l. Moysi.

Propheta rum exempla.

Pau. ad

Iosephus.

Solutio primi argu.

Paul. ad Hebr. 11) in melotjs & in pellibus caprinis, in solitudinibus oberrantes, & in spelūcis & caueris terræ. Et Iosephus libr. 18. antiq. & Solinus in poly-historia cap. 48. referunt, ante christi aduentum Essenorū collegiū, in deserto Iudæe more nostrorum Anacoritārum sanctissimā deguisse vitam, ab vxoribus prorsus & omni foemineo conspectu semotissimum, quorum institutum secutus est Ioannes baptista. Vnde quāuis nullam aliam habuisset beata virgo reuelationem, exemplū in sua gente haberet: virginitatis colendæ.

Igitur quod hinc, ait S. Thom. sub illa lege matrimonium prelatum fuisse virginitati, vel intelligitur sub initio illius legis, vel dicendum quod in sua summa, vbi omnia pollebat, id nō dixisset. Imò. 2. 2. q. 152. art. 4. simpliciter cōcludit virginitatem praefereendam esse matrimonio: vbi hanc exceptionem illius legis non facit, sed solum, ait, matrimonium Abraham propter necessitatem illius temporis & quatuor fuisse continētie virginitatis Ioanis. Et loco citato. 3. p. q. 28 nō ait simpliciter, quod sub illa lege prohibitum fuerit non dare operam liberis, sed quod prohibitum videbatur. Id quod fortitan dixit propter lineam rectam tribus Iuda, & singulariter propter sacram virginem, quā proculdubio credo ex eadem tribu per paternā lineam descendisse: nempe, à Dauid per Nathan filium eius: quam quidem lineam ascendēdo recensuit Lucas. c. 3. Sed per lineam maternā creditur fuisse de tribu Leui: nempe, cognata Elisabeth. Praeterea quod etsi non sit certū fuisse ei reuelatū futurā Dei genitricem, est tamē credibile aliqua lē inspirationem ab spiritu sancto recepisse, se eius genituræ aliquid operæ praestituras: & ideo ante nuptias desideriu, quod virginitatis habebat, non ausa est absolute voto firmare.

Ad argumentum igitur principale respondeatur id, quod, ait D. Tho. vt maledictionem censeret in vetusta lege sterilitatem, de nuptiis foeminae esse intelligendum. Quare Anna Samuelis mater exprobrabat, vt legitur. 1. Regū. 1. quod dominus conclusisset vuluam eius. Nō autē in de sequitur quod fuerit omnibus in praeccepto nubere. Illud enim Deuter. 7. Nō erit apud te sterile vtriusque; sexus, quod & in Exod. c. 23. habetur, nō sonat praecceptū contrahendi matrimonium, sed contrahentiū benedictionem. Veluti in Psal. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domustuae. Promittebat enim populo illic Deus si suā legē seruaret dicēs, Benedictus eris inter omnes populos. Nō erit in te sterile vtriusque sexus, siue in hominibus siue in gregibus. Auferet à te dominus omnem lāguo-

rem, &c. Ad secundū autē respōdetur, quod beata virgo, vt in Canticis legitur, fuit sicut aurora cōfurgens, enixura solem iustitiæ, atque adeo confinium fuit tenebrarū antiquæ legis, & lucis nouæ. Quapropter ante nuptias propositū habuit virginitatis, & post nuptias votum eiusdem fecit, quod filius eius diuino exemplo & lege cōfirmaturus erat. Quocirca licet antea multi ob alios fines virginitatem seruassent, tamen id sub voto veræ religionis à beata virgine ortū habuit. Votum enim Vestalium virginū Deorū superstitione vituabatur. Solennitas verò euāgelici voti à Chro. cœpit.

Solu. 2. ar.

ARTICVLVS. II.

Utrum virginem Dei matrem nuptam simul esse decuerit.



Alter articulus quaestionis praesentis de castissimis nuptiis beatæ virginis inquit. Arguitur ergo nō decuisse fuisse nuptam. Votum virginitatis, quod dictum est virginē emisisse, e diuerso cū matrimonio pugnat: quoniā vt, ait, Hierony. Vouentibus virginitatem non solum nubere, sed velle nubere damnabile est: ergo nequit & votū emittere virginitatis, & matrimonij cōtractum celebrare. Secundò. Si desponsatio virginis cōdecēs fuit causa, extitit, vt paratus eius, quemadmodum ait, Ignatius martyr, diabolo celaretur, illi autē illa via celari eum nequiuisset, quoniā oculatè noscere poterat intactam virō cōcepisse: ergo illa causa frivola est. Imò potius miraculo, quod ex virgine Christum cōciperetur tum & nasceretur; cōgrueus erat, vt mater nō esset maritata: nam miracula in testimonium fidei fiunt: quae utique ratione in manifesto fieri debent: fuisset autem manifestius, si in opinione vulgi maritū nō haberet. In contrarium autē est verbū euāgelicū

Partis negative argument. 1.

2. Argum.

Pars affirmatiua.

1. Concl. Cause duo decim.

Ad Christum quatuor spectant.

M quod

Quarta. Ad virginitates.

Ad nos quinque.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Duodecima.

Anconiu- giu Marie fuerit perfectum. Vuitcleff.

2. Argum.

quod, ait, Ignatius, vt diabolo eius partus occultaretur, ne in pueru machinamenta moliretur. Ac demum vt obsequio patri Ioseph nutretur. ¶ A parte autem virginis tres alia exurgunt cause: videlicet, vt & ab infamia & a poena lapidationis liberaretur, & quemadmodum, ait, Hieronymus, tum honestius tum etiam accuratius eidem virgini ministerium maritus exhiberet. ¶ Demum & ad nos quinque alia at tinebat. Nimirum prima, vt testimonio mariti firmiter natiuitas Christi ex virgine comprobaretur. Locupletior enim, ait, super Lucam Ambrosius, testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Secunda, vt idem subdit Diuus pater, vt verba virginis credibilia redderentur, quod & in nostrâ redundauit fidei firmitatem. Videretur enim culpam obumbrare voluisse mēdatio innupta prægnans: causam autem mentiendi desponsata non habuit, cum coniugij præmiū & gratia nuptiarum partus sit foeminarū. Tertia vt tolleretur excusatio virginibus, quæ non omnem cautelam adhibent, vt infamiam euitent. Quarta, quia per illud virginis connubium vniuersalis ecclesia designatur, quæ virgo, vt. 2. Cor. 1. 1. ait, Paul. desponsata est vni viro Christo. His denique & duodecimam, eandemque pulcherrimam adhibeamus causam, videlicet, vt quemadmodum in Christo duæ naturæ Dei & hominis copulatae sunt, sic & in eius parente duæ coniungerentur egregiæ dignitates matris & virginis. Etenim illuc vsq; vt florida virginis integritas prolis fuerat sterilitate truncata, sic & matrimonialis foecunditas pudore corruptionis fuerat abiecta. Vt ergo neq; fructus coniugij florem virginis deiiceret, neque flos virginis prolis orbitatem perferret, ambo in Maria confederata sunt iura: nimirum, vt inuiolata matris virginitas filium pareret Deum & hominem.

¶ Dubiū autem circa quæstionem hanc emergit, vtrum purissimum illud coniugium fuerit perfectū. Supposito namque ex ar. 1. vt fides catholica profitetur, illud nunq̄ fuisse per copulam consummatū, Witcleff, vt est videre apud Thomā Waldensem cap. 130. opinatus matrimoniu non esse legitimum & perfectū nisi fuerit consummatum, inficiabatur virgineum matrimoniu, insinuans non fuisse perfectum. Nec de sunt prorsus argumenta, quæ rem aliquo probabilitatis colore afficiant. Perfectū enim matrimonium dicit absolutum consensum: & tamen videtur virgo non absolute in matrimoniu cōsensisse, sed illud cōmississe Deo, sicut suā

virginitatem: alioqui si absolute consensisset, non licuisset Ioseph eam dimittere, quod tamen euangelista, ait, eum cogitasse. Secundò, quia ad perfectionē matrimonij cōuenit & cōsummatio & perfecta significatio illud autem nunquam fuit cōsummatū: quare per illud non fuit significata vnio Christi cū natura humana. ¶ His tamen nihil obstantibus subtexitur secunda conclusio. Sacrosanctum illud matrimoniu fuit perfectissimum, Dei namque perfecta sunt opera: illud autem matrimoniu fuit diuinitus inspiratum: ergo perfectum: id quod euangelista illo nomine significare voluit, quo Mariam appellauit Ioseph coniugem. Ratione etiam eadem conclusio exponitur. Duplex enim, vt distinct. 26. q. 2. ar. 4. diximus, est rei perfectio: vna essentialis: quæ ad eius naturam spectat, atque alia accidentaria, quæ secundū eius operationem consideratur. Ignis enim, licet in vacuo positus non calefaceret, esset tamē essentialiter perfectum in suis partibus, Perfectio autem essentialis matrimonij cōsistit in mutuo cōsensu de presenti, quo se alteruter coniugū alteri tradit: quo pacto inter Mariā & Ioseph fuit perfectissimū matrimonium. Commissio verò per copulā est vsus & operatio matrimonij, atque adeò accidentaria perfectio, quæ non est de eius essentia. ¶ Et per hoc responsum est ad argumentū factū de consummatione & significatione vnionis humanitatis Christi: sunt enim accidentariae matrimonij, & ideo eorum defectus nihil de eius essentiali perfectione tollit. ¶ Ad aliud autē argumentum negatur beatam virginē sub conditione cōtraxisse, imò absolute contraxit, vt illico planius fiet, certa tamen, quod nunquā per vsum vxorū esset violanda. Quod autē Ioseph cogitabat eā dimittere, non intelligitur de separatione quo ad vinculum, sed quo ad torū. ¶ Ad primū argumentum in capite articuli propositū omnes præter Scotū respondent, illud satis probare sacrosanctam virginem ante cōtractas nuptias non emisisse absolute votum, alioqui cōsentire in illas, nefas esset. Emisit autem illū sub conditione, vt ait, S. Thom. & Doctores nisi Deus aliud iuberet. ¶ Cōtra rem hanc autē vulga assertionem arguitur. In omni voto siue simplici siue solēni subintelligitur conditio illa, nisi Deus aliter iusserit: ergo illa expressa conditio non obstat, quominus votum beatæ virginis absolutum esset, sicuti modo vsu & more fit. Paludanus atque alij non aliud respondent, quàm quod licet implicite illa includatur in omni voto, perfectius tamen est illam exprimere. Sed certē hoc difficultatem non

Secundum.

2. Conclus.

Ratio.

Solutio ar.

Solut. alia argum.

Solut. 1. ar.

Argumen.

Paludanus

eneruat

Nota.

Scotus.

Authoris solutio.

August.

eneruat: tum quia si naturam voti non tanti referret exprimeretur, nec ne, tum præsertim quod argumentum eò tendit, quod quemadmodum post absolutū modū votū nō licet matrimoniu inire nō obstante inclusione illius conditionis, ita nec licuit beatæ virgini nō obstante eiusdem conditionis, expressione. ¶ Scotus ergo dist. present. q. 2. tenet beatam virginē etiam ante nuptias absolute vouisse. Cui quidem, inquit, voto non repugnauit absolutus cōsensu in matrimoniu: propterea quæ certa erat nunq̄ se daturam operā rei vxoriae. At profecto solutio hæc agere sustineri valet. Est enim contra citatū Hierony. dicentē: quod uouentibus virginitatē etiam velle nubere, dānabile est: nam nubere est tradere potestatem sui corporis alteri, quod uouētī virginitatem nō licet, vt bene ait, D. Tho. d. 29. in fine. Quare Augu. nō dicit nisi quod proposuit. Et inde omnes Doctores inferunt ante nuptias nō uouisse absolute. Quibus ideo Scotus non debuisset tam facile cōtradidit. Proculdubio igitur respondēdum longissimē differre inter votū absolutū, quod modo illā cōditionē implicat, si Deus voluerit & illud virginis ante cōtractum matrimoniu. Nūc enim minime licet post votū solēne, aut sine dispensatione post simplex nuptias cōtrahere, quoniam per talē cōtractū ille qui uouit concedit facultatē alteri coniugij sui corporis: Quare licet includatur conditio, Nisi Deus aliter iusserit, intelligitur tamē per diuinas leges Deum nō aliud iubere, quæ vt votum feruet. Votū ergo beatæ virginis ante nuptias sic intelligitur, quod non fuerit firmatū: nunquā enim absolute dixit. Voueo. Quocirca non tā votū dicendum est, quod desiderium uouēdi. Sed tū quia anceps erat animi quid Deus vellet, ipsi deliberationis conclusionem reliquit. Vnde Augu. nō dicit, quod tunc uouit, sed quod proposuit se permanfurā virginē, nisi Deus aliter reuelaret. Et ideo fortasse per reuelationē etiam nupit tradendo viro facultatē sui corporis, eandemque absolute. Etenim in cōtractu nō expressit conditionem & pactū nunq̄ se mutuo cognoscendi, nam cum illa cōditio, vt supra dictū est, sit finis matrimonij contraria, non fuisset verum matrimoniu: sed neq; expressit cōsensum in copulam, vt. d. 27. q. 1. articu. 2. late monstrauimus: quia illa expressio proposito & desiderio perpetuæ virginitatis derogaret, atque adeò nō fuisse perpetuō virgo mente & corpore. Præsertim, quia vt. d. 26. q. 2. ar. 4. præmiseramus, carnalis copula nō est de essentia matrimonij. Fuit tamē talis consensus copulæ illic in virtute implicitus sicut actus in potētia

At quia per spiritum sanctum certa erat, nunquā suum coniugem exacturum debitū, nihil de perpetua virginitate etiam mētīs de tractum ei est, quippe cui virginitati non nisi voluntas contrahendi cōsummandiq; matrimonium officit. Atque ea propter si D. Ioan. fuit ille spōsus, cuius nuptijs Christus interfuit nō est censendus tā virgo mente, quàm beata virgo. Nam credibile est contraxisse matrimoniu lege communi consummandi. Sed tamen fuit virgo corpore, & mente, per mutationem propositi: quia postmodum voto, eam confirmauit, quod ad laureolam sufficit. Cæterum quoad sacram virginem eiusque sponsū redeamus, illico matrimonio contracto ante angelicam salutationem ambo communi consensu per absolutum votum Deo suam virginitatē consecrauerunt. Id quod beata virgo verbis illis ad angelū expressit. Quomodo fiet istud? &c. ¶ Ad secundum verò respondent doctores, quod diabolo diuinitus nō permittitur omnia fidei mysteria perscrutari: quia vt. 3. de trinitate, ait, Augu. multa potest virtutē suæ naturæ, à quibus diuinitus prohibetur, & ideo non deprehendit modum conceptionis Christi. Hæc autem solutio non satis prorsus rei facit: nam si per solam Dei prouidentiam idem conceptus celatus fuit, nulla erat necessitas, vt illa de causa virgo desponsaretur. Dicendum ergo quod Deus ad occultandum Satanæ illud secretum vsus est modo naturali consueto: diabolus namque nō est ad omnes cōceptus hominum attentus quādo solito modo per matrimoniu fiunt. Et ideo quia beata virgo virum habebat non explorauit mysterium, quod tamen si esset innupta, eam eximiam eius sanctitatem & puritatem haberet compertam, diligentius explorasset. ¶ Ad aliud verò membrum, quod miraculum debuerit esse propatulum, respondetur, quod miracula sunt in duplici differentia. Alia quidē, quæ sunt ipsi articuli fidei, vt incarnatio &c. alia verò quæ fiunt in testimoniu fidei, vt in firmorum sanitas, & mortuorum resuscitatio. Hæc ergo secundi generis debent publicitus fieri nō tamen illa, nisi dum per rationem temporis expeditur. Vnde quādiu Christus fuit infans, nec cessum fuit mysteriu dæmonibus occultari, ne acrius puerū infestarent: tunc enim Christus nec pati disposuerat, nec suā virtutem patefacere. Postmodū verò iam adultus, quādo se legitatore exhibebat, nō reuic eisdem demonibus innotescere: qui ideo, vt Marc. 1. legitur exclamabant dicentes. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, &c. Scio quod sis sanctus, Dei.

De diuo Ioanne.

Solut. 2.

Augustin.

Solut. autho ri, displicet

Auth. solutio.

Solut. ad mēbrū, arg. 1.

Obiectio. Contra aliam congruentiam, qua dictum est, virginem desponsatam, ne inuenta pregnantis lapidaretur, existit argumentum: quia sola maritate propter adulterium lapidabantur, quare illa de causa potius debuit non esse maritata. Respondetur quod non solum vxores, verum & virgines, quae in aedibus paternis seruabantur, lapidibus propter stuprum obruebantur, vt Deuterono. 22. legitur, & potissimum illae, quae de genere erant sacerdotali, vt legitur Leuitici. 21. qualis, vt paulo ante dicebamus, creditur fuisse beata virgo per lineam matris.

Solutio.

DISTINCTIO
trigesima prima, De
bonis matrimonio excusantibus.

Text. Cap. 1.



Sacramentum hoc quod per causas hucusque denarratas constituitur, quanuis bonum per se vtiq; honestumque sit, tamen quia molestias secum fert, adnexaque incommoda, exposcere videtur, vt bona ei appendantur, quibus excusari honestarique valeat. Haec sunt numero tria, quae

Cap. 7.

Aug. lib. 9. super Genes. scripta reliquit: nempe, fides, proles, & sacramentum. In fide attenditur, ne coniugum cum alio alia ve se se commisceat: In prole, vt amanter suscepta, religiosè educetur. In sacramento, vt consummatum coniugium quoad substantiam non dirimatur, tamen si coniuges, seu fornicationis causa, seu gratia religionis, toro separari valeant.

¶ At verò fides & proles, licet bona sint intentioni & naturae sacramenti innata, quippe quod in hoc institutum est, vt mutua fide constricti coniuges generi propagando incumbant, tamen re & vsu non sunt eius substantiae necessariae. Fides namque ab adulteris violata, vinculum sacramenti non abrupit, sed si coniugio ad fuerit, vt ait, venerabilis Hugo, amplius commendatur, si verò defuerit, non inde annihilatur. Neque verò sterilitas eorum, qui fructu proles frustrantur, coniugium diluit. Quocirca proles fructuosius sacramentum reddit si verò sterile fuerit, non ideo nullum erit. Ratio verò sacramenti est matrimonio natiua, ac perinde inseparabilis, na vtili. i. de nuptijs autor est Aug. vsque adeò manent interuenientes semel in nuptiarum iura, vt quantis toro separati alias inire tentarent, potius sint inter se coniuges, quibus adhæserint: sicut Apostata anima de coniugio Christi recedens, etiam fide perdit, sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis recepit. Est ergo gradus sacramenti inter reliqua matrimonij bona potissimum.

Hugo.

Capit. eo.

¶ Concubitus itaque conjugalis huiusmodi bonis exornatus: nempe, qui causa vel proles vel fidei seruandae fit: adeò est cuiuslibet culpae expers, vt sit saepe Deo acceptus & gratus. Vbi autem haec defuerint, si voluptatis libidine fiat, labem

Cap. 3.

Cap. 6.

labem contrahit venialis culpae. Vnde August. lib. de bono coniugali. Coniugalis, inquit, concubitus generandi causa non habet culpam, concupiscentiae verò satiandae, sed tamen cum coniuge, propter fidem tori venialem habet culpam. Et rursus. Reddere debitum coniugale nullius est criminis, exigere autem ultra generandi necessitatem culpae venialis. Vbi docere videtur, quod debitum soluere ad cauendam in coniuge fornicationis turpitudinem, legitimum sit: exigere autem ad eandem in se vitandam, non item. Quaeuis nefas fortè non sit rigorem sententiae huius sic mitigare, vt vbi humano more remedium hoc necessarium fuerit iudicatum, id fortasse liceat: nempe, vt in hoc sensu audiat. 1. Corin. 7. Paul. vbi ait, Propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquaeque suum virum. Et inferius. Iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam. Tamen si August. in lib. de verbis domini. indulgentiae nomen ad matrimonium sic referat, vt intelligatur permissum tanquam minus bonum quam castitas. Sed si referatur ad vnum causa fornicationis cauendae, permittatur tanquam minus malum.

Cap. 7.

Paulus.

August.

DISTINCTIO
trigesime primae, Quaest. vnica.
De bonis matrimonio excusantibus.
ARTICVLVS. I.

Vtrum matrimonium debeat per aliqua bona excusari.



Repeditum est primum membrum eorum trium, quae de matrimonio disputata proposuimus, scilicet, de causis, quibus matrimonium contrahitur. Subsequitur ergo in his tribus proximis distinctionibus secundum, de eius, postquam contractum est, concomitantibus bonis & legitimo vsu arguitur igitur quod matrimonium nullis indigeat bonis: quibus excusetur. Illud enim, quod genere suo honestum est, nullo indiget alio bono, quo excusetur: amicitia autem, quae est inter virum & vxorem, vt. 8. Ethic. autor est Philosophus, est naturalis, quae in se honestum includit & vtile & delectabile: ergo non indiget excusari. Et confirmatur. Tam naturale est homini suam conseruare speciem per propagationem, quam proprium indiuiduum per nutritionem, quinimò quanto species praestantius bonum est quam indiuiduum, tanto eius conseruatio videtur magis naturalis: sed alimenta sumere non indiget aliqua excusatione: ergo nec generatio, quae fit per matrimonium.

¶ Secundò arguitur ex fine. Matrimonium non indiget excusari, quatenus est in officium: nam tunc deberet etià excusari in statu innocentiae, quod est falsum, quonià, vt ait, August. tunc fuissent, nuptiae honorabiles & torus immaculatus: quatenus verò est in remedium non est magis excusabile, quam caetera sacramenta, quae pariter sunt contra peccata instituta, quae tamen excusari non egent. Tertiò. Virtutes sufficiunt dirigere, atque adeò excusare omnia opera, quae honestè fieri possunt: matrimonium autem contra hi potest honestè, ergo non alijs indiget bonis, vt honestetur, quam virtutibus. In contrarium est, quod omne bonum propter indulgentiam permissum indiget excusari: vsu autem matrimonij Pauli. 1. Cor. 7. secundum indulgentiam concedit hominibus: ergo indiget excusari. Idioma istud & negotium excusandi matrimonium intro-

Partis negatiuae. Argum. 1.

Confirmatio arg.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio ar.

ductū in scholas fuit ad cauendam vetustam eorum heresim, qui nuptias negabant esse licitas, de quibus Pau. 1. Tim. 4. meminit: ad egrū enim retūdendum errorē hęc excusantia bona cōmemorat. Aug. lib. 9. super Genes. c. 7. Et ideo ad quæstionē vnica cōclusionē respōdetur. Matrimoniu indiget per aliqua bona excusari: ¶ Veruntamē cōclusionē hanc nō eodē modo doctores probant. Durād. nanque dist. præfenti probat hoc pacto. Supponit primō, & quidē probē cum S. Tho. dist. præfenti. q. 2. bifariam actū excusari. Vno modo ex parte faciētis: quo utique modo id etiā quod per se est malū potest per ignorātiā excusari, vt dum quis rem furatur alienā putans esse suā, de quo excusationis modo sermo in præfentiā nō habetur. Alio modo excusatur secundū se, & de ista excusationē loquimur in præfentiā. s. quantū ad excusationē operis, qua per se indiget, vt sit bonū. Hoc supposito arguit sic. Act⁹ intrinsecē malus, cum fieri nō possit bene, nēquit excusari: excusatio em̄ nulla est, nisi actū bonū reddat, quare furtū per nullū bonū excusari potest; licet qui furatur, possit per ignorātiā à culpa eximi. Itē neque actus intrinsecē bonus excusatione opus habet: quia à se suā habet bonitatē. Restat ergo, vt solus act⁹ indifferēs, qui bene & malē fieri potest, indigeat excusationē, vt sit bonus. Veluti ambulare, & loqui, quod si fiat bono fine, est bonū: si prauo, prauum: si verò nullo, erit otiosum. Ad hūc ergo modū putat Durād. matrimoniu excusari: quia act⁹, inquit, carnalis, ex genere suo indifferēs est. ¶ At verò ratiocinatio hęc, non est satis solida: nā si sola act⁹ in differētia in causa esset, vt excusari indigeret, tūc (vt Palud. bene colligit) omnis actus indifferēs similiter esset excusandus, quod patribus nō est in more. Quin verò comedere & bibere, quæ sunt opera indifferētia, deberēt excusari: nā si respōderis nō esse parē rationē, eo q̄ in esu & potu nō tam absorbeatur rationis vsus q̄ in re venerea, iam concedis nō solā indifferētiā actus excusatione indigere. ¶ Aliter tñ mihi videor hanc opinionem fallitatis euidēter redarguere. Cū enim Aug. & Doctores matrimoniu excusare fatagunt, nō intelligunt solū actū generationis excusare quatenus ad honestū, & in honestum: nempe, ad cōiugalē, & fornicarium, indifferēs est: nam tunc per hoc quod contraheretur ad honestatem cōiugij, satis excusaretur: quēadmodū comedere per hoc, q̄ fit gratia alēdæ vitæ: sed matrimoniu ipsū, atq; eius vsus (vt nō supra asserit cōclusio) quæ in sua ratione bonitatem & honestatē includunt: sunt quæ Arg. &

Conclusio Durandus

Sententia authoris

Arg. aliud contra opinionem Durandus

Doctores per tria illa bona excusare contendunt. Nō ergo quia matrimoniu est actus indifferēs, indiget excusari. Imō quauis de se sit bonū vt filiorū educatio. ¶ Ratio itaque cōclusionis propositæ est hęc. Omne opus siue indifferēs, siue de se bonum quod præ se fert speciem mali, siue culpæ, siue pœnæ, aut alius cuiusque detrimētū, indiget excusari, eo q̄ eius modi detrimētā nō sunt absque alijs conducētibz bonis, & cōmodis eligendā. Exemplum quodammodo apparet in somno, quod cum hoc afferat detrimētū, q̄ aufert rationis vsū, quauis per se sit bonū, excusatur per alia cōmoda. s. quia per ipsum quiescit, refocillaturq; natura ad alia honesta officia obeūda. Tamen si alij dicat, q̄ cum sit naturæ quies, nō indiget alia excusatione: sed exēpla ponimus, non ita sint. Ad rem ergo, vt accedamus, matrimoniu molestiarū plurimū, tribulationūq; & grauissima onera secum importat, quare nisi per alia bona fieret istorum cōpensatio, neutiquam esset eligibile bonū: ergo necessariū est aliqua bona ei assignare, per quæ excusetur. Hęc eadem veritas colligitur ex Paulo. 1. ad Corinth. 7. vbi ait, omnes percipere, veluti ipse erat, vinculo matrimonij esse solutos, quasi id præstantius sit & optatius, attamen secundū indulgentiam permittit, vt ad cauendā iniquam, venērē vnusquisque suā vxorē habeat. Et infra. Si acceperis vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit, tribulationē tamē carnis habebūt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Quo loco Ambrosi. multas commemorat matorum vxorumq; molestias, quales sunt gemitus vtrius, nutrimēta filiorū, &c. Quas itidē Hieron. lib. 6. contra Iouinianum recenset. In primis enim matrimonium affert vinculum indissolubile, quod est genus quodammodo seruitutis, vt teneatur alterutrum debita reddere, neque possit coniux pro suo arbitrio ab altero secedere. Et postmodum per vxoriū vsū, concitatur carnis pruriges, adeo, vt quēadmodum ait, Aristot. rationis vsus tunc absorbeatur. Qua utique cōsuetudine homo ab alijs dignioribus studijs præpeditur. Nam vt ibidē ait, Paul. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo: Qui autem cū vxore est, sollicitus est, quæ sunt mūdi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Mox vxor tenetur sub viri esse potestate: cū pudore concipit, cum molestia vterunq; gestat, cum dolore parit. Sed & onera in tolerandis & mariti, & vxoris peruersis moribus, in alenda domo, in educandis liberis, in augenda re domestica, quæ perferre opus est, satis common-

Ratio cōcl.

Exemplū

Paul. 1. Corinth. 7.

Ambrosi.

Hieron.

Aristot.

Paul. Corinth.

commonstrant, q̄ debeat matrimonium excusari, vt eius bonitas, & honestas appareat. ¶ Et per hoc soluuntur alia argumenta cōmuniā, quæ extant apud Scotū. Matrimonium inquit, primorū parētum in statu naturæ integræ excusari non indiget, nec verò matrimonium Mariæ & Ioseph, ergo matrimoniu excusari non eget. Negatur, inquā, consequētia: quoniā hoc fuit peculiare illis in matrimonijs. In statu enim naturæ integræ nullæ potuissent esse molestiæ, quippe quæ ex peccato originali succreuerunt. Neque verò sanctissimum cōmerciū Mariæ & Ioseph arumnas habuit siue in cōcipiendo siue in pariendo aut in alēda domo: sed labores, quos parentes pertulerunt, in seruando puero Deo ab Herodis tyrānide, obsequium fuit Deo exhibitū, meritis plenum. ¶ Primū autem argumentū supra factum isto rum declarationem inuestigat: quod est hoc. Matrimoniu de se bonum est & honestum: ergo nullis indiget excusantibus bonis. Distinguitur quippe consequēs: si enim intelligatur de bonis extrinsecis, & alienis, cōceditur consequētia, si verò de intrinsecis, & ei connatura libus, negatur. Bona enim illud excusantia, saltem quantū ad eius intentionē, vt articulo sequēti declarabimus, de intrinseca eius ratione existūt: scilicet, fides, proles, & sacramentū. At dicuntur isto modo illud excusare, q̄ cū vinculo, & finis matrimonij, quāquam sit bonus, & honestus, annexā habeat malorū molestiā, nisi secum illa bona afferret, nō esset per se bonum: non autem aliunde opus habet excusationem nēdicare. ¶ Ad confirmationē respōdetur, q̄ quicquid sit de hoc dubio, quod dist. sequen. attingemus, an tam naturale existat, speciem, q̄ indiuiduū conseruare: esus tamē, & potus, nō tam vehementē affert delectationē, quæ rationem absorbeat, q̄ generandi officiu: eo q̄ per virū generatiā originale traducitur, atq; adeo est magis infecta q̄ nutritiua. Præter quā q̄ ad sumptionem cibi nō opus fuit, vt tantam tamq; allectiuā delectationem natura prouideret: quia solus sensus famis sufficit ad cibum capeendum, sed ad excitandum appetitum ad conseruandā speciem, vrgentiori opus fuit delectatione, quia defectus speciei nō tam instigat indiuiduū, q̄ proprius ipsius indiuidui. Maxime cū non nunq̄ fiat cum detrimēto indiuidui, cui per nutritionem. subuenitur, & ideo nutritio non indiget bonis excusantibus, quemadmodum & matrimonium. ¶ Ad secundum respondetur, q̄ matrimoniu indiget excusari vtraq; ratione: scilicet, & quatenus in officiu, & quatenus in remedium in-

Solutio ar.

Argument.

Solutio ar.

Solutio cōfirmationis

Solu. 2. ar.

stitutum est: quia licet vtrunq; rationem, vtilis includat, affert nihilominus molestias supra explicatas. ¶ Ad tertium denique respondetur, quod officium aliquod honestatur dupliciter, vno modo tanquam ex principio elicito, & sic exornatur per alias virtutes ad illud concurrentes. Alio modo honestatur quasi ex principio formali, quemadmodum circumstantiæ actum decorant, & isto pacto excusatur matrimonium per supra dicta bona.

Solu. 3. ar.

ARTICVLVS II.

Vtrum tria sint tantum matrimonium excusantia bona.

¶ Stenfo quemadmodum matrimoniu debeat per aliqua bona excusari, quæritur de eiusmodi bonis. Et arguitur, quod non sint tamen tria. Primō sic. Quæ ratione ponitur fides, addenda esset charitatis, vt pote per quam perficitur significatio coniunctionis Christi & ecclesiæ quæ est de ratione matrimonij. ¶ Secundō. Finis matrimonij nō solum est proles sed confortium etiā & societas, vti. 8. Ethic. autor est Philosophus in alijs operibus, vitæ: ergo quæ ratione ponitur proles, deberet adhiberi & conuincio in alijs officijs. ¶ Tertio. In matrimonio in quantum significat coniunctionē Christi & ecclesiæ, vt requiritur esse indiuisibile: ita & vnitas vt sit vna vnus: ergo sicut inter bona ponitur sacramentum, quod significat indissolubile bonum, ita deberet poni vnitas, ¶ In cōtrarium autē arguitur, q̄ superfluat numerus, quoniā vnū quodlibet illorum bonorum sat esset ad honestandū matrimoniu. Imō videtur sacramentū non debere inter illa numerari: nam bonū matrimoniu excusans, debet esse qualitas eius: qualitas autem differt à substantia: ergo cū sacramentū nominet substantiā ipsam nō debet inter eius bona cēseri. ¶ Ad quæstionem (quæ facillima est) quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Tria sunt tantū bona excusantia matrimoniu: scilicet, fides, proles, & matrimonium. Doctrina est August. 9. super Genes. ad literam cap. 7. & libro de bono coniugali. & lib. de nuptijs & concupiscen. cap. 11. de quibus bonis Hugo. lib. 2. de sacramen. par. 11. cap. 7. & sequentibus eleganter edisserit. Est denique conclusio in theologorum scholis receptissima: & refertur à Gratiano

Partis negatiue argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Partis affirmatiue.

1. Conclusio August.

tiano. 27. q. 2. cap. omne. Tametsi Gádulphus quidam in Glossa ibidem citatus, dicat nō esse nisi duo propter argumentū à nobis factum.

Quoniā sacramentum nō est bonū excusans: sed ipsa substantia matrimonij: cui paulō post respōdebimus. Ad cōclusionis ergo intellectū notādū quōd inter bona matrimonij quædam sunt de intrinsecā intentione ipsius: alia verō

Bona matrimonij duplicia. ei accidentariē adhærentia. Vt sunt amicitiarum reconciliatio, atq; alia quā multa cōmoda, quæ nō comprehenduntur numero, quorum ideo impræsentiarū nō inicitur sermo, sed illorū prioris generis: quorum sufficiētia hoc pacto nōstratur. Matrimonij bifariam (vt dictū est) cōsideratur: nempe, tanq̄ officiū & tanq̄ sacramētum. Et quidem tanq̄ officiū duo postulat, vt sit bonū honestū. Vnum: scilicet, ex parte agentis, quod est recta intentio finis: & ex hac parte primū bonum excusans est proles, cuius procreandæ gratia institutū est. Alterum verō ex parte ipsius actus quatenus est virtus, quæ quidem ex genere suo debet circa debitam materiā versari: qua vtiq; ratione ponitur fides, per quā maritus ad suam propriam accedit coniugem, & vxor ad suum proprium: hoc enim honestat generationis actum, instar aliarū generationū, quibus vniciq; agēti propria subditur materia. Quod si arguas, finem matrimonij nō solū esse prolem: quādoquidem sit etiā institutū in remedium. Respondetur finē directū & propriū nō esse nisi prolem: sed alter est illi annexus, quare nō fuit necessarius, qui exprimeretur: quatenus verō matrimonium est sacramētum, ponitur tertiū bonum ea vtiq; ratione, qua sacramētū nominat significationē quæ annexa est substantiæ matrimonij.

Obiectio. Et per hæc respōdetur ad argumentum vltimo loco propositum. Respōdetur, inquā, dupliciter. Primò, quod sacramētū, vt ponitur inter bona matrimonij non accipitur pro substantia matrimonij, sed pro inseparabilitate, quæ est eius cōditio. Et hæc est solutio Magistr. Secundò, quod matrimonium vna ratione consideratur quatenus est matrimonium: nempe, ciuili contractus ex inclinatione naturæ, atque altera quatenus est sacramētum, quod quidem sonat significationē vnionis Christi & ecclesiæ. Et quia significatio est cōditio adiacēs contractui & matrimonium nō excusatur quatenus sacramentum, sed quatenus vinculum ex contractu resultat, consequitur, vt sacramentum ponatur inter bona excusantia, tanquā suæ cōditio substantiæ.

Dilutio. Aliter etiam deprehendi hæc sufficiētia potest

test, vt ait, Ricardus dist. præsentī. Est enim in matrimonio & vinculum, & vsus & fructus. Vinculum honestat rationem per sacramentum, & vsus per fidem, & fructus per prolem. Imò & tertio modo arguitur iuxta diuisionē illam philosophi. 7. Ethic. cap. 2. qua bonum diuiditur in vtile, delectabile & honestum. Vtilitas enim matrimonij est proles, & delectatio eius consistit in fide tori, sed honestas decoratur per rationem sacramenti.

Solutio. 1. Secunda conclusio. Non omnia hæc bona in re sunt de essentia matrimonij, sed sola ratio sacramenti, reliqua verò satis est, si seruentur in intentione, & natura matrimonij. Veritas est hæc etiam Augustini locis citatis, & Hugonis, quem magister, eiusque interpretes sequuntur. Fides nāque ab adulteris violata vinculum matrimonij non rumpit. Vnde vt ait, Hugo, fides ita coniugio adhæret, vt ex ea, si addit, amplius commendatur, si non addit, non inde annihilat. Quæ enim adultera est, nō ideo coniux non est. Imò si coniux non esset, adultera non foret. Neque verò steriles quæ fructu prolis frustrantur, ideo coniuges esse definiunt. Si ergo proles accedat fructuosum facit sacramentum, sin minus, non ideo sterile, nullum est. Sunt tamen ambo de intentione sacramenti, quippe quod generationis causa institutum fuit, vt fideliter alterutrum sibi debitum ad illam finem redderent. Differunt tamen hæc duo, quod fides non solū ad intentionem matrimonij spectat, verū & debet in intentione contrahentium existere: debet, inquam, proponere sibi mutuam fidem seruare, tametsi quauis mente proponant adulteros fore, non annihilatur matrimonium.

Solutio. 2. Proles autem non est necessum, vt expressa, de intentione contrahentium existat: beata quippe virgo verum matrimonium contraxit, tametsi procreare prolem per cōcubitus nunquā expressè proposuerit, seruauit ergo fidem marito, vt ait, Augustinus, in hoc, quod alium non cognouit: prolis autem fructu, diuina opera, & munere potita fuit. At ratio sacramenti matrimonij legitime contracto inseparabilis est: nam vt ait, Augustinus. l. 1. de nuptijs. capitu. 2. o. vsque adeo manent inter viuentes semel inita iura nuptiarum, vt potiùs sint inter se coniuges: etiam separati quoad torum, quā cum alijs, quibus adhæserint. Sicut apostata anima, etsi ē coniugio Christi recedens, fidem perdidit, sacramentum tamen si dei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Nota egregiam sacramentorum similitudinem inter indelebilem characterem baptisimi

ptisimi, & insolubile matrimonij vinculum. ¶ Tertia ex his colligitur conclusio. Inter hæc bona ratio sacramenti culmen obtinet, primū quia proles, & fides ad officium naturæ pertinent, sacramenti verò ratio ad gratiam, quæ per ipsam confertur: gratia verò præstantius bonum est, quā natura. Deinde, quia ratio sacramenti inseparabilius, vt monstratum est, adhæret matrimonio, quā reliqua bona.

Ad aliud argum. Ad primum igitur argumentū in capite propositum respondetur, quod fides in præsentia non accipitur prout est theologica virtus: sed prout est pars iustitiæ, quæ est promissorum firmitatem, vt seruentur, qualis vtiq; in contractu matrimonij ad eius firmitatem intercedit: & ideo nō opus fuit hic charitatis meminisse. Hæc autem fides duo cōprehendit: primum, vt alterutrum sibi ambo debitū reddat, deinde vt neuter extraneo cōmiscetur.

Contrasteriā cōclusi. Ad secundū respondetur, quod nomine prolis nō solū eius generatio intelligitur: sed eius nutritio, & educatio, ad quem finem domesticum viri & vxoris cōmercium, & eorum vicariæ operæ referuntur: quare vno prolis nomine, totus matrimonij finis expressus est.

3. Argum. Ad tertiū denique respōdetur, quod nomine vinculi insolubilis etiam intelligitur, vt cōmūna non nisi vni viro nubat, quāquam & hoc ad fidem etiam matrimonij spectet. An verò licuerit viro plures accedere vxores, distinctio. 33. disputabitur.

quod in re qualibet principalius vnum altero dicitur dupliciter: scilicet, aut quia dignius, aut quia essentialius: quod autem ratio sacramenti dignior sit cæteris bonis matrimonij, satis probatum est, quia spectat ad gratiam. De essentia verò distinguitur, nam fides, & proles bifariam considerantur vno quidem modo in re, quo pacto pertinent ad vsū matrimonij, qui non est de eius essentia, quemadmodū est indiuisibilitas, in qua ratio sacramenti consistit: & hac ratione essentialior est ratio sacramenti, vt pote sine qua matrimonium nullum est, cū esse possit sine fide & prole: Nam si matrimonium ratum, & non consummatum dirimitur per ingressum religionis: hoc est, quia illud nō est carnaliter perfectum, sed per spiritualem consensum, & religio est quædam mors spiritalis.

¶ Alio verò modo possunt fides, & proles considerari, non in re, sed in intentione matrimonij, & isto modo sunt illi essentialia, quia nisi in contractu includantur, saltem si contrariæ cōditiones ponerentur, nullus esset: vt si cum illa cōditione contraherēt, vt nunquam sibi tenerent debitum reddere, aut sterilitatem procurarent. Et isto pacto fatemur maximè essentialiorem esse prolem, mox fidem, deinde sacramentum: sed tamen præstantior est ordo secundum rem, quā secundum intentionem.

¶ Ad primum ergo respondetur, quod quāuis proles sit prior in intentione matrimonij, & hac ratione magis essentialis, est tamen posterior in executione, quare in re magis essentialis est ratio sacramenti.

¶ Ad secundum respōdetur quod etiam ratio sacramenti pertinet ad differentiā contrahentem genus in matrimonio: nam generalis ratio est esse signū rei sacræ, & peculiaris huius est significare vnionem Christi, & ecclesiæ.

¶ Ad illud autem de caractere respondetur, quod character est potestas spiritalis, hic autem non confertur nisi potestas corporalis: & ideo non imprimitur: conuenit tamen cū illis, quod etiam hæc potestas corporalis ratione sui finis perpetuitatem vinculi exigit.

¶ Verū tamen aliter in calce horū articulorum aduersus amborū cōclusiones arguitur, quod prædicta bona nequeāt matrimonij à culpa satis excusare. Quicūque enim iacturam & detrimentum maioris boni, propter id, quod minus est, sustinet, ordinem rationis peruertit, cōtra quam idcirco peccat: sed bonū rationis, quod coniugali vsu leditur, præstantius est his bonis, ergo per illa non excusatur.

¶ Secundo, bonum malo adhibitum in genere

¶ Ad horum solutionem animaduertendum,

M 5 re mo-

test, vt ait, Ricardus dist. præsentī. Est enim in matrimonio & vinculum, & vsus & fructus. Vinculum honestat rationem per sacramentum, & vsus per fidem, & fructus per prolem. Imò & tertio modo arguitur iuxta diuisionē illam philosophi. 7. Ethic. cap. 2. qua bonum diuiditur in vtile, delectabile & honestum. Vtilitas enim matrimonij est proles, & delectatio eius consistit in fide tori, sed honestas decoratur per rationem sacramenti.

¶ Secunda conclusio. Non omnia hæc bona in re sunt de essentia matrimonij, sed sola ratio sacramenti, reliqua verò satis est, si seruentur in intentione, & natura matrimonij. Veritas est hæc etiam Augustini locis citatis, & Hugonis, quem magister, eiusque interpretes sequuntur. Fides nāque ab adulteris violata vinculum matrimonij non rumpit. Vnde vt ait, Hugo, fides ita coniugio adhæret, vt ex ea, si addit, amplius commendatur, si non addit, non inde annihilat. Quæ enim adultera est, nō ideo coniux non est. Imò si coniux non esset, adultera non foret. Neque verò steriles quæ fructu prolis frustrantur, ideo coniuges esse definiunt. Si ergo proles accedat fructuosum facit sacramentum, sin minus, non ideo sterile, nullum est. Sunt tamen ambo de intentione sacramenti, quippe quod generationis causa institutum fuit, vt fideliter alterutrum sibi debitum ad illam finem redderent. Differunt tamen hæc duo, quod fides non solū ad intentionem matrimonij spectat, verū & debet in intentione contrahentium existere: debet, inquam, proponere sibi mutuam fidem seruare, tametsi quauis mente proponant adulteros fore, non annihilatur matrimonium.

Proles autem non est necessum, vt expressa, de intentione contrahentium existat: beata quippe virgo verum matrimonium contraxit, tametsi procreare prolem per cōcubitus nunquā expressè proposuerit, seruauit ergo fidem marito, vt ait, Augustinus, in hoc, quod alium non cognouit: prolis autem fructu, diuina opera, & munere potita fuit. At ratio sacramenti matrimonij legitime contracto inseparabilis est: nam vt ait, Augustinus. l. 1. de nuptijs. capitu. 2. o. vsque adeo manent inter viuentes semel inita iura nuptiarum, vt potiùs sint inter se coniuges: etiam separati quoad torum, quā cum alijs, quibus adhæserint. Sicut apostata anima, etsi ē coniugio Christi recedens, fidem perdidit, sacramentum tamen si dei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Nota egregiam sacramentorum similitudinem inter indelebilem characterem baptisimi

ptisimi, & insolubile matrimonij vinculum. ¶ Tertia ex his colligitur conclusio. Inter hæc bona ratio sacramenti culmen obtinet, primū quia proles, & fides ad officium naturæ pertinent, sacramenti verò ratio ad gratiam, quæ per ipsam confertur: gratia verò præstantius bonum est, quā natura. Deinde, quia ratio sacramenti inseparabilius, vt monstratum est, adhæret matrimonio, quā reliqua bona.

¶ Alio verò modo possunt fides, & proles considerari, non in re, sed in intentione matrimonij, & isto modo sunt illi essentialia, quia nisi in contractu includantur, saltem si contrariæ cōditiones ponerentur, nullus esset: vt si cum illa cōditione contraherēt, vt nunquam sibi tenerent debitum reddere, aut sterilitatem procurarent. Et isto pacto fatemur maximè essentialiorem esse prolem, mox fidem, deinde sacramentum: sed tamen præstantior est ordo secundum rem, quā secundum intentionem.

¶ Ad primum ergo respondetur, quod quāuis proles sit prior in intentione matrimonij, & hac ratione magis essentialis, est tamen posterior in executione, quare in re magis essentialis est ratio sacramenti.

¶ Ad secundum respōdetur quod etiam ratio sacramenti pertinet ad differentiā contrahentem genus in matrimonio: nam generalis ratio est esse signū rei sacræ, & peculiaris huius est significare vnionem Christi, & ecclesiæ.

¶ Ad illud autem de caractere respondetur, quod character est potestas spiritalis, hic autem non confertur nisi potestas corporalis: & ideo non imprimitur: conuenit tamen cū illis, quod etiam hæc potestas corporalis ratione sui finis perpetuitatem vinculi exigit.

¶ Verū tamen aliter in calce horū articulorum aduersus amborū cōclusiones arguitur, quod prædicta bona nequeāt matrimonij à culpa satis excusare. Quicūque enim iacturam & detrimentum maioris boni, propter id, quod minus est, sustinet, ordinem rationis peruertit, cōtra quam idcirco peccat: sed bonū rationis, quod coniugali vsu leditur, præstantius est his bonis, ergo per illa non excusatur.

¶ Secundo, bonum malo adhibitum in genere

¶ Ad horum solutionem animaduertendum,

Argum.

2. Conclu.

Hugo.

Fides.

Beata virgo

Augustin.

Fides proles.

Solut. 1. argum.

Solut. 2.

Solutio. 3.

1. Argum.

2. Argum.

re moris, non facit ex malo bonum, imò vertitur in malum, quia vnica praua circumstantia totum actum vitiat, actus verò cõiugalis de se est malus propter rationis perturbationē, alio qui nbn indigeret excufatione, ergo nulla eũ adiuncta bona excufare valent.

3. Argum. ¶ Tertiò hæc bona neq; efficere possunt, quo minus delectatio in illo actu sit immoderata, neque eius verecundiam abstergere, immoderantia autem in malum sonat, & verecundia non est nisi de malo: ergo nulla sunt bona matrimonium excufantia. Id quod Paul. ipse docere videtur, vbi ait, secundum indulgentiam coniugale officium permittere.

¶ Propter hæc argumenta non defuerunt vt distinct. præfenti artic. 2. q. 1. ait Bonauentura qui tenerent, ne utiquam posse actum coniugalem sine peccato, saltem veniali, contingere: id quod ex Iureconsultis Hugo super capitulum. Vir cum propria, 3. 3. quæst. 4. opinatus est, propter verbum, quod illic, ait, Gregorius, q̄ vir cum propria vxore dormiens, nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet.

4. Conclu. ¶ Aduersus istos verò statuitur quarta conclusio. Non solum hæc bona excufant actum coniugij, vt sit bonus ex parte agētis, quemadmodum, vt dictum est, solet per ignorantiam excufari, quin etiam efficiunt, vt sit genere suo bonus, & per sepe meritorius: tantũ abest, vt semper sit peccatum. Vnde ad maiorem explicationem superiorum conclusionum, notandũ, quod actus humanus dupliciter est bonus, vno modo ratio generali virtutis, quæ est vt opus in mediocritate consistat, atq; hoc in matrimonio faciunt fides, & proles: hæc enim differētia, vt dictum est, actum generandi rectificat. Per has siquidē qualitates coniugalis concubitus à fornicario distat, atque adeo in specie virtutis collocatur. Est præterea redditio debiti actus iustitiæ, quæ Paulus præcipit dicens, Vir vxori debitum reddat, &c. Vnde manifestaria iuris tam naturalis quam diuini ignorātia est dicere, vt ait, Canonista ille Hugo, omnē actũ coniugalem esse peccatum. Sed & altero quoque modo actus quispiã est bonus quatenus opus diuinum est, perque diuinam institutionem gratiam ex se conferens, quæ quidem ratio actum nõ solum bonum constituit, verum etiam sanctum, quod utique in matrimonio sacramentalis ratio operatur: nempe indissolubilis nexus, qui coniunctionem Christi & ecclesiæ significat. Quin verò, vt loco citato ait, venerabilis Hugo, ratio hæc cætera bona sanctificat, vt fides matrimonij sit sancta.

Haud enim bonum prolis illic fatis perficitur;

quod ad terrenam vitam, & hæreditatem procreetur, nisi educatio accedat religiosa, qua naturalis hominis filius, tanquam adoptiuus dei instituitur, vt in vita cœlesti hæreditatem possideat æternam. Vnde August. libro. 1. de nuptijs & cõcupiscentia cap. 4. in vsu infidelium coniugatorum veram pudicitiam cõiugalem non agnoscit: non solum quia nulla virtus extrã charitatem vera virtus est, verum quia nõ vtuntur coniugio ad finem sacramenti, quæ est generare regenerandos in Christo. Requiritur ergo hæc spiritualis intentio in coniugibus, si nõ formaliter, saltem in habitu & virtualiter: nempe, vt vtantur matrimonio eo fine, quo illud Christus instituit.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod detrimentum illud rationis, quod in vxoris vsu homo patitur, non est per modum habitus, sed actu transiens: nec tamen est absurdum, vt quandoque actus, qui genere suo præstantior est, tantillam patiatur eclipsem gratia minoris boni, quod est permanentius & ad perpetuitatem boni cõmunis necessariũ, quale est conseruatio speciei humanæ: nam licet quãdoque dormire, & quãdoque à contemplatione cessare, vt mos geratur actiue vitæ.

¶ Ad secundum respondetur, quod malũ culpæ per adiectionem boni, non fit bonum, illud autem malum quod adhæret coniugali actui, non est culpæ, sed pœnæ, & ideo repelatur per alia bona.

¶ Ad tertium denique respondetur, quod immoderantia passionis, quæ culpatur, nõ attenditur ex quantitate, sed ex eo quod à ratione exorbitat. Illa autem quæ annexa est actui coniugali rationis metas non excedit, & ideo non est culpæ, sed pœnæ: quare licet non tollatur, excufatur. Et similiter respondetur de verecundia, quæ non solum est de peccato, sed etiã de malo pœnæ, qualis est turpitudine illius actus. Antea nanque, quàm fuisset natura corrupta, motus ille membrorum nec obscœnus fuisset, neque vllam offunderet verecundiam. Paulus autem vbi ait, secundum indulgentiam congressus coniugales permittere, nõ insinuat rem minus malam, sed minus bona quàm castitatem.

¶ Ad illud autem Gregorij respondetur id non dixisse propter culpam coitus, quasi aliqua inde ex communicationis imago, vt Hugo, & alij arbitrati sunt, oriatur: aliàs nõ abistergeretur aqua. Sed propter indecētiã: quia vsus ille videtur inhabilem hominem reddere ad spiritualia, qua utique de causa consulit coniugibus Paulus, vt orationis causa tantisper abstineat

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

Ad Gregorij auctoritatem.

stineant. Illa verò lotio, quæ vt ait, ibidem Gregorius, Romanus erat olim in more, iam aboluit ab vsu: Hic autem Gregorianus textus artic. sequenti amplius examinabitur.

ARTICVLVS. III.

Vtrum absque istis bonis cõiugalis vsus voluptatis causa sit licitus.



Partis affirmatiue ar. gum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Partis negatiue.

Cõcubitus coniugalis quadrupliciter potest accidere.

Vanis ostensum fuerit hæc tria bona matrimonium excufare, restat tamẽ explorandum, vtrum sint ita necessaria vt absque eorum aliquo, complexus coniugum sit culpabilis. Sunt autem duo quæ nos in huiusmodi ambiguitatem conijciunt: scilicet, vtrũ causa voluptatis cõiugalem vsus a culpa excipiat. Et vtrũ causa vitæ fornicationis, aut alius nocumẽti idẽ sit licitus. Arguitur ergo quod solius causa voluptatis, explendæq; libidinis, absque spe prolis debitũ exigere liceat. Cuiusque resua vti licet, indeque voluptatem moderatam captare, dummodo à ratione non exorbitet: vterq; autem cõiugum est alterius: nã vir, vt ait, Paulus, sui corporis potestatem nõ habet, sed vxori illa autẽ voluptas est licita, postq̄ est à natura: ergo quãdo corpori nõ nocet, neque aliqua inter nocumẽta, licita est, & bona. ¶ Secundò, voluptatẽ capere nõ est de se malum, sed de genere bonorũ, vt comedere, & bibere, etiã dum famis necessitas, aut alimentum, illud non exigit, sicut & venari, & ludere, atq; alia captare voluptatis genera, ergo vxore vti licitũ est voluptatis gratia. ¶ Tertiò, quia alioqui maritis, qui steriles sunt aut senio progressi ne utiquam debitũ petere liceret, quod profectò esset nimium re vxori perstringere, & coarctare. ¶ In cõtrarium autem est autoritas Aug. lib. de bono coniugali. c. 6. vbi ait, q̄ concubitus cõiugalis gratia cõcupiscentiæ explendæ venialem habet culpam.

¶ Inter soluendum hanc quæstionẽ, notandũ quatuor de causis posse concubitũ cõiugalem contingere: scilicet, aut causa generandi, aut debitum reddendi, aut solius libidinis explendæ, aut fornicationẽ morbũvẽ, aut aliud incommodum vitæ. Et quidem, quod causa generandæ prolis, aut reddendi debitum id licitum sit, & iustũ nemo sanæ mentis negat: nam in petitione debiti causa generandi concurrunt primum bonũ, matrimonium honestans, quod est proles, & in redditione debiti etiam si alter non causa ge-

nerandi, sed oblectandi se exigat, seruetur secũdum bonum: nempe, fides, & iustitia, iuxta verbum apostoli. Vir vxori debitum reddat. Neque valet consequẽtia, maritus indebitẽ exigit scilicet, solius oblectationis gratia: ergo vxor non tenetur reddere: quoniã ille vtitur re sua. Sicuti si quis à me pecuniã suam peteret ad expendendum prodigẽ. Sententia est Aug. lib. de bono cõiugali. ca. 4. Neque obstant verba Pauli Rom. 1. Non solum qui faciunt, sed qui cõsentiant digni sunt morte: quia reddẽs non cõsentit petenti, sed soluit quod debet. Quod si rursus arguas. Nõ licet furioso, suum gladium tribuere. Respondetur, q̄ secus est, quando dñs rei vult vel sibi vel alteri non cumetum aliquod temporale inferre: tunc enim licet ad tẽpus re illius detinere. Et pariter coniux posset differre debitũ, si præsentisceret alteri cõiugũ petenti magnum periculũ salutis impendere: secus de solo nocumẽto spirituali: nam illud vnusquisque sibi cauere potest. Et ideo plus homo obligatur occurrere nocumẽtis magnis temporalibus proximi, q̄ spiritualibus, nisi sit prælatus. Vtrum verò petere liceat solũ voluptatis captandæ gratia, hoc vertitur in quæstionẽ, de qua sunt tres opiniones, vna in vno extremo, q̄ sit peccatum mortale, altera in altero, q̄ nulla sit culpa, & tertia in medio, q̄ sit venialis. Ad quæstionem ergo tribus respondebitur conclusionibus. Quidã enim, vt in præfentiarum ait. S. Tho. q. 2. art. 3. distinguẽtes, aiunt, quod quãdo cunq; ad actum cõiugalem libido principaliter mouet, est mortale delictum, sed quãdo mouet ex latere, quia principaliter intenditur generatio, sed annectitur voluptas, tũc est veniale. At quando homo delectationem omnino respuit: quippe que sibi displicet, tunc, sit ab omni culpa immunis. Quare tres reclus discernunt: scilicet delectationem eligere, & intendere, quod est mortale: illam acceptare, quod est veniale, atque illam respuere, quod est perfectio. ¶ Contra hanc autem opinionẽ statuantur duæ conclusiones. Prima. Cõcubitus cõiugalis solius voluptatis gratia: ita vt illa sit electa, & principaliter intentata, nõ est de se peccatum mortale, nisi alia fortẽ ad sit mortalis circumstantia. Probatur, quia vt. 1. 0. Ethicor. c. author est Philosophus, delectatio de se neque bona, neque mala est, nisi ratione operationis, vnde captatur. Itaque delectatio operationis bonæ, est bona, operationis vero malæ, est mala: concubitus autem cõiugalis de se non est operatio mala: ergo neque delectatio illi adiuncta: quare electio huiusmodi delectationis nõ est ex genere suo mortalis.

¶ Sed

Obiectio.

Tres opiniones.

1. Conclus.

Ratio conclusionis.

Obiectio. ¶ Sed aiūt, saltem electio eiusmodi delectatio- nis est peruersa, quia cum vsus cōiugalis à na- tura sit institutus propter generationem, eli- gere voluptatem nō illo fine, est peruersio fi- nis. Hæc autē argūtia nihil illis patrocinator, quia nō omnis peruersio ad trāsgressionē progre- ditur limitum naturæ, vt si quis citra matrimo- nium voluptate illa vteretur. At quia matrimo- nium de se bonum est, & honestum, quia ad illum finē institutū, atq; ad eō voluptas illa honesta, cōsequitur, vt & si eligatur absq; illo fine nō ideo fiat mortalis. Sed satis esse venia- lem. Id quod expressa sentētia est Aug. lib. de bono cōiugali. ca. 6. scilicet, accedere ad vxorē satiandæ concupiscentiæ causa, venialis culpa est. Alio qui, si mortalis esset, tunc steriles, & se- nes requirent debitū citra mortalem culpam exigere, quod quidem cōcessu esset absurdissi- mum. ¶ Secūda conclusio. Accedere ad coniu- gem generationis causa, cū delectatione, & vo- luptate adhaerente, & placente, nullum est pec- catum, nisi nimius excessus voluptatis procu- retur. Probatur, quia cōiugalis vsus ea ratione & conditione, qua naturæ sagacitate instiga- tur, nullum est delictum: natura autem sagaci- ter delectationē illi actui propter necessitatē conseruandi speciem adiūxit, veluti sumptio- ni cibi, & potus, ob necessitatem conseruandi in diuidui, ergo sicut cibū & potū cū delectatio- ne capere nulla est culpa: ita neque cōiugalis coitus. Et certē, qui contrarium dicunt, videli- cet esse peccatum nisi homo tunc delectatio- nē abhorreat, cōtendunt homines naturaliter su priuare: nā vix tunc potest ratio displicen- tiam elicere. ¶ In alio extremo: nempe, q̄ hu- iusmodi cōcubitus absq; vllō generationis pro- posito, sit licitus, nemo reperitur antiquorum, sed nuperrimus Ioan. Maioris distin. præsen- ti, cōclusionē. 7. id adstruxit, cui Elcius hom. 1. de matrimonio subscripsit. ¶ Contra quos sta- tuitur tertia conclusio. Huiusmodi cōcubitus voluptatis gratia est venialis culpa. Ad huius assertionē conclusionis sat circūspectis esse de- bet autoritas Augustini, qui loco citato de bo- no cōiugali, illam affirmat, & lib. 1. de nuptijs & concupiscentia. ca. 4. & in Enchiridio. ca. 78. ait, q̄ huiusmodi cōcubitus sunt ex illo pecca- torum genere, quorū veniā quotidie petimus, dicentes, dimitte nobis debita nostra. Quam sententiam veneratū Beda. 1. ad Corint. 7. & suadet Gregor. loco citato. 33. quæst. 4. can. Vir cum propria. Eandēq; nō solum D. Tho- m. presentiarū, sed Theologi omnes docent, vt Alciſiodorensis, Ricardus, & reliqui, quos ita

facile contēnere, non nihil temeritatis habet. ¶ Neque verò rationes desunt eiusdē sentētiæ cōfirmatrices. In primis enim Paul. 1. ad Cor. 7. non nisi propter incōtinentiam: nempe, ad il- lam cauēdā permittit, vt vnusquisque propriā vxorem habeat, nō ergo ad solam explendam voluptatem. Item ratio ipsius Maioris ei po- tius refragatur. Ait, quippe, q̄ sicut licet pul- chrum pomū edere, & alium quēuis sapidum cibum, neque hoc vllam affert culpam, ita vo- luptate vxoria vti: dūmodo in notabile detri- mentū corporis minimē vergat. Hæc inquit, ratio in ipsum retorquetur: nā certē comedere, & bibere, nisi vel nutritionis gratia, vel alio ho- nesto fine fiat, nō caret veniali culpa: nā quan- do maior nō cōtraheretur, esset actus ociosus. Præterq̄ q̄ in esu, & potu, vt supra dictum est, non inest vis tanta ad perturbādam rationem, quanta in coitu. Cui præterea accedit, q̄ etiam feminis effusio de se nocua est corpori, quod in cibo moderato, & potu non reperitur: mul- to ergo minus licita est voluptas hæc, q̄ illa ci- bi, nisi in illum finem referatur, ob quē institu- tum est matrimonium. Neq; admittendus est cauillus dicentis, voluptatem ipsam per se esse honestam: nam vt citatus Philosophus. 10. E- thico. autor est, voluptas per se non est bona nisi ratione operationis, cui annectitur. Cū ergo complexus maritalis nō sit bonus, nisi in bonum prolis relatus, aut propter fidem red- dēdi debiti, aut fortē in remediū cōcupiscentiæ (hæc enim sunt eum penitus excusantia bona) fit vt voluptas, nisi his associetur bonis, non sit bona. ¶ Deinde arguitur. Cū tria sunt bona: scilicet, vtile, delectabile, & honestum, solum honestum est, quod facit virtutem: nam hone- stum idem est, quod honore dignum, qui est præmiū virtutis, quare vtile (vt pecunia ac- quisitio) per se non est bonum, nisi in id quod honestum est referatur: ergo eadē ratione nō fat est ad actum virtutis, vt fiat propter dele- ctabile, nisi vsq; ad honestū pertingat. Actus autem qui non est virtus, necesse est, vt sit ma- lus, quia nullus est indifferens. ¶ Rursus argui- tur, si cōcubitus ob voluptatem nō est malus, consequitur vt sit bonus, quia nullus in parti- culari est indifferens, atque adeo si fiat in gra- tia erit meritorius. Videtur autem non esse cō- cessu dignū, q̄ sola captatio voluptatis absque alio fine, sit Deo accepta ad vitam æternam. Et tandem arguitur. Matrimonium cōtrahere illo solo fine, vt homo illo actu se ipsum oble- tetur, certē nō est laude dignum: ergo similis vsus vituperabilis est. Profectō conclusio hæc non est quæ in dubium reuocanda videatur. ¶ Nihilominus

Rationes.

Ratio ma- ioris.

Alia ratio.

Canillus.

Argum.

Aliud arg.

3. Argum.

¶ Nihilominus

Hieronym.

Solutio.

D. Thom.

Obiectio ex Grego.

Psal. 50.

Solutio.

¶ Nihilominus aduersus conclusionem primā pugnare videtur autoritas Hieronymi aduer- sus Iouinianū, & refertur canone, Origo. 32. quæst. 4. vbi Xibū Pythagoricum inducit qui aiebat. Adulter est in suam vxorem ardentior amator. Et infra. Sapiens iudicio debet amare coniugem, non affectu: non regnet in eo volu- ptatis impetus, neque præceps feratur ad coi- tum, nihil est foedius, quam vxorē amare qua- si adulteram. Et infra can. Liberorum. In matri- monio, inquit, concessa sunt liberorum opera: voluptates autem, quæ de meretricum ample- xibus capiuntur, in vxores sunt damnabiles: quibus verbis cōcubitū solius voluptatis gra- tia tanquam meretricum affectū, ac perinde vt mortalem damnare videtur. Respondet autē D. Thomas, q̄ vbi delectatio vltra matrimo- nij honestatē queritur, dum scilicet, quis in cō- iuge nō attendit, quod coniux est, sed solum quod mulier, idē paratus cū ea facere, quam is vxor nō esset, tunc mortalis culpa contrahi- tur. Ille enim est ardentior amator vxoris, quē Hierony. cōdemnat. Si vero delectatio infra limites matrimo- nij cōtineatur, videlicet, quia in aliam, quæ nō esset vxor, non affectaretur, tunc est veniale. Animaduerte tamē ne te istæ conditiones fallat: nā si sint tantum in re, & non in affectu, nulla sunt peccata. Propterea enim quod si meretrix adesset, iste illam cō- gnosceret, nulla tingitur culpa: sed si talem ha- beat affectum & actum voluntatis cognosce- re illam si adesset. ¶ Rursus cōtra secundam pugnare videtur au- toritas Gregorij supra citata canon. Vir cum propria. 33. quæstio. 4. vbi ait, quod voluntas ipsa accedēdi ad coniugem sine culpa nullatenus esse possit: vbi in finitū illam opinionem superius reprobata: videlicet, nunquam pos- se contingere cōiugalem actum sine culpa, sal- tem veniali: quia ipsa, inquit, licita admistio coniugis sine voluptate carnis fieri nō potest: atque adeo voluptatem ipsam adhaerentem le- gitimo fini generandi, quam nos diximus ca- rere culpa, apparet ipse culpā. Et pbat, quia de legitimo, inquit, matrimonio. cōceptus fue- rat David, qui tamen dicebat. In iniquitatibus conceptus sum. Respondetur, inquam, quod ipse non cōdemnat voluptatem omnem, sed illam, quæ dominatur, vt paulo inferius sub- dit. In iniquitatibus autem David non dicitur conceptus, propterea quod semper parentes inique coeant, sed propter originale, quod puer conceptus contrahit: quod quia causa est multorum actualium, pluraliter dicitur, ini- quitates, vt sit sensus. In iniquitatum semina-

rio conceptus sum. ¶ Ad primum igitur argumentum, quod con- tra tertiam conclusionem obiectum est, nega- tur cuiusque licitum esse vti re sua, nisi debi- to ordine illa vtatur, Qui enim bona sua dilapi- dat, peccat saltē venialiter. Et pariter qui vxo- re sua vtitur alio fine, quam quo data est sibi in adiutorium: scilicet, ad generandum, vel ad seruandum ei fidem, vel in remedium. ¶ Et pariter ad secundū respondetur, quod vo- luptatem capere in genere neq; est de se bonū neque malū, sed indifferens. Fit autē in parti- culari bonum vel malum ex fine & circumsta- tijs: & ideo qui honesto fine caret, est malus a- ctus, & talis est cōcubitus solius voluptatis gratia. ¶ Ad tertiam, quod mouere vulgus pb- test, respondetur, q̄ apud sapientes non est- matur absurdū concedere, quod senes & steri- les, non accedat causa reddēdi debitū, quod cōiux formaliter, aut interpretatiue petit, aut forsā, vt illico dicemus, ad vitandam for- nicationem, sed solum ad obsequendum libi- dini, illas contrahant veniales culpas, quæ vti, ait, August. vt nobis dimittantur, quod vix po- stulamus. ¶ Et idem de prægnantibus est dice- dum, quarum cōiugale officium Hieron. at- que Aug. cōdemnant, eo quod concipere nō queant. Nam etsi postquam in utero habent, possint per aliquod tempus iterū cōcipere, habet tamen obscenitatis quæpiam: ut non est mortale. Nam licet elephas, aliaque bruta animates & aues plurimæ, postquam cōcepe- rint, coitum abhorreant, tamē mulier, vt. 4. de genera. animalium ait, Philosophas, etiā præ- gnans illum appetit. Quare nō est ei mortale debitum exigere, neque viro ab ea petere, nisi id cum periculo grauidi ventris fiat.

Solut. 1. argum.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

De prægnā- tibus.

ARTICVLVS. III.

Utrum liceat coniugibus ad vitandam for- nicationem debitum exigere.

MAior ambiguitas est de cōcubitu ad fornicationē vitandam. Arguitur em̄ q̄ sit licitus etiā si intētio prolis non intercedat. Primō. Actus cōiugalis de se non est malus: ergo quocūque bono fine fiat, non est malus: sed fornicationem cauere est bonus finis: ergo coniuge vti tanquam medio ad illum finem est licitum: veluti medicamine vti ad cauendū morbū. ¶ Secundō & autoritas Paul. 1. Corin. 7. huic sententiæ patrocinari videtur, vbi ait, Propter

Partis affi. argum. 1.

2. Argum.

Propter

Propter fornicationē vnusquisq; suā vxorem habeat, & vnaquæque suū virū, vbi matrimonium præter prolis generationē, in remedium etiam cōtra incōtinentiā institutū docet: quā ob rem licitus eius vsus apparet ob illum finē.

Pars negatiua.

In contrarium autē videtur esse Aug. lib. de bono cōiugali. ca. 6. & 7. & 10. quibus identidem repetit cōcubitum alia quacūq; q̄ procreandi causa, vel seruandi fidē debiti esse venialem.

Decisio articuli.

Pars negatiua.

Quæstio est, quæ profectō sapientifimum quæque ancipitem & perplexum reddere potest. Pars enim negatiua grauitate & numero patrū protegatur: nam August. Greg. & Beda locis supra citatis ita videtur loqui, & Magist. senten. quos subinde D. Tho. dist. præfenti. q. 2. artic. 2. Bonauentura, Ricardus & reliqui ferē ita interpretātur, vt neq; ad vitandā fornicationē cōcubitus citra veniale culpam fieri possit.

Altiſtodorēnsis.

Altiſtodorēnsis verō Magistri sentent. coceus lib. 4. in materia de matrimonio ca. 4. q. 2. distinguit dicens, q̄ cognoscens vxorem causa vitandē in continentia non peccat, sed qui illam cognoscit causa libidinis, vt delectetur. Eandē opinionē: scilicet, q̄ ad vitandā fornicationē cōcubitus ille sit licitus, videtur quoque tenere Hugo super Ecclesiasten in illo verbo. Tēpus amplex adī, &c. vbi ait, quod licet cōcubitus ille ad infirmitatem pertineat, non tamē subinde imputatur ad turpitudinē.

Hugo.

Ad quā etiam sententiā videtur inclinare Scotus. d. 26. in fine quæstionis. Eandēq; opinio nem tanquā certam sustinuit Durand. dist. præfenti. q. 4. & Caieta. in summa ca. de vsu matrimonij, vbi ait, q̄ exercendus est vel causa generandi, vel in remedium cōcupiscentiæ. Et in opusculo eiusdem tit. Et idem ait, Syluest. ver. debitum cōiugale. §. 6. in fine, in hoc tamē falsus, quod putat illam esse mentem S. Tho. Sequitur Maioris, atque alij neoterici.

Durandus Caietan.

Respondendum ergo duabus conclusionibus, Prima. Maritum debitum ab vxore exigere causā vitandæ fornicationis in illa, similiter & ipsam petere à marito, causa vitandī in illo, licitum est, & ab omni culpa immune. Sententia est August. lib. de bono coniugali capi. 7. & 10. vbi ait, q̄ huius causa debitum reddere licet, ne alter coniugum fornicando damna biliter peccet, exigere tamen nō licet. Idem ait epistola ad Ediuian, quæ est. 199. & refertur à Gratiano. 33. q. 5. cano. Secundum verba. Et Beda super. 1. Corint. 7. & Magist. sentēt. & S. Thom. atque omnes sententiarū expositores. Et ratio est, quia huiusmodi redditio debiti pertinet ad fidem coniugij: quare nō opus est, vt maritus formaliter petat, sed satis est si y-

1. Cōclus.

August.

Bedā.

Magist. seu tent.

Ratio

xor infirmitatem mariti nouerit: tunc enim interpretari debet illum exigere. ¶ Secunda cōclusio. Quāuis alia opinio negatiua satis sit probabilis, videtur tamen hæc mitior, & rationi fortassis matrimonij magis consentanea, neque verbis apostoli dissona, q̄ quādo coniux necessariū arbitratur ad vitandam in se ipso fornicationem, liceat ei debitum exigere. Quod enim negatiua opinio sit valde probabilis patet ex August. cap. 6. de bono cōiugali, vbi ait, quod concubitus gratia concupiscentiæ satiandæ sit venialis. Qui autem ad vitandam fornicationem congruitur, concupiscentiam satiare videtur. Et cap. 7. ait, quod vltra necessitatem prolis exigere debitum venialis culpa est. Idem repetit cap. 10. Per quā negationem omnem aliū finem excludit præter prolem, & fidem ad exigendum. Et in libro de verbis Apostoli verbum illud Pauli secundum indulgentiam, si referatur ad vsum coniugalem, qui sit causa cauendæ incontinentiæ, ait, designare venialem culpam. ¶ Nihilominus q̄ affirmatiua opinio sit fortē probabilior, ostēditur. Atqui præter alias: imò præ alijs rationibus, quas Durandus adfert, hæc vrgentior est, & rei punctum apertius pādens. Matrimonium, vt supra visum est, & omnibus est in confesso, ob duplicem finem institutum est: nempe, in officium generandi, qui est primarius, & deinde in remedium concupiscentiæ ipsius, qui matrimoniū contrahit: vt autem matrimonio ad suū finē, licet ille nō sit principalis, non est ius coniugale transgredi: ergo quando cōcubitus est ad id, moraliter necessarius, vt scilicet coniux in se allā pollutionem caueat, quā aliter moraliter loquendo, cauere nō sufficit, licitus est. ¶ Accedat textus Pauli, si fortē huic sententiæ faueat. Ait, quippe, Nolite fraudare inuicem, nisi fortē ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, &c. Hoc verbum, secundum indulgentiam, August. loco citato, sic exponit, quod non referatur ad matrimonium, quasi illud secundum veniam concedatur tanquam minus malum, sed ad concubitum, vt si sit ad cauendam incontinentiam absque causa procreandi, sit culpa venialis. At verò profectō optimè quoque potest indulgentia Pauli sic intelligi, vt nullatenus illic designet id, quod minus malum est, sed id, quod minus bonum, respectu illius, quod est, non nubere, & sic potest etiam referri ad vsum matrimonij qui sit causa fornicationis

2. Conclu.

August.

Ratio.

Autoritas Pau. 1. Corinth. 7.

2. Indulgentiam quid.

Sententiã auctorit.

tionis vitandæ in ipso petente. Nam loquebatur de illis, qui abstinent, vt vacet orationi, & iterum ad torum redeunt: ait ergo illud indulgere, eo q̄ melius esset si abstinere semper possent. Sed & illud verbū Pauli antecedens, Propter fornicationem vnusquisq; propriam vxorē habeat, & vnaquæq; propriū virum, patrocinari multū videtur huic opinioni. Nā doct, licitū esse vxorē ducere ad obuiandum in cōtinentiæ & propriā cauendā fornicationē. Si ergo cuiq; licet propter fornicationē in se vitandam vxorē ducere: nempe, quia videt se cōtinere nō posse, & melius esse nubere q̄ vri, profectō & vsus matrimonij ad illum finē erit licitus: nam si potentia ad aliq̄ finem est bona, certē & vsus ad eundem finem bonus erit.

Verbū Pauli huic fauet opinioni

2. Argum.

Solutio. D. Thom.

Nota.

Notadiſtinctionē.

Soluti. cōfirmatio.

¶ Reliqua autē argumenta, si cuiuspiā sunt valoris, huic cōnituntur. Arguitur enim præterea. Prudentissimus quisq; ex ordine charitatis accuratius tenetur in se peccatum vitare, q̄ in proximo: licet autē viro debitum vxorē reddere ad cauendam fornicationē in illa: ergo petere ad cauendam in se. Hanc verò consequentiam negat D. Thom. quoniam vnusquisq; potest alia sibi adhibere remedia, & per liberum arbitrium omnino renuere fornicationē: coniugi autem nequit alter coniux aliter mederi. At verò si argumentum præcedens efficax fuit cum cōcubitus cōiugalis simpliciter sit remedium cōtra fornicationē, licitē ille potest maritus vti ad vitandū in se, sicut ad vitandum in vxore, si sit moraliter necessariū. ¶ Hoc autē ingenuè fatendū ad maiorem conclusionis explicationē, quod non semper tā necessariū est ad vitandū in se, q̄ ad vitandū in altero: nā pluribus in se quisque abūdat remedijs. Attamen dum adhibitis remedijs illis, quæ humano modo adhiberi possunt, homo nequit se ab illecebris carnis eripere, nisi per vsum cōiugalē, tūc ille reputatur moraliter necessariū medium. ¶ Vnde distinguedū est hic cum Paludano. q. 52. & cū Capreolo, quod quādo homo alia via fugiēdo occasiones potest fornicationem propellere, nō licet illa sola de causa ad vxorē accedere: quia tūc non tam facit causa vitandæ fornicationis, quā potiūdi voluptate illa, quā vltro eligit: id quod vt arti. proximo diximus, venialis culpa est. Sed dū moraliter loquendo nō habet aliam viam, hæc est licita. ¶ Et confirmatur hæc responsio. Nā quandoque marito ad vitandam fornicationē in vxore licet illam cognoscere, quāuis nec formaliter petat nec interpretatiuē, quia, scilicet, est occultē adultera, quæ præ amore adulteri exosum habet maritū, eiūq; adeo amplexum ab

horret: ergo tunc ille nō accedit causa reddendi debitū, sed ad vitandam fornicationem in illa: ergo potest, dum est necessarium, idem sibi remediū vsurpare. ¶ Cui ergo hæc opinio placeat, potest ad Augustinū respondere, vt ait Durandus, q̄ cum dicit, cōcubitū ad explendā cōcupiscentiam esse venialem culpā, intelligit, quādo ipsa cōcupiscentia dominatur, vt ait capit. 10. & pariter Grego. c. Vir cū propria, cita to, scilicet, quādo cōiux alia via posset concupiscentiam sedare: nam tunc si hæc eligatur, id fit ob voluptatem.

Ad Augu.

Grego.

Ad aliud August.

Nota.

Solutio.

Nota.

Obiectio.

Dilutio.

Dubium.

Solutio.

¶ Sed tamen aliæ istorū patrū negationes: nempe, q̄ nūquam coniugibus liceat, nisi procreandi gratia sese cognoscere, vel propter fidem debiti reddendi, vrgentius contra nos militant. Nihilominus respondetur, q̄ isti sancti pudicitia amantissimi nimium solebant coniugalem torum coarctare & perstringere, non attendentes ad euentus, qui possent contingere, humano more necessarios ad vitandū fornicationis flagitium. Si enim illa opinio esset vsque adeo necessaria, tunc steriles, senes, & prægnantes nimium essent ab amplexibus cohibiti: nēpe, quia nō solum ob voluptatē, imò neque ad cauendam fornicationem possent se amplexari. Quāuis quillam opinionem sustinere voluerit, respondere potest, nō esse mirandum si ita tus coniugalis huiusmodi habeat adnexa venialia pericula. Et propterea Paulus cupiebat, vt omnes essent sicut ipse. Quapropter consilium est de his nunquā prædicare, nec cū secularibus tractare: nam si dicas, illud eis licere, ipsi licentiā ampliabant. Sed in sacramento penitentia vbi quis confiteatur ad vitandā fornicationē vxore vtī, non graue ei scrupulum obijcias, sed admoneas: vt ceu christianus reiva cet vxoria. ¶ Sunt qui contra conclusionē arguentur. Si ob cōmodū vitandæ fornicationis licitus est ille vsus, pari iure licebit ob aliā quācūque vtilitatem & lucrum: nēpe, accedere ad inescandā vxorem, vt sua bona marito impartiat. Consequentia autē nullius est roboris: quoniam coniugalis vsus non est mediū ad finem lucri reclatum, vel ad alios præter suos proprios. ¶ Grauius autē dubiū est, vtrū liceat sanitatis gratia. D. enim Tho. neque hoc admittit. Arguit siquidē quarto loco. Id quod genere suo bonū est, non nisi ex mala intētionē vitiatur: vsus coniugalis genere suo est bonus, ergo si fiat bono fine, qualis est sanitas corporis, non est culpā datus. Et respōdet, quod quāuis intentio sanitatis per se sit bona tamen si per mediū procuraretur, quod nō est per se ad illam ordinata.

ordinatum intentio tunc efficitur mala. Veluti si quis sacramentum baptismi tantum ad salutem corporalem quaereret. Et intelligit esse malam venialiter. Et re vera opinio est perquam probabilis: nam si quis contra obijciat, emissionem superflui seminis per sepe suapte natura ad sanitatem conferre: de illo nanque Verino legitur, Ne se polueret, maluit ille mori. Respondeo de car, quod quavis medium illud natura non nunquam ad illum finem retulerit, tamen institutio sacramenti non est ad illum finem relata: quippe quod non nisi prolis gratia, aut in remedium concupiscentiae institutum est. Tamen si dum praesentaneum esset periculum ingentis morbi, & constaret illud esse medium necessarium, forsan nulla esset culpa dignum, Quanquam, malim opinioni S. Tho. adhaerere. Has enim veniales culpas, quae tam facile quotidie & committuntur & diluantur, non est opere pretium tanta cum anxietate perscrutari.

Opinio S. Thomae.

Versiculus

Solu. 1. ar.

¶ Primo igitur argumento in capite obiecto, si quae diximus vera sunt, sua conceditur conclusio. Ei autem qui contrariam tenuerit opinionem, dicendum est cum D. Thoma, quod licet cauere in se hominem fornicationem bonus sit finis, tamen per illud medium nunquam est bonus, quia semper aliqua voluptatis redundancia interfluit.

Solu. 2. ar.

¶ Et pari modo secundum solutum restat: nam potest locus ille Pauli in utraque opinionem interpretari, ut supra a nobis explicatum est.

De usu coniugij. Abusus uas.

¶ Appendix autem articuli huius est, ut de vitijs, quae vsui matrimonij euenire assolent, breuis subdatur sermo. Primum enim de pendens abusus illegitimi vasis contranaturam, nefandissimum flagitium est, & grauius quidem inter coniuges propter fidem, quam sibi mutuò debent, quam si inter solutos cotingeret. Effusio etiam seminis extra vas legitimum, est itidem lethale crimen, si sit notabilis: nam distillatio non semper tantae culpae tribuenda est. Item si dum vir bona fide legitime cõgredi conatur, festinantiùs fortasse extra vas seminat, non est vitio dandum, etiam si metus aliquis eum prius subierit: quia illud festinationi naturae adscribendum est.

Effusio seminis.

Dubium.

¶ Vtrum verò intra consuetum vas peccatum possit cõtingere mortale, à multis ambigitur. Nempe dum vir uxori resupinus succubito, aut praeposterè accedit: sunt enim qui dicant peccatum esse mortale: propterea quod congressus ille non est generationi idoneus. At verò ut Albertus Magnus, & ex medicis multi aiunt, falsum est illo modo conceptum impediri: eo quod

Albert. Magnus.

matrix perinde atque stomachus virtutem habet attractiuam, qua semen exorbet. Quapropter non debet res in has delictorum angustias perstringi, sed crediderim intra legitimum vas nunquam contingere mortale crimine. Quò alludit Caiet. in summa. verb. Matrimonium. Sunt autem illi insueti cõplexus venialia peccata, eadēque obscœna viris que probis omnino exhorrenda.


¶ Quae verò res ad tactus impudicos attinet, si utique fiant cum periculo mollietiei, peccata sunt mortalia. Si verò fiant tanquam necessaria ad irritandam Venerem, generationis gratia, nullam praese in coniugibus ferunt culpam. Extra hos verò casus peccata sunt venialia. At verò oscula, licet non alio fine inter coniuges fiant, quam ceu amoris indicia, nulla sunt culpa denotanda.

Tactus impudici.

Oscula.

DISTINCTIO

trigesima secunda, De mutua coniugum fide in reddendo debito.



Colligitur ergo ex his quae dicta sunt, & equali praeepto coniuges coerceri exactos sibi inuicem cõplexus per soluere sub reatu mortalis criminis iniustitiae: dummodò uterque suae sospitati & incolumitati consulat, neque alia legitima excusatio intercedat, iuxta verbum Pauli, Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro. Nam etsi in reliquis domesticis officijs vir, uti idē ait Apostolus, caput sit mulieris sub cuius ideo potestate esse iussa est, tamē cum in generandi vsu sint duo in carne vna, neuter sui corporis potestatem habet, sed alter coniux. Neuter ergo absque

Text. Cap. 1.

1. Cor. 7.

Ad Eph. 5.

facultate

facultate & voluntate sui coniugis, postquam cõsummatum fuerit matrimonium, continere valet, ac multò minus continentiam voto firmare. Vnde Augustinus super psalmum, Si dicat vir, Continere iam volo, vxor verò, nolo, non potest: quod enim tu vis, non vult illa: nunquid per continentiam tuam debet illa fieri fornicaria? Et rursus. Secundum verba, inquit, apostolica etiam si vir continere voluisset, & tu noluiesses, tibi debitum reddere cogere: & illi Deus imputaret ad continentiam si non suae, sed tuae cederet infirmitati, ne in adulterium caderes.

psal. 46. ca. Si dicat. 33. 45.

Can. secundum uerba. 33. 45.

Cap. 2.

Cap. peruenit. cap. Quoniam.

Esai. 44.

¶ Inter causas verò, quae debitum exigere vetant, aut reddere excusant, lepra Alexand. 3. non admittit: imò ut in de coniugio leprosum scriptum reliquit, admonuit, ut leproso exigenti non denegetur, ne coniugium suo sine in perpetuum frustretur. Ei verò vxori, quae menstruo sanguine legitimis temporibus polluitur, fas non est petere, neque viro ab ipsa exigere: nam ut author est super Esaiam Hieronymus. ex illo infecto sanguine nascuntur caeci, claudi, leprosi: ut quia parentes, inquit, non erubuerunt in conclaui commisceri eorum peccata pateant cunctis, & appertius arguantur in paruulis. De amorrhoeisis autem, quae perpetuum fluxum sanguinis patiuntur, leprosum iudicio censentur.

dum. Veruntamen orationis causa consilium est apostolicum toro coniugali abstinere, imò solennitatibus praecipuis, illis praesertim quibus articuli fidei celebrantur non prorsus culpa, saltem veniali, careret debitum ex petere, atque adeo dum manet sacro sancto sacramento communicandum est. Vnde Augustinus. Quotiescunque dies, inquit, natalis Domini, aut reliquae festiuitates aduenerint, non solum ab infidelium concubinarum, sed etiam à proprijs vxoribus abstinere debemus. Et Ambrosius diebus etiam ieiuniorum, & idem Augustinus. libr. de quaestio. noui & veter. testam. quaestio. 187. causa etiam processio-num abstinendum admonent. Reliquis verò minoribus festis usque adeo rem vrgere, ut sit prorsus coniugibus abstinendum, oneri fortasse imputaretur. Multa enim patres admonent, quae non subinde censent vim obtinere praepri.

Can. Quoties. 33. 4. Can. Christiano.

Can. Fratres. ibidem.

Cap. 4.

¶ De loco verò sacro diuersa est ratio: nam cum per turpem spontaneamque seminis emissionem polluat ecclesia, fit ut si concubitus coniugalis intra eius corpus sic fiat, ut manifestus per publicam famam aut legitimos testes fieri possit, sacrilegus sit atque adeo genere suo mortalis. Caterum & ob communionis sanctae reuerentiam, quae sub natale domini, & in paschate,

N & in

& in pentecoste antiquitus erat in more, nuptiarum solennitas his tribus temporibus interdicta est: nempe ab aduentu domini vsq; ad Epiphaniam, & à septuagesima vsq; ad octauas paschatis, & à diebus rogationum, vsq; ad festum trinitatis, can. Non oportet. 33. quæstio. 4. & de ferijs ca. Capellanus.

Ca. Capellanus.

DISTINCTIO- nis Trigesimæsecundæ, Quæstio vnica. De mutua coniugum fide reddendi sibi inuicem debitum.

ARTICVLVS. I.

Vtrum alteruter coniugum teneatur alteri debitum reddere.



SUBSEQUITVR de fide & ratione reddendi debitum interconiuges. Et arguitur quod neuter teneatur alteri debitum reddere ex necessitate præcepti. Nemo enim præcepto cohibetur eucharistiam sumere, aut orationi vacare: sed Hieronym. in quodam sermone refertur. 33. quæstio. 4. can. Sciatis. ait, quod qui uxori debitum reddit, nequit orationi vacare, aut carnes agni edere: ergo nemo tali præcepto subijcitur.

Partis negatiue argum. 1.

2. Argum.

¶ Secundò. Nemo cum detrimento suæ salutis aut alia sua iactura tenetur alteri obsequi: aliquando verò reddere poscenti debitum vergit in nocumentum reddentis: ergo tunc non tenetur. Idque potissimum vsu venit quando coniux, qui petit, lepra infectus est, quia uti-

que morbus tum contagiosus, tum etiã hæreditarius est, atque adeo tam coniugi reddenti, qui gignendæ proli periculum inde infectio nis creatur: tunc ergo reddere non tenetur.

3. Argum.

¶ Tertio. Si coniuges hanc sibi vicariam operam dare cogentur: tunc neutri liceret se impotentem ad illum vsum reddere, ius enim tunc alterius violaret, atque adeo nec liceret ei ieiunijs aut, alijs vigiliarum laboribus aut studijs corpus attenuare, quod utique consequens contrarium religioni videtur.

Pars affirmatiua.

¶ In contrariũ est verbum Apostoli. 1. Cor. 7. Vir uxori debitum reddat, similiter & vxor viro.

Conclu.

¶ Huic quæstioni duæ conclusiones satisfaciunt. Prima. Vterque coniugum est alteri de necessitate præcepti obnoxius, vt debitum ei reddat. Probat ex natura, fide, & fide matrimonij. Præcepta enim sunt circa media, quæ ideo ex natura finis sunt perpendendã: finis autem matrimonij fuit propagatio generis nostri per generationẽ: ex quo fit, vt natura matrimonij sit mutua corporũ traditio in illum vsum iuxta verbum Apostolicum: vbi enim iubet q; vterq; alteri debitum reddat, causam subdit, q; mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir: similiter & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier. Ex hac ergo matrimonij natura suboritur mutua obligatio & fides soluendi sibi debitum: quæ, scilicet, obligatio, cum sit in re graui, sub reatu mortalis culpæ genere suo vtrunq; coniugum perstringit, estq; adeo peccatum illud, iniustitiæ crime: veluti illud, quo quispiam rem alienam inuito dño vsurpat. Et confirmatur ratio: nam etsi matrimonium libero consensu copuletur, est tamẽ postmodũ genus quoddã seruitutis: vnde sicut seruus obsequi tenetur hero de necessitate præcepti, iuxta illud Pauli Rom. 13. Reddite omnib; debita, cui tributũ; tributum &c. ita & coniuges sibi mutuo in re vxoria morẽ gerere compelluntur. ¶ Secunda conclusio. Neuter tenetur alteri debitum reddere cũ detrimento salutis cõseruatricis proprii indiuidui. Probat, quia ordo tam naturæ, q; charitatis, quæ naturã perficit, id postulat, vt vnaquæq; res accuratius sibi prius cõsulat, q; alteri: vnde cum nutritiua virtus cõseruationi indiuidui seruiat, generatiua verò cõseruationi speciei, natura prouida sic indiuiduis cõsultat, vt nutritiua indiuiduo prius prouideat, & deinde quod superfluit generatiuæ subministrat: nemo ergo hunc ordinem euertere tenetur, imò neq; id vlli licet. Quãuis hinc ansam male fidei furripere nemo debeat, vt coniugem isto colore defraudet: nam etsi quãdoque aliquod

Ratio.

Cõfirmatio rationis.

2. Cõclus.

Ratio.

par-

Obiectio.

Solutio.

paruũ detrimentum valetudinis timeatur, nihilominus virtuti iustitiæ satisfaciendum est.

¶ Quod si contra primam cõclusionem quis arguat. Sequeretur inde semper esse peccatũ mortale non reddere debitum, respondetur, q; præter legitima impedimenta, de quibus illico subsecutus est sermo, est adnotandum, q; non semper maritus vel vxor petit sub intentione obligãdi sub peccato mortali, sed sæpe insinuando & alliciendo & mouendo. Et tunc negare non est peccatum mortale, imò crebrò nec veniale: quoniam neq; creditor pecuniam sibi debitam sub illa ratione semper exigit, vt sit peccatum non reddere. Adde q; etiam si alter obnixè petat, potest alter, dum causa adest, precibus eum demulcere, & persuasum habere ne petat. Imò verò quãdo vel vxor vel maritus creberrimè, importunè & molestè petit, non tenetur alter semper ad nutum ei obsequi: quia in petendo debet modus adhiberi: & ideo tunc negans non facit iniuriã, saltem grauẽ, sed aut nullã, aut venialẽ. At que eam ob rem moderati sumus cõclusionẽ dicẽtes, q; sit peccatum mortale ex genere, q; vtiq; potest ex circũstantia & attenuari & tolli. At verò quando coniux non nisi cum magna difficultate, & q; rarissimè reddere vellet, & potissimum si periculũ in suo coniuge præsentisceret aut adulterij, aut alius iniquæ pollutionis, tunc peccatum esset mortale non reddere. Item si vir abstineret, vt prolem ex illa vxore suscipere renueret: vel vxor ne ex viro illo conciperet, vt pote cum vir duxit vxorem maculati sanguinis. Solent enim tunc viri torum separare, quod certè peccatũ mortale est.

Dubium.

Solutio.

¶ Quid autem si longa liberorum propagine abundarent, vtrum tunc licitè possent abstinere? Respondetur, quòd de consensu amborum abiq; dubio possunt. Vtrum autem alteri poscenti alter licitè negare valeat, maius est dubiũ. Sed nihilominus si periculum alterius pollutionis in petente non timeatur, non esset condemnanda illa recusatio alterius, Præsertim dum paupertate premuntur, vt tantam sobolem alere nequeant: tunc enim profectò solutionem debiti recusans non esset (saltem de mortali) culpandus.

Solu. 1. ar.

1. Reg. 2. 1.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, q; Hieronymus non arcet coniuges reddẽtes sibi debitum ab altari, quia nuptias aut earum vsum cõdemnet, vt ipse se ibidem explanat, sed propter indecẽtiam. Si enim vt. 1. Reg. 2. 1. legitur qui cum coniugibus se polluerant, ab eia panum propositionis in lege veteri arcebantur, quanto magis repelli debent à pane

qui de celo descendit? Et eodem pertinet verbum Gregorij can. Vir cũ propria, vt maritus Gregor. cum vxore dormiens, nisi lotus aqua, ecclesiam non intret. Præterq; quòd Magister Hieronymum loqui non censet nisi de ecclesiæ ministris. Quam ob rem sacerdotes Græcorum quò tempore altari ministrant, ab vxoribus cohibentur. ¶ De temporibus autem, qui bus coniuges vt orationi aut communioni vacent, abstinere debeãt, tertius nos mouet articulus. ¶ Ad secundum secunda conclusio respondet: nempe q; coniux non habet in alterum potestatem nisi integra eius sospitate & incolumitate. Et ideo quãdo cum detrimento salutis alterius id petit, alter reddere non tenetur, vt si febris aut alio morbo aut dolore ad tempus teneatur. ¶ Sed iterum contra hanc solutionem arguitur. Appetitus generalis naturæ præfertur particulari: quare membrum cõtra particularem appetitum offert se ad cauendam plagam toti corpori, & aqua ascendit ad replendum vacuum, cum ergo species respectu indiuidui se habeat vt totum vniuersale ad membrum particulare, fit vt indiuiduum detrimentum ad cõseruandam speciem perpeti debeat.

Magist. senten.

Solu. 2. ar.

Solutio.

¶ Respondetur, concessò appetitum vniuersalem suapte natura ad cõseruandam speciem præstantiorem esse quia per indiuidua eam cõseruat, vt per media finem, & per membra corpus. Cõseruatio autem totius, aut est ordinaria abintrinseco, aut est defensio contra forinseca pericula. Cõseruationem verò ordinariam ab intrinseco natura fieri prouidit absque membrorum detrimento. Quare membrum corporis sibi prius nutrimentum prouidet naturale, quàm ad aliud membrum mittat. Sed quando extrinsecus imminet capitũ periculum, brachium se offert: sicuti dum locus per violentiam euacuatur aere, tunc aqua ascendit, vt illum repleat. Cõseruatio autem speciei per generationem est ordinaria: quare fieri non debet nisi salua incolumitate indiuidui de superfluo.

De leprosis

Lepra.

¶ Id autem, quod de leprosis adiectum est, plusculum perplexitatis adfert. Nam & si morbus temporalis, vt dictum est de febris, excusare in tempus coniugem iure valeat à reddendo debito, tamen quia lepra perpetuus morbus est, videtur excusare eum non posse: quia tunc liceret ei perpetuò separari, quod est genus diuortij. Et tamen quauis lepra sponfalia dirimere sufficiat, neutiquam tamen matrimonium, vt ait, Sanctus Thomas hic, & Theologorum cõctus, & habetur capitul.

Quoniam de coniugio leproforum. Et quod lepra dicitur non solueré matrimonium, intel- ligitur non esse impedimentum dirimens, etiã si nuptias antecesserit, vt distinctione. 34. vi- debimus. Sed ex altera parte durissimum ap- paret onus, cum tanto periculo obligare con- iugem debitum leproso persolvere: & tamen Alexander tertius, eodem capit. & anteceden- ti Peruenit. omnino cogit leprosi coniugem debitum ei reddere, etiam sub anathematis cõ- minatione si renauerit.

Opiniones. ¶ De hac ergo re inter Doctores variatur. Gau- fredus namque Cardinalis in sua summa per- extremam ait, coniugem leprosi non solum teneri ei debitum soluere, verum & ei cohabi- tare, si separatim à leproforum conuentu vi- uat. Si autem illic vitam degat, tenetur ei red- dere, sed non cohabitare. At verò Sanctus

Communis opinio. Thomas, Bonauentura, Richardus, & Theo- logorum plerique sententiam temperant, di- centes, teneri quidem reddere, nunquam ta- men cohabitare, neque in eodem lecto dormi- re. Et certè hoc est verissimum: quia cum prin- cipalis finis matrimonij non sit nisi generatio, fac est si sanus tali infirmo in illo actu seruiat: nam reliqua cohabitatio non est tam necessa- ria, & est horrenda. Præsertim quòd non tan- tum periculi in vno congressu imminet, quan- tum in cohabitatione & communicatione mē- se ceteri. Quapropter Leuitici. 22. leprosi de- sanctificati Domino edere vetabantur. Et Nu- mer. 7. iubebantur extra castra eijci.

Ratio. ¶ Imò verò Durandus, Paludanus & Caieta- nus in summa capital. De vsu matrimonij. tem- peratius eandem obligationem mitigant. Et quidem merito, videlicet, quòd si in redditio- ne debiti medicorum consilio constet pericu- lum contagionis creari, cessat obligatio red- dendi. Nam Sanctus Thomas & reliqui pro- pterea dicunt teneri, quia non imminet tan- tum periculi, quantum in cohabitatione. Ergo à contrario sensu, si tantum impendet, obli- gatio tollitur. Quare non defant qui contra- tam rigida decreta Alexandri obmurmurent.

Caietan. ¶ At tamen citra murmurationem dicere pos- sumus, quòd Pontifex id solum decernere ad- monereque contendit, quòd lepra de se quan- uis horrorem offerat, & metum aliquem le- uem cõtationis, non sufficit coniugem absol- uere ab obligatione debiti: quia non sequi- tur iamper contagio. Neque sufficit quanuis timeatur prolem eandem lepram cõtactum ire: nam vt, ait, hic Sanctus Thomas, melius est prolem sic fore, quàm nullatenus fore.

Nota. Quare si sanus in causa est coniugileproso, vt

Declaratur textus. Attamen citra murmurationem dicere pos- sumus, quòd Pontifex id solum decernere ad- monereque contendit, quòd lepra de se quan- uis horrorem offerat, & metum aliquem le- uem cõtationis, non sufficit coniugem absol- uere ab obligatione debiti: quia non sequi- tur iamper contagio. Neque sufficit quanuis timeatur prolem eandem lepram cõtactum ire: nam vt, ait, hic Sanctus Thomas, melius est prolem sic fore, quàm nullatenus fore.

fornicetur, vel si aliter inique polluat (quia propter pessimum morbi incendium prurigi- nes carnis patiuntur crebras (particeps sit il- lius criminis. Et quòd de lepra dicitur, de mor- bo etiam calamitoso Gallico dictum pute- tur, qui inter nostrates miserè inserpsit. Verù- tamen vbi periculum esset morali more certù, aut ingentissimus horror, vt natura ipsa con- gressum abominaretur, noluit papa cõiugem compellere: vt pote dum lepra eum attingit gra- dum, qui dicitur leoninus, quo nimirum cor- pus frustratim dissoluitur. Ecquis enim spe- ctaculum illud in eo potiss. mùm amplexu fe- rat? Docet præterea cum ars medica, tum e- Viris peria- culum offer- tur.

Viris peria- culum offer- tur. ¶ Ad tertium deniq; argumentum responde- tur, non licere coniugi sese impotentem con- sultò reddere, vt coniugem contra monitum Pauli defraudet, atque adeò nec per illicita me- dia potest se debilitare & extenuare: irroga- ret enim tunc alteri iniuriam. Attamen si abs- que fraude & bona fide honestisque medijs id faciat: nempe, seruando ecclesiastica ieiunia, & quedam etiam ex deuotione, impendendo que moderatè tempora honestis studijs, nulla est culpa metuenda. Est tamen inter virum & vxorem discernendum, quòd vir reddēdo de- bitum sit Indies impotētior, & ideo sit ei quo- tidie remissior obligatio, quod non accidit fœ- minis. Sed è conuerso fœminis minus licet se se ieiunijs & vigilijs macerare & extenuare si- nelicentia mariti: nam occasionem eis offerat, qui eas negligant, & despectui habeant, atque alijs irretiantur iniquis amoribus.

Solu. 3. ar. ¶ Ad tertium deniq; argumentum responde- tur, non licere coniugi sese impotentem con- sultò reddere, vt coniugem contra monitum Pauli defraudet, atque adeò nec per illicita me- dia potest se debilitare & extenuare: irroga- ret enim tunc alteri iniuriam. Attamen si abs- que fraude & bona fide honestisque medijs id faciat: nempe, seruando ecclesiastica ieiunia, & quedam etiam ex deuotione, impendendo que moderatè tempora honestis studijs, nulla est culpa metuenda. Est tamen inter virum & vxorem discernendum, quòd vir reddēdo de- bitum sit Indies impotētior, & ideo sit ei quo- tidie remissior obligatio, quod non accidit fœ- minis. Sed è conuerso fœminis minus licet se se ieiunijs & vigilijs macerare & extenuare si- nelicentia mariti: nam occasionem eis offerat, qui eas negligant, & despectui habeant, atque alijs irretiantur iniquis amoribus.

ARTICVLVS. II.

Vtrum in petitione et solutione debiti æquū sit ius vtrique coniugum.

QVO.

Partis nega- tiua ar. 1.

Quoniam coniugium quandam præ- se fert æqualitatem, quaritur vtrū pari iure ambo sibi inuicem tenean- tur. Et arguitur à parte negatiua. A- gens nobilius est patiente, vt. 1. 2. super Genes. ad literam auctor est Augustin. sed in coniu- gio vir est agens & foemina patiens: in cuius signum, vt Genes. 2. legitur facta est in adiuto- rium viri, quasi propter ipsum: ac subinde ius- sa est sub viri potestate esse: ergo non æquo iu- re fruuntur.

2. Argum. ¶ Secundo arguitur. Menstruatæ non licet de- bitum petere, propter incommoda, quæ ti- mentur in prole: vnde leuit. 18. Ad mulierem, quæ patitur menstruum, non accedas: & tamē illa tenetur viro reddere, etiam si ipse fluxum feminis patiat: ergo non æqua amborum fors est. Idem est de leprosa: nam si maius peri- culum imminet sano accedenti ad leprosam, quàm sanæ accedenti ad leprosum, minus tūc ipsa petendi ius habet, quàm ipse.

Pars affir- matiua. ¶ In contrarium est, quod similibus verbis, ait, Paulus. 1. ad Corin. 7. Vxori vir debitum red- dat. Similiter & vxor viro: quoniam vir non ha- bet sui corporis potestatem, sed. mulier: & mu- lier non habet, & c. sed vir.

Conclusio. ¶ Quæstio facilis est, quæ vnica conclusione dissoluitur. Vir & vxor æquali iure gaudent, æqualitate, non quantitatis, sed proportionis. Æqualitas enim quantitatis est, quæ in eadem mensura consistit, vt inter librā vnam & alte- rā, atq; inter vnā & alteram vnam. Æqualitas autem proportionis est inter duas æquales pro- portiones: qualis enim proportio est duorum ad vnum, est quatuor ad duo: nempe, dupla.

Æqualitas quantitatis Æqualitas proportio- nis. Vxor ergo non viro equalis est in quantitate, quia neq; eadem prudentia in illa viget, neq; idem gubernandi iudicium. Quare neque eo- dem debet potiri imperio, sed debet esse au- diens viro, qui vt, ait, Paul. est caput mulieris.

Vxor non est equalis viro in qua- titate. Est tamen æqualitas proportionum: habent enim distributa inter se officia, vnde quo iure tenetur vxor ea, quæ ei domi pertinent agere, eodem tenetur vir ea, quæ ad ipsum, perficere. In toro verò vterque eodem iure tenetur alteri: nam fides inter eos est æqualis. Imò verò quodammodo vir arctius obligatur quā vxor. Præceptum namque reddendi debitum affir- matiuum est, ac perinde licet semper obliget non tamen (vt aiunt) pro semper, sed tunc quā do alter exigit: nam petere nunquam tenetur, sed ad vitādam fornicationem in altero: quod est quodammodo reddere.

Vxor æqua- lis viro in p- portione. ¶ At verò duplex est petitio, scilicet, expres- sa, & interpretatiua, quando signa apparent

Petitio du- plex.

voluntatem subindicantia. Et quoniam in fœ- mina vehementius verecundia obtinet & pu- dor, quàm in viro, licitum est vxori expectare expressam petitionem viri, quando viro eandē non licet expectare in vxore, sed debet ad illā interpretatiuam adnuere. Sicut medicus mor- bo infirmi, quando illum sentit, occurrere tene- tur, & prælatus subuenire subdito. Quòd si re- darguas. Ergo non pari iure militant coniuges in redditione debiti. Negatur consequentia, quia hoc non nascitur ex iuris disparitate, sed quia vxoris petitio non est ob verecundiam tam libera.

Obiectio.

¶ Et per hæc primo argumento satisfactum est: nam & si agens nobilius sit passio, est tamē eadem proportio patientis ad patiēdum, quæ agentis ad agendum: & ideo eodem iure tene- tur vterque alteri. In reliquis autem domesti- cis officijs sicut membra tenentur obedire ca- piti, ita & caput, licet sit principalis, tenetur suo modo morem gerere membris.

Solu. 1. ar.

¶ Circa secundum argumentum de mensua- ta notandum in veteri lege loco citato prohi- bitum fuisse accessum ad menstruatam dupli- cide causa: nempe, propter legalem immundi- ciem: qua ratione erat præceptum caremonia- le: quare qui ad eam accedebat, erat irregularis ad tractandum sacra. Illa autem caremonialis ratio cessauit in lege noua cum reliquis care- monialibus præceptionibus. Fuit autē alia ra- tio moralis, quòd illo mēstruo sanguine proles crebro solet infecta gigni: quæ quidem ratio e- tiam in lege euangelica perdurat. Quam obrē menstruata mulier peccat debitum petendo. Quòd si arguas. Ergo si sterilis est non erit ei culpa petere. Respondet. D. Tho. quòd quādiu menstruum patitur, constare non potest esse sterilē. Præsertim cum quædam, licet fuerint in iuuētute steriles, postea efficiūtur fœcūdæ.

Circa secun- dum argu.

¶ Cum autem de tempore menstruorum lo- quimur illa prorsus intelligimur, quæ sunt na- turalia, & cæteris temporibus per mēses (vnde nomen fortiantur) mulieribus accidunt. Sunt quippe alia mensua innaturalia: nempe, per- petui fluxus ex morbo proueniētes, à quibus æmorrhoiis illam curauit Dominus Matt. 9. quorum causa nō tenetur mulier nō petere, alioqui perpetuo deberet abstinere.

Obiectio. Dilutio.

¶ Et per hoc soluitur argumentum de lepra: nam etiam si periculū offerat generandæ pro- li, nihilo minus quia est morbus perpetuus, nō obligat ad perpetuam abstinentiam.

Mensua nataralia.

Mensua innaturalia.

¶ Et pariter ad illud, quod de fluxu feminis in viro obiectum fuit. Est enim perpetua passio & nimis diuturna, quæ ideo exationi debiti ob-

Solut. aliis argumenti.

Solut. arg.

stare non debet. Præterq̄ quòd corruptū illud semen non est tam generationi aptum, q̄ mensruus sanguis, vt perinde ac ex mensruo sanguine fit inde proli timendum. Ex his fit consequens, quòd nec viro licet à mensruata propter idem periculū debitum exigere. Quapropter in hoc parēs sūt ambo coniuges.

Appendix. ¶ Vtrum verò aut mensruata petenti teneatur maritus reddere, aut ipsa petenti marito, maius dubium est. Scotus nāque distinctione præfenti negat licere propterea quod idem periculum sequitur reddendo, quod petendo. Et idem ait, Glossa super can. Ad eius. dist. 5. Nisi timeatur fornicatio in petente. Et idē Richardus distinctione præfenti art. 4. quæstione. 1.

Dubium. ¶ Vtrum verò aut mensruata petenti teneatur maritus reddere, aut ipsa petenti marito, maius dubium est. Scotus nāque distinctione præfenti negat licere propterea quod idem periculum sequitur reddendo, quod petendo. Et idem ait, Glossa super can. Ad eius. dist. 5. Nisi timeatur fornicatio in petente. Et idē Richardus distinctione præfenti art. 4. quæstione. 1. At verò Diuus Thomas hīc hanc opinionem non approbat, sed sub distinctione respondet. Quòd si vir petat scienter, tunc debet eū vxor precibus & monitis auertere, non tamen quādo periculum iniquæ pollutionis in ipso timeat. Si verò petit ignoranter, potest aliquam occasionem obtendere, vel aliam infirmitatē (si habet) allegare, quāuis non illam, ne horrorem illi obijciat. Si tamen ille omnino institerit, reddere debet: quia mulier, vt ait, Paul. potestatem sui corporis non habet, sed vir. Vbi insinuat, quòd etiam si timeat aliud periculum in viro, teneatur reddere propter ius, quod habet ille petendi. Et eandem opinionē tenet Syluest. verb. Debitum cōiugale. §. 6. & Caietanus in summa capit. de v. su. matrimonij, & Bonauentura & Paluda. quæst. 1. vbi citat Petrum de Tharantasia.

Dubium. ¶ Sed vt omnia simul disputemus, quæritur quale quātumque peccatum sit mensruata eiufq̄que viro debitum aut petere, aut reddere.

Scotus. ¶ Scotus distinctione præfenti tenet vtrumq̄ esse mortale: maior enim, inquit, præcepto tenetur vir cauere proli futuræ morbū, quā dare operam ei progignendæ. Idq̄; ex illo Leuit. 20. confirmat, Qui coierit cum muliere in fluxu mensruo, ipsaq̄que aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. Pœna autem mortis non infligebatur, nisi pro peccato mortali. Quod quidē præceptum, quatenus mortale est, vt supra diximus perseuerat, nunc etiam in lege euangelica. Et Hieronym. super illud Esaiæ. 44. Omnes iustitiæ vestræ quasi pannus mensruatus. Tunc, inquit, viri abstinere debent à mulieribus quoniam concipiuntur membris damnati, cæci, claudi, leprosi, vt quia parentes non erubuerunt in conclaui commisceri, eorum peccata pateant cunctis, & apertius redarguantur in paruulis. Syluest. vero loco citato con-

Hieronym. ¶ Tunc, inquit, viri abstinere debent à mulieribus quoniam concipiuntur membris damnati, cæci, claudi, leprosi, vt quia parentes non erubuerunt in conclaui commisceri, eorum peccata pateant cunctis, & apertius redarguantur in paruulis. Syluest. vero loco citato con-

Syluest.

cedit propterea peccatum mortale esse sponte petere, nullum tamen exactum reddere.

¶ At re vera vt reddere cum circūstātijs, quas Diuus Thomas explicat, nullum est peccatū, ita nec petere est mortale. Et ita tenet impræfentiarū Palud. & Caieta. loco citato. Et in primis, q̄ hęc sit mens. Thom. patet: nam vbi cū que ipse peccatū agnoscit mortale, id certē expressē profert: hīc autē non, ait, nisi simpliciter esse peccatū, petere. Et re vera ratio non vrget esse mortale, quoniā & si illa nocumenta proli timeantur, tamen neq̄; sunt adeò certa, vt semper eueniant neq̄; tenentur coniuges tam arētē illa cauere, vt iuri suo cede. e debeant. Et re vera, vt ait, S. Tho. melius proli est esse, licet cum infectione, quā simpliciter non esse. Vnde illa vetusta prohibitio legis, qua parte erat ceremonialis, habebat annexum supplicium illud mortis: quæ quidem ratio iam cessauit. At qua tenus erat morale præceptū, vt cessauit supplicium illud, ita transgressio defuit esse mortalis. Et certē si mortale esset petere, non esset facile alteri cōcedenda licentia reddendi. Et ideo Scotus vtrūq̄; censet esse mortale. Sed. S. Tho. quia petere, solū arbitratore esse veniale, ait, nullum esse peccatū reddere. ¶ Quòd si contra arguas, q̄ Leuit. 18. & 20. simpliciter prohibebatur vir accedere ad mensruatā vxorē: ergo etiā reddere est illicitū. Negatur cōsequētia: nam quicquid sit de illo tempore propter cæremonialem mādatur, modo tamē accessus nō prohibetur, nisi qui spontaneus est. Qui autē reddit debitum, non sua sponte accedit.

¶ De tēpore autē puerperij, quo, scilicet, puerpera manet in purificatione anteq̄ tēplo suum offerat infantē, ait, Gregor. in epistola vltima ad Augustinū Angelorum, quæ refertur cano. citato Ad eius. dist. 5. q̄ debent cōiuges abstinere. Sed vt, ait, impræfentiarū Richa. mos ille iam abiuit ab vsu: vel potius, inquit, magis est monitio, q̄ præceptū. Quare reddere nō est dubium, quin tunc liceat, quin etiā & petere, nisi aliqua sit indecētia quādo dies partus nuperimē antecessit.

ARTICVLVS. III.

Vtrum causa voti aut orationis, aut tēporis sacri possit coniux debitū negare alteri.



QUANTO æquo iure coniuges, vt dictum est: sibi mutua fide teneantur debitum soluere, tamē exploratæ sunt causæ & casus, qui coniugē ab hoc

Partis negatine ar. 1. ab hoc vinculo eximūt. Arguitur ergo primò, q̄ religionis causa possit vterq̄, altero inuito votū castitatis emittere, quod cum à reddēdo debito excusat. Primò, quia non est expectandus illius consensus, qui cum citra peccatum negare nequit: sed si vouere volenti alter esset impedimento, peccaret: quia statum melioris frugis impediret, ergo absq̄; eius consensu potest alter vouere. ¶ Secundò. Tempore festo neutri licet debitum petere: quia tunc tenetur quisq̄; sacris vacare, cui officio carnalis vsus ineptū hominē reddit: ergo potest tunc vnus altero inuito votum facere non reddendi. Idē que est argumentum de loco sacro in quo nullus videtur posse petere, neq̄; teneri reddere.

Pars negatina. ¶ In contrarium est verbum Paul. 1. Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi.

Decisio ar. ¶ Hanc quæstionem, qua parte ad votum cōiugum spectat, dist. 27. q. 1. ar. 4. copiose disputatam reliquimus, vt ipsa diffusa est, & locuples. Et ideo huius partis nihil restat repetendum: præsertim quia hīc solū de vsu matrimonij disputamus. Ad quam quæstionem tribus conclusionibus facillimē respondetur. Supponimus enim in primis ex loco citato, post matrimonium ratum non consummatum licere alterutri coniugum altero inuito religionem profiteri, quod tum rationibus, tum & canonibus compluribus de conuersio. coniuga. & 27. q. 2. cōprobauimus. Qua propter induciæ duorum mensium vtrūq̄; conceduntur, capit. Ex publico. eod. titul. vt eandem sibi religionē optare valeat. Quo vtrūq̄; tempore neuter alteri tenetur debitum reddere. Item neq̄; adulteræ vel adultero tenetur innocens coniux eius modi officium soluere: quæ quidē disputatio vsq̄; ad dist. 36. differtur. Post matrimonium vero consummatum, vbi ibidem monstratum est, neutri licet absq̄; alterius facultate religionem ingredi, vt eisdem canonibus, & potissimum capit. Quidam. eodē titul. definitur. Imò neque alterius consensus sufficit, nisi vel simul ipse intret, vel sexagenarius existat. Omnia illic discussa conclusaque sunt.

1. Conclus. ¶ Quo ergo citra religionis ingressum ad coniugalem vium descendamus, sit prima conclusio. Neuter coniugum potest citra voluntatē alterius votum facere non reddendi, imò faciēdo mortaliter peccat, neque implere tenetur. Eandem conclusionem affirmat Augustin. super Psalm. 46. & refertur. 33. q. 5. can. Si dicat. & can. Secundum verba. vbi, ait. Si dicat vir, Continere iam volo, vxor autem, nolo, non potest: quod enim tu vis, non vult illa. Et rur-

sus. Secundum verba apostolica si vir continere voluisset, & tu noluisse, tibi debitum reddere cogeretur. Probat: quia votum, vt nomē ipsum sonat, spontaneæ voluntatis actus est, quare non est emittendum nisi de illis rebus quæ nostro subiacent arbitrio, cuius generis non sunt illa, quæ alijs debemus: quippe quæ sunt aliena: cum igitur maritus sui corporis potestatem non habeat, sed vxor, neque verò vxor, sui, sed maritus, neuter potest altero inuito tale votum non reddendi emittere. Imò verò vt libr. 7. de iustit. & iur. q. 3. art. 1. disputabamus, quāuis alter alteri huiusmodi licentiam concedat, potest illam postmodum reuocare. Idem hīc tenet Richardus. ar. 2. q. 1. Et est sententia Augustin. can. Manifestum. 33. q. 5. Nisi forsan mutua sibi facultatem facientes vouendi, vterque iuri suo petendi renunciet. Præsertim dum ambo vel alter religionem tuo consensu profitentur. Quo casu intelligitur verbum eiusdem August. can. Quod Deo ead. caus. & q. Quod deo enim, inquit, pari consensu voueratis, perseueranter vsque in finem reddere debuistis. ¶ Vtrum autem possit vterque altero inuito votum facere non petendi, dissidium inter doctores est. Nonnulli nāque (quorum est distinct. præfenti Richa. artic. 2. quæst. 1.) licitum arbitratur. Et hanc ille putat opinionem esse securiorem & communiorē, quia in arbitrio cuiusque positum est exigere. At D. Tho. hīc solutione ad 3. probabilius cēset id negare. Cui Durandus, & alij multi ad stipulantur, quia per eiusmodi votū fit alteri coniugi matrimonium onerosum: quippe cum pondus exigendi in eum semper propendat. Negat autem Richardus inde fieri onerosum, cum neq̄; alter, qui nō vouit, petere, nisi dum ei libuerit, teneatur: imò ab onere reddendi liberatur, quòd vtrique solet esse molestum. Veruntamen certē huiusmodi votum, præsertim in viro, supposita humana fragilitate, onerosum est vxori propter verrecundiam, qua fœminæ in petendo suffunduntur, & nunquam petere re vera periculo non caret: præsertim in iuuentute vsq̄; ad ætatem senilem, quāuis senibus non esset tanto periculo peruiū. Hęc enim per prudentiā moderanda sunt. Et re vera nunquā aut quā rarissimē consiliū est talia vota emittere: & dum fiunt, consilium est, vt episcopali dispensatione tollantur. Cæterum & cōtra Richardum arguitur. Vir potest quæcūque vota vxoris irritare, vt libr. 7. de iustitia. & iur. q. 3. art. 1. latē deduximus: ergo illud scilicet faciat nō petendi. ¶ Ad primum igitur argumentum negatur, q̄ dissentiens voto alterius delin-

N 4 quat:

Ratio conclusionis.

Dubium.

Richardus.

S. Thom.

Solu. 1. dr.

quat: quoniã id non facit, vt bonum religionis auerfetur, fed vt bono proprio confulat.

Aliud arg. ¶ At verò aliud foluendum reftat argumentũ. Licet enim viro abfq; vxoris facultate crucem in subsidium terræ sanctæ accipere, & illuc peregrinari, vt habetur cap. Ex multa. §. quod autem de voto & voti redemptio. id quod imaginẽ præ se fert voti castitatis: ergo vxor idem potest. Respondetur in primis, acceptionẽ crucis non esse votũ castitatis, sed militiæ. Potest enim vxor maritũ sequi in bellum, & quanuis nequeat, tamẽ in fauorẽ Christianæ religionis id ecclesia cõcessit. Imò iussu regis potest maritus vxore etiam inuita & relicta militare, & ad alia negotia suapte sponte peregrẽ proficisci: neq; fides matrimonij obstare potest. Mulier autem, quæ nõ est militiæ & similibus negotijs idonea, minimẽ id abfq; viri facultate valet.

Solutio. ¶ De temporibus autem sacris Magister sententiã hinc, ac perinde D. Tho. & reliqui eius interpretes nimium strictẽ loqui videtur. Aiunt quippe nullo die festo aut ieiuniorũ licere debitum petere, sed esse peccatũ veniale. At reddere nullam esse culpam. Membrum autem prius profectò durum apparet concessu.

Diebus festiuis. ¶ Et ideo fortasse fat est sic secundam conclusionem statuere. Diebus solennitatũ, quæ sunt præcipuæ, non caret veniali culpa debitum petere: nempe, in diebus natalis: & paschatis, & aliorum festorum, quibus articuli fidei celebrantur, vt in die Pentecostes, Ascensionis, & in die veneris sancta. Nam etsi actus matrimonialis de se nullam habeat annexam culpam, habet tamen non nihil indecentiæ & ineptitudinis ad orationem & cõtemplationem, quibus diebus illis opus est vacare. Quanuis cum circumstantia diei festi non trahat actum in aliam speciem: scilicet, sacrilegij, veluti loci sacri non aggrauat mortaliter. Quamq; si tunc solius gratia delectationis petatur, grauius est veniale. Decretum est August. quod refertur. 33. quæst. 4. can. Quotiescunq; vbi, ait, q. quotiescunq; dies natalis Domini aut reliquæ festiuitates aduenerint, à proprijs vxoribus abstinentum est. Idem censet causa processionum quæ fiunt solenniter, aut causa ieiuniorum, vt ait, Ambrosius in sermone de aduentu Domini, & idem August. in libr. quæstionum noui & veteris testamenti. cap. 187. & referuntur ibidem can. Fratres. & can. Christiano.

2. Cõclus. ¶ Et ideo fortasse fat est sic secundam conclusionem statuere. Diebus solennitatũ, quæ sunt præcipuæ, non caret veniali culpa debitum petere: nempe, in diebus natalis: & paschatis, & aliorum festorum, quibus articuli fidei celebrantur, vt in die Pentecostes, Ascensionis, & in die veneris sancta. Nam etsi actus matrimonialis de se nullam habeat annexam culpam, habet tamen non nihil indecentiæ & ineptitudinis ad orationem & cõtemplationem, quibus diebus illis opus est vacare. Quanuis cum circumstantia diei festi non trahat actum in aliam speciem: scilicet, sacrilegij, veluti loci sacri non aggrauat mortaliter. Quamq; si tunc solius gratia delectationis petatur, grauius est veniale. Decretum est August. quod refertur. 33. quæst. 4. can. Quotiescunq; vbi, ait, q. quotiescunq; dies natalis Domini aut reliquæ festiuitates aduenerint, à proprijs vxoribus abstinentum est. Idem censet causa processionum quæ fiunt solenniter, aut causa ieiuniorum, vt ait, Ambrosius in sermone de aduentu Domini, & idem August. in libr. quæstionum noui & veteris testamenti. cap. 187. & referuntur ibidem can. Fratres. & can. Christiano. Veruntamen fortasse non tam præcepta insinuare volunt, q. salutaria monita. Præsertim q. cum iam mos iste processionum solennium adeo elanguerit, vt rarissimus populus interessẽ soleat, nescio an illa de causa petitiõ

August. 33. quæst. 4. can. Quotiescunq; vbi, ait, q. quotiescunq; dies natalis Domini aut reliquæ festiuitates aduenerint, à proprijs vxoribus abstinentum est. Idem censet causa processionum quæ fiunt solenniter, aut causa ieiuniorum, vt ait, Ambrosius in sermone de aduentu Domini, & idem August. in libr. quæstionum noui & veteris testamenti. cap. 187. & referuntur ibidem can. Fratres. & can. Christiano.

Ambro. vt ait, Ambrosius in sermone de aduentu Domini, & idem August. in libr. quæstionum noui & veteris testamenti. cap. 187. & referuntur ibidem can. Fratres. & can. Christiano. Veruntamen fortasse non tam præcepta insinuare volunt, q. salutaria monita. Præsertim q. cum iam mos iste processionum solennium adeo elanguerit, vt rarissimus populus interessẽ soleat, nescio an illa de causa petitiõ

Sententia auctoritatis. ¶ Veruntamen fortasse non tam præcepta insinuare volunt, q. salutaria monita. Præsertim q. cum iam mos iste processionum solennium adeo elanguerit, vt rarissimus populus interessẽ soleat, nescio an illa de causa petitiõ

debiti sit culpæ tribuenda. Et idem ferè de ieiunijs dixerim, & de alijs festis, quæ non tantum solennitate celebrantur. Quorum iam numerus plerisque locorum valde succreuit. Quauis in his locum illud habeat Gregorianum, Timorati animi est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est. At si Paulum de hac re consulamus, non in tantas angustias rem vxoriam conijcit, imò admonet ne se defraudent, nisi orationis causa, & de consensu vtriusque. Cæterum quia festiua tempora orationi deditur, hæc decreta tunc abstinenti patres in de collegerunt. Sunt tamen, ne onerosum fiat matrimonium, cum moderamine auscultanda: esset enim nimis graue per totam quadragesimam coniuges iure petendi spoliare.

¶ Quod autem reddere quocunq; tempore liceat, inde patet, q. ait, Pau. Vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier, & è conuerso. ¶ Vnum tamen hoc verum est, q. qui sacram cõmunionem manẽ suscepturus est, non esset liber à culpa, si illa nocte debitum exigeret: imò illo exigente deberet alter, anteq; redderet, petitionem honestis precibus & excusationibus repellere, iuxta admonitum Hieronymi supra citatum can. Sciatis, eadẽ. caus. & quæst. ¶ Et per hæc patet responsio ad secundam argumentum. Obijcitur autem historia Gregorij. 1. libr. dialogorum, vbi de quadam muliere refert, q. cum nocte cognita fuisset viro, & manẽ in processione prodiret, à diabo arrepta est. Et Exodi. 19. præcipiebatur, vt dum populus accepturus erat legem vxoribus non appropinquarent: quæ quidem videntur peccati mortalis indicia. Respondetur autem, quod mulier illa non præcisè propter conjugalem amplexum fuit castigata, sed propterea q. ingenti temeritate & impudentia se se diuinis iniecerat. Præcepta autem vetera, quæ plurimum erant cæremonialia, & carnis immundiciem nimium prohibentia, non sunt in noua lege ceu sub reatu mortali obligantia al leganda.

¶ Ad hæc verò & consideratio loci sacri accedit, in qua maior difficultas consistit. Ob idque subnectitur tertia conclusio. In loco sacro siue exigere siue reddere vtrumq; genere suo peccatum mortale est. Probatur, quia per turpem effusionem spontaneamque seminis violatur locus, fitque celebrandis sacris ineptus, quousque reconciliatur. Quapropter eiusmodi effusio sacrilegium est, quod genere suo est mortale. Nomine autem loci sacri intelligitur corpus ecclesiæ consecratæ, vel benedictæ, nam in cœmeterijs, & in cameris ecclesiæ ad-

hærentibus & in campanilis nulla est violatio. ¶ Hanc autem conclusionem Ricardus distincti. præsent. artic. 3. quæst. 1. sic moderatur, quod sit intelligenda, quando coniuges diurnam moram non trahunt in ecclesia: nam si diu ibidem commoerentur violenter reclusi, videtur, inquit, tunc licitum esse eis in illo loco exigere & reddere: quia nõ est ponendus, ait, laqueus animabus propter immunditiam loci. Attamẽ profectò si propter debitum conjugale violatur ecclesia, vt est fatendum, nescio quomodo ratione diurnæ habitationis excusetur talis concubitus à peccato mortali. Alia ergo fortasse erit aptior moderatio, quod quando talis concubitus est sic occultus, vt in publicis venire non possit, tunc fortè nõ est cõiugibus peccatum mortale. Nam vt dist. 13. quæst. 2. ar. 3. scripsimus, nisi de violatione legitime cõstitit, non est à celebratione abstinentum. Ob idque iniuria nõ est adeo atrox censenda. Si tamen concubitus ille sit publicus, ad quod sufficit, vt coniuges in eodem toro publicè accubent, profectò non excusantur à mortali, etiam qui redderet, postquam neuter illic habet ius petendi. Quocirca nulla de causa admittedi sunt cõiuges intra corpus ecclesiæ in eodẽ lecto cubare, nisi in turri, vel in adiacentibus cameris, vt prædictum est. Si tamen vi tenerentur iunctim, vis fortasse eos à mortali culpa excusaret: nam esset tentatio maior, quàm vt superari posset.

Grego.

Paulus.

Reddere.

Solut. 2. ar.

Exodi. 19.

In loco sacro.

3. Conclusio.

Locus sacer. quis.

Limitatio.

Sententia auctoritatis.

Alia limitatio.

Nota.

Nuptiarũ solennitas quo tempore interdicitur.

Ca. Capellanus. de ferijs.

aliàs Cælestinus. ca. Capellanus, de ferijs, expressit tempus à rogationibus vsque in festum Trinitatis. ¶ Super hæc tamen tempora, vt in illis nuptiæ solenniter celebrentur, quod papa dispensare possit, nemo ambigere potest, cum sit de iure positio. An verò episcopus id possit, dubitatur, propterea, quod canones illi, Nec vxorẽ, & Capellanus, à Pontificibus magnis emanarunt. At verò quia episcopus in sua Diocesi quantum ad hoc id quod Pontifex in toto orbe, nisi ab eodem Pontifice impediatur, facere potest, non est negandum, quin si aliqua vrgens causa ingruerit, vt si aliquis pauperẽ puellam dotare noluerit, nisi illico nuptias cum aliquo solenniter consummet, vel alia vrgẽtior, episcopus valeat dispensare, vt spõsi in ecclesia inter sacra velentur. Dummodo nec populus ad sit frequens, nec aliæ consuetæ solennitates interueniant.

DISTINCTIO trigesima tertia, De polygamia & repudio.



AT quoniam de tua fide loquimur, quæ in vicario reddendo debito coniuges sibi inuicem debent, operæpretium est de polygamia sermonem interserere, quæ apud antiquos patres in more fuisse legitur, an fuerit licita, de quæ libello repudij, quod matrimonij perpetuitati obstare videtur. Proculdubio tamen numerositas illa vxorum licita fuisse creditur, neq; alio quàm honesto fine introducta fuerat quidem primæ uerũ sincerũq; matrimonij fœdus non nisi in con-

Episcopus.

Genes. 2.

iunctione vnus cum vna institutum: vnā quippe vxorem de vna Adā costa, non duas de duabus, Deus condidit, quæ esset ei sociā. Cuius ideo diuino spiritu plenus, ait, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Et erunt duo in carne vna. Id quod ad pacificum tranquillamque conuictum domus maximè congruit. Quapropter

Genes. 4. Lamech, qui ante diluuium duas legitur sibi adsciuisse vxores, non tam iure, quàm libidine allectus id fecisse censetur. Attamen cum Dominus ex vastissima gentilitate vnum Abraham segregauerit, cuius soboles, perexiguus populus, vnum verum Deum coleret, ratione optima per internum spiritum patres illos docuit polygamiā eis ad propagandum eundem populum & cultum licere. Tamen si Abraham ad Agar vxoris ancilam altiori mysterio fuerit ingressus, quod Paulus ad Galathas, enarrauit. Quocirca de Iacob Augustinus libro sexto de ciuitate Dei. Ob id, inquit, plures accepit vxores: quoniam eo tempore multiplicandæ posteritatis causa plures vxores accipere, lex nulla prohibebat. Et contra Faustum qui negabat vnquam polygamiā licuisse, ac proinde aiebat Iacob quatuor habuisse scorta, libr. 22. Obijciuntur, inquit, Iacob pro ingenti crimine quatuor vxores. At quando mos

Cap. 4.
Cap. 38.

Cap. 47.
Cap. 49.

erat, crimen non erat. Et nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Si naturam consulas, non lasciuiendi, sed gignendi causa illis mulieribus utebatur. Si morem, illo tempore atque in illis terris hoc factitabatur. Si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc verò cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia & moribus & legibus hoc non licet. Et libr. De bono coniugali. Tunc patres plures vxores inculpabiliter ducebant. Sicut enim sapiens & iustus qui iam concupiscit dissolui & esse cum Christo, & hoc optimo magis delectatur, non iam hic viuendi cupiditate, sed consulendi officio sumit alimentum, vt maneat in carne, quod necessarium est propter alios: sic misceri fœminis iure nuptiarum tunc officiosum fuit sanctis viris, non libidinosum. Et infra. Sicut non est impar meritum patientiæ in Petro, qui passus est, & Ioanne, qui passus non est: sic non est impar meritum continentiam in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios genuit. Nam illius cœlibatus & istius connubium pro temporum distributione Christo militauerunt: sed continentiam Ioannes in opere, Abraham in solo habebat habitu. Melior est autem castitas cœlibum, quàm nuptiarum: quarum unam Abra-

Cap. 15.

Cap. 12.

Abraham habebat in vsu, ambas in habitu.

Cap. 2. ¶ Veruntamen quanquàm vnum virum pluribus vxoribus commisceri non sic natura vetet, quin bona causa fieri Deus permiserit, tamē eadem fœminam pluribus nubere viris vsque adeò abhorret, vt nulla de causa fuerit vnquam licitum.

Cap. 17. Vnde Augustinus eodem libro de bono coniuga. Occulta, inquit, lege naturæ amant singularitatem quæ principantur: subiecta verò nō solum singularia singulis, sed si ratio naturalis, vel socialis admittit, etiam plura vni nō sine decore subduntur. Neque enim si habet vnus seruus plures dominos, quomodo plures serui vnum dominum. Ita duobus seu pluribus maritis viuus nullam legimus seruisse sanctarum, plures autem fœminas vni viro legimus coniunctas cum gentis illius societas sinebat, & temporis ratio suadebat. Neque enim contra naturam nuptiarū est. Plures enim fœminæ ab vno viro fœtari possunt vna verò à pluribus nō potest. Hæc est principiorum vis, vt plures fœminæ vni viro sint, sicut multæ animæ vni Deo rectè subduntur. Ideoque non est verus Deus animarum nisi vnus: vna verò anima per multos falsos deos potest non fœcundari.

Cap. 3. ¶ Vbi autem, vt ait, Paul. venit plenitudo temporis, quo Christi gratia est per vniuersum orbem effus-

sa, reducta est lex nuptiarum ad priorem honestioremque institutionem, vt aliud nullum probetur coniugium, quàm vnus cum vna. Habet enim iam inde sacramenti rationem, quod de latere Christi emanauit, atque adeo oportet, vt significationem indiuiduæ desponsationis eius cum ecclesia integram seruet. Quapropter super hoc nulla ecclesiæ dispensatio locum habet, vt sub titulo desponsa. duorum. decretum est. Nam, vt Innocent. in quodam. capit. de diuortijs arguit, si dimissa vxore fornicationis gratia nō licet dimittenti citra mœchiæ crimē (vt Christus admonuit) aliam ducere, longè quidem id minus alia reuerentia fas erit.

¶ Quod autem ad libellum re-

pudij attinet, Ad duritiam, inquit, Iudæis Christus, cordis vestri permisit vobis Moyses dimittere vxores vestras: ad legem nimirum alludens, quæ in Deuteronomi. de hac re scripta erat. Eam autem legem, licet non desint qui sic interpretentur, vt facultas illic fuerit concessa licitè repudiandi vxores, tamē & redemptoris verbis & rationi ex natura matrimonij profectæ longè est magis consentaneum, legem illam nulli fecisse facultatem rei minus bonæ, sed licentiam indulgisse rei minus malæ: nempe, vt impunè id fieri sineretur, ad cauendum vxoricidiū, sicut

Ca. Gaude
mis.

Cap. 4.

Cap. 24.

sicut nunc per meretricium cauetur adulterium. Adeo enim est perpetuitas matrimonio suapte naturainnata, vt nisi religionis gratia nunquam fuerit dissolubile. Sed ne durities cordis eorum peiora machinaretur, minus incommodum viris illis indultum est. Fœminis vero, quibus nefandissimum crimen esset virorum necem intentare, nequaquam permissum fuit illos repudiare. Id quod & aliud indicium est viris non tanquam licitum fuisse permissum. Vnde libri contra Faustum. 19. Augustin. Non, inquit, ait, **lex, Qui voluerit dimittat vxorem, sed quia nolebat dimitti vxorem a viro, hanc interposuit moram, vt in dissidium animus præceps, libelli conscriptione refractus absisteret, & quid mali esset vxorem dimittere, cogitaret. Et ideo ad scribas, huiusmodi dissidij dissuasores lex mittere voluit eum, quem iussit libellum repudij dare. Neque enim nisi ab ipsis Scribis libellus scribi poterat. Hæc ille. Lex autem euangelica synceritatis marrimonij custos, nullum repudium, sed solum quoad torum diuortium, idque duntaxat fornicationis causa permittit.**

Cap. 26.

DISTINCTIONIS
 trigesimaltertiæ, Quæst. 1.
 De vxor. pluribus v-
 nius viri.

ARTICVLVS. I.

Vtrum habere plures vxores sit iuri naturæ contrarium.



AD HANC secundam principalium partem, qua de nexu & vsu matrimonij disputatur, rimari tan de attinet, an liceat licuerit ue, & quo iure licuerit plures habere vxores, & per repudium coniuges separari. Quæquidē duo, distinctio præsens trigesimaltertia, nobis suggerit disputanda, duabus proinde contenta quæstionibus: vna, scilicet, de pluribus vxoribus, atque altera de libello repudij. Nam tertia, de virginitate, & quarta, de concubinato seu fornicatione, quas hic Magister sentent. commiscuit, longè sunt à re præsentis peregrinæ: pertinet enim ad materiam castitatis, quæ species est temperantiæ. De quibus ideo D. Tho. 2. 2. q. 151. & subsequentiibus disputauit: quare hic prætereundæ nobis sunt.

Partis ne- gatiue ar- gum. 1.

Probatio minoris. Aristot.

Quæritur ergo primò, vtrum cum pluribus simul vxoribus vnum virum matrimonia coniungere sit contra ius naturæ. Et arguitur à parte negatiua. Illud est contrarium iuri naturæ, quod aduersatur fini, quem sibi natura in agendo præscripsit, vt nomen ipsum per se satis ostendit: habere autem plures vxores non aduersatur fini, quem natura matrimonio contrahendo præscripsit: ergo non est contra ius naturæ. Probat minor. Finis matrimonij potissimus est prolis generatio & educatio, vt 8. Ethicor. Philosophus author est: huic autem fini nequaquam commercium cum pluribus vxoribus aduersatur: nam vt idem philosophus. 15. de animalibus, ait, mas in generatione se gerit erga fœminam vt agēs circa materiam, quæ patitur: nequiquam vero naturæ agentis repugnat in plures materias, suas simul exercere vires. Imò verò id generi multiplicando plurimum conducit: tum quod si vna fuerit inuisa, alia potest esse grata, & si vna sterilis, alia erit fœcunda: tum quod post-

postquam vna concepit, poterit aliâ ac subinde aliâ fœcundare: nam quæ semel in vtero habet, raro alterum fœtum concipit, & rarissime absque abortu parit: & ideo experientia docet, quod qui pluribus vtuntur vxoribus, quemadmodum Sarazeni, vberimè procreant.

2. Argum.

Secundò. Ius naturale est, quod natura omnia animantia docuit. vt ff. de iure naturali gēti. & ciuili habetur: sed natura cætera animantia non docuit, vt mas nō nisi vni fœmellæ cōpuletur: ergo id ipsum si homo faciat, minimè naturali iuri officit.

Pars affirmatiua.

In contrariū est verbū illud Domini (primū instituentis matrimonij) ore Adæ prolutum, Erunt duo in carne vna.

Decisio ar.

Quæstio præsens duos potest exhibere sensus. Vnus est, vtrum vxores plures vni commiseri viro sit modo aliquo iuri naturæ contrarium: hoc est, dissonū & minus congruens. Alter vero, vtrum simpliciter sit contra ius: hoc est contra præceptū naturæ, ita vt citra dispensationem nequaquā id vnquā licuerit. Et quia prioris sensus pars affirmatiua nemini in dubium venit, sed de posteriori nonnulla est opinio controuersia, duo de hac re distinguendi sunt art. Ad primū ergo tribus conclusiōibus iuxta tres matrimonij fines respōdetur. Quid enim esse contra ius naturæ per id quod naturale est, venit perpendendū: naturale autē est quicquid rei naturæ congruit, siue ratione generis, vt magneti, quatenus graui, conuenit deorsum cadere, & homini inquantū animali esus & potus, seu ratione speciei, vt magneti ferrum trahere, & homini ratiocinari.

Cōtra ius naturæ quid.

Notadistin- ctionem.

Inclinatio naturæ.

Instinctus.

Lex siue ius naturæ.

At quia de iure naturæ loquimur, nihil aliud quam operæpretiū fuerit distinctionē exponere inter inclinationē naturæ & instinctum naturæ & legē seu ius naturæ. Inclinatio enim cōmunis omnibus rebus est siue cognoscētib; siue cognitione carētib; inclinatur quippe graue (vt ferrū) ad descēsu, & leue (vt ignis) ad ascensum. Instinctus autē est eadē inclinatio in rebus cognoscētib; sed tamē intellectus & rationis expertibus: instinctus nāq; est impetus appetitus cognitionē sequentis. Lex autem ijs propriè competit, qui intellectu vigēt, vt angelis & hominibus. Et ratio discriminis est, quod lex idē est quod regula, qua actiones diriguntur. Bruta verò cum non cognoscant suarum actionum finem (hirundo enim non cognoscit quo sine nidum extruat) nequeunt actiones suas in finem dirigere, atque adeo nec eorū cognitio potest dici regula aut lex ius, sed instinctus appetitum instigās, quod à natura impellitur ad cibum & potum, atque

ad alia, quibus animalia conseruantur. Instinctus vero ille descendit ex lege Dei dirigentis res quascunque in suos fines. In homine verò, quia cognoscit suarum actionum naturalem finem, in quem eas dirigit, cognitio eius practica dicitur, & est lex, seu regula inque naturæ.

Finis matri- monij tri-plex. Primus.

Secundus.

Tertius.

1. Conclu.

2. Conclu.

Ratio primæ partis.

Est autem finis matrimonij triplex, sicuti & bonum eius trinum. Primarius quidē est proli generatio & educatio, qui homini conuenit ex natura generis: nempe, tanquam vni ex animalibus, quæ natura in hoc officium commisionem docuit maris & fœminæ, vt 8. Ethicor. autor est philosophus; & loco superius citato. ff. refertur. Et bonum, quod huic fini respondet, est proles. Alius est secundarius, vt idem ibidē, ait, Philosophus; qui est vicariā cōmunicatio actionum & officiorum; quæ sunt, tum in officium generandi, tum toti transigendæ vitæ humanæ necessaria. Et bonum huic fini aptum est fides, qua inter se coniuges inuicem obstringuntur. Sed tertius finis cōgruit matrimonio quatenus sacramento: qui est significare coniunctionem Christi & ecclesiæ: nempe, assumptionem humanitatis, cuius partes nunquam dimisit, qua utique ratione sacramentum matrimonij est indissolubile vinculum. Et huic fini adnexum est bonū sacramenti. Matrimonium ergo conuenit homini propter primum finem, quatenus animali, & propter secundum inquantū homini: putā, vt est animal politicum, & propter tertium quia ratione Christianus est.

His præhabitis sit prima cōclusio. Coniugia vnius viri simul cum vxoribus pluribus non sunt contra ius naturæ primæiūm: hoc est, cōtra primum finem matrimonij. Conclusionem hanc argumenta superius obiecta satis comprobant. Itaque finis ille per congeminatās vxores neque tollitur, neque impeditur: nam potest vir vnus ex pluribus vxoribus proles suscipere, susceptasque alere & educare, & vnaquæque vxorum suorum liberorum propriā gerere curam.

Secūda cōclusio. Vxorū multitudo quodammodo est cōtra secundum finem matrimonij, quodammodo verò nō. Valde, inquam, illū impedit, sed non profus tollit. Probat prior pars primum, quia pluribus simul debitum exigentibus non posset vir illud omnibus simul persolvere: imò cum actus ille viri vires debilitet, & sæpè exhauriat, postq̄ vni vxori satisfecisset, non euaderet satis potens, vt posset reliquis morem gerere: quare nulli valeret satis ad votū facere. Atque adeo (quod nouū est argumentum) matrimonium frustraretur alia sua

Ratio. 2. sua virtute, quæ est esse remedium contra concupiscentiam, vt per licitum vsum sedetur. Potissimum si vnâ præ altera diligeret, illa despetta ceu viro orbata viueret. Secundo, quia pax non posset inter illas vxores consistere: nam omnes zelotypia vrerentur, & inuidia cõtabescerent: neque vna posset alterius filium videre: quocirca noueræ hac de re malè audiunt erga priuignos. His ergo de causis rixis & litib' domum implerent: nam de sigillis, ait, illic Philo sophus, q' quia eandem artem exercent, sæpe numero corrixantur. Documento nobis de hac re quodamodò fuere tum sanctissima Sara Gen. 21. quæ Agar ferre domi nequiuit, sed eam cum suo Ismaele domo pepulit: tũ etiam & Rachel, quæ, vt legitur Gen. 30. inuidens sorori suæ liberos, famulã marito supposuit, quæ pro se pareret. Posterior nihilominus conclusionis pars veritatem suam retinet, quoniam vxores plures, si modò honestæ sint & probæ, possunt vni viro cohabitare, vt patriarcharum exemplis citatis atque alijs compertũ est. Et quanuis non tanta probitate vigeant, licet ægre, vt cunq'ue tamen possunt conuiuere.

3. Conclus. Tertia conclusio. Commissio vnus viri cum vxoribus pluribus apertè aduersatur tertio vnus matrimonij, scilicet, sacramentali significationi, ita vt illum nõ modò impediatur, verũ & prorsus tollat. Nam connubium Christi cum ecclesia fuit vnus cũ vna. Neq; obstat q' ecclesia ex pluribus constet fidelibus: quia propter vnã fidem & vnum baptismum omnes vna spõsa reputantur, iuxta illud Cantico. 6. Vna est columba mea, perfecta mea &c. & Paulus, De spõdi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Præsertim q' Christus vnica naturã sibi vnuit, quam vnionem matrimonium Caritatorum repræsentat, atque adeo eadẽ significationem desponsatio vnus cum pluribus prorsus tollit. ¶ Primum igitur argumentum ex superioribus restat solutum. Probat namq'ue primam conclusionem, quam nos cõcedimus, nihil tamen contra secundam aut tertiam. ¶ Secundam verò plusculum roboris habet, per distinctionem tamen diluitur. Ius siquidem naturæ trifariam vsurpatur. Vno enim modo ius naturæ accipitur, vt natura, quæ ex necessitate operatur, condistinguitur contra rationalem appetitum, quæ operatur liberè. Quo pacto illud, quod proprie cõpetit homini, in quantum est homo, licet ex naturali dicitur etiamne ei conueniat (veluti esse politicũ) non tamen dicitur de iure naturæ, sed in tantum, quod illi cum reliquis animãibus est commune, vt concubitus maris & foemine. Quare hoc

Obiectio. Dilatio. ius naturæ trifariam vsurpatur.

Solu. 1. ar. ius naturæ trifariam vsurpatur.

Solu. 2. ar. ius naturæ trifariam vsurpatur.

modo nefandum crimen dicitur, & est contra ius naturæ. Et hoc pacto concedimus, societatem vnus viri cum pluribus vxoribus nõ esse contra ius naturæ, quippe quod natura generis animalium non vetat. Secundo verò modo sumitur ius naturæ pro eo, quod ex principio naturæ vniciq; speciei tanq' ei congruens inditum est. Et hoc modo multitudo vxorũ est homini contra ius naturæ: nam est cõtra modum, quẽ natura speciei hominis præscribit, propterea quod fecit eum animal civile, atq; adeo debet vxori fidem seruare, & in pace familiam regere. Vnde & quibusdam alijs animalibus, in quibus ad educationem proliũ maior conuictus exigitur, similem naturam instinctum impressit, ut per dicitur & turturibus, in quibus vnus vnus associatur. Rursus quia Deus est principium sapremum totius naturæ, id etiam quod homini a Deo in euangelio præceptum est, appellauit quoque Isidorus ius naturæ, dicens. Ius naturale est quod in lege & in euangelio cõtinetur, veluti refluxus maris, qui ex cõtellatione cõlesti ei imprimitur, dicitur naturalis. Et hoc modo singulariter Christianis cõtra ius naturæ est plures vni vxores habere: vt pote quorum matrimonium est sacramentum, coniunctionem Christi & ecclesiæ demonstrans.

Secundus modus.

Tertius modus.

Can. 1. d. 1.

ARTICVLVS. II.

Vtrum plures simul habere vxores aliquando licuerit.

MAioris explicationem superioris articuli quæritur, vtrum connubia cũ pluribus simul vxoribus fuerint aliquando licita. Et arguitur à parte negatiua. Ius naturale, vt. 5. Ethico. meminit Aristoteles, semper & vbiq'ue eandem habet potentiam: sed vxorum multitudo, vt secunda conclusione superioris articuli assertum est, aduersatur iuri naturali: nepe, naturali fini matrimonij, ergo nunquam fuit licita.

Partis negatiua ar. 1.

¶ Secundo, quia si aliquando licuit, vel id propter dispensationem acciderat, vel quia per se erat licitum: si secundo modo: ergo & nunc liceret, quod est falsum: quod autem non liceret per dispensationem, patet: nam cum Deus, vt August. ait, sit naturæ conditor, nil contra rationes facit, quas naturæ inserit: cum autem naturæ humanæ ad fidem & pacem seruandã in seuerit, vt non sit nisi vna vnus viri, nunquã credendus est super hoc dispensasse.

¶ Ter-

3. Argum. Tertiõ arguitur. Si id duntaxat per dispensationẽ licuisset, nullis fuisset licitum, nisi illis præcisset, cum quibus fuisset dispensatum: dispensatio autẽ huiusmodi nullibi in veteri testamẽto legitur, sed omnes indiscriminatim illi patres cũ pluribus vxoribus matrimonia cõfederabant: ergo non per dispensationem id faciebant: præsertim quod si ratio illa dispensandi vera erat: nepe ad multiplicandũ diuinũ cultum: cum eadem modò permaneat ratio, licita etiam nunc eadẽ esset dispensatio: quod est falsum. ¶ Quarto arguitur. Id quod præstãtius est, non debet ei post haberi quod minus bonum est: sed fides, quæ seruanda est in matrimonio, & significatio desponsationis Christi cum ecclesia præstantiora bona sunt q' proles: ergo propter multiplicandas proles non debuit dispensari contra fidem & contra significationẽ sacramenti, quæ consistit in vnitate vnus cum vna: nunq' ergo talis facta fuit dispensatio. Et cum ius naturale id veterit, colligitur, q' non per fas, sed per nefas id faciebãt. ¶ In contrariũ tamẽ est, quod Deute. 21. de cõfortio vnus viri cum pluribus vxoribus sit mentio non ceu de re illicita & prohibita, sed certè tanq' de relicta. Si habuerit homo duas vxores, vnã dilectam & alteram odiosam, & filius odiosæ fuerit primogenitus, nõ poterit filium dilectæ facere primogenitum, cumq'ue filio odiosæ præferre. ¶ Questio præsens duas virtute cõtinet, vnã explicitè, an videlicet aliquando licuerit plures habere vxores, alteramq'ue implicitè, vtrum id solum per dispensationẽ, an verò per se fuerit licitum. Et primũ omnium vt rerum historia oculis supponatur, primus, qui duas sibi accersit vxores, vt Genes. 4. legitur, & nos supra dist. 27. meminimus, fuit Lamech ex linea Cain: nepe, septimus ab illo, veluti Enoch vir iustissimus, qui ambulauit cum Deo, septimus fuit à Seth. In duobus enim illis fratribus Seth & Cain binium diuisum fuit duarũ ciuitatum, Dei, scilicet, & diaboli. Quocirca factum illud Lamech non est idoneum documentum, quod licitum fuerit vni viro plures simul ducere vxores: nãlibi dine potius credendus est id fecisse quàm iure. Id quod Nicolaus Papa cano-

4. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio ar.

Lamech primus duabus vxoribus usus est.

Cogressus Loth cum filiabus. 1. Bigamia

refert, sibi cõiunxit. Quod quidem exemplum ad propagandum, vt fertur, Dei populum postea multi patres sunt imitati. ¶ Ad quæstionẽ ergo quatuor conclusionibus respondetur. Prima, Polygamia: hoc est, connubia pluriũ simul vxorum, cum vno viro ante legem euangelicã licita fuit: nõ solum sub lege Moysi, verum & ante illam scriptam legẽ, quam quidẽ Abraham quadringentis annis, & Iacob trecentis antecesserunt. Conclusionem hanc nõ desunt, qui negent, vt Abulensis super Matth. c. 19. q. 34. refert, dicentes, quod Deus permisit vxores plures non tanquã rem licitam, sed impunè fieret, sicuti illigenti permisit ab extraneis vsuras suscipere, & nunc permittitur meretricium ad euitanda maiora mala. Sed hæc opinio vno fere doctorum consensu meritò repudiatur. Probat ergo contra conclusio. Adulterium semper fuit cognitum vt grãue peccatum. Abraham ergo, quem Deus vt iustissimũ ex toto orbe selegit cum quo foedus iniret venturi Messia, fas non est credere eiusmodi cõmississe scelus, sed iure ad Agar fuisse ingressum. Latuit autẽ in hac Abraham bigamia singulare inter alios patres mysterium: nõ enim causa solum prolata diuini populi Dei vt reliqui, duas habuit mulieres. Imò Ismaelita ab Agar descendentes non prorsus ad illud Dei populum attinebant. Sed causa fuit potissima, quã Paulus ad Galat. 4. enarrat, vt in duobus filiis vno de ancilla & altero de libera, vetus & nouum testamenta designarentur. Quare nato Isaac, Ismael cum matre sua iussu Dei expulsus fuit domo, Gene. 21. ad significandã legem veterẽ, post quã impleta fuit, explosam tanquã ancillam, & euangelicã tanquã liberã approbatã. Vnde cum Agar in perpetuo vsu coniugij non permanserit, nõ defuerunt qui Abraham crimen fornicationis cũ illa obijcerent, ne antiquã admittentes fuisse eius cõiugem, vt Aug. lib. 2. cõtra aduersariũ legis cap. 9. refert, Neq; verò illic diuus pater aliter ipsum ab adulterio vendicat, q' quod nõ lubrico libidinis amanit ancillam, sed de vxoris cõsensu & rogatu. Vbi de matrimonio nihil meminit. Et Ambro. lib. de patriarchis, quod Gratianus cano. Dixit Sara. 32. q. 4. refert, videtur illud appellasse adulteriũ. Ait enim, q' quando Abraham ancillam cognouit, nõ dum adulterium interdictũ videbatur: quia fuit ante legẽ Moysi. Quasi diceret ob id fuisse Abraham ab adulterio immunem: quod nõ dũ fuerat vetitum: rursus quã non ardore libidinis succensus, sed studio querendæ posteritatis ancillæ contubernio coniugale post habuit torũ. Vbi

1. Conclus.

Opinio quorundã.

Ratio conclusionis.

Mysterium bigamie Abraham.

Pau. ad Galat. 4.

Gene. 21.

Ambro.

Authoris ratio. contubernium ancillæ minimè censere videtur conjugalem torum. At verò sancti isti inter pretes Abraham ab adulterio in primis excipiunt, ab omniq; culpa liberant. Dicendum ergo, quòd id fecerit inspiratione Dei affulsus. Sed posset fortè vno modo opinari; q; inspiratio non fuerit, vt vero matrimonio Abraham secum ancillam copularet, sed quod Deus, nò quidem super adulterium dispensando, quia non est dispensabile, verum tanquam dominus totius humani generis illam mulierem Abraham iure fecundandam tradiderit, vt verbum illud Osee sonare videtur, de quo inferius redibit sermo, Sume tibi vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationis. Quapropter tanquam non vera vxor. postea diuino iussu eiecta est. Attamen non opus est hanc opinionem admittere, sed dicendum quòd fuit vera vxor, sicuti & Osee credendus fortè est cum fornicaria legitimum iniisse coniugium. Veruntamen quia Agar non fuit Abraham conjugata nisi per occasionem, vt à Sara substituta, vt geminam vice illius ederet, & postea ratione mysterij erat mandato Dei abijcienda, sancti patres non appellant illud ita planè coniugium. Præfertim, quòd cum finis matrimonij, vt diximus, duplex sit, vnus generatio, atq; alter communicatio in officijs domesticis, ad hunc secundum non fuit omnino in locum coniugis admittenda, vt ea familiaritate & honore tractaretur vt Sara, sed semper habebatur tanquam ancilla & Sara tanquam domina. Atque eam ob causam Iudei conceptionem illam Ismahelis fornicationem censebant, id enim insinuabant dicentes, Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnū patrem habemus Deum. Quasi dicerent, Non sumus Ismahelitzæ ab ancilla, descendentes, sed liberi à Sara, cui Deus sobolem fuerat pollicitus. Vnde & Leo papa cano. Non omnis. 3. q. 2. vbi, ait, q; non omnis mulier virò coniuncta est vxor viri, adducit exemplum de Sara & Agar. Et idem est de Iacob & suis duabus ancillis: nam cum ancillis lege nequeunt matrimonia iniri, nisi fiant liberae. Atque hoc pacto Genesi 25. duæ vxores Abraham: nempe, Agar & Cethura eius concubinae appellantur.

Osee. 1. Sume tibi vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationis. Quapropter tanquam non vera vxor. postea diuino iussu eiecta est.

Agar vera uxor Abraham. Admittere, sed dicendum quòd fuit vera vxor, sicuti & Osee credendus fortè est cum fornicaria legitimum iniisse coniugium.

Nota. men quia Agar non fuit Abraham conjugata nisi per occasionem, vt à Sara substituta, vt geminam vice illius ederet, & postea ratione mysterij erat mandato Dei abijcienda, sancti patres non appellant illud ita planè coniugium.

Duplex matrimonij finis. Præfertim, quòd cum finis matrimonij, vt diximus, duplex sit, vnus generatio, atq; alter communicatio in officijs domesticis, ad hunc secundum non fuit omnino in locum coniugis admittenda, vt ea familiaritate & honore tractaretur vt Sara, sed semper habebatur tanquam ancilla & Sara tanquam domina.

Ioan. 8. Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnū patrem habemus Deum. Quasi dicerent, Non sumus Ismahelitzæ ab ancilla, descendentes, sed liberi à Sara, cui Deus sobolem fuerat pollicitus.

Leo papa. Vnde & Leo papa cano. Non omnis. 3. q. 2. vbi, ait, q; non omnis mulier virò coniuncta est vxor viri, adducit exemplum de Sara & Agar.

Fornicatio nunquam licita. Hinc fit (nec rursus ad hoc reuertamur, qd doctores hic de concubinis & de fornicatione non satis ad propositum disputant) quòd nunquam fuit licitum habere concubinam: nã fornicatio, quia legitimo fini generationis opponitur, adeo est contra ius naturæ, vt nulla dispensatione fieri possit licita. Enimverò nisi insolubili vinculo (quale est matrimonij) parentes copulentur, nequit commodè educari pro-

les. Quapropter sicubi intergentes fornicatio simplex tanquam licita perittebatur, id ex obfuscatione luminis naturalis procedebat. Hac enim de causa Iudæi scandalum accipiebant, quòd de gentilibus conuersi ceu licita vtebantur fornicatione, quam ideo apostoli, vt legitur Actuum. 15. eis interdixerunt. Igitur vbi cunq; in sacra scriptura aliqui leguntur habuisse concubinas, vt Salomò atq; alij, vel culpandi sunt tanquam fornicarij, veluti Iudas cum Thamar, vel si excusentur, nomine concubinarum intelligendæ sunt mulieres, quæ cum viris insolubili coniunctione erant coniugatae quoad finem torice vxores, sed tanquam ad secundum finem matrimonij, qui erat æqua societas maritalis non recipiebantur vt legitime vxores. Vnde inter ethnicos mos erat, vt licet paterfamilias pluribus vxorum nomine vteretur foeminis, non tamen nisi vnicam haberet, quæ esset materfamilias, quæ vt Gellius lib. 18. cap. 6. author est, non in matrimonium tantum, sed in familiam mariti & in sui hæredis locum veniret, essetq; familiae administratrix, & quæ in mariti manu & mancipio esset. Accipiebatur enim per illam ceremoniam, vt dextis contactis vir diceret, Tu mihi materfamilias esto. Quocirca Iuriconsultus. l. Pronūcia tum. ff. de verbo. signific. Matremfamilias, inquit, accipere debemus eam, quæ non inhonestè vixit. Oseam verò, cui Deus iussit fornicariam mulierem accipere D. Tho. 2. 2. q. 154. art. 2. à crimine excusat, eo q; id volūtate Dei fecerit. Et intelligit, vt supra diximus, quòd Deus tanquam dominus illius mulieris tradidit eam illi citra matrimonij fecundandam. Quauis August. & Gregor. & alibi S. Thom. mollius rem exponentes aiunt, verum cum illa matrimonium contraxisset. Et vt sermonem de Abraham concludamus, Deus ad euitandum iurgium inter ancillam & liberam, & Ismahel & Isaac & potissimū ratione mysterij abolitionis veteri testamenti iussit Agar cum filio domo propelli, quasi dispensans super perpetuitatem matrimonij. Ad rem igitur vt redeamus nemo de sanctis patribus ambigit, quin iure optimo ad propagandum Dei populum & cultum pluribus fuerint vxoribus vsi. De iure autem, quo huiusmodi matrimonia defenduntur, nò nihil est controuersie. Sunt enim qui arbitrentur nulla opus tunc fuisse dispensatione sed per se contubernium plurium vxorum fuisse licitum. Quam utiq; opinionem nihil hæsitantes tuentur Durand. præsent. q. 1. & Abulensis super eod. c. 9. Matth. quæst. 30. & seq. vsq; ad 34. Et extant re vera argumenta non pauca, neque

Nota.

Concubina in sacra scriptura.

De Osee.

Patriarcha.

Opinio quorundam.

Durandus. Abulensis.

1. Argum. pro Abulensi.

neque verò infirma quibus opinio hæc, & si videatur peregrina, fulciatur. Primum est hoc. Vxorum multitudo, vt præcedenti art. constitimus, nullatenus primo fini matrimonij obstat, neq; sic verò aduersatur secundo, vt illud tollat, sed quodammodo impendit: nihil enim propagandis educandisq; liberis obuiat, sed quietam pacem domus modo quoddam perturbat: illa verò, quæ sunt de iure naturæ tanq; primæ principia, secum adferunt naturale præceptum, vt, id non facias alijs, quod tibi fieri non vis, atque adeo illa, quæ sic primis principijs sunt propinqua, vt quædam eorundem expositiones reputentur, veluti præcepta decalogi. At tamen alia, quæ in isto ordine non collocantur, sed longius deriuatur ex eisdem primis principijs, non videntur vim obtinere præcepti quousque consuetudo vel lex aliqua diuina vel humana illud sancierit: iuxta verbum illud Ciceronianum. Res à natura profectas & à consuetudine approbatas, legum virtus & religio sanxit: at verò ante legem euangelicam nulla inuenitur lex plures vxores prohibens, ergo quantum aliquo modo esset paci conseruandæ dissonum, nulla tamen erat præceptorum prohibitio, quæ dispensatione indigeret, sed sola consuetudine temporum & indigètia propagandi humani generis potuit illud licitum facere. Hanc rationem videntur satis validè confirmare verba, quæ in textu ex Augustino citauimus: videlicet, q; tunc plures vxores accipere nulla lex vetabat. Et contra Faustū lib. 2. 2. ca. 49. (id quod Gratianus. 3. 2. q. 4. can. Obijciuntur. sub nomine Ambrosij citat.) Obijciuntur, inquit, Iacob quatuor vxores, quod, quia tunc mos erat, crimen non erat, Et rursus, Quod pluribus foeminis utebantur, nec contra naturam hoc faciebant: cum non lasciuendi causa sed gignendi hoc facerent: nec contra morem: quia eo tempore ea fiebant: nec contra præceptum: quia nulla lege erat prohibitum: si ergo nulla lege erat prohibitum, nulla exigebatur dispensatio. Non ergo dispensationi sed mori tribuit fuisse licitum. Deinde arguitur. Abraham non videtur ad Agar ingressus nisi precibus vxoris vitatus, quod re vera Sara non fuisset precata, nisi quia licitum per se illud censebat: non ergo ob dispensationem illam sibi secundam adhibuit vxorem. Et idè apparet in polygamia Iacob: nam postq; deceptus accessit ad Lyam, postmodum desponsauit sibi Rachelem, & earum rogatu adhibuit toro conjugali earundem ancillas.

August.

2. Argum.

3. Argum.

nam Laban, qui erat merus gentilis, Iacob cum Lya coniugato, vltro obtulit Rachelem in secundam vxorem, quem postea rogauit ne plures acciperet: quod certè non fecisset, nisi quia mos sub lege naturæ vigeat plurium vxorū. Præterea arguitur. Fidei, cui vxorū numerositas derogare videtur, eo q; vir omnibus eam nequit ad nutū seruare, nulla fit iniuria, quado posteriores adhibentur de consensu priorum, vel de consuetudine nota & recepta, sed Abraham non nisi ex consensu Saræ accepit Agar, neq; Iacob nisi ex consensu fororū vsus fuit ancillis, imò neque Lya creditur ad eum clam ingressa nisi de consensu Rachelis, quæ consules pudori maioris natu illud admisit: ergo illa ratione plures accipere vxores ius naturæ non vetabat.

Ac demum arguit Durandus. Perturbatio pacis per plures vxores non per se adnectitur matrimonio, sed accidentariè propter praua mulierum ingenia: si enim ipsæ sint suo opte ingenio pacificæ & mites, nulla fiet pacis conturbatio: id autem, quod accidentarium est, non mutat rei naturam. Et sic cōcludunt isti authores vxores plures per se licere.

Nihilominus statuitur secunda conclusio. Nunq; fuit licitum viro plures sibi simul adiungere vxores, nisi ex aliqua saltè interna inspiratione, quæ vim diuinæ dispensationis haberet. Declaratur primo conclusio. Cum dispensatio super aliqua fieri debeat prohibitione, fit vt qualis est prohibitio, talis esse debeat dispensatio, sed ante legem euangelicam nulla fuit scripta lex aut extrinsecus posita, quæ plures simul haberi prohiberet vxores: quare non requirebatur expressa extrinsecus dispensatio: sed tamen illa prohibitio erat intrinsecus lumine naturali in mentibus hominum impressa, nisi vbi per naturæ corruptionem erat deleta. Probatur, nam cū plures vxores, vt supra probatū est, pacem domus & tranquillitatem impediunt, & præfertim officium reddēdi debitū singulis, re vera, natura ipsa multitudinem illam auersabatur, & respuebat, ac subinde lumen naturæ, vbi purum erat, id ipsum dissuadebat. Et secundò id patet, nam proculdubio talis lex menti Adæ impressa fuit, cum viderit ex vnica costa vnica sibi fuisse vxorem conditam, non geminam, quare diuinitus affulsus dixit. Erunt duo in carne vna: cum ergo in Abraham & Iacob lumen naturæ non fuerit obnubilatū vt erat in Lamech, nunquam plures sibi associassent vxores, nisi interna inspiratione aliqua diuina fuissent admoniti, vt sicut prohibitio intrinseca erat, talis esset dispensatio.

2. Cōclus.

Declaratio cōclusionis

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Genes. 2.

Hanc

Ca. Gaudemus de di-norijis. ¶ Hanc eandem conclusionem asseruit Innocen. 3. cap. Gaudemus, de diuortijs. dicens, Nul- livnquam licuit in simul plures vxores habere, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum: non dicit dispensatione extrinsecus verbo facta, sed reuelatione intrinsecus inspirata.

¶ Sed dubitatur quibus facta fuerit huiusmodi reuelatio. Respondetur, quod Abraham in primis & fortè duobus deinde alijs patribus filio eius & nepoti Isaac & Jacob. Vtrum verò alijs: Scot. dist. præfenti. art. 2. respondet, quod non nisi quibusdam eorum successoribus: putà illis in quibus permāsurus erat cultus Dei, nam illa fuit reuelationis causa. Quare descendentes ab Ismahele & ab Esau non arbitratr Scotus dispensatione illa potuisse vti. Sed nihilominus verò similis est cum omnibus descendentes ab Abraham & cū omni gente illius legis Moysaycæ fuisse dispensatum, neque opus fuisse reuelatione in singulis, sed ea quæ facta fuit Abraham in consuetudinem abijt, vt totus populus pro lege illam duceret. Quauis multi viri sancti nollent illa vti, quia nō tenebātur. Quare Elcana & Ioachim tametsi vxores essent fortiti steriles & sobolis procreandæ arderent desiderio, non tamen alias duxerunt fœcundas.

Dubium. ¶ Longè tamen maior ambiguitas est, an cum gentibus fuerit dispensatum. Non defunt qui putent omnibus infidelibus cuiuscunq; fortis fuisse polygamiam licitam. Sed profectò rationem non video: nam iure naturæ nemini gentium licuit: dispensatio autem, cum nō fuerit facta nisi ad propagandum populum circūcisionis, non est cur ad ethnicos ampliata credatur. Et idem tenuit ante nos Paul. Quare nisi fortasse per ignorantiam inuincibilem excusarentur, illi præsertim, qui commercium cum Iudæis habebant, vt eorum exemplo adducerentur, profectò crediderim nullis gētium fuisse vnquam licitam, neque eorum matrimonia fuisse solida.

¶ Et per hoc diluuntur argumenta, quæ modò pro Abulensi & Durando cōstruebamus. Ad primum enim respondetur, quod etsi commistio plurium vxorum cum vno viro non fuerit illo tunc seculo expressa lege & præcepto extrinsecus interdicta: erat nihilominus per internam inspirationem sic vetita, vt nisi pro diuersis conditionibus personarum actèporum atque aliarum circūstantiarum fuisset contrarium reuelatum, nō esset legitima: nam illa quæ sunt in hoc gradu iuris naturæ, possunt variatis humanis moribus variari. Attamen quoniam non est facile huiusmodi varietates agnoscere & definire, necesse est vt ipse

quilegem intrinsecus inspirauit, eandem subinde mentem illuminet, quando liceat contra facere: & illa impræfentiarum dicitur dispensatio. Quare sola consuetudo non sufficeret culpam excusare. Et quauis extrema forsan necessitas propagandi humanum genus, vt illico dicturi sumus, pro reuelatione sufficeret, tamè tēporibus Abraham, Iacob & aliorum patriarcharū ratio naturalis id non docebat, quia necessitas tunc non erat nisi ad propagandum diuinum populum & cultum sub illa peculiari lege supra naturā à Deo posita, ad quam ideò propagationem singularis eiusdem Dei inspiratio exigebatur.

¶ Ad Augustin. pariter respondetur, id solum velle, quod vxorum multitudo non erat tunc contra præceptum scriptæ legis, sicut modò est in euangelio, neq; contra naturam: quia id faciebant ad propagandum cultum dei: ex diuina tamè inspiratione, vnde exortus fuit mos, qui crimen excusauit.

¶ Ad aliud de Sara respōdetur, quod fortè eidē facta fuit reuelatio, vt marito ingressum ad ancillam persuaderet, vel ambobus forsan, qui de re se inuicem consuluisse creduntur.

¶ Quod autem Laban duas filias vni Iacob desponsauerit, vel fuit, quia Iacob ei dixit sibi esse licitum, vel quia fortasse in lege naturæ propter luminis naturalis tenebrositatem putabant sibi licere.

¶ Aliud verò, quod prima vxore consentiente nō fit iniuria fidei matrimonij, negatur prorsus: quia per se matrimonium requirit illam libertatem, ne vir sit impeditus per vnā vxorem ad reddendum alteri nisi ambo votum castitatis emittat. Et pariter negatur aliud Durandi: nempe accidētariam esse perturbationem pacis matrimonijs plurium vxorum propter corruptos mores vxorū, imò per se ex natura rei multitudo ipsa mulierum secum adfert zelotypiam & iurgia, sed accidit, si sunt mansuetæ, vt huiusmodi discordiæ non oboriantur.

¶ Et quod in lege naturæ vxorum numerositas non fuerit absq; diuina inspiratione licita, præterq; argumētis factis confirmatur alio potissimum: nam si id tūc licuisset, profectò liceret etiā modo infidelibus: quippe qui legibus peculiaribus euāgelicis non tenentur, vt bene ad hoc propositū, ait, Innoc. c. citato. Gaudemus, citans illud Pauli. De ijs quæ foris sunt nihil ad nos: cōsequēs tamen est falsum: nam aliās si tā vir q̄ vxores cōuerterentur ad fidem, nullū earum matrimoniū esset dirimendū, quandoquidem in gentilitate fuissent legitime contexta, quemadmodū non dirimuntur eorū matrimonia inter

Ad Augu.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

Cōfirmatur secunda conclusio.

Innocen.

Abulensis responsio.

Nota.

Obiectio.

3. Cōclus.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

nia inter cōsanguineos: cuius contrarium determinatū est ab ecclesia eod. cap. Gaudemus. Neq; Abulensis se potest ab hoc argumēto satis extricare: ait, quippe, quia lege euāgelica illa iam sunt matrimonia plurium simul vxorum prohibita, facta sunt inter infideles etiam inter ethnicos illicita. Sed re vera respōsio hæc nō plenè satisficit: nā, vt ibidem bene, ait, Innoc. licet lex euāgelica vnuersum orbem obliget, vt recipiatur, tamen illi, qui eam non receperunt, minimè canonibus tenentur ecclesiasticis, neq; singularib; præceptis legis nostræ. Et ideò si lex naturalis plures vxores illis permitteret, non essent illis irrita propter legem euāgelicā: sunt tamen irrita, quia dirimuntur post earum conuersionem, præterquam cum sola prima: sunt ergo iure naturæ nulla, atque adeo nunq̄ nisi per peculiare inspirationē fuerunt licita. Quod si arguas. Pariter si Iudæi conuertātur ad fidem dirimuntur eorū matrimonia cum pluribus vxoribus, & tamen erant eis licita. Respondetur, non fuisse eis licita, nisi per dispensationem, quæ vtiq; dispensatio iam per Christum abrogata est. Cum gentilibus autē, vt nuperrimè dicebam, nunquam fuit diuinitus dispensatum. Et quauis quis opinatus fuerit cum illis dispensatum, dicere debet, quod cum illa dispensatio per euangelium prorsus cessauerit, quod tā gentes quā Iudæi relictī sunt in iure naturæ, vt iam matrimonium illorū cum pluribus vxoribus non sit validum.

¶ Tertia conclusio. Iam modò post latam euāgelicam legem nemini toto orbe licet plures vxores ducere, imò verò qui id post primam attentaret, nullum cōtraheret matrimonium. sed omnia præter primum sunt irrita & nulla. Probatur, quia iam inde ab orbe redēpto matrimonium, vt dictum est, vim habet sacramenti, quod ex latere Christi pendētis in cruce promanauit, significans coniunctionem eius cum vna ecclesia & assumptionem vnus humanæ naturæ in vnitatem personæ: quare secūdam matrimonium adiectum primo, quia hanc significationem non retinet, non esset sacramentum, atque adeò nec matrimonium.

¶ Secundo ad id arguitur. Matrimonia cum pluribus vxoribus, vt dictum est, quia sunt contra naturam: nunquam fuerunt licita, nisi ex dispensatione Dei ob causam legitimam, quæ nulla alia creditur, quàm populi Dei ad eius cultum multiplicandi: lex autem euangelica non est lata vni singulari populo, sed toti orbi: ergo illa iam causa cessauit. Quapropter Christus legem coniugij ad primæuum eius institutum & decorem reuocauit, vt nec repu-

diare liceret vxorem, nec plures ducere. Vnde Matth. 19. quærentibus Iudæis liceret ne vxorem dimittere, neganter respondit legem integram orientis naturæ. Nō legistis, inquit, quia quifecit hominem à principio, masculū & foeminam fecit eos? Hoc est vnicum & vnicū? Et dixit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quæ quidem verba apertè sunt monogamiæ confirmatoria. Vnde indissolubilitatem præcipiens intulit, Quos Deus coniunxit homo non separet.

¶ Tertio & ex subiunctis illico verbis confirmatur, Dico vobis, quia quicūque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationē, mœchatur etenim (vt bene arguit in dicto capit. Gaudemus. Innoc. & non longè dissimiliter Aug. lib. primo. de adulterinis cōiugijs. ca. 9.) si dimissa vxore non licet viro aliā ducere, multo minus retenta prima adulteram ducere. Sunt, vt Durandus refert, qui rationes has cauillari contentant, sed sunt eorum cauillationes friuolæ.

¶ Ex his colligitur quarta conclusio. A tempore euāgelicæ legis nō licet super hoc dispensare, vt quis possit plures simul habere vxores.

Probatur, quia super ius diuinū nulla, nisi per diuinam inspirationem, cadit dispensatio: nam cum Papa non sit nisi vicarius Christi, atque adeò ei inferior, nequit super eius leges dispensare. Et cōfirmatur: quoniam si qua esse posset dispensandi causa, illa potissimum esset religio: dum infidelis cum pluribus vxoribus conuertitur ad fidem, ne propter difficultatē diuellendi se abinuicem absterrentur à fide nostra: sed tūc nullatenus dispensatur, imò separātur omnino: ergo nulla restat dispensandi causa. Et hæc est determinatio Innoc. 1. quod in. 2. parte conciliorum sic habet. Qua de re statuimus fide catholica suffragante, illud esse cōiugium, quod primitus erat gratia diuina fundatū, cōuentūq; secūdæ mulieris priori superstitē, nec diuortio eicctæ, nullo pacto esse legitimum.

Quod quidem decretum sancitur libr. 4. decretalium per totum titulū. de sponsa. duorū. Cui ad stipulatur Inno. tertius in præ allegato cap. Gaudemus. de diuortijs. Et. 24. q. 3. cā. An nō. vbi Nicolaus districta vltione: hoc est, excōicatione, eum ferit, qui de facto duas habet vxores: nam cum secunda adulterium committit. Et lege ciuili sunt infames, vt. C. ad. l. Iuliam. de adulterijs. l. Eum qui binas. & corporali supplicio afficiuntur: nempe, cauterio in frōtem impresso. Imò verò habentur tāquàm de hæresi suspecti, quasi Moysaycam licentiam in hoc usurpantes, & de sacramentis euāgelicis per-

Matth. 19

Ratio. 3.

Innocen.

4. Conclu.

Ratio. 1.

Determinatio ecclesie.

Polygami infames.

Polygami suspecti de hæresi.

Valentinianus. Valentinianus autem senior, ut historia tripartita libr. 8. cap. 11. ex Socrate refertur, legē tulit, ut cuiuslibet duas haberet uxores, Sed erat Arrianus.

¶ Contra hanc autem veritatem militare videtur canō ille Gregorij. Quod proposuisti. 32. quæstio. 7. vbi, ait, quod si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum reddere, vir poterit aliam ducere, dummodo primæ subsidij opem non subtrahat. Qui quidem canon, non est Gregorij magni, nec secūdi, ut citatur à Gratiano, sed Gregorij. 3. Et ideo ibidem Gratianus non curat eum glossare, sed, ait, sacris canonibus, imò apostolicæ, euangelicæ que doctrinæ esse aduersum: quia, scilicet, permisit bigamiam vtraque; viuente uxore. Quare multi theologo aiunt errasse. Attamen non est sic de Pontifice Max. loquendum. Quamobrem vel dicendum est, quod loquebatur de sponsa de futuro, quam poterat infirmitatis gratia dimittere: vel intelligitur, ut alij dicunt, de illis neophytis, qui conuertebantur ad fidem, qui poterant infideles uxores relinquere, ut distin. 39. declarauimus. Sed neutra solutio sufficit: quia tunc non in fisset ut opem subsidij priori conferret. Alij dicunt fuisse illam tolerantiam in illis, qui conuertebantur, ne à fide auerterentur: quemadmodum Gregorius magnus scribens Augustino Anglorum episcopo in illis neophytis plura toleranda suadet, & refertur cano. Quædam lex. 35. quæstio. 3. Sed reuera neque hoc credibile est: sed legitima solutio est quod loquebatur de infirmitate, quæ matrimonium dirimit, qualis est vel frigiditas, vel maleficium, de qua habetur. ca. Consultationi. de frigid. & malefi. quod si non potest habere ut uxorem, saltem habeat ut sororem. Et can. Requisisti. 33. quæstione prima, idem, ait, Grego. magnus: nempe, quod si cum illa impotenti quis contraxit tanquam cum habenda ut sororia, & alteram post voluerit ducere, alar priorum. ¶ Ad primum igitur argumentum in capite quæstionis propositum respondetur, quod licet ius naturæ quantum est de se eandem vbi que teneat vim, per accidens tamen, ut ibidem ait, Philosophus, mutatis rebus mutatur. Ob idque non tam eius, quam rerum mutatio censenda est. Quocirca Deus per suam inspirationem ius rebus mutatis accommodat.

Solutio authoris.

Solutio primi argu.

Solu. 2. ar.

¶ Et per hoc respondetur ad secundum. Concedimus enim non nisi per Dei dispensationem plures vni viro licuisse uxores, haud tamen per illam dispensationem contra rationem fecit, qua natura in seuit: quia rationes illæ, quæ non sunt, in primis principijs nature,

fed in eius conclusionibus, non habent vim semper sed in pluribus.

¶ Ad tertium iam partim responsum est: nempe, quod sicut prohibitio naturalis non erat foris scripta, sed intus menti impressa, ita neque dispensationem esse oportuit nisi per intrinsecam inspirationem.

¶ Ad id autem, quod ibi tangitur, quod si dispensatio non erat nisi interna, nemini licuit plures ducere uxores, nisi cui singulariter esset facta reuelatio: leguntur tamen in veteri testamento plurimi indiscriminatim illas habuisse: tamen non est credendum singulis singulas fuisse reuelationes inspiratas. Respondetur quod postquam primis: nempe, Abraham, illa facta est reuelatio, & forte Iacob, posterius vel viua maiorū voce, vel ipsa consuetudine edocti sunt illud fuisse licitum. Vnde tanquam de re vniuersè receptissima mentio illius facta legitur, ut Deute. 21. Ne filius dilectioris uxoris primogenito odiosa hereditate præferatur. Et Deutero. 17. rex prohibetur ne plurimas duceret uxores, qui eius animus illicerent. Vbi Aug. sic, ait. Manifestum est Salomonem hoc præceptum transiisse, Dauid autem plures habuit, nec præceptum præterijt. Permissum est enim regi plures habere, non plurimas &c.

¶ Ad postremam denique; argumenti particulam iam responsum est, quod cum lex Moysaica non esset nisi in illo perexiguo Iudæorum angulo, multiplicatione populi egebat. Lex vero euangelica vniuerso orbi lata est: quare non est amplianda per propagationem populi sed per hoc, quod vniuerso orbi eam suscipiat: & ideo non licet modo super polygamia dispensare.

¶ Sed quid si casu aliquo humanum genus ad extremam hominum raritatem deueniret, vtrum tunc ad eius multiplicationem liceret vni plures ducere: saltem vtrum posset ecclesia super hoc dispensare, veluti de religionem professis supra quæsiuimus, an licet eis tunc matrimonia contrahere.

¶ Ad hoc primò respondetur quod nisi extrema necessitas ingruerit, hoc non licet, quoniã, ut supra diximus, nec tempore Adæ, neque; verò Noe seculo illa dispensatio legitur. Et ideo si vnus vir esset superstes, haberetque; fecundam uxorem, quæ pareret, non posset plures accipere, ut ampliores sobolem propagarent. Nam neque; si aliqui quantumuis paucissimi seculares essent superstites, liceret religiosi rei uxoriæ operâ dare: quare multò minus vni plures ducere: & credo ecclesia nunquam super hoc dispensaret. Si verò tunc vir ille vnicus uxorem habet sterilem, aut senio confectam, tunc extrema

Solu. 3. ar.

Obiectio.

Dente. 21.

Dente. 17.

Ad postremam argumenti particulam.

Notandum.

Secuti respō.

trema esset necessitas ducendi aliam. Nihilominus Scotus distinct. præsentis ad hoc non aliud respondet, quam quod tunc forte diuina approbatio vel dispensatio specialiter ecclesiæ reuelaretur. Sed nihilominus addiderim, nulla alia opus esse reuelatione præter naturæ clamorem: & ideo tunc liceret illi aliam uxorem accipere, quæ esset fecunda.

Solu. 4. ar.


Solut. de significatione.

Alia ratio.

¶ Ad quartum postremo respondetur secundum D. Thom. quod proles, ut est bonum matrimonij includit fidem Dei, in qua debet proles educari, quæ quidem fides altior est fide matrimonij: & ideo ad illam amplificandam licuit cum aliquo detrimento huius dispensari. Et satis erat seruari hanc fidem inter virum & uxores singulas. Et eodem modo respondetur de significatione desponsationis Christi: nam & hæc ordinatur ad fidei cognitionem: & idcirco licuit super significationem dispensare ad prolaturum cultum fidei. Adde quod cum tunc matrimonium non esset sacramentum, non significabat unionem Christi iam factam, sed futuram. Quapropter sicut dirimitur infidelium matrimonium dum alter conuertitur ad fidem, ita & super uxorum numero dispensatum fuit. Præterquam quod quauis per plures uxores non significaretur vnitas ecclesiæ, designabantur tamen diuersi eius gradus, qui sunt, tam in ecclesia militante quam triumphante.

ARTICVLVS. III.

Vtrum licuerit vnquam eidem mulieri pluribus simul viris nubere.



Partis affirmatiue argum. 1.

2. Argum.

Pars negatiua.

¶ Apparet autem & eidem mulieri similiter licuisse pluribus si mulieris nubere, quod ideo hic postremo disputatur. Et arguitur à parte affirmatiua. Par est vtriusque coniugum conditio & fors in coniugali commercio & fide: licuit autem viro plures habere uxores: licuit ergo & uxori plures habere viros. ¶ Secundo. Cum mulier non seminet, eo saltem modo quo vir ex lumbis virtuosum seminat, non debilitatur eius virtus ut viri, atque; adeò potentior est ad reddendum pluribus viris debitum, quam vir pluribus vxoribus: hac ergo de causa minus naturæ contrarium apparet, ut mulier pluribus nubat, quam ut vir plures ducat. ¶ In contrarium est, quod nulla vnquam historia proditum est vnquam mulierem pluribus vi-

ris matrimonio coniuncta, quod magnum existit argumentum, naturam id protinus abominari.

¶ Breuiter ad quæstionem, quæ facilis est, vnica conclusione negatiua respondetur. Sic eadem mulierem simul pluribus nubere abhorret natura, ut neque; per dispensationem id vnquam licuerit. Dixerim, nubere: quia apud barbaros, ut supra ex Cicerone retulimus, & Solinus in Polystore commemorat sunt barbari ut Garamantes, qui nulla matrimonialia fœdera norunt, sed promiscuo vagoque; concubitu generant. Et de quibusdam nefandis hæreticis eadem depudenda absurditas legitur. Probatur conclusio. Eandem fœminam pluribus viris matrimonio sociari esse contra finem primum matrimonij, qui est velut primū principium: nempe, contra proles generationem: in prima autem principia, ut supra diximus, non cadit dispensatio: quia habent necessariam rectitudinem innatam, veluti principia in speculatiuis euentia: ergo id non est dispensabile. Probatur maior: quia mulier, quæ virorum vicissitudinem identidem admittit, nempe, vnum paulò post alium, fit generationi inepta: & hoc est quod, ait, Aug. de bono coniugali cap. 17. quod vnâ fœmina non potest à pluribus viris foetari, cuius exēplo sunt meretrices, nam receptio diuersi seminis prope aliud susceptū obstaculo est, ne fiat idonea embryonis conformatio & animatio. Item: quia postquam vnâ potest ab vno satis foetari, alter superueniens non quidem generationis, sed libidinis causa adhiberi censeretur. Quæ vti que ratione fieret consequens, ut vxor plurium virorum multò plus operæ impederet rei venere, quam par esset & decens. Vnde Aug. lib. 3. de doctrina Christiana cap. 12. Vxorū, inquit, plurium simul vni viro habendarum sufficienti proles causa inculpabilis esset consuetudo, vnâ tamen fœminâ maritos habere plurimos honestum non erat: non enim mulier eo est foecundior, sed est meretricia potius turpitudine &c. ¶ Secundo præcipue arguitur quia id manifestè prolibus educandis aduersatur: nam ad hanc peruersitatem protinus consequeretur absurdum illud, quod Aristoteles Socratis apud Platonem politiæ obiecit de vxorum communitate: vix, inquam, possent parētēs suos dignoscere liberos, nisi rarò per effigiem, atque; adeò nullus posset ea charitate & amore suum educare natum, qua deceret. ¶ Tertio eiusmodi connubia secundarium finem matrimonij: nempe, tranquillam cohabitationem ferè tollunt: nam cum vir sit vxoris caput, potest vnus plures uxores sic gubernare, ut vel non corripitur, vel carū iurgia compestat ne ad tantam

Conclusio.

Solinus.

Ratio conclusionis.

Probatio maioris.

2. Argum.

Aristot.

3. Argum.

tantam iracundiam & damna prorumpat: virorum tamen iras non posset vxor compescere, praesertim cum ardor amoris & zelotypiae in viris vehementior sit multo & ad procos ferendum impotentior quam in foeminis, eo maxime momento, quo libidinis procella percellit: quapropter non possent se mariti alterutrum ferre, sed semper taurino more dimicarent, potissimum si praesentiscerent ab vxore alterum alteri amore posthabitu. ¶ Adde quod cum vir multo foedius deturpet in concubitu foeminam, quam foemina virum, qua de causa saepe numero vir abhorret foeminam a se cognitam, vt historia Ammon cum sorore Thamar testatur, vsu veniret, vt vir vxorem ab alio cognitam facile abominaretur, quod esset amori inter coniuges necessario valde contrarium.

4. Argum.

5. Argum.

6. Argum.

Solutio primi argum.

Solutio 2. ar.

¶ Quinto, quia vxor debet esse sub viri potestate, vt Gene. 2. iussa est: quare Aristoteles virum poni quasi caput oeconomiae domus. & Paul. 1. Cor. 13. & 1. ad Timoth. 2. non permittit mulierem docere aut dominari, sed praecipit auscultari viro: si autem essent plures viri in vna domo, monstrum existeret plura habens capita: quare nullus posset alio impediendo idonee gubernare, ac perinde vxor perplexa esset cuius documenta deberet eligere, cuiusque mandatis obtemperare. Nemo enim, vt ait, Christus (id certe auersante natura) potest duobus dominis seruire: & tamen natura non vetat vnum dominum pluribus principari. Id quod Aug. capit. 17. de bono coniugali in textu citatus laetius edisserit. Postremo denique eadem confirmatur conclusio: quia coniugia plurium virorum cum vna vxore plus longe repugnant tertij fini matrimonij: nempe, rationi sacramento, quam plurium vxorum cum vno viro: nam licet ecclesia, vt supra diximus, quae se habet vt vxor, sit vna per vnam fidem, admittit tamen plures personas & gradus, quibus plures vxores vt cunq; comparatur. Christus autem, qui est vt vir, nullatenus est nisi vnica persona.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod illa ratione: nempe, quod in reddendo debito aequae militant coniuges, probat Innocentius in saepe citato capit. Gaudemus. naturam decentiamque matrimonij esse vnus cum vna, vt fuit in prima eius institutione, & nunc est in reformatione euangelica. Sed tamen ob causas supra relatas tolerabilior fuit dispensatio cum viro, qui est caput vxoris, vt plures haberet ceu membra, quam cum vxore, vt plures haberet tanquam capita. ¶ Ad secundum respondetur, quod etsi vna mulier magis sufficiat pluribus viris ad reddendum debitum, quam e con-

uerso, hoc tamen solum vergit in remedium contra ardorem concupiscentiae: attamen quantum ad praecipuum finem generationis & educationis, cuius praecipue habendus est respectus, peruersius est, vt monstratum reliquimus.

QVÆSTIO SECVNDA, De libello repudij.

ARTICVLVS. I.

Vtrum perpetuitas & inseparabilitas vinculi matrimonij ita sit de iure naturae, vt nullam admittat dispensationem.



Questio de libello repudij plus ambiguitatis inuoluit, quam praecedens. Quamobrem tanquam primum eorum fundamentum, quae dicenda sunt, videndum est, an matrimonij indissolubilitas sit de iure naturae. Et arguitur a parte negatiua. Lex naturae communis est apud omnes, sed nulla lege, praeterquam Christi prohibita fuit vxoris dimissio: quinimo Romanorum leges huiusmodi repudia non abhorrebant: ergo in diuisibilitas matrimonij non est de iure naturae. ¶ Secundum. Inseparabilitas conuenit matrimonio ratione sacramenti: sacramenta autem non sunt de iure naturae: ergo neque inseparabilitas. ¶ Tertium. Primum matrimonij bonum est proles: sed quando coniugum sterilis est, inseparabilitas potius in perniciem huius finis vergit, quam in rem eius: esset enim tunc expedientius matrimonium dirimi: ergo inseparabilitas non est de iure naturae. ¶ In contrarium est, quod illud de iure naturae optima ratione ceteretur, quod ipsa bene instituta in suo primaeuo exordio disposuit: sed natura integra ante peccatum (docete id Christi Matth. 19.) instituit coniuges indiuiduo modo fore perpetuo coniugatos: ait, quippe, quod in initio non fuit sic: id est nullum admittatur diuortium. Vnde ipse quasi naturam instaurans infert. Quos Deus coniunxit homo non separet: ergo inseparabilitas est de iure naturae. ¶ Et per hoc arguitur, quod hoc ius nullam admittat dispensationem: nam, illa quae sunt contra prima praecipua iuris naturae, non sunt dispensationi subiecta: dimissio autem vxoris est contra bonum

Partis negatiuae argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua.

Argum. de dispensatione

bonum

1. Conclus.

Probatur conclusio.

Repudiū contra naturam. Obiectio. Dilutio.

2. Conclus.

Ratio conclusionis.

3. Conclus.

Ratio cōcl.

S. Thom. opinio.

bonum proles, quod est primum matrimonij finis, atque adeo primum principium: nam primum finis in practico est sicut in speculatiuo primum principium: ergo super hoc nulla cadit dispensatio. ¶ Ad questionem, eiusque duo membra tribus conclusionibus respondetur. Prima. Indissolubilitas matrimonij est de iure naturae. Hanc conclusionem antea in superioribus assertam reliquimus, & ex fine matrimonij elicitam & comprobata. Est enim finis primum matrimonij, vt saepissime dictum est, proles non modo generatio, verum & nutritio & educatio, imò eodem fine admonentur coniuges proles successioni in totam eius vitam prospicere: nepe, illis thesaurizare, vt, ait. 2. Cor. 12. Paul. & bona prouidere, quorum hereditate vitam transigant: per huiusmodi namque successionem & prouidentiam humanum genus propagatur: cum ergo proles bonum sit utriusque parentum commune, sit vt non solum in tempus aliquod, verum & in totam vitam debeant esse indiuidui cōites & socij. Quod & praecipuus amor, quo se inuicem coniuges prosequi debent, quos nexus matrimonij colligauit, id etiam admonet. Propter hoc enim, inquit, ore Adae Deus, relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit vxori suae: hoc est, nullius alterius humani temporalisq; amoris causa ab hoc vnq; diuelletur.

¶ Hinc fit repudium esse contra ius naturae. Quod si contra quis arguat. Ius naturae est, vt supra monstrauimus, quod natura omnia animalia docuit: & tamen inter bruta non seruetur lex perpetuae coniunctionis: Respondetur, vt illic de pluribus vxoribus respondimus, quod licet non sit contra ius naturae secundum hanc definitionem, est tamen contra ius naturae hominibus peculiare. Natura enim docet, vt vna quaeque species peculiarem naturam, quae suis proprijs principijs respondet, & ingenium sequatur. ¶ Ex his sequitur secunda conclusio. Nullo iure humano aut gentium potest super hoc dispensari, vt matrimonium, quod fuit legitimum, sit dissolubile. Probatur, quia super ius naturae nemo praeter Deum, qui auctor est institutorque, ac perinde dominus iuris naturae, facultatem habet dispensandi. Sed de hoc illico

art. 2. ¶ Tertia conclusio. Deus, super hoc ius dispensare potest, vt matrimonium dirimatur. Conclusio est Sancti Thomae in praesenti & Scoti & omnium. Probatio est haec. Prima principia legis naturae, vt crebro diximus, nulli subduntur dispensationi, sed illa, quae sunt in secundo gradu. Hoc autem loco id obiter adnotaerim quod Sanct. Tho. in praesenti dist. aliqua, opinionem communem secutus dixit, quae post-

modum emendatius in summa collimauit. Ait inquā, quod super prima praecipua nonnunquam Deus dispensauit ratione alicuius mysterij: nam homicidium & fornicatio & furtum, vt caetera praecipua decalogi, sunt in illo primo ordine, & tamen dispensauit cum Abraham, vt filium occideret, & cum Osea, vt fornicario concubitu vteretur. Veruntamen. 1. 2. q. 100. art. 8. perspectius rem intuitus simpliciter asserit nullatenus huiusmodi praecipua dispensationem admittere, quia per se habent innatam rectitudinem & iustitiae ordinem: sicut nulla potest esse super hoc dispensatio, Voluntatem Dei & rectitudinem iustitiae serua. Est enim hoc tam intrinsecè bonum, quā quod homo sit rationalis, atque adeo vt Deus non potest facere hominem irrationalem, itaneque licitū facere id, quod est contra praecipuum decalogi. Et ideo quando Deus praecipit Abraham filium immolare, non id iussit tanquam legislator dispensans super homicidium, sed tanquam dominus vitae & mortis humanae tradens Isaac patri occidendū, sicuti quis potest tradere suū pecus. Neque cum Hebraeis in Aegypto dispensauit super furtum, sed vel tanquam Dominus rerum dedit eis Aegyptiorum vasa, vel tanquam iudex adiuuauit illis illa praemia, quae Aegyptij pro operis & laboribus sibi à Iudaeis impensis eis debebant. Osea denique vel tradidit meretricem tanquam dominus eius, qui erat etiam dominus ad illud usum, vel iussit verum coniugium. Simpliciter ergo prima praecipua naturae, & praecipua decalogi sunt indispensabilia.

S. Thom.

Abrabae filij immolatio an per dispensationem.

De Osea.

¶ Hoc autem de perpetuitate & indissolubilitate matrimonij magis, inquit, S. Tho. inter secunda praecipua legis naturae continetur: nam etsi quodammodo pertineat, vt explicitum est, ad primum finem matrimonij, qui est bonum proles, non tamen simpliciter. Sunt enim gradus: nam ius nutriendi & educandi proles simpliciter pertinet ad primum gradum tanquam primum principium: thesaurizare autem futurae vitae filiorum, & prouidere illis impofterum non pertinet ad illum finem simpliciter, sed ex quadam honestate: quia appropriatio rerum non est de prima intentione naturae, vt pote secundum quam omnia erant communia. Et ideo non nutrire & educare tenellam prolem: per nullam dispensationem potest fieri licitum, sicut non pascere extremè indigentem. Sed tamen super hoc, quod est prouidere in posterum, potest Deus bona de causa dispensare: perpetuitas autem matrimonij per totam coniugum vitam, non fundatur in nutritione & educatione: quia hoc officium tunc finitur dum liberi sunt adulti, vt per se sibi prouidere possint, sed fundatur

Prolisn- tritio. datur in illa providentia, quam debent coniuges habere de hereditate filiorum. Et ideo educata prole potest Deus bona de causa dispensare, ut matrimonium dissolvatur. Hæc ratio, sequitur Abulensis quæst. 45. super. 19. capit. Matth. & omnes ferè qui de hac re loquuntur. Crediderim tamen quod si Divus Thomas suam summam, ubi res limatius examinabat, hucusque protraxisset, minimè hac ratione fuisset contentus, adeo videtur debilis & infirma. **Ratio. 1.** quia certa perpetuitas matrimonij non fundatur in illa providentia hereditatis liberorum, ut pote quæ non est usque adeo necessaria imò possunt parces de illis tam longis provisionibus non esse tam solliciti, sed satis est liberis usque ad illam ætatem alere qua, ipsi per se vivere possint & sibi consulere. **Ratio. 2.** quia hac providentia ratione seclusa alimèntatio & educatio puerorum usque ad adolescèntiam perpetuitatem per se exposcit matrimonij: nam tota coniugum vita dicata est per se filijs procreandis: potest enim vxor quadragesimo secundo anno, & usque ad quadragesimum quintum generare, & vir etiam post septuagesimum: quare si addas viginti annos filij, ad quam usque ætatem est educandus, profectò matrimonium per totam vitam coniugum duraturum perspicies. Et quævis aliqui sint steriles vel senes, qui iam generare cessarunt, illud est accidentarium, & lex non debet ad ea quæ accidunt prospicere, sed ad id, quod est per se. **Ratio. 3.** Tertiò (quod valètius est argumentum) Deus, si dispensare potest, ut repudium post filios educatos fiat, profectò & ante illud tæpus potest: nam ipse educandis liberis alia remedia providere valet, ut legitur de Ismahele: nam quando eiectus est cum matre à domo patris non nisi quartum decimum annum, ut ex Gen. 17. & 21. colligitur, compleverat: & tamen Deus illi obtulit per angelum remedium. **Ratio. D. Thomæ.** Ratio ergo huius conclusionis ex ipso D. Tho. 1. 2. loco citato hæc colligitur. Tunc dispensatio legis locum habet quædo, si eius verba obseruaretur, obviaretur intentioni legislatoris: intentio autem legislatoris est primum observatio boni communis, ac deinde ordo iustitiæ & virtutis: unde quando forma ipsa verborum legis expressè continet bonum commune, aut ordinem iustitiæ, tunc lex illa non est dispensabilis, & talia sunt illa, Vnù cole Deum. & cætera decalogi mandata. Et illa dicuntur in primo gradu iuris naturæ. Quædo verò lex datur de aliquo medio ad servandam iustitiam vel bonum commune, illud est dispensabile. **Exemplum** Cape exèpla. Hoc præceptum rei publicæ, Nul-

lus destruat rempublicam, aut civitatem hostibus prodatur, non recipit dispensationem in contrarium, sed hæc principis iussa. Singuli ciues stantis per vices noctibus euigilent ad civitatis custodiam, & ad bellum procedat, quæ quidem sunt mediæ ad illum finem, possunt dispensationem tolerare. Ad propositum ergo, alimèntatio & educatio filiorum ætate minorum est de primo ordine iuris naturalis, quæ nullam fert dispensationem: medium autem ad illum finem est coniunctio indissolubilis parentum, & ideo potest Deus super hoc dispensare: nam potest ipse aliter alendis educandisque pueris prospicere: Et per aliam causam nempe, ad evitanda homicidia, detrimentum illud compensare: Et est simile in vxorù multitudine. Pax & tranquillitas domus est de iure naturæ in primo gradu dispensatione abhorrens, sed tamè ius de vnica vxore, quod est medium ad illum finem, potest alia bona de causa dispensatione admittere. Et per hoc solum restat postremum argumentum, quod contra dispensationem legis huius supra obiectum est. Ad primum igitur in initio articuli propositum respondetur, quod quavis hæc lex repudium vetas interna mente scriptum commune sit apud omnes gètes, non tamen per legem humanam ab omnibus fuit sancita quia sola lex Christi humanum genus ad perfectum adduxit, atque ad synceritatem suarum primarum institutionum & originum redaxit. **Solutio primi argu.** Ad secundum respondetur, quod inseparabilitas licet principaliter conveniat matrimonio ratione sacramenti, quod non est de iure nature, sed supra, nihilominus etiam ei convenit iure nature ob bonum prolis, ut expositum est. **Solutio. 2. ar.** Ad tertium respondetur, quod ut supra diximus, lex non attendit ad id, quod accidit, sed ad id quod est per se: & ideo quavis coniugi, quando alter est sterilis, expediret soluto matrimonio alterum accersere, nihilominus per se debet esse indissolubile. **Solutio. 3. ar.**

ARTICVLVS. II.

Utrum aliquando fuerit repudium vxoris licitum.

Supposito iure, quod art. præcedenti expositum est, queritur de facto, utrum aliquando repudium fuerit licitum. Et arguitur à parte affirmatiua. Primò. Inter Romanos, qui toto orbe sub lege naturæ laudantur tanquam illius legis iusticiam. **Partis affirmatiue argum. 1.** si custo-

si custodes, permittebatur repudium unde videtur Plutarchus in vita Romuli memoriæ prodidit, ille Romæ Deus de repudio legem tulit, si vxor in veneficio natorum, aut in adulterio deprehenderetur, aut clauis adulteraret: & Cæsares iure civili leges quoque sanxerunt quomodo repudia & diuortia fieret sub titulis de diuortijs & repudijs. ff. de. C. quod autem ad normam legis sit, licite sit. **2. Argum.** Secundò. Sub lege Moyfi permixtus fuit libellus repudij, ut Christus redemptor noster. Matth. 19. inter respondendum Hebræis factur, dicens, Moyfes ad duritiæ cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: permittere autem rem illicitam, quam homo prohibere potest, peccatum est illi: nã est peccato consentire. Unde Paul. Roma. 1. Digni sunt morte non solum qui ea faciunt, sed qui consentiunt facientibus: ergo repudiū res licita erat, alioqui Moyfes peccasset in populi gubernatione, quod nefas est credere. **3. Argum.** Tertiò. Malachia. 2. scribitur. Si odio habueris vxorem, dimitte eam: propheta autem spiritu sancto inspirati loquebatur. 2. Pet. 1. ergo illud erat licitum. **Pars negatiua.** In contrarium est verbum citatum Domini, Moyfes ob duritiæ cordis vestri dimittere vxores vestras permisit: duritia namque in malum sonat, quæ ideo non excusat à culpa. **Repudium et diuortium.** Quavis nomina hæc repudium & diuortium nonnunquam promiscuè & indiscriminatim vsurpentur, & iuriscòsulti. l. Inter stuprum. ff. de verb. signifi. dicat, diuortium inter virum & vxorem fieri, repudium verò sponse remitti, nihilominus in præsentiarum repudiū proprie significat dissolutionem matrimonij, quoad substantiã, ut fiat transitus ad alias nuptias: diuortium verò separationem tori quoad usum & cohabitationem. Dicitur enim diuortium ut ait, Caus. l. 1. ff. de d. tit. vel à diuersitate mentium, vel quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium. Tamen si hæc interpretatio & ad repudium accommodari possit. **Diuortium unie.** Quæstio ergo præsens alia est sub lege naturæ, & alia sub lege Moyfi. Abulensis quidem super citatū ca. 19. Matth. q. 47. & 48. arbitrat Romanis & reliquis gètium licitū fuisse repudium: si tamen distracto matrimonio. prouideretur liberis educandis, quemadmodum Romanorum leges prouidebant. Peristit namque in illo suo principio, quo similem opinionem de pluribus vxoribus fundabat. Cum enim tunc nullam esset scriptum præceptum diuinum aut humanum repudiū prohibens, sed sola illa lex naturæ in secundo gradu mentibus impressa, mini-

mè, inquit, tenebantur gentiles tanquam præceptum illa obseruare quousque; illud extrinsecus adertur. Quare exclusa dispensatione poterat repudium in morem ducere. **1. Conclusio Ratio.** Nihilominus ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Sub lege naturæ nullis gentium licitum fuit repudiū. Probatur: nam ut quæstione præcedenti dicebamus, contra ius naturæ etiam in secundo gradu, quavis non sit per aliquam legem extrinsecus expressum: fas non est agere, nisi ab ipso eiusdem iuris conditor re intrinseca saltem reuelatione. admonetur, quando, quavis ob causam id sit faciendum, eo quod iure naturæ, nec tæpus nec causa deterrimata sunt tale ius variandi: cum ergo Deus gentibus nec legatur nec credatur talem dispensationem reuelatione inspirasse, ne utiquam illis legitimum fuit repudiū, sed ex corruptiõe & obnubilatione naturalis luminis id, ut animo obsequeretur suo, faciebatur. Nam quavis tunc non esset tam indissolubile matrimonium, quam sub euangelio: quia non erat sacramentum significans vnionem Christi cum humanitate iam factam, dirimi tamè nequinerat nisi propter nuptias spirituales: nempe, propter conuersionem ad fidem altero coniuge cum ignominia Saluatoris in sua perfidia persistente, ut dist. 39. vide binus. **Spurius Carbilus uxorem repudiavit. Plutarchus.** Unde Spurio Carbilio, qui quingentis viginti tribus annis ab vrbe condita vxorè, quæ sterilis esset, repudiavit, id vitio datum est, ut Aulus Gellius lib. 4. cap. 3. & Valerius Maximus lib. 2. ca. 1. referunt. & Plutarchus in Thesei & Romuli collatione. Cuius utique exemplo plures alij Romani, idemque leuissimis de causis, vxores ab se abdicarunt, ut idem Plutarchus in Anicenna lib. 10. Metaphysices ca. pen. videlicet, quod si non liceret viro aliquando vxorem dimittere, multa dæna prouenerent, non tam spiritu mentis doctus, quam carnis illecebris subditus effugit. Est enim Saracenorum ingenium ad carnis sentinam pchue. Extat & lex. 1. ff. de diuortijs. vbi legitur matrimonium diuortio, morte, captiuitate, vel alia cõtingente seruitute vtriusque coniugum dirimi. Et **Leges Imperatorias de repudijs D. Thomæ.** hædi matrimonij erat in viro ad vxorè, Res tuas tibi habeo, vel tibi agito, sed in discutiendis spõsalibus erat hæc, Cõditione tua non utar. At leges istæ iuriscòsulti sunt Romanorum moribus imbuti. Maiorè autem scrupulum obijciunt imperatorie leges de repudijs. C. lib. 5. quibus non solum viro repudiandi vxores facultas sit, verum & vxoribus repudiandi viros, quod ut D. Tho. lib. 3. cõtra Gentes ca. 123. ait, ius naturæ abhorret. Est enim vir mulieris caput, cuius nutu & prudent-

prudencia gubernari debet, cui ideò non licet eum inuitum deferere. Et tamen aiunt imperatores Theodosius & Valentinianus. l. Consen-

1. Cõclus.

su. Si qua mulier maritum suum adulterũ aut homicidam, aut veneficum, vel certè cõtra nostrum imperiũ aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum inuenerit &c. tunc repudij auxilio necessariam ei permittimus libertatem. Huiusmodi autem leges ius canonicum nõ admittit, sed duntaxat, secundum eũ geliũ, vt fornicationis causa vir diuortium: hoc est, separationem tori faciat. De quo Christia-

Ius p̃rificiũ

Iudæis repu-

diũ licitum.

1. Opinio.

De Iudæis autem apparentius est repudium illis fuisse licitũ: versantur tamen de hac opinionone dux. Vna, quæ primo loco recitari solet negatiua: nempe, q̃ non fuerit eis licitũ, sed solum impune permillum. Itaq; permissio nõ eos excusabat à culpa, sed liberabat à pœna.

Permissio- nis quatuor modi.

Primus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Distinguntur nanque quatuor permissio- nis modi. Vnus per priuationem præcepti maioris boni, & tũc id, quod permittitur, declaratur esse minoris virtutis, veluti Paul. 1. Cor. 7. non præcipiens virginitatem, permittit matrimonium. Secundus per priuationem prohibitionis, vt si quis ad euitandum mortale in subdito permitteret veniale: & tunc id, quod permittitur, denotatur esse minus malum. Tertius per priuationem simpliciter cohibitionis voluntatis: sicut Deus permittit omnia mala fieri non cohibens & impediens, cum possit. Quartus per priuationem punitionis: & tunc id, quod permittitur, nõ excusatur à culpa, sed relinquatur impunitum, vt meretricium delictum ad cauendum adulterium. Et hoc modo, ait, ista opinio, permillum fuisse Hebræis libellum repudij, ad cauendum vxoricidium, sicuti & permillum eis fuit scenerari ad vsuras alienis, ne eas à suis ciuibus corradarent.

2. Opinio.

Secunda opinio, ait, repudium fuisse permillum tanquã licitum: hoc est, tanquã minus bonum, vt in primo quatuor modorum explicuimus. Quæ quidem opinio, ait, D. Tho. est probabilis, sed prima communis sustinetur. Et Ricardus arti. 3. primam etiã, inquit, communio- rem & securiorem. Et eandem sequitur Nicolaus Lyranus Deute. 34. & Matth. 19. Imò & Magister ipse senten. Et Altifiodorensis & Bonauentura, ac subinde Theologorum pleriq;. Durãdus verò. q. 2. licet fateatur primam esse magis communem, secũdam tamen existimat probabiliorem, veluti & Paludanus, & Scotus. Sed Abulẽsis super capit. 19. Matth. q. 49. vsq; adeò eandem sustinet, vt priorẽ dicat esse irrationabilem, atq; adeò. q. 5. eãdem secũdã, ait,

indubitanter esse tenendã. Caiet. deniq; super verbo Moyses permisit. Matth. 19. quendã habet singularem modum, quem etiam tractabimus. ¶ Ex his ergo secundã conclusionem negatiuã eliciamus. Repudiare vxores minime fuit Iudæis licitum ceu minus bonum, sed fuit quemadmodũ, ait, prima opinio, tanquam minus malũ, vt impune fieret, permillum. Et primũ q̃ inter gẽtes nunquã fuerit licitum, manifestum fit ex vsu & more ecclesiã. Nam & Innocen. c. sæpẽ citato Gaudemus. de diuortijs. probè adstruit. Qui legitimã repudiavit vxorem, licet aliã duxerit, cogitur dum ad fidẽ cõuertitur alijs dimisis cum illa repudiata reconciliari & permanere, si molõ voluerit conuerti: ergo per repudium nunquã fuit inter gentes matrimonium diremptum, quia cum gentibus nullibi legitur neq; verò creditur aliquo tempore dispensatũ, atq; adeò repudiatio peccatum eis fuit, & secundũ matrimonium nullum. Quod quidem argumentum non æquo pede, vt de gẽtibus, ita de Iudæis currit: nam & si ipsi conuersi compellãtur quoque cũ prior vxore, quanuis repudiata, permanere, dicere altera opinio potest, hoc accidere, vt de pluribus vxoribus diximus, eo q̃ per Christum abrogata fuit dispensatio, quæ illis antea facta fuerat dissoluendi matrimonij.

Caietanus.

1. Conclu.

Innocen.

Nota.

Arguitur nihilominus de Iudæis exemplo illorum, qui inter ipsos autoritate & sanctitate eminebãt. Nemo enim eorũ legitur vxorem repudiãsse, nisi fortasse singulari reuelatione & iussu Dei, vt Abrahã propter mysterium, vt dictum est. Quanuis & dici posset Agar non fuisse prorsus repudiatam per solutionẽ matrimonij, sed instar diuortij quoad vsum & cohabitationem. Vnde non defunt ex Hebræis qui dicant Abraham mortua Sara reconciliãsse sibi Agar, quæ alio nomine dicitur Cethura, Gen. 25. quanuis litera non arrideat, quæ, ait, Aliam duxit vxorem nomine Cethuram. Et S. Tho. cõset Agar verè repudiãtã, quòd certè mysterio repudiãtæ legis à Christo magis consentaneũ est. Quare Cethura tertia vxor fuit Abrahæ, vt ex ipso textu planè colligitur, vbi habetur, q̃ Abrahã cuncta, quæ possederat, dedit Isaac, filijs autẽ cõcubinarũ dedit munera. Appellat enim concubinas, vxores illas ratione supra relata. ¶ Sed vt ad nostram cõclusionem reuertamur, probatur secundo argumento ex verbis Dñi Matthæ. 19. rectè perspectis. Postq̃ enim Christus ad propositã quæstionẽ Phariseorũ, liceret ne vxorem quacũq; ex causa dimittere, neganter respondisset, syncerãq; legem instituti matrimonij instaurãsse dicens.

Agar quomodo repudiata.

Ratio. 2.

Quos

Quos Deus coniunxit, homo non separet, vbi perpetuum nexum matrimonij, mōstrauit, obiecerunt Iudæi exceptionem dicẽtes. Quid ergo Moyses mãdauit dare libellum repudij & dimittere? alludẽtes ad illud Deute. 24. Si acciperit homo vxorem, & nõ inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam foeditatem, scribet libellũ repudij, & dabit in manu illius; & dimittet eam de domo sua. Tunc Christus eorum exceptionem tanquam nõ legitimam repellens, verbum, mãdauit, correxerit dicẽs, permisit: insinuando, quòd illud non mãdauit tanquam bonum, sed q̃ permiserit tanquã minus malum. Ob duritiam, inquit, seu ad duritiam cordis vestri: hoc est, ad cõfundendam duritiã cordis vestri non potẽtium obedire legi Dei, quæ quidem durities praua erat, atque adeò per se illa non excusabat illos: & ideo nõ erat cur Moyses morem gereret eorum duritiei, & quasi conuiuens eorum nequitie rem per se prauam licitam faceret & honestã. Idq; ex subiuncto verbo cõfirmatur. Ab initio autem non fuit sic: quasi diceret, vera & legitima institutio matrimonij id non permittit: quare nec Moyses permisit vt licitum, sed eate nus q̃ cum alijs criminũ generibus sua singulis propria supplicia assignauerit, huic tamẽ nullam iniunxit pœnam, ne vestram duritiẽ tanto rigore coercens peioris vobis mali occasione offerret. Itaque Moyses dimittere quidẽ vxorem non mãdauit, sed permisit. Libellum autem repudij, vt lib. 1. de sermone Dñi in mōte ait, Aug. sub conditione, si vxor dimitteretur dari ei mãdauit, vt libera ipsa esset cõmigrãdi, (quod ipsi iure fieri putabãt) ad alias nuptias. ¶ Caietanus illic nescio quòdnam medium cõminiscitur, intellectu non facile. Ait quippe, q̃ dimittere vxorem nec omnino erat licitum (quia permissio non nisi malorum est) nec omnino erat mortale crimen. Primò quia permissio ponebatur per modum legis. Secũdo, quia Malachias. 2. quasi ore Dei ait, Si odio habueris vxorẽ: dimitte. Et tertio, quia licebat dimissæ alteri viro nubere, vt patet loco citato Deuteron. 34. Hoc autem mediũ vix intelligitur: quia si permissio non nisi malorum est (vt ipse fatetur) profectò illud malũ relinquatur in sua natura: quocirca si dimittere vxorem legematurã peccatũ mortale erat, lex permittẽs nihil culpæ minuebat. Et sic ad primũ contrariũ respõdetur, quòd lex ponebatur nõ tanq̃ excusans à culpa, sed à pœna. Et Malachias loquebatur nõ tanq̃ præcipiens, sed alludẽs ad Moysay cã legẽ, quã Deus approbat, tanquã permittẽtem impune fieri. An verò dimissæ lice-

Rationis cõfirmatio.

August.

Caiet. opinio.

Ratio. 1. Secunda.

Tertia.

Serẽtia authoris.

Solutio. 1. ratio.

Caietanus. Ad Malachiam.

ret alium maritũ accipere art. sequẽti dicitur. ¶ Tertio ad eandem conclusionẽ arguitur. Dispensatio iuris naturalis non est credenda auctoritate Dei fieri, nisi propter aliquẽ honestũ finem, eumq; ad religionem pertinẽtem: hic autem finis in repudio nõ reperitur: ergo nec illa dispensatio habet locum. Accipe exẽplum. Quòd Deus dispensaret in vxoribus pluribus duccendis ratio diuini cultus augendi admonerat. Et si fortè dispensauit cũ Abrahã vt Agar prorsus repudiaret, ratio id mysterij videbat exposcere. Quod autẽ Moyses auctoritate Dei sic dispensaret in repudio, vt faceret illud licitũ, duntaxat, propter duritiẽm cordium illius gẽtis, & vt eorũ peruersis animis obsequeretur, profectò nulla ratio suadet, esset enim hoc potius eorum prauitati cõnuere. Satis ergo erat, quòd permittetur tanquam minus malum sine pœna tẽporali fieri: hoc enim pacto permittitur meretricia & vsurã. Profectò si ratio perpendatur, plurimũ vigoris habet. Imò nomen ipsum, permittere, si vim significationis obserues, non est nisi fieri, sicut concessio est boni. Vnde super Malachiã Hieronymus, quẽ Magister præfenti dist. refert, permisit, inquit, repudium, non vt concederetur disidium, sed vt tolleretur homicidium. ¶ Et quartò arguitur, inquirendo quando dirimebatur matrimonium. Et clarum est, quòd ante libellum nõ erat dissolutum. Neque verò dirimebatur per libellum, siquidem ante quã dimissa transiret ad secundas nuptias, licebat viro eam sibi reconciliare sine nouo consensu denuò contrahendi: ergo necessum est dicere, quòd dirimebatur quando fiebat transitus ad aliud matrimonium: atque adeò libellus nõ dirimebat, sed faciebat illis potestãtẽ dirimendi. Quod re vera minus credibile est. ¶ Sed quò res liquidior fiat, quinto arguitur examinando causas, propter quas libellus repudij dabatur. Peccant enim nonnulli de hac re per ambo extrema. Quidam enim aiunt, quòd solum dabatur propter fornicationem: alij autem quòd propter quancũque causam, etiam ob solum odium, quo vir profequeretur vxorem. Sed quis credat, quòd cordatissimus legislator Moyses licitum fecerit repudium solum propter odiũ viri, quod ex sola sua iniquitate absque alia causa prodiret? Imò verò neq; hoc ex lege, sed cõtrariũ colligitur. Si enim solum odium sufficeret, non opus esset marito aliam causam allegare: & tamẽ illud oportebat, iuxta illud Deut. 22. Si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eã, quæ fueritq; occasionibus quibus dimittat eam obijciens ei nomen pessimum:

3. Argum.

Exemplũ.

4. Argum.

5. Argum.

Opinio quorundã.

Solum odiũ.

Malachias exponitur.

mum: scilicet, quod non virginem eam inuenisset: tollent eam pater & mater eius &c. Vide quæ ad modum non fat erat allegare odium, sed causas legitimas odij. Quod ergo, ait, Malachias. Si odio habueris eam, dimitte, intelligitur, si causas habueris odij legitimas, ut loco citato Deuter. 24. his verbis explicatur. Si non inuenierit gratiam ante oculos eius propter aliquam foeditatem.

Nota. ¶ Vnde colligitur, quod ut non sufficiebat odiu, ita nec requirebatur fornicatio, sed alia causa sufficiebat foeditatis. Id quod Christus insinuauit dicens, Ego autem dico vobis, Quod quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur: quasi Iudæi alias causas in usu haberent dimittendi.

Augustin. vt, ait, Augustinus super Deutero. 24. Multæ enim, inquit, erant in lege causæ dimittendi uxores: Christus solum fornicationem excepit: cæteras molestias iubet pro fide & castitate coniugij sustineri. Est enim vero simillimum repudiu Moysen permisisse instar Romanorum & aliarum gentium, præcipue Aegyptioru, quorum moribus intinctos ipse Moyses inde eos eduxerat. Duritia enim cordium Iudæorum erat, nolle seruare legem naturæ, quæ erat Dei instituentis matrimoniū ceu indissolubile vinculum, sed contendere more gentium uxores dimittere. Gentes autem pluribus causis dimittebant: nempe, illis, quæ aliquo modo ob stare matrimonio videbantur, ut si uxor sterilis esset, aut venenū marito aut filijs propinasset, aut si post contractum matrimonium aliquam foeditatem incurreret seu corporalem ut leprā, seu in moribus si esset fornicaria aut seditiosa, &c. ut exponitur in lege supra allegata. Consensu. C. de repudijs. quæ quidem erant odij & abominationis causæ. Imò verò tempore Christi adeo multiplicabatur repudij causa, ut in quæstionem verteretur, vtrum quacumque ex causa id liceret. Hanc enim quæstionem ad iudiciū Christi detulerunt. Id quod

Repudium gentilium.

relatione Ioseph libr. 4. de antiquitatibus constat, vt, ait, Ab uxore copulata sibi volens quicumque; disiungi propter causas, quæ multis modis hominibus prouenire noscuntur, ex scripto, eo quod nunquam cum ea conueniat, committat. Et Abulensis quæstio. 5. super. 19. cap. Matth. ex quacumque causa putat licitum fuisse repudium.

Iosephus.

Abulensis. ¶ Ex his ergo quintum argumentum conclusionis conficimus. Christus solum approbat diuortiu: hoc est, tori separationem, causa fornicationis: ergo iure naturæ sola illa poterat esse legitima: non ergo est credibile, quod Moyses auctoritate diuina tanquam licitum admit

5. Argum.

teret libellu repudij propter tam multas causas, imò (vt, ait, Abulensis & alij) quibuscumque; de causis, potissimum si non necesse erat eas in iudicio probare, sed priuatim allegare: esset enim hoc iudicio & arbitrio ipsorum matrimoniu subdere, vt quicumque iudicio suo priuato matrimonium absque; culpa dirimeret, quod re vera fas non est credere. Hanc nostram conclusionem aperte profecto affirmare videtur Diuus Augustinus contra Faustum libr. 19. cap. 26. in textu citatus, vbi, ait: legem non dixisse; Qui voluerit, dimittat uxorem, sed quia volebat dimitti, interposuit moram scribendi libellum, vt ille ab illo dissidio abstereret, & quod malū esset uxore dimittere, cognosceret. Sed & articulo proximo noua argumenta eidem conclusioni adijciuntur.

teret libellu repudij propter tam multas causas, imò (vt, ait, Abulensis & alij) quibuscumque; de causis, potissimum si non necesse erat eas in iudicio probare, sed priuatim allegare: esset enim hoc iudicio & arbitrio ipsorum matrimoniu subdere, vt quicumque iudicio suo priuato matrimonium absque; culpa dirimeret, quod re vera fas non est credere. Hanc nostram conclusionem aperte profecto affirmare videtur Diuus Augustinus contra Faustum libr. 19. cap. 26. in textu citatus, vbi, ait: legem non dixisse; Qui voluerit, dimittat uxorem, sed quia volebat dimitti, interposuit moram scribendi libellum, vt ille ab illo dissidio abstereret, & quod malū esset uxore dimittere, cognosceret. Sed & articulo proximo noua argumenta eidem conclusioni adijciuntur.

Augustin.

¶ De forma autem libelli qualis tunc esset, nihil certi scriptum habemus. Magister Sententiarum, distinctione præfenti, ait, causas repudiandi oportere in illo scribi. Abulensis vero super. 19. cap. Matth. q. 57. id negat. Id tamē creditu durum est, tenendo opinionem, quam ipse sequitur: nempe, quod repudium erat licitum. Credit enim simul neque opus fuisse causas vllō modo probari, vel in iudicium deferri. Durissimū, inquam, est creditu, duritiei Iudæorum Deum vsque adeo indulisse, vt repudium eis tanquā licitum ob quascumque causas neque; probatas neque; in iudicium delatas concesserit. Quare qui hæc omnia membra sustinere profitentur, multum sibi oneris imposuere. Secundum tamen opinionem tenentem repudium non fuisse licitum, liberius loqui possumus de forma libelli. Possimus enim tenere, quod sine tanto strepitu fiebat discessio. Quanquam apud Romanos ratum non erat repudium nisi testibus legitimis in iudicio causæ comprobarentur. Erat enim certus causarum numerus præscriptus, vt. l. Nullum. ff. de diuortijs. & l. Consensu. C. de repudijs. At verò Moyses, si repudium non ut rem licitam permittebat, nil mirū si nec causas præscriperit necessarias, nec formam scribendi repudium, sed tantum, ait, Scribet libellu repudij, & dabit in manu eius: quasi non in iudicio, sed priuatim res esset transigenda. Vnde quanuis libellus nomen sit forense, quod videtur scriptas causas criminis denotare, tamen cum ille Iudæorum non daretur, nisi in fauorem uxoris, credibile est non continuisse causas repudij, saltem speciatim expressas, ne mulier suam secum ipsa importaret scriptam infamiam. Et Iosephus supra citatus non insinuat aliam libelli formam, quam illam. Nunquam tecum conueniam compromitto.

Romanoru repudium.

Causarum certus numerus.

Nota.

Itaque;

August.

Itaque; quādo crimen fornicationis aut aliud lethale obijciebatur uxori, tunc in iudiciū delata accusabatur ad ultionē, sed tamen ad repudiandum non colligitur ex scriptura quod fieret forensis processus, sed cum odio haberet à viro ipsa cōlētēbat discedere, dummodo per libellū posset constare solutā esse (vt putabant) matrimonio. Nonnulli dicunt, quod scribebatur in genere causæ. Verbi gratia, si diceretur, quod mores ipsius non erant congruētes marito. Magister autem historiarum ait, quod res coram sacerdotibus agebatur. Aug. verò loco proxime citato ad scribas ait, fuisse recursum, qui marito repudium dissuaderent, quod si persuadere non possent, ipsi libellum conscriberent.

Solu. 1. ar.

¶ Restat verò ad argumenta cōtrariæ opinionis respondere. Ad primū ergo, quod nos obieciimus, iam satis responsum est, quod lex illa & mos gētium repudiandi uxores ex naturalis luminis obfuscatione oriebatur. Vtrum verò longa cōsuetudo totius gentis etiam inter illos, qui vt sapiētes habebatur, posset plebem à culpa excusare, alia quæstio est: nam licet cōsuetudo in principio ortū habuerit ex culpa: nempe, quia alijs peccatis obnubilatū erat rationis lumen, nihil vetat quominus aliquē potuerit post longum tempus excusare. Sed neque hoc certē libēter affirmauerim: quoniam genus illud repudij tam frequens, speciem præ se ferebat cuiusdam concubinitatis.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum respondetur, quod legislator non coercens malas volūtates subditorū si sperat posse proficere, consentire censetur: si verò id non sperat, imò potius prudenter timet ex sua coercione, quod subditi in peius malū prorampent, tunc permittens non consentit, sed potius cauet maius malū, sicuti principes nūc meretricia permittentes

Ad Malachiam.

¶ Ad Malachiam autem iam responsum est, quod illa non fuit præceptio, sed Moysæ permissio modo iam exposito.

Solutio ar. Scoti.

¶ Ac per id soluitur argumentum, quod Scotus non parui facit. Scripturam, inquit, sacram nihil falli suspicandum est continere, cum autem locis citatis Moyses & Malachias madēt repudiu: sic sincere audienda lex est. Respondendum, inquam, id minimē mandare, sed permittere modo exposito. Imò Hieronymus Malachiam interpretans, non ait, prophetam illud assertiuē dixisse, sed quasi tacitam obiectionem aliorum referendū. Cum enim dixisset, Uxorem adolescentiæ tuæ noli despiciere, subiicit de repete. Cum odio habueris, dimitte, dicit dominus: hoc est, sed dices mihi, scriptum est, Cum odio habueris dimitte.

Hieronym.

¶ Potissimū autem argumentum est hoc. Lex Arg. fortē vetus quanuis gratiam non conferret, ostendebat tamē prohibebatque peccata, vt ad Roma. 3. ait, Paul. & Esaiæ. 58. Annuncia populo meo peccata eorum: Moyses auctoritate Dei omnia illi populo crimina denūciauit, aliās ne glectui fuisset ab eo habitus: nunquam autem declarauit repudium esse peccatum, imò concessit eius libellum: ergo non erat peccatum. Et confirmatur, quia obseruatio legis sufficiens erat ad vitam æternam iuxta verbū Domini, Si vis ad vitam ingredi, serua mādata: sed etiā in repudio seruabat homo mandatū: ergo erat licitum.

Confirmatio arg.

Solutio. 1.

¶ Ad primū autem respondetur negata minori. Imò lex matrimonij in Adam & Eua cōstituti bene intellecta iuuante lumine naturali & antiquissima sanctorum patrum cōsuetudine repudium satis superque; declarabat esse illicitū. Et hoc est quod Christus voluit Phariseos docere. Sicut enim ipsi malē intelligebant, quod diligēdus esset amicus, & odio habēdus inimicus, & quod occidere esset peccatum, non tamen interna cordis ira, & ideo Christus sensum naturalem legis explicās, ait, Ego autem dico vobis, Quicumque; irascitur, &c. & Diligite inimicos vestros: ita quia malē intelligebant legem matrimonij, docuit quod ab initio lex non permisit dimittere uxore nisi ob fornicationis causam, idemque per diuortiu quoad tori separationem, vt mos seruat Christianus.

Chrysost. auctoritas.

¶ Super omnia solet alia opinio adhibere auctoritatem Chrysoctomi homilia. 32. super. 19. ca. Matth. cuius verba sunt, quod Moyses permissio libellum repudij à peccato abstulit culpam peccati. Hæc tamen subobscura verba per præcedentia & subsequētia in nostrum sensum planē explicantur. Non enim vult dicere, quod à repudio abstulit culpam, vt maneret licitum, sed quod ab illo, quod erat, māstiq; peccatum, abstulit reatum pœnæ, vt non videretur peccatum. Verba enim præcedentia hæc sunt. Permisit vobis mala facere, ne faceretis peiora. Nota permissit, mala. Et subdit, igitur hæc permissio, non vobis iustitiam Dei demonstrauit (nempe, quanto supplicio dignum esset repudium) sed à peccato abstulit culpam peccati (scilicet, pœna quæ testis est culpæ.) Vt quasi secundum legem agentibus vobis peccatū vestrū non videatur esse peccatū. Hæc ille. Quæ quidē verba paulo differētius refert Magister sententiā in fauorē nostræ opinionis, quam ipse sustinet. Ait enim quod permissio libelli in peccatore minuit culpā: scilicet dum per repudij culpam cauit homicidium.

ARTI-

Vtrum dato libello repudij tam vxori quam viro liceret ad secundas nuptias transire.



N calce demum quaestionis huius queritur, an repudiata vxori parius esset sicut viro transeundi ad secundum matrimonium. Et arguitur a parte affirmatiua. Iniquitas nemini suffragatur: sed in repudio maior erat iniquitas repudiantis viri, quam repudiatæ vxoris: ergo si viro licebat aliam ducere, licebat & vxori alteri viro nubere.

Partis affirmatiue argum. 1.

2. Argum. ¶ Secundò. Quando mos erat (vt Augustin. in primo articul. citatus, ait) peccatum non erat: sed in lege illa mos erat vt vxor alij nuberet, vt ex Deutero. 24. cap. constat: ergo licitum erat.

Pars negatiua. ¶ In contrarium est quòd in eodem cap. repudiata, quæ alij nuberet, polluta nominatur, & abominabilis facta coram Deo.

¶ Hæc quaestiuncula ex superioribus decisa restat, ad quam ideo tribus conclusionibus, quæ superioribus sunt appendices, respondetur. Prima. Si repudium lex tanquam licitum permittebat, matrimonium, dato libello restabat solum: si verò (quod monstrare conatus sumus) non permittebatur tanquam licitum, nullatenus per libellum dirimebatur matrimonium. Res est clara: quia repudium erat matrimonij dissolutio: si ergo iure fiebat, verè dirimebat matrimonium: sin autem non fiebat licite per dispensationem iuris naturæ dissolutio re vera non fiebat, sed attentabatur. Quare secundum hanc opinionem peccatum erat apud Deum repudium facere.

1. Conclus.

2. Conclus. ¶ Secunda conclusio. Quauis matrimonium non dissolueretur, nihilominus vir poterat aliã vxorem ducere: nam poterat tunc vnus vir (vt superiori quaestione dictum est) plures simul ducere vxores.

3. Conclus. ¶ Tertia conclusio. Si vera esset opinio tenentium licitum fuisse repudium, cõsequens fieret, vt repudiata cum alio posset coniugium transigere. Id quod apud ethnicos iure fieri credebatur. Secundum tamen opinionem, quam veram existimamus, repudiata iure diuino & naturali prohibita nequiebat alteri adhærere viro, quauis per legem liceret ei impunè facere: quoniã primũ matrimonium non dirimebatur, neq; mulieri fas erat plures sibi simul adiungere

viros, sed debebat vel reconciliari cum priori, vel cœlibem degere vitã, sicut modò tenentur vxores per diuortium à suis viris semotæ.

¶ Et quod hæc sit, rei veritas, super omnia argumeta facta probatur etiãnum per verba illius legis Deut. 24. reconciliatione repudiatae prohibetis. scilicet si alterũ maritum duxerit, illo vel mortuo vel eã repudiãte, nõ poterit cũ priori recõciliari, quia polluta & abominabilis facta est corã Dño: si enim primum matrimonium fuisset re vera discissum, tunc secundũ esset legitimum, atq; adeo illa nõ fuisset polluta neq; abominabilis: cũ ergo existimata fuerit polluta, de notatur mœchatã fuisse cũ secundo, atq; adeo primum matrimonium non fuisse diremptũ. Ex quo patet patronos alterius opinionis non ad veritatem literæ fuisse locutos dicentes, causam, cur vir repudians vxorem prohiberetur eã sibi reconciliare, fuisse in pœnã, ne faciles essent ad repudiandũ. Est enim ficta causa, tum q̃ in textu nõ illa assignatur, sed quia polluta erat, tum q̃ si illa fuisset causa, quauis nõ nuberet alteri viro, deberet etiã reconciliatio prohiberi: quod falsum est. Nam insinatur eadem lege à cõtrario sensu, quòd antea quã alij nuberet, posset cum priori viro reconciliari.

Argumen.

¶ Quin verò ex verbo subiuncto, reconciliari, nouũ sumitur argumentũ: denotat enim prius matrimonium non fuisse solum, sed cõtractio noui matrimonij cũ eodem priori marito. Profectò lex illa loquitur de repudiata instar euangelij de illa, quæ modò per diuortium fornicationis causa separatur à viro, quæ, scilicet, recõciliari suo viro potest, & si alteri nubat, mœchatur.

Patroni alterius opinionis.

¶ Et hoc videtur Christus insinuasse duobus mēbra sermonis faciens: nempe, quòd non liceat vxorem dimittere, nisi vna sola causa fornicationis, in quo cõdemnat Iudæos, qui pluribus de causis id faciebant. Et addidit, quòd qui dimissam duxerit, mœchatur, insinuans, quòd si militer in eorum lege mœchabatur. Quocirca firmitus irroborata restat sententia præcedentis articuli, q̃ repudium inter Iudæos non fuerit plus quã inter ethnicos licitum.

Causa offe ditur ficta.

¶ Ad primum igitur argumentum in contrarium respondetur, quòd quauis maior esset iniquitas viri repudiantis, quã vxoris, nõ tamẽ licebat illi p̃pter illud aliã ducere, sed quia licebat ei plures habere, q̃ nõ cõgruebat mulieri.

Aliud arg.

¶ Ad secundum vero respõdetur, quòd moris nomine Augustinus intelligit honestam consuetudinem, qualis erat habendi simul plures vxores. Illa namq; repudij nõ erat honesta: & ideo non erat mos, sed moris peruersio.

Testimonium Christi.

¶ Ad primum igitur argumentum in contrarium respondetur, quòd quauis maior esset iniquitas viri repudiantis, quã vxoris, nõ tamẽ licebat illi p̃pter illud aliã ducere, sed quia licebat ei plures habere, q̃ nõ cõgruebat mulieri.

Solu. 1. dr.

¶ Ad secundum vero respõdetur, quòd moris nomine Augustinus intelligit honestam consuetudinem, qualis erat habendi simul plures vxores. Illa namq; repudij nõ erat honesta: & ideo non erat mos, sed moris peruersio.

Solu. 2. dr.

¶ Ad secundum vero respõdetur, quòd moris nomine Augustinus intelligit honestam consuetudinem, qualis erat habendi simul plures vxores. Illa namq; repudij nõ erat honesta: & ideo non erat mos, sed moris peruersio.

DISTIN.

DISTINCTIO trigesimaquarta, De quatuor prioribus impedimentis matrimonij.

Text. Cap. i.



D hæc, quæ de matrimonij substantia & vsu dicta sunt, cõsequitur impedimentorum sermo, quibus personæ illegitimæ ad matrimonia redduntur. Hæresis nanque labe sordescerent, qui ecclesiæ hanc impediendi facultatem abnegarēt. Sunt ergo quædam sic contrahendo matrimonio obstantia, vt contractum non dirimant, veluti interdictum ecclesiæ, ne clanculò aut feriato tẽpore fiat: alia verò, quæ etiã dirimunt, vt cognatio atq; id genus alia, quæ hisce carminibus designantur. Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si fortè coire nequibis, Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.

versiculi.

Cap. 2. ¶ Inter hæc caput tenet frigiditas, eo quòd à natura proficiscitur, quo vtique nomine naturalis omnis impotentia cœundi denotatur. Hoc enim impedimētũ, si perpetuũ est: putã, si citra miraculũ & periculũ, vt auctor est Inno. humano remedio remoueri nequit, matrimonium

Ca. Frater nitatis de frigiditatis & malefic.

dirimit. Quocirca si alter tunc coniux filios procreare cupit, distracto matrimonio ecclesiã dice ad alias potest conuolare nuptias. Sed qui impedimento tenetur, illis interdicatur. Si verò impedimento nõ obstante commanere volunt, tunc illam, si non vt vxorẽ, saltem habeat vt sororem. Id quod Gregor. Rauẽ nati episcopo respondit, & secundum eum Lucius tertius asseruit. Ad explorandum verò impotentie perpetuitatem Cælestini prouidentia triennium indulgit, quo elapso secundum Greg. idem quoque pontifex septima manu iuratorum testium diuortium permisit. Quòd si qui frigidus pronunciatus est, cõpertus fuerit aliud matrimonium cõsummasse, ad prius reuocandus est: sentit quippe se tũc sancta ecclesia deceptã, vt idem sancti pontifices auctores existunt.

Cap. Quod autẽ. Re quisi. 33. Ca. Cõsul. taltoni. de frigi. et malefic. Ca. Landa bil. eo. tit.

Cap. 3.

¶ Ad frigiditatem adiungitur maleficium, quod impedimentum pariter est matrimonij, nisi quòd cum possit duos singulariter inuicem ligare, qui tamẽ ad alias personas cognoscendas sunt idonei, dissoluto matrimonio par vtriq; facultas fit ad aliud cõmigrãdi. De hoc Hismarius Remensis archiepiscopus scripsit. Si per sortiaras maleficãq; artes occulto, sed nunquam iniusto Dei iudicio permittẽte, & diabolo præparante, concubitus non sequitur, hortandi sunt quibus ista cœniunt, vt corde cõtrito Deo, & spiritu humilia

humiliato sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, & per exorcismos, & alia ecclesie munia sanari procurentur. Quod si forte sanari non potuerint, separari valebunt. Si tamen post conperti fuerint matrimonia cum alijs consummasse, non subinde satis exploratum fit inter se id posse perficere, atque adeo ob solum illud indicium, nisi aliud intercesserit, non sunt ad prius matrimonium cogendi: secus si forte constiterit inter se quoque coeundi potestatem habere, ut per Gregor. sententiam definitum apparet.

Can. Requi
sti. 33. q. 1

Cap. 4. ¶ Neque verò furiosi dum in amantia sunt matrimonium contrahere valent, est enim furia quoddam erroris genus rationis vsum absorbens. Vnde Fabia. neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separentur, Item Nicolaus papa. Hi qui matrimoniū sani contraxerunt, & vni ex duobus vel ambobus amantia, vel furor vel aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem talium coniugia solui non possunt.


Cano. Neq;
furios. 32.
quest. 1.

Ibidem cap.
Hi qui.

D I S T I N C T I O N I S
trigesimæ quartæ, Quæst. 1. De
impedimentis matrimo-
nij ex defectu na-
turæ.

A R T I C V L V S. I.

Utrū aliqua sint matrimonij impedimēta.



N tres partes distin. 26. partiti sumus hanc matrimonij disputationē. Per septem enim distinctiones egimus de causis efficientibus, quibus matrimonium constituitur, & perficitur: & in tribus subsequētib; de causis eius formali & finali: nempe, de vinculi perpetuitate, deq; eius bonis & vsu ad finem generationis. Per nouem ergo hinc restantes tertia pars eiusdem disputationis extenditur, quæ est de causa eius materiali, seu de subiecto: videlicet, de personis ad matrimonium & eius vsum legitimis, siue de impedimētis, quibus illegitimæ redduntur. Huiusmodi autem impedimentorum duo sunt genera, quædam enim non prorsus illegitimas reddunt personas, sed aliquo modo idoneas. Et de istis agitur in tribus distinctionibus: puta, in hac & duabus proximis. Sed alia sunt simpliciter illegitimas reddentia, de quibus in sex consequētib; subsequitur sermo: nempe, à dist. 37. vsq; ad. 42. Quaritur ergo primò in genere, an aliqua sint matrimonij impedimēta. Et arguitur à parte negatiua. Matrimonium cæteris sacramētis adnumeratur: reliquis verò non adscribuntur impedimēta: ergo nec debent matrimonio consignari, præsertim cum sit inter reliqua in minimo perfectionis gradu: & quo res minus est perfecta, eò paucioribus impeditur.

Diuisio tri-
mēbris ma-
trimonialij
tractatus.

Partis ne-
gatiuæ ar-
gum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affir-
matiuæ.

Hereticid.

¶ Secundò. Vbi quicq; est morbus, ibi est remediū necessariū: sed concupiscētia, in cuius remediū est matrimoniū indultum, existit in omnibus: ergo nemo debet simpliciter à matrimonio arceri. ¶ Tertiò. Coniunctio viri & mulieris nunq; nisi per matrimoniū licita est: sed omnis illicita coniunctio dirimi potest: ergo quicquid matrimoniū impedit contrahendū, dirimere debet contractum, tanq; illicitè in initum, atq; adeo non distinguūtur impedimēta, vt alia sint quæ impediunt duntaxat matrimoniū contrahendum, atque alia, quæ dirimant contractum.

¶ In cōtrarium per alterum extremū arguitur qd sint infinita impedimēta: tum quòd matrimoniū quoddā bonū est: boni autem defectus, vt Dionys. 4. cap. de diuinis nominibus auctor est, infinitis modis accedit, veluti ab scopo aberrare, vt ait, Philosophus: tū qd huiusmodi impedimēta sumuntur secundū conditiones particularium personarum, quæ sunt infinitæ.

¶ Heretici illi, qui facultatem ecclesie circa sacramentorū substantiā & ornatum adimunt, eam negant leges posse condere impedimētorum matrimonij, præter illas, quæ sunt de iure naturæ, vt filia non contrahat cum patre, vel forte

forte cum fratre, vel quæ iure diuino sunt in Leuitico. Quare & sacerdotes, dicunt, posse matrimonia contrahere, & religiosos: nam alia impedimēta veteris legis ceremonialia erant & iam cessarunt. Ita dogmatizant Lutheranorum scholæ. Sed sunt in hoc, veluti in alijs plurimis, planè hæretici.

1. Conclu.

Probatio
minoris.

¶ Ad quæstionem ergo duabus conclusionibus respondetur, Prima. Multa sunt impedimēta matrimonio obstantia, non solum quæ vel ex defectu consensuum, vel lege naturæ obueniunt, verum quæ ecclesiasticis institutis decreta sunt. Quæ quidem conclusio non tantum veluti scholastica veritas, verum ceu catholica, cuius cōtraria negatio hæretica est, asseritur. Probat. Res vniuersæ, quæ ex causis mutabilibus & variabilibus pendent, obnoxia sunt impedimentis, quibus vel impediuntur ne fiant, vel factæ cassantur: matrimonium est huiusmodi: ergo habet impedimēta. Probat. minor, quia maior notissima est. Matrimonium ex triplici causarum genere constat: nam quatenus est in officium generandi, est naturæ institutum, & quatenus sacramentum, est institutum Dei, & quatenus ad conuictum humanum attinet & Reipub. pacem, legibus humanis subditur, & omnes sunt causæ variabiles & impedibiles: nam iure naturæ constituitur per mutuū cōsensum ad finē generationis: cōsensus autem, cum sit res humana, vi & errore impediri potest, & generatio per impotentiam coeundi: significatio verò sacramenti vniuersalis Christi cum ecclesia impeditur per bigamiam: cōuictus autem pacificus impeditur per vxoricidia & incestus atque alia crimina, quæ ideo ecclesia prudenter impedimēta esse voluit matrimonij. Sed & ornamentum & ciuile decus matrimonij per hoc accedit, quod cognitione propinqui à matrimonio propellantur. Quo fit, vt de omnibus istis ecclesia possit leges prohibitorias concedere. Quin verò principes, & ciuilis respublica, si modo id ecclesia permittat, facultatem habent huiusmodi ferendi leges, quibus matrimonia cohibeantur, vt inferius distinct. 40. & 41. latius monstrabitur. ¶ Et per hoc soluitur argumentum, Si contra obijciatur, qd matrimonium est vinculū diuina auctoritate perfectum, iuxta verbum illud, Quos Deus coniunxit homo non separet: diuina autem voluntas impediri per causas nequit creatas. Respondetur, inquam, qd Deus matrimonium non coniunxit nisi per causas supra dictas. Dicitur enim ipse coniungere, quia id facit per leges à sua æterna lege deriuatas, de quæ humanis rebus disponentes, quæ quidē

res per leges itidem ecclesiasticæ Reipub. quæ ipse instituit, possunt impediri.

2. Cōclus.

Duo impe-
dimentorū
genera.

Ratiō disci-
minis.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Secunda conclusio. In impedimentorum matrimonij quædam sunt: quæ impediunt contrahendum, non autem dirimunt cōtractum: alia verò sunt quæ & contrahendo obstant, & contractum distrahunt. Diuisio hæc nascitur ex alia eorum partitione, quæ ad matrimoniū spectant. Quædam enim sunt quæ ad eius tantum solennitatem attinent, atq; alia, quæ sunt de eius essentia. Impedimēta ergo eorū, quæ sunt de solennitate, impediunt quidem contrahendum: quia illis impedimentis existentibus peccatum est matrimonium contrahere, sed contractum non dirimunt. Impedimēta vero eorum, quæ sunt de essentia, diluunt etiam contractum. Et ratio discriminis est clara: quoniam existens illis, quæ sunt de essentia rei, quauis eius ornamenta defint, res nihilominus consistit, vt si adsit materia & forma, quauis color vel aliud accidens defuerit, res seruetur. Attamen vbi id, quod est de essentia, deest, res ipsa perimitur. Exemplum etiam est in alijs sacramentis: nam sine exorcismis, catechismis vel alijs cæremonijs, si fiat baptizatio in aqua cum legitima forma, fit verus baptizatus. Quod si arguas. Perpetuitas indissolubilitatisque matrimonij est vsque adeo ei propria, vt sit de eius diffinitione: quod autem est de diffinitione rei, est ab ipsa inseparabile: nulla ergo sunt impedimēta, quæ dirimant contractum. Respondetur, sensum non esse, quòd dirimant coniugium illud, quod legitime fuit compactum & semel valuit, sed quòd si sit de facto attentatum, erit irritum & cassum. Qui enim clam contrahunt, peccant quidem, sed factum tenent. Cognati verò intra quartū gradum & peccant attentando, & nihil faciunt. Quare hæc impedimēta non propriè dirimunt: quia nullum vnquam fuit matrimoniū: sed dicuntur dirimere ad differentiam aliorum: quoniam qui de facto sic contraxerunt, iure sunt separandi.

Impedimē-
ta circa so-
lennitatem

¶ Impedimēta primi generis sunt tantum duo: scilicet, vetatio ecclesie, & tempus feriatum: his carminibus contenta. Ecclesie vetitum, nec non tempus feriatum, impediunt fieri, permittunt facta teneri. Vetatio seu prohibitio ecclesie est, ne clanculo matrimonium fiat. De quo quidem impedimento distinctio. 28. dictum est, vbi declarauimus matrimoniū clam contrahere esse peccatum mortale: hoc est, si sine testibus fiat quibus publicè constare possit, fortasse autem sine bannis non semper est mortale. De alio verò impedimento.

P feria-

Tempus feriatarum, nempe, de temporibus, quibus nuptiæ solenniter fieri prohibentur, diximus dist. 3. 2. ¶ Impedimenta dirimentia sunt duodecim de quibus sigillatim agendū est, hisque verbis continentur, Error, cōditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si forte coire nequibus. Hæc locianda vetant cōnubia, facta tractant. Potest etenim matrimonium impediri aut ex parte ipsius contractus, qui per spōtaneum mutuumq; consensum compingitur: & quia volūtarium per violētiam, ac per ignorantia errorēq; tollitur, hæc duo prima sunt coniugij impedimenta. Sed quia causam formalem attingunt, non ad hunc locum, sed ad superiora, quibus de causis efficiētibus matrimonium agebatur, spectant. Et ideo de violentia dist. 29. & de errore dist. 30. differtur est.

Ex parte personarū. ¶ Ex parte verò personarū, quarum legitimā idoneitatem impræsentiarū tractamus, bifariā accidunt impedimenta. Sunt enim quæ simpliciter impediunt, vt persona nullatenus possit matrimonium contrahere. Alia verò impediunt nō simpliciter, sed respectu alterius certæ personæ. Illa autē prioris generis sunt, quæ fini matrimonij obstant, seu generationis tantū, seu generationis & cohabitationis. Et sunt numero quatuor. Aut enim factio obstat, vt nullo modo fiat, vt impotentia coeundi, aut quia libertatem aufert ne libere fiat, vt seruitutis cōditio: aut iure priuat ne licite fiat, idque siue ratione officij, vt ordo, siue ratione voti, vt castitatis votum. Illorum verò impedimentorum quæ non simpliciter, sed respectu alicuius personæ obstantia sunt, aliquod impedit propter obligationē ad alteram personam, & illud est ligamen prioris matrimonij, ratione cuius fieri nequit alterius cōtractio, vel quia proportio deficit: quæ triplex esse potest. Aut enim est nimia distantia, & sic est disparitas cultus, nequit enim fidelis cū infideli cōtrahere. Aut nimia propinquitas, ex qua nascitur triplex impedimentū: scilicet, cognatio cōsanguinitatis, quæ est propinquitas duarū personarū ratione tertie sanguine eis coniunctæ, & affinitas, quæ est propinquitas duarum personarum ratione tertie matrimonio cōiunctæ: & publica honestas, quæ est propinquitas duarum personarū ratione tertie per sponsalia coniunctæ. Aut tertio deest proportio propter earūdem personarum indebitam coniunctionem prius factam. Quod est impedimentum criminis: scilicet, adulterij. Nequit enim quis cum ea contrahere, cum qua adulterium commiserat. Cui adiungitur, & alterum crimen vxoricidij: occi-

for nanq; vxoris irregularis fit ad alterum matrimonium contrahendū. ¶ His appēditur alia personarū distinctio ex superioribus collecta. Quædam enim sunt ad matrimonium contrahendū plenē legitimæ: nēpe, quibus neque votum obuiat continentia, neq; sacer ordo, neq; quodpiam aliorū impedimentorū. Quædam verò penitus illegitimæ, vt putā quib⁹ vel votū obstat, vel ordo, vel aliud quo dēiā huiusmodi impedimētū. Sed quædā sunt neq; plenē legitimæ, neq; oīno illegitimæ, sed mediæ, vt frigiditas & serui, qui quibusdā accidētibus causis commanere possunt, & eis dēficiētibus sunt separandi, vt suis proprijs locis videbitur. ¶ Ad primū igitur argumentū respōdetur, quod etiam alijs sacramentis commune est, vt impediri possint si quid de eorum essentia aut solennitate subtrahatur. Adscribūt tamen matrimonio peculiariū impedimēta: primò, quia in duabus personis tanquā in subiecto sacramentum hoc consistit, cætera verò nō nisi in vna: quod autē ex pluribus pendet, facilius impeditur. Secundò, quia matrimonij pendet ex humanis causis & contractibus: quare & poenitētia est impeditibile sacramentum, sed non tantum quantum hoc. Tertiò, quia cætera propter suam perfectionem sunt de præcepto aut consilio: hoc autem fundatur in indulgentia tanq; minus bonum: quare per tot impedimēta offertur occasio ascendendi ad perfectiorem statum continentia.

¶ Secundum autem argumentum procederet, si non essent alia remedia, quibus posset efficacius & decentius morbo concupiscētia succurri.

¶ Ad tertium respondetur, quod non omnis contractus illicite factus est dirimendus, sed ille, cui deest aliquid de substantia. Impedimenta verò, quæ non dirimunt, non impediunt prorsus ne fiat, sed ne absque tali solennitate fiat. Et ideo licet faciant matrimonium culpabile, non tamen nullum: veluti si quis post secularem cibum sumptum consecraret.

¶ Ad aliud, quod in contrarium de infinitis impedimentis obiectū est, respondetur, quod ea, quæ per accidens bonum aliquod impediunt, sunt infinita, sed quæ illud corrumpūt, sunt determinati numeri, vt patet in naturalibus, vbi vt causæ constituentes sunt finitæ, ita & earum contrariæ corruptentes. Et quanuis indiuiduæ conditiones personarum in speciali sint infinitæ, sicut ipse in infinitum multiplicari possunt: tamen in generali possunt ad certum numerum reduci, vt in præceptis artium est inspicere.

ARTI-

ARTICVLVS. II.

Utrum frigiditas matrimonium contrahendum impediatur, & contractum dirimat.

Subsequitur vt sigillatim de huiusmodi impedimētis dicamus, ab impedimēto frigiditatis exordientes. Igitur quod frigiditas nullū sit matrimonij impedimētum, arguitur primò. Nullum est impedimentum, saltem dirimens, nisi quod substantiæ matrimonij obstat: frigiditas autem non est huiusmodi: quoniā coitus non est de essentia, vt superius ostensum est, & matrimonium virginis cum Ioseph declarauit: ergo non est impedimentum. ¶ Secundò. Non nunq; redundans caliditas virtutem exiccat seminandi, & potentiam adimit coeundi: imò & ætas seu puerilis seu senilis virtute coeundi nō vigent. Quin verò & instrumentorum naturalium inepta dispositio in vtroq; sexu obstat potest ne coitus idonee fiat: ergo non est cur potius frigiditas, q̄ alia quæuis qualitas, inter impedimenta connumeretur. ¶ Tertiò. Si mulier ante q̄ nubat conscia sit frigiditatis viri, & nihilominus in matrimonium consentiat, non dirimitur: ergo frigiditas non est sufficiens impedimentum. ¶ In contrarium est decretum Innocentij. 3. in cap. Quod sedem. de frigid. & malef. Sicut puer, qui non potest reddere debitum, nō est aptus coniugio: sic qui impotentes sunt minimè apti ad cōtrahenda matrimonij reputantur. ¶ Quoniā quæ à natura dimanant priora sunt, q̄ quæ ab arte vel humana lege cōstituantur, sermo impedimentorū naturalium antecedere debet. Hæc autē generali nomine dicuntur impotētia coeundi. At quia hæc impotentia vel naturalis esse potest, vel ab arte, ad explicandas ambas species inscriptus fuit speciatim titulus de frigidis & maleficiatis. At que adeò nomine frigiditatis omnis impotentia, quæ à natura competit, comprehenditur. Frigiditas, inquam, nō accidentaria, quæ trāsīt, sed cōplexionis naturalis. Etenim cum vis caloris naturalis sit, quæ semen satis ad egestionem digerit, nomen frigiditatis obtinuit, vt omnes impotentias naturales coeundi, significaret. Quapropter frigiditas mulieris, quia nō se habet nisi vt patiens & recipiens, matrimonij nō obstat. Nota tamen impotentia coeundi, nō autem generandi, sunt enim diuersæ. Potentia siquidem coeundi est potentia feminan-

di in vase idoneo, per hoc enim efficiuntur coniuges vna caro, quæ quidē esse potest sine generandi vigore. Potest enim seminatio effectu generationis frustrari tam ex parte viri, q̄ ex parte foeminae. Impotentia verò generandi appellatur sterilitas: & hæc nequaquā est impedimentum matrimonij, sed impotētia coeundi. Et ratio est, quoniā consuminatio matrimonij cōsistit in cōmitione sexuum, quæ per eiusmodi seminationē celebratur. Quocirca quæuis masculo instrumentum erigatur, & foemineum referet, si tamen impotens sit seminare, frigidus censetur. Imò verò licet quis potens esset seminare, tamen præproperè, ita vt non posset vas idoneum expectare, sed foris semen funderet, vt frigidus haberetur. Quæquā hoc quam rarissime accidat, vt sit impedimentum perpetuum, quia facile videtur remedium per artem medicam adhiberi posse. Nisi forsitan potens sit semen effundere, sed nō erigere, quod accidere sæpe solet tam in senibus, quam in debilibus alijs. Præterquam quod inepta corporis habitudo congressum impedire potest ad legitime seminandum. ¶ Quod si arguas. Cum proles sit finis matrimonij, apparet nō tantum frigiditatē, verum & sterilitatem impedimentum esse. Respōdetur, sterilitatem feminatē posse cōtrahere, si non in officium naturæ, saltē in remedium concupiscētia, vt de vetulis, ait, impræsentiarum D. Thom. ¶ Hæc autem coitus impotentia vel est naturalis, vel accidentalis. Accidentalium quidem vel per abscisionem virilium, vel per maleficium. Illa autem, quæ per abscisionem accidit, quanuis à naturali quodā pacto differat, vt videbimus, tñ ad naturalem reducitur orbitatē, & nomine frigiditatis quodā modo continetur. Est igitur impotētia naturalis triplex. scilicet, vel ratione ætatis, vel ratione priuationis ineptæve dispositionis mēbroꝝ, vel ratione alius qualitatis idoneæ seminatōnē impediētis. ¶ Sed hæc impedimēta multiplicis generis esse possunt. Alia quippe sunt perpetua: putā, quæ omni remedio medicæ artis sunt destituta: alia verò, quibus per artem subueniri potest: atq; alia quæ adulta ætas tollit: ac demum alia: quæ nō sunt simpliciter respectu omnium, sed aliquarum personarum. Potest enim quispiam esse aptus ad cōueniendū cum corrupta, & ineptus ad virginem, & validus ad cōgrediendū cum pulchra, & nō cum deformi. ¶ His ergo præiacis ad quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima generalis sit. Impotentia naturalis coeundi perpetua suapte natura impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, ad se-

P 2 sum

Votum.
Sacerdos
Frigiditas
Serui.
Solutio
Partis negatiue
argum. 1.
2. Argum.
3. Argum.
Pars affirmatiua.
Decisio ar.
Impotentia coeundi duplex.
Frigiditatis nomine quid intelligatur.
Impotentia coeundi & generandi diuersæ.

Impotentia generandi.
Obiectio.
Impotentia duplex.
Impotentia naturalis triplex.
Varia impedimenta.
Conclu.

Ratio.

sum supra expositum: nō em̄ dirimit id quod legitimum fuit, sed declarat non fuisse legitimum. Probat. Contractus matrimonij in hoc cōsistit, quod alterutrum se coniuges obligent debitum sibi solvere, iuxta illud. 1. Co. 7. Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir &c. nemo autem se ad impossibile obligare valet: ergo frigiditas: hoc est, talis impotentia coeundi impedit matrimonium. Ex quo fit hoc impedimentum ex iure naturæ ortum trahere: nempe, per naturalem defectū. Dixerim impotentia naturalis, ad differentiam maleficij, de quo art. seq. dicturi sumus, & ad differentiam impotentia legalis, vt est cognatio: cuius ratio, vt illico patebit, aliquatenus diuersa est. Et adicimus, perpetua, quoniam si sit temporalis: putā, cui vel per ætatem vel artem aliquam mederi potest, non impedit. Quare impotentia pueri solum impedit vsq; ad quartū decimum annū, vt dist. 35. relaturi sumus. Et dum frigiditati viri per aliqua medicamina succurri potest, aut claustrum foemineū, quod naturaliter à viro rūpi nequit, aliqua arte potest pandi, non est impedimentum.

Naturalis.

Perpetua.

¶ Quauis qui cum huiusmodi impedimentis, donec sublata sint, contrahunt, delictum committant.

2. Cōclus.

¶ Quapropter adhibetur hīc secūda cōclusio. Quando lis de frigiditate cōtestatur, aut de alia huiusmodi impotētia, si illa potest legitima via iuris probari, illicō dirimendum est matrimonium. Vt si vir per testes legitimos probaret, antequam matrimonium cōtraheret virilibus caruisse, vel non habuisse ætatem legitimā, nec postea ea completa consensisse, vel si mulier matronarum iudicio mōstraret sic esse clausam, vt nequeat vlla arte penetrari. Si verò impedimentū hac via cōstare non possit, expectandum est triēnium, in quo bona fide operā nauare debēt consummādo matrimonio, quo elapso si cōstiterit congregi non potuisse, tūc si cohabitare noluerint, quia qui idoneus est matrimonio dicit se filios velle procreare, separādi sunt. Si autem cohabitare consenserint, perdurare possunt in eadē domo, vt vir foemina, si non vt vxorē, saltem habeat vt fororē. Decretū est Coelestini. 3. cap. Laudabilem. de frigid. & maleficiat. iuxta sanctionem Gregorij cano. Quod autem. 33. q. 1. Et ideo diximus in prima conclusione hanc impotentiam suaapte natura dirimere, vt exciperemus spontaneū vtriusq; consensum, qui efficere potest, vt nō dirimat. Quare hoc nō est impedimentum necessarium, vt cognatio intra quartū gradū, sed voluntarium, modo inferius explicando.

Triennium expectandū

Suaapte natura.

Nota.

¶ Rogas autem quo nam pacto, elapso triennio constare potest, nunquam matrimonium consummasse? Respondetur, quod si ipsa est virgo, potest per inspectionem matronarum comperi, quibus adhibenda est fides, capitul. Proposui. de probatio. Si verò ipsa, quæ diuortiu petit, corrupta est, & nihilominus negat viri potentia, ille verò iurat, se eam cognouisse, eius iuramento in fauorē matrimonij standū est: quia est caput foeminae, vt. c. Si quis. 33. q. 1. & cap. 1. de frigid. & malefic. sancitur. Quā si ambo negāt, tunc, si fieri potest, septē sunt adhibēdi iurati testes, vt Greg. & Coelestinus locis citatis aiunt. Sed re vera si in eodem lecto triennio cubuerūt, q̄ difficillimū est alterutrā partē probare. Crimen enim fornicationis vel adulterij probat ex p̄sumptione si adsint testes qui viderint eos amplexantes, aut in eodē lecto, aut per publicam famā, vt. c. Preterea. de testib. Si autem maneant in eodem toro vt cōiuges, negatiua pars probari nequitam potest, neque verò affirmatiua per visum, nisi turpissimē adhibeantur testes: quare tunc referenda est res ad testes ex audiu, qui ab ipsis audierint matrimonium consummasse, aut nunquam ipsum consummare valuisse, aut amborum iuramento standum est. Quocirca adhibenda est maxima prudentia iudicis. Et re dubia proferenda est sententia in fauorem matrimonij ne dirimatur, alioqui fraudibus & dolis sterne retur via. ¶ Quid autem si huiusmodi impedimenta contracto iam consummato que matrimonio superueniant? Respondetur, quod tunc nullatenus impediunt, nec hoc potest in dubium reuocari. Si tamen accidant post ratum matrimonium non dum consummatum, non defuerunt qui dicerent, vt Richardus & Scot⁹ hīc referunt impedire, & dirimere. Et videtur opinio Gratiani in summa. 33. q. 1. vbi, ait, q̄ coniugium cōfirmatur carnali officio, & postquam cōfirmatū fuerit, non est, nisi causa fornicationis diuisibile. Verum antequam confirmetur impossibilitas officij soluit vinculum coniugij. At verò nisi loquatur de sponsalibus certē (vt salua eius auctoritate loquamur) cū sua opinione relinquendus est: quoniam nullum est impedimentum, quod matrimonium, quod verē legitimum fuit, discindere valeat. Quare matrimonium ratum, eo quod legitimum est, nō nisi per ingressum religionis potest dirimi. Atque eam ob rem diximus in cōclusionē huiusmodi impotētiam impedire cōtrahendum, & dirimere cōtractum: nimirum, insinuantes, quod si non p̄ueniat contrahēdum, non dirimit contractum.

Dubium.

Dilatio.

Quando terque copulatur.

Si impotentia coeundi superueniat. Solutio.

Discrimen Richardus Gratianus.

Declaratur conclusio.

¶ Ter-

3. Cōclus.

¶ Tertia cōclusio. Dissoluto matrimonio, ille qui frigidus vel aliter impeditus probatur, iure interdictur ne ad aliud possit matrimoniu comigrare, alteri verò facultas fit transeundi. Cuius ratio plana est quādo quidem impedimentū vnus alteri minimē obstat. De impedimento viri extat tex. supra citatus. Laudabilem, de frigid. & malef. post Gregorium can. Requisisti. 33. q. 1. vbi vxori fit facultas ad secundas nuptias conuolandi. Atqui de impedimento foeminae extat ca. Exlteris. eod. titul. vbi viro libera fit potestas accipiendi aliam. Quapropter quod Gregor. ait, in dicto cano. Requisisti. quod vir impeditus debet vxorem habere vt sororem, vel si separentur, debēt ambo manere in nupti, cōsiliū duntaxat est respectu illius, qui impedimentum non habet, sed respectu impediti est p̄ceptum. Similiter quod Lucius. 3. ca. consultationi, eod. tit. dixit: scilicet, q̄ dum mulier est oclusa, ecclesia Romana cōsuevit iudicare, vt illas si non possunt viri habere tanq̄ vxores, habeant saltem vt sorores, non obligat virum non transire ad alias nuptias. ¶ Ex quo planē fit, q̄ vbi impedimentū coeundi fuerit simpliciter perpetuū, ita vt omni prorsus sit remedio destitutum, vt si vir, anteq̄ contraheret, eunuchus esset, aut excētus, quauis neuter diuortiu petat, nullum re vera est matrimonium: alioqui nō posset per ecclesiā sic dirimi, vt facultas fieret alicui illorum ad alias nuptias commigrandi. Et hic est sensus capit. Quod sedē. ibi, qui impotētes sunt, minimē apti ad matrimonia contrahenda reputantur: sunt enim sicut duæ foeminae. Nam etsi copula non sit de essentia, potestas tamen & obligatio copulae essentialis est matrimonio. ¶ Quarta conclusio. Si ille, qui tanq̄ impeditus cōdenatus est, transiens ad secundas nuptias reperitur matrimonium cōsummasse, ad priores reuocandus est, etiam si vxor iam tunc cum alio fuerit viro cōiugata: tūc enim ecclesia se agnoscat fuisse deceptam, atq; illud matrimonium, quod ratum & legitimum erat, tanq̄ irritum pronunciasse. Decretum est eorundem capitulorum Requisisti, & Laudabilem. & Innocentij cap. Fraternitatis. eodem titu. Secus si religionē fuisset professā, quod quidem, quia matrimonium nō erat cōsummatum, facere potuit. Aut si fuisset fornicata: nam tunc posset vir diuortiu quoad totum facere, vt ibidem habetur. ¶ Veruntamē videtur conclusio hāc moderamine quodam indigere. Sunt etenim qui piam ad aliquam foeminam inhabiles, qui tamen ad alias sunt idonei. Simileq; foeminis respectu virorum acci-

Vir impedito uxore secūdo nubet. Vxor impedita vir aliu ducit. Gregorij ca non declaratur.

Cap. Cōsultationi.

Perpetuo impediti nūquā contrahunt.

Intellectus capi. Quod sedem.

4. Conclu.

Limitatio cōclusionis

dit. Atq; id quidem plurimum in maleficiatis vsu venit. Sed quo illos (vt de quibus art. proximo dicturi sumus) interim omittamus, per naturalem impotentiam id etiam, licet non tam crebrō, cōtingere solet. Potest enim quispian imbecillis esse ad deslorandā virginem, qui tamen validus est vt cum corrupta conueniat, vel qui à deformi excitari non valet, potest tamen incitari ab alterius pulchritudine. Quod p̄terea propter membrorum disparitatem deformitatem contingere consuevit: nēpe quia hāc foemina strictior sit, & oclusior, quā vt ab hoc viro possit referari: quā tamen ab altero cognosci potest. Richardus ergo, Durandus & alij, id simpliciter fateri videntur, quod tunc consummans secundum matrimonium, non sit reuocandus ad primum, sed debeat in secundo perseverare.

Membrorū deformitas.

¶ Nihilominus peripicacius est iudicium adhibendum, ne fallacia delitescat. Est enim regula mente & vsu (iudicio meo) amplectenda. quā Inno. cap. Fraternitatis, de frigid. & maleficiat. sapienter mihi docuisse videtur ad discernendum quando impedimentum sit temporale, & quando perpetuum: nempe, quod illud nō sit perpetuum, quod p̄ter diuinum miraculum per opus humanum absq̄e corporali periculo potuit remoueri.

Regula Innocentij.

Impotentia perpetua que

¶ Sed ais, quid si foemina nimis obserata permittere renuit rūpi: quia nō sine cauterio, aut alio ferri dolore id fieri potest. Respondetur, quod dummodō medici iudicent, impedimentum esse medicabile, nil refert, ipsa aduat aut renuat: quia natura & nexus matrimonij per mutuos consensus confirmati, non pendet ex futura facti contingentia. Sed potestas tollendi impedimentum facit illud firmum. Et probatur hoc planē. Nam si quæ nunc dirumpi dissentit, postea id permetteret, tunc sine nouo consensu matrimonium iudicaretur validum: ergo antea quā id permetteret, erat validum: quoniam actus chirurgi non potuit matrimonium, quod nullum erat, consolidare. Ex quo fit, quod quauis vir ineptus sit ad virginem, nihilominus matrimonium tenet si aptus est ad corruptam: quoniam si non est alia clausura, quā virginitatis, profectō, vt impræsentiarum, ait; S. Thom. per artem potest pandi. Et ideo quomodocunq; separantur coniuges (non loquimur modō de maleficiatis) si postea experimento comperitur, illum, qui inhabilis iudicatus est, habilem esse, remigrare ad primum debet matrimonium. Atque adeo quauis iudicio medicorum asserentium non possit impedimentum

Dubium.

Solutio.

Ratio

Nota de inepto ad virginem.

tolli, fuerit matrimonium dissolutum: si post humana arte aufertur, iudicandum est fuisse deceptos, & coniugium fuisse validum. Secus si per miraculum: quia natura matrimonij non pendet ex miraculo. Quare illa, quae per miraculum aperiretur, posset tunc alteri nubere.

Per magicam

¶ Sed quid si per magicam, & non aliter, posset impedimentum amoueri? Respondetur, nihilominus illud cenferi perpetuum: quia fas non est industria & ope demonum uti. Quid autem si illa iudicaretur posse cognosci ab alio viro, utrum deberet hoc matrimonium dissolui, ut alteri nubere? Respondetur in primis nullatenus foeminae licere cum altero fornicari, ut priori viro reddatur idonea: quia impedimentum, quod non nisi per peccatum potest tolli, non censetur auferibile. Secundo, respondetur nec tale matrimonium esse tunc dirimibile: nam si illa ab alio viro cognosci potest, signum est, quod sit ab hoc cognoscibilis, nisi iste sit frigidus. Haec tenus nihil de maleficiatis. ¶ Quod autem de deformi & pulchra adiectum est, nihil ad dissoluendum matrimonium attinet, quia conditio illa est nimis accidentaria. ¶ Dubium autem, quod hic vehementius urget est, utrum in euentu, quo medicorum iudicio constat impedimentum seu foeminae seu viri esse amobile, teneatur ille, qui impeditus est, quancunque molestiam, & dolorem perpeti, ut tollatur. Apparet enim prorsus teneri: nam cum tunc ecclesia non debeat matrimonium dissolvere, non est cogendus ille, qui filios potest procreare, in coelibatu vivere: est ergo alius cogendus, ut impedimentum tollat. Respondendum tamen (ni fallor) cum salis temperamento. Tenetur, inquam, pati molestiam aliquam & dolorem, etiam grauem, eo praesertim, quod sua culpa in tales angustias se coniecerit, debuisse quippe sibi prospicere antequam matrimonium iniret. Et ideo pati debet incisuram, etsi opus est cauterium. At vero grauisimum morbi incommodum non tenetur perpeti, praesertim cum periculo magna lationis, maxime si diuturna timeretur. Neque nimium debet existimari grauem, quod propter morbum vnus coniugis alter sit vsu matrimonij priuatus: nam hoc per quam saepe accidere solet. Quando vero citra periculum mortis curari non potest, impedimentum reputatur perpetuum atque adeo dirimens, ut loco citato Innocentius probe decernit.

Nota.

Solutio du-
bija. 1.

Solutio. 2.

Dubium.

Solutio du-
bija.

Nota.

¶ Hic addere operae pretium est, quod non licet existo frigiditatis impedimento ad alia morborum genera ducere. Si enim quis yxo

re duxerit, vel leprosam, vel foetore ore spirantem, cuius causa molestissimum sit cum ea conuiuere, & concubare, licet morbis illis ante matrimonium laborasset, quos vir ignorauit, & si praesciuisset, nunquam eam duceret, nihilominus matrimonium est legitimum, neque villo modo eius vinculum dirimi potest: quoniam cum vinculum matrimonij iure diuino & naturae sit indissolubile, fas non est illud nisi propter sola impedimenta sanctionibus ecclesiae expressa dirimere. Neque admittendum est argumentum a simili, quod si frigiditas eo dirimit matrimonium, quod obstat pro generatione proli, alij morbi, qui horror in concubitu offerunt quantumuis vehementer, illud etiam impediant. Legibus enim praesertim tanti momenti, quibus matrimonium dirimitur, nullum prorsus locum huiusmodi argumenta fortuantur.

Feetor oris.

Dubium.

¶ Postremum denique dubium circa impedimentum diluendum restat, quid si foemina ante confectionem matrimonij impedimentum viri nouerit, vel vir impedimentum foeminae, utrum tunc si vltro se associare volunt, matrimonium teneat. Apparet enim tenere, postquam dictum est hoc impedimentum non esse necessarium, sed posse coniuges commanere. Simile enim vsu venit in conditione seruitutis, quae ignorata dirimit matrimonium, praecognita vero non dirimit. Distingui namque hic consuevit duplex impedimentum, aliud de iure, quod est legale, ut cognatio intra quartum gradum, & ordo seu religionis solenne votum: & hoc siue praenoscatur siue ignoretur, semper iure ipso cohibente, impedit. Aliud vero de facto, nempe, quod officium illud coeundi reddit impossibile. Et hoc dicunt dum est praecognitum & electum matrimonio non obstat. Haec tamen conclusio prudentiae iudicio condiri debet, ut vera sit. Enim vero si impotentiae impedimentum, ut supra diximus, simpliciter sit perpetuum absque villo remedio, nullum componitur matrimonium, secus, ut expositum est, dum impedimentum tolli potest. Tunc enim quancunque tollatur, si tamen commanere volunt, sunt veri coniuges. Atque in hoc proprio casu verificatur hoc impedimentum non esse necessarium, sed spontaneum, quandoquidem illo existente matrimonium nihilominus perdurat. ¶ Atque hinc iudicium sumitur de matrimonio spadonum, castratorum, & eunuchorum. De quibus regula sit infallibilis & certissima, quod si nullatenus dum maritantur in vase legitimo seminare possunt, nullum contrahunt matrimonium: quia fieri nequeunt vna caro. Si vero seminare quoquo pacto illic possunt, licet ad generandum sint inepti

Duplex im-
pedimentum.

Impedimen-
tum perpe-
tuum.

Spadonum
aut castrati
matrimo-
nium.

inepti, matrimonium verè contrahunt: quia tunc ut supra dictum est, non frigidi, sed steriles reputantur. Castrati autem, eunuchi & spadones idem re vera sunt: nempe, qui testiculis carent nisi quod castrati appellantur, qui ita nascuntur. Spadones vero quibus postmodum euelluntur, non ab spatha, ut quidam volunt, sed ab *σπῆρα* quod est euellio. Et isti appellantur Thlibia. l. Spadonum. ff. de verbor. signifi. Eunuchi vero sunt, quos domini castrant, ut vxoribus seruiant. Alij sunt qui obritos mace ratosque habent testiculos, qui quidem graece dicuntur Thlasia, Vnde Deutero. 23. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testibus, & abscisso vetere ecclesiam Domini. Igitur si quis ita est spado, ut non solum testiculis, verum & reliquo membro sit orbatus, certissimum est nullum posse matrimonium contrahere. Si vero spadonibus, qui testiculis orbati sunt, virile super sit, sunt qui dicant, ut Syluest. verbo. Matrim. 8. §. 16. refert, matrimonium contrahere posse, quancunque non seminant: quia erigere valent, & possunt foeminam prouocare, atque ei satisfacere. Ita censet glo. si. in can. Hi qui. 32. q. 7. Et fundant se isti in. l. Si serua. ff. de iure dotium, ubi ait, Vlpianus, quod spado contrahere potest, non autem castratus: quasi castratus sit, ut falso isti putant, qui testiculis & virga careat, spado vero qui non nisi testiculis. Est tamen opinio intolerabilis, quia ubi non est feminatio, non fiunt coniuges vna caro, & sic nec est matrimonium: ut scite ait, Panormita. cap. Quod sedem. cod. titul. Et legem illam idem ipse Vlpianus exponit. Pomponius. ff. de aedilitio edicto, ubi ait, quod tunc spado contrahere potest, quando vno duntaxat testiculo caret. Igitur, eunuchi utroque vacui, quancunque virili polleant, illudque erigant, & in vas inducant, re vera nullum contrahunt matrimonium: quia vel non seminant, vel eorum semen non est eiusdem rationis cum prolifico. Imò vero idem de viris, qui nimio sunt senio confecti, & exhausti cum Scoto hic crediderim: videlicet, quod dum nullatenus seminare valent: nequeunt tunc matrimonium contrahere. Nam licet illud impedimentum accidentale sit, ut ait, illic Panormitanus, nihil tamen refert: postquam est perpetuum, & nequeunt fieri vna caro cum coniuge. Vnde D. Thom. impraesentiarum, vetuli, inquit, quancunque quandoque non habeant caliditatem ad generandum, tamen habent caliditatem sufficientem ad carnalem copulam; & ideo permittitur eis matrimonium, quatenus est in remedium, licet non cõpetat eis quatenus est in officium naturae: ubi insinuat, quod

Castrati.

Spadones.

Eunuchus.

Deuter. 23

Syluest.

Panormita.

Vetuli.

S. Thom.

si dum contrahunt seminare nequeant, matrimonium nullum est. ¶ Sed quae hinc emergit ambiguitas est, si illi, qui perpetuis eiusmodi impedimentis laborant, possint se vltro coniungere. Respondetur, quod per verum matrimonium, certum est minimè posse. Sed tamen quantum ad cohabitationem & communicationem officiorum domus possunt se in totam vitam confoederare & obligare, ut foemina seruiat viro, & vir alat foeminam, qui quidem contractus non matrimonium, sed societas quaedam civilis reputatur. Et hoc est quod aiunt Potifices, cap. Consultationi, & cap. Laudabilem, quod vir habeat illam non tanquam vxorem sed tanquam sororem. ¶ Ex quo fit, quod non possunt lasciuere se ample xari, aut impudicè tangere, aut carnaliter osculari, non solum propter periculum, si in aliquo illorum existeret extra ordinariè pollutionis, quae certum esset peccatum mortale, verum quia isti tactus & oscula per se, ut verior habet opinio sunt mortalia nisi inter veros coniuges. Quapropter periculosissima haec esset confoederatio. Imò vero licet istiusmodi perpetua impedimenta in vase seminandi post consummatum matrimonium viro acciderint, non potest istis tactibus uti cum periculo extra seminandi, & multò minus potest ad seminandum cum vxore conari, si modo legitime certus fuerit minimè id posse in vase perficere. Secus si potest ibidem seminare, licet sit ad generandum debilis & impotens. ¶ Hinc rursus subsequitur, quod ubi non est verum matrimonium modo iam dicto, si ille qui non est impeditus, contrahat cum alia, etiam sine licentia iudicis, matrimonium tenet: peccaret tamen, si sententia ecclesiae non expectaret. Praeterquam quod si se obligauit alere consortem, tenetur contractui civili stare, cã. Requisisti. 33. q. 1. sicuti & ipsa si se obstrinxit seruire viro.

Dubium.

Solutio.

Nota.

Carollariū

Nota.

Solu. 1. ar.

Solut. 2. ar.

Solu. 3. ar.

matrimonium, sed si velint possunt commanere tanquam frater & soror.

ARTICVLVS. III.

Utrum maleficium sit matrimonij impediens dirimensque impedimentum.

Partis negatiue argum. 1.



V M frigiditate coniungitur maleficium. De quo arguitur non esse matrimonij impedimentum. Maleficia sunt arte & malignitate demonum: ipsi autem non habent potestatem impediendi coniugale officium magis quam alias humanas actiones, alioqui & esum & gresum & sensum & alia omnia exercitia humana cohibere possent, quod esset intolerabilis peruersio orbis, potissimum cum matrimonium opus sit Dei, qui est fortior demone.

2. Argum. ¶ Secundò. Diabolus non habet potestatem nisi in peccatores, presidio Dei destitutos: ergo non potest homini perpetuum impedimentum obijcere, imò expulso per poenitentiam peccato, aut per exorcismum diabolo tolleretur maleficium: ergo illud esse nequit impedimentum perpetuum.

3. Argum. ¶ Tertio. Carnalis copula non nisi sublata coeundi potentia, quae est eius principium, impeditur: potentia verò aequaliter se habet ad omnes foeminas: ergo per maleficium non potest homo impediri respectu vnius & non respectu omnium.

Pars affirmatiua. ¶ In contrarium est decretum can. Si per fortiaras. 33. q. 1. Si per fortiaras atque maleficas artes, &c. Et sequitur, Quod si forte sanare non poterunt, separari valebunt.

Decisio articuli. ¶ Maleficia demonum non defuerunt qui negauerint, dicentes in hominum aestimatione potius quam in re existere: nempe, quia rerum euentus, quorum homines causas ignorat, demoniacis maleficijs adscribunt. Quapropter impedimenta, quae nos maleficia censemus, ex frigiditate aut alia occulta naturali causa illi arbitrantur procedere. Istorum tamen opinio inde illis oriebatur, quod demoniacos spiritus, qui inuisibiles sunt, fateri renuebant. Quod autem huiusmodi spiritus reuera existant, fides nos orthodoxa docet, praedicans Luciferum esse caelo cecidisse, & sub serpentis effigie primos parentes supplantasse. Quos itidem spiritus Christus saepe numero in euangelio a corporibus obsessis proiecisse legitur. Eisdemque; Apostolus aereas potestates tenebrarum appellat. Quod verò huiusmodi demones grassandi in homines po-

Demonum incursus.

testatem habeant, nisi diuinitus coerceantur, historia Iob in ipso statim exordio nobis refert: qui & ca. 40. de demonibus, ait, non esse potestatem super terram, quae eis comparetur. Cui & ratio patrociniatur: nam spiritus mouere possunt corpora ut intelligentiae orbis.

¶ Igitur ad quaestionem tribus conclusionibus respondetur. Prima. Possibile est, imò frequenti vsu contingens, ut demonum actu & ope maleficium carnalem copulam impediatur. Probatum primò, quia comperiuntur saepe coniuges non à causa naturali, sed à causa libera ligati. Natura enim semper & uniformiter operatur: quare quae naturalia sunt similiter ad omnia similia se habent. Quo fit, ut qui per naturam frigidum sunt: erga omnes mulieres eiusdem qualitatis frigeant, & tamen experimento compertum est virum aliquem hanc foeminam cognoscere non valere, qui tamen circa alias potens est. Imò verò cum hac congressum appetere, ac subinde membrum erigere, quod cum vas muliebre attingit, subito relaxatur. Et simili experimento constat foeminam alijs viris idoneam, dum maritus, quantum eius complexum exoptet, illam aggreditur: eius congressum exhorrescere, quippe cui laesa phantasia virile ingentioris se deformitatis ostentat, quae est. Quod re vera maleficijs indicium existit. ¶ At quoniam sunt alij sic de huiusmodi maleficijs opinantes, ut persuadere sibi nequeant, quod possint esse perpetua, unde inferunt nunquam esse impedimenta matrimonij, subditur secunda conclusio. Huiusmodi maleficia, veluti de frigiditate dictum est, possunt esse tum temporalia tum etiam perpetua. Probatum, quia quare ratione demones diuinitus permittuntur in tempus homines de uxore, permitti possunt & per totam vitam molestiam eis faceffere. Unde cum per voluntatem operentur, possunt, quocumque tempore permittantur, nos contorquere, & eadem ratione ab vsu coniugij cohibere. Eadem conclusio auctoritate ecclesiae confirmatur, quae, ut habetur. 33. quaest. 1. can. Si per fortiaras, decernit, ut si adhibitis remedijs: nempe, corde contrito & spiritu humiliato: facta sacerdoti confessione & exorcismis caeterisque ecclesiae spiritualibus medicamentis adiectis, qui maleficia patiuntur non sanentur, separari valeat. Sed aiunt authores praenarratae opinionis vetustum illud decretum abrogatum esse: Est tamè hic cauillus in ecclesiam inuoriosus. Non enim solum non est abrogatum, verum nouo est iure confirmatum capituli. Litera de frigid. & malef. adiecta glos. Casus enim textus

1. Conclu.

Frigiditas.

Maleficijs.

De foemina.

2. Conclu.

Auctoritas ecclesiae.

Casus capituli. Litera.

tus est, quod quidam vir nequiuerat cum propria uxore coire, fatebatur tamen se coisse cum alijs. Ex quo fit, ut idem triennium, quod secundum Gregorium & Caestinum. locis supra citatis indulgetur frigidis ad suam comprobanda frigiditatem, concedatur & maleficijs: quo elapso, comprobatur maleficijs, atque adeo matrimonium pronunciatum inualidum, ut ex eod. cap. Litera colligitur.

Quae medicamina possunt admo- ueri.

¶ Veruntamen quia dictum est medicamina maleficio dimouendo non applicari nisi spiritualia dubium se offert, utrum possint & corporalia admo- ueri. Huius autem solutio notitiam modorum praesupponit, quibus haec maleficia sunt tam ex parte demonum, quam ex parte magicorum, qui demonum facultate funguntur. Vbi notandum, quod demones possunt haec multis modis perpetrare. Primò, mouendo hominis phantasmata ad illusionem. Quod quidem incommodum, ut in praestigijs accidere solet, foeminae saepe patiuntur, ut nuperrimè dicebamus, quibus horrificum vel tactu, vel visu viri instrumentum offertur. Possunt per eadem specierum alterationem inuisam & exosam uxorem viro redere, & virum foeminam. Possunt tercio, per solum motum virile impedire ne erigatur, erectumque relaxare, sicut possunt tenere motum quae lapidem. Possunt praeterea citissimo tractu applicando actiua passiuus & instrumentum foemineum indurare, & lumbos viri infrigidare, & spiritus quibus instrumentum erigitur, exufflare. Ac demum alijs incognitis modis similia obijcere impedimenta. Imò verò si modo diuinitus permittatur, possunt per venena vel aliam herbarum applicationem genitricem virtutem in viro exiccare, & conceptricem in foemina. Et tunc quidem non solum respectu huius aut illius foeminae, sed simpliciter vir reddetur impotens, uti sunt frigidus. Sed tamen hoc per quam raro contingit. Quapropter glossa super citato cap. Litera, hoc discrimen constituit, quod frigidus simpliciter impotens, maleficijs verò, non, nisi respectu huius vel illius foeminae. Et ideo qui maleficijs affecti sunt, proprie dicuntur ligati: quasi eorum potentia non quidem exhausta sit, sed ligata existat.

1. Modus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Nota.

Magici.

¶ Magici verò & malefici id facere sibi videntur aut incantamentis quibusdam, aut characteribus conscriptis, aut rebus alijs colligatis exustisque, aut in terram suffosis, aut de arbore suspensis. Contendunt enim seducti prius ipsi hominibus persuadere, quod per huiusmodi imposturas demones cogant, ut maleficia ad ipsorum magicorum nutum, & libitum vel faciant, vel infecta reddat. Id quod falsissimum est. Homines quippe nisi diuina virtute nulla arte valent inuitos demones trahere aut tenere aut ad aliquod opus compellere: quippe quibus longè sint viribus inferiores. Sed possunt inferiores demones à superioribus vinciri & cogi. Nam de viris sanctis nemini dubium est per miracula id posse, veluti Christus eos expellebat, mittebatque quod sua erat voluntas. Et de Bartholomaeo atque alijs diuis legitur. Veruntamen demones, ut maleficos & magicos ad se alliciant & illo modo inescatos teneant, illis persuadent eorum obsequio sic se esse addictos, ut ad eorum nutum eis obediant, & in auti suis sint mandatis alligati. Quare non nunquam dum incantantur, audiri solent vociferantes, ut permittantur abire, aut non cogantur illuc aduenire, veluti dum virtute Christi & sanctorum propellebantur. Et eadem ratione dum illas ligaturas, quibus teneri se fingunt; magici auferunt, à maleficijs desistunt, illaque dissolunt, quasi aliud facere nequeant, quam magicorum arti parere. Sed sunt omnia iugamenta diabolica vaficie composita. Non enim nisi vltro omnia faciunt miseris maleficos seducentes. Et quia ista maleficia sepius de criminum meritis oriuntur, admonet ecclesia, ut corde contrito se in Deum conuertant, precibusque tam ipsi pro se, quam alij pro ipsis apud ipsum insistant: quod frigidis non iniungitur. Item ut exorcismorum beneficio utantur. ¶ At dubium ergo propositum respondetur, quod si eiusmodi maleficijs mederi per artem medicam possit, non est cur non sit licitum huiusmodi medicamentis uti: attamen cum non ex causis merè naturalibus pendeat, sed ex voluntate demonum, frustranea essent eiusmodi medicamina. Nisi forsitan constaret, causas aliquas naturales demones applicuisse, quae pharmacis, aut alio humano remedio possint amoueri.

Miracula.

De D. Bartholomaeo. fallacia. Demonum.

Ligatura.

Solutio de bij.

Dubium.

Solutio.

Cum demonibus.

Phitones.

19. & sæpe in sacris literis Phitones & magi & qui eorum consilio vtuntur, aut ope, aut opera, abominabiles habentur. Et. 17. q. 2. can. Qui sine saluatore, refertur Augustini decretum, vbi qui sibi beneficio dæmonum mederi fatagunt, non sani, sed ægri, non prudentes, sed stulti & dementes, & ad æternam perditionem tendentes pronunciantur. Igitur dum maleficium non nisi arte dæmonum curabile est, in curabile ac perpetuum & tanquã dirimēs matrimonium est iudicandum.

Augus. Circa hoc autem forsã quis percontetur, vtrum licitum sit malefici opera, qui paratus est maleficia exercere, vti ad tollendum aliud maleficium. Petrus siquidem Aureolus distin. præsentis quæst. 2. ait, quod quãuis non liceat maleficium facere, ad dissoluendum aliud, licet nihilominus vti maleficio alterius, qui paratus est, non quidem mouendo illum vt faciat, sed consentiendo, si sua sponte vult facere. Eadem opinionem sequitur Angelus in summa, verb. Superstitio. §. 13. Et argumētum istorum est, quod licitū est sub fœnore accipere ab vsurario, qui paratus est dare. Et vt author est Aug. licet & ab infideli per falsos Deos iuramētum suscipere: similiter ergo, vt aiūt, & maleficium ab eo potest licet, qui paratus est. Hoc enim non est ad maleficium concurrere.

Opinio falsa. Est tamen citra dubium opinio plusquã falsa. Sunt enim duo operum genera mala. Quædã sic intrinsecè praua, vt fieri probè nequeat. Alia verò quæ de se fieri possunt bene, sed culpa facientis fiunt malè. Ad hæc & regula generalis est quod nemini fas est alium ad malū inducere: esset enim in malū consentire: & tamē Paul. ad Roma. 1. dignos morte pronūciat nō solū eos, qui mala faciunt, sed eos, qui facientibus consentiunt. Quādo verò quis ab alio id petit, quod licitè ille facere potest, nō inducit ad malum. Etenim: dū ego ab vsurario mutuū peto, nō nisi bonum postulo: nempe, mutuū, sed ipse dum nō vult nisi cum spe fœnoris dare, perperam dat. Similiter dum ab infideli iuramentum postulo, id ego efflagito, quod ipse per verum Deum exhibere potest. Quare licet sciam per falsos iuraturum, ego non inducō ad malum, sed vt iure meo. Maleficiū autem de se est malum, quod fieri absque culpa nequit: & ideo qui illud quãuis à paratissimo petit, inducere cõsetur ad malum. Hoc tamen licitum est ac meritorium, vt Scotus dist. præsentis & Caiet. q. 2. quodlib. 1. in quo de hac re differuit, scitè iudicant, quod potest quisq; cõuenire maleficiū & rogare, imò & pecunia ab eo extorquere, vt illas ligaturas quas habet se

pultas aut suspensas aut alicubi asseruatas, inde dimoueat: quia illud maleficium facere virtus est. Et quicunq; sciret vbi sunt, posset illas inde subtrahere: quia hoc non est maleficio vti, sed quod factum est destruere, Nā tunc dæmon licet non vi, tamen ex seductorio pacto, quod pepigit cum malefico, cessabit à maleficio: nēpe, vt arbitretur ille in illis inesse maleficiorum virtutem. ¶ Vnum autem hic argumentum posset quis nobis obijcere. Dicitur à nobis superius est iuxta Innocētij decretū, impedimentum, quod non nisi per Dei miraculū est amouibile, censendum esse perpetuū maleficium: ergo cum non nisi per orationem & confessionem & exorcismos diuina virtute fit dissolubile, videtur non nisi per miraculum esse amouibile, atq; adeò debere censeri perpetuum. Respondetur tamen, non quicquid supernaturali sit diuināq; virtute censendum esse miraculum, sed id quod infueto fit modo, Remissio enim peccatorum per gratiam, non est miraculum. ¶ Tertia cõclusio. Quādo maleficio legitime cõprobato dissoluitur per ecclesiam matrimonium, vtriq; coniugū æqua facultas fit ad aliud coniugium commigrandi, vt ex finalibus verbis præallegati cap. Litere, colligitur. Et in hoc discriminatur maleficium à frigiditate: nā cum qui frigidatur respectu vni⁹ probatur, respectu omnium fœminarum iudicatur, meritò nuptijs interdicatur. Qui autē maleficiat⁹ est respectu vnius, potest respectu aliarum esse liber. ¶ Vtrum verò si postmodum illi maleficiati alias celebrantes nuptias, habiles ad matrimonium comperiantur, ad priora sint connubia reuocandi, sicut de frigidis dictum est, in dubium vertitur. Canō enim ille, Si perfortiarias. 33. q. 1. negatiuam partem definit: ait, quippe, qd si alias nuptias expetierint, quãuis possibilitas concubendi eis reddita fuerit, illis viuentibus, quibus secundò nupserint reconciliari nequibunt. Glossa verò textui contradicit: censet enim Gregorianæ dispositioni cap. Requisti. esse contrarium. Quare, ait, authorē illius textus ignarū potius quã Gnarum hac parte esse censendum, putans archiepiscopum illum Remensē Gnarum appellari, cum tamen non nisi Hismariū nuncuparetur. Ricardus impresentiarū sequitur opinionem glossæ cõtra textū: quia re vera text. nec est concilij nec Põtificis. Et prædictus canon Gregorij & capitula, Laudabilem, & Litære, absolutè videtur loqui sine discrimine frigidorum aut maleficatorum, qd prius matrimonium fit tunc validum iudicandū. Quare hæc opinio glossæ est Magistri senten, & communis.

Demon cessat.

Obiectio.

Dilatio.

3. Cõclusio.

Maleficiat⁹ frigiditatis discrimen.

Dubium.

Can. Si perfortiarias.

Glossa eiusdem canon.

Ricardus.

Can. Gregorij. etc.

Opinio glossæ est cõs.

¶ At verò non deest in fauorem textus egregium argumentum: nam cum maleficiati possint inter se, vt diximus, esse inhabiles, & tamē ad alias personas idonei, quādo matrimonium propter maleficiū dirimitur, videtur simpliciter dirimi: quocirca & si postea vir reperitur habilis ad aliam: & fœmina ad aliū, nō ideo reuocandi sunt ad prius coniugium: quia non ob id censentur inter se habiles. Et ita tenet Scot. d. præsentis & Abulēsis super Matth. c. 19. q. 90. sicuti decretum. Si perfortiarias. Rei ergo veritas (nifallor) est, qd vbi nō est aliud experimentum, qd quod vir cum alia matrimonium consummauit, & fœmina cum alio, profectò non sunt ad prius matrimonium reuocandi propter argumentum modò factū: quia in maleficiatis non est illud indicium sufficiens, quod sint habiles inter se, sicut in frigidis. Et hoc fortè voluit textus Hismarij sentire, dum dixit, etiã si possibilitas concubendi reddita fuerit: intelligit enim concubendi cum alijs, non autem inter se. Id quod Gregorianæ sententiæ nō repugnabat. Quapropter postq̄ secunda matrimonium consummarunt, fortasse non sunt cogendi vt inter se experimentū capiāt, an coire possint, saltem si exploratū fuisset propter maleficiū non potuisse prius coire: quia exponerentur periculo delinquēdi absque matrimonij consummatione. Quare tunc secunda matrimonia sunt seruanda. Attamē si forsã ipsi priuati animo fornicandi aut experiendi conderentur, & copulam consummarent, tūc si ecclesiæ legitime cõstitisset, certò crediderim reuocandos fore ad matrimonium vetus, perinde ac si propter frigiditatem fuissent separati. Quia tunc ecclesia iudicat se fuisse deceptam, & tūc scire quod vel illud non fuerat maleficium, vel quod non fuerat perpetuum. Adde quod si cõstare certò posset virum prius fuisse simpliciter maleficiatum quoad omnes, quia plures tētauit, & cū nulla consummare potuit: tunc de illo censendū simpliciter esset, sicut de frigido: videlicet, quod si postmodum aliud consummauerit matrimonium, iudicetur iam factus habilis etiã ad priorē, atque adeò ad prius matrimonium reuocetur. Sed certè hoc difficile est explorare. Et ideo Inno. cap. Fraternitatis. cordatè ait, qd de talibus non est facile iudicandū.

Solutio prima argu. ¶ Ad primum igitur argumentū negatur, dæmones non habere vim aduersus homines: & eorū actiones nisi diuinitus permittantur. At verò per Dei clementiam non permittuntur vsque adeò nobis incommodare, vt ab vniuersis nos nostris operationibus cohibeat: non enim tūc vitā trāfigere possemus. Sed occulto Dei

iudicio quosdam eorū infestationi permittit. Vnde non colligitur, dæmonem Deo esse fortiozem: quia id nō nisi Deo permittente peccat. Et quoniam per coniugalem vsū originalem culpam contrahimus, per quã specialiter dæmoni fuimus subiugati, in illo actu & vsu sepius dæmon permittitur hominibus esse molestus, veluti in serpentis effigie, qui sua calliditate Euā seduxit, crebrius incantamenta fiūt. Et (quod mirabilis est) frequentius in vsu coniugij, quã in fornicatione: nā illam, cum peccatum fit illi gratum, prohibere nō satagit, sed actum, qui Deo acceptus est.

¶ Ad secundum duo respõdentur. Primum, qd licet dæmon non habeat potestatem in hominem nisi propter peccatum, exercet tamen sepe potestatem illam nō propter peccatum peculiare illius, quem torquet, sed propter peccatum Adæ, per quod potestatem obtinuit in orbem. Quare & innocentes potest vexare, veluti de diuo Antonio eremita legitur. Secundum, quod respondetur est, quod quãuis maleficiū propter peccatum singulare hominis accidat, nihilominus non est necessarium vt cessante peccato maleficiū cesset: quia pœna, remissa culpa, remanet. Neq; exorcismos oportet cõtra omnes dæmoniacas infestationes vim habere, sed contra illas, contra quas peculiaritè instituta sunt, vt putā ad expellendos dæmones ab obsessis corporibus. Neque habet virtutem, quæ semper necessariò fortiatur effectū, sed prout Deus ad salutem animarum nostra rum viderit expedire. Præsertim quia modò aucta propagataque fide nō tam frequenter exorcismi dæmones pellūt, qd in primordijs ecclesiæ, vbi ad eandem fidem confirmandā virtutes ille erant necessariae. Sed nihilominus adhibendi sunt exorcismi tanq̄ habentes virtutem, veluti orationes & pœces pro rebus temporalibus, licet nō semper effectum obtineant.

¶ Ad tertium denique iam respõsum est, qd de dæmon nō solū sublata potentia generandi potest copulam impedire, verum illam ligando. Et ideo nō solū maleficium contingit in homine ad omnes fœminas, sed frequentius impedit respectu vnius, modis supra expositis. Quare potest esse impedimentū dirimens matrimonium, hoc non tamen impediens personas, respectu aliorum.

ARTICVLVS III.

Utrum furia impedimentum sit matrimonium dirimens.

Impe

Partis negatiue argum. 1. **Impedimentum furiosorum** facillima est expeditionis. Arguitur nihilominus, quod furia non sit impedimentum. Spirituale matrimonium, quod in baptismo contrahitur, præstantius est carnali, sed furiosi baptizari possunt: ergo & matrimonium contrahere.

2. Argum. ¶ Secundo. Frigiditas & maleficium ob id impediunt matrimonium, quod impediunt copulam: sed furiosi non impediuntur quin possint illam consummare: ergo non sunt à matrimonio arcendi.

Pars affirmatiua. ¶ In cõtrarium est, qd plus furia vsum rationis tollit, q error, error autẽ impedit: ergo & furia. ¶ Ad quæstionem per distinctionẽ vnica conclusionẽ, eademq;ue trimembri, respondetur.

Cõclusio. Etenim si furia vel amentia matrimonio successit siue consummato siue solam rato, illud non dirimit, vt patet can. Hi qui. 32. quæst. 7. idq;ue ob rationem iam factam: quia verum matrimonium per nullum impedimentum dirimi potest, nisi per solam religionis professionem. Si verò rato antecessit, tunc furiosus vel perpetuus est, vel lucidis vtitur interuallis.

Furia duplex. Si perpetuus, nullatenus matrimonium contrahit, etsi attentet, nullum est: quoniam non potest habere consensum legitimum, qui est de essentia matrimonij. Imò verò neq; vllum perficere ciuilem contractum, qui validus sit. Quare hoc impedimentum continetur sub erroris genere. Eadem ratione nec si habens lucida interualla eo tempore, quo ratio illi eclipsatur, contrahere tentet. Eo tamen temporis articulo, quo rationis luce fungitur, si contrahat, solidum quidem sit matrimonium: sed tamen non nihil iniuriæ eidem matrimonio irrogat: quia non satis ad educandam prolem idoneus est. Et re vera si tam vir quàm foemina frequentiam amentia paterentur, fortasse esset mortale delictum. Nisi fortè per alias coniunctas personas satis esset educadis prolibus consultum. Per hæc patet sensus decreti Fabiani eadem cau. & quæst. Neque furiosus neque furiosa matrimonia contrahere possunt, sed si contractum fuerit (scilicet, extra furiam) non separentur.

Dubium. ¶ Circa primam partem conclusionis de vsum matrimonij cum furioso dubitatur, vtrum liceat coniugi sano cum insano & amenti concubere. Apparet enim quòd cum amentis sit sicut bestia, non liceat. Respondetur tamen id licere postquam legitimum est matrimonium: veluti licet ad ebrium mente profus abalienatum accedere, tametsi non sit vsque adeò honestum, præsertim si est periculum ne legi-

timè seminet. Imò verò si ipsa est mētis compos, potest vel causa liberos procreandi, velin remedium concupiscentiæ dementem virum incitare apparareque ad copulam. ¶ Ad aliud subinde quæsitum: videlicet, vtrum teneatur coniux sanus vel sana amentidum est in amentia, petenti debitũ reddere. Respondetur, quòd quantum ad rei naturam per se attinet, non tenetur, quia amentis non petit tanquam homo per rationis vsum, sed tanquam bellua, maxime quia ineptus est ad educandam prolem. Tenetur tamen per accidens, si aliter succurri non potest periculo illegitimè polluendi se, vel commiscendi se cum alia. ¶ Vtrum autem duos profus amentes liceat copulare: non quod in dubium sit vertibile, an id sit matrimonium: certissimum quippe est nullum existere, sed vtrum liceat eos veluti duo pecora coniugare. Audiui equidem Parisijs regem Franciæ id vel attentasse, vel fecisse. Et videtur licitum: quia illi non sunt capaces, vt peccare possint magis quàm pecudes. Nihilominus respondetur nõ esse licitum. Primum, quia fieret proli iniuria non solum educandæ: quia illi incommodo succurri posset per herum aut aliam præcipuam personam, quæ curam gereret prolis, vtrum & generandæ, quia filij nascerentur etiam amentes, quod est detrimentum humani generis. Quapropter quauis ipsi se vellent copulare, essent prohibendi. Item propterea quod est monstrum permittere, vt homines belluarum more carnaliter congregiatur: id enim vbicumq;ue, etiam in sacro attentarent. Veluti si infantes aut amentes blasphemarent, aut aliud attentarent, quod genere suo, saltem lege naturæ, esset peccatum & foedum, cohibendi essent.

¶ Ad primum igitur argumentũ negatur consequentia. Matrimonium enim furiosi nõ ob id prohibetur, quòd sit præstantius spirituale: sed quia dum sit, requirit consensum ac subinde rationis vsum: baptisimus verò, quòd matrimonium contrahitur spirituale, non requirit suscipientis consensum, sed sufficit ecclesiæ fides. ¶ Ad secundum respondetur non eadem ratione furiam matrimonio obstare, quo frigiditatem aut maleficium. Illa enim, quia obstant effectui circa vsum matrimonij, illud dirimunt, furia verò non nisi quia obstat causæ: nempe, consensui, quo contrahitur.

¶ Hic Magister sententiam ac subinde eius interpretes de incestu sermonem interferunt, cum tamen impedimentũ sit criminis, aptius dist. 37. inter alia crimina collocabitur.

Aliud dubium.

Dubium.

Solutio authoris.

Nota.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

DISTIN

DISTINCTIO trigesimaquinta. De coniugio seruorum & puerorum.

Text. Cap. 1.

Rater recensita impedimenta cõditio quoq; seruitutis inter matrimonij impedimenta cõscribitur. Nã etsi seruitus ius profus matrimonij cõtrahendi nõ extinguat, quominus si serui, heris etiã renuentibus, pactum matrimonij cõcederent, solidũ sit: quod Adrianus Pontifex ex illo ad Gala. 3. In Christo Iesu non est seruus, neque liber, colligit. Et Iulius præterea definit, quia omnibus vnus est pater. Tamẽ quia matrimonium non nisi libero consensu conglutinatur, si liber ancillã ducat, vel ingenua seruo nubat cõditionis ignara, matrimonium neutiquam consistit. Si verò scientes & prudentes in eiusmodi coniugium, consentiãt, solidum est. Sic nos idẽ Iulius illo decreto curauit admonitos. Si quis ingenuus homo vxorẽ ancillam alterius acceperit, & existimat, quòd ingenua sit, si ipsa foemina fuerit postea in seruitute detecta, si eã à seruitute redimere potest faciat: si non potest, si voluerit aliã accipiat: si autem ancillam eam scierat, & collaudauerat, pro vt legitimam eam habeat. Similiter & mulier ingenua de seruo alterius facere debet.

Ca. 1. de cõiug. seruo.

Ca. Omnis 29. q. 2.

Can. Siquis ingenuus. 20. q. 2.

¶ At verò si post pactum & ratum inter ingenuos coniugium, vir se in seruitutem dedat, non tamẽ proinde (vt Triburienſi synodo cautum est) aut matrimonium dirimitur aut vxor in seruitutem cogitur. At verò vxor absque cõiugis facultate seruum se facere nequit. Quo autẽ res ad filios spectat, ventris conditionem secundũ imperatorũ leges, & sacra Pontificũ instituta sequuntur. ¶ Et quia puerilis ætas nonnullum seruitutis specimen refert, tandem animaduertendum ante ætatẽ quatuordecim annorũ virilem, & duo decim foemineam conjugale pactũ minimè conualescere, vt tam ciuili lege, de ritu nuptiarũ, quàm sacris canonibus, de despõsatione impuberum, cautum est. Attamen cum huiusmodi decreta quodam potius arbitramento coniecerint, quàm punctim attigerint, prudenter excipiunt, quòd si paulò citius & vsus rationis & viri potentia maturuerit, vt tam prudentia quàm malitia ætatem suppleuerit, matrimonia inter impuberes consistant, vt Alexand. 3. ca. Continebatur, & ca. De illis, eodem tit. prouidenter admonuit. Nam de sponsaliorum ætate supra scriptum reliquimus.

Ca. Perla. 29. q. 2.

L. Partum. C. de rei uẽ. Ca. Vnico. de natis ex libe. uẽtre. Cap. 3.

dist. 27. q. 2. art. 2.

DISTIN

DISTINCTIONIS
trigesimæ quintæ, Quæst. vnica,
De coniugio seruorum &
puerorum.

ARTICVLVS. I.

Vtrum inter seruos possit absque licentia Dominorum matrimonium contrahi.



AS quatuor distinctiones, quippe quæ apud Magistrum non tanta ordinis luce fulgebant, decuit ordine paulò in uerso trãsmutare. Etenim post impedimenta naturalia frigidi tatis & maleficij congruentius sequuntur impedimenta seruitutis, & ætatis, quæ conditiones sunt personæ, quam impedimentum criminis, quod ex voluntate procedit. De qua ergo seruitute in hac distinct. dicere constituimus, & in duab⁹ proximis de impedimẽto criminis, & in. 38. de ordine & voto, quæ quandam in

Partis negatiue ar. 1.

ter se habent cõnexionẽ. Arguitur ergo qd seruorũ matrimoniũ absq; heri licentia nullũ sit. Nemo rem, cuius non est dñs, absq; dñi facultate potest alicui tradere: seruus aut, vt, ait, Philosophus, nõ est sui iuris, sed dñi: ergo non potest absq; eius facultate se in matrimoniũ alteri dedere. ¶ Secundò ad maiorem huius explanationem arguitur. Seruus tenetur Dñi iussa capeffere, & ei obedire: ex altera parte maritus tenetur vxori debitum reddere, ipsamq; alere: hæc autẽ in cõpatibilia sunt, quia nemo potest duobus Dominis seruire præsertim: cum ius herus habeat, diuidendi serũ, eumq; subinde ad exterarum nationes traducẽdi, vbi vxorem amplius reuifere nequeat: ergo matrimonium absq; Dñi facultate contractũ nullius est valoris, ¶ Tertiò. Obligatio, qua homo se diuinis obsequijs addicit, fauorabilior est, q̃ illa, qua se subijcit vxori: sed seruus absq; Dñi consensu nequit religionem profiteri, vel ad clericatum promoueri: ergo multò minus se potest matrimonio implicare. ¶ In contrarium est verbũ Pauli ad Galat. 3. In Christo Iesu non est seruus neq; liber: vbi æqua Christianorum libertas ad contrahendum matrimonium insinuatũ, siue serui sint, siue liberi. ¶ Ad quæstionem vnica conclusione respõdetur. Seruitus ius nõ adimit seruis matrimonium contrahendi, quo

2. Argum.

¶ Secundò ad maiorem huius explanationem arguitur. Seruus tenetur Dñi iussa capeffere, & ei obedire: ex altera parte maritus tenetur vxori debitum reddere, ipsamq; alere: hæc autẽ in cõpatibilia sunt, quia nemo potest duobus Dominis seruire præsertim: cum ius herus habeat, diuidendi serũ, eumq; subinde ad exterarum nationes traducẽdi, vbi vxorem amplius reuifere nequeat: ergo matrimonium absq; Dñi facultate contractũ nullius est valoris, ¶ Tertiò. Obligatio, qua homo se diuinis obsequijs addicit, fauorabilior est, q̃ illa, qua se subijcit vxori: sed seruus absq; Dñi consensu nequit religionem profiteri, vel ad clericatum promoueri: ergo multò minus se potest matrimonio implicare. ¶ In contrarium est verbũ Pauli ad Galat. 3. In Christo Iesu non est seruus neq; liber: vbi æqua Christianorum libertas ad contrahendum matrimonium insinuatũ, siue serui sint, siue liberi. ¶ Ad quæstionem vnica conclusione respõdetur. Seruitus ius nõ adimit seruis matrimonium contrahendi, quo

3. Argum.

¶ Tertiò. Obligatio, qua homo se diuinis obsequijs addicit, fauorabilior est, q̃ illa, qua se subijcit vxori: sed seruus absq; Dñi consensu nequit religionem profiteri, vel ad clericatum promoueri: ergo multò minus se potest matrimonio implicare. ¶ In contrarium est verbũ Pauli ad Galat. 3. In Christo Iesu non est seruus neq; liber: vbi æqua Christianorum libertas ad contrahendum matrimonium insinuatũ, siue serui sint, siue liberi. ¶ Ad quæstionem vnica conclusione respõdetur. Seruitus ius nõ adimit seruis matrimonium contrahendi, quo

Pars affirmatiua.

¶ In contrarium est verbũ Pauli ad Galat. 3. In Christo Iesu non est seruus neq; liber: vbi æqua Christianorum libertas ad contrahendum matrimonium insinuatũ, siue serui sint, siue liberi. ¶ Ad quæstionem vnica conclusione respõdetur. Seruitus ius nõ adimit seruis matrimonium contrahendi, quo

Conclusio.

vnica conclusione respõdetur. Seruitus ius nõ adimit seruis matrimonium contrahendi, quo

minus si etiã inuitis dominis illud contrahant, solidum sit & legitimum. Nominẽ seruorum ancillarumq; iuridico mancipia dũtaxat intelligimus quocunq; iure dominium aliorum venerint, vt serui à liberis discernantur. Cõclusio est Adriani Pontificis capit. 1. de coniugio seruor. vbi testimonio citato Pauli probat inter seruos matrimonia nullatenus prohiberi etiã si inuitis dominis cõtracta fuerint, tametsi debita & consueta seruitia eisdem dominis nihilominus debeant exhiberi. Eadem est definitio Iulij Papæ, canon. Omnibus. 2. 9. q. 2. Quod si concilium obijcias Gabilonense canon. Dictum est, ead. caus. & quæst. vbi cauetur, qd coniugia seruorum tum non dirimantur, cum per voluntatem Dominorum fuerint contracta. Respondetur, quod illic insinuat, quod si fuerint contracta inuitis heris dissoluantur, sed quod tunc debeat seruus nihilominus seruire domino. Quare non potest tam liberẽ cũ vxore commanere.

Probatur conclusio,

¶ Atqui conclusio hæc non solum humano iure, sed etiam diuino fulcitur. Enimuerò seruitus humano iure: scilicet, gentium, introducta est: ius autem positium naturali non obstat: est autem non tantum hominibus, verum & cunctis animantibus à natura inditum, vt quem admodum per alimentoniam propria indiuidua sustentant, ita & per generationem speciem propagando conferuent, quæ quidem generatio inter mortales, vt ex superioribus constat, nisi per matrimonium non fit legitime: ergo sicut domini cohibere seruos nequeunt, quominus alimenta sumant & somnum capiant, atque alia faciant, quæ ad vitæ sustentamentum necessaria sunt, ita neque arcere eos à matrimonio possunt, quin si cõtrahant, validum sit & firmum. ¶ Hanc rationem, quæ S. Thomæ, & theologorũ est, Richardus dist. præsent. arti. 4. eneuare conatur. Ait siquidẽ falsum esse seruitutẽ tantum iure gentium & humano introductam: quippe cum philosophus. 1. Polit. homines elegantioris ingenij cæteris hebetibus ac rudibus, qui viribus corporis valent, dominari autmet. At verò, vt lib. 4. de iustitia & iure. q. 2. ar. 2. diximus, sub illa Aristotelica sententia obscurus intellectus latet, nisi prudẽter legatur. Illa quippe naturalis seruitus lógẽ à legali distat. Rudes em̃ homines, & qui non tã ingenio, q̃ corpore valent, nõ sunt sic elegantiorum serui, vt mancipia, imò seruitus illa libertatem non excludit, sed tenentur parẽre elegantioribus quantum ad doctrinã & eruditionem propter suum ipsorũ proprium bonum: tenenturque illis vicissim de honestate seruire. Quare neque

Seruitus quo iure inducta.

Richardus

Obiectio Richardi. Author.

Seruitus naturalis.

Seruitus legalis.

re neque ipsi, neque sua bona sunt aliena, vt ab elegantioribus possideatur. De qua, vtique seruitute impræsentiarum non loquimur, sed de alia legali, de qua habetur Instit. de iure personarum. & ff. de statu homi. l. Libertas. vt qui bello capitur, aut seipsum vedit, seruus fit: id est heri mancipium & possessio, quæ quidem proculdubio iure gentium introducta est post peccatum, cum in primæua hominum conditione omnes fuerint liberi conditi.

Cõclusiois declaratio.

¶ Hinc ergo ratio nostra originem ducit: nempe, quod quemadmodum ius gentiũ diuisionem faciens rerum, quarũ possessio, natura integra, cõmunis erat, efficere nequiuit quominus in extrema necessitate, ipsa acclamante natura, possessio earum rerum sit egentibus communis, ita ius seruitutis non potuit hominibus ius naturæ adimere cõseruandi tũ propria indiuidua, tũ & per matrimonia propriã speciẽ. De hac seruitute superius dist. 30. q. 1. art. 1. nõnõl la prædiximus. Conclusio verò intelligitur, siue serui inter se contrahant, siue cum ancilla liber, aut cum libera seruus, dummodo nullus error lateat, vt ar. proximo explicabitur.

Obiectio.

¶ Contra hanc tamen conclusionem ius ciuile pugnare videtur. Nam lege, Cũ ancillis. C. de incestis nuptijs, cauetur, ne cum ancillis coniugium fiat, ob id quod serui inde nascuntur: nã partus sequitur ventrem. Respõdetur autem, quod quicquid ciuile ius propter suam Rempublicam statuat, non tamen potest iuri canonico, quod naturali & diuino consonantius est, officere, quæ quidem iura huiusmodi seruorũ matrimonia pro ratis habent & firmis. Quauis certe liberis, si absque aliqua causa vel vrgẽte, vel valde comoda ancillam sibi in matrimonium adiungat, nequeat à culpa excusari, licet genere suo non sit mortalis, nisi grauibus circumstantijs aut scandalo augeatur.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum respondeatur, quod seruus nõ est heri in ijs, quæ sunt naturalia, sed in alijs seruitijs, quæ naturalibus adiunguntur. Et ideo licet nõ possit aut se aut sua quantum ad alia obsequia alteri tradere, potest tamen quantum ad munus illud generandi, quod sibi à natura conceditur, in quo à Domini seruitute exemptus est.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum per proximã solutionem partim responsum est. Non enim seruus tenetur Domino obtemperare, si eum ab illo iure cohibeat, quod ei natura largitur sed in reliquis. Vnde si dominus seruo facultatẽ faciat in eundem matrimonij cum ancilla, quauis non ideo eum libertate donet aut donare censeatur, iure tamen cogitur, eum permittere cum vxore ha-

bitare, saltem quantum ad nonestam solutionem debiti, nõ obstante detrimento, quod sibi inde accrescat. Quare tunc nõ potest in lógin quam regionem eum venditum emitte. At verò dũ absque eius facultate seruus partim se matrimonij vinculo irretiuit, siue cum ancilla eiusdẽ vel alius domini, siue cũ libera, non subinde à debitis seruitijs domino soluẽdis eximitur, vt Pontifex decreto citato adinonet. Imò aiunt nonnulli, quod potius tunc inclinadum ei est in obsequium Dñi, quam in ius nuptiale. Veruntamen sapientiũ hic D. Thomas edocet, tunc prudentia opus esse ad discernẽdum, quando maritus ille seruus seruire potius Domino teneatur, quam vxori, & quando vicem vertere. Primum enim, quando domino nocumentum non nisi parui momenti agitur, debet vxori morem gerere. Attamen domino tunc aliquid imperante dum vxori reddendum est debitum, aliq; ue eius necessitati prouidendum, libranda est vtriusq; necessitas, vt maiori succurratur, quauis in re præcipui momenti domino sit obtemperandum. Et re dubia vtra necessitas præponderet, potius in fauorem matrimonij est inclinandum, & tunc potissimum dum periculum carnis in coniuge timetur, vt ex cap. Licet. eod. titulo colligitur. Nam ius naturale matrimonij iure gentium seruitutis præfertur. Ibi enim cum mulier diuertium postulare causata virum suum esse seruum, & maritus contra allegaret, se esse liberum, re dubia in fauorem libertatis pronunciatũ est.

S. Thom.

In fauorem matrimonij re dubia.

Casus cap. Licet.

An liceat dño coniugatiũ serui vendere.

Opinio quorundam. Opinio uera.

S. Thom.


Ratio. 1. huius opinionis.

¶ De alio verò argumenti mēbro, vtrum fas sit domino serui absque eius licentia coniugatiũ vendere, vt in extraneam prouinciã transmissus vxore priuetur, glossa citati capituli. 1. eod. titulo, quorundam opinionem recitat dicentium esse licitum, & tunc subinde vxorem cogi eum sequi. Sed aliam contrariam amplectitur dicentium, talem venditionem esse prohibendam, quia est in perniciem naturalis iuris matrimonij. Cui quidem sententiæ impræsentiarum Diuus Thomas patrocinauit. Præcipue cum nõ desit facultas seruum iusto pretio vbicunq; atque adeò in propria patria vendendi. Aduerfaretur enim in primis talis venditio charitati, & forsan iustitiæ, nisi bona fide herus compulsi id faceret: vt si peregrè proficiscens, vel ad bellum, vel aliqua de causa secum seruum duceret, & illic egeitate pressus illum venderet. Tunc verò si maritus commode possit illuc vxorem transferre, tenetur quidem illa obedire, si tamen ipsa sine graui detrimento eum sequi non possit, certè iure matrimonij non cogeretur, teneretur tamen vi-

uente marito castè viuere, nec vlla ei irrogaretur iniuria, postquam sciens ac prudens seruo se adiunxit. ¶ Ad tertium negatur, simile ius seruo suffragari, vt inuitis dominis religionem profiteatur: nulla enim est in hac parte religio nis cum matrimonio, similitudo. Nam per matrimonium seruus nō omnino à seruitute subducitur: quandoquidem potest ad horam rei vxoriz vacare, & protinus ad seruitia redire. Votum autem solenne religionis totum hominem absorbet, vt semper teneatur obedientiz prælati præstò adesse, atque adeò à seruitijs domini semper abesse. Item, quia per matrimonium, vt dictum est, non se obligat homo vxori, nisi in illo officio naturali generandi, sed religioni obligatur monachus in omnibus alijs operibus, quæ Domino debet. Et ideo furtum sui ipsius faceret seruus religionem ingrediens. Potest tamen etiam inuito domino votum castitatis emittere: quia in hoc non ei subditur. An verò possit ordines sacros suscipere, dist. 25. copiose responsum est.

ARTICVLVS. II.

Utrum seruitutis cōditio aliquo saltem modo matrimonium impediatur.



ostquam simpliciter ius patet seruis matrimonium contrahendi, quæritur, vtrum aliquo saltem modo per seruitutem impediatur. Et arguitur à parte negatiua. Nihil matrimo-

Partis negatiue ar. 1.

nium prohibet, nisi quod ei aduersatur: seruitus autem, vt modo definitum est, non est matrimonio contraria: ergo illud non impedit.

2. Argum. ¶ Secundò. Id, quod contra naturam est, impedire illud nequit, quod est secundum naturam: seruitus autem est contra naturam, vt Instituti. de iure personarū, & l. Libertas. ff. de statu hominum. habetur: ergo non impedit matrimonium, quod est secundum naturam.

3. Argum. ¶ Tertio. Impedimentum matrimonij nihil refert, sciatur ne an ignoretur, vt patet de consanguinitate & affinitate: sed seruitus scita nō impedit: ergo neque ignorata. ¶ In contrarium est decretum Innocentij. Ad nostram. de coniugio seruorum, vbi qui ignoranter contraxit cum ancilla, nexu matrimonij exoluitur.

Pars affirmatiua. ¶ Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Si liber ancillam ducat, quæ credit liberam, vel si libera seruo nubat, quem credit liberum, matrimonium nullum est. Con-

1. Cōclus. clusio præterquam decretali allegata, atque alijs eodem titulo confirmatur canō. Si quis liber. & can. Si quis ingenuus. & can. Si fœmina. 29. quæst. 2. Ac deinde ratione iure naturæ fulcita. Contractus coniugalium vim habet, vt alterutrum se cōiuges obligent, tum debitum sibi inuicem reddere, tum in eadem domo & proles educare, & gubernare familiam: si ergo aut vir aut fœmina impotens est hæc munera persolvere, ignorantia eiusmodi personæ contractum vitiat, atque adeò matrimonium tollit. At verò sicut per impotentiam coeundi fit homo inhabilis ad soluendum debitū, ita per seruitutem ad liberè soluendum, atque ad alia obeunda domestica munia: ergo sicut ignorata impotentia coeundi matrimonium aufert, ita & ignorata seruitus: quoniam, vt ait, Philosophus, ignorantia libertatem tollit: ideoque eiusmodi consensus nō censetur spontaneus.

clusio præterquam decretali allegata, atque alijs eodem titulo confirmatur canō. Si quis liber. & can. Si quis ingenuus. & can. Si fœmina. 29. quæst. 2. Ac deinde ratione iure naturæ fulcita. Contractus coniugalium vim habet, vt alterutrum se cōiuges obligent, tum debitum sibi inuicem reddere, tum in eadem domo & proles educare, & gubernare familiam: si ergo aut vir aut fœmina impotens est hæc munera persolvere, ignorantia eiusmodi personæ contractum vitiat, atque adeò matrimonium tollit. At verò sicut per impotentiam coeundi fit homo inhabilis ad soluendum debitū, ita per seruitutem ad liberè soluendum, atque ad alia obeunda domestica munia: ergo sicut ignorata impotentia coeundi matrimonium aufert, ita & ignorata seruitus: quoniam, vt ait, Philosophus, ignorantia libertatem tollit: ideoque eiusmodi consensus nō censetur spontaneus.

Ratio.

Dubium.

¶ Dubium autem est, an hoc impedimentum sit de iure naturæ, an verò solum de iure Pontificio. Videtur enim quod sit de iure naturæ: nam error personæ, vt si quis credens se cōtra here cum Maria, cōtrahat cum Ioanna, est impedimentū iure naturæ, quia non existimatur consensus: ergo idem est de conditione seruitutis. Paludanus distin. præsentis quæst. 1. ait, hoc non esse impedimentum nisi ex statuto ecclesiæ, neque esse simile de errore personæ. Et certè ita videtur: nam hic non est, nisi error qualitatis: & ideo si statutum ecclesiæ non obstaret, matrimonium teneret. At verò statutum hoc, multum (vt dicebamus) iure naturæ fulcitur: nam per huiusmodi errorem plurimū homo detrimentorum accipit, cum ex ancilla nō possit suscipere filios nisi seruos, ad ordines sacros atque ad alios honores publicos obeundos minus idoneos. Quæ quidem incommoda iniquissimum esset, hominem inscium pati. Quod si quis arguat. Peius est homini ancillæ diaboli: hoc est, peccatricem, in vxorem accersere, quàm ancillam legalem: sed illud impedimentum non obstat: ergo neque hoc. Negatur consequentia: quoniam licet peior sit seruitus spiritalis, non tamen est fini matrimonij tam incommoda. ¶ Secunda conclusio. Quando inter seruū & liberam, aut inter liberum & ancillam, conditione seruitutis cognita matrimonium contrahitur, solidum est & legitimum. Conclusio est eisdem citatis canonibus definita. Et ratio est liquida: quoniam cum seruitus, vt superiori articulo definitum est, substantiæ matrimonij non obstat, scientique & volenti nulla fiat iniuria, consequitur, vt quauis ingenuus sit contrahens eadem incommoda &

Obiectio.

2. Conclusio.

Ratio conclusionis.

da & detrimenta ex coniugio ancillæ in liberis contrahat, nihilominus consensus ille suus liber merito reputatur, vt matrimonium consistat. Quapropter, vt superius adnotauimus, impedimentum seruitutis non inter necessaria, sed inter voluntaria matrimonij impedimenta connumeratur.

Ignorantia nomine quæ intelligitur.

Si liber ancillam &c. Error merito conditionis peioris, quare non censetur error. Neque si seruus ancillam ducat, etiam si ingenuam esse credat, matrimonium vitiat, quia cum æqualis sit vtrique obligatio, nō est cur seruus in coniuge meliorem conditionem requirat, quæ ipse in se habet. Ex quo fit, vt in summa dicamus, quod seruitus nunquam matrimonio obstat, nisi quando ab illo cōiuge ignoratur, qui liber est. Vbi autem re vera nulla interuenit seruitus, licet interuenire credatur, nullum est impedimentum.

¶ Sed est præterea animaduertendū, quod si ingenuus, qui ancillam, quam liberam crediderat, duxerit, postquam illam audiuerit esse ancillam, idque crediderit, aut probabiliter fuerit opinatus, carnaliter cognouerit, matrimonium sine alio consensu nouo fit legitimum: quia iam tunc censetur simpliciter consentire, & ita in foro ecclesiæ præsumitur, vt patet. c. Proposuit. & c. Ad nostram. eo. tit. Imò & in cōscientia sic pariter est iudicandū, nisi quando accessit, mente proposuerit, nō tanquam ad vxorem, sed tanquam ad concubinam accedere.

¶ Quid autem si ingenuus ancillam duxit, quam liberam esse arbitrabatur, sed tamē quauis nosset esse ancillam eam nihilominus duceret? Ricard. dist. præsentis art. 1. respondet, quod si in animo teneat, quod etiam cum illa contraheret, licet esset ancilla, matrimonium tenet. Non dicit simpliciter, quod si esset ancilla, eam etiam duceret: nam huiusmodi conditionales nihil ad rem pertinent, sed si in animo teneret hoc est, talem haberet affectum & consensum: scilicet,

Dubium.

Solutio Ricardi.

quauis ancilla hæc esset, illam ducerem. Et ideo non prorsus probabilitate caret, nam videtur ille tunc in ancillam cōsentire. Nihilominus explicatius respondendū est. Si enim expressè dicat, Duco te in vxorem quauis sis ancilla, tum licet credat esse ingenuam, verum est matrimonium: quia cōsensus practicus fertur in ancillam, & ideo ignorantia speculatiua nō obstat. Sed si seorsum apud se habeat illū consensum, quauis hæc esset ancilla illa ducerem, nihilominus in consensu, quo contrahit matrimonium, nec voce nec mente explicat illam conditionem, sed absolute contrahit cum hac, quæ credit esse liberam, re vera matrimonium non celebratur: quia canones simpliciter huiusmodi cōsensus pro nullo ducunt. Nisi postea cognita conditione, absolute integretur.

Authoris solutio.

¶ Ex his colligitur, quod si herus ancillæ ingenuam sua sponte desponsauerit, quauis sponsum credat fuisse liberam, matrimonium vigorem obtinet, vt ait, glossa super dicto ca. Ad nostram & illic Panormi. Et habetur in authent. de nuptijs. §. Si verò ab initio. colla. 4. quoniam eo ipso, quod dominus ancillam ingenuo nuptū tradidit, eam manumittit, & libertate donat. Imò si sciens tacet, vt illic Panormi: quia in tali casu qui tacet, consentire videtur. Secus si tradat eam seruo. Vnde à fortiori si Dominus ancillam suam propriam in vxorem duxerit, matrimonium tenet: quia eo ipso libertatem facit. Et de hoc extat lex regia in Hispania. Quid autem si postquam ancilla in scio domino, ingenuo nupsit credenti esse liberam, dominus eam manumittat? Respondetur, per hoc solum matrimonium nō firmari, nisi nouus consensus vtrique accedat, quia illuc vsque nullū erat matrimonium.

Quæstio. 1. obsequium ancillæ ingenuo lo cat.

Dubium.

¶ Sed per cōtaris, vtrum si dominus ancillam nuptam secretò manumittat, & post maritus manumissionem ignorans, eam cognoscat, vinculum inde matrimonij innodetur. Palud. dist. præsentis quæstio. 1. quorūdam refert opinionem dicentium tunc matrimonium iniri: quia ecclesia, cuius instituto hoc impedimentum innititur, non decreuit impedimentum esse, nisi quandiu error durat: & iam tunc maritus credens esse liberam, non fallitur. Nescio tamen an contraria opinio sit probabilior, videlicet, matrimonium nō cōualescere, nisi maritus nouerit esse manumissam: quia consensus ab initio nullus fuit & illa ignorantia, qua scilicet credebatur ab initio fuisse liberam, semper durat. Quare copula tunc nō reputatur nouus consensus. Ita tenet glossa super cā. Si quis ingenuus. 29. quæst. 2.

Sententia authoris.

Q. ¶ Ad

Libert. perpetua.

¶ Ad hæc cum de libertate loquimur, perpetuam intelligimus: nam si forte herus ancillam in tempore donauerit libertate, vt postea in feruitutem retrahatur, quauis eo libertatis tempore eam ingenuus duxerit, credens esse liberam, matrimonium est nullum. Secus si in perpetuum fuerit manumissa: nam tunc licet ingenuus credat nunquam fuisse ancillam, & si crederet nunquam illam duceret, nihilominus matrimonium tenet, quandoquidem liberta in ratione matrimonij contrahendi, verè libera est.

Dubium.

¶ Vtrum verò ad dissoluendum huiusmodi matrimonium, postquam ingenuus nouit coniugem suam esse ancillam, requiratur publicum ecclesiæ iudicium, ambigere quispiam potest. Respondetur tamen, vt supra de adulterio diximus, & inferius de consanguinitate dicturimus, quòd si certior ipse factus fuerit, potest propria autoritate separare se quo ad totum: imò si matrimonium fuerat clandestinum, poterit etiam quantum ad cohabitationem. Si verò fuerit in facie ecclesiæ celebratum, & ipsa reclamauerit, necessarium est, vt in foro iudiciali cognita causa pronuncietur esse ancillam, iuxta. c. Porro. supra citatum, de diuortijs. Quicquid de ingenuo respectu ancillæ dictum est, de ingenua respectu serui intelligatur.

Dubium.

¶ Postremum dubium est, vtrum si quis cum ancilla contraxit, ingenuam arbitratus, & postea conditionem resciscens vult cum illa coniugium confirmare, teneatur ipsa ancilla consentire. Aparte enim affirmatiua hoc pugnat argumentum. Illud matrimonium ab initio solum ex parte ingenui coniugis claudicabat, nam illa verè consenserat: ergo si postea ipsa vult consentire, ipsa tenetur in suo consensu permanere. Nihilominus respondetur, iure matrimonij ancillam non teneri consentire: nam cum matrimonium nequeat ex vna parte claudicare, & consensus ancillæ ab initio nullus fuerit, matrimonium nullum erat. Et ideo nisi denuò consentiant, nihil sit. Quare si alteri nubat secundum tenet matrimonium. Attamen ob honestatem promissæ fidei deberet induci vt consentiret non tamen iure cogi.

Nota.

¶ Ad hæc in calce notandum, quòd quousque homo seruus esse probetur, in possessione libertatis tuendus est. Imò verò libertas decennio præscribitur. Quare si seruus in coniugio tanto tempore durauerit, non potest ab hero repeti.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primū igitur argumentū respondetur, quod & si seruitus per se substantiæ matrimonij non obstet, ignorata tamen obstat eius causæ: nempe, libertati consensus.

¶ Et per hoc tertium argumentum diluitur. Condicio enim seruitutis non est per se impedimentum, vt cognatio, sed relata ad consensum. Et ideo ignorata impedit, scita verò minimè: cognatio nem verò aut cognosci aut ignorari nihil refert. ¶ Ad secundum respondetur, nullam repugnantiam inuolui aliquid esse vno modo contra naturam, & alio modo secundum naturam. Seruitus namque est contra primam intentionem naturæ: si enim integra maneret, qualis erat in statu innocentia, seruitus illi repugnaret. Sed tamen est conformis secundæ intentioni nature. Etenim postquam per peccatum corrupta fuit, ex qua utique corruptione bella exorta sunt: & egestates, atque alia æruntia & miseria, hoc habet contra mortem, quæ homini in bello imminet remediū, vt in seruitute victis seruetur. Et pariter, vt antiquus mos erat, qui extrema inopia premebatur, vt se ipsum venderet. Hoc enim pacto, vt. 2. de celo author est Philosophus, senium & quæcūque rei corruptio contra naturam est: quippe quæ nullum intendit malum. Est tamen corruptio illa ratione secundum naturam, quod intendit per generationem corruptibilia indiuidua conferuare, & non valet vnū nisi per alterius corruptionem gignere.

Solu. 3. ar.

Solu. 2. ar.

Inops.

ARTICVLVS. III.

Vtrum seruitus matrimonio superuenire possit.



dictum est de seruitute matrimonium præcedente, quaeritur subinde an possit matrimonio superuenire. Et arguitur à parte negatiua. Quod in fraudem nocuumtumque alterius factum est, pro rato haberi non debet: quod autem se vir ipsum vendat, in fraudem credit, aut saltem in detrimentum vxoris: ergo venditio illa irrita est.

Partis negatiue ar. gum. 1.

¶ Secundo. Vir & vxor in ratione matrimonij ad paria, vt dictum est, iudicantur, vxor verò non potest se, inuito coniuge, in ancillam vendere: ergo neque maritus inuita vxore. ¶ In contrarium est, quod vnusquisque potest id alteri dare: quod suum est: homo autem liber est sui iuris: ergo potest se ipsum vendere. ¶ Cum duplici ratione in seruitutem quispiam redigatur: scilicet, aut ratione belli, vbi iuste capitur, aut quia se homo ipsum vendit, de priori seruitute nemo ambigit: quia fit viro inuito, eadēque ratione possit & vxor

2. Argum.

Partis affirmatiua.

Decisio ar.

Cōclusio.

Ratio.

Solutio primi argu.

Solu. 2. ar.

vxor in seruitutem venire. Sed de potestiori mouetur quaestio, ad quam breuissima conclusione respondetur. Vir facultate vxoris non expectata potest se in seruum vendere & dedere. Probatur: quia vir non est vxoris nisi quantum ad torum, vbi opera procreandis liberis datur: de hoc enim vsu, ait Paulus, Vir non habet potestatem sui, sed vxor: in reliquis verò est suarum actionum dominus: ergo saluo iure vxoris petendi debitum, cui ipse dum possit respondere tenetur, potest se alteri in seruum dedere. Itaque sicut seruus nolente domino potest se in matrimonium tradere, ita & liber nolente vxore in seruitutem mancipare. Quocirca per huiusmodi accidentem seruitutem neque matrimonium distrahitur, cum fuerit legitimū, neque diuortium fit quo ad torum, quia potest ipsa si vult in libertate manens virum sequi: siquidem non subinde cogitur serua esse: cano. Per latum. eadem caus. & quæst.

¶ Ad primū igitur argumentū respondetur, quod quauis maritus in fraudem vxoris seruituti se se vendens macipet: videlicet, quia illud arbitratur fore mediū, ne cum illa, quæ odiosam habet, cohabitet, facit quidē contra charitatē, iusque subinde matrimonij violat, & fraus illa in suū ipsius caput refunditur, quia ex libero fit mancipium, nihilominus quia iure suo vitur, non peccat contra iustitiam, quæ debet vxori. Veluti si ob eandem fraudem aliam sibi causam obtendens peregrinè proficisceretur.

¶ Ad secundum respondetur, quod quauis in vxoria pari iure ambo coniuges teneantur, nihilominus in re domestica vir est caput vxoris quare non quicquid ipse ea renouente valet: ipsa quoque absque viri facultate potest: atque adeo absque viri facultate obtenta nequit se in seruitutem dedere.

ARTICVLVS. III.

Vtrum filij debeant conditionem patris sequi, an potius ventris.

Partis negatiue ar. 1.

2. Argum.

¶ Tandem de seruatorum filijs quaeritur, patrisne an matris conditionem sequantur. Arguitur enim quòd debeant sequi conditionem patris. Primo, quia à digniori debet fieri denominatio: & pater in generatione dignior est. ¶ Secundo quia esse rei est à forma: sicut esse rationale est ab anima: pater autem, vt. 1. de animalibus author est Philosophus, in generatione se gerit vt forma, mater autem vt materia.

¶ In contrarium autem est, quòd dum quis in agro seminat alieno, fructus cedunt in dominium illius, cuius est ager: sed mulier se habet vt terra: quàm vir seminat: ergo partus sequitur conditionem ventris.

Partis affirmatiua.

1. Cōclusio.

¶ Quæstioncula hæc facillimè expeditionis est, quia tota in iure positio collocatur, licet rationibus sit naturalibus subnixæ. Respondetur ergo duabus conclusionibus. Prima. Secundum leges ciuiles partus sequitur ventrem. C. de rei vendicatio. Quæ quidē indiscriminatim loquitur siue ex legitimo coniugio siue ex vago concubitu nascatur. ff. verò de statu homi. l. Lex nature, sit restrictio, vt qui nascitur sine legitimo matrimonio sequatur matrem, nisi lex specialis aliud inducat. Quibus verbis vtitur Iudorus cano. Liberi. 3. 2. q. 4. vbi addit, quod qui ex libero matrimonio orti sunt, scilicet, ex libero & ancilla, deteriore partem sequuntur. Nec valet glossa dicens, per deteriore partem intelligi matrem: quandoquidem illic sit distinctio inter natos ex legitimo vel sine legitimo matrimonio: & hos dicat sequi matrem, illos verò deteriore partem, scilicet seruitutem siue matris, siue patris. At verò vniuersalius seruatur lex Codicis sine distinctione. Et idem insinuat Grego. 9. ca. Vnico, de natis ex libero ventre, dicens, quod filij liberti aut libertæ non retrahuntur ad seruitutem. ¶ Secunda conclusio. In his, quæ pertinent ad dignitatē, sicut in honoribus publicis, & municipijs & hereditate & alijs proles sequitur patrem. Et vtriusque ratio ait. S. Thome est, quia proles habet à patre complementum formale, sed à matre substantiam corporis. Seruitus autem, corporalis conditio est, cum seruus sit quasi instrumentum domini in operando: & corporis sit animæ seruitutem, honor verò & illa, quæ ad perfectionem attinent, sequuntur formam, atque adeo patrem.

Iudorus.

Glossa.

Grego. 9.

2. Cōclusio.

Ratio. S. Thom.

Ricardus.

Ricardus.

¶ Ricardus verò hanc rationem satis firmam non existimat: quoniam libertas honorabilis conditio est, nihilominus sequitur etiam ventrem. Item filij non solum in hereditate patris, sed etiam matris succedunt. At verò Ricardus non satis rationis neruum inspexit: nam D. Thome. eius quod suapte natura, constat, rationem non affert: libertas autem suapte natura nisi aliunde obnubiletur, hominibus congruit. Ait ergo quod macula seruitutis non nisi ex ventre contrahitur: si autem mulier sit libera, seruitus non contrahitur à patre seruo: quare ex natura rei libertas pullulat. Defectus autem hereditatis non contrahitur ex matre sicut defectus seruitutis, sed ex natura rei sequitur hereditas & patres & matrem, nihilominus & rationes alie Ricardi

Alie rationes Ricardus.

bonæ sunt. Partus nanque ratione matris certitudinē habet, non autē ratione patris. Et hāc arbitrator rationē secūdā leges ciuiles esse optimam: sicut fructus vñ decūque seminātur, certum est ab ista terra produci, & ideo cedunt in dominiū domini prædij. Et præterea terra est: quæ totam substantiam tribuit multiplicandi seminis, & in ea nutriuntur fructus, & pariter mater est, quæ totam corpulentia foetui ex suo sanguine subministrat: itaq; ipsum sustinet: & in ventre nutrit, & labores perfert: quare naturali rationi consentaneum est, vt partus in dominiū heri matris veniat. Et illa erat lex antiqua. Exod. 21. Si dominus dederit ancillā suā alicui in vxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi eius erunt Domini sui. Ipse autem, si fuerit seruus ex Hebræis, septimo anno egredietur liber. Et est notandum, qd vt partus sit liber, satis est matrem vno tēporis momēto anteq; fuerit partū enixa, esse liberā.

Alia ratio.

Exod. lex.

Nota.

Partus alicubi deteriorē conditionem sequitur.

Declaratio legis.

Nota.

vsus impeditus.

Solu. 1. ar.

§. 1. Insti. de ingenuis. ¶ Addit verò S. Tho. in quibusdā terris, quæ iure ciuili: scilicet Imperatorū, non reguntur, partū sequi deteriorē conditionē, vt quāuis mulier sit libera, si pater est seruus, filij nascantur serui: dūmodo ex matrimonio orientur. Et alludit ad præfatū cap. Liberi. Isidori, vbi, ait glossā, qd secundū leges Lō gobardorū & Theutonicorū filij sequuntur deteriorē partē, scilicet, seruitutē aut patris aut matris. Intelligitur tamē lex, si pater ante contractū matrimonij seruus fuerit, secus si post seipsum vēdiderit: quia nō debet ingenua mater, quæ bona fide libero nupsit, ex superueniēti factō patris iacturam in filiorū libertate pati. Vnde fit, vt si alicubi lex illa viget, sequendi deteriorē partem, tunc si parentes sunt ambo serui diuersorū dominorū, domini illi debēt inter se filios dispertiri, vel si vnus fuerit tantū filius, tunc dñs, qui illum vsurpauerit, debet alteri in edietatē pretij refundere. At verò non est credibile, vt ait. S. Thom. in Repub. prudentiū hominum hanc legē viuere: quando quidē alia, scilicet, qd partus, sequatur ventrē, & legibus Imperatorū, & more plurimorum sapientium, & rationibus à natura profectis sit fulcra. Quare inter Hispanos, Gallos, & Italos, hæc more & vsu seruantur. Verū est quod in odiū mulieris, quæ seruo suo nupsit, antiqua lege cautū fuit, vt partus patrē sequeretur: essent scilicet, serui & omnino nobilitate priuati, imo & à materna hæreditate exclusi. vt. l. vnica. C. de mulieribus, quæ se proprijs seruis iunxerunt.

¶ Ad primum igitur argumentū respondetur qd licet pater sit dignior, quia principij agens: materia tamen dat substantiā corporeā, & cor

pus est, quod seruitio deputatur. ¶ Ad secūdum respondetur, qd propterea qd pater dat formam, solum sequitur esse specificū, atque ad eodē perfectiones filium potius à patre quā à matre ducere. Quapropter filij in rationis vsu & prudentia patribus similiores nascuntur, quā matribus, quibus ideo in publicis honoribus & hæreditatibus succedūt, atq; adeo eorum nomina & stemmata sequuntur. Quocirca genealogiæ per lineam masculinam potius quā per foemeninā decucuntur, vt sacra nos etiā historia docet. Et ideo in Repub. illi qui nobiles per lineam paternam probantur, quāuis materna eis fuerit aut rustici aut cōtaminati sanguinis, iuribus nobiliū fruuntur.

Solu. 2. ar.

Filij similes patribus nascuntur.

ARTICVLVS. V.

Utrum ætas legitima contrahendi matrimonij rectē in viro statuta sit quatuordecimo anno, & in foemina duodecimo.



Voniam defectus ætatis defectui libertatis quodammodo assimilatur quæstio de ætate, superiori de libertate adiungitur. Arguitur ergo, qd ætas illa, quæ de nuptijs contrahendis lege præscribitur, nō sit idonea. Prouectior ætas ad cōsensum conjugalem exigere videtur, vbi de statu totius vitæ deliberatur quā ad bonorum administrationem: hæredem autem in bonorum possessionem leges nō mittunt vsque ad annū vigesimum quintū: ergo minor ætas ad matrimonium non deberet sufficere.

Partis negatiue ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua. Decisio ar.

Aristot.

¶ Secundò. Seruitus & impotentia coeundi tantum nocet matrimonio quātum puerilis ætas, sed illa non obstant, nisi dum ignorantur, vt superius dictū est: ergo cognita ætas illegitima non debet esse impedimentū matrimonij, quominus sit validum si contrahatur.

¶ Tertiò. Foemineus sexus non tanta rationis virtute pollet, qd masculinus: ergo diutius expectari deberet, vt maturefceret: nō ergo satis illis consultum est, vt duodecimo anno foemina nubant, cum masculi non possint vsque ad quartum decimū cōtrahere. ¶ In contrariū est lex canonica: quæ quatuordecim annos viro, foemina verò duodecim præscribit. ¶ In ætate contrahēdo matrimonio cōstitutū distindendum est, quid de rigore liceat, quidue de honestate deceat. Institutores nanque Reipu. vt Aristot. 7. Polit. cap. 19. tradit, non tantum quid

Primum in comodum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

In pueritia.

Nota.

Leges.

Cælestis.

Status tēporis triplicis. Primum.

quid liceat sed quid deceat, cōtemplari debet. Ait enim illic Philosophus, qd si vires naturales cōsulamus, virū spiritus gignēdi anno septuagesimo aut circiter deficiunt, foeminā verò potestas concipiendi prope annū quinquagesimum. At verò foemina ad concipiendum circa annū decimū octauum fit idonea: nam ante illum nō nisi raro, & plurimū foemellas concipit, & cum magno periculo parit. Habet ergo mulier spatij triginta ferè annorum ad concipiendum. Et ideo tantū est viris ad generationem indulgendū, vt ambobus eodem tempore exhauriantur. Quocirca foemina decimus octauus annus constituitur ad nuptias, viris verò trigessimus septimus aut circiter. Præterquam quod circa hæc tēpora alia incommoda subsequuntur: nam generatio non debet fieri nisi ex superfluo salua semper viri substantia: diu autem viri in tenerissima ætate rei Veneræ ma.icipatur, vires proprias extenuat, & malignè adulescunt, & proles corporis & virium inopes gignūt. Nec foemina vterum habent satis amplum, quo possit foetus extendi & informari. Præterea, qui in pueritia rei Veneræ affuescunt, libidinosi maximè & intemperates fiunt: quippe qui carnis illecebras ante tempus exulcitat & irritant. Adde qd pueri non debent ab ætate paterna aut nimium aut minimum distare. Illi verò qui in senectute rei vxoriæ operam impendunt, nec tenellis filijs oblectantur, vt iuuenes, neq; illis possunt alimenta providere imò crebro nō nisi posthumos generāt. Rursus qui in pueritia vxoribus se se dedant, filios gignunt, qui nō possunt parentes pro dignitate reuereri: quippe quibus sunt ætate ferè æquales. Hæc certè considerata debent parentis speculari, antequā teneros natos nuptialibus sarcinis & molestijs onerarent. At vero leges non tam decente, quā necessitati succurrunt, id circo temporum rationem meditantur, quibus generationi homines operam nauare possunt.

¶ Ad quæstionem ergo vnica conclusione respondetur. Tempus legitimū matrimonij cōtrahendi est in viro quatuordecim annorum, & in foemina duodecim. Etenim in contrahendo matrimonio ratio habenda est, tum consensus, vt sit liber, tum etiam finis matrimonij, vt coniuges sint genere potentes. Et quantum ad rationem primam dist. 17. q. 2. vbi de sponsalibus agebamus, tria temporis interstitia distinximus. Primum, scilicet, quo homo, licet per se satis cōsulere sibi nequeat, potest tamē qualecunque ab alio cōsiliū capere: & illud est in fine primi septennij. Et ideo licet tūc nō

possit se in legitimū matrimonij tradere, potest tamen illud polliceri, postmodum legitima ætate complendum: quare ille tēporis articulus sponsalibus est idoneus. Secundū tempus est in fine septennij, quo potest de seipso disponere: nam habet tunc rationis lucem, vt liberè possit in matrimonij cōsentire. Sed quia id ad dispensationem & administrationem bonorum maturius iudiciū exigitur, expectatur finis tertij septennij. At verò quātum ad potentiam generandi illo etiam tempore secundi septennij, vt experiētia docet, reperitur in viro, licet, vt diximus, malignè fiat & indecenter. Igitur cum matrimonij, eo quod ex vna parte contractus ciuilis est, & ex altera à natura ad generationem indictum, subiectum est & iuri humano positiuo & naturali: vtraque ergo ratione, & liberi consensus & generationis considerata, leges tempus matrimonio cōtrahendo definiunt: quatuordecim, scilicet, annorū in viro, & duodecim in foemina. Vnde. c. Quod sedem. de frigidis & malefi. puer qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio. Et de desponsa. impu. c. Vbi. ait, Nicolaus Distinctus inhibemus ne alicui quorum vterq; vel alter ad ætatem legibus vel canonibus determinatam non peruenerit, coniungantur. Lex autē ciuilis est de ritu nuptiarū. Minorem. Nā de ætate septē annorū in sponsalibus, est lex. In sponsalibus. ff. de sponsalib. Canones autē sunt. ca. Literas, & cap. Continebatur, & capi. Attestationes, de desponsat. impub. Et intelligitur impedimentū hoc non solum impedire contrahendum, sed etiam dirimere contractū. Veruntamen ante illam ætatem sponsalia, vt dictū est, valent post septennium: & quāuis matrimonium per verba de presenti tunc ante secundum septennium cōtrahatur, non valet nisi pro sponsalibus de desponsa. impub. c. Vnico. lib. 6. Quare nisi post legitimā ætatem denuo cōsenferint, separari possunt. Tame si propter fidem præcedentem, nisi causa aliqua legitima intercesserit, teneantur de honestate matrimonij nouo cōsensum perficere. Si verò ante talem consensu alia matrimonia confœderauerint, illa tenent.

¶ Est tamē adnotandum, qd cum hoc tēpus ecclesia arbitramēto quodā vsa constituerit, nō est tam pūctim considerandū quominus si circiter illud sponsi copulā consummauerint, matrimonij teneat. Ita habet eo. c. citato. Cōtinēbatur. & c. De illis. 2. & c. fina. eod. tit. Nam vt ait, Philosophus. 2. Physi. parum pro nihilo reputatur. ¶ Quod si rursus cōsiliū caperis, quā tum sit illud paruum tempus? Multi dicunt es se se-

Secundus.

Tertius.

Potentia generandi.

Nico. pap.

Impedimentū etiam dirimens.

Nota.

An sufficiat annus inceptus.

Parū tēporis se se-

Semestre. se semestre, vt glossa eiusdem ca. Continebatur. nam dimidiatus annus postremus pro completo habetur. Determinatio est iurisciuilis. Non tantum. ff. de excusatio. tutorum. At vero glossa. s. Pupillus. Instit. de inutilib. stipula. & glossa in sum. Instit. de obligat. quæ ex de licito. ait, quod masculus ab anno decimo cum dimidio incipit esse pubertati proximus: quia indie iam trāsiuit medietas secundi septennij. Et ita tenet Panor. & Syluest. verb. Matrimo. 5. At tamen quicquid sit de alijs contractibus impuberum, tamen in cōtrahendo matrimonio nō designatur nisi vndecimus in fœmina si modò copula consummetur. Vt cap. citatū Continebatur. ait, scilicet, quod si fœmina fuerit ætati proxima: nempe, in vndecimo, vel circa duodecimum annum, & cognita fuerit à viro, vt decimus annus satis est cum consummatione copulæ. Nisi fatius cum S. Thom. dicere existimaueris supra dist. 27. q. 2. ar. 2. quod vsus rationis secundum conditionem contrahentium determinetur: quia in quibusdam magis acceleratur rationis vsus, quam in alijs. Et tunc, scilicet, accedente copula, vt habetur capit. citato. De illis, ætatem malitia suppleuisse videtur. In cap. vero finali dicitur, prudentiam tunc supplere ætatem. Et potest vtrumque optimè dici. Nam cum, vt modò dicebamus, ad statuedum tempus contrahendo matrimonio vtriusque consideratio habenda sit: scilicet, & causæ: nempe, consensus, & finis: puta, generationis, quando paulò ante legitimum annum acceleratur, rationis vsus, tunc dicitur prudentia supplere ætatem, quando verò tunc acceleratur potentia coeundi, dicitur malitia supplere ætatem: quoniam præcox illa & præproperea potentia ab exuberanti carnis insulua nimia que concitatione illecebræ prouenit, quæ reuera merito malitia vocari potest ab originali culpa contracta. ¶ Grauius tamen morale dubiū hinc emergit, vtrum ad hoc, quod matrimonium circiter tēpus legitimum validum sit sufficiat, quod prudentia ætatem suppleuerit: id est, vsus rationis fuerit acceleratus: vel quod sola malitia illam suppleuerit, scilicet, potentia coeundi: vel an requiratur ambo simul concurrere. Hic primum meditandum est, vnde malitia illa hoc est, potentia coeundi, explorari possit: vtrum non aliunde percipi legitime valeat, q̄ si re vera impuberes illi copulam consummauerint. Id enim insinuare videtur Alexander citato cap. Continebatur, scilicet, si cognita puella à iuvene fuerit. Sed in allegato cap. De illis. non habetur, nisi q̄ si ita fuerint ætati proximi, q̄ potuerint carnaliter coniungi: vbi fo-

Opinio S. Thom.

Malitia & prudentia supplet ætatem.

Prudentia supplet ætatem.

Malitia supplet ætatem.

An simul & bant prudentia et malitia suppleat ætatem.

la potentia exigitur. Et ideo bipartiti sunt Iuris periti, alijs afferentibus copulam requiri, at que alijs, sufficere potentiam. Quapropter si cōpertum sit masculum cum alia copulā consummasse, & fœminam cū alio, si inter se per verba de præfenti propè legitimum annum confenserint, etiam ante copulam tenet, vt isti dicunt, matrimonium. Atq; hanc opinionē amplexus est Syluest. verb. Matrimoniū. 5. quæstio. 3. Et est valde probabilis in conscientia, quāuis tutius esse crediderim, copulam inter ipsos expectandam, vt in foro iudiciali sententia pro matrimonio pronuncietur. Et sufficit, q̄ se maritali affectu cōmiscant, cum consensu præcedenti siue de præfenti, siue de futuro, qui eatenus non valebat nisi pro sponsalibus.

Opinio.

¶ At verò vtrum si nulla interueniente copula maturefcat ratio paulò ante annum legitimum, matrimonium tunc teneat, dubium est propter dictum ca. si. vbi nulla facta fuit mentio copulæ, sed solum insinuat, quod si prudentia suppleret ætatem, matrimonium valeret. At quia non constabat pronunciatum esse consensum de præfenti non valuisse nisi pro sponsalibus. Et accedit argumentum, quod vt distinet. 27. quæst. 2. art. 2. cū D. Thoma prædiximus, licet primum septennium non fuerit completum, sed circiter, sponsalia cōsentur: pariter ergo in matrimonio circa quartumdecimū cōtrahendo videtur iudicandū. His tamen nō obstantibus nullatenus, asserere audeam, valere matrimonium ante legitimum tempus, nisi copula vere fuerit cōsummata: vel saltem sponsi fuerint ad id idonei. Ita tenet cum Panor. Syluest. verb. Matrimoniū. 5. q. 2. quia in nullo canone hoc permillum habet, & in contrahendo matrimonio nō licet arbitrari, sed verbis canonum insistere. De sponsalibus autē, vbi cōtractus non est tam firmus, quin pluribus de causis valeat irritari, nō tantū imminet periculi, tēpus legitimum proximū, legitimum arbitrari.

An sola prudentia sufficit.

Argumentum.

Sententiæ theoricæ.

Solutio ad.

Dubium.

Hieronymus.

Alb. 110.

¶ Quod si rursus quis sciscitetur. Quid si fœmella ante vndecimum annum, in decimo forte, & vir in duodecimo copulam affectu maritali consummauerint, aut citius, in quibus tanta rationis lux effulgeat, quanta solet in maioribus. Casus enim profecto non est impossibilis. Hieronym. nanque in epistola ad Vitalem coniecturas adfert. Salomonem decimo anno Roboam genuisse. Et Achaz Ezechiam. Quicquid autem de illis patribus veritas habeat, Grego. 4. lib. dialogo. cap. 19. refert, puerum nouem annorum nutricem suam fœcundasse. Et Albertus distinet. præfenti ait, se vidisse puellam in nono anno concepisse, & peperisse

Solu. dubij perisse in decimo. Igitur vbi id vsu venerit, & rationis vsus constiterit esse tantum, qui consensus faciat liberum, profecto non est cur negetur, matrimonium oriri, vt Syluest. loco proximè citato ait: quoniam omnia ad matrimonium necessaria concurrunt. Nam ætas quatuordecim aut duodecim annorū nō est præscripta nisi propter arbitrium, vt dicebamus, quia non existimantur minori ætate impuberes ad liberum consensum & generationē idonei. Et ideo vbi experimentum contrarium palam edocet, arbitrium iudicium cessat.

Solutio primi argu. ¶ Ad primum itaque argumentum respondetur interempta maiori. Lucidius enim rationis lumen requiritur ad administranda temporalia bona, quam ad matrimonium, tum q̄ ad hoc natura ipsa est magis propensa, tum q̄ bonorum dispensatio multis est periculis & fraudibus perua.

Solu. 2. ar. ¶ Ad secundum respondetur, quod immatura ætas non solum est impedimentū propter impotentiam coeundi, sed propter defectū vsus rationis qui est libero cōsensui necessarius. Et ideo siue cognita sit siue incognita ab altero contrahentium nihil refert.

Solu. 3. ar. ¶ Ad tertium respondetur, quod potentia concipiendi, vt. 9. de animalib. author est Philosophus, prius aduenit fœminis, quam gignendi potentia masculis. Item in masculo vegetior maturiorque ratio exigitur ad gubernandam & fœminam & domum, quam in fœmina ad parendum viro. Vtraque ergo de causa minori ætate fœmina nubilis est, quam vir conubi idoneus.

DISTINCTIO
trigesimasexta, De impedimento criminis, quotori fit diuortium.

Text. Cap. 1.

POST impedimenta frigiditatis, & maleficij, quæ vel naturæ vitio, vel dæmonis actu accidunt, sequuntur impedimēta criminis, quæ de voluntatis nequitia procedunt.

Inter hæc primum se offert adulterium, cuius causa ius fit innocenti ab adultero diuertendi, iuxta verbum Redemptoris, Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur. Ratio enim legis finit, vt fides ei frangatur, qui fidem fregit. Septem verò casus sacrosancti canones diuino iure & naturali subnixi exceperunt, quibus legem illam moderanda curarunt: nempe, si vir quoque eodem flagitio, quo vxor, implicatur: paria enim delicta, vt lex ait, mutua compensatione tolluntur, & ideo lege, quam ambo contempserunt, neuter est vindicandus. Quare nihil iniquius est, aucthore August. quam causa fornicationis uxorem dimittere, si ipse cōuincitur fornicari. Mox, si vxor per viri lenocinium adulterata est: illud enim mariti scelus, licet vxorem non excuset, ipsum tamen onerat. Deinde, si bona fide maritum defunctum arbitrata alteri nupsert: Præterea, si per ignorantiam adulterium ab eo passa, quem arbitrabatur esse maritum. Cui proximè accedit, si per violentiam id fuerit perpeffa, vt libro. 2. de Ciuitate. Dei. docuit. Augustin. Adde sexagesimo, quod postquam fuerint coniuges reconciliati, nisi denuò committatur delictum, diuortio non patet locus. Ac demum, si vxor infidelitate per libellum repudiata alteri nupsert, & cum priori marito

Math. 19

Ca. Peruenit. de iure iurand.

Ca. Tria fratemitas. de diuortio.

Can. Nihil 32. q. 6.

Ca. Discretianē. de eo qui cognoscit sanguinem.

Ca. Cū per bellicā. 34. q. 2.

Ca. In leu. 34. q. 2.

Ca. Itane, et Proposito. 32. q. 1.

Ca. Si quis et Quod autem. 32. q. 1.

Ca. Gaude mus. de diuortijs.

Cap. 2.

Prover. 18

Can. Sicut.

32. q. 1.

Ca. Quid

autem. 32.

q. 1.

Can. Chri

stiana. 32.

q. 5.

catholicæ fidei nomen dederit: cogitur enim tunc eidem priori viro vxor esse.

His ergo exceptis casibus nõ modo viro fas est vxorem fornicariam dimittere, verum & ratione cauendi scandali eamq; corrigendi nonnunquam tenetur: nam vt in Prover. est, qui expellit mulierem bonam, expellit bonum, qui autem tenet adulterã, stultus est & insipiens. Vnde Chrysosto. Sicut crudelis & impius est qui castam dimittit vxorem, sic factus est & insipiens qui retinet meretricem: patronus si quidem criminis est qui celat crimen vxoris. Postquam verò adultera resipuerit, spemque de se fecerit cautiùs post viuendi, salubriùs sæpè cõsiliũ est illam retinere. Nam vt August ad Pollentium ait, Non est durum reputandum, vt cõiux adultera per pœnitentiam sanata viro reconcilietur. Atqui cum par sit vtriusque coniugis obligatio fidei, pari subinde iure hac parte vxor cum viro protegitur, vt possit adulterum quoque relinquere. Vnde Augustin. Indignantur, inquit, mariti si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas, cum tanto grauiùs eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos perrinet & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. Et Innocent. Papa, Christiana religio adulterium in vtroque sexu par ratione condemnat.

At verò diuortium euangelicum non veluti repudium censendum est, quo Iudæi arbitrabantur matrimonium distrahi. Nam vt Innocentius. 3. ait, sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ipsam in coniugibus perdurat. Quocirca nequam ne dimittenti neq; dimissæ ad alias conuolare nuptias fas est dicente domino, Omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Et Paul. His qui matrimonio iurati sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere in nuptiis. Et ad Roman. Quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi. Et paulò inferiùs. Igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Vnde Hieronym. Vbicunque, inquit, est fornicatio, liberè vxor dimittitur. Sic autem vir priorem, dimittere iubetur vxorem, vt prima viuente secundam non habeat. Et Augustin. ad Pollentium, Licet, inquit, dimittitur vxor causa fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterij quicumque dimissam duxerit. Et infra ambos coniuges in hac causa exæquans, Necessè est, inquit, ex duobus coniugijs quatuor adulteros fieri si & ille alteram duxerit, & illa alteri nupserit. Ex quibus fit cõ-

Cap. 3.

ca. Quid de diuor.

Math. 5.

1. Cor. 7.

Roma. 7.

Math. 19 Ca. Dixit Dominus. 32. q. 7.

Ca. Licet. 32. q. 7.


Lib. 2. c. 9.

sequens, vt diuortium viam reconciliationi non occludat, quominus fieri etiam tunc possit.

D I S T I N C T I O N I S
 trigesima sextæ. Quæst. vnica.
 De diuortio quod fit fornicationis causa.

A R T I C V L V S . I .

Utrum propter fornicationem licitum sit viro vxorem dimittere.



HÆC distinctio. 36. quæ apud Magistrum sentent. erat. 35. generaliter de impedimento criminis, proponitur. Sūt autem huiusmodi crimina in triplici differētia. Quædam enim sunt, quæ non substantiam matrimonij, sed vsum offendunt, vt adulterium quod innocentiùs facit torum diuidēdi, de quo hæc quæstio præcipue disputatur. Alia sunt crimina, quæ contrahendum impediunt, contractum verò non dirimunt. Tertij demum generis sunt illa, quæ & contrahendum impediunt, & contractum dirimunt. De quibus duobus generibus tractabitur distinctio proxima. Primus igitur articulus est, vt diuortium fornicationis causa sit licitum. Et arguitur à parte negatiua. Non licet, vt. 1. Petr. 3. habetur, malū pro malo reddere: vir autem adulteram vxorem traducens malum pro malo reddit: ergo peperam agit.

Pars negatiua ar. 1.

2. Argum.

3. Argu.

Pars affirmatiua.

Secundò. Alia sunt peccata adulterio peiora, vt si vxor blasphema esset, aut si vir contranaturam nefarie flagitiosus esset: sed propter hæc crimina non licet coniugi ab alterius cubili discedere: ergo nec propter adulterium.

Tertiò. Grauius est si ambo adulterentur, q̄ si alter duntaxat: sed si vir sit quoque adulter, non potest vxorem ob idem crimen repellere ergo neque si ipsa duntaxat offendat.

In contrarium est sententia Redemptoris Matth. 5. permittentis fornicationis causa virū

ab vxore discedere.

Materia hæc præcipui est momenti. Et quidem nomen diuortij quid importet distinctio. 33. dictum est, vbi de repudio disputabamus. Dicitur enim à diuertendo: hoc est, à mentis diuersitate: quia qui matrimonium distrahunt, in diuersas partes eunt. l. 1. ff. de diuortijs. Hoc est, quòd toro se domoq; separant. At qui primus hic articulus facillimæ expeditionis est. Cuius ideo vnica ista affirmatiua conclusio sit facta. Conclussio. Licitum est viro vxorem suam fornicationis causa dimittere. Quæ vltimè cõclusio, quædo nullam aliam, qua fulciretur, causam haberet, per sententiam Redemptoris satis esset suffulta. Nihilominus sententia illa non solum diuina fuit, sed iuris etiam naturæ explicatoria: Est ergo conclusio hæc non solum humano iure, aut iure diuino, sed etiam naturali fundata. Hoc enim ius natura docet, vt vbi duo mutua sunt fide inter se constricti, fides ei frangatur, qui fidem fregit, cap. Peruenit, extra de iure iurando. In frangere autem matrimonij coniuges fidem sibi mutuò seruandam paciscuntur, quæ est, vt sibi inuicem debitum reddant, simulque conuiuant, neuter tamen alijs commisceatur: ergo quæ adultera est, digna redditur, cui debitum non soluatur, sed toro pellatur, ac subinde domo. Secunda ratio itidem naturalis est, quia fornicatio, saltē vxoris, prolium educationi, quæ finis est matrimonij, planè aduersatur: quippe cum partum incertum reddat, cuius pater ignoretur. Tertiò, & alteri matrimonij fini, qui est conuictus, ad quem mutus amor necessarius est, vehemēter fornicatio vxoris repugnat: est enim hoc ita natura comparatum, vt vir, quod vas semel ad procreandas proles elegit, alterius vitio pollutam ferre nequeat, sed despectui pollutam vxorem habeat, odioque subinde prosequatur. Vnde cum antiquitus propter odium libellus permittebatur repudij, Christus seruator noster non aliam odij legitimam causam admittit, quàm vxoris fornicationem, quæ reuera in promptu est, vt vxoricidij causa esse possit. Sola quippe fornicatio est, quæ vt ait, Hieronymus, vxoris vincit affectum, canon. Dixit Dominus. 32. quæstione. 1. Iam verò & charitati naturali consentaneum est, vt pudicus coniux impudicam traducat, ne eius crimini conuiuere videatur, sed illa per infamiam castigata emendetur. His igitur de causis Augustin. super Deuteronom. 24. scripsit, quòd cum multæ essent in lege causæ dimittendi vxores: Christus solam fornicationem excepit: ceteras molestias iubet pro fide & castitate

Conclusio. Conclussio nis confir-

Triplici iure fundatur.

2. Ratio.

Ratio. 3.

Ob fornicationem.

tate sustinere. Ex his ergo fit cōsequens diuortium non esse solum inuentum & decretum humanum, sed ex diuino iure & naturali ortum.

An nefandum crimē sit ad diuortium. ¶ Vtrum verò nomine fornicationis impræfentiarum nefandum etiam crimen cōprehendatur ad faciendum diuortium. Innoc. super. c. Maritus, de adulter. & glo. in ca. Omnes. 3. 2. q. 7. negant, eo quod coniuges sola legitima mēbra & vsum ad generationem videtur sub fide cōiugij sibi mutuò obligare. Et possumus nos id ex illo confirmare, quod. d. præcedenti diximus: nempe, quod nefandus incestus cōtra naturam nō impedit matrimoniū nec eius vsum: quia ad affinitatem nō pertinet. Nihilominus opinio Panorm. eod. cap. & S. Thomæ impræfentiarum & Paludani & Syluest. verb. Diuortiu. q. 7. & cōmunis est, q̄ huiusmodi crimē ad diuortium sufficiat, tametsi propter pudorē, vt ait S. Thom. non nominetur. Et ratio est, quia nomine fornicationis omnis illicitus cōitus comprehenditur. can. Meretrices. 3. 2. q. 4. & can. Nō solum. q. 7. Seminatio tamen extra vas non sufficit, quicquid Paludanus hīc insinuare videatur, & multò minùs tactus vel affectus impudici: quia per eiusmodi seminatio- nem & impudicitiam mulier non fit vna caro cum altero, atque adeò nec carnem suam diuidit. Ad Innocētium ergo respondetur, coniu- ges non solum per legitimum vsum, sed etiam per illegitimum in vase perpetratum carnem suam diuidere, & fidem coniugalem frangere, licet per illum vsum non cōtrahatur affinitas: cuius ratio dist. 4. 1. patebit.

Opinio cōmunis.

Ratio. vt ait S. Thom. non nominetur. Et ratio est, quia nomine fornicationis omnis illicitus cōitus comprehenditur. can. Meretrices. 3. 2. q. 4. & can. Nō solum. q. 7. Seminatio tamen extra vas non sufficit, quicquid Paludanus hīc insinuare videatur, & multò minùs tactus vel affectus impudici: quia per eiusmodi seminatio- nem & impudicitiam mulier non fit vna caro cum altero, atque adeò nec carnem suam diuidit. Ad Innocētium ergo respondetur, coniu- ges non solum per legitimum vsum, sed etiam per illegitimum in vase perpetratum carnem suam diuidere, & fidem coniugalem frangere, licet per illum vsum non cōtrahatur affinitas: cuius ratio dist. 4. 1. patebit.

Ad Innocētium.

Obiectio. ¶ Quod si contra conclusionem quis arguat. Vicaria solutio debiti inter coniuges, saltem obligatio est de intrinseca ratione matrimo- nij: nam vir potestatem sui corporis nō habet, vt ait, Paulus & c. ergo per nullam sententiam Ecclesiæ obligatio hæc extingui potest. Ex superioribus solutio colligitur, quod id ecclesia non facit iure suo tantum proprio, sed diuino & naturali: vtrūque enim illa iura insinuāt, sci licet, quod & seruanti fidem seruatur, & fran- genti frangi possit.

Solutio.

Septem casus. ¶ Sunt autem septē casus, qui ab hac cōclusio- ne merito excipiuntur, quibus vir adulteram vxorē deserere nō finitur. Nēpe, quia vel vxor culpæ immunis est, vel vterq; equelem habet.

Primus. Primus est, si vir quoque adulterio se deturpa- uerit. Secundus si ipse vxorē prostituuerit. In his enim tam culpā dū est vir quā vxor. Tertius si vxor virū suum defunctum bonis coniectu- ris propter diuturnam eius absentiam existi- mans, alteri nupserit. Quartus si latēti fraude

ab eo cognita fuerit qui sub specie mariti se in eius lectū insinuauit. Et quintus, si vi fuerit op- pressa. Hi enim euentus culpā ei vel auferunt, vel extenuāt. Sextus, si post cōmissum adulte- rium eam vir suo toro susceptam reconciliaue- rit. Iam enim tunc noxam ei condonauit.

Quintus.

Sextus.

Septimus.

¶ Septimus demum casus est, si in infidelitate vxor, cui maritus libellum repudij dederat, al- teri nupserit: tunc enim si ambo sacro fonte abluantur, tenetur vir eam in matrimoniū resu- mere. ¶ De his autē casibus in genere percon- tari quispiam posset, sint ne duntaxat per in- stituta ecclesiæ excepti, an verò iure diuino & naturali. Videtur enim sola ecclesia eos exce- pisse, quoniā Christus nullum exceptum reli- quit, sed generaliter facultatem fecit viro adul- teram vxorem traducendi. Attamen ab altera parte argumentum existit: quod si Christus generalem facultatē viro præbuisset, nequiuif- set ecclesia exceptis illis casibus eandem facul- tatem restringere: quippe quæ supra ius diui- num nulla fungitur potestate. Respondere ve- rò quisquam posset, q̄ cum Christus nō iusse- rit dimittendam fornicariā vxorem, sed permi- serit, potuit ecclesia non obstante permissio- ne, quæ ob delictum vxoris facta est, idem di- uortium vetare. Quemadmodū, licet iure diui- no permittamur toto anno carnes edere, po- tuit ecclesia virtutem abstinentiæ interpretan- do earum esum in Quadragesima prohibere. Attamen non est hoc satis scitē dictum: quo- niam non est simile: de abstinentiā nanque non dedit Deus præceptum nisi in genere, vt comedamus quæ, & quando, & vbi oporteat. Quare ecclesiæ relicta est facultas deter- minandi cibum & tempus edendi, sicut in præcepto confessionis definiendi tempus, & in sanctificatione festorū designandi dies. Sed tamen de diuortio fecit singularem permissio- nem. Quare fas non videtur vt illā possit eccle- sia restringere, nisi tanquam diuini ipsius natu- ralisque iuris interpretes.

Dubium.

Obiectio.

Solutio quorundā.

¶ Quapropter dicendum restat omnes huius- modi exceptos casus deduci ex iure diuino & naturali, vt singulos prospicienti constabit. Primus enim, quādo vterq; deliquit, habetur cap. Tua fraternitas. & capitu. Significasti. de diuortijs. Et fundatur in illa naturali iuris re- gula. l. Viro. ff. soluto matrimo. Paria delicta mutua compensatione dissoluuntur. Ob id e- nim ealege, quam ambo contempserunt, neu- ter est vindicandus. Vnde Augustinus libr. de sermone Domini in monte, Nihil iniquius est quā causa fornicationis dimittere vxor- em, si ipse conuincitur fornicari. 3. 2. quæst. 2. cano.

Solutio im- prudens.

1. Casus.

cano. Nihil. Occurrit enim illud Pauli ad Ro- ma. 2. In quo alium iudicas, te ipsum condem- nas. Qui dicis, Non mœchandum, mœcharis. Atque illud euāgelicum, Hypocrita eijce pri- mum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eij- cere festucam de oculo fratris tui. Et de adulte- ra. Qui sine peccato est vestrum, primus in eā lapidem mittat.

Dubium. ¶ Dubium autē ad huius casus intellectū ex di- ctis resultat, vtrū quoties vir deliquerit siue an- te siue post vxorē, ius amittat faciendi diuor- tium. Apparet enim semper illud perdere: quā- do quidem nihil referre videtur, quo tempore crimen admittat. Respōdetur nihilominus per distinctionem. Si vir ante quā vxor, adulter fuerit, iure se priuauit petendi diuortium: nam cum prior fidē vxori fregerit, atque adeò ipsa soluta fuerit fide reddendi debitū, non potest postmodum illi crimen fractæ fidei obijcere. Neq; refert occultus ne ipse fuerit adulter quā- do ipsa adulterata est, si modo mariti crimen ipsa probare possit. Idem iudicium est quāuis ipsa prior se fœdauerit, si ipse ante quā diuor- tium poposcerit, idem commisit scelus. Antea nanque quā de diuortio agatur, aut reconci- lientur, nihil refert, vter coniugum prius pec- cauerit, sed quādo cumque vnus de adulterio accusetur, si idem crimen potest coniugi obij- cere, vt paria sint crimina, absoluendus est. Nam in prædictis capitulis. Tua fraternitas, & Significasti. nulla habetur prioris aut poste- rioris ratio. Imò vir, qui post vxorem adultera- tus est, eam relinquere prohibetur. Secundum dubietatis membrum est. Postquā causa for- nicationis vxoris factum est diuortium, vtrum vir deinceps adulterium committens, tenea- tur sibi vxorem reconciliare: de quo membro art. sexto habendus est sermo.

Dilatio.

Nota.

2. Pars.

Dubium.

Obiectio.

Dilatio.

Alia obie- ctio.

ea adulteram relinquere. Profectò res est du- bia. Hoc tamen est certum, quod quando non nisi singula adulteria, antequā de diuortio ageretur, cōmiserunt, nulla inter eos habitā or- dinis ratione, diuortium fieri nequit. Item & hoc certissimū est, quod si quibuscūque vtrin- que adulterijs cōmissis reconciliatio fiat: nem- pe, quia vir fœminei criminis conscius illam cognoscit, tunc si post talem recōciliationem ipsa recidat, potest vir illam dimittere: quoniā reconciliatio contractum ad suum vigorem reduxit, ac si nulla esset illuc vsque fornicatio commissā. Ob idque postea delinquens rea fit diuortij.

Dilatio.

Nota.

Dubium.

Nota.

Sententia au- thoris.

¶ Dubiū ergo restat, quādo nec reconciliatio præcessit nec diuortiu, sed ipsa prius adultera- ta est, deinde ipse, postea ipsa ac subinde ipse, ac demū postremo ipsa, vtrū tunc maritus ius habeat diuortiu petendi. Apparet enim ius ha- bere propterea q̄ antea erant crimina paria: si ergo ipsa post deliquit, reavideat diuortij. For- tasse sic quispiā censere potest, quoniā (vt fer- tar) vltima mora nocet, illaq; est, quæ ad se pe- riculū trahit. Quid autem in vsu fori exterioris versetur, nescio: ad eius tamen vsum res est remittenda. Crediderim tamen cum tempera- mento respondendam: nempe, quod si in ista alternatione peccandi vnus corrigitur, præ- cipuè si alterum coniugem admoneat, tunc quia hoc quoddam genus reconciliationis est, qui post deliquerit, reus fit diuortij: nam pacta nouissima, vt ait lex. ff. de pactis. seruā- da sunt. Vbi tamen neuter corrigitur, nec recon- ciliatio fit, arbitror (saluo saniori iudicio) propterea quod ipsa vltimò pluriesque fuerit fornicata, ipsum non acquirere ius, vt argumē- ta supra facta planè comprobare videtur. Imò quādiu res occultè agitur, quousque recon- ciliatio vel emendatio fiat, aut diuortium pe- tatur, idem reputatur crimen, atque adeò om- nia paria.

¶ Secūsus casus idem in iure naturæ fundamē- tum habet: nam si ipse per lenocinium vxorē exposuit, in ipsum culpa refunditur. Casus est capit. Discretionem. de eo qui cogno. confan. vxor. & l. Cum mulier. 1. ff. sol. matri. & l. 2. §. si publico. ff. ad. leg. Iuli. de adult. vbi maritus propter lenociniū accusare prohibetur vxor- em: ipsum enim maritum onerat, licet mu- lierem non excuset. Sed dubium est, vtrum satis sit, vt maritus à diuortio petendo repe- latur, quod vxori occasionem præbuerit for- nicandi: nempe, quia ei in necessarijs non pro- uidebat. Respondetur, id non sufficere, vt pa- tet capit. Ex literis, de diuortijs: vbi mulier de fornica-

2. Casus.

Dubium.

Solutio.

fornicatione delata id causabatur aduersus vi- rum, & tamen nō est audita: quia propter pau- pericem & egestatem nemini licet crimen com- mittere. Quare nec sufficit, quod vir illam do- mo expulerit, vt habetur cap. Significasti. eo- dem tit. Nisi illo animo eam eiecerit, vt forni- caretur, vel nisi adulterantem sciret, & permit- teret: hoc enim est cōuenire crimini, atq; adeo lenonem esse. l. Crimen. C. de adulte. Secus si

Pœna leno- cinijs. suspectam de adulterio retineat. Quapropter eiusmodi mariti propter lenocinium lege dā- nantur, vt ab vxoribus publicitus ridiculis fla- gellis vapulent.

3. Casus. Quod autē tertius casus: scilicet, quādo vxor bona fide arbitrata maritū defectum, alteri nu- psit, ius adimat viro petendi diuortiū, est deci- sio canonis. Cūm per bellicam. 34. q. 2.

4. Casus. Quartus verō: videlicet, quod si ignoranter passa fuerit adulterium, excusetur, est senten- tia August. lib. de fide & operibus. cano. Si vir go, & concilij Triburiensis can. In lectum. 34. quæstio. 3. Et ratio naturalis est, quia crimen requirit scientiam: ignorantia tamen inuinci- bilis excusat, vt exemplum Iacob cum Lya do- cumentum est.

5. Casus. Et eadem ratione excusatur in quinto casu, per violentiā, vt author est idem Aug. lib. 2. de ciuitate Dei, qui refertur can. Itane. & can. Pro- posito. 32. q. 5. Intellegitur autem quando est absoluta violentia, cūm mulier inuita sic pati- tur, vt culpā non contrahat: nam si per metum ipsa cūsentiret, nō excusaretur neque à culpa neq; à diuortio, vt ad Damasum, vel ad Aman- dum, ait, Hieron. can. Omnes causationes. 32. q. 7. neque enim metu mortis licet contra legē agere, quæ est iuris naturæ, eo quod intrinsecā habet in alitiam.

Hieronym. Sextus casus: nempe, q̄ semel reconciliatam non possit vir, nisi iterū relabatur, abijcere, col- ligitur ex vtroque can. Si quis. & ex cā. Quod autem. 32. q. 1. Sed tamen ad reconciliationem non sufficit, q̄ eam post adulteriū cognouerit sed exigitur, quod id postquā adulterium resei- uerit, fecerit: nam vxorem cognoscens, quam adulteram esse ignorat, non censetur eam sibi reconciliare. Neque vxor uirum si graueius metu percussa ei debitum reddat: neque si id faciat per ecclesiam compulsa, quia adulteriū mariti probare non valuit, quem tamen scit esse adulterum. De quo infra, sicut neque qui non illico expellit vxorem, sed expectat op- portunitatem petendi diuortium, ius perdit illud petendi. Adde quod si post celebratum diuortium vir vxorem cognoscit, reconcilia- re illam censetur, atque adeo deinceps tenetur

in matrimonio permanere. Sed nota q̄ etsi in his sex casib⁹, vir nequeat vxorē ab alio cognitā dimittere, nihilominus bigamiæ irregularitatem incurrit, eam cogno- scendo. Et sunt casus, in quibus bigamia citra propriam culpam incurritur: nam canones. Si cuius, & Si laici. dist. 34. absolute decernunt, q̄ vir cum adultera contrahens, vel eam retinens fiat irregularis, vt. d. 27. q. 3. ar. 1. diximus.

Septimus casus habetur cap. Gaudemus. de diuortijs.

Ad primū igitur argumentum respondetur, quod fornicariam vxorem liuore vindictæ di- mittere peccatū est contra charitatē, licet non contra iustitiam, & hoc est maiū pro malo red- dere. Id tamen ad abstergendam infamiam fa- cere, ne vir particeps criminis videatur, vel ad turpitudinem vxoris corrigendam, vel ad pro- lis incertitudinem cauendam, nullum est pec- catum, imò potest esse virtus.

Ad secundum respondetur, q̄ non permitti- tur diuortium adulterij causa, eo q̄ sit crimen grauisimum, sed eo q̄ e diametro cū bonis ma- trimonij pugnat. Tollit enim adultera prolis certitudinem, frangitq̄ fidē, nec significatio- nem sacramenti, quæ est vnus cum vna, custo- dit. Peccatum autem contra naturā fornicatio- nis, vt dictum est, censetur species. At verò for- nicatio spiritalis: nēpe infidelitas, aut idolola- tria, aut apostasia: hoc est, transitus ad iudaicū vel Paganisimū, delictum quoque cen- setur ad diuortium petendum, præcipue dum eiusmodi criminosas coniux alterum ad tuam perniciosam sectam pertrahere molitur, vt Au- gust. lib. 1. de sermone Domini in monte, qui re- fertur can. Idololatria. 28. q. 1. & Alexan. 3. c. Quæsiuit, de diuortijs, autores sunt. Hæc autē fornicatio spiritalis, non fundatur in verbo Christi, vt causa fornicationis dimittatur con- iux: quippe cū non nisi de carnali loqueretur. Sed propter periculum peruertende reli- gionis. Moderatur tamen hoc hic prudenter S. Tho. discrimine inter has duas fornicationes interiecto: nempe, quod propter vnum actum fornicationis carnalis matrimonium dirimi- tur, non tamen propter vnū fornicationis spi- ritualis, sed propter consuetudinem, quæ per- tinaciæ indicium est. Hæc autem materia ad. d. 39. spectat, vbi Paulinum illum locū. 1. Cor. 7. enarraturi sumus. Si quis frater vxorem habet infidelē, & hæc cōsentit habitare cū illo, nō di- mittat illam. Vbi & de hæresi videbimus, an ratione illius diuortiū sit faciendum. Tertiuū vero argumētū iā in casu primo illorū septem solutū est. Sed quæris, nō ob alia crimina lici- tum

Nota.

Solutio pri- mi argu.

Solu. 2. ar.

Fornicatio spiritalis.

Discrimen inter carnalem et spiri- tualem.

Solu. 3. ar.

tum sit vxorē dimittere? Origenes super Mat- thæ. cap. 19. quis anceps disputādo procedat, tamen videtur in hanc partē inclinare, q̄ pro- pter alia etiam crimina, quæ lege ciuili expres- sa sunt. vt. l. Confensu. C. de repudijs. id etiam christianis liceat, vt si mulier venefica est, vel li- berorum interfestrix, vel substantiam mariti deprædetur, &c. Veruntamen nō est in more ecclesiæ, præter fornicationem, diuortium per- mittere, nisi propter enormē scæuitiam coniu- gis, scilicet, quādo vxor legitime probat peri- culū sibi mortis à viro imminere: tūc enim vel cautio illi securitatis sufficiens danda est, vel di- scedendi facultas, & tunc debet maritus vel do- tem illi reddere, vel alimenta. ca. Literas. circa finē, de restit. spoliato. Vtrum verò maritus possit adulteram accusare, & capite plectere, alia quæstio est, quæ dist. sequēti disputabitur.

ARTICVLVS. II.

Vtrum vir teneatur ex præcepto vxorē for- nicantem dimittere.



Paris affir- matine ar- gum. 1.

Quoniam art. præcedēti so- lum de potestate dictū est dimittendi adulterā, quæ- ritur subinde de necessitate, putā, an sit præceptū. Et ar- guitur à parte affirmatiua. Vir, eo q̄ caput vxoris est, tenetur eā corripere: separatio autē toriad cor- rectionem attinet: ergo vir tenetur eius se con- sortio subtrahere.

2. Argum.

3. Argu.

Pars nega- tina.

Decisio ar.

Secundò. Qui consentit, vt ait, Paul. peccati, si mili pœna condemnatur: vir autē cū adultera conuersatus, quia potest & debet eā corripere, cōsentit eius crimini: ergo se disgregare tenet.

Tertiò. Qui adharet meretrici, vt. 1. Cor. 6. ait, Paul. vnum corpus efficitur: ergo & vir, ad hærens adulterē: nemo autē esse potest corpus meretricis & Christi, vt ibidem habetur: ergo ille est in peccato, atque adeo tenetur ab illa diuertere.

In contrarium est, quod sententia Christi de dimittēda vxore fornicaria, permissio videtur non præceptum.

Hanc quæstionē Magister sentent. ac subin- de S. Tho. reliquiq; eius interpretes facillima distinctione definiunt. Aiunt, inquam, q̄ dum vxor adultera iam per pœnitentiam mutato corde emendata est, non tenetur illam mari- tus relinquere. Si vero emendari renuerit, & in flagitio persistere pergat, tunc vt, ait, Bonauē.

Durand. & alij, si crimen sit occultum nō tene- tur. Tamē occultū vno modo dicitur, vt oppo- nitur publico: putā, per infamiam notorio. Alio modo, q̄ neque est publicū, neque potest legi- time probari. Et videntur hoc secundo modo loqui: quia tunc non potest in iudiciū proferri, vt diuortium fiat. Si autem est publicū, tūc, aiunt, tenetur eam à se pellere, ne ei consenti- re videatur.

Occultum.

Sed re vera, vt rerū usus, & fortassis ratio do- cere videtur, paulò accuratius res meditāda est

Duabus ergo conclusionibus respondetur.

Prima. Si adultera ad cor rediens pœnitentia ducta emēdetur, potest illam vir retinere, imò sepe id cōsiliū est. Enimuero cum pœna illa diuortij ob culpā fornicationis sit posita, post quā culpa per emendationem fuerit deleta, potest vir iuri suo renunciare, & vxori pœnā illam condonare. Quocirca August. ad Pollē- tium lib. 3. cano. Quod autem. 32. q. 1. ait, non esse durum reputādum, vt cōiux adultera per pœnitentiam sanata viro reconcilietur. Et in- fra can. Non erit, idem repetit. Quod autē hoc sepe sit cōsiliū, inde patet, quod mulier emē data cū se mariti præsidio viderit destitutam, periculū subibit, ne per inopiā oppressa tur- pem procuret quæstu. Verū est tamen Grego- rium in lib. qui Pastor. inscribitur, re fuisse mo- deratum: debet enim, inquit, maritus recipere peccatricē, quæ pœnitentiā egit, sed nō sepe: nam sepe relapsa spem emendationis adimit.

1. Conclus.

August. de adulteri.

coniug.

Consiliū.

Gregorius.

De altero verò membro: scilicet, dum adulte- ra neque emendata est, neque emēdari propo- nit, perplexior est responsio. Caietanus quidē in quodlib. 2. 1. quæstionum, vigesimā disputa- uit, an vxor possit viro adultero & in adulterio pertinaci debitum reddere. Et definiuit, licitū esse. Attamen quæstio de vxore adeo non est tam difficilis, quā ipse putauit, vt potuisset multa præterire verba, quæ illic expendit. Est enim creditu quā facillimū illud esse licitū: quoniam vxor, cū non sit viri caput, potesta- tem non habet eum corrigendi aut corripien- di. Quare licet cum illo adultero commaneat, nullum indicium exhibet, se in adulterium cō- sentire, atque adeo nullum perhibet scandalū. Imò vsu exploratissimum est fœminas id eger- rimē ferre & zelotypia exuri. Neque vero in- famia vlla inde respurguntur, quia nulla, aut vix vlla est virum ferre adulterū. Neque se pe- riculo obijciunt incertitudinis filiorum: nam ipsæ sunt quæ certissimos edunt partus. Qua- re nulli sunt canones qui in hac parte de vxo- ribus loquātur, sed solis viris videntur iubere, vt à pertinaci adultera recedant. Quin vero cō- filium

Alterū mē- brum.

Caieta.

Sententia authoris.

1. Ratio

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Nota Con- silium.

filium à viris prudentibus perhibere solet vxori viri adulteri ne torum diuidat, illa enim abstinentia adeò nò cedit in remedium viro, vt sepius esse ei còsueuerit maius precipitiu: recrudescere nàque tunc solent viri, & peiores fieri.

Questio de uiris. ¶ De uiris ergo perplexior est quæstio, quando crimen est publicum, aut legitime probari potest: nam alioqui pro certo præfigitur, non teneri. Quod autem si sit publicum, teneantur viri obstinatas adulteras deferere, sunt in primis canones id admonentes. Ait enim Chryso. super Matth. ca. 11. & refertur. 32. q. 1. Sicut crudelis, & iniquus est, qui castà dimittit vxorem, sic fatuus est & iniustus, qui retinet meretricem: patronus eius turpitudinis est qui celat crimen vxoris: nam vt habetur Prouerb. 18. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens. Et subdit can. Si quis, q. vir, qui vxorem, postquam in adulterio eam deprehendit cognouit, duobus annis poeniteat, & quousq; à crimine fuerit purgata, ab eius matrimonio abstineat. Et Hierony. ibidē cano. Dixit. Dominus. Qui tenet adulteram, stultus & impius est. Atqui & rationes eisdem canonibus egregie suffragantur, quæ in capite obiectæ sunt: nam vir aliud faciens multis nominibus videtur delinquere. Primum, quia cum possit & debeat mulierem castigare, videtur in eius crimine consentire & conuenire: consentire siquidem censetur erranti, qui ad refecanda, quæ corrigi debent: non occurrit, can. Consentire. 83. dist.

Ratio. 2. Secundo, quia periculo se obijcit prolis vt vxor

Ratio. 3. illi falsos hæredes supponat. Et tertio significationem sacramenti vnitatis Christi cum ecclesia violat.

Sententia authoris. ¶ His nihilominus nò obstantibus miserū virū in tam arctas angustias sub præcepto, citra vllam ipsius culpam conijcere, difficillimum est. Neque videmus vsu & more in tãto rigore seruari, neque confessarios tam pressim stringere viros, vt adulteras per diuortium relinquunt, aut ab illis abstineant. Caietan. illic in calce de uiris obiter loquens, ait, q. nec tenetur ab eiusmodi vxoribus abstinere, nisi absit spes emendationis futuræ, aut ratione scandali: sed satis esse illas & verbo & verbere castigare. At re vera & hoc quoque duriusculum apparet.

2. Cõclus. ¶ Sit ergo, sub peritiorum censura, secunda conclusio. Viri non tenentur vxores quātūcūq; pertinaces & absque spe emendationis obstinatas, simpliciter & absolutè loquendo relinquere. Probat. primo, quia si Christi verba perpendantur, non iubet, sed permittit. Secundo, quia cum vir ob vxoris crimen nullam cul-

Questio de uiris.

Hieronymus.

Rationes.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Sententia authoris.

Caietan.

2. Cõclus.

Ratio. 1.

pam contrahat, non obligatur illam deferere: nisi aliquod vinculum inde ad ipsum deriuetur: nam & viro pœna etiam est, vxorem dimittere, cum possit iuri suo petendi diuortiu renu- ciare. Quare citra suam culpā non tenetur hoc genus supplicij subire. Vinculum autē hoc vno quatuor modorum potest virum ligare. Primum, in quantum vxor ipsum offendit. Et hoc adulteram solam denudat iure petendi, virum autem nò item: quare ex hac parte nò tenetur illam abijcere. Alio modo quatenus illud crimen emēdabile est pro bono ipsius vxoris. Ad quod re vera vir non tenetur nisi ex præcepto correctionis fraternæ: quia licet sit eius caput, non tamen est prælatus. Huic autem præcepto satisfacit admonendo illam & diuina lege deterrendo: & forsā verberando eo modo, quo viro permisū est. Quòd si non se emendauerit, tenetur (vt Matthæ. 18. admonemur) dicere ecclesiæ. Sed hoc tamen intelligitur, si vlla fuerit spes emēdæ, alioqui non tenetur illā denunciare. Neque vero cum denuntiat, tenetur diuortiu postulare: quia illud est ius suum, cui renunciare potest. Tertio, possit præcepto vinciri ad relinquendum illam propter bonum publicum: quia illa peccat in Deū & in rem publicam. At verò peccato, quod per se est in bonum commune, per denuntiationem, & si oportuerit, per accusationem occurrendum est: adulterium autem per se non est in bonum commune, nisi annexam habeat aliam communem perniciem: putà, hæresis vel proditiōnis. Quare ob solam rationē adulterij vir non tenetur accusare vxorem potius quàm alias adulteras vel quàm alij suā ipsius. Accusare autem vel ad necem vel ad diuortiu, cum sint iura propria, nò tenetur, quia potest condonare iniuriam.

¶ Nerus ergo & punctum rei in hoc consistit, vtrum teneatur illam relinquere quatenus crimen vxoris in ipsum refunditur, quia ipsi labes impingitur quasi consentienti in crimen, qua ratione scandalum dat, ac si patronus particepsque eius fiat. Vel ex altero capite: scilicet, quia sperat, quòd per diuortium vxor emendabitur, & aliàs non. De primo ergo dicendum, quod si vsu veniret, vt viro non posset aliter monstrare se non consentire in crimen, sed ex eius cohabitatione cum vxore certū sueretur argumentum, quòd consentit, ita vt sit scandalum datum, quia scit vicinia quod conscio viro & prohibere potente vxor adulteratur, atq; adeo propter suam ipsius viri negligentiam & socordiam illud patratum malum, tunc certè tenetur ab illa discedere, quia

Vinculū de serēdi vxore fornicariam. Primum. Secundum.

Sententia authoris.

Tertium.

Adulteriu nō esset in bonū commune.

Reipūssū.

Circa. 1.

quia ne det scandalum, tenetur aliquid de iure suo perdere. Et hoc est quod rationes supra factæ & canones conuincunt. Si tamen hanc maculam potest aliter eluere, certè tunc non tenetur ab ea separari: quia tunc scandalum non quidem datum sed acceptum esset: nempe, si vehementibus carnis illecebris deueatur, quare nequit ab vxore, nisi cum magno periculo, abstinere: re vera tunc non tenetur tali periculo se obijcere, vt vxorem relinquat. Item si est vir infirmus, aut pauper, qui labore manuum suarum viuic, quam ob rem vxore nimis indiget, quæ ei in re familiari seruiat, nec tunc tenetur se, abijciendo illam, incommodare. Exemplum mihi ab Insulanis sepe relatum referam: vitam enim illi miseri degunt in summa necessitate vxorix societatis: panis nanque illorum nò potest in crastinū adseruari, sed debet vxor quotidie eum coquere & potum conficere: aliter viri nequiret agriculturæ & alijs operis vacare. Ergo in similibus casibus profectò satis est, quòd vir vxorē acriter reprehendat, & quā poterit cautè custodiat, ita vt vicini intelligere valeāt se inuito & egerrimè ferente illā delinquere, sed manere cum illa necessitate cõpulsū. Neque verò tenetur adulterū occidere: & si est vir potens, nequit eū abigere. Præterea ad petendum diuortium requiritur processus non facilis, & ideo non tenetur tanta se onerare molestia. Præterquam quod diuortium facere in viri etiam infamiam resultat. Quare viri ingenui vxorem citius iure enecant, quàm relinquunt: quod tamen rarissimè consulendum est.

Circa. 2. ¶ De secundo autem quando putant non esse aliam emendationis spem, quàm illam relinquere, respondetur, nullum esse remedium ab vxore abstinere, & multò minus eā domo expellere: imò esset maius periculū, vt peior fieret. Secundo, quando illud esset necessarium, non tenetur vir cum tanto detrimento vxori mederi. Si autem tantū nò pateretur detrimentum, consilium esset, vt faceret. Ad hæc, quæ nobis dicta sunt, suffragiū accedit Abulensis super Matt. c. 19. q. 71. vbi post plurimas distinctiones de hac re factas, quibus præceptum de dimittenda adultera extenuatissimum reliquit, tandem concludit, quòd quādiuunque (vt verbo eius vtar) vir retinet vxorem fornicariam vel sub spe correctionis, vel vt ipse non infamet (addiderim ego, vel ne aliud incommodum graue patiat) aut vt nò infamet illam, non peccat. Sed tunc, inquit, videtur peccare si non dimittat, quando nulla est emēdæ spes, & res est manifesta, & putatur vir eius crimini

Nota.

Vir infirmus & pauper.

Exemplum.

Nota consilium.

Circa. 2.

Solu. 2.

fauere tenendo illam. Neque verò tūc tenetur eam in perpetuum relinquere, sed quousque spes eius emendationis renascatur. Satis enim est quatenus ad obligationē, vt diuortium sit tanquam medicina, quæ duret quanto tempore morbo exegerit, nisi perpetuus fuerit. Rationes ergo, vt diximus, probant, virum nò debere crimini vxoris consentire, neque illud vlla de causa fouere. Et canones citati in hac præsumptione fundantur: nempe, quòd vir habitans cum adultera cõsentit in crimen & ei patrociniatur. Quandò verò necessitate pressus id facit, re vera non consentit, neque adhæret illi tanquam meretrici, sed tanquam vxori.

¶ Et per hoc tam argumenta, quàm decreta canonum soluta restant.

Rationes.

Argumenta soluta.

ARTICVLVS. III.

Utrum maritus proprio iudicio non expectato ecclesiastico possit vxorem adulteram dimittere.



Ostquam dictum est de potestate & præcepto, queritur de forma, vtrum vir nò expectato publico iudicio ecclesiæ, possit priuatim ab vxore, quā in adulterio deprehendit, se subducere. Et arguitur à parte affirmatiua, tū quia Deus iustus iudex illam iam sententiam pronunciauit in adulterā: quare non opus est alia: tū quòd vt Matth. 1. legitur, Ioseph, cum esset vir iustus cogitabat occultè vxorem sibi suspectam dimittere.

¶ Secundo. Si vir adulterij vxoris cõscius eam cognosceret, ius amitteret de diuortio agendi: ergo licet ei interim debitum denegare.

¶ Tertio. Si res ad tribunal ecclesiasticū deferenda esset, legitima opus esset probatione: illa autem per quàm difficilis est, nā vt Iob. 25. legitur, oculus adulterij obseruat caliginē: ergo sententia fori non est necessaria.

¶ In contrarium est, quia nemini propria auctoritate se ipsum vindicare licet, iuxta illud Pauli Roma. 12. Non vos defendentes, id est, vindicantes, charissimi: quia Mihi vindicta, dicit Dominus: sed si vir propria auctoritate vxorem dimitteret, se ipsum vindicaret: ergo illud nò est legitimum. ¶ Ad quæstionē per distinctionem tribus cõclusionibus respondetur. Dimissio em vxoris ppter adulteriu intelligi potest aut quatum ad torum, aut quantum ad cohabitatio.

Partis affirmatiue.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

Partis negatiue.

Diuortium duplex.

1. Conclu. bitationem. De toro sit prima conclusio. Potest vir priuata autoritate vxorē à se in adultero deprehensam dimittere: hoc est, ab eius amplexu abstinere, debitumque illi etiam petenti denegare. Probatur, quoniam iam tunc certus est fidem sibi illam fregisse, atque adeo diuina lege solutum se esse obligatione reddendi. Item quia si eam post notum adulteriū cognouerit, tum bigamiæ irregularitatem incurrit, vt art. 1. dictum est, tum & se iure petēdi diuortium priuat. Quare nō tenetur hęc subire incommoda.

2. Cōclus. ¶ Secūda conclusio. Neminilicet adulteram quātum ad cohabitationem sine iudicio ecclesiæ domo pellere, saltem si matrimonium fuerit in facie ecclesiæ celebratū. Probatur, quia publicum supplicium nemo nisi iudex publicus inferre valet, idq; testibus aut alia legitima via iuridicē comprobatum: traducere autem vxorem domo pellendo quam publicitatis sibi copulauit, est publicum supplicium: nemo ergo id priuata autoritate inferre valet: idē enim tūc esset & iudex & actor: quod iura abhorrent. Tandem eadem conclusio definita est decreto Alexandri. 3. cap. Porro. de diuortijs. Dixerim, si matrimonium fuerit in facie ecclesiæ celebratum, quod intellige, vel coram testibus, quibus legitime probari possit: quoniam si clā destinum fuit, priuatum potest eam dimittere: etiam quoad cohabitationem, vt autor est dif. præfenti Ricardus. q. 3. quoniam latētia non opus est in iudiciū ecclesiæ, nisi pœnitentiale, deferri. Si autem matrimonium fuit modo prædicto publicum, tūc quanuis crimen publicū esset & notorium: semper est ad eūdus iudex, vt habetur in di. c. Porro. Tamēsi tam notorium esse potest, vt possit marituseam absque alio iudicio deferere, vt pote si adultera in edes adulteri se receperit, cum quo publicē habitat vt ait, Syluest. ver. Diuortium. quæst. 8. Aliās si priuata autoritate quis vxorem dimittat, & ipsa restitutionem petat, cōpellēdus est illam in domum recipere, nisi incontinenti testimonio ipse legitima fornicationis perhibeat, iuxta. c. Literas. de restit. spoliatorum.

3. Conclu. ¶ Tertia ex his colligitur cōclusio. Diuortium fieri priuata autoritate non potest, sed sola publica ecclesiæ. Quoniam diuortium non dicitur solum abstinētia illam occultam & priuatam ab vsu coniugali, sed diuersionem hęc, vt nomen sonat, vt facultas innocenti fiat non cohabitandi cum vxore, neque in re familiari communicandi.

Circa. 1. cōclusiōne dū bium. ¶ Circa singulas tamen primarū conclusionū nonnulla dubia oriuntur. Et primū circa primā

quæritur, quānā cognitio criminis exigatur, vt vir possit vxori, debitū denegare? Respōdetur illam satis esse, quæ in foro ecclesiæ ad faciendum diuortium sufficeret: nēpe, si eam cū adultero in eodem cubili repperit, aut aliter amplexatos: nam alia minora indicia, & rumores leuiore non sufficerent. Vnde verbū illud Hieronymi super Matthe. ca. 19. quod citatur can. Dixit Dñs. 32. q. 1. Vbicūq; fornicatio est vel fornicationis suspicio, liberē vxor dimittitur, nō sic intelligitur, vt suspicio sola sufficiat, vt bene ait, ibi glossa, sed quod sit causa inquirendi legitima testimonia. Nisi suspicio vehementissima fuerit, quæ pro legitimo testimonio & præsumptione valeat.

¶ Quod si roges, vtrum vir possit, postquam vxoris adulterium intellexit, ab illa debitum petere, non tamen reddere. Et videtur posse: cum ius petendi non perdidit. Respondetur tamen nequaquā id licere, sed eligere debet, aut nec petere nec reddere, aut si petierit, reddere: non enim debet claudicare coniugium. Quare petendo iam censetur illam sibi recōciliare.

¶ Vtrum verò vxor, quæ clam viro adultera est, certò tamen credit, qd si ille sciret, eam traduceret, possit debitum ab eo exigere. Apparet enim nō posse, eo quod fracta fide videtur ius perdidisse. Respondetur nihilominus posse, vt in opusculo quodā ait, Caietanus: quia rea nō debet esse sui ipsius accusatrix, nec suū prodere crimen, sed maritus, vel iudex debet eam suo iure expoliare: quare quādiu crimen latet, possessionem habet eiusdem iuris.

¶ Alia est ambiguitas fortasse grauior, si mulier quærelam apud iudicem deponat, quod vir renuit ei debitum reddere, & ipse adulterium probare nequeat, vtrum Ecclesia compellere ipsum possit, vt reddat. Respondetur id optimo iure, etiam per censuras, posse, quia debet iudicare secundum allegata & probata. Attamen vir sic potest, si velit parēre sententiæ, vt tamen nō teneatur. Quia licet sententia in foro exteriori fuerit legitima, tamē quia in falsa fuit præsumptione fundata: scilicet, qd illa non erat adultera, non ligat conscientiam: quare non tenetur ad illam accedere, neque excommunicatione in foro interiori ligatur, sed debet exteriora iudicia & molestias patiēter tolerare. Potest tamen, vt diximus, compelli, vt illam domi retineat, & alat.

¶ Circa secundam conclusionem rogabit fortasse quispiam, vtrum in foro conscientie possit vir innocens adulteram priuata autoritate à suis ædibus excludere, & diuortium inconsulata ecclesia facere. Respondetur, quod si id absque

Solutio dū bij.

Dubium.

Dubium.

Dubium.

Solutio. Nota.

Dubium.

absque scandalo fieri possit, neq; ipsa ad tribunal recurreret, posset quidē: quia re vera in cōscientia nec debet ei copulam, nec alimēta, nec humanum conuiuium. Et ideo si ipsa in separationem consentit, neq; scādalum exoritur: neque ecclesia cogit eos cohabitare, tuta s habebūt separati cōscientias. Quare si ipse vult peregrē proficisci & illā deserere, nullū eum ius vetabit. De alijs pœnis ciuilibus iuris, quas adultera incurrit, quomodo sit dote priuanda, & ad quem dos pertineat, & de via, qua legitime debeat diuortium probari, nō ad theologos, sed ad Iuriconsultos decernere spectat.

pœne ciuiles.

Solut. 1. ar. ¶ Ad primum igitur mēbrum primi argumēti respondetur, Dominum duntaxat legem tulisse, quare lege naturæ sentētia iudicis requiritur qua ius ad factum accōmodetur. Et ad secundum membrum respondetur, qd Ioseph (vt nōnulli interpretantur) non volebat vxorem tanq̄ sibi suspectā occultē dimittere, sed propter reuerentiam, quia non nihil diuinitatis in ipsa olfaciebat. Vel secundum alios, quāuis habuisset suspectam, nō tamen volebat traduce: quia tūc adultera non ad diuortium, vt modo, sed ad lapidationē petebat. Et ideo cogitabat fortē quomodo eam citra illam accusatio nem dimitteret. ¶ Ad secundum iam satis per primā cōclusionem responsum est: licet enim ei denegare debitum, non tamē expellere domo. ¶ Ad tertium verò respōdetur, quod licet oculos testes turpitudinis difficillimū sit inuenire, tamen potest vir ei, quem suspectum habet, insidias tendere, vt solam cum solo deprehēdat: aliaue indicia expiscari, quæ sint ad diuortium legitima.

Solut. secūdi membri.

Alia solutio.

Solut. 2.

Solutio. 3.

ARTICVLVS. III.

Utrum vir & vxor in causa diuortij pari iure gaudeant.



Actenus de viro, subsequitur ergo de vxore, & arguitur, quod non eodem iure, quo maritus possit vxor diuortium petere. Diuortium nanque in euangelio loco repudij veteris legis successit, in illo autem non erant coniuges pares, quia non poterat vxor virum repudiare, sicut vir vxorem; neq; verò in polygamia: haud enim vxori plures concedebantur viri, vt viro plures vxores: ergo neque in lege diuortij sunt pares.

Pœnis negatiue ar. 1.

2. Argum.

¶ Secundò. Maius nōcumentum infert adulterium vxoris, quàm viri: nam tollit prolium certitudinem: acrius ergo debet puniri, atque

adeo eius diuortij peti, quam legem vir subire non debet. Præsertim cum vir, vt ait, Paul. 1. ad Corit. 7. caput sit vxoris, qui ideo maiori iure fungitur corrigendi vxorem quàm è cōuerso. ¶ In contrarium est Innocentius Papa can. Christiana. 32. quæst. 5. vbi ait, quod Christiana religio adulterium in vtroque sexu paritate ratione condemnat.

Pars affirmatiua.

¶ Quæstionem præsentem vniuersi Doctores in partem affirmatiuam definiunt: quia sacri canones ita iubent. Caietanus autem super Matthei. 19. non solum rem in dubiū adduxit, verum & partē negatiuā affirmare videtur. Ait quippe, quod Dominus non idius vxoribus concessit, quod viris: nā non est par ratio, quare de solo viro loc⁹, ait, qd ob fornicationis causam valeat vxorem dimittere. Fuit autem hæc assertio illi Parisijs condemnata, tamēsi ipse labem abstergere conatus dixerit, id nō alleuissit. Protulit tamē hæc verba. Nemo ex euangelio colligat vxori licere virū dimittere: quoniam Deus id non concessit. Quibus certē verbis suam negatiuam mentem satis aperuit.

Caietani opinio.

Assertio Caiet. Parisijs dānata.

¶ Duabus ergo conclusionibus respondetur. Prima, quam inficiari nefas est. In causa diuortij vir & vxor ad paria iudicantur. Par in quā facultas cōceditur vxori dimittendi virum, & viro dimittendi vxorem. Determinatio est ecclesiæ cano. citato. Christiana, & eadem causa. quæst. 7. cano. Apostolus. qui est Augustin. & can. Vxor à viro, qui est Ambrosij, Et ex concilio Mileuitano can. Placuit.

1. Conclu.

Can. Christiana.

¶ At verò nō solis ecclesiasticis sanctionibus, sed ex euangelio & Paulo eadem colligitur cōclusio: quoniam cum Apostolus æquali iure dicat, vxorem non habere potestatem corporis sui sed virum, nec virum, sui, sed vxorem: pari quoq; iure tenetur vir fidem vxori seruare, vt vxor viro. Si ergo propter fractionem fidei ab vxore vir diuertere potest, vt, ait, Dominus, planē inde colligitur, idē ius vxori fauere. Dominus verò, quia de iudeorum lege & more oborta fuerat quæstio inter quos vxori non permittebatur virum repudiare, cum inde gradum fecit ad legem euangelicam, non meminuit nisi virorū, dicens, qd quāuis illis antea alijs de causis impune pœmittebatur repudium, in ecclesia sua non erat permittendum nisi solius fornicationis causa. Sed tamen: quia æqualis obligatio fidei seruandæ existit in vtroq; propter quam vir diuortium facit, tanquam notissimum inde reliquit: vxori quoq; idem ius patrocinari. Quāuis in lege veteri ad repudiū non faueret, quod erat nō solum separatio potri, sed de facto distractio matrimonij.

Ex Euangelio.

Paulus. ¶ Id ipsum Apostolus alijs verbis confirmat, vbi, ait, His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego sed Dominus, vxorem à viro nõ discedere, quòd si discesserit, manere innupta.

August. Vxorem autè à viro discedere, vt August. lib. de adulterinis coniugijs aduersus Pollentiũ arguit, nunquã fas est, nisi ob fornicatione. Cum ergo Paulus nõ expelli, sed discedere, dicat, insinuat nõ tantũ virũ posse illam expellere, sed mulieri causa fornicationis viri liberũ esse discedere. ¶ Demũ per verbũ illud, Et erunt duo in carne vna, itidẽ cõfirmatur: nam vt vxor trades se alteri carnẽ diuidit, ita & vir: ius autè diuortij est; à coniuge, qui carnẽ diuisit, alter se subtrahat. ¶ Secunda cõclusio. Nõ est par causa in vtroq; abscedendi. Vnde dici consuetum est, ad paria se habere, sed non pariter. Nam licet causa in viro maior sit discedendi, tamẽ que est in foemina ad id ipsum sufficit. Solent enim duo homicidæ pari capitis supplicio plecti, quãuis vnus scelus atrocius, q̃ alterius fuerit.

2. Conclu.

Adulterij duplex consideratio. Prima consideratio.

Notandum enim est, qd adulterium consideratur & quasi fornicatio contra temperantiam, & quasi adulterium contra iustitiam. Atqui in prima consideratione masculus & foemina mutuo conferuntur tanquam excedens & excessum: nam propensio ad Venerem ex duabus radicibus nascitur: scilicet, & ex superflue humiditate, & ex vegeto calore ad dirigendum. In foemineo autem sexu plus humoris redundat, ex qua parte attenuatur culpa, vsq; adeo vt Philosophus. 8. Ethicor. foeminas non simpliciter incontinentes appellet: nam in continens est, qui à vehementibus insultibus carnis vincitur, cum resistere debeat: & mulieres vix resistere valent, ceu bruta. Ex hac ergo parte potius esset mulieri indulgendum, q̃ viro. Veruntamen in viro plus caloris viget ad dirigendũ & egerendũ, qua ratione remissior est in eo culpa propter maiorẽ excitationem. Rursus quanquã in foemina, quæ subdita est viro, quo vilius in re illa seruit, maior debeat esse pudor, tamẽ in viro plus debet vigere ratio, quæ omnium est affectuum moderatrix. Atq; eam ob rem, simpliciter loquendo, grauius est viro crimẽ carni succumbere, quam foemina.

2. Cõside.

¶ Si autem coniugis fornicatio in quantum adulterium cõsideretur, etsi vir, quia est caput & cultus vxoris, peius delinquat: nempe, contra secundũ finem matrimonij, quæ est familiaris gubernatio, tamen mulieres logẽ scelestius & perniciosius contra primarium finem delinquit propter proli incertitudinẽ, cuius est causa. Nihilominus fractio fidei in viro sufficiens est, vt ius faciat vxori diuortium petendi.

¶ Ex quo fit pariter vxorem adulterij viri cõsciam posse priuatim sine iudicio ecclesiæ denegare ei debitum, illis modis & formis, quib9 ius viri expositum est. Imò verò quãuis semel aut pluries vir cogat vxorem pugnis & violentia, vt debitum reddat, & illo modo reddat, ius non admittit denegandi debitũ, atq; adeo petendi diuortium. Non tamen tam vel honestũ vel consuetum est vxorem diuortium petere q̃ virum. Quin verò, vt sic rem concludamus ius ciuile coniuges hac parte nõ facit æquales. Cõcedit enim viro, vt vxorem ad supplicium capitis petere valeat, vxori autem non item. Imò vbi criminaliter defertur, nihil exceptio suffragatur, quãuis vero simile crimẽ obijciat. Ius enim ciuile non tam æqualitatis mutua si dei inter coniuges rationem habet, q̃ honestatis & subiectionis vxoris. Et super hæc incertitudinis prolium, quæ falsos hæredes supponens Republicã perturbat. De hac autem distinctione, sequenti latius.

Vxor potest denegare debitum viro adulterio.


Ius ciuile.

Solu. 1. ar.

Polygamia viro antiquitus concessa.

ARTICVLVS. V.

Utrum celebrato diuortio viro ius relinquatur aliud inuendi matrimonium.



Notandum hucusq; diuortij naturam explicuimus, & ideo quaeritur, vtrum sit matrimonij dissolutio, vt viro liceat aliam accipere. Et arguitur à parte affirmatiua. Vir non tenetur ob culpam vxoris, cuius ipse non fuit causa, perpetuam seruare continentiam: compellitur autem quandoque, vt ex secundo art. superiori colligitur, in ppetuo diuortio ab obstinatissima fornicaria, quæ spem correctionis nunquam de se offert perseverare: ergo tunc potest aliam sibi coniungere.

Partis affirmatiua argum. 1.

¶ Secundo. Non est peccanti occasio offerenda peius peccandi: si autem dimissa propter fornicationem alia interdicitur nuptia, occasio ei offertur se in suis sordibus volutandi.

2. Argum.

¶ Tertio arguitur, qd cum per diuortium obligatio.

3. Argum.

Pars negatiua.

Ambrosij locus.

Caietanus.

Nota de Caietano.

Erasmus.

Erasmi operum prohibitio.

Lutherani.

Conclusio.

An per diuortium matrimonium dirimatur.

gatione sit iam soluta & debitũ reddẽdi & cohabitandi cum viro, videtur & à lege coniugij esse liberata. ¶ In cõtrariũ est illud Apostoli. 1. Cor. 7. Præcipio nõ ego, sed Dñs vxorem à viro nõ discedere, qd si discesserit, manere innuptam. ¶ Præsertim quæstionẽ, quam & canonicæ sanctiones & rationes naturales planè in partẽ negatiuã cõcludunt, vnus tantũ locus in dubium quibuscũdã vertit, qui apud Ambros. reperitur sup illo modo citato Apostoli. 1. Cor. 7. citatur. 32. q. 7. can. Vxor à viro. vbi videtur partẽ affirmatiuam tueri. Et difficultatẽ auxit nostra tempestate Caietanus, qui super Matth. c. 19. nõ solum Ambrosiano testimonio, verum & verbis, vt sibi apparet, euãgelicis subnix9 id ipsum astruxit. Salua tñ, inquit, definitione ecclesiæ, quæ hæctenus non apparet, nam Decretales, inquit, Põtificiæ de hac materia non sunt definitiuæ fidei, sed iudiciales facti. Hæc ille. ¶ Nescio tñ, vt bona venia dixerim, an Erasmi sententiã de hac re pluris fecerit, q̃ par erat. Miror enim quo genio vir doctissimus hominẽ in theologia vix vllo nomine dignum tã frequẽter obaudiebat. Erasmus nãq; tum super Matth. ca. 19. & in Paraphrasi, & in annotationibus, tũ latissimè sup Pau. 1. Cor. 7. non solum ob fornicatione, verum & innumeris alijs de causis nititur Ecclesiæ persuadere, vt matrimonij dissolueret, atq; adeo fornicationis causa nõ tantũ viro, sed etiã vxori cõten dit licere alias nuptias inire. Quare nõ absque causa sua opera naufragium iam sub sanctissimo Paulo. 4. fecerunt. Peperit enim, sicut alibi crebrò, ita & hic oua, quæ postmodũ Lutheri incubauit, vt pullos excluderet. Vnde Lutherani, vt Ekius homil. 74. de matrimonio fideliter refert, q̃ plurimis, eisq; leuissimis de causis coniugibus indulgẽt, matrimonij discinde re, atq; alia optare. Vt si alter debitũ recuset, aut crimẽ dignũ supplicio cõmiserit, aut peregre fuerit profectus. Has enim, aliasque causas auditu indignas suo arbitratu cõsingunt. Alij suspicantur nõ ambobus cõiugibus æquale ius patrocinari, sed innocẽti, vt alias nuptias inire valeat, quæ nocẽti interdicitur. ¶ His ergo nihil obstantibus cõclusio hæc firmissima, quæ ad quæstionem respõdeat, statuitur. Cuius cõtrariũ, vt manifestarius error, reputadum est. Neutiq; seu viro seu vxori post diuortium ad alias nuptias cõmigrare fas est, sed vtriq; lex præscribitur (vt ca. Ex literis, de diuortijs) vt nisi reconciliari maluerint, in perpetua castitate vitam deinceps ducant. Et quidem cõclusio inde pendet, an per diuortium matrimonium dirimatur. Si enim dirimitur, liberũ vtriq; est alia

matrimonia pacisci. Si verò nõ dirimitur, liqui dũ est id nequaquã posse. Quo circa de spõsalib9 de futuro nihil hic disputamus: quippe que anteq̃ fuerint per copulã cõsummata, proculdubio per fornicatione dirimi possunt, si vult innocens à pacto recedere, vt supra dist. 27. monstratũ est, sed loquimur de matrimonio de presentirato siue etiã cõsummato: vtroq; eũ modo diuortij adulterij gratia fieri potest. Atqui quãuis apud catholicos satis sit Sãctorum canones allegare, tamen ad obuiandũ hæreticis, his maxime tẽporibus, atq; in re tãto periculo obnoxia, oportet, vt Apostolus Petrus admonet, rationes quoq; huius catholice veritatis reddere. Funiculo ergo triplici asserẽda est: scilicet, sacræ scripturæ fundamento, & sanctorũ testimonio, ac demũ rationum energia. Et quò ab expositione euãgelij ordiamur, ait, Caietanus qd cum Christus Iudæis responderet, quibus repudium, hoc est, matrimonij dissolutio in more erat, colligitur, qd cũ dixit, fornicationis causa licere vxorem dimittere, intellexerit eo ipso modo, quo inter Iudæos, matrimonio diffracto, ad secũdas nuptias cõmigrare licebat. Hoc tamen glossema multis modis retunditur. Primum, si verum est, quod supra arbitror satis esse à nobis cõmonstratum, repudium illud nunquã fuisse licitũ, neq; matrimonij per libellũ dissolutum, sed permissum duntaxat, vt impune fieret, adeo Caiet. nihil concludit, vt hoc sit egregium argumentum ad nostram stabilendam veritatem. Nunquam enim matrimonij legitimum, nisi causa religionis Christiane profuturã dissolui licuit. Igitur quantis eodem modo permitteret Christianis fornicationis causa diuortium, quo Iudæis, non sequitur, illud vsq; ad dissolutionem vinculi permississe. ¶ Secundo respõdetur, qd esto disputationis gratia admittamus apud Iudæos per repudiũ verè matrimonij dissolui, nullu est Caiet. argumentum: nã Christus ex lege veteri gradũ fecit ad suã euãgelicã, & duos illius mores corrigere voluit. Primus erat, qd multis de causis vxor abijciebatur. Et secũdus, qd illa abiecta, vterq; ad secundam matrimonia transibat. Et ideo cõtra primum, ait, Dico autem vobis, qd quicumq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem in mœchatur: putã, fidem infringit coniugalem, atq; adeo & sibi & vxori periculũ offert in mœchadi. Et cõtinuò contra secundum subdit, & qui aliam duxerit in mœchatur: nempe, quia dimissio illa non est matrimonij dissolutio. Et eadem ratione qui dimissam duxerit in mœchatur, veluti ipsa. Quo circa illa enũciatio, vt, ait, hic S. Th. copulatiua fuit, vt verbũ, in mœchatur, bis refera

Probatio triplex.

Argum. 1. contra Caiet. animum.

2. Argum.

Primus Secundus.

Matth. 19.

Qui dimiserit tur & ad dimittere vxorē, & ad aliam ducere. **At vero** hæc est lis altera, quā nobis Caietanus, & sui contestantur. Contendunt quippe non esse copulatiuā, sed de copulato subiecto, vt mœchari, nō ad singulas partes diuisim, sed simul ad ambas complexim referatur. In hoc sensu. Omnis, qui quauis de causa vxorē dimiserit, & aliā duxerit, mœchatur, excepta causa fornicatiōis, vt exceptio feratur in ambas partes complexim, videlicet, vt significetur, causa fornicatiōis vtrūq; licere: scilicet, & vxorē dimittere, & aliā ducere. Sed tamen q̄ hic sensus Erasmi & Caietani vim textui inferat, probatur. Primò, quia inde colligitur, dimittere vxorem quauis alia de causa extra fornicationem dum modo nec dimittens nec dimissa ad alias transfirent nuptias, non esse per verba Christi prohibitū. Consequens tamē absurdissimum est: quoniā Christ⁹ planè prohibuit vlla prorsus de causa vxorem dimittere, etiā quo ad torū, nisi ob solā fornicationē. At quia Christus ad morē Iudæorū loquebatur, qui dimittebāt vxores, vt alias ducerent, ambas simul coniunxit partes, sed tamen in sensu diuiso. Atq; hoc Matth. 5. luculentius explicatur Matt. 5. vbi distinctissimam copulatiuam ponit. Omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eā mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. ¶ Secundus locus, idemq; planissimus est Pauli proximè citatus. 1. Cor. 7. His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio nō ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, q̄ si discesserit, manere inuptam, aut viro suo reconciliari. Hoc autem cauillo Erasmus illum locum eludere contendit dicens, q̄ loquebatur de illis fœminis, quæ alia, q̄ fornicationis causa à viris discederent, quæ quidem debent absq; spe cōiugij viuere, secus si fornicationis causa discederent. Sed hæc suam imposturā certum est apud Augustinum explofam legisse, si fidem illivoluisse adhibere. Illa enim erat hallucinatio Pollentij, qui hoc istorum errore tenebatur, cuius causa Augustinus tres cōtra ipsū libros de adulterinis coniugijs cōscripsit. Vbi statim lib. 1. cap. 2. & infra ostēdit neitiquam illum esse posse apostolicū intellectum: quoniam secundū euāgeliū, quod Apostolus interpretabatur, nulla de causa præter fornicationem licet vxori à viro discedere: nam neq; vt vacetur orationi nisi ex mutuo consensu, liberum est coniugibus carnali se debito defraudare: quia vxor non habet potestatem sui corporis, sed uir, neq; vir sui, sed vxor. Et ideo si alter ab altero se subtrahat, furtum sui ipsius facit: si ergo nefas est alia de causa discedere, do-

cumentū est de illo discessu ob fornicationem Apostolifermonem intelligi, quādo præcipit, vt inupta maneat. Id quod & verbo subsequenti confirmatur, aut viro suo reconciliari: nam reconciliari nō est, nisi ab adulterij crimine, quod fuerat diuortij causa. ¶ Tertius deniq; locus, qui hanc veritatem cōfirmat, est apud eūdem Apostolum Roma. 7. Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Vbi nō solis Iudæis, sed ipsi cōuersis atq; vniuersis Christianis loquebatur, docens, viuente viro nullam causam interuenire posse vinculi matrimonij abrumpendi, sed solam mortem id facere. Vnde colligit, Igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: Nullam hinc excipit fornicatiōis causam, sed quancūq; viuente viro alteri nubentem adulterij condemnat. ¶ Secundū hæc canones sanctorum patrum, summorūq; Pontificum eandem veritatem ceu orthodoxam vbiq; asserūt. Et vt Ambrosius, qui de hac re malè audit, in capite præponamus, Magister sentē. dist. præfenti, & D. Tho. super eūdem locum Pauli ad Corinth. & Gratianus, can. Quod proposuisti. 3. 2. quæst. 7. & quotquot sunt catholici, aiunt, illa Ambrosij verba esse à falsarijs deprauata. Verba Ambrosij sunt, q̄ Apostolus præcipiens vxorem à viro discedentem manere inuptam, ideò non subdit de viro, sicut de muliere: quia licet viro aliā ducere. Et quod hæc fuerit deprauatio, fit magna cōiectura ex similibus ferè Augustini verbis super eundem locum, quæ Magister hic citat, & Gratianus. 3. 2. quæst. 7. can. Apostolus. Verba sunt. Quare non addidit Paulus, de viro (ita enim legendum est) quod præmisit de muliere (videlicet, vt discedens maneret inuptus) nisi q̄ similem formam vult intelligi q̄ si dimiserit (q̄ causa fornicationis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori. Et re vera ita Ambrosius conijcitur scripsisse. ¶ Sed accedit ratio maior quàm coniectura. Et hoc fit contra Caietanū & Erasmus pendendum argumentum. Si Ambrosius sensisset viro dimittenti vxorem ius patrocinari accersendi alteram, profectò illud non denegasset vxori: quia ius illud viri ex dissoluto matrimonio nasceretur: quapropter & vxor libera esset à lege viri, vt posset sibi alterum copulare. Quod quidem argumentum contra Caietanum militat, tenentem licere viro alias nuptias, non autem vxori. Nam discrimen, quod ex veteri lege adfert, videlicet, q̄ viro licebat repudiare vxorem, non autem vxori virum,

Tertio locus

Canonū statuta.

Ambrosij locus deprauatus.

Ambrosij uerba.

Coniectura nō leuita.

Ratio cōtra Caietan.

nullius est valoris: quoniam licet hoc verum esset, tamen factò iam repudiò: quia putabāt matrimonium dissolui, credebant pariter ambos posse alia inire matrimonia. ¶ Erasmus. ¶ Quocirca Erasmus bene intellexit, quod facta viro repudiati facultate, eadem fieri deberet repudiata accersendi sibi alium maritum, quod ipse concedit. Sed tamen ipsum condēnat Ambrosius, quin verò Paul. præcipiens dimissam manere inuptam. Vnde idem Ambrosius super eundem apostolum loco citato ad Roma. 7. Quod mulier viuente viro alligata est legi eius, ait, Hæc idcirco prosequitur, vt doceat, quod mulier, etiam si à viro fuerit deicta, nubendi licentiam nō habet. Quicquid tamen Ambrosius de marito illo tempore senserit, quo ecclesia nō erat tantis sanctorum testimonijs proeecta (nam idem opinatus fuit Lactantius lib. 6. diu. instit. cap. 23.) nihilominus postquā iam modò tam multis est instructa, nō debet Ambros. reliquo sanctorum cœtui præferre. Vnde Hierony. Matth. 19. & refertur. 3. 2. quæst. 1. can. Dixit Dominus. Vbi cūque est fornicatio, liberè vxor dimittitur: & quia poterat accidere, vt quis calumniā faceret innocenti, & obsecundam copulam nuptialem veteri copulæ crimen impingeret, sic priorem dimittere iubetur vxorem, vt prima viuente, secundam non habeat. Et super eundē locum Epistolæ ad Corin. ad Amandum (sic enim legendum est, non Damasum) ead. causa. quæst. 7. Omnes, inquit, causationes Apostolus amputans apertissimè diffiniuit viuente viro, siue adulter sit, siue Sodomita, adulteram esse mulierem si alteri nupserit, nam quomodocūq; derelictus, tamen maritus est eius semper reputandus. Idemq; prorsus de viro sentit. Augustinum autem non opus esset allegare, cum tres integros libros super hoc argumentò ad Pollentium scripserit. Licet enim inquit, dimittitur vxor causa fornicationis, sed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterij quicūq; dimissam duxerit. can. Licet. 3. 2. quæst. 7. Et subdit commodatissimū exemplum, quod sicut Christianus dum excōmunicatur manet in sacramento regenerationis, ita coniux propter crimen ab altero separatus non carebit sacramento coniugij. Et idē repetit cano. Quemadmodum, ex eod. lib. De mum lib. 2. cap. 9. ambos coniuges in hac causa exæquans: scilicet, quod sicut vxor viuente viro, vt, ait, Paul. alligata est ei, ita vicissim & mulieri vir, concludit dicens, Vnde necesse est ex duobus coniugijs quatuor adulteros fieri si & ille alteram duxit, & illa alteri nupserit. Idē

Erasmus.

Ambros.

Hieronym.

Aug. de adulterinis coniugijs.

Exemplum

Augustin.

in lib. de bono cōiugali can. Interueniēte, ead. caus. & quæst. Interueniēte, inquit, diuortio, nō aboletur confœderatio nuptialis, ita vt sibi cōiuges sint, etiā separati. Et cano. Tantum, idem ait. Vnde can. Vsq; adeò, cōcludit dicens, Vsq; adeò inter viuentes manent inita iura nuptiarum, vt potius inter se sint coniuges etiam separati, quàm cum his, quibus adhererunt. Et magnus Gregorius, cano. Hi verò. 3. 2. q. 7. Qui vxores suas in adulterio deprehendunt, non licebit neq; eum neq; eam aliam vxorem accipere, neq; virum. Et Beda super verbum Pauli 1. Corint. 7. idē prorsus tam de viro relinquentē quā de relicta vxore cum Augustino sentit. ¶ Quod si Græcos consulere lubet, Origenes homilia. 7. super Matth. eadem edocet in viro & in muliere inesse rationem, vt alteruter possit alterum fornicationis gratia dimittere, ceterum neuter potest altera inire connubium, tamē si alteruter id faciat, mœchatur. Et Chryso. homil. 17. super verb. Christi Matth. 5. Qui dimiserit vxorem suā facit eā mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat, ait, q̄ tam ille dimittēs, qui aliā ducit, quā ipsa dimissa alteri nubēs adulteriū cōmittit. Et ne dicat Caietanus aliud cōcedi viro quā vxori, subdit Chryso. q̄ de muliere eo nihil Christus locutus est, q̄ cū mulieris sexus infirmior sit, dum deterret virū, vitium quoq; vxoris emēdat. Idem Theophylactus super Matth. cap. 19. Causa, inquit, hois cū muliere perpetua & inseparabilis vnio est. ¶ Sed, ait, Caietanus has non esse ecclesiæ definitiones. At quādo tales nō essent, saltem profectò error esset manifestarius tanto negare patres: erroris enim nomine falsa assertio censetur, quæ adeò sacris literis dissona videtur, & sanctis est patribus contraria, vt sit hæresis quàm proxima. Præsertim cū eadem veritas iam decretis tum conciliorum, tum & Sanctorum Pōtificum effulgeat. Sic enim habet concilium Mileuitanum, Placuit, vt secundū eūgelicam & apostolicam disciplinā neq; dimissus ab vxore, neq; dimissa à marito alteri coniungantur &c. 3. 2. q. 7. cano. Placuit. Idemq; in concilio Elibertino can. Fidelis. Et Innocen. 3. can. Quāto, de diuortijs, Sacramētum, inquit, fidei, quod semel est admissum, nūquā amittitur, sed ipsum in coniugibus perdurat. ¶ His demum accedat concil. Florētinum, vbi in Armenorum instructione sic legitur. Quauis ex causa fornicationis liceat tori separationem facere, non inde aliud matrimonium cōtrahere fas est, cū matrimonij vinculum legitime contracti perpetuū sit. Certè non video quomodo istæ non sint tanquā Ecclesiæ definitiones

August.

Gregor.

Bedd.

Origenes.

Chryso.

Theophylactus.

Concil. Mileuita.

Concilium Florenti.

Nota.

Error Parisi nitiones habendæ. Quare Parisijs primum cõtra Erasimum, ac subinde contra Caietanum hic error condemnatus est.

Nota. ¶ At vero, vt tertiam argumetorum sedem rationibus instruamus, queritur, si fornicationis causa dirimitur matrimonium, quonam temporis articulo dirimatur. Aut enim cum primũ coniux adulteratur: quod affirmari nõ potest: nam postea liberũ est alteri coniugi adulterum sibi sine nouo consensu denuo contrahendi reconciliare. Vel quando ecclesia facit diuortium: verum neq; hoc cassere licet: quia tunc ecclesia nõ facit nisi pronuntiare sententiam illius separationis, quæ per fornicationẽ illuc vsq; incognitam acciderat. Et patet hoc manifeste, nam post diuortiũ celebratum potest vir dimissam sibi reconciliare: imò si fornicetur, potest ad reconciliationem compelli, vt articulo proximo diceimus. Reliquũ ergo fit, qd non dirimitur quousq; ipse transeat ad secundas nuptias. Itaq; vt supra de repudio dicebamus, diuortium secundum istos non dirimet, sed faceret facultatem dirimendi. Esset autem concessio perquam absurda dicere, quod matrimonium ratum & consummatum per transitum ad secundas nuptias dirimatur, cum neq; per ascẽsum ad religionem dirimi valeat.

Ratio. Ad hæc, vt Hierony. loco supra citato docet, si matrimonium per diuortiũ omnino rumperetur, tũc id, quod flagitiosus in supplicium decretum est, in lucrum & commodum sapissimẽ eis cederet. Nam cũ primum coniuges animo disiderent, & inuisa mulier viro esse inciperet, aut vxori maritus, aut si maritus aliam deamaret, aut vxor alium, facile alteruter adulterium committeret, vt per illam occasionem matrimonio distracto ad alias optatas nuptias conuolaret. Imò vir facile occasionem offerret vxori adulterandi, & vxor viro, & (quæ audacia odientium & amantium esse solet) falso testes disquiret, quibus se alter ab altero extricaret, vt ad noua inuenda connubia se succingeret. Quæ utiq; ratione diuortiũ, quod odiosissimum inter Christianos esse debet, & veit infame effugiendum, fieret sæpẽ optatissimũ.

Hierony. Sed non opus est pluribus aduersus istos agere, satis enim validum argumetum reputandũ est, qd nõquàm in ecclesia aliqua natio vel provincia inuẽta est, vbi diuortium tale auditum sit, quo fuerit matrimonium discissum.

Nota. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod quauis per se nulla in innocente oriatur obligatio perpetuò abstinendi, potest tamen per accidentarium euentum oriri. Quoties enim vnus coniugum in morbum incidit

Validũ argumentum. ¶ Ad secundum respondetur, quod quauis per se nulla in innocente oriatur obligatio perpetuò abstinendi, potest tamen per accidentarium euentum oriri. Quoties enim vnus coniugum in morbum incidit

Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod quauis per se nulla in innocente oriatur obligatio perpetuò abstinendi, potest tamen per accidentarium euentum oriri. Quoties enim vnus coniugum in morbum incidit

incurabilem, quo rei vxoria perpetuò fiat inhabilis, aut si sit perpetuò carceri mãcipatus, vel in exiliũ missus, tenetur alter perpetuò abstinere. Eadem ergo ratione si sit perpetuò incorrigibilis, & alter citra scandalum datum nõ possit cum illo habitare.

¶ Ad secundum respondetur, quod diuortiũ per se nõ est tãta occasio, vt sordida sordescat adhuc, qd est remedium respiscendi. quia illud opprobriũ deberet errantem confundere, & in viã reducere. Si autem tam peruersa est, vt occasionem inde mali nascatur, sua sit culpa.

¶ Ad tertium demum respondetur, qd quauis celebrato diuortio vterq; sit liber ab obligatione reddendi debitum, non tamen matrimoniũ dirimitur: & ideo quomodocunq; siue dimittens ad alteram, siue dimissa ad alterum accedat, committit adulteriũ. Potest tamen vterq; votum castitatis siue solẽne siue simplex emittere, altero manẽte in seculo: attamẽ neq; per votum ipsam solẽne dissoluitur matrimonium.

Est nihilominus votum ipsum, quãtũuis simplex validum, ita vt qui vouit, non possit amplius debitum reddere coniugi, neq; ab illo exigere propter votũ, quauis se reconciliare volerint, nisi per dispensationem, si esset votum simplex: secus autem si esset solẽne. Quin uerò vt supra diximus, maritus siue dimissus potest sacris initiari & fieri presbyter vxore in seculo relicta. At verò si postmodum ecclesia comperiat se per falsos testes fuisse deceptã, & diuortium re vera non fuisse validum, debet saltem altero petente iteratò illos recõciliare: & tunc ille, qui votum fecit quãuis solẽne, tenetur exire à conuentu, & debitum reddere, non tamen exigere, quãuis votum nõ fuerit nisi simplex, quando quidem bona fide susceptum est. Habet tamen istam causam, vt cũ illo debeat dispensari, postquam cogitur cum ea habitare.

ARTICVLVS. VI.

Utrum post celebratum diuortium locum habeat reconciliatio.



Variunt tãdẽ, vtrũ diuortiũ vim habeat perpetuã, vt nullus postea recõciliationi detur locus. Et arguitur nõ posse separatos post recõciliari. Nã si recõciliatio esset licita, id propter pœnitentiã vxoris adulteræ accideret: at verò si pœnitentiã facit recõciliationẽ licitã, videtur illam facere necessariã: scilicet, vt pœnitẽs possit cogere virũ, vt ad ipsam rediret hoc

id propter pœnitentiã vxoris adulteræ accideret: at verò si pœnitentiã facit recõciliationẽ licitã, videtur illam facere necessariã: scilicet, vt pœnitẽs possit cogere virũ, vt ad ipsam rediret hoc

hoc tamen est falsum: ergo reconciliatio non est licita. ¶ Secundo. Sequeretur, qd si post diuortium vir innocens vellet reconciliationem facere, teneretur ipsa, quæ fuerat dimissa ad eũ redire: consequens tamen est falsum: nam per sententiam ecclesiæ videtur ab vsu coniugali liberata. ¶ Et tertio. Si recõciliatio post diuortium locum haberet, sequeretur quod si vir innocens, qui vxorem dimiserat postea adulterium committeret, teneretur ad illam redire: nam si ante diuortium inuentus fuisset adulter, nõ posset diuortium facere; ergo ipsum eius adulterium, quod antea fuisset impedimẽtum diuortij petendi, esse debet postea causa, vt diuortium postea infectum reddatur.

¶ Quarto deniq; arguitur. Si ante diuortium vir occultum committens adulterium, quod vxor probare non potest, ipsam adulterã per iudicium ecclesiæ dimittat, videtur diuortium inique postulatum ex parte viri: ergo si in aliquo casu reconciliatio haberet locum, esset in isto: & tamen in hoc vir non cogitur vxorem sibi reconciliare: ergo reconciliatio post diuortium non habet locum.

¶ In contrarium est verbum Pauli. 1. Corint. 7. Si vxor à viro discesserit, maneat inuupta, aut viro suo reconcilietur.

¶ Ad quæstionem illi, qui tenent celebrato diuortio ius fieri coniugibus ad aliud migrandi matrimonium, cogi videntur concedere, post diuortium non fieri reconciliationi reliquum locum, quia putant illud esse dissolutũ. Verum tamen secundum rei veritatem facillima est responsio, quæ vnica conclusione bimembri cõtinetur. Si post diuortium adultera respiscat, ita vt constet emendatam esse, potest eam sibi vir reconciliare, quemadmodum ante poterat retinere: si autem incorrigibilis appareat, nõ licet eam resumere eo modo, quo antea non licebat eam retinere. Prima pars patet, quoniã diuortium solũ fit propter crimen: illo ergo cessante, potest & diuortium cessare, siue ante quam fiat, siue postquam factum fuerit, nam cum diuortium in fauorẽ innocentis fiat, qui obligatione reddendi debitum absoluitur, eandem libertatẽ, quam ante diuortium habebat ad retinendam vxorem, habet postea ad resumendam, si vult iuri suo cedere. Quod si in contrariũ regulam illã iuris obijcias. Quod semel bene definitum est, nulla debet iteratione retractari. Respondetur, quod definitio ecclesiæ non est compulsoria, vt coniux necessariò dimittat adulteram, sed permissoria, vt dimittat si velit: quare semper est ei integrum, etiam factò diuortio, illam ad se reducere. ¶ Secundam

¶ Ad primũ igitur respõdetur, quod pœnitentiã vxoris quauis debeat virum emollire & ad veniam inducere, tamen eum non cogit. Quare sicut vxor ante diuortium pœnitentiã suam & correctionem in iudicio allegans non auditur nisi ad mitigandum virum, ita nec post diuortium ipsum cogit.

¶ Secundum verò maioris est difficultatis. Videtur enim vxor dimissã nõ teneri amplius ad virum redire. Nihilominus Diuus Tho. imprentia innocenti fiat, vt absoluat redditione debiti, non debet ei nocere & in commodare, vt priuatur iure petendi: & ideo quotiescunq; ipse velit, tenetur rea ei obtemperare. Certẽ est bona ratio, & ante quã diuortium fiat, omnino conuincens: sed tamen factò diuortio, nõ videtur tam efficax. Nihilominus semper videtur habere vigorem, nisi iam votum ipsa emisserit. Sed addit S. Thomas de licentiã ipsius viri. Crederim tamen profectò sententiam ipsam diuortij valere pro vouendi licentiã: nam postq ipse noluit illi parcere, & persistit vsq; ad sententiã, re vera per talem sententiam vxor liberatur, vt saltem ante quã ipse eam repetat possit ipso incõsulto votum castitatis facere. Quare si sit solẽne, nunquam eam ecclesia reuocabit ad virum, quantumcunq; ipse petat, imò verò, vt reor, licet fuerit simplex, si legitimẽ illa iurauerit & probauerit illud iã votũ emisisse.

¶ At verò tertium argumentũ est intricatius, in quo dissoluẽdo variæ versantur opiniones: nam iurisperiti tenent, virum post diuortium fornicantem cõpelli ad vxorẽ redire, ad quod citant cap. fina. de adulter. Illud verò nihil ad rem facit: nam illic sermo non habetur, nisi de viro, qui si ante diuortium fuerit adulter, non potest adulteram eadẽ de causa dimittere. Est tamen textus, qui videtur expressus, capit. Ex literis, de diuortijs. Sed nihilominus D. Thom. in hac presentia distinctione & quæst. in solut. ad. 4. ait, qd propter adulterium, quod vir innocens post diuortium committit, secundum rigorem iuris non debet cogi ad recipiendum vxorem adulteram. Prius tamen ex æquitate iuris iudex ex officio suo debet eum cogere, vt caueat periculo animæ suæ & scandalo aliorum: quauis vxor non possit recõciliationẽ petere. Et tamen D. Tho. textum illum Alex.

¶ In contrarium est verbum Pauli. 1. Corint. 7. Si vxor à viro discesserit, maneat inuupta, aut viro suo reconcilietur.

¶ Ad quæstionem illi, qui tenent celebrato diuortio ius fieri coniugibus ad aliud migrandi matrimonium, cogi videntur concedere, post diuortium non fieri reconciliationi reliquum locum, quia putant illud esse dissolutũ. Verum tamen secundum rei veritatem facillima est responsio, quæ vnica conclusione bimembri cõtinetur. Si post diuortium adultera respiscat, ita vt constet emendatam esse, potest eam sibi vir reconciliare, quemadmodum ante poterat retinere: si autem incorrigibilis appareat, nõ licet eam resumere eo modo, quo antea non licebat eam retinere. Prima pars patet, quoniã diuortium solũ fit propter crimen: illo ergo cessante, potest & diuortium cessare, siue ante quam fiat, siue postquam factum fuerit, nam cum diuortium in fauorẽ innocentis fiat, qui obligatione reddendi debitum absoluitur, eandem libertatẽ, quam ante diuortium habebat ad retinendam vxorem, habet postea ad resumendam, si vult iuri suo cedere. Quod si in contrariũ regulam illã iuris obijcias. Quod semel bene definitum est, nulla debet iteratione retractari. Respondetur, quod definitio ecclesiæ non est compulsoria, vt coniux necessariò dimittat adulteram, sed permissoria, vt dimittat si velit: quare semper est ei integrum, etiam factò diuortio, illam ad se reducere. ¶ Secundam

verò partem cõclusionis, quod incorrigibilem non potest sibi recõciliare, cum eisdem moderaminibus intelligito, quæ artic. 2. posita sunt inter disputandum, an illam teneatur relinquere. Difficultates ergo, si vllæ sunt, per argumẽta referantur.

¶ Ad primũ igitur respõdetur, quod pœnitentiã vxoris quauis debeat virum emollire & ad veniam inducere, tamen eum non cogit. Quare sicut vxor ante diuortium pœnitentiã suam & correctionem in iudicio allegans non auditur nisi ad mitigandum virum, ita nec post diuortium ipsum cogit.

¶ Secundum verò maioris est difficultatis. Videtur enim vxor dimissã nõ teneri amplius ad virum redire. Nihilominus Diuus Tho. imprentia innocenti fiat, vt absoluat redditione debiti, non debet ei nocere & in commodare, vt priuatur iure petendi: & ideo quotiescunq; ipse velit, tenetur rea ei obtemperare. Certẽ est bona ratio, & ante quã diuortium fiat, omnino conuincens: sed tamen factò diuortio, nõ videtur tam efficax. Nihilominus semper videtur habere vigorem, nisi iam votum ipsa emisserit. Sed addit S. Thomas de licentiã ipsius viri. Crederim tamen profectò sententiam ipsam diuortij valere pro vouendi licentiã: nam postq ipse noluit illi parcere, & persistit vsq; ad sententiã, re vera per talem sententiam vxor liberatur, vt saltem ante quã ipse eam repetat possit ipso incõsulto votum castitatis facere. Quare si sit solẽne, nunquam eam ecclesia reuocabit ad virum, quantumcunq; ipse petat, imò verò, vt reor, licet fuerit simplex, si legitimẽ illa iurauerit & probauerit illud iã votũ emisisse.

¶ At verò tertium argumentũ est intricatius, in quo dissoluẽdo variæ versantur opiniones: nam iurisperiti tenent, virum post diuortium fornicantem cõpelli ad vxorẽ redire, ad quod citant cap. fina. de adulter. Illud verò nihil ad rem facit: nam illic sermo non habetur, nisi de viro, qui si ante diuortium fuerit adulter, non potest adulteram eadẽ de causa dimittere. Est tamen textus, qui videtur expressus, capit. Ex literis, de diuortijs. Sed nihilominus D. Thom. in hac presentia distinctione & quæst. in solut. ad. 4. ait, qd propter adulterium, quod vir innocens post diuortium committit, secundum rigorem iuris non debet cogi ad recipiendum vxorem adulteram. Prius tamen ex æquitate iuris iudex ex officio suo debet eum cogere, vt caueat periculo animæ suæ & scandalo aliorum: quauis vxor non possit recõciliationẽ petere. Et tamen D. Tho. textum illum Alex.

¶ In contrarium est verbum Pauli. 1. Corint. 7. Si vxor à viro discesserit, maneat inuupta, aut viro suo reconcilietur.

¶ Ad quæstionem illi, qui tenent celebrato diuortio ius fieri coniugibus ad aliud migrandi matrimonium, cogi videntur concedere, post diuortium non fieri reconciliationi reliquum locum, quia putant illud esse dissolutũ. Verum tamen secundum rei veritatem facillima est responsio, quæ vnica conclusione bimembri cõtinetur. Si post diuortium adultera respiscat, ita vt constet emendatam esse, potest eam sibi vir reconciliare, quemadmodum ante poterat retinere: si autem incorrigibilis appareat, nõ licet eam resumere eo modo, quo antea non licebat eam retinere. Prima pars patet, quoniã diuortium solũ fit propter crimen: illo ergo cessante, potest & diuortium cessare, siue ante quam fiat, siue postquam factum fuerit, nam cum diuortium in fauorẽ innocentis fiat, qui obligatione reddendi debitum absoluitur, eandem libertatẽ, quam ante diuortium habebat ad retinendam vxorem, habet postea ad resumendam, si vult iuri suo cedere. Quod si in contrariũ regulam illã iuris obijcias. Quod semel bene definitum est, nulla debet iteratione retractari. Respondetur, quod definitio ecclesiæ non est compulsoria, vt coniux necessariò dimittat adulteram, sed permissoria, vt dimittat si velit: quare semper est ei integrum, etiam factò diuortio, illam ad se reducere. ¶ Secundam

¶ Ad primũ igitur respõdetur, quod pœnitentiã vxoris quauis debeat virum emollire & ad veniam inducere, tamen eum non cogit. Quare sicut vxor ante diuortium pœnitentiã suam & correctionem in iudicio allegans non auditur nisi ad mitigandum virum, ita nec post diuortium ipsum cogit.

¶ Secundum verò maioris est difficultatis. Videtur enim vxor dimissã nõ teneri amplius ad virum redire. Nihilominus Diuus Tho. imprentia innocenti fiat, vt absoluat redditione debiti, non debet ei nocere & in commodare, vt priuatur iure petendi: & ideo quotiescunq; ipse velit, tenetur rea ei obtemperare. Certẽ est bona ratio, & ante quã diuortium fiat, omnino conuincens: sed tamen factò diuortio, nõ videtur tam efficax. Nihilominus semper videtur habere vigorem, nisi iam votum ipsa emisserit. Sed addit S. Thomas de licentiã ipsius viri. Crederim tamen profectò sententiam ipsam diuortij valere pro vouendi licentiã: nam postq ipse noluit illi parcere, & persistit vsq; ad sententiã, re vera per talem sententiam vxor liberatur, vt saltem ante quã ipse eam repetat possit ipso incõsulto votum castitatis facere. Quare si sit solẽne, nunquam eam ecclesia reuocabit ad virum, quantumcunq; ipse petat, imò verò, vt reor, licet fuerit simplex, si legitimẽ illa iurauerit & probauerit illud iã votũ emisisse.

¶ At verò tertium argumentũ est intricatius, in quo dissoluẽdo variæ versantur opiniones: nam iurisperiti tenent, virum post diuortium fornicantem cõpelli ad vxorẽ redire, ad quod citant cap. fina. de adulter. Illud verò nihil ad rem facit: nam illic sermo non habetur, nisi de viro, qui si ante diuortium fuerit adulter, non potest adulteram eadẽ de causa dimittere. Est tamen textus, qui videtur expressus, capit. Ex literis, de diuortijs. Sed nihilominus D. Thom. in hac presentia distinctione & quæst. in solut. ad. 4. ait, qd propter adulterium, quod vir innocens post diuortium committit, secundum rigorem iuris non debet cogi ad recipiendum vxorem adulteram. Prius tamen ex æquitate iuris iudex ex officio suo debet eum cogere, vt caueat periculo animæ suæ & scandalo aliorum: quauis vxor non possit recõciliationẽ petere. Et tamen D. Tho. textum illum Alex.

3. viderat, quia eo fuit antiquior.

Ratio. 1. ¶ Et re vera pro hac opinione S. Thomae ratio militat, quod per diuortium vir absoluitur ab obligatione reddendi debitum uxori, atque adeo ille contractus societatis quo ad torum & cohabitationem dissolutus videtur: quare licet postea vir peccet in Deum adulterando: quia manet verum matrimonium, non tamen videtur in uxorem iam dimissam peccare, atque adeo cogi non potest, ut ad illam reuertatur.

Ratio. 2. Et confirmatur hoc maxime, quia sententia diuortij non fertur sub conditione, nisi vir deliquerit, sed absolute ut separentur. Quapropter ad textum illum responderi posset, intentionem Pontificis non esse facere decretum vniuersale, quod haberet vim legis: nam si hoc. S. Tho. intellexisset, nunquam dixisset, quod rigore iuris non posset ille cogi: sed fuit sententia particularis in illo casu propter circumstantias particulares. Vir enim ille prius fuerat caufatus, quod per vim uxorem illam duxerat, & quia illo modo non potuit illam expellere, crimen ei fornicationis obiecit, quod illa non conuicta confessam est: quae quidem indicia erant ipsos propter mutuum odium separationem concupiscentiae: & ideo episcopus consilio capituli permittit eos, ut separatim viuerent, dummodo continentiam obseruarent. Quae quidem permissio non videtur omnino sententiam continuasse diuortij, sed cuiusdam permissionis. Deinde vir rebellis contra admonitionem ecclesiae non solum adulteratus est, sed nuptias contraxit nouas, unde in suspicionem venit, quod affectu illarum nuptiarum technas alias subtexuisset. Quocirca merito compulsus fuit ad illam redire. Quare certe inde lex non plane colligitur in alijs diuortijs necessariò seruanda. Et re vera solutio haec omnino videtur textui satisfacere.

Casus illius decretalis.

Nota.

In conscientia.

Iudex.

Solu. 4. ar.

¶ At verò quia haec ad vsum, qui vniuersalis in ecclesia seruatur, referenda sunt, dico primò, quod vir post diuortium adulteratus non tenetur in conscientia ante compulsionem Ecclesiae ad uxorem redire. Quia si forte tenetur, non est nisi in poenam criminis, quam ideo exequi ante condemnationem non tenetur: cum non debeat idem esse reus & iudex. Secundò addiderim, quod neque iudex ex officio tenetur eum compellere, nisi forsitan perditissimè viueret, & magnum suis adulterijs scandalum daret. Tandem adiecerim, quod si uxor eum in iudicium deferat reconciliationem petens, Ecclesia tanquam inobedientem suis mandatis, quibus ei praecipit, ut caste viueret, propter sua scandala potest eum compellere, ut cum sua uxore viuat. ¶ Ad quartum demum respondetur, quod vir occultè adulter pec-

cat adulteram uxorem de eodem crimine accusans: quippe qui (ut verbis Pauli utamur) cum dicat alteri non moechandum, moechatur. Quare illo casu, quo ante diuortium fuit adulter, si uxor reconciliationem petat, in conscientia tenetur uxori parcere: nam licet illa eius crimen probare non possit, non inde iure suo priuatur: quoadmodum qui re vera es contraxit alienum, quamuis creditor id probare nequeat, debitor nihilominus est.

In conscientia.

DISTINCTIO

trigesima septima, De alijs criminibus, quae sunt matrimonij impedimenta.



Distinctio haec alia sunt crimina impedimenta quae matrimonio ob sunt contrahendo, contractum verò minime dirimunt, atque alia, quae etiam contractum dissoluunt. Prioris generis sunt incestus post matrimonium commissus, raptus alienae sponsae, homicidium simplex propriae uxoris, baptizatio proprii filij, interfectio presbyteri, sacrilegium matrimonium cum moniali, quibus & solennis poenitentia adiungitur. Posterioris verò sunt incestus matrimonio antecedens, adulterium cum homicidio coniunctum, adulterium fide adulterae data post obitum coniugis contrahendum cum illa, ac denique matrimonium inter coniugatos de facto contractum.

Cap. 2.

¶ Igitur, si quis cum aliqua fuerit fornicatus, & cum eius postea consanguinea contraxerit, matrimonium iure propter incestum dirimitur:

tur: qui verò post matrimonium cum consanguinea uxoris incestuosum adulterium commiserit, sic iure petendi debitum nudatur, ut tamen teneatur reddere. Unde concilium apud Miciam, Si quis cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, neque à matre vnquam debitum petere, neque filiam vnquam habere potest uxorem. Et in concilio Aurelian. Qui dormierit cum duabus sororibus & vna antea uxor fuerit, neutram ex ipsis habet, neque ipsi adulteri vnquam in coniugio copulentur. Quod autem ait, neutram ex ipsis habeat, non sic intelligitur, quod uxorem debeat dimittere, sed quod debitum ab ea petere nequeat. Et pariter intelligitur Zachariae, Concubuisti cum sorore uxoris tuae, si fecisti, neutram habeas. Quod autem subdit. Et si illa, quae uxor tua fuerit, conscia sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino cui velit, intelligitur, viro vita defuncto.

Ca. 1. de eo qui cognoscit consanguini.

Can. Qui dormierit. 27. q. 2. c. 12. q. 7.

Cap. 3.

13. q. 2.

33. q. 2.

Cap. 4.

¶ Interfectores autem suarum coniugum Nicolaus Papa ceu homicidas condēnat. Interfectores. Id quod si absque publica autoritate perpetrent, interpretandum est. Nam Caesarea iura id sane bona causa permittunt, quamuis ecclesia huiusmodi gladio temporaliter non utatur, ut idem Pontifex ca. In ter haec, illic admonet. Ob idque ea quaest. Pius papa, Quicumque, inquit, propria uxorem absque lege & sine causa interfecerit, aliamque duxerit, publicam agat poenitentiam.

accedit. Qui enim vno matrimonio deuinctus est, aliud viuere coniugere inire non valet, quod si inierit, distrahendum est. Quocirca coniugata, quae absentem suum coniugem defunctum arbitratur, quousque vel per certum nunciū, vel alia legitima via certior facta sit, alium sibi coniugem adsciscere non valet, ut Clemens papa. c. In praesentia, & Lucius. c. Dominus. admonet. Quod si illud contraxerint, priorque coniugum post copauerit, prius est matrimonium obseruandum, ut Leo, atque Inno. 34. q. 2. iubent.


De sponsa. De secundis nuptijs. Ca. Cum per bellicam. Can. Cum in captiuitate.

DISTINCTIONIS

37. Quaest. vnica, De alijs criminibus, quae sunt matrimonij impedimenta.

ARTICVLVS. I.

Verum sint aliqua crimina, quae matrimonium contrahendum impediunt, contractum verò non dirimant.



In tribus precedentibus distinctionibus de illis impedimentis disputatum est, quae non sunt necessaria, atque adeo constituunt personas medias: id est, nec penitus legitimas, nec prorsum illegitimas. Subsequitur ergo consideratio de impedimentis necessarijs, quae prorsus personas illegitimas reddunt. Quae quidem consideratio per sex protenditur distinctiones. In tribus ergo prioribus disputabitur de impedimentis quae ex actionibus oriuntur: scilicet, ratione criminis, aut suscepti ordinis, aut emissi voti, aut susceptae Christianae religionis. Et in tribus postremis de impedimentis ex cognatione contractis: nempe, ex consanguinitate & affinitate. Magister autem sententia in hac dist. agit de ordine, verum tamen (ut supra diximus) commodiùs hic de reliquis criminibus disputatur, ut haec dist. praedicti cohaereat, ut in subsequenti de ordine & voto quae connexionem habent, simul disputetur.

R 5 ¶ Igi-

Igitur preter simplex adulteriū, de quo dist. præcedenti dictū est, quæritur, vtrum alia sint crimina matrimonium impediētia, non autē illud dirimentia, Et arguitur à parte negatiua. Matrimonium institutum est tum in officium ad propagandum humanum genus, tum & in remedium cōtra concupiscentiā: crimē autem peculiare hominis non debet toti generi in cōmodare, neq; illo modo puniri, qui offendiculum homini obijciat, vt perpetuū cōiugio priuatus identidem illecebris carnis succumbat.

Secundò arguitur. Si aliquod esset huiusmodi crimen, maximè incestus cum cōsanguinea vxoris, vt habetur cap. 1. & 2. de eo qui cognouit cōsang. vxoris. hoc tamen nō vsq; adeo rationi consonum videtur: nam scelestius est cognatam propriam incestu polluere, quàm cōsanguineam vxoris, quæ tantum est viro affinis: sed incestus ille non legitur matrimonium impedire: ergo neque iste.

In contrarium sunt sancti canones huiusmodi pœnam quibusdam criminibus decernētes. Ad quæstionem duabus conclusionibus respōdetur. Prima. Sex sunt crimina, quæ matrimonium contrahendū impediunt, non tamen contractum dirimunt: scilicet, incestus, raptus alienæ sponsæ, vxoricidium, baptizatio proprii filij, vt vir ab vxore separetur, interfectio presbyteri, & matrimonium sacrilegum cum moniali. His additur & septimum impedimentum, pœnitentia solennis, quæ licet non sit crimen, agitur tamen propter crimen. Vnde carmina, Incestus, raptus spōsata, mors mulieris, Susceptus propriæ sobolis, mors presbyteralis, Vel si pœniteat, solēniter, aut monialem accipiat, Prohibent hæc coniugium sociandum.

Inter hæc autem crimina duo sunt, quæ vno modo considerata duntaxat impediunt matrimonium contrahendum, sed altero modo dirimunt etiam contractum. Hęc sunt incestus & vxoricidium. Vbi notandū, qd incestus aut cōmittitur cum cōsanguinea vxoris, aut cū propria cognata. Atqui prior aut committitur ante contractum matrimonium, aut post. Si ante, tunc propriè non est incestus, sed tamen dirimit matrimonium contrahendum cum cōsanguinea illius, cum qua fornicatum est, atq; hac ratione dicitur incestus. De quo impedimento art. proximo disputabitur. Si verò post matrimonium committatur, tunc duos habet effectus, quorum vnus est, qd incestuosus non potest debitum exigere. Secundus effectus est, qd impeditur, ne etiam mortua coniuge possit aliud matrimonium contrahere, non tamen si illud contraxerit, est rescindendū. Primus effe-

Partis negatiua ar. 1.

2. Argum.

Partis affirmatiua.

1. Conclu.

Verificati.

Nota.

Incestus.

ctus pertinet itidē ad subsequētē articulum, & secundus ad istū. De incestu quantum ad vtrumq; istorum duorum effectuum extant decreta, in capit. 1. & cap. Veniēs. & cap. Trāsmisæ, de eo qui cognouit cōsang. vxor. & can. Qui dormierit, & Concubiuisti. & Si quis nouerit. 32. q. 7. Quod si roges, vtrum si mortua vxore vir committat incestum cū eius cōsanguinea pariter impediatur matrimonium contrahendum, dubium esse potest, sed tamē crediderim non esse impedimentum: quoniam hæc impedimenta restringenda sunt. Et tamen canones non loquuntur nisi de incestu viuente vxore. At si incestus fiat cum propria cōsanguinea siue ante matrimonium siue post (nihil enim ad rem pertinet) est etiam impedimentum cōtrahendi matrimonij, nō tamen illud dirimit, vt can. Si quis viduam, ead. cau. & quæstio. vbi id asseritur de incestu cum nepte, aut consobrina aut filia auunculi. Et ratio huius impedimenti non est alia nisi qd qui tam impudica Venere se polluit, interdicitur, ne alioqui licita vtatur. Vtrum verò talis incestus cum propria cognata impediatur matrimonij vsu, ne incestuosus iure valeat debitū petere, art. seq. videbim⁹.

Simplex item vxoris interfectio: videlicet, quando non fit animo contrahendi cum altera, sed propter odium, aliaue de causa, impedit etiam matrimonium contrahendum, sed non dirimit cōtractum. 33. quæst. 2. can. Admonere, & can. Interfectores. Ratio autem huius impedimenti est, quod qui vnam vxorem tam atroci affecit iniuria, indign⁹ meritò est cui alia committatur. Syluester autem verb. Matrimonium. 7. quæst. 6. adnotauit, non inueniri scriptum ius, vbi vxor, quæ maritum occidit matrimonio cōtrahendo prohibeatur. Sed tamē optimo similitudinis argumento colligitur. Vxorididum verò causa & affectu conciliandi alterius matrimonium non solum impedit contrahendum, verum dirimit contractum, vt artic. 4. disputabitur.

De raptore alienæ sponsæ, quod ineundo matrimonio priuatur, habetur in concilio Toletano. cano. Statutum est. 27. quæst. 2. Et ratio est quia expedit, vt qui alienū matrimonium perturbare ausus est, iure proprii contra hēdi priuatur in eo puniatur, in quo deliquit.

At qui de eo qui proprium filium baptizauit, vt affinitatem cum propria vxore contraheret, habetur ex concilio Maguntinensi can. De eo. 30. quæstio. 1. Intelligitur autem si consalto ob eū finē filium quis de proprio fonte leuauerit, vt discidiū quo ad torū inter ipsum & vxorem fiat, tunc enim ab ipsa debitum petere

Vxorididum

Ratio.

Syluester.

Raptus alienæ sponsæ.

Ratio.

Baptizatio propria prolis.

Occiso presbyteri

Cum moniali.

Pœnitentia solennis.

Episcopus dispensat.

Panormit.

Caieta.

Incestus occultus.

Cōcilij Provincialis.

Vfus eorū in foro pœnitentiæ.

2. Conclu.

Primum.

tere, & ea mortua aliud inire coniugium prohibetur, eo quod infideliter in primo se gesserit.

De interfectore verò presbyteri habetur ex eodem concilio Maguntinensi. cap. Qui presbyterum. de pœnitentiæ. & remissio. In cuius glossa reliqui omnes casus appenduntur.

Sed de eo, qui matrimonium cum moniali contraxit habetur ex Concilio Triburiensi cano. Hi ergo, & can. Si quis. 27. quæst. 1.

De solēniter pœnitētibus habetur can. De his. & can. Antiqui. 33. q. 2. Illud autem nō impedit, nisi quandiu pœnitētia durat, vt ex illis capitulis colligitur.

Circa hos autem omnes casus & impedimenta contrahendi, quæ contractū non dirimunt, hoc in primis animaduertendū, quod citra dubium super omnibus potest episcopus dispensare, vt de incestu ait, Pano. ca. 1. De eo, qui duxit in matrimo. quā polluit per adulte. iuxta cano. Si duo. 35. q. 2. Sed præcipuè id adstruit Caieta. verb. Matrimonium. Quin verò addit, quod si contemptus desit, contrahere cū istis impedimentis absq; dispensatione, vbi non est cōfuetum illam petere, non est iudicandum mortale. Et vbi non est in hominum memoria, vt episcopi dispensent circa hæc, videntur tacitè consentire. Quāuis tutius sit secretè per terciā personam dispensationem postulare. Atqui Panorm. cap. Literis, de præsumptio. incestum occultum nullum esse impedimentum, ait, matrimonij contrahendi. Et super cap. Qui presbyterum, de pœnit. & remissio. asserit, qd neq; occisor presbyteri arcetur à matrimonio, nisi fuerit conuictus.

Et re vera cum omnes isti canones impedimentorum non sint, nisi conciliorum provincialium, nihil mirum si iam nunc temporis nō tanta eorum habeatur ratio. Etenim fortasse olim in vsu erant quantū ad forum pœnitentiale, vt confessarij illas pœnitentias iniungerent: qui mos iam non viget.

Tandem ad pacandas conscientias notandum, quod vbi etiam cōsuetudo perseueret petendi dispensationem, quanquam esset peccatum mortale absque illa cōtrahere, tamē postquam contractum fuerit, nulla opus est dispensatione: quia & matrimonium solidum est, & nullum horum impedimentorum præcedentium matrimonio aut solutionem aut exactio nem debiti coniugalis impedit.

Secunda cōclusio. Præter hæc septem sunt & alia quatuor impedimenta matrimonij cōtrahendi, sed non dirimentia, quæ non sunt crimina. Hæc ab eodem à Caietano recēsentur. Primum, si episcopus aliquibus rationabili de causa cō-

trahere inhibeat: esset enim tunc peccatū mortale non parere mandato. Secundum, si quis in catechismo ante baptismum puerum catechizandū tenuit, vt. d. 4. 1. videbimus. Et hoc ligat sub peccato mortali, sed tamē est ab episcopo dispensabile. Tertium est, sponsalia de futuro, tunc enim peccatum mortale suo genere esset absque legitima causa dirimente cū alia matrimonium contrahere. Neque cadit sub dispensatione, quia est præiudicium tertij. Quartum denique est, votū simplex castitatis, post quod graue peccatum esset, si homo se in matrimonium immergeret. Neq; episcopus, sed solus Papa dispensare potest. Post cōtractū verò poterit episcopus super petitione debiti dispensare.

Ad primū igitur argumentū iam responsum est, vbi rationes reddidimus, cur huiusmodi crimina matrimonium impediāt. Haud enim graue supplicium æstimādum est, vt propter carnalia crimina arceatur homo à re vxoria: potissimum cum hæc impedimenta facillimè sint dispensationis.

Et pariter secundum solutum est, nam quantum ad matrimonium futurum, etiā incestus cum propria cognata impedit, vt patet can. citato. Si quis viduam.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quis dispense.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

ARTICVLVS. II.

Utrum incestus, quo quis cognouit vxoris cōsanguineæ, sit impedimentū dirimens matrimonium.

Secundò quæritur de incestu: & arguitur qd matrimonium nō dirimat. Propter peccatum enim vnus non debet alter puniri: ergo propter incestum Petricū Ioāna, nō debet Maria Ioāna cognata prohiberi à matrimonio cū Petro.

Secundò. Grauius crimē est viro ad propriā cognatā accedere, quā ad cognatā vxoris: sed propter primū nec dirimitur matrimonium, nec spoliatur homo iure petendi debitū: ergo nec propter secundum. In contrariū est, quod per incestum contrahitur affinitas cum cōsanguinea illius, cū qua cōmissum est crimē: affinitas autē matrimonium impedit. Incestus generalis significatione idē est quod pollutio, & incestare idē, quod pollucere. Et dicitur à cæstu, quod erat Veneris cingulū, quo Marti lūbos succinxit, quasi eū cōstringens, vt hōtori ei ipsi seruaret. Quare & in rigore quodcūq; adulteriū dici poterat incestus, quo torus cōiugalis commaculatur. Sed tamen ecclesiastico vsu arctatū est nomen ad pollutionem propriæ cōsanguini-

Partis negatiua ar. 1.

2. Argum.

Partis affirmatiua.

Incestus quid.

1. **Conclu.** sanguinea, vel vxoris infra quartum gradum. Ad questionem ergo duabus conclusionibus respondetur. Prima. Incestus cum consanguinea futura vxoris matrimonium precedens etiam si sponsalia antecesserint, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Incestus, inquam, consummatus in vase legitimo, nam extra vel nefarie in vase illegitimo perpetrans non impedit, vt patet can. Extraordinaria. 35. q. 2. & 3. In quo canone vna negatio reducat, sic enim legendum est, Extraordinaria pollutio, nisi in naturalibus admilla non videtur matrimonium impedire. Nam etsi fornicatio illa cum consanguinea futura vxoris non proprie tunc dicatur incestus: tamen quia post haberet rationem incestus, si cum consanguinea illius fornicatione contraheretur, dicitur incestus impediendum contrahendi. Conclusio patet ex decreto concilij apud Meciam capit. 1. De eo qui cogno. consang. vxor. & cap. Veniens. & Ex literis, atq; alijs supra citatis eodem titulo & 3. q. 7. Hoc autem impedimentum non habet in iure nature perinde atq; frigiditas & defectus rationis fundamentum, sed est merum ius positium: quia decreuit ecclesia per crimen incestus contrahi affinitatem, veluti per matrimonium. Vnde sicut qui contraxit cum Maria, non potest ea mortua contrahere cum Maria cognata, ita neque qui illam fornicatione polluerit. Cur autem affinitas constitui debuerit impedimentum, dist. 4. declarabim: pertinet enim ad honestatem & decorem matrimonij.

2. **Conclu.** Si secunda conclusio. Si vero incestus matrimonium subsequatur, siue consummatum, siue non nisi ratum, matrimonium non dirimit: nam vt crebro repetitum est, matrimonium ratum per solum ingressum religionis dirimitur. Impedit tamen in incestuoso matrimonij vsum, ne petere debitum valeat. Ita eisdem citatis capitulis, & capit. Iuxta fraternitatis, & 3. q. 7. can. Si quis viduam. & reliquis, decernitur. Quare petere peccatum est genere suo mortale contra ecclesie prohibitionem. At qui in hoc pari iure vir & foemina tenentur. Quare enim consanguineo Petri succubuit, nequit cum illo copulari, & si post contractum matrimonium incestuosum hoc adulterium commiserit, iure petendi etiam priuatur: tenetur tamen incestuosus petenti reddere, vt eod. ca. Iuxta fraternitatis, & cap. Iordanæ, definitur. Hoc enim decretum institutum est in pena criminis incestus, vt, scilicet, illud incommodum non petendi patiat. Crimen autem vnus non debet alteri innocenti nocere, & ius auferre suum. Quocirca quod Magister sentent. distinctio. presenti

capit. De his. 2. ait, scilicet, quod incestuosus propria vxori reddere non potest debitum, non tenetur, nisi reddere, laxè pro eo, quod est, petere, vsurpet. Rursus hic adnotandum, quod in foro conscientie quauis incestus secreta commissus fuerit, matrimonium post contractum dirimit, tam etsi in foro ecclesie dirimi non debeat, nisi legitime fuerit comprobatus, vt habetur cap. De illo, & cap. Transmissa, eod. tituli cetera ambo incestum fateantur cap. Super eo. Et idem est de commissio post contractum matrimonium quoad petitionem debiti: ne fraudibus ansa auferatur.

Debet autem poena hæc non petendi debitum mitigari: primum quia periculosum est coniuges concubere, & virum petendi iure carere, consilium est, vt cum primum fieri possit, dispensatio procuretur, idq; fieri potest secrete, ne innocens coniux intelligat. Attamen dum incestus est scelestissimus, vt cum sorore vxoris & potissimum si est cum forero: cum multo maiori difficultate & acerrima iniuncta poenitentia dispensandum est, & si possibilis est ad illum accessus, ad Papam res secreta referenda. Præterea si vir crimen commisit, & foemina est innocens, quia mulieres raro præ verecundia exigere consueverunt, grauius esset vxoris virum nunquam exigere: & ideo licebit viro, imò debet nonnunquam insinuare se vxori, & offerre se ad illud vsum: nam genus illud petendi quodammodo est reddere. Ad hæc dum incestus ex ignorantia inuincibili processit: dum vir, inquam, adulteratus est cum consanguinea vxoris, cuius cognatione prorsus ignorabat, quamquam affinitatem contrahat cum vxore, non tamen censetur iure petendi priuari: nam cum poenæ sint restringendæ, & hæc priuatio in poenam sit culpæ incestus, & illic nulla præcessit incestus inacula propter ignorantiam speciei criminis, non debet iudicari priuatus. Et extat casus ad hoc attinens propositum cap. Discretionem, eodem tituli. vbi refertur, quendam qui quendam sibi per verba de presenti desponsauerat, quia odiosam habebat, antequam eam cognosceret reclamatem & inuitam suo ipsius viri consanguineo in vxorem tradidisse: & nihilominus prior vir copulatus fuit illam resamere. Si ergo quæ inuita incestum commiserat non priuatur iure petendi, minus priuabitur qui cum per ignorantiam commiserit. Cautè ergo illi Canones legendi sunt, quos in textu retulimus. 3. q. 7. Quod enim can. Qui dormierit. & in can. Zacharia. Concubisti, legitur: scilicet, vt qui cum sorore vxoris suæ dormierit, neutram habeat, non sic intelligit, quod suam

Nota.

Pœna temperatio.

Nota.

Cap. discretionem.

quod suam debeat relinquere, sed quod debitum ab ea non petat: hoc enim est eam non tenere, quia ad libitum ea non potest vti: tenetur tamen ei reddere, quod est ab illa teneri. Et quod ait, Zacharias, videlicet, quod quæ vxor eius fuerit, nubat in domino cui velit, intelligitur, postquam vidua fuerit sed quod subiungit, adulteros absque spe coniugij manere, verum est, vt præcedenti articulo dictum est.

In incestu eius possit dispensare. Dubium autem circa hæc duas conclusiones occurrit, quibusnam possit super hoc impedimento dispensare. Ad hoc cum distinctione respondendum. Aut enim crimen subsequatur matrimonium, aut antecedit. Si sequatur, tunc, vt dictum est, non dirimit, sed interdicit petitionem debiti. Super hoc igitur certo crediderim episcopum posse, imò & debere dispensare, quauis crimen ante consummatum matrimonium posteratum intercesserit, saltem si ad Romam non pateret incestuosus facilis aditus, aut propter eius paupertatem, aut infirmitatem, aut propter viam longitudinem, aut ob alia quæcunque impedimenta, in quibus nullum obijcerem scrupulum: quauis non essent tam manifesta: quia fortasse sine istis impedimentis etiã potest, cum in huiusmodi dispensationibus potestatem episcopus habeat ordinariam, nisi per Papam fuerit cohibitus: & in his non videtur cohibitus: Opinio est communis, vt Paludani in presenti dist. & Syluest. verb. Debitum coniugale. q. 9. & verb. Matrimonium. 8. q. 15. & omnium.

2. Casus. Si autem crimen præcesserit impediens matrimonium contrahendum & dirimens contractum, non tam affirmatè hoc assererem, quam alios video id docere. Syluester namque in verb. Dispensatio. q. 9. ait, quod quando ad Papam non potest haberi recursus, & separatio illorum, qui de facto contraxerunt, sine magno scandalo fieri non potest, episcopus potest dispensare, sicut sæpè accidit in mulieribus cognitis à consanguineis viri antequam matrimonium contrahatur. Hæc ille. Idque alibi etiam repetit.

Syluest. Quam utique opinionem, fateor (saltem tam generaliter assertam) nunquam mihi potuisse persuasam habere. Enimvero cum dispensare super matrimonio contrahendo: quando impedimentum est dirimens, ad solum summum Pontificem iure ordinario pertineat, vt more & vsu ecclesie constat, non est vlla exceptio facièda, nisi forte vbi ingens necessitas ingrueret: nulla autem necessitas cogit dispensandi super matrimonio contrahendo propter solum scandalum, scilicet, quia non possunt sine illo separari: ergo episcopus non potest dispensare: qui à in illud scandalum ipsi se sua culpa coniecerunt. Loquor de illis, qui mala fide contraxerunt: puta

In incestu eius possit dispensare.

1. Casus.

Nota.

2. Casus.

Syluest.

Sententia auctoritatis.

1. Ratio.

si vir sciens commisisse incestum cum consanguinea Maria, & illud esse impedimentum ecclesie, contrahit cum ea. Culpa namque illorum non potest esse in causa, vt episcopus dispense super illo, super quo alias non poterat. Itè quia possunt separare torum. Attamen quando matrimonium legitime ante incestum contractum est, tunc, quia non potest dirimi, necessarium videtur, vt facultas fiat petendi debitum, atque adeo tunc episcopus valet dispensare. Et per hoc respondetur ad argumentum, quod isti pro se faciunt videlicet, si quis post votum simplex castitatis matrimonium contrahat, potest cum illo episcopus dispensare, vt debitum exigat: ergo & cum incestuoso, vt eius matrimonium postea contractum coualescat. Etenim licet antecedens verum sit, vt credo & confiteor, tamen consequentia nihil habet vigoris: quia matrimonium post votum simplex est validum, & dirimi non potest: quare graue esset periculum si cum illo post matrimonium contractum non dispensaretur in vsu: tamè illud, quod cum consanguinea polluta prius per fornicationem contrahitur, nullum est, & ideo nulla est dispensandi necessitas super illo. Secundum autem argumentum, quod me vehementius vrget, est, quod opinio hæc technis & fraudibus viam aperit. Certum enim est, vt illi fatentur, episcopum non posse dispensare super matrimonio contrahendo præcedenti incestu: nisi de facto sit contractum: igitur si fornicarius illo actu contraheret de facto cum illa suæ amicæ consanguinea, vt postea episcopus dispensaret multo minus potest. Re vera nescio quis consequentiam neget: nam matrimonium illud attentatum nullum est prorsus, sed crimen fuit illud attentare. Nulla ergo ratio admittit, vt quod non erat dispensabile, techna illa & cautela faceret dispensabile. Profecto vbi matrimonium mala fide & clam post incestum contrahitur, adduci non possem, vt talem dispensationem consulerem aut permitterem.

Præterea arguitur, quia idem quis statim inferret de alijs impedimentis: nepe, quod si quis contraxit de facto cum consanguinea vel affine prioris vxoris mortuæ, & nequeunt commode sine scandalo separari: quia scilicet, plures procreant liberos, etiam tunc posset episcopus dispensare, quod non credo vilis concederet. Illatio autem patet, nam etsi maius scandalum sit relinquere vxorem propter occultum crimen præcedens, quod propter aliud honestum impedimentum: tamè iste paruus excessus rei naturam non mutat, vt facultatem episcopo conferat, quam alias non haberet. Ista non sunt per solam opinionum recitationem & hominum placita concludenda, sed rationibus examinanda.

Quando

Nota.

Ratio. 2.

Obiectio.

Dilutio.

2. Argum.

Nota.

3. Argu.

Illatum probatur.



Liud crimē matrimoniū im-
pediens est vxoricidiū, quæ-
ritur autē, vtrum aliquo mo-
do sit licitū. Et arguitur à par-
te affirmatiua. Lex diuina a-
dulteras lapidari permette-
bat, vt Ioan. 8. legitur: ex lege autem agere lici-
tum est: ergo licitū est viro vxorē in adulterio
deprehensam interimere.

Partis affir-
mativæ argu-
m. 1.

¶ Secundò. Viri est, vxorem propriam corripe-
re & castigare, legitimāq; subinde pœnam in-
figere: sed vxor ab alio iudicari nō potest, aut
disponi, quàm à proprio viro, vt, ait, Calixtus
cano. Sicut alterius. 7. quæstio. 1. ergo potest
eā legitimo supplicio afflicere, qualis est mors
iure decreta.

2. Argum.

¶ Tertio arguitur ex can. Interfectores. 33. q. 2. Interfectores suarū coniugū sine iudicio cū
non addis adulterarū, quid aliud habēdi sunt q̄
homicidæ? vnde à cōtrario sensu videtur colli-
gi, q̄ adulterarū occisores nō sint homicidij rei
¶ In contrarium est textus illic proximus Ni-
colai can. Inter hæc. vbi, ait, q̄ sancta Dei eccle-
sia mūdānis legibus, scilicet, de occidēdis vxo-
ribus, non constringitur.

3. Argum.

Pars nega-
tiua.

¶ Ad quæstionem cōclusionibus tribus respō-
detur. Prima. Viro nō licet auctoritate priua-
ta vxorem quātūuis in flagranti adulterio de-
prehensam enecare. can. Interfectores. & can.
Quicunq; propriā. 33. q. 2. Conclusio hæc ex
ijs quæ lib. 5. De iustia & iure. q. 1. artic. 3. dixi-
mus, colligitur: nemini enim priuata authorita-
te vindicare se licet nisi vim vi cū moderamine
inculpatæ tutelæ repellere. Nam cū homo
sui sit ipsius amantissimus, iniquus esset sui ip-
sius vindex, vt supra quàm par esset, supplici-
ciū de hoste sumeret. Vnde Paul. ad Roman. 12.
non vos defendentes: id est, vindicātes, cha-
riissimi: nam mihi vindictam & ego retribuam.

1. Conclu.

Ratio.

Paulus.

Idem.

Quapropter malefactorum ultio ad publicū
iudicem spectat, qui nullo corrupto affectu ex
lege agat in reum. Vnde idem Apostolus ibi-
dem cap. 13. De publico iudice, Dei, inquit, mi-
nister est, nec sine causa gladium portat, vin-
dex in iram ei, qui malū agit. Ex quo fit, vt ma-
ritus, qui miserā adulterā priuatim occidit, gra-
ue peccatum cōmittat contra præceptū, Non
occides, vt can. Admonere. 33. q. 2. ait, Step-
hanus Papa, rationem subdēs, q̄ quæ inuenta est
adultera secundū legis tramitem debet accipe-
re ultionis vindictam. Ob idq; can. Quicunq;
propriam, ait, Pōtifex, q̄ quicunq; propriam
vxorē absq; lege & sine causa & certa proba-
tione interfecerit, publicam agat pœnitētiā.
Et cōfirmatur: q̄ si priuatam auctoritatē spe-
ctes

ctes, vxor cum viro pari iure militat, vt in su-
perioribus visum est præterquam in domesti-
cis mitioribus correctionibus: vxor autem nō
licet virum adulteratē occidere: ergo nec vi-
ro vxorem, quāuis vxor grauius peccasset.
2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Occidēti vxorem in fla-
granti adulterio quāuis & adulterū simul con-
fodiat, nullū est decretū suppliciū publicum.
Iure quidē antiquo cōmuni id de adultero tā-
tūm permittebatur, qui esset vilis cōditionis,
tamē postmodū, vt nationi Hispanorū moris
est, indiscriminatim, etiā si fuerit nobilis, impu-
nē occidi permittitur. Meditati namq; legilla-
tores eximiū animi dolorem, quem zelotypia
fufcitāt, indulgētā illi decreuerūt. l. Gracchus.
C. ad leg. Iul. de adulter. & l. Marito. ff. eod. tit.
Quinimō & patri olim licebat filiā in adulte-
rio captam enecare. l. Patri. & l. Neq; in ea. ff.
eod. & l. Castitati. C. eod. tit. Nihilominus ma-
ritus ille incurrit pœnam iuris ecclesiastici, vt
fit in eundo matrimonio cohibitus. Dixerim,
in flagranti adulterio deprehensam: nam si ex-
tra illum turpitudinis articulum eam occidat,
quāuis postea legitimē probet eā fuisse adu-
terā, non eximitur à pœna iuris in homicidas
decreta. Et ob eādem causam ecclesia eum, qui
in clericū cū sua vxore, vel sorore, vel filia tur-
piter deprehensum manus iniecerat violētās, à
sententia excōicationis excipit. ca. Si verò. in.
1. de sent. excōi. posset quis verò ex hac pœna
rum incolumitate arguere, nō esse peccatū:
nā cū leges id permittant, videntur dare ma-
ritis facultatē illā occidēdi tanquā ministris
iustitiæ, veluti nōnunq̄ fit etiā facultas filijs
occidi hominis occidēdi homicidam patris, &
ciuib; latrones publicos interimēdi. De his ca-
sibus loco illo citato lib. 5. De iusti. & iure dixi-
mus: id scilicet, non nisi quā rarissimē, & pro-
pter atrocissimā aduersus Rēpub. crimina fas
esse. Adulteriū verò nō est tam enorme flagi-
tium, vt tam atroci rigore iuris esset vlciscen-
dum, potissimū inter Christianos, vbi sæpe
numero eueniret, vt adultera repente sine præ-
uio sacramēto interfecta, tam animæ q̄ corpo-
ris morte deperiret.
3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. Auctoritate publica ciuili
marito adulterā, quāuis nō in adulterio depre-
hēdat, sed legitimis testimonijs cōuincat, licet
occidere. Ratio est, q̄ adulteriū est graue cri-
men, potissimū in vxore propter prolis in-
certitudinem, & falsos hæredes quos adulterā
solēt putatis patribus supponere: ergo illud est
supplicio capitis dignum, atq; adeo ab aliqua
publica auctoritate licitū est marito eiusmodi
vindictam deposcere: nō autem ab ecclesiasti-

casnā vt ait, Papa can. citato. Inter hæc: Eccle-
sia gladiū non habet nisi spiritualem, quo non
occidit, sed viuificat: ergo æquitas fuit, vt re-
publica ciuili, cui incumbit de coniugijs qua-
tenus ad pacē & tranquillū statum Republi-
cæ & legitimas hereditates, disponere, eiusmo-
di capitale suppliciū in adulteras decerneret.
Quod ait, Pontifex, ecclesiam nō habere gla-
diū, nisi spiritualem, intelligitur in vlciscēdis
criminibus, secus ad sui ipsius defensionē. Lex
autē adulteræ occidēdæ extabat inter Mosay-
cas legales Leuitici. 20. & Deutero. 22. qua iu-
beatur adultera lapidibus obrui: & legalium
exemplo licet Christianis similes ædere leges:
Extant & leges ciuiles supra citatæ. C. & ff. ad
leg. Iul. de adulte. Verum est tamē, q̄ leges ille
priscæ suppliciū capitis adulteris decernentes
temperatæ fuerunt in auth. Sed hodie. C. eod.
titu. vt scilicet adultera postquā verberibus va-
pularēt, in monasteriū includeretur. Quæ
quidē lex Gallis vsu & more recepta est, & nūc
etiam obseruatyr in nōnullis Christianorum
prouincijs, Aliæ verò gentes rigorem antiqui
iuris obseruant, vt Hispani. Et re vera Hispano-
rum ingenio huiusmodi animaduersiō compe-
tens est & congrua: alioqui vix possent creber-
rima adulteria caueri.
¶ Scotus verò in. 4. d. 15. q. 3. ait, q̄ licet popu-
lo Israëlitico fuerit diuinitus eiusmodi lex ad-
uersus adulteras decreta, nihilominus eā Chri-
stus Ioā. 8. reuocauit dicens, Nemo te cōdem-
nauit mulier, neque ego te cōdemno. At verò
locus euangelicus huiusmodi adrogationem
minimē insinuat: nam Christus illic solū offi-
cium iudicandi recusauit, ostendens se non ve-
nisse ad iudicandum mundum, vt ait, Ioan. 3.
Atq; eādē ob rē dixit alibi. Quis me cōstituit
iudicē inter vos? Quocirca tanq̄ rex regni cœ-
lorū æquitatē diuini iuris expressit dicēs. Qui
sine peccato est vestrū primum in eam lapidē
mittat, vbi non negauit, adulterā supplicio illo
esse dignam, sed declarauit, q̄ qui in peccato
sunt non recte aliena peccata vlciscūtur. Qua-
re concludens, Nemo te cōdemnauit, nec ego
te cōdemno, non abrogauit legem, sed tantū
ostendit, se nolle illius causæ iudicem agere.
¶ Est tamē adnotandū, Hispanos rigore legis
antiquæ moderari. Nō enim adulterā necessa-
ria morte cōdēnant, vt fures & homicidas, sed
arbitrio mariti suppliciū committūt. Traditur
enī ei in manus, vt quālibet erit, de illa decernat
¶ Vtrum verò ille occidēs delictum commit-
tat, inter aliquos ambigitur, imō non desunt
qui affirmant, mortaliter occidendo delinque-
re. Apparet enim eis ob id delictum, q̄ in sua
volunta

Can. Inter-
ficia

Deute. 22.

Antiquæ le-
ges tempe-
rata.

Hispani.

Scoti opi-
nio.

Sentētia au-
thoris.

Nota.

An occidēs
adulteram
peccet.

Notacafum Quando verò bona fide matrimonium non
clam, sed in facie ecclesiæ esset celebratum: nē-
pe, quia ille neutiquā fuerat suspicatus, illā,
quam cognouerāt, consanguineā fuisse istius,
cum qua contrahit, sed post contractum ma-
trimonium id intelligit: hæc fortasse censenda
esset honesta necēssitas, vt nisi pateret aditus
ad Vrbem, posset episcopus dispensare. Quan-
uis & hoc sapientiorū prudentiæ relinquimus.
Dubium. ¶ Dubium autē est, vtrum incestus cum pro-
pria consanguinea pariter petitionē debiti im-
pediat. Nam Panormit. super cap. 1. De eo qui
cogno. consang. vxor. videns talem incestum
impedire matrimonium cōtrahendum, licet
non dirimat cōtractum, vt artic. proximo ex
can. Si quis viduā. retulimus, subinde impedi-
re putat, ne talis incestuosus post matrimoniū
cōtractum possit à propria vxore debitū exi-
gere. Et sequitur eum Angelus in sua summa
verb. Incestus. Et posset quis simile deducere
ab illo, qui post votum simplex castitatis ma-
trimonium contraxit. At verò cū huiusmo-
di impedimenta potius restringenda sint, quā
ampliāda, & hoc, vt, ait, Archidia. quem Sylue-
ster verb. Matrimonium. 7. §. vlti. refert: nulli-
bi reperiat in iure, neq; ille textus, quem Pa-
nor. glossat, tale insinuet, fit vt talis incest⁹ nul-
lū sit impedimētum existimandum ad peten-
dum debitum, vt S. Thom. impræsentiarum &
Theologi. Ricardus & omnes Theologi docent. Neq; est
simile de voto simplici castitatis ante matri-
monium emissum: nā illud cohibitionē peten-
di debitum secum adfert: quod de incestu cū
propria consanguinea nullibi legitur.
Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentum responde-
tur, q̄ non punitur foror Ioānæ, sed fit affinis.
Et ideo si crimen præcessit, impeditur matri-
moniu cum illa, sin verò sequatur, punitur in-
cestuosus ne debitum petat.
Solut. 2. ar. ¶ Ad secundum respondetur, q̄ quāuis gra-
uius sit virum accedere ad propriam cogna-
tam, quàm ad cognatam vxoris, non tamen se-
quitur, vt sit par impedimētū exigendi debi-
tum, quia hoc impedimentum non enascitur
ex grauitate delicti, sed ex quoddā affinitatis
genere, quam vir cōtrahit cum vxore per hoc
q̄ eius consanguineam nouit: quam vtq; non
contrahit, quāuis propriā fororem polluat.
Ricardus. Item vt, ait, Ricardus, quia maiorē irrogat ini-
uriam fidei, quam debet vxori: si cum eius co-
gnata cōgrediatur.

ARTICVLVS. III.
Vtrū vxoricidiū sit in aliquo euentu licitū.

Sententia authoris. voluntate est ei ignoscere. At verò proculdubio nullius est criminis reus in cōsciētia apud Deum quāuis ipsam occidat. Primum, quia si peccaret, nefas inter Christianos esset publica solēniq; autoritate illā ei in manus tradere, vt apud Deū delinqueret: neq; ecclesia, id inquam, fieri sineret. Neq; valet responsio dicitur, solum ei permitti, vt impunè eam occidat: quoniam huiusmodi permissiones nō fiūt nisi in delictis, quæ priuata. autoritate cōmittuntur, quæ admodū in fornicationibus & si vir vxorem priuatim adulterantē enecasset. Cum ergo eam criminis dānatam publicè & solenni ter iudex ei in manus tradat, & si quis eam surripere vellet, iudex ipse id defenderet, signum est manifestū, qd traditur ei tanquā iustitiæ ministro, non quidē necessario, vt licetori, sed spōtaneo, vt faciat quod velit.

Obiectio nis dilutio. ¶ Neminem ergo fallat verbum S. Thom. dist. præsentis. q. 2. in solu. ad. 2. scilicet, qd lex civilis nō cōmisit viro occisionem vxoris quasi præcipiens, quia tunc non peccaret, vt insinuat, cum peccare: loquitur enim de occisione, quā priuata autoritate facit: nam de publica autoritate præmiserat, licitum esse eam accusare, & vsq; ad mortem persequi.

S. Thomæ expositio. ¶ Attamen lex Hispana consultò adulterā nō licetori tradit, qui iussu viri in eius præsentia eā iugulet, sed ipsi viro, vt cōmiserandus aspectus supplicis foeminæ vehementius eius viscera ad misericordiam cōmoueat, & cruentum ipsum facinus eius animū deterreat, ne proprias scilicet, manus sanguine intingat, vileq; officium atq; infame exerceat. Hæc enim omnia posant feruentem bilem hominis stupore illo mitigare. Nihilominus tā perdita esse posset mulier, tamq; eius emēdatio desperata, & ex altera parte tanta infamia virum respēgēs, vt potius viro esset ad iustitiam, quā ad misericordiam propendendū. Euentus tamen huiusmodi quā rarissimus est, quare cōsulendum est illi, vt à rigore illo animum temperet.

Nota. ¶ Attamen lex Hispana consultò adulterā nō licetori tradit, qui iussu viri in eius præsentia eā iugulet, sed ipsi viro, vt cōmiserandus aspectus supplicis foeminæ vehementius eius viscera ad misericordiam cōmoueat, & cruentum ipsum facinus eius animū deterreat, ne proprias scilicet, manus sanguine intingat, vileq; officium atq; infame exerceat. Hæc enim omnia posant feruentem bilem hominis stupore illo mitigare. Nihilominus tā perdita esse posset mulier, tamq; eius emēdatio desperata, & ex altera parte tanta infamia virum respēgēs, vt potius viro esset ad iustitiam, quā ad misericordiam propendendū. Euentus tamen huiusmodi quā rarissimus est, quare cōsulendum est illi, vt à rigore illo animum temperet.

Adulterij mixti fori. ¶ Colligito ergo inter diuortij iudicium & ne quis discrimen. Etenim quoniam diuortium ad emendationē flagitiosæ foeminæ, atq; ad eius spiritualem salutem celebratur, ad tribunal ecclesiæ, cui incumbit de sacramento matrimonij, quatenus sanctificās est, decernere iudiciū illud defertur. Alterum verò iudiciū, quod ad vindictam fit, ad forū civile pertinet. Rursum in priori iudicio & foro admittitur vxoris exceptio viro idem flagitium obijciētis, quā idē exceptione protegitur, in posteriori verò eadem exceptio nō auditur. Nam cum adulterij viri nec tam infame sit, nec tam pernicio-

Discrimen utriusq; fori. sum in proles & hæredes, nequaquā criminali pœna vindicatur. At verò super idem crimē nō admittitur vtrumq; iudicium. Quare si vir diuortium ab ecclesia poscat & obtineat, nequit postea vxoris caput in foro civili petere, nisi post diuortium iterum pertinax ad spurcitiæ volutabrum reuertatur. Ad hæc demum si vir priuatim deprehensam in adulterio interimit, ius retinendæ dotis amittit, cum verò publica autoritate eam capite trūcat, dotem iure sibi acquirit & arrhas, vt Doctores super l. penulti. ff. solu. matrim. adnotant. Et Hispanis Taurina lege. 8. 2. sancitum est.

¶ Ad primū igitur argumentū respondetur, qd ex lege agere priuatis personis ob rationes superius allatas non permittitur, sed est in publico iudicio rea, cognita causa, condemnanda. ¶ Ad secundum respondetur, qd correctio patris familiās nō vltra se extendit qd vsq; ad correctionem & emēdationem familiæ. Quare ei non permittitur carceres habere aut iudiciale forum, sed flagellare, aut aliquid huiusmodi leue, atq; adeò multò minus ei conuenit extremum supplicium capitis infligere aut mutilationis, sed hoc iudicio Reipublicæ referuatur. ¶ Canon verò In interfectores, qui tertio argumēto adductus est, insinuat, interfectores adulterarum, dummodò id publica autoritate faciāt, non esse censendos homicidas, secus si vxoricidium perpetrent autoritate priuata.

Solu. 1. ar. ¶ Ad primū igitur argumentū respondetur, qd ex lege agere priuatis personis ob rationes superius allatas non permittitur, sed est in publico iudicio rea, cognita causa, condemnanda.

Solu. 2. ar. ¶ Ad secundum respondetur, qd correctio patris familiās nō vltra se extendit qd vsq; ad correctionem & emēdationem familiæ. Quare ei non permittitur carceres habere aut iudiciale forum, sed flagellare, aut aliquid huiusmodi leue, atq; adeò multò minus ei conuenit extremum supplicium capitis infligere aut mutilationis, sed hoc iudicio Reipublicæ referuatur.

Solu. 3. ar. ¶ Canon verò In interfectores, qui tertio argumēto adductus est, insinuat, interfectores adulterarum, dummodò id publica autoritate faciāt, non esse censendos homicidas, secus si vxoricidium perpetrent autoritate priuata.

ARTICVLVS. III.

Vtrum vxoricidium sit impedimētum matrimonij ipsum dirimens.

Subsequitur de impedimento vxoricidij, & arguitur, qd matrimonium non dirimat. Interfectio vxoris si consideretur quatenus fidei matrimonij obstat, minus matrimonio repugnare videtur, qd adulterium: si verò consideretur ratione grauitatis, grauius est matrem occidere: sed tamen neq; adulteriū neq; matris occisio est impedimentum, ergo neque vxoricidium. ¶ Secundò arguitur. Grauius peccatum videtur occidere alterius vxorē vel maritum propter adulterium, quā propriam, quia minus ad eum attinet illorum correctio: sed tamen occisio alterius mariti non impedit matrimonium, vt patet ex eplo Dauidis, qui postquā cum Bersabee adulterium commisit, ipsius marito Vria occiso eam sibi matrimonio copulauit: ergo vxoricidij nō impedit matrimonium.

Partis negatiue argum. 1.

2. Argum.

¶ In

Pars affirmatiua. ¶ In contrarium est cā. Interfectores. 33. q. 2. quo interfectores suarum coniugum ad poenitentiam cōmouentur, & deinde aliarum coniugio priuantur. ¶ Hic in primis distinctio tribus supponenda est, atq; adeò trina cōclusiones respondendum. Aut enim vxor publica autoritate à marito occiditur, aut priuata.

1. Cōclus. ¶ Si publica, tunc prima conclusio sit, quod huiusmodi vxoricidium nullum censendū est matrimonij impedimētū: nam sacri canones hoc impedimentum non nisi ob solum peccatum decernunt: cum igitur illic nullū committatur: fit, vt nullum inde contrahatur impedimentum. ¶ Si verò tale vxoris homicidij priuata autoritate patretur, tunc aut id sit propter odium, aut propter fornicationē, aut propter aliam quamuis id genus occasionem aut causam, & de hoc sequitur conclusio secunda, quod tale vxoricidium impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, vt. artic. 1. dictum est. Et hoc est quod sancitur can. Interfectores, & can. Admonere. 33. q. 2. Quare licet vir vxorem in flagranti adulterio deprehensam occidat, huiusmodi surgit impedimentum: quia culpæ labe cōmaculatur. Est tamen impedimentum, vt illic diximus, per episcopum dispensabile. ¶ Sed si vxoricidium sit cum adulterio aut alio iniquo proposito aliarum nuptiarum commixtum, de hoc statuitur tertia conclusio. Tria sunt crimina ad mortem coniugis relata, quæ matrimonium non modò impediunt contrahendam, verum & contractum dirimūt, quæ Alexand. 3. in. c. Proposuit. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulte. & D. Thom. impræsentiarum, Ricardusq; & cæteri referunt. Primum est, adulterium cum machinatione in mortem alterius cōiugis. Secundum, adulteriū cum fide, quam adulter dat adulteræ, qd eam post mortem coniugis ducet. Tertium, quando qui vxorem habet, cum altera de facto contrahit, si tamen adulteriū interueniat. ¶ Obijciat quis forsitan statim decretum Leonis primi, cā. Nullus. 31. q. 1. qui generalissimus est: scilicet, nemo ducat in matrimonium, quā prius polluit per adulterium, vnde titulus Decretalium desumptus est. Illic enim adulterium ponitur pro impedimento, quāuis nulla mortis machinatio intercedat. At verò, vt bene, ait, glossa, cōdimēto & moderamine opus habet canō ille, vt verus sit. Nam adulteriū, nisi in tribus positis casibus, nō impedit, quin mortuis cōiugibus adulter cum adultera contrahere possit. Et pariter est restringendū can. Illud verò, ibidē, vbi idē statuitur: scilicet, qd qui fornicatus est cū vxore

re alterius, mortuo eius viro nō possint matrimonio coniūgi: nā solum adulterium non potest esse causa tam atrocis pœnæ.

¶ Quando autem adulteri machinantur mortem ipsorum coniugum, tunc in perpetuū spe matrimonij inter se frustrantur, can. Si quis uiuente. 31. quæst. 1. & ca. Super hoc, de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulte. Et causa huius impedimenti est enormitas criminis, vt, ait, Ricardus: quia nō solum violatur torus, sed interficitur coniux. Et præterea si in tali casu adulteri non in perpetuum interdicerentur inter se matrimonio, occasio daretur adulteris suos enecandi coniuges, vt se inuicē copularēt. Quādo verò talis machinatio mortis nō interuenit, nō eadem ratio currit, vt impedimentum, sed locum tunc habet sententia Augustini, de nuptijs & concupiscē. eadē cau. & quæstio. can. Deniq; vbi, ait, qd mortuo eo, cum quo fuit verum connubium, fieri potest coniugium cum qua præcessit adulterium. Et in de bono coniugali, Possē, inquit, sanè fieri legitimas nuptias ex personis illicitè coniūctis, honesto placito subsequente, manifestum est. Nam concubinarij possunt postea cōiugari. Et intelligitur crimen æqualiter ex vtraq; parte, vt si adulter machinatur mortē propriæ vxoris, aut mariti adulteræ, aut adultera pari modo. Ricard. verò hic, & Syluester verb. Matrimonium. 8. q. 9. aiūt qd requiritur, vt machinatio in mortem sit illo sine vestita contrahēdi matrimonij. Quare si adulter maritū adulteræ in bello interfecerit, aut alia causa aut casu, non impeditur, quin postea possint adulteri contrahere. Caietan. verò in summa verb. Matrimonij, impedimento. 5. hanc exceptionem non approbat: quia canones illam nō faciunt. Videtur autē dicendū, qd quantū ad præsumptionem ecclesiæ quomodo cūq; sequetur homicidij, impediretur matrimonium, quia censeretur illo sine factū. Sed in conscientia si homicidij fieret nō illo sine, & esset occultū, nec in iudicium delatū, credo non impediret.

Machinatio mortis.

August.

Caietan.

Sententia authoris. In conscientia.

An impediat homicidium sine adulterio.

Responsio.

Casus cap. Laudabilis.

¶ Maius autem dubiū est, vtrum sufficiat homicidium sine adulterio: vt si duo, qui mutuis complexibus frui cupiunt, impediuntur, quia alter illorum est coniugatus, occidit coniugem anteq; se polluant, vt postea copulentur. De hoc dicendum, qd si ambo adulteri in mortem coniugis machinentur, homicidium, sine præcedenti adulterio sufficit ad dirimendum postea matrimonium. Et est casus in ca. Laudabilem. de conuersio. infideli. videlicet, quod quidam Saraceni suggestionē quarundam Christianarum viros earum occiderunt, & postea

S itea

stea cōuersi per eandem Christianas ad fidem volebant eas ducere, quibus tamen Cælestinus. 3. præcepit, ne ducerent, aut si duxissent, separarentur. Hinc infert Syluest. cum alijs, q̄ si tantum vxores machinatae fuissent in mortem suorum virorum, aut tantum Saraceni si ne earum cōsilio, nō esset impedimētum, quia adulterium non præcesserat, secus si præcessisset. Adulterium verò solum etiam cum machinatione in mortē, nisi mors in effectu sequat̄ vt hic planè, ait, S. Tho. non sufficit, quia prædicti canones de morte loquuntur.

¶ Secundus casus habetur in citato ca. Propositum. & c. Veniens. & capit. Si quis vxore. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit. & c. Et potissimum in concilio Triburiensi can. Relatum. 3. 1. q. 1. vbi habetur, q̄ qui viuente propria vxore, ei, cum qua adulteratur, fidē præbet, q̄ mortua vxore illam ducet, in perpetuū impeditur cum illa contrahere, et si contrahatur, matrimonium dirimitur. Et ratio huius impedimenti est, ne fide illa data affectantes illi cōiugis mortem, eam procurent. Et idem est si iuramentū vnus interueniat, dum modo adulteriū de facto perpetratur siue ante siue post fidem datam. ¶ Tertium verò crimen his simillimum est, quando de facto adulteri contrahūt viuente alterius vel vtriusq̄; coniuge. ca. si. De eo, qui duxit in matrimo. quā polluit per adulter. Ista verò duo postrema crimina intelliguntur, quando adultera, cui fides datur, vel cum qua contrahitur, conscia erat adulterum tunc esse coniugatum, secus si id ignorasset, vt hic, ait, Sanct. Th. Imò & ipsi canones id planè explicant. Et intelligitur impedimentum si adulter solutus postquā sciuit alteram habere maritum, illam eo viuente fide data cognouit, vel postquā eam cognouit, fidem dedit. Si verò viuente marito solum alterum præcessit: scilicet, vel adulterium vel contractus matrimonij de facto, aut fides, licet illo mortuo alterum contingat, non impeditur matrimoniū: quia mortuo marito non committitur adulterium.

¶ Quod dicimus de adultero dante fidem adultera, vel cum illa contrahente, intelligendum etiam est e conuerso de adultera præbente adultero fidem. Et, ait, Ricardus, q̄ nuda promissio cum adulterio sufficit, vt sit impedimētum: nisi illa reputat̄ sponsalia de futuro. Dicitur autem scire, non solum qui certò scit, sed qui probabilem habet opinionem, cap. Inquisitioni. de sent. excommunicationis. At verò adulterium sine fide data, aut matrimonio cōtracto non impedit quominus postea defunctis coniugibus possint contrahere, vt capitulum

Appendix.

Fides data adultere.

Iuramentū.

Cōiugatus contrahens secundo.

Nota.

Nuda promissio.

Nota.

Significasti. de eo qui duxit. & c.

¶ Dubium autem est si cōiugatus fidem dedit Mariæ sine adulterio, & mortua vxore ducit Bertā, & postea adulteratur cum Maria, vtrū tunc exurgat impedimentum, vt mortua Berta nequeat contrahere cum Maria. Ioan. Andree super ca. Si quis, eodē titul. ait, non esse matrimonium: quia iam concurrat fides data cum adulterio, licet in diuersis matrimonijs. Panor. verò ibidem, id negat: quia contrahens cum Berta videtur recessisse à fide data Mariæ. Et profectò hæc est vera opinio, vt, ait, Syluester verb. Matrimonij. 8. q. 9. quia hoc crimē dandi fidem propterea est impedimentū, quia gignitur inde spes contrahendi, & inde machinatio in mortem: sed per secūdū matrimoniū iam tollitur illa spes: quare nisi machinatio & mors intercedat, non est impedimentum.

¶ Postremus casus est, quem ponit impræsentiarum Ricardus, si Maria sub hac fide cum Petro in adulterium consentit, vt defuncto marito ipsius Mariæ, & vxore Petri, ducet eam in vxorem, quam Berta eidem consuluerit: & postea mortuis coniugibus Berta consulit Petro, vt ducat Mariam, vtrū possit eam ducere. Respondetur, quòd si Maria hoc fecit fraudulenter sciens Bertam cōsulturam Petro, vt se ipsam Mariam duceret, certè est impedimētum: quia Maria fraude seduxit Petrum: quare perinde reputatur ac si fides daretur ei. Quare licet ipse bona fide illud promitteret, tamē ex fraude Mariæ ortum est impedimētum: quia fraus & dolus nequini debet patrocinari. capi. Aduersus. extra. de immunita. ecclesia. Si verò Maria illam fidem à Petro nō per fraudem, sed alia causa, accepit: scilicet, quia credebatur à Berta bene consultum iri Petro, vt probam vxorem eligeret, nullum emergit impedimētum.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd licet adulterium directius fidei cōiugū opponatur, tamen occisio vxoris atrocius amorem violat, quo debent esse coniuges confederati: & ideo magis reddit hominem indignum, cui vxor altera concedatur. Sed quando adulterium vsq̄; ad machinationem mortis vxoris prorumpit, quauis non sit tam atrox, quā occisio matris, est tamē legibus matrimonij aduersissimum. Qua de causa & præterea ad cauendam vxoris necē, quæ vsu semper ex affectu ad transitum ad alias nuptias accidere solet, sanctè institutum est, vt matrimonium cum tanta pernicie contractum dirimatur.

¶ Ad secundum respondetur, quòd qui casu alienum maritum occidit, nō tam contrarius est alterius matrimonio, quā si vxorem occideret

Dubium.

Ioan. Andree.

Panormij.

Vera opin.

Postremus casus.

Solutio.


Solu. 1. d.

Solu. 2. d.

cideret. Si tamen illud faciat, vt adulteram sibi matrimonio adiungat, iam dictum est esse impedimentum. Ad aliud autem de David & Bersabæ respondetur, quod in lege Mosayca multa permittebantur circa matrimonium, vt plures habere vxores, & repudium, quæ in lege euangelica permitti non licet.

ARTICVLVS. V.

Utrum ligamen sit impedimentum matrimonij dirimens.



Liud impedimentum solet superioribus adhiberi, quod est ligamen: nēpe, cum quis matrimonium de præsentī contrahit, tale enim matrimonij licet non sit peccatum sed genere suo virtus est, tamen impedimētū, quod dicitur ligamen contrahendi aliud viuente cōiuge, sicuti ordo & votum, vt dist. seq. videbimus. Arguitur autem q̄ hoc non sit impedimentum. Alioqui enim sequeretur, q̄ sæpe cōiux circa suam culpam compulsus esset vitam cœlibem perpetuo ducere, vt si alter perpetua infirmitate laboraret. ¶ Et secūdo sequeretur vt quauis maritus longissimo tempore abesset, neq̄; vxor certior fieri posset, mortuus ne esset an viuus, nūquam posset cum altero pacto matrimoniali coniungi, quod est cōcessu difficile. ¶ In contrarium tamen est ca. Accepisti. atq̄; omnes alij sub titulo sponsa duorū. vbi duo cōnubia tanquam iure diuino interdicta prohibentur.

Partis negatiua ar. 1.

2. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

¶ Quæstio hæc ex his, quæ superius diuersis locis dicta sunt, solutionem sortitur. In primis de sponsalibus de futuro quo modo dissoluantur, dictum est dist. 27. q. 2. De matrimonio verò rato non consummato, q̄ non nisi per solum religionis ingressum dirimi valeat, ostendimus ead. dist. q. 1. vbi ostensum etiam est super matrimonio rato, Pontificem maximum neutiquam dispensare posse. vt illo distracto alia possint coniuges inire cōnubia. Atque adeo subinde monstratum est matrimonium consummatum nullo modo aut via posse dissolui. Id quod dist. 33. q. 2. rursus cōfirmatum est: nempe, q̄ repudij antiquæ legis nullatenus in noua loci concedatur. Ac demū ead. dist. q. 1. pro consultissimo reliquimus. per legem euangelicam neutiquam polygamiam licere, neq̄; viā dispensationi super hoc patere. ¶ Exijs ergo omnibus colliguntur tres con-

clusiones, quibus ad quæstionem respōdetur, Prima. Matrimonium per verba de præsentī legitimè cōtractum siue consummatum fuerit, siue nō nisi ratum, ligamen est & impedimentum dirimens quodcunq̄ aliud viuente coniuge contractum, perinde ac de ordine sacro & solenni voto subsequens nos distinctio docebit. Id quod & titulus, de sponsa duorum admonet. Ad canonē autem Gregorij. Quod proposuisti. 3. 2. quæst. 7. quo permittere videtur, vt viuente vna vxore maritus aliam ducat, distinct. 33. satis responsum est. ¶ Igitur vbi cōiugato (& idem de foemina censendum) acciderit propter aliquam ignorantia nouas iniire nuptias, duæ sunt cōsiderationes habendæ, prior de facto, vtrū matrimonij teneat, posterior de fide, qua contractum est, an bona fuerit, an culpæ rea. ¶ Sit ergo secunda cōclusio quantum ad factum. Quodcunq̄ matrimonium viuente coniuge, qui mortuus creditur, contractum, quantumuis optima fide & absq̄; culpa fuerit initum, quotiescunq̄ cōpertum fuerit priorem coniugem viuere, dirimendum est vt prius matrimonium in suo vigore permaneat. Itaque licet maritus viginti aut triginta pluribusue annis fuerit absens, idē que mortem obijisse creditus, atque vxor idoneis legitimisq̄; testibus certior eius mortis facta alium virum, ex illoq̄; plures liberos susceperit, quādocūq̄; prior cōparuerit, tenetur, secundo matrimonio soluto, ei, vt legitimo coniugi adhærere. Decretum est Leonis Papæ cano. Cum per bellicam, & can. Cum in captiuitate, & c. Si virgo. 34. quæst. 2. Et ratio est manifesta, quia prius nunq̄ fuit solutū, atq̄; ad eodē neque secundū fuit solidū, quantumuis absq̄; culpa contractum. Et ideo, ait, tali euentu illic Pontifex, q̄ cum præceptū sit, vt quos Deus coniunxit homo nō separet, necesse est, vt legitij, marum foedera nuptiarum redintegrandam credamus. ¶ Ex hac sequitur tertia cōclusio à cōtrario sensu, q̄ quauis mala fide, ac subinde graui culpa secundum fuerit cōtractum: nempe, quia vehemens opinio vigeat priorē maritum viuere, si mutuus adfuerit de præsentī cōsensus, cū intentione contrahendi, & re vera ille erat vita defunctus, matrimonium secundum tenet: quia omnia tūc, quæ sunt de essentia concurrerunt. Itaque stat, q̄ sint veri coniuges, & nihilominus reddendo & petendo debitum propter malam fidem delictum committant. Si verò tanta erat mala fides, quòd contrahens credebatur matrimonium non tenere, tunc non posset adesse intentio contrahendi, & sic matrimonium nullum esset. Secus si

1. Conclus.

2. Conclus.

Leo. Papæ.

Ratio.

3. Conclus.

iure credebatur matrimonium tenere cum illo min^o probabili dubio de morte viri, licet esset peccatum. ¶ Quatenus verò res ad bonam vel malà fidem attinet, dubitatur, quãta certitudo sit necessaria, vt absente cõiuge possit alter ad alias trãfire nuptias. Est enim casus vsufreqüentissimus idẽq; perplexissimus. ¶ Sit ergo quarta conclusio. Ad hoc qd huiusmodi fides bona sit, & à culpa liberetur, exigitur moralis certitudo secundũ arbitriũ & iudicium prudẽtum: scilicet, per nũcium, aut per æquiualens testi-

4. Conclusio.

Ca. in præsentia.

monium. Sic nos admonet Clemens, 3. cap. In præsentia de sponsalib. Quæsitum enim illic fuit, vtrum quæ post septennium absentem præstolata est virum, nec certificari potest de eius morte, quanuis sollicitudinem diligentem ad id habuerit, & præiuuēni ætate continere non potuerit, possit ad alias transire nuptias. Et respondet Papa qd cum quantocunq; tempore absentes fuerint, ijdemq; viuentes, viri, nequeant aliud inire coniugium, non est cum huiusmodi sceminis dispensandum, donec certum nuncium recipiant de morte virorum. Et

Cap. Dñs.

Lucius papa ca. Dominus. de secund. nuptijs, similiter ait, vt nullus talis ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet, quod ab hac vita migrauerit coniux eius. Idemq; & iure civili cautissimum est, vt. C. de repudijs. Auth. Hodie. Et in Authen. vt liceat matri & ania. 5. Quod autem. colla. 8.

Quæ certitudo sufficit.

¶ De hac verò certitudine, quæ sufficit dubiũ coniugem secundas nuptias conciliantem à culpa excipere, iurisconsulti multa congeminant verba, vt refert Syluester. verb. Matrimo. 8. quæst. 13. Sunt enim qui dicant, non requiri omnino certum nuncium, sed fat esse probabilitatem moralem nam prædicta capitula, quæ certum nuncium requirunt, loquuntur, quantum ad ecclesiæ certificationem, quæ requiritur vt licentiam conferat contrahendi. Maior enim, aiunt certitudo requiritur in ecclesia propter suã grauẽ authoritatem, quã in persona vt priuatim contrahat. Sed re vera hoc non satis tuto assertum est. Crediderim nanq; non minorem certitudinem requiri in persona quam in ecclesia, si tale testimonium possit ad eandem Ecclesiam deferri.

Sententia auctoritatis.

¶ In primis ergo hoc in præsentia est obseruandum, quod re dubia potius inclinandum est in fauorem prioris matrimonij, ne contrahatur secundum, quandoquidem possessio, cuius melior conditio est, in fauorem prioris proclamat. Et in contrahendo secundo matrimonio imminet periculum, quod nullum sit, & in abstinendo ab illo nullum timetur. Hinc

fit, qd quandiu res est dubia: nempe, qd nullus est vel assensus vel dissensus, sed animus pendet (hæc enim dicitur res dubia) nullatenus licet ad alias nuptias commigrare: quia illic esse nequit bona fides. Neque verò sufficit tenuis opinio de morte coniugis, sed requiritur tanta aut per nuncium, aut saltem per testes, vt iudicio prudentum nõ solum probabile, sed certum iudicetur. Quare, vt reor, nec coniectura, nec fama sufficit. Nisi forsam re diligenter exquisita longitudo absentia, vel vniuersalis fama, vbi coniux cõmorabatur, obitum eius cõtestetur. Quod dictũ est de morte, absentis cõiugis, id quoq; intelligendum est post matrimonium ratum non consummatum dum fertur religionem esse professum. ¶ Dum verò coniugatus, qui ad secundum transiit coniugium de vita coniugis hæsitat, tunc iubet Pontifex in allegato cap. Dominus. de secund. nuptijs, vt debitum reddat, nõ tamen exigat. Idẽque habetur cap. Inquisitioni. de sentent. excommu. Hanc autem cõsultam sententiã auscultandam reor secundum intelligentiã, quã distinct. 27. quæstio. 1. articul. 3. explicuimus. Meditandum quippe est, vtrum possessio bona sit, an malæ fidei. Qui enim mala fide in secundum matrimonium se immerfit, ius petendi non acquisiuit: quia mala fides nemini suffragatur: & ideo neque exigere neque reddere potest: quia matrimonium fuit claudicans ex parte inique contrahentis, ob idq; neque ipse neque alter coniux possessionem exigendi acquisiuit. Si verò bona fide pactum fuit contractumq; matrimonium, tunc locum habent prædicta decreta. Intelligitur quippe de illo qui bona fide non dubitans, sed secundum arbitrium prudẽtum contraxit, & postmodum quia nouos audit rumores de coniugis vita incipit dubitare, non quidem scrupulo leui, sed morali. Tunc enim reddere quidem debet, exigere tamen nequit. Quod tamen sic intelligere mihi videor, quod nõ possit exigere quousq; rursus diligentem nouam inquisitionem peragat ad explorandum vtrum coniux viuat. Illa tamen arbitrio sapientum adhibita si nihil comperti habere potest, licebit & deinceps sua vt petendi possessione, quam bona fide ingressus est, vt non solum reddere, verum & exigere valeat.

Nota.

Consideratio duplex.

Opinio Magistri sententia.

¶ Atqui ad hoc propositum Magister sententia distinct. sequenti. 38. ait, quod si vir relicta in patria sua vxore in longinquam abiens regionem aliam ducat (scilicet, mala fide credens priorem superstitem) & deinde poenitentia ductus secundam dimittere volens, ad priorem legitime

legitimam reddere conetur, sed ecclesia ad petitionem secundæ ex falsa præsumptione procedens eum cum eadem secunda commanere cõpellat, incipit, incipit, excusari propter obedientiam & timorem de hoc, quod poscenti mulieri debitum reddit, à qua ipse nunquam poscere debet. In hoc autem Magister non tenetur, sed merito reprobatur illis rationibus, quas distinct. 28. art. 2. demonstrauimus. Imò vt venerabilis Hugo parte. 1. de sacramen. cap. 6. locupletissime differuit, citius debet talis cõiux martyrium perpeti, quã debitum contra conscientia reddere: & tunc maxime quando conscientia legitima est, & rationi consona: nam reddendo fornicationẽ committit, ad quam Ecclesia, hominem compellerẽ non potest. Sententia enim ecclesiæ ex falsa præsumptione Prodens eum non ligat, qui certus est, contra veritatem fuisse prolatus, tamen si ecclesia iustum ferat iudicium quando secundum allegata & probata sententiam pronunciat.


Magistri opinio reprobatur.

Solutio argumentorum.

¶ Argumenta igitur in cõtrarium soluta per hæc, quæ dicta sunt, censetur. Nihil enim absurdi habet, quod homo propter euentus, qui accideresolent, manere debeat vsu coniugali priuatus.

DISTINCTIO Trigesima octaua, De impedimentis ordinis, & voti.

Textus. Cap. 1.



Attenuis de impedimentis tum alijs, tum etiam criminum, nunc verò & de alijs ad religionem pertinentibus initur sermo. De ordinibus ergo sic discernere sacris canonibus admonemur, vt minores quidem nullatenus matrimonium respuant. Sic enim, ait, Leo Papa. can. Seriatim. distinct. 32.

Leo Papa.

Leo Papa, can. Seriatim. distinct. 32.

Lectores, ostiarios, exorcistas, acolytos, si extra votũ & habitum inueniuntur, & continentiam profiteri nolunt, vxorem ducere virginem ecclesia Romana permittit, non viduam nec repudiatam, alioqui ad subdiaconatũ deinceps prouehi non poterunt. Maiores verò, qui sacri habentur, ordines tum ineundo matrimonio obsunt, tum, etiam si contrahatur, dirimunt, vt in concilio Carthaginensi sub his verbis habetur. Placuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos etiam ab vxoribus abstinere: quod si non fecerint, etiam ab ecclesiastico remoueantur officio: ceteros verò clericos ad hoc non cogi. Adeò ergo semper fuit sacris ordinibus hæc habita reuerentia, vt neque occidentalis, neque verò orientalis ecclesia cuiuspiam sacris ordinibus iniuriato ad nuptiarum contractum retro gradi suerit. Vnde antiquissimus Calixtus, can. Presbyteris, distinct. 28. inquit, diaconibus, subdiaconibus, & monachis concubinas habere, seu matrimonium contrahere penitus interdiximus, cõtractaque matrimonia ab huiusmodi persona disungi iuxta sacrorum canonum definitionem iudicamus. Et in sexta Græcorum synodo, Si quis eorum, qui ad clericatũ accedunt, voluerit nuptiali lege mulieri copulari, hoc ante ordinẽ subdiaconatus faciat.

Ead. distinct. ca. Placuit.

Calixtus.

Ca. Si quis 32. distinct.

¶ At verò quoniam Græci ordinibus

nibus non admittunt adnexum solenne votum castitatis, quanuis propter ordinis dignitatem eos, qui ordinati sunt, coniugari deinceps nō sinant, coniugatos tamen neque ab ordinibus suscipiendis repellunt, neque ab vxorio vsu cohibent, vt ex sexta synodo Gratianus canon. Quoniam, retulit. Veruntamen ecclesia Latina, ab ipso Apostolorum tempore sic instituta, huiusmodi solenne votum ordinibus agnoscit ad nexum: ob idque coniugatos, nisi vel diuortio celebrato, vel de consensu vxoris castitatem vouentis nullatenus sacris ordinibus initiari permittit, vt Gregorius Papa hisce verbis, ait, Nullum facere Diaconum Episcopi præsument, nisi qui se castè victurum promiserit: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ordinem fuerit approbata. Quanuis quomodocunque ordines sacri matrimonio superueniant, sacramentum cum suo caractere suscipiatur. Quo fit, vt Græcorum mos nō ex aliqua ecclesiæ sanctione, sed ex Vigilantijs aut, Nicolaitarum errore originem duxerit, qui vt, ait, Hieronym. & libr. de hæresibus Augustin. neminem, nisi prius coniugatum, ad sacros ordines admittentebant. Hunc enim errorem Niceta Græcus suæ genti persuasit, vt Umbertus Leonis noni legatus in libro contra ipsum refert. Quo-

Distin. 31.

28. distinc. can. Nulli.

rum duritiem ecclesia Latina miserata cum ipsis dispensare censetur.

¶ Cæterum vt sacris ordinibus votorum religionem ea præcisa ratione, qua rem præsentem attinet, adiungamus, votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo, eiusue diuis, & ex ijs, quæ Dei sunt, propriè fieri debet. Votorum autem, vt alias à loco præsentem extraneas diuisiones omittamus, aliud est priuatum & simplex, aliud verò solenne. Simplex quidem est nuda promissio, qua homo se aut sua Deo pollicetur. Solenne verò est illud, quo se in dominium & possessionem Dei & prælati eius vicem gerentis tradit. Quo fit, vt simplex votum matrimoniū quidem sub reatu mortalis labis interdicat contrahendum: esse enim fidem deo obstrictam infringere: illud tamen non dirimit: nam qui promissit, nondum dominio expoliatus est, quominus si se alteri dedat, contractus consistat. Votum verò solenne non solum contrahendum impedit, verum & contractum diluit: nam dominium Deo traditum ab illo abdicari non valet. Vnde ad Iulianum Augustin. In viduali continentia & virginali excellentia virtute electa & voto oblata iam non solum capeffere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. Et Hiero-

Cap. 3.

Votifinitio

Votum duplex.

Simplex.

Differètia

Can. nuptiarum. 27. quæstio. 1.

Hieronym. Vouentibus, inquit, virginitatem & viduitatem non solum nubere, sed velle damnabile est. Id quod Apostolus Timotheus scribens admonet, viduas enim, inquit, adolescentiores evita: cum enim luxuriatę fuerint in Chro nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem (scilicet, quam Deo vouerunt) irritam fecerunt. Hisce ergo verbis Augustin. & Hieronym. tam simplex votum quam solenne designant. At verò Gregor. ad Bonifacium scribens distinctius, ait, Viduas à proposito discedentes viduitatis (per nuptias videlicet) nisi conuertantur, apostolica authoritate damnandas censemus, nempe, quousque ad bonum, quod ceperunt, vel voluntariè vel inuitę reuertantur. Hactenus de solenni voto. Et subdit statim. De virginibus autem non velatis (puta quæ votum duntaxat simplex susceperunt) si deuiauerint, à sanctę memorię prædecessore nostro Papa Innocen. taliter decretum habemus. Hæ verò, quæ nondum sacro velamine sunt tectę si nupserint, aliquanto tempore ijs agenda penitentia est: quia sponsio à domino tenebatur. Virgines enim non velatas eas censet, quæ votum solenne non susceperunt. Extat decretum Innocentij ibidem canone, Hæ vero. ¶ Qui ergo post votum simplex nuptiarum sarcinam sibi imposuit,

17. Distin. 1. Ad Timoth. 5.

Canon. Viduas. 27. q. 1.

Canon. Hæ vero.

Canon. Hæ vero. 27. q. 1.

Cap. 4.

exigere quidem cōiugale debitum propter fidem voti non potest, redere tamen propter fidem coniugi datam tenetur. Sic nos enim pontifices sub titulo, de conuersione coniugatorum, atq; alibi pluribus decretis commonent. Ad hæc Innocent. pontifex, cap. Cum ad monasterium. de statu monacho. adiecit, quod abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeo adnexa est regulę monachali, vt contra eam nec summus Pontifex possit indulgere. Vbi diuinum ius interpretatus super votum solenne nullam dispensationem locum habere decernit.

Ca. Quidam. ex cap. Placet. Innocen.

DISTINCTIO

Trigesima octaua, Quæstio prima, De impedimento ordinis.

ARTICVLVS. I.

Virum ordo matrimonium impediatur.



Vbsequitur in hac distinctio: de ordine & voto disputare: quæ igitur distinctio duabus opus habet quæstionibus, quarum prima est de ordine, atque altera de voto. Arguitur ergo quod susceptus ordo nullū sit matrimonio impedimētum. Nihil impeditur nisi à suo contrario: ordo verò non est matrimonio contrarius, quia vtrunque est sacramentum, imò verò cum matrimonium coniunctionē Christi & ecclesię significet, in ministris potissimum eiusdem Christi & ecclesię congruens esse videtur, vt eadem significatio per matrimonium fulgeat.

Partis negatiue ar. 1.

2. Argum. ¶ Secundo. Si ordo matrimonium impedit, id quidem virtute spiritualis rationis facit: spiritualis vero ratio in omnibus, etiam minoribus ordinibus, inest: ergo & minores impedimenta essent matrimonij, cuius contrarium decrevit Alexander. 3. capit. 1. de clericis conjugatis, & can. Serjatim. dist. 3. 2. ergo ordo non est impedimentum.

3. Argum. ¶ Tertio. Eadem nobis est cum orientalibus Græcis, ecclesia: illorum vero presbyteri à re vxoria non colubentur, vt can. Aliter distinc. 3. 1. Stephanus Papa refert: ergo neque nostri arceri deberent.

Pars affirmatiua. ¶ In contrarium est eadem Alexandri Decretalis, Si in subdiaconatu & alijs superioribus ordinibus vxoro suscepisse noscuntur, eos vxores dimittere compellere procurētis.

Decisio ar. ¶ Quæstio hæc latissimum nobis dicendi campum offerebat, quæ ecclesiasticos ministros floridam vitam castitas deceat, nisi quæstio sexta, quam septimo libro, De iustitia & iure locupletissime disputauimus, & pro tenui ingenio nostro de hac re elaborauimus; ab hoc nos modo labore & negotio liberasset.

Impudentissima enim hæresis, quæ sacerdotum cælibatum labefactare contendit, à Ioviniano (quicumque alij dicant) exegit, quam Vigilantius, vt Hieronymus ad Riparium, epistola. 2. refert, impudentissimè auxit, non solùm permittens, sed compellens, vt nullus ordinaretur diaconus antequam matrimonium iniret. Hanc ebibit hæresim postmodum Vitaleff, vt Thomas V. Valdensis tom. 2. de sacramentis. capit. 1. 28. refert. Ac subinde Lutherus in illo suo sæpe damnato libello de abroganda missa priuata, Satanica rabie furens contra clericorum cælibatum inuehit dicēs, nequaquam Papam posse clericis matrimonium interdicerē. Hæc omnia illic copiosè artic. 1. retulimus, abundeque perinde illis demonstrauimus, qui Græcicum morem Latinis impingere affectant, quàm sit ex videribus, euangelij sancta hæc institutio deducta, vt sacri ecclesie ministri à re vxoria esse debeant alienissimi.

Christus etenim ipse, vtique de intacta virgine natus, virginitatis, ipse decus, ecclesiam, ceu columbam candorem virgineo nitentem, sibi connubio copulauit; id exemplo suo sacerdotes docuit, quibus eandem ecclesiam desponsauit, vt virgini si non virgines, saltim cælibes fidem seruarent.

Mox & cordis nitor, & corporis mundicies, quam tractatio corporis & sanguinis Christi expostulat, id ipsum eos commonet. Deinde & altissima meditatio assiduaque orationis perseuerantia, & sacrorum impensissima lectio,

Quarta. ¶ Quinta. ¶ Sexta. ¶ Duplex sensus quæstionis.

¶ Conclusio. ¶ Probat conclusio. ¶ Nota.

¶ Nota. ¶ Nota. ¶ Nota.

¶ Nota. ¶ Nota. ¶ Nota.

ctio, quibus dedit esse debent, coniugali confortio è diametro aduersantur. Præterea solertissima cura, quam erga pauperes, viduas & orphanos gerere tenentur sollicitudinem familiaria vxore & liberis occupata non permittit. Neque vero authoritas & dignitatis splendor, quibus reliquo populo antecellere debent, sinit vt cum vxoribus, sicuti reliquum vulgus, misceantur. Præterquam quod si liberos facillime esset procreare, omnes illic nequos intenderent, vt quasi hereditario iure illis sacerdotia relinquerent. Hæc pauca ex illa disputatio ne detrahaui, quam solertissimus quisque amplissimam illic & copiosissimam visere meditarique potest.

¶ Quo ergo satis præsentis loco faciamus: quæstio hæc generalium habet sensum: primum de ordinibus quemadmodum suscepti impedimento sunt, ne matrimonium deinceps contrahatur. Secundum vero vice versa quemadmodum contractum matrimonium ordinibus suscipiendis viam claudit. De vno disputabit articulus primus, & de altero secundus.

¶ Ad priorem igitur vnica illaque bimbri conclusionem respondetur. Ex ordinibus minores quidem, qui sacri non censentur, nullum sunt matrimonio contrahendo impedimentum: maiores vero, qui sacri sunt, non solùm contrahendum impediunt, verùm & contractum dissoluunt. Vtraque conclusionis pars constitutio est.

¶ Concil. Carthaginensis can. Placuit, & Leonis Pontificis contra epistolam Nicetæ Abbatis cano. Omnium, & cap. Seriatim. 3. 2. distinc. & Alexandri decretali citata, de cleric. coniuga. cap. 1. Multisque subinde alijs decretis, & celebri Occidentalis ecclesie vsu est constabilita.

¶ Car autem quatuor minores ordines non dicantur sacri: subdiaconatus vero & reliqui duo superiores, vt sacri habeantur, distinc. 24. quæstio. 1. articul. 4. præscriptus. Qui enim autumant minores quoque esse sacramenta, aiunt ob id non esse sacros, quod eorum vsus non est sacras species eucharistiæ tractare. Nos vero arbitrati sumus ob id non esse sacros, quod non sunt verè sacramenta. Atque inde argumētum exurgit, quod non fuerit necessariū minores illos ministros re vxoria interdicerē: quia neque illa mentis spiritusque puritas aut corporis mundicies eis necessaria sunt, qui sacramenta non administrant.

¶ Minime verò decet absque necessitate tantam hominum multitudinem à nuptiarum ritu repellere, Atque eadem ob rem neque onere persoluedi statis horis sacros psalmos obstrunguntur.

¶ Dum autem dicimus maiores ordines matrimonium dissoluere, non intelligimus

¶ Quando maiores ordines dirimuntur.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

mus si fuerat legitimum. Dum enim quis de consensu vxoris religionem vouentis, vel eadem per diuortium dimissa sacris initiatur, matrimonium non dissoluitur, sed vsus eius cessat. Dicuntur autem ipsum dirimere, vt in superioribus expositum est, quia post ordines sacros contractum nullum est, vt præter canones superiores ait, Calixtus cano. Presbyteris 27. distinc.

¶ Dubium. ¶ Dubium tamē est, quo iure ordo sacer à matrimonio ordinatum cohibeat: vtrum scilicet, iure diuino, vt religionis professio. Quidam enim neotericus, vt Maioris in. 4. distinc. 24. q. 2. & Clichtoueus libr. de continentia sacerdotali. cap. 13. arbitrantur iure diuino esse prohibitum sacerdotibus matrimonium: quare, inquit, super hoc Papa dispensare non potest. Neutiquam tamen sententiam suam probant. Arguamus nos ergo in eorum gratiam. Apparet enim tam intrinseca ratione votum esse ordinibus sacris adnexum, quàm religioni: & ideo ambo inuicem comparantur. vnicuique de voto lib. 6. Quare sicut iure diuino cum religioso dispensari non potest, vt matrimonium contrahat, ita nec cum sacerdote. Responso tamen huius ex illo discrimine colligitur, quod lib. 7. De iustitia & iure. quæst. 5. articu. 3. elucidauimus: nempe, votum sic esse penitus de ratione religionis, vt eo excluso religio desinat esse religio. Hoc enim ipsum nomen religionis sonat, quod solenne votum, quemadmodum si rationale sustuleris, hominem prorsus abstulisti: non tamen sic est intrinsecum sacerdotio. Nil enim repugnat, quominus absque castitatis voto verè sit homo sacerdos, vt Græcorum mos nobis documento est. Doctrina est Sancti Thomæ. 2. 2. quæstio. 88. articu. 1. 1. Quicquid Caietanus reclamet, quem loco citato satis oppugnaui. Ex hoc ergo fit cõsequens, quod & si ordo quandam suapte natura secum adferat congruentiam, decetiamque castitatis matrimonio repugnantem, non tamen ex se parit virtutem præcepti, vt eo ipso diuino iure, quo ordinis sacramentum institutum est, sint ordinati à matrimonio prohibiti. Sed præceptum hoc & prohibitio iure potestatis posita est. Quod quidem præceptum ecclesia ex decentia functionis sacrorum ordinum deduxit. Et ideo nihilo minus potest super eodem præcepto dispensare, quanuis dispensatio cum sacerdotibus indecentissima esset, & ecclesie pestifera, vt loco citato, De iustitia & iure demonstrauimus. Quocirca pestilentissima est hæresis Lutheri negantis ecclesiam tale præceptum adere potuisse.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Est tamen animaduendum discrimen, quod hic S. Th. inter Græcos & Latinos dignoscit: videlicet, quod apud Græcos ordo sacer solùm ex vi ordinis matrimonij impedit: & ideo post susceptos ordines neminem nuptias conuolare permittunt: non tamen habent ordinibus adnexum votum, vt Innocentius ait cap. Cum olim, de cleric. coniuga. Et ideo non solùm coniugatos sacris initiatur, verùm & initiatos in vsu coniugali viuere sinit exceptis hebdomadibus, quibus altaris ministerio vacant. Vnde in sexta Græcorum synodo cano. Si quis. d. 3. 2. Si quis inquit, eorum qui ad clericatum accedunt, uoluerit mulieri nuptiali iure copulari, hoc ante ordinationem diaconatus faciat. At verò Latini non modo propter ordinum dignitatem, verùm & propter votum quod habent adnexum, à matrimonio ineundo cohibentur: nam licet qui ordinatur, votum illic non exprimat, tamen ex statuto ecclesie ibidem includitur. Quapropter non solùm ordinati matrimonium contrahere prohibentur, & si id attentent, nullum est, sed etiam post contractum ab ordinibus suscipiendis excluduntur: nam votum in illis inclusum non modo contrahendo matrimonio, verùm & eius vsui impedimentum est. Extat tamen discrimen plurimū, quod suscepti ordines sacri matrimonij, quod post attentatur, prorsus tollunt, vt sit nullum, matrimonium verò contractum non sic ordinibus obstat, quin si coniugati illos susceperint, verum sit sacramentum, vt art. proximo repetendum restat.

¶ Colligito ex his ergo nusquam gentium ab orbe vsque redempto vsu fuisse receptum, vt sacris ordinibus initiati (saltē presbyterati) matrimonium contrahere permitteretur. Semper enim in hoc sancto ordinis sacramēto illa fuit cognita confessaque dignitas, vt respuere matrimonium crederetur propter illas nuper à nobis insinuat, & loco citato, De iustitia & iure, amplificatas atque alijs pluribus auctas rationes. Quo circa vt illic adnotauimus, demirandum se Caietanus exhibuit. q. 1. 2. primi quodlib. ubi hanc veritatē inficiatus ait, in more Græcis olim fuisse contrarium, propter verbū Stephani Papæ can. Aliter. d. 3. 1. quod est hoc Græcorū sacerdotes, diaconi & subdiaconi in matrimonio copulantur, ineptam existimans glossam, quæ verbum, copulantur, exponit: id est, copulato vtuntur. Nam copulantur, inquit, non sonat, nisi quod post ordines matrimonij contrahunt. Sed re vera verbum illud passiuum non actionem tunc presentem, sed permanentiam in præterito designat, vt ait glossa.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

¶ Nota.

Panormia. Sed absurdus profectò Panor. super ca. Cum olim de cleri. coniuga. consultum ari: ecclesie arbitratu est, si sacerdotibus abstinere nolentibus facultas fieret vxores sibi associandi. Hic ille. Verum est tamen aliquandiu durasse apud Græcos, vt subdiaconi ad matrimonium permitterentur, vt Gregorius cano. Antetrieniu. 3. r. dist. insinuat. Imò duru illic reputat eos more Romanæ ecclesie vsu vxorio arcere. Quin etiam & diaconi si in ipsa ordinatione protestati essent, qd vellent habere vxores permittebatur illas postmodum accipere. At verò ipse idem Gregorius decreto suo inhiabit, quenquam in subdiaconum ordinari, antequam se caste victurum promississet. cano. Nullum, dist. 28. & can. Multoru. dist. 33. Et in concilio Carthaginensi can. Placuit, dist. 32. atque alij supra à nobis allegatis. Ac demum clerici in sacris de facto contrahentes anathematis censura feriuntur, per clem. vnicam. de consang. & affini. officioq; & beneficio priuatur, cap. Decernimus. & can. De his. 28. dist. & cano. Presbyter. ead. dist. iubentur deponi, & cano. Eos qui, dist. 32. Quod si mihi plurimos obieceris, cum quibus Papa dispensauit post subdiaconatum, imò & post diaconatum ad matrimonia comigrare, Maioris, & Clichtoueus vbi supra, responderent, dispensationem non tenere. Id tamen absq; vlla probabilitate. Igitur secundum veritatē respondetur, de dispensationis causa, an fuerit legitima, nō esse nostrū iudicare, Attamen cum votum, vt diximus, nō sit de intrinseca ratione ordinis, sed de iure potestatis, quāuis accidere possit, vt qui huiusmodi dispensationem petiuit, grauiter peccauerit, tamen facta dispensatione matrimonium est firmum & legitimum. Quare post poenitentiam prioris peccati, si aliquod commisit, tuta conscientia debitum reddere debet, & si dispensationem habet, etiam exigere valet, ac demum in matrimonio perseverare.

Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, qd etsi quatenus ambo sunt sacramenta, ordo & matrimonium non sibi inuicem aduersentur, vsus tamen matrimonij ordinum functionem dedecet. Illam autem dispensationē Christi & ecclesie dignius ac prestantius per sua obsequia spiritualia referunt, non habentes alias spōsas nisi ecclesiam, quā si alias haberent. ¶ Ad secundum respōdetur, ordinem non ob quancunq; rationem spiritualem esse impedimentum matrimonio, sed propter illā, quæ est in tractandis rebus sacris ad eucharistiam pertinentibus: quæ quidem ratio in minoribus ordinibus nō inest. At verò cum be-

neficiorum possessio in stipendijs spiritualiū obsequiorū sit instituta, quibus obsequijs exhibendis se se coniugati in dōne os reddunt, ecclesia sancit, vt clerici coniugati beneficijs ecclesiasticis expolietur, cap. Sane; & Quod ad te, atque alij in titulo de clericis coniugati. ¶ Ad tertium iam responsum est, Græcorum morem non esse ordinatis matrimonium permittere, sed coniugatos ordinari, atque in vsu coniugali relinquere. De quo vtiq; more dicere pergimus.

ARTICVLVS. II.

Utrum matrimonio ordo sacer. superuenire possit.

Queritur secundò vice versa, vtrum post matrimonium ordo sacer locum habeat. Et arguitur à parte negatiua. Quantum ordo obstat matrimonio, tantum è conuerso: sed ordo præcedens sic impedit matrimonium, vt nullum sit: ergo & præcedens matrimonium eodem modo impedit ordinē: vt nullus imprimatur character.

¶ Secundò arguitur, quòd saltem si coniugatus inuita vxore ordinetur, nullum recipiat sacramentum. Quoniam tunc ratione voti adnexi atq; ordinum decentiæ nequiret rei vxorie vacare, atque adeò iniuriā irrogaret vxori, quæ ius habet petendi debitum: ordo autem, cum res sancta sit, non debet cum iniuria pugnare, præsertim cum secundum monitū Apostoli. 1. Corint. 7. neuter coniugum possit sine alterius licentia, etiam vt orationi vacet, alterū in tempus defraudare.

¶ In cōtrarium est, quòd nō minus, imò plus religiosi ad continentiam obligantur, quam ordinibus consecrati, & nihilominus post matrimonium possunt coniuges religionem vouere: ergo & vir ordines suscipere sacros.

¶ Quæstio præfens maius nobis negotium exhibet iuxta Græcorum morem, quā secundum Latinorum consuetudinem. Quare distinguendum est tum inter matrimonium & eius vsu, tum etiam inter hoc, quod est, ordinem dignè suscipere, & hoc, quod est, ordinem verè suscipere, quāuis illicitè. Atque adeò ad quæstionem quatuor conclusionibus respondendum.

¶ Prima Latina cum Græcis communis est. Post matrimonium siue aduente siue renouate vxore suscepti ordines verè sunt sacramentum.

Clerici coniugati beneficijs priuatur.

Solu. 3. ar.

2. Argum.

Partis negatiue ar. 1.

2. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

1. Conclus.

tum.

tum. Hoc iam superiori articulo declarauimus. Quoniam ordo est sacramentum characterem imprimens, atque adeò vbi legitima materia, forma & intentio adest, verè imprimitur: quare siue coniugatus, siue seruus, siue ante vsu rationis quisquam cum vera intentione ordinetur, verè fit tā sacerdos quā diaconus aut subdiaconus.

3. Cōclus. ¶ Secunda conclusio. Coniugatus consentiente vxore iure & more atque adeò licitè potest quoscunq; ordines, etiam sacerdotalem, suscipere. Imò verò facto fornicationis causa diuortio, nulla indiget maritus vxoris facultate, vt licitè vel religionem profiteatur, vel inicitur ordinibus. Quod autem dicimus consentiente vxore, quod diuus Th. hic, atque alij doctores aiūt, intelligitur quemadmodum. d. 27. q. 2. ar. 5. de ingressu religionis dicebamus. Haud quippe talis consensus sufficit, nisi ipsa religionem approbatam profiteatur, aut sexagenaria sit, tunc enim potest in seculo manere.

¶ Tertia conclusio. Citra diuortium vxore in scia vel inuita ordines sacros suscipere graue delictum & sacrilegiū est. Enimvero huiusmodi homo & vxori & ordinibus ipsis sacris iniugiter iniurius est, quare perpetuò manet ab eorum vsu suspensus. Quinimò, vt Ioānes. 22. in Extrauagan. Antiqua, de voto, ordinauit, nō modò in ordine suscepto ministrare cohibetur, verum & ad superiores ordines prouehi, quod est esse irregularem, neque aliquod beneficium aut officium ecclesiasticum obtinere. Veruntamen per eosdem susceptos sacros ordines matrimonium præcedens, etiam si duntaxat ratum fuerit, nō dum consummatum, nequaquā dirimitur. Quocirca & vxor debitum petere potest, & ipse tenetur reddere, neutiquā tamen exigendi ius habet. Adde quòd etiā matrimonio, vt ibidem cauetur, soluto per vxoris mortem, manet irregularis, nisi aliquam tunc religionem approbatā fuerit professus: & tunc diocesanus poterit dispensare. Viuentetamē vxore ingredi religionem nequit, nisi ipsa vel sexagenaria sit, & consentiat, vel religionem pariter ingrediatur.

4. Cōclus. ¶ Quarta conclusio. Ex his fit cōsequens, quòd (hoc vno excepto casu huius tertie conclusionis quòd, scilicet, reclamante vxore tenetur clericus debitum reddere) cōiugatus, qui ordines sacros post coniugium quomodo cūque suscipiat, tenetur vitam perpetuò cœlibem viuere. Hæc est conclusio, quā vniuersi supra citati canones constituunt, & ecclesia occidentalis more & usu persanctè colit.

¶ Dubium autem hic grauissimū offertur, at-

Mos Græcorū unde ortus.

que hac præcipuè tempestate necessarium scitu, qua non solum hæretici, verum alij, qui catholicorum nomine, censeantur, vt sacerdotēs cū vxoribus copulentur, optant & procurant, vtrum Græcorū contrarius mos in aliqua legitima synodo, aut ecclesie autoritate, aut deductione ex sacris literis fundamentum habeat an verò præter legem & rationem fuerit inuentus, ac perinde ab ecclesia Latina, ceu alij eius gentis errores, permissus. Enimvero vniuersi ferè Doctores illum morem tanquam legitimum existimant, imò nonnulli canones id insinuare censentur. Attamen si res poenitentiæ oculatiùs que inspicatur, longè contra nō fallor, iudicabitur. Quocirca eodem libro nostro citato septimo, De iustitia & iure quæst. 6. articu. 2. latissimam & locupletissimam disputationem scripsimus, vtrum sacerdotalis continentia ab ipsis statim ecclesie incunabulis cœperit. Vbi partem affirmatiuam nō modò coniecturis, verum & rationibus & autoritatibus sultam curauimus. Quādo enim alta non esset ratio, mos ipse illorum, id vtiq; doct. Cū enim constitutissimum illis sit post susceptos ordines nemini matrimonium permittere, eodem more fatentur eos qui ante matrimonium sacro clericatu addicuntur, ad cœlibatum teneri. Si ergo ita est, inde consequitur, vt coniugatos nullatenus ad ordines admittere debeant, nisi voto etiam castitatis cœlibatum profiteantur. Nam si coniugatos, qui postmodum ordinantur, in vsu coniugij viuere sinūt, quidnam causæ esse potuit legitima, vt ordinatis matrimonia interdicerent? Quādoquidem cū ipsa sacrorum ordinum functio eadem sit in omnibus, eandemque subinde vitæ mundiciem exigat: vnde proinde iniquum fit, vt alij cœlibes viuere cogantur, alij verò cum vxoribus permittantur. Nam ratio Clichtouæi, quòd propter dignitatem ordinis non permittuntur ordinati ad matrimonium retrocedere, profectò nulla est. Quoniam si votum excludas, tam indecens apparet coniugatum ordinari, quā ordinatum coniugari.

Illicitus ille mos & permissus.

Continentia ordinibus sacris annexa.

Ratio Clichtouæi.

Obiectio.

Dilatio.

Sed ais, In primitiua ecclesia erat raritas Christianorum, qui idoneè possent ad sacerdotium promoueri, & idè admitterebantur coniugati. Hanc equidem veritatem fateor. Attamen non tanta erat raritas coniugatorum, qui non sua sponte consentientibus vxoribus dum ordinibus initiabantur, votum castitatis emitteret. ¶ Quare profectò nō dubito, quin tunc id fiebat, sicuti modò Latina ecclesia more seruat: videlicet, quòd sine consensu & voto vxoris nemo ordinabatur, & ordinatus voto sequoq;

se quoq; coelibatus cōstringebat. Nisi q tunc vxores non cogebantur religionem ingredi (quia nec erant huiusmodi monasteria) sed satis illis erat votū simplex castitatis emittere, & alebantur ab ipsis maritis iam ordinatis, & fortasse non in eadem domo cōmorantibus.

Quapropter votum castitatis semper fuit à la ta euangelica lege ordinibus sacris adnexum: Id quod inde præterea constat, q aliàs nūquā ecclesia Latina tam graue onus sacerdotibus imponeret, nisi per apostolos edo cta. Accedit, q Calixtus, qui author fuit canonis citati Presbyteris, distinct. 27. antiquissimus est: scilicet, anno domini ducentesimo quartodecimo: nempe, centum annis ante Nicenum concilium. Et illic dicit Calixtus, q contracta matrimonia à presbyteris, diaconis & subdiaconis separari debent iuxta sacrorum canonum definitionem. Vbi docet à primordijs ecclesiæ definitum esse, vt ordinibus sacris votum sit adnexum.

Vnde Epiphanius antiquissimus author tomo. 1. libr. 2. in hæresi Catharorum, Ecclesia, inquit, post Christi aduentum eos non suscipit ad sacerdotium, qui mortua vxore aliam duxerint, imò neque eum, qui viuentem vxorem habet, & filios gignit, sed eū, qui se ab ea continuit. Quod si alij (ad Græcos alludens) contra faciunt, nō iuxta canonem, sed iuxta hominum mentem, quæ per tempus e languit, id faciunt. Et tomo. 2. libr. 3. circa finē expresse, ait, non esse ad sacerdotium admittēdos, nisi eos, qui virgines sunt, aut continentia à proprijs vxoribus seruant.

Pluribus hanc veritatem illic constituimus, visat, cui libuerit. Vbi ostendimus Græcos errorem Vigilantij in hac parte. fuisse secutos: quoniā non solum permittūt presbyteros rei vxoria vacare, verū neminē ordināt, nisi prius interrogatus responderit, coniugatum esse: quod re vera inter sacros canones nusquā reperitur. Nam canon sextæ synodi, Si quis, cui synodo ipsi nituntur. 32. distin. nō habet, nisi q si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Quauis nec iste canon firma polleat autoritate. Sed illa fuit hæresis Vigilantij, vt, ait, ad Cromantium Hierony. & Nicolaitarum, vt refert lib. de hæresibus August. qui sic verbum illud Paulinum intelligebant, Oportet presbyterum esse vnus vxoris virum, quasi verbum, oportet, esset præceptum, ita q nemo nisi coniugatus ordinaretur ad sacrilegas fornicationes cauendas. Quem postea errorem Nicæta Graecus suæ genti persuasit, vt Umbertus Leo 9. can. Omnino.

Idem.

Vigilantij error.

Can. si quis 32. distin.

Pauli locus.

Leo. 9. can. Omnino.

nis noni legatus in libr. contra ipsum refert. Qui quidem Pōtifex veritatem euangelicam contra ipsum Nicætam abbatem, ac subinde contra Græcos constituit, cano. Omnino. 32. distin. Omnino, inquit, confitemur non licere episcopo, presbytero aut diacono propriam vxorem. causa religionis à cura sua abijcere, sed vt ei victum & vestitutum largiatur, sed nō cū ea carnaliter ex more iaceat. Sicut sanctos apostolos legimus egisse. Quo circa Gratianus illum canonem. Quoniam. 31. distinctio. non debuisset ex sexta synodo tam syncerè inter sacra decreta referre, qui quidem canon, vt iacet, videtur Græcis patrocinari, cum tamen boni authores, vt Albertus Pigijs, atque alij, satis doceant non fuisse canonem illum in sexta synodo æditum, sed viginti septem post annis, vt ex tertio canone eiusdem sextæ synodi colligitur. Imò verò neque verba illius canonis auctoritatem aut maiestatem aliquam præ se ferunt, sed inuidiam & odium sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, quod sanctam synodum non decebat. Audi verba. Quoniam in Romani ordine canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt diaconi vel presbyteri confiteri quod nō suis iam copulentur vxoribus antiquum sequentes canonem Apostolicæ diligitæ, & constitutiones sacrorum virorum legales nuptias a modo valere volumus, nullo modo cum vxoribus suis eorum connubia dissoluentes aut priuantes eos familiaritate ad inuicem in tempore opportuno.

Hæc ibi. In primis hinc conijcitur illic tunc non sedisse Romanum legatum, nam in præsentia illius non fuisset canon Romanus tam indigne abiectus sub illis verbis, antiquū nos sequentes canonem apostolicæ diligentia, & constitutiones sacrorum virorum. Imò quauis illic non sedisset, videtur verba illa nescio quid insolentia redolere atque odij sacerdotalis castitatis, ac perinde ecclesiæ Romanæ. Præterquam quod canon ille, apostolicæ diligentia, illic citatus nullibi extat: nam glossa, quæ dicit referri ad Paulinum verbum, ne coniuges seipfos defraudent, commentitia est: quoniam Paulinum verbum, de secularibus coniugijs intelligitur, illad ergo ad connubium sacerdotum confirmandum afferre, iniuicissima esset collectio. Item dum subdit, & constitutiones sacrorum virorum, non alludit ad Paulum. Quapropter non fit allusio nisi ad concilium Carthaginense secundum & sextum. Fuit autem temeritas concilium prouinciale œcumenico Romano anteferre. Præterquam quod ipsæ synodi Cartha

Gratianus

Pigijs

Can. Quoniam

Romanus legatus illic non sedisse

Nota

Græci canones deprauarunt.

Carthaginenses cum ecclesia Romana expressissime sentiunt, vt patet canon. Episcopus. distinctio. 31. & can. Cum in præterito, & Cū de quorundam. distinctio. 84. Sed illi Græci consilio sui Nicætæ prædictos canones deprauarunt. Et vbi legitur, in dict. capitu. Cū de quorundam. Placuit episcopos, presbyteros & diaconos secundum priora statuta (scilicet, præcedentium Conciliorum Carthaginensium) ab vxoribus continere: adiecerunt. Cū instaret tempus sacrificij. Ac subinde addiderunt, vt sacerdotes tempore ordinationis profiteri castitatem non cogentur. Et ideo Adrianus illam synodum, quia corruptam intellexit, noluit suscipere, nisi quatenus Romanis institutis nō repugnaret. Pariter & quintum Apostolorum canonem præuaricati sunt: & refertur cano. Si quis docuerit. distinctio. 28. Est enim canon. Ne episcopi, presbyteri aut diaconi vxores suas prætextu religionis abijciant, quem quidem ipsi intelligunt, quasi præceptum sit, vt illis vtantur. Cū tamen non sit intelligendus, nisi sicut Leo nonus cap. Omnino, citato interpretatur, vt non omnino eijciant, sed victum & vestitum suppeditent, tamen absque tori contubernio. Et similiter detruncant & vitiant verbum epistolæ cuiusdam, quæ dicitur Clementis, vbi habetur. Magistris altaris ad dominicales eligantur officia, qui si semper continere noluerint, ante ordinationem coniuges suas nouerint. Ipsi amputarunt, si semper continere noluerint, interpretantes illud esse præceptum, ne quis ad sacerdotium eligatur antequam sit coniugatus. Alia quam plura illic coaugmentauimus, vt Græcorum usum ostenderemus nulla fulciri legitima autoritate aut ratione, sed esse errorem aduersus primū Apostolorum institutū. Quare cā. Aliter. 21. d. & cā. Cū olim. de clericis coniug. & alij plures, qui bus asseritur Orientalem ecclesiam non admisisse votum adnexum ordinibus, non refertur ille vsus tanquam legitimus, sed tanquam error à Latinis toleratus.

Can. Si quis distinctio. 28.

Epist. Clementis.

Intellectus plurimum canonicum.

Can. Nicæna. 31. distinctio.

Solutio. 1.

Restat tamen verbum Nicenæ synodi, quod refertur cano. Nicæna. 31. distin. quod contra nos pugnare videtur. Cū enim illic de hac re sententia interrogaretur, Pannutius coniugalem concubitum respondit sacerdotibus permittendum. Cui quidem sententiæ reliqui patres auscultarunt. Ad hoc autem illic respondimus, illam historiam inter canones Nicenæ synodi non extare, sed Gratianus ex Cassiodoro desumpsit libr. 2. Tripartitæ, capi. 14. Et re vera si illud decretum illic fuit sancitum, mirum est quomodo in illo eiusdem synodi cano

ne, quo fœminæ à domibus sacerdotum expelli iussæ sunt, excepta matre, sorore, aut auia, non fieri pariter excepta vxor, si sacerdoti cohabitare fas erat. Sed vt fidei historia non derogemus, respondetur, quod quia iam tūc corruptis sacerdotum moribus, vt ex Epiphaniocitauimus, coeperant cum vxoribus habitare, synodusque cogitaret rem ad primatum institutum reuocare, ille bonus pater, quia id facile fieri posse non videbat, consuluit permittendum esse abusum, potius quam nationem Græcam deturbandam, sicut modo ecclesia illos permittit liberè. Et simili modo intelligendus est canon. Si quis discerni. 28. distin. vbi iubetur, quod sacerdotes nolentes abstinere, nō sunt idèo à sacris arcendi. Et per hæc respondetur illis, qui nos hæc rogabunt, vtrum sacerdotes Græci nunc in peccato perseuerent vxoribus vtentes. Respondetur, inquam, quod cum votum castitatis adnexum ordinibus non sit de iure diuino, sed Pontificio, videtur ecclesia latina eorum tolerando duritiem, cum illis dispensare. Hæc ex illa copiosa nostra disputatione decerpimus, reliqua illuc vise.

Solutio. 2.

Dubium.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

De Græcis

QVAE-

QVÆSTIO SECVNDA, De impedimento voti.

ARTICVLVS. I.

Utrum votum simplex sit matrimonij impedimentum, ipsum dirimens.



MAGISTRIS SENTENTIARUM interpretes ipsum secuti, occasione huius, quod votum impedit matrimonium, tantam materiam de voto, quæ latissimè patet, presentiloco pertractant. Ob id præsertim, quæ cum Magister ipse de doctrina philosophiæ moralis non seorsum tractauerit, Theologi fragmenta moralia quauis nacta occasione in libris sententiarum frustratim. interferunt. At verò huiusmodi disputationes ordinis luce carèt. Atque eam ob rem D. Thomas de virtutibus moralibus ac Theologicis selectissimè, simul ac locupletissimè secundam partem suæ summæ composuit, atque adeò in materia iustitiæ, ad quam disputatio voti spectat: nempe. 2. 2. quæst. 88. disertè affatimque; disseruit: & nos totum septimū librū De iustitia & iure hac eadem voti tractatione totum insumpsimus. Quapropter impræsentiarum molestissimos nos exhiberemus, si eadem repeteremus materiam. Rursum, qui dixit hinc Magister, quod solenne votum violare peccatum est & scandalum, ansam inde Sententiarum arripuerunt, totam tractandam materiam scandali, cum tamen tractatio hæc ad materiam attineat charitatis. Quapropter Sanct. Tho. 2. 2. quæstio. 42. hunc tractatum appositè collocavit. Aliud verò impedimentum ligaminis, quod hinc Magister immiscuit, distincti præcedenti nos aptius præmissimus. Ac simul de coniuge, qui alterum arbitratu defuncti, ad alias se transfert nuptias: nam hæc non sunt religionis, vt ordo & votum, sed ligaminis impedimenta. Nobis igitur de tota distinctio. 38. vt est apud Magistrum, nihil ferme quod dicamus, sit reliquum. Quæ quidem vna fuit causa, vt impedimentum ordinis hinc transferremus, quod est cum impedimento voti coniunctum. ¶ Vt ergo quod de materia voti ad hunc locum attinet, de illo septimo libro De iustitia & iure abscindamus, quæritur, vtrum votum simplex sit impedimentum matrimo-

Reijcit nos autor ad li. de iusti. & iure.

nium dirimens. Et arguitur à parte affirmatiua. Vinculum fortius illud, quod debilius est, abrumpit: vinculum autem voti simplicis nexu matrimonij fortius est: ergo illud dissoluit. ¶ Secundò. Præceptum Dei valentius est quàm præceptum ecclesiæ: sed præceptum ecclesiæ, quo consanguinei prohibètur contrahere, matrimonij dirimit: ergo & præceptum Dei de voto ipsi reddendo eundem habet effectum. ¶ In contrarium est sententia Bonifacij, de voto capit. vnico. libro. 6. vbi, ait, quod etsi vota simplicia quandoque impediunt matrimonium contrahendum, non tamè rescindere possunt matrimonium post contracta. ¶ Ad solutionem quæstionis primū supponendum est, quod votum, vt ait, hic Magister sententiæ, est testificatio promissionis spontaneæ, quæ Deo & de ijs, quæ Dei sunt propriè fieri debet. Quam definitionem lib. illo nostro septimo citato; De iustitia & iure quæstione. 1. articu. 2. explicatam curauimus. Non enim ad rationem voti sufficit propositum aliquid agendi, nisi accedat deliberata promissio, siue interna siue externa. Et dicitur testificatio, quia ad maiorem firmitatem solebat vouens adhibere testes, imò & nonnunquam scripturam, can. Omnes fœminæ. 27. quæstio. 1. quauis si secretè, imò & internè in corde Deo fiat, ipse pro mille testibus sufficiat. Quare promissio, quæ nec Deo nec eius sit diuis, sed mortalibus hominibus, minimè voti nomine celsetur. ¶ Ex omnibus verò voti generibus quod ad nostrum spectat propositum solum est votum castitatis aut religionis. Id quod alijs etià diuisionibus prætermisissis, diuiditur in simplex & solenne. De priori præsentia articulo agit: & de solenni in subsequenti. Sed quia ad hoc propositum magni refert, discrimen hoc internoscere, notanda ea sunt, quæ eodem libr. quæstione. 2. articu. 5. scripta reliquimus. Caieta. quippe. 2. 2. quæstio. 88. art. 7. arbitratur, votum solenne non aliter à simplici, quàm solo ecclesiæ statuto differre, quæ utique statuit, vt votum solenne non dicatur nisi cum tali cæremonia. Nam vt habetur eod. cap. vnico de voto lib. 6. solennitas voti sola institutione ecclesiæ est inuenta. Quare ecclesia, vt ait, Caietanus statuere possit, vt votum coram tribus testibus emissum haberetur solenne, quauis in manu superioris non fieret. Et eadem est opinio Scoti distincti. præsentia, & Paludani, vt articu. proximo videbitur. At verò Sanct. Tho. illo articu. citato, in. 2. 2. & in præsentiarum lōgè exactius rei punctum attingit. Ait quippe

Partis affirmatiua. Vinculum fortius illud, quod debilius est, abrumpit: vinculum autem voti simplicis nexu matrimonij fortius est: ergo illud dissoluit. 2. Argum. Pars negatiua. Votū quid. Voti finitio explicatio. Votum duplex. Rursum duplex. Caietanus. Scot. S. Thom.

essentiale discrimē esse, quod votū simplex non aliud est, quàm promissio quædam, solenne verò est traditio in possessionem alterius: nempe, Dei. Et eadem est opinio Ricardi distincti. præsentia articu. 7. quæstio. 2. & Bonauenturæ atque Alexandri, & omnium antiquorum theologorum. Sicuti inter homines aliud est, rem quamlibet alteri promittere, aliud verò eam in eius possessionem traducere: nam per simplicem promissionem non transfertur dominium, sed penes promittentē remanet. Et probat hoc optimè D. Thom. quoniam si solenne votum solo statuto ecclesiæ, & non diuino iure hominem faceret religiosum matrimonijque inhabilem, consequeretur inde per contrarium eiusdem ecclesiæ statutum fieri posse, vt votū solenne sub dispensatione caderet: quod D. Thom. & quotquot fuerunt clarissimi autores nunquam sunt concedere ausi. At verò Caieta. inde ex suo peruerso principio solennitatis voti collegit esse dispensabile. De hoc tamen illic latissimè disputauimus, & articulo proximo dicemus. ¶ Quod ergo ad rem modò satis fuerit adnotare, est, quod dum Bonifacius ait, voti solennitatem, ex sola constitutione ecclesiæ inuentam, sic intelligitur, quod cum solenne votum sit traditio personæ: & traditio non fit nisi vbi persona recipitur, illa cæremonia, qua ecclesia personam Dei nomine recipit, inuenta est ecclesiastico statuto. Attamen substantia solennis voti non consistit, nisi in traditione ipsa, & translatione dominij, qua homo sub alterius potestate fit. Vnde si Papa statueret, quod votum coram tribus testibus emissum iudicaretur solenne, illam reputaret traditionem & à vouente factam, & ab ipsa ecclesia receptam. Sed re vera statutum illud minimè deceret. Et ideo ecclesia nunquam ab spiritu sancto id facere permittetur. Et quauis Glossa in cap. Rursum. qui clerici vel vouent. referat tres modos voti solennis, reducuntur tamen illi ad duos: scilicet, per religionis professionem, & per susceptionem sacri ordinis, vt statuit Bonifacius, cap. vnico. de voto li. 6. nam tertius modus, qui est per susceptionem habitus, qui à professis indui consuevit, in primum recidit. Vnde fit, non idem esse votum publicum, & solenne. Publicum enim est, quod coram testibus suscipitur, etiam si sit simplex. Solenne verò est, quo homo se prælati nomine Dei tradit, quod & secretè fieri potest. ¶ Ad quæstionem ergo quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Post votum simplex castitatis, religionis, aut sacri ordinis ad coniu-

Ratio. S. Thom. Caieta. Intellectus ea. unic. de voto in. 6. Votū bifariam fit solenne. 1. Conclu.

gium transmigrare scelus mortale est, idemque ingens: quippe cum tunc Deo fides frangatur. Atque hic est intellectus verbi Cælestini in cap. Rursum. qui clerici vel vouentes dicentis, quod votum simplex apud Deum non minus obliget, quàm solenne. Non enim intelligit, quod perinde simplex votum matrimonij dirimat, ac solenne, sed quod sit etiam peccatum mortale simplex defragere, sicut solenne, quauis non tantum, Nam vt ait, Magister distincti. præsentia, simplex violare, peccatum est, solenne verò peccatum & scandalum. Et ratio conclusionis est, quod qui solutionem obligationis impossibilem reddit, fidis fragus est: matrimonium autem è diametro voto castitatis opponitur, quippe cum coniugæ lege iustitiæ teneatur alteri debitum coniugale soluere: ergo matrimonium eum, qui vouit, contrahere, peccatum mortale est: imò, vt verbis Hieronymi vtamur, Vouentibus virginitatem non solum nubere, sed velle nubere damnabile est, distincti. 27. Et can. subsequenti. Si nupsit virgo non peccat: non illa virgo, quæ semet cultui diuino dedicauit. Harum autem si qua nupsit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit, etiam de simplici voto intelligitur. Et est allusio ad illud Pauli. 1. ad Timo. 5. Adolescentiores viduas deuota: cum enim luxuriant fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Loquitur enim de viduis, quæ votū simplex castitatis emiserant. ¶ Atqui super voto simplici perpetuæ castitatis solus Papa dispensare potest, vt lib. 7. citato. De iustit. & iure. q. 4. art. 1. & 2. late monstrauimus. Idque iusta de causa: quare ille, cum quò sine causa dispensatur, non manet tutus in conscientia, vt lib. 1. eiusdem operis q. 7. art. 3. dicebamus. Animaduertendum tamè est, quod votum præcisè non contrahendi matrimonij, non est votum castitatis, neque per fornicationem violatur: & ideo super eiusmodi voto episcopus potest dispensare. Sicuti fortè & super votum castitatis non perpetuæ, sed in tempus: quia illud non dicitur proprie votum castitatis. ¶ Secunda conclusio. Matrimonium post votum simplex contractum, siue castitatis sit, siue religionis, aut ordinis, firmum est & solidum. Itaque huiusmodi votum matrimonium impedit contrahendum, non tamen dirimit contractum: etiam si votum fuerit iureiurando confirmatum. Conclusio est Bonifacij loco citato, & Alexandri. 3. capitu. Consuluit, & Cælestini capitu. Rursum. qui cleric. vel vouent. Vnde

Intellectus ea. Rursum. Ratio. Hierony. Papa dispē. Cum causa. Nota. 2. Conclu. Confirmatio Vnde

August. Vnde illud August. de bono coniugali, quod refertur cano. Quidam. distin. 27. de voto simplici intelligendum est, Quidam nubentes post votum asserunt adulteros esse: ego autem dico vobis q̄ grauius peccant qui tales diuidūt. Et similiter proximus can. Si vir. Rationē conclusioni hanc Magister sententem. subdit: quia votum simplex, eo q̄ fuerit occultum, probari nō potest, & ideo non dirimit. ¶ Ratio autē nullius est pōderis, quia etiam si legitimē probaretur, matrimonium non iudicaretur dissolūdum. Rationem ergo optimā, subiungit hanc

Ratio Sancti Thom.

D. Tho. Qui rem suam promisit, non subinde dominio eiusdem rei expoliatus est: votū autē simplex non est aliud quā promissio, quā se homo Deo pollicetur continenter viuere: ergo per huiusmodi votū dominium sui nondum amittit: quicumq̄; autem habet dominium rei, potest alteri tradere, saltem traditio tenebit, quāuis si alteri eam obligauerat, peccet. Etenim etsi ego Petro decem fuerim aureos pollicitus, si illos Paulo dono, firma est donatio: ergo si qui votum simplex emisit in matrimonium se alteri dedat, cōtractus tenet, atq̄e adeo sacramētum indissolubile celebratur. Neq̄e vllō pacto commētatio Hugonis in præfato cap. Rursus, cui Bernardus illic ad stipulatur, audienda est, dicentis votum simplex perpetuæ continentię absq̄; vlla solennitate matrimonium dirimere: quoniā nō solum decretum ecclesię cap. vnico, de voto lib. 6. ei refragatur, vbi solum votum solēne sancitur matrimonium dirimere, verū & ratio modō facta: quia tale votum nō est nisi promissio. Sed isti non solent rationes rerum consulere.

Obiectio. 1

¶ Contra has tamen duas conclusiones exurgit extemplō argumentum, quod secum inuicem ambæ pugnent. Cōtractus enim, per quē quispiam ad id se obligat, quod est delictum, irritus est natura sua: quia nemo se potest ad delinquendū obligare: nempe, ad furtum vel homicidium perpetrandum: qui autē post votum se matrimonio cōplicat, peccatum facit: ergo cōtractus non tenet. Item, quando datio aliqua est per legem prohibita, non tenet, vt si quis per simoniam sacerdotium alteri contulerit, quē admodum, ait, Sanctus Thom. 2. 2. q. 62. artic. 5. traditio autem personę per matrimonium est ei prohibita, qui votum simplex emisit: ergo huiusmodi traditio non tenet.

Obiectio. 2

¶ Ad primum respondetur, fallaciam in argumento latere. Nam etsi cōtractus, per quem homo ad delinquendū se obligat, nō tenet, nō tamē inde sequitur, q̄ omnis donatio, quę per se est peccatum, sit inualida. Qui enim sua

Obiectio. 3. solutio.

bona prodigē donat, prodigalitatis peccatum cōmittit, & tamen donatio tenet. Quid si rursus redarguas. Coniugatus obligat se ad reddendum debitum: ergo ad peccādū. Negatur cōsequētia, quia reddere nō est peccatum: ad exigendum tamē nō se obligat. Ad secundum respondetur, q̄ datio alicuius rei potest esse illicita dupliciter, vno modo, q̄a datio ipsa per se ex natura rei est illicita, atq̄e adeo prohibita, vt emptio & venditio simoniaca, quia spiritalia non sunt mercatu venialia. Alio modo, quia prohibita est & illicita, non quatenus datio est, ratione generis & substantię donationis, sed ratione circumstantię: scilicet, quia excessiua est, vt donatio prodiga, vel ratione subiecti, quia alteri virtuti repugnat. Datio ergo prioris generis nulla est, datio verō secundi est valida. Et hoc secundo modo traditio per matrimonium ab eo qui fecit votum, est illicita, nō q̄ matrimonium per se illicitum sit, sed ratio ne subiecti, quia repugnat promissioni castitatis, quam fecit. Et ideo quāuis datio sit illicita, nihilominus tenet. Primum autem, quod datur meretrici, nō est ad ppositum: quia datio illa licita est, licet pro re fiat absurda.

¶ Contra primam cōclusionē forsan quis iterum arguat, q̄ cōtrahere matrimonium post votum simplex nō sit peccatum, sed illud per copulam consummare: quia potest ante consummationē votum castitatis per ingressum religionis implere. Ita sentiunt & docēt Sum. Angelica & Calder. super citato. ca. Rursus. atq̄e alij. Attamen dicendū potius, q̄ nō solum consummare, verū & cōtrahere peccatum est, vt bene, ait, impræsentiarū S. Thom. cum toto Theologorum cōtū. Nam si nō fiat animo ingrediendi religionem res est liquida, si tamen fiat illo animo, illudetur coniux: quippe cum matrimonium non nisi proposito consummandi pacisci cōsueuerit, vt supra distinc. 27. quæst. 2. art. 5. super ca. Cōmissum, de spōsalib. dicebamus. Item quia per contractū matrimonij tradit coniux potestātē sui corporis alteri, per quod iniuria irrogatur voto. Quare beata virgo, vt supra diximus, nō creditur votum emisisse anteq̄ matrimonium contraheret: præterea quia aliud est expresse contra canones supra citatos. 27. distin. & titul. Qui clerici vel vouentes, &c. quibus cauetur, ne post votum simplex matrimonium contrahatur.

¶ Quid autem remedij adhibendum si post huiusmodi simplex votum matrimonium contrahatur. Respondetur, q̄ si fuerit votū religionis etiā post ratum matrimonium, anteq̄ consummetur vis obligatoria durat, vt teneatur ille

Alia obiectio.

Solutio.

Dilutio obiectio. 1. 1.

Secundus modus.

Pretium turpe.

Obiectio.

Angelus.

Sententia thoris.

Percussio.

Solutio.

Syluester.

Sententia thoris.

Stratum primo.

biolum.

Dilutio.

3. Conclu.

ille etiam tūc inuitā vxorem dimittere, & religionem ingredi. Neq̄; poterit tunc episcopus dispērare, sed solus Papa. Nam cum tūc res integra sit, vt possit religionem optare, tenetur quidem. Cōsummato autē matrimonio id, nisi de cōsensu vxoris religionē etiam profitentis, facere nequit. Imō verō quāuis votum nō nisi castitatis emisit, ait, Syluest. verb. Matrimonium. 7. q. 5. ad eūdem religionis ingressum qui vouit, tenetur: quia illo modo, & nō alio, potest votū implere. Durū tamē est eiusmodi hominem in tam arctas angustias adigere: nō enim tenetur votū castitatis cum tanto dispēdio implere, nisi suapte sponte voluerit. Quare satis ei est delicti poenitere, & debitū citra exactiōnem reddere. Atq̄; idem dixerim si votū emisit sacri ordinis: nā religio est res ardua. Qui verō post ratum matrimonium religionē ingreditur, & quia bona fide eam experientia nō videtur tolerabilis, ad seculum regreditur, tenetur ad idem matrimonium redire: quia vsque ad professionem non dirimitur.

¶ Aliud verō ex supra dictis dubiolū emergit, vtrum verō peccatū, quod est matrimonium cōtrahere, aliud sit nouum illud cōsummare. Arguitur enim sic esse, saltem si votū fuit religionis: quoniam cum post ratas nuptias integrū illi sit religionem ingredi anteq̄ cōsummet, consummatio ipsa, per quam fit iam remediū impossibile, erit peccatum. Et ita D. Tho. præfenti dist. q. 1. art. 3. & Ricard. art. 7. q. 1. cōsent. Sed ex altera parte pugnat argumētum, quia non apparet, quod per matrimonium post votum committatur nisi vnum peccatum: quare si illud committitur contrahendo, nō committitur aliud consummando. Respōderi profecto potest, quod contrahere sit vnum peccatum, propterea q̄ tunc contrahens facit facultatē sui corporis alteri, quę est iniuria voti. Item si votum præcessit religionis, tunc aliud peccatum committit cōsummando, quāuis id faciat reddendo debitum prima vice: quia illuc vsq̄e durabat obligatio voti: & tunc fit impletio eius impossibilis. Et de isto voto satis est diuina Thomam intelligere. Qui verō votum tantum fecit castitatis, si post ratum non tenetur religionem ingredi vt diximus, sit vt neq̄; consummando peccet, nisi id exigendo debitum faciat. ¶ Tertia conclusio. Qui post votum simplex solius castitatis matrimonij se inuicem inuolauit, petere nequit debitum, reddere tamen tenetur. Decisio est cap. Quidam. & cap. Placet. de conuersio. coniug. & à simili in ca. I ransiuissæ, de eo qui cogno. conlang. vxor. Tametsi nonnulli ex sacrorum ca-

nonū interpretibus, quia omnia in opinionem vertunt, opinētur, q̄ cum primum ille qui vouit, debitum exigit, tunc peccat, postmodum verō minime. Quorum est Hostiē. & Cardina. super dist. c. Rursus. atq̄; alij, quos citat glossa in cap. Si quis post votum. 27. q. 1. Est tamen opinio omni probabilitate destituta: nam votum perpetuę castitatis ad sui obseruationem quandiu in facultate vouentis fuerit, obligat. Includit enim negationē: scilicet, q̄ nunquā se vouens polluet. Quod isti non animaduertunt. Et ideo nulla est vel apparēs ratio, quod in illa prima transgressione voti obligatio extingatur. Sed quocunq̄e actu se ille polluit, votum frangit: perinde ac si lex diuina esset, ne se pollueret: habet enim votū illud vim perpetuę legis. Et confirmatur autoritate citatorum canonum de conuersio. coniug. atq̄e aliorum similia, quibus simpliciter vouens arceatur, ne debitum exigit. Atq̄e hæc est S. Thomæ, Ricardi, & omnium theologorum. concors sententia. Cui & plana demum accedit alia ratio: nam si ille qui vouerat, postea fiat vxore viduus, tenetur castitatem perpetuō seruare nunquam, ergo obligatio extinguitur, nisi fiat super ea dispensatio. Reddere tamen ob id tenetur, quod ex natura matrimonij exurgit obligatoria illa iustitia: nam vt, ait, Paul. vir non habet potestātē corporis sui, sed mulier, & vice versa. Quod si obijcias, coniuges debere esse pares in exigēdo. Respōdetur id verum esse, nisi alter sua sponte iuri suo per votum renuntiauerit.

¶ Reddere etiam debet virtualiter petēti, vt si vxor præ verecūdia nō petat, debet se vir qui votum fecerat, insinuare. Potest tamē episcopus iusta de causa, vt si non pateat accessus ad Urbem, vel alia vrgenti, super illa petitione debiti dispērare, imō debet ad cauendum periculum. Haud tamen ob id dispērare potest simpliciter super voto (nisi solus Papa) quominus defuncto coniuge teneatur votū seruare.

¶ Quarta conclusio. Qui votū emisit simplex religionis non explicādo castitatem, si postea vxorem accipiat, non solum reddere debet, verū & exigere absq̄e vlla dispēratione debitum valet. Hanc conclusionē eod. lib. 7. De iustitia & iure. q. 2. artic. 1. demonst. rauimus. Qui enim religionem vouet, ad id solum obligatur, vt illum religionis statum suscipiat: at tamen quousq̄e illum profiteatur, ceremonijs ac legibus eiusdem status non perstringitur: quia obligatio illarum legum ex professione status emergit. Quemadmodum licet vniuersi mortales ad baptismi sacramentum

Sententia authoris.

Cōfirmatio.

Opinio cōmunis. Ratio.

Obiectio.

Episcopus dispensat.

4. Cōclus.

Ratio.

Simile.

suscipiendum teneantur, tamen quousque eo de baptisate intingantur, peculiaribus Christi in illius legibus non subduantur. Atque id in voto religionis mos ipse & usus manifestat. Non enim cum primum quis votum religionis simplex suscepit, ad ieiunia & abstinentias ordinis & ad clausuram, neque verò ad obedientiam seruandam constringitur: ergo neque ad castitatis votum, quod postea ex professione nascitur. Quare dum huiusmodi homo fornicatur, nihil contra votum committit, sed simplicifornicatione commaculatur. Imò quantum sit in mora ingrediendi religionem, solum peccabit, quia non adimplet votum, non tamen quia non seruat religionis statuta. Cum ergo contractum post votum matrimonium teneat, fit, ut conjugalis usus, etiam petitio, sit licita, neque vlla opus habeat dispensatione contra votum, sed satis ei erit delicti, quod contrahendo commisit, poenitere, & propositum seruare firmum, quod mortuo coniuge religionem intrabit. Latius hæc loco citato diduximus.

Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod votum etiam simplex quantum ad eum, cui fit, fortius est quam matrimonium: nam per votum adstringitur fides Deo, & per matrimonium homini. Sed quantum ad vim ligandi fortius est vinculum matrimonij: quippe quod est traditio, quæ votum simplex, quod non est nisi promissio.

Solu. 2. ar. ¶ Ad secundum negatur consequentia: quoniam præceptum ecclesiæ, quæ cognatos inhabiles reddit matrimonio contrahendo, non dirimit matrimonium eo quod fortius sit quam diuinum, sed quia materiam matrimonij facit illegitimam. Deus autem non ita promissum voti simplicis exigit, ut personam reddat matrimonio illegitimam.

ARTICVLVS. II.

Utrum votum solenne sit impedimentum matrimonium contractum dirimens.



ALTERA SPECIES voti est id, quod est solenne, de quo subinde queritur, vtrum matrimonium dirimat. Et arguitur à parte negativa. Votum simplex, vt Cælestinus, ait, capit. Rursus. Qui clerici vel vouent. nò

Partis negative ar. 1.

minus obligat apud Deum quam solenne: imò plus obligationis videtur simplex iure iurando firmatum, quam solenne continere: quoniam solennitas voti non est nisi de iure positiuo, vt, ait, Bonifacius de voto libr. 6. & tamen iuramentum obligat iure diuino: sed simplex non dirimit: ergo nec solenne.

¶ Secundo. In matrimonio nihil clauditur quod voto solenni castitatis repugnet, nam maxime id esset carnalis copula: quod hæc non est de essentia, quia coniuges possunt per votum ius illud congregandi à se abdicare: ergo sicut matrimonium consummatum per ingressum religionis non dirimitur, ita neque votum solenne præcedens debet id dirimere, quod post eò trahitur.

¶ In contrarium est decretum Calixti canon. Presbyteris. distin. 27. quo matrimonia post votum sacrorum ordinum contracta dirimuntur. Et canon. proximo, ait, Hieronymus, Virgines, quæ post consecrationem nupsierint, nò tam adulteræ sunt, quam incestæ.

¶ Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Votum solenne non modo matrimonium impedit contrahendum, verum & contractum dirimit. Hæc conclusio canonibus citatis, & cap. Insinuante. qui clerici vel vouent. & canon. Viduas à proposito. 27. quæstio. 1. plurimisque alijs decretis ecclesiæ constabilita est. Quapropter nò solum omnes, vt, ait, hic S. Tho. vno animo eam concedunt, sed etiam habenda est tanquam orthodoxa veritas, cui nemo ex catholicis reclamatur, sed eius negatio hæresis est. Imò & apud Græcos vt diximus, est etiam receptissima & constantissima. At verò S. Thom. quosdam scandalum in causam huius conclusionis afferre, & alludit ad sententiam Magistrum, qui, ait, votum solenne infringere, peccatum & scandalum esse.

Quæ utique vocula occasionem obtulit eius interpretibus scandali materiam hic tractandi. Quantum clarè non dixerit, solum scandalum esse causam. Cuiuscumque autem hæc fuerit opinio, nihil ad rem attulit: nam & fractio voti simplicis, quando publicum est, scandalum quoque offert. Et re vera solum scandalum non sufficeret voti speciem sic demutare, vt propter ipsum solum dirimeretur matrimonium. Item quia indissolubilitas matrimonij ad veritatem vitæ & status attinet: scandalum autem accidentarium est, quod ideo matrimonium dirimere nequiret. Ratio ergo legitima illa est, quæ ex discrimine voti simplicis & solennis supra deligato colligitur: nempe, quod votum solenne nò tantum promissio, vt simplex,

2. Argum.

Partis affirmatiue.

1. Conclusio.

Opinio communis.

Ratio conclusiua scandalum.

Ratio.

plex est, sed vera traditio in potestatem alterius. Qui enim castitatem per religionis ingressum vouit, iam se se dedit. Deoque se in illam obedientiam, castitatem & paupertatem seruandam mancipauit. Quo circa deinceps non est sui iuris, vt possit se in coniugium alteri dedere. Et hæc est vniuersalis scholæ theologicæ ratio. Eam tamen Scotus distin. presenti nihili pendit: quia per votum, inquit, etiam simplex & priuatum dat homo corpus suum Deo quantum ad actum voti: nam traditio consistit in actu voluntatis, per quam ideo homo dum votum etiam simplex facit, transfert dominium sui in Deum. Sed re vera, vt bona venia insignis doctoris dixerim, gratis videtur argumentum hoc veritati obmoliri. Nam etsi quis iuris sui est, possit dominium sui in alterum transferre, non tamè per solam pollicitationem hoc facit: quia promittere nò est dare. Præterea ad eandem conclusionem arguitur. Votum solenne religionis quædã est spiritualis desponsatio & matrimonium cum Deo. Nam etsi Paulus vniuersis Christianam religionem profitentibus dicat, Despõdi vos vni viro (scilicet, per baptismum) virginem castam exhibere Christo: quia illic se fideles diuino cultui dedicat: tamè quia religionis nomen per antonomasiam professioni solennis voti competit, per eiusmodi professionem celebratur singulare coniugium. cù Deo, & peculiariter cù Christo. In cuius testimonium virgines, cum solenni voto religionis consecrantur, eodem velantur modo, quo nuptæ dum suis traduntur viris. Atque adeo qui sic vouerunt, omnem à se facultatem abdicant tradendi se alteri in matrimonium.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Lucæ. 9. Status coelebs coniugale precellit.

¶ Accedit demum, quod religionis status perfectior est longèque sublimior statu nuptiali, quæ ideo religionem vbiq; ecclesiæ foeliciorum frugem cõset. Haud ergo fas est ab huiusmodi statu ad alium inferiorem retrogradi. Quare ad hoc propositum appositissime illud Christi verbum adaptatur Lucæ. 9. Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retro aptus est regno Dei. Quod autem status solennis voti castitatis dignitate & priuilegio statui coniugali apud Deum antecellat, non vacat hic affirmatim differere: neque verò ad id aptus est locus, sed lib. 7. citato, De iustitia & iure. q. 6. artic. 1. pro virili nostra monstrauimus. Est enim status ille perfectionis, quo Christus seruator non ster adolescentem, qui se mandata custodisse respõdit, inuitauit. Atq; adeo peculiariter eos, qui se propter regnum cœlorum castrauerunt, & seculo abrenunciantes, obsequio obedientiæ manciparunt, beatos illic pronunciauit, vbi, ait, Beati Pauperes, & mites, & qui lugent. *Matth. 5. Paulus.* Ob idque Paulus omnes sicut seipsum esse volebat, sed non omnibus datum est. Et ideo propter eius sublimitatem, ait, de virginibus se præceptum Domini non habere, consilium tamè dare. Et tandem coniugatos cum his, qui nuptiarum expertes sunt, conferens, ait, quod qui sine vxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. ¶ De his ergo, quæ hæcenus dicta sunt, nemo, qui catholici nomine cõseatur, ambigit. Hoc autem in htem sunt qui vertant, vtrum super votum solenne castitatis Papa valeat dispensare, vt qui illud suscepit, citra delictum possit coniugari. Quæstio hæc præcipui est momenti, quippe cuius decisio magno pere ad ecclesiasticam Rempublicam refert. Eam tamen lib. 7. De iustitia & iure. q. 5. art. 2. pro exilitate facultatis nostræ copiosè disputauimus. Et ideo hic breuius rem perstringemus. Opinio quidè affirmatiua: scilicet, quod Papa possit dispensare, patronos habet nò infimæ authoritatis, videlicet, Henricum Gandensem quolibet. 5. q. 25. & 26. & Ricardum dist. presenti art. 9. & Durandum quæst. 2. & Paluda. q. 4. Quinverò & Scotus id ipsum insinuat dicens, vt Palud. & cæteri, quod ecclesiæ illegitimauit vouentem solenniter: ne possit matrimonium contrahere, quasi non sit de iure diuino. Imò nec S. Tho. impræsentiarum illam respuit opinionem. Et Caietan. 1. 2. q. 88. & q. 1. 2. ar. 1. quodlibet. non solum idem mordicus tenet, verum & adstruit diuum Thomam illam non denegasse. ¶ His tamen nihil obstantibus secunda fit huius præsentis articuli conclusio. Super votum solenne religionis nulla cadit ecclesiæ dispensatio. Hanc conclusionem expresse & ex professione constituit. D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1. Eademque fuit indubitata opinio semper antiquorum patrum, vt Altianodorenus, & Alexandri Alesis. 3. part. & Bonaventuræ dist. presenti in fine: & inter iuniores Syluest. ver. Votum. 4. q. 5. & glossa in cap. Cum ad monasterium, de itatu monacho. Et procul dubio nò solum sanior est & tutior opinio, verum, ni fallor, omnino tenenda, vt ibidem latius stabilire curauimus. Imò est assertio Innocent. Pontificis cap. Cum ad monasterium. de itatu monacho. Cuius verba sunt, Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis adeo annexa est

An super voto solenni castitatis possit papa dispensare.

Partis affirmatiua.

2. Conclusio.

Innocent.

regulæ monachi, vt contra eam nec summus Pötifex possit indulgere. Quod quidem decretum D. Tho. inter sua fundamenta refert.

Prioris opinionis corollarium. ¶ Et vt claritatis causa ambo cöiungamus, qui dicunt, Papam posse dispensare in voto solenni, subinde inferunt eiusmodi votum, non quod de ex natura sua iure diuino, sed solo iure Pontifici impedire dirimereq; matrimoniü, quæ admodü id facit cöfanguinitas. Atque id loco citato Scotus opinatur, & alij. Qui verö tenet esse indispensabile, subsequenter aiunt ex natura sua iure diuino votum dirimere matrimoniü, sicuti ligamen vnus matrimonij subsequens dirimit, vt dist. præcedenti dicebamus. Quod autem assertum hoc exactè firmetur, distinguendum est inter votü solenne sacrorü ordinum & votum solenne religionis, vt D. Tho. loco citato. 2. 2. doctè distinguit. Nam votü cötinentiæ nõ est de intrinseca ratione sacrorü ordinü: si quidem Græci sine illo sunt veri sacerdotes. Quare licet indecentissimü esset, Papam cum sacerdotibus nostris dispensare, nihilominus dispensatio teneret, essentq; veri sacerdotes. Ex quo fit, eiusmodi sacerdotale votum nõ diuino sed Pontificio iure matrimonium dirimere. Votü autem cötinentiæ de intrinseca est ratione religionis: itaq; sublato voto, nõ esset religio: hoc enim per se sola religio sonat, quod quidem ordo facer nõ significat, sed est ei accidentarium votü. Et mirandü est, qd Caietanus quæst. citata. 12. cum hanc differentia agnouerit, nihilominus adstruxerit, solenne religionis votum esse dispensabile. ¶ Discrimen ergo harum opinionum, prætermisis alijs, quæ quæst. citata latius deduximus, in hoc consistit, qd aduersarij putant, solennitatem voti esse de iure positiuo, propterea qd cæremonia solennitatis ex statuto ecclesiæ inuenta est. Sed tamen D. Tho. veritatem docens, ait, cöfistere in hoc, qd se homo Deo per tale votum mancipat, & reuera se se tradit, perq; abrenunciationem seculi & propriæ voluntatis in illü statum se cösecrat. Quare sicut Papa non potest facere, vt qui se vni per matrimoniü dedit vxori, ab illa sumo ueatur quatum ad vinculu: ita, imò multò minus, amouere à religione potest religiosum.

Posterioris opin. appendix.

Distinctio voti solennis

Pape dispensatio.

Sacerdos ordo ture canonico matrimoniu dirimit

Opinionü discrimen.

D. Thom.

Nota.

Caieta.

semel Deo consecratur, perpetuò debet consecratum manere, vt altaria, & vestes sacrae, & illa, quæ in antiqua lege Deo sanctificabatur, vt Leuit. vlti. legitur: quare diuino cultu sequestrari nequeunt. Inde ergo inferunt, qd cum illa cösecratio & benedictio sit de iure positiuo, possit Pötificia autoritate auferri. Deuissent tamè animaduertere D. Tho. illam cösecrationem & benedictionem nõ attulisse tanquam id, in quo substantia solennis voti consistat, sed tanq; signa, quibus eadem mancipatio approbatur, Deo que offertur. Nam in ordine nostro post emissum solenne votü illa fit benedictio, sicut in matrimonio postq; contractü est, solenes fiunt benedictiones. ¶ Stat ergo firmissima ratio S. Tho. cui nos illic secudam cöfirmationem aduicimus. Si enim religiosus per dispensationem fieri posset nõ religiosus, infirmissima esset ratio, qua affirmatur, per ingressum religionis matrimoniü ratum dirimi. Demus enim maritü post matrimonium ratum ante copulã religionem profiteri, vxoremq; subinde alium sibi copulare coniugem, tuc si cum illo religioso fieri posset dispensatio, posset profecto subsequenter alias inire nuptias: quoniã matrimoniü ab vxore cum alio contractü dissolui nequit, cum legitime fuerit contractum. Vnde fit consequens, qd post matrimoniü ratum possent coniuges ad alia trãire matrimonia, quod est omnino absurdum. Nam etsi Caietanus immeritò concedat, Papã posse super matrimonio rato dispensare, vt dist. 27. q. 1. art. 4. retulimus, in nostro tamen casu citra talem dispensationem hoc contingeret. ¶ Et confirmatur ratio. Quia nõ alia ratioe per promotionem ad sacros ordines, vt supra diximus, nõ dirimitur matrimonium ratü, nisi quia votü castitatis nõ est intrinseca ratione adnexum ordinibus, imò locum habet super eiusmodi voto dispensatio: ergo à contrario sensu si per votum religionis ratum matrimoniü dissoluitur, euidens signum est, continere votum perpetuæ castitatis indispensabile adnexu. Certè nescio quidnam Caietanus & alij fautores contrariæ opinionis responderent. ¶ Perpendamus ergo obiectionum cötrariæ opinionis energiã. Pötissimü, quod fatetur Caieta. cum mouere, est gestum Pontifici: nam vt Paludanus refert, dispensauit quandoque Apostolica sedes cum Rege Aragoniæ, vt vxorem duceret. Et Cælestinus tertius fertur dispensasse cum sanctimoniali Constantia Rogerij filia. Et, ait, qd si tempore Diui Thomæ Papa dixisset cötra, qd dixit Innocentius, ipse quoque sensisset cum illo. ¶ Sed profecto (vt detur venia verbo) satis mirarine-

Sensus D. Thomæ.

Ratio san-cti Thomæ cöfirmatur

Appendix.

Nota.

Rationis cöfirmatio.

Caietani argumentum. Dispensatio quorundam pontifici cum

rari nequeo, quomodo Caietanus tantam auctoritatem vni Pontifici aduersus alium Pontificem arrogauerit, vt credat Diuum Thomã illum potius, quem ipse Caietanus sequitur, secuturum, quã alterü, quẽ secutus est: Præsertim qd illa historia Regis Aragonum apocrypha est, neq; alio fulta testimonio, qd Paludani aut aliorum, qui originalem historiam non referunt. Et loco citato Syluester verb. Votum. 4. quæst. 5. refert alios dicentes, illum monachü non fuisse professum. Et inter annales Aragonum illa historia non refertur. Et tamen decretum Innocentij est in decreta Pontificiarum, quo asserit non posse Romanum Pontificem dispensare. Et Syluester vbi supra, ait, qd si alij contrarium fecerunt, id quidem de plenitudine potestatis, non tamen de iure fecerunt, vt ait, glossa in dist. cap. Cum ad monasterium. Et addit, quod ipse vidit Pötificem maiora facientem cum scandalo totius Christianitatis: Paludanus verò ludere vult decretü. Innocentij. dicens. Pötificem id tantü intellexisse, qd cum monacho permanente monacho non potest in castitate dispensare. At verò papa talẽ moderationem non insinuat, sed simpliciter, ait, non posse dispensare cum monacho in castitate siue manente monacho, siue nõ manente. Alias glossas cöfarcinat glossator super eod. c. ¶ At verò nec decet de summo Pontifice sic irreuerter loqui, neq; oportet ad illas glossas recurrere. Sed rei veritas, cuius sæpè meminimus, est, qd Pontificum sententiã in litibus occurrentibus, & eorum gesta non sunt habenda tanquam canonicæ leges, & multò minus tanquam articuli fidei, quia neq; sub illa forma constituuntur. Sed in rebus, quæ sub diuersis opinionibus versantur. Pontifices non nunquã vnã opinionem doctorum sequuntur, non tamen eam tanquam legem constituentem, neq; cötrariam cödemnantes. Et ideo quauis concedamus Pötifices aliquos super voto solenni castitatis dispensasse nõ illud habetur pro lege, potissimü cum inter decreta non referatur. Et mirandum præterea est, Caietanum nõ animaduertisse, qd Cælestino tertio, qui fertur cum Constantia dispensasse, proxime Innoc. 3. successit, qui nõ obtante facto sui præcessoris capitulum. Cum ad monasterium, de indispensabilitate voti solennis inter decreta retulit. Quocirca Diuus Thomas idẽ gestum Cælestini, si verum fuit, nõ ignorauit, sed quia non erat inter decreta relatam, nullã eius vel rationem habuit, vel mentionem fecit, sed decretum est Innocentij, tanquam de iure diuino, veneratus. Arguit rursus Paluda. qd in om-

Historia regis Aragonum apocrypha.

Syluester.

Paludanus.

Sententia authoris.

Nota.

Paludani argumen.

ni voto, etiam solenni, includitur voluntas papæ, nisi aliud ipse voluerit: quare pro bono cömuni totius reipublicæ potest in voto solenni dispensare. Sed tamen nescio vnde illam maximã suam corraferit. Si enim homo dum se per matrimonium coniugi tradit nulli illic pontificis voluntas includitur dispensandi, nec pro salute totius reipub. matrimonium papa dirimere valet: cur cum traditio voluntatis per votum solenne sit de iure diuino, non sit illa etiam absoluta, neque à pontifice vllõ modo dependens? Reliqua in quæst. nobis citata, De iustitia & iure, locupletius dicta sunt.

Solu. 1. ar.

¶ Primum argumentum sæpè & sepius solutum est ex discrimine inter votum simplex & solenne. Votü enim simplex quauis apud Deum sub reatu etiam mortali obliget (qui intellectus est loco citato pontificis) est tamen mera promissio, & quauis sit iureiurando firmatum, contractum matrimonium non dirimit. Solenne verò quauis cæremonia solennitatis sit de iure Pontificio, est tamen vera traditio hominis eiusq; libertatis, & hac ratione iure diuino, imò & naturali, est indispensabile, vt satis superque expositum est.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum etiam in superioribus responsum est, quòd quauis copula non sit de essentia matrimonij, traditio tamè corporis & libertatis ad illum vsus est de eius essentia: & hac parte repugnat religionis voto, per quod se homo suamq; libertatem Deo dederat.

DISTINCTIO trigesimanona, De cultus disparitate.

Distinctio trigesimanona, De cultus disparitate. Ost sacros ordines religionisque votü, quibus cönubialis contractus impeditur, reliquum fit, vt de cultus disparitate exploretur, quemadmodum eiusdem sit matrimonij impedimentum. Vbi hoc præiacctum sit fundamentum. Inter T 3 infide

Text. Cap. 1.

infideles matrimonium constat legitimum: quippe cum illud Deus & natura ab orbe condito, ut in superioribus dictum reliquimus, in officium generandi constituerit, & aduersus concupiscentiam in remedium. Illud verò quanuis nomē sacramenti inde fuerit sortitum, quòd ut ait, ad Ephes. 5. Paul. mysterium erat in Christo & ecclesia: qua utique ratione Innocent. cap. Gaudemus, de diuorij, ait, sacramentum coniugij apud fideles & infideles existere: non tamen perfectum fuit omninoque ratum sacramentum gratiam conferens quousque lege Euangelica hoc ei Christus ornamentum adiunxit.

Cap. 2. ¶ Fidelem autem cum infideli contrahere, quod ecclesia vetat, non modo sacrilegium mortale est, verum & res nullius momenti: quippe cum eiusmodi matrimonium ob cultus disparitatem irritum sit & vanum: nam & propter simile periculum, quod fidelem ab infideli coniuge offertur: in Deutero. cautum erat, ne populus Israel uxores de filiabus alienigenarum acciperet, ne post Deos suos illos traducerent. Quare Esdras, quas Deus accipere vetuit, abijcere iussit. Vnde ad Pollentium Augustin. Ne nubat, inquit, femina nisi religionis viro, vel ne virtalem ducat uxorem iubet Dominus, monet Apostolus, utrunque præcipit testamentum. Et Ambrosius libr. de Patriarchis capitul. 9.

1. Esdr. 10
Canon. Sic enim. 28. q. 1.

Ca. Cane. 28. q. 1.

Caue Christiane Gentili vel Iudæo filiam tuam tradere. Et in Concilio Urbanensi iubetur, quòd si quis Iudaicæ prauitati coniugali societate coniungatur, Christiano cœtu & conuiuio ac communionem ecclesiæ protinus segregetur.

Ca. Si quis ibidem.

¶ Hoc veruntamen non obstante si infidelium coniugum alter in fidem Christianæ familiæ nomen derit alterque cum eo absque iniuria fidei & contumelia Saluatoris commorari consenserit: consilium est Pauli, ut eum non abiciat. Si quis, inquit, frater sororem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, &c. Sanctificatus enim est vir per uxorem fidelem & uxor per virum. Quæ verba Augustin. eodem loco enarrans subdit, Aliud esse de matrimonio inter fidelem infidelemque contrahendo, aliud verò de illo, quod ab infidelibus in sua cæcitate fuerat contractum. Illud enim nullum est: de hoc verò, ait, Apostolus quòd Deus non iubet, sed tamen ipse dicit, ut fidelis infidelem, si lucrandi eum spes fuerit vlla, non deserat. Iam verò nunc temporis dum infidelis requisitus & monitus, ut Christianismum cum suo coniuge suscipiat, illum respuit, merito cenletur citra contumeliam Saluatoris nequire cum coniuge habitare. Ob idque iuxta tenorem

Cap. 3.

1. Cor. 7.

Canon. Si enim.

1. Cor. 7.

Canon. Iudæi 28. q. 1.

Con-

tuum eat, in gehennam.

DISTINCTIO- nis trigessimæ nonæ.

Quæst. vnica, De cultus disparitate.

ARTICVLVS. I.

Utrum inter infideles legitimum possit matrimonium contrahi.



HIS, quæ superiori distinctione de sacris ordinibus & solenni voto, nuptiarum vincula dirimentibus disputata sunt, proximè de religione Christiana accedit sermo, vtrum dirimere etiam possit matrimonium. Primò ergo queritur, vtrum inter infideles possit matrimonium consistere. Et arguitur à parte negatiua. Matrimonium est sacramentum ecclesiæ: sed baptismus est sacramentorum ianua: ergo infideles, qui nondum baptismate loti sunt, matrimonium inire, nequeunt, sicuti neque alijs sacramentis exornari.

Partis negatiua ar. 1.

¶ Secundò. Duo mala vehementius sunt boni impedimentum, quam vnum tantum: sed fidelis cum infideli cōtrahere nequit: ergo multò minus infidelis cum infideli.

2. Argum.

¶ Tertio arguitur, quod saltem inter duos infideles diuersarum sectarum matrimonium non sit legitimum Disparitas enim cultus inter Christianum & Gentilem matrimonium dirimit: ergo & inter Iudæum & Gentilem, seu inter Iudæum & Saracenum.

3. Argum.

¶ In contrarium tamen est verbum Pauli. 1. Corinth. 7. vbi, ait, Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Vbi infidelem uxorem appellat, quæ si vult, saluo honore fidei, manere cum viro fidelem sine nouo cōsensu est vera uxor.

1. Pars affirmatiua.

¶ Ad quæstionem duabus breuissimis conclusionibus sub distinctione respondetur. Matrimonium

Decisio ar.

T 4 trimo-

Can. si infidelis. 28. q. 2.

Ca. idololatris. 28. q. 1.

Can. si infidelis. 28. q. 1.

Cap. 4.

Matth. 5.

Concilij Toletani, coniuges ea lege distrahantur, ut fidelem liberum sit aliud inire matrimonium, per cuius cōtractionem antiquum dissoluitur. Id enim Gregor. attestatur dicens, Contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. Vnde Augustin. in sermone, Domini, sic verbum Christi de uxore fornicationis causa dimittenda interpretatur dicens, Idololatricam, omnemque noxiam superstitionem fornicationem esse. Imò verò Apostolus ipse, Ambros. ibidem interprete in hoc sensu, ait, quòd si infidelis discedit, discedat: non enim est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi.

¶ Sunt tandem alia crimina, quæ licet vinculum matrimonij non ruptant, ius tamen totum diuidunt tribuunt: nempe, dum coniux in fœdera matrimonij perniciosus est, ut si uxor venefica sit, aut quæ liberos enecat: aut si vir sapitiam in uxorem exercet, aut si alter alterum ad latrocinia vel lenocinia incitat, aliosue id genus corruptos mores ei impingere molitur. Id enim nos Christus curauit admonitos dicens, Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & projice abste. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam & projice abste. Expedi enim tibi, ut pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus

trimonium enim, vt in superioribus monstra- tum est, trinam induit rationem. Est enim cō- tractus naturæ in officium propagationis hu- mani generis. Cedit etiam & in remedium ad uersus concupiscentiam. Sortiturque deinde sacramenti virtutem ex institutione Christi.

1. Cōclusi.

Sit ergo prima conclusio. Inter infideles po- test contrahi constareq; matrimonium qua- tenus est naturæ contractus & concupiscen- tiæ remedium, quod quidem vinculum habet indissolubile nisi per solam Dei dispensationē religionis causa dissoluatur. Conclusio proba- tur. Natura Deusq; eius parens & institutor in medijs ad fidem necessarijs non deficiunt: finis autem propagandi humani generis illico ex eius creatione ortum habuit: ergo & tunc medium ad id necessarium fuit institutum: il- lud autem fuit matrimonium, vt dictum est: ergo in statu naturæ integræ institutum est: dum dixit Deus, Crescite & multiplicate, id quod insinuauit Adam dicens. Hoc nunc os ex osibus meis & caro de carne mea, propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, vt latius dist. 26. præmonstratum est. Eadem ratione constat, illico post lapsum: pri- morum parentum, vt ibidem adiecit, idem matrimonium in remedium concupiscentiæ cessisse. Hin fit matrimonij vinculum, ab il- lo tunc tempore conditi orbis esse suapte na- tura indissolubile, vt distinctio. 27. quæstio. 2. ostendimus: nam tale tunc institutum est, quale finis eius exigebat, qui erat procreatio educatioq; prolis, quæ sine perpetuitate ma- trimonij fieri nequit commode. Quocirca

Ratio.

Genes. 2.

Indissolubi- litas matri- monij.

Matth. 19.

Obiectio.

Alia dilu- tio.

2. Conclu

Christus Matth. 19. indissolubilitatem matri- monij ad priscam eius institutionem retulit, atque adeo vim antiquæ legis naturæ confir- mans conclusit, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Sed nihilominus Deo ipso autho- re naturæ dispensante per susceptuonem Chri- stianisui infidelium matrimonium dirimitur, veluti & inter nos matrimonium ratum per re- ligionis ingressum.

Quod si mihi legem diuortij obieceris, qua- licebat vxores repudiare, iam distinct. 33. re- sponsum reliquimus, credentes, diuortium nū- quam tanquam licitum fuisse permissum, sed vt impune fieret. Quod si secundum alios ad mittatur, dipensatum fuisse cum Iudæis nihil contra nos: quia Deus tanquam author natu- ræ dispensare poterat. Cum gentibus tamen non video quomodo fuerit dispensatum, nisi ignorantia eos à culpa exemerit.

Secunda conclusio. Matrimonium, quate-

nus sacramentum nouæ legis est gratiam con- ferens, ante Christum eius institutorem nul- quam gentium extitit. Res est liquida, quo- niam sacramenta ex latere Christi pendentes in cruce promanarunt, indeq; per ipsius insti- tutionem virtutem conferendi gratiam ade- pta sunt. Quocirca nec sub lege Mosayca, ne- que verò sub lege naturæ illis, qui in gratia & amicitia Dei matrimonia confederabant, vl- la virtute operis conferebatur gratia, neque si modò catechumeni matrimonium contrahe- rent. Et hoc est, quod primum argumētum conuincit: nam baptismus est ianua sacra- mentorum, & ideo ante ipsum nuptiæ non sunt sa- cramentum: sunt tamen matrimonium & in officium & in remedium. Quod si contra quis illud obijciat Pauli ad Ephes. 5. vbi inducens illud, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carne vna, subdit Sa- cramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia: vnde insinuatur ante Christum natum matrimonium fuisse sacra- mētum. Respondetur, sacramentum bifariam accipi, vno modo secundum propriam, sed ta- men nudam rationem sacramenti, quæ est, esse signum rei sacræ, quanuis gratiam non con- ferat, vt erant sacramenta veteris legis. Et hoc pacto matrimonium etiam in lege naturæ er- rat sacramentum: id est, mysterium & signum significans vnionem Christi & ecclesiæ futu- ram, per quam nos sanctificamur. Et hoc est, quod ait, Innoc. in cap. Gaudemus. de diuort. q; sacramentum coniugij apud fideles & infi- deles existit. Non tamen erat sacramentum nouæ legis, qui est secundus modus: scilicet, ra- tio perfecta sacramenti.

Ratio.

Solu. 1. ar.

Obiectio

Dilutio.

Matrimo- nij perfectio duplex.

Species ma- trimonij tres.

Prima.

Ex his consequitur, q; matrimonium anteq; esset sacramētum, quāuis esset perfectū perfe- ctione naturali, vt per quod proles tum gigni poterat, tum naturalibus legibus imbui & edu- cari, non tamen erat omnino perfectum perfe- ctione supranaturali, quæ consistit in gratia Dei. Nam etsi possent tunc coniuges per con- uersionem in Deum gratiam obtinere, vt di- gnè possent filios procreare, non tamen illam gratiam virtute matrimonij nanciscebantur, ad eiusmodi liberos tãquam filios Dei ad opti- uos educandos. Quapropter perfectio matri- monij in lege naturæ erat materialis, respectu perfectiōis euāgelicæ, quæ ceu suprema forma ei complementum adhibet.

Vnde Magister sentē. præsentis distin, quem Gratianus sequitur. 28. q. 1. cano. Si quis, tres species matrimonij colligit. Est enim cōiugiū legitimum sed non ratum, vt inter infideles:

quia

quia

Secunda.

Tertia.

Obiectio. 1.

Obiectio. 2.

Dilutio prime ob- iectionis.

Dilutio secūda ob- iectionis.

Solu. 2. ar.

quia secundum leges naturales & mores pro- uincia contrahitur, nō tamē est ratū, quia dis- solubile est per repudium. Ego autem dixerim per solam susceptionem Christianismi. Secun- dum est vice versa ratum, sed non legitimum, vt inter fideles clandestinum: quia indissolubi- le est, sed præter leges & iuris solennitates. Sed tertium est ratum & legitimum, vt sacra- mentum matrimonij solenniter celebratum iuxta decretum Euaristi. 30. quæst. 5. canon. Aliter. Quanquam perfectio sacramētum gentilium simpliciter potest dici ratum, quia nisi Deo di- spensante per conuersionem ad fidem indisso- lubile est, sicuti & inter fideles matrimonium per verba de præsentis ratum quidem est, licet per ingressum religionis dissoluatur.

Quod si quis argumenta Gratiani obijciat eadem. 28. quæst. 1. in capitu. quæ à theologis mutuatus est. Omne quod non est ex fide, vt ait, ad Roma. 14. Pau. Peccatum est: coniun- ctio autem infidelium non est ex fide: ergo est peccatum, ac perinde nec videtur esse matri- monium, cum matrimonium sit à Deo. Itē se- cundum Augustinum, Non est vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua, matrimo- nium autem culpam tollit impudicitia: ergo illic non est verum matrimonium.

Ad primum respondetur, sensum Apostoli non esse, quod omnia opera infidelium sint pec- cata, sed illa, quæ ex infidelitate procedunt. Imò sensus eius legitimus est, vocare fidem cō- scientiam: quod enim fit contra conscientiam peccatum est. Et ideo neque contractus matri- monij inter fideles neque eius usus, si fiat causa procreandæ prolis seruandæque fidei vxoris peccatum est, sed est actus moraliter bonus. Attamen absque charitate nullum opus obti- net virtutis absolutè gradum aut verè nomen, sed est virtus secundum quid. Et hoc est, quod ait, Augustinus, pudicitiam infidelium non esse veram virtutem: quod & de Christianis in peccato agentibus asserere simili modo pote- rat. Primum igitur argumentum iam iam so- lutum est. Et ad secundum negatur, duo mala scilicet, duos infideles plus obstare matrimo- nio, quàm obstat Christianus cū infideli: quia in hoc secundo disparitas cultus trahit proles ad diuersos mores & instituta. Quod quidem obstat educationi liberorum non solum secū- dum gratiam, quæ est supernaturalis perfe- ctio sacramenti, verum etiam secundum virtu- tes naturales, quæ est naturalis eius perfectio: nam ipsæ virtutes naturales in Christianismo perfectè docentur, in infidelitate verò imperfe- ctè. Quando verò ambo coniuges sunt infide-

les eiusmodi educatio per rationem matrimo- nij non impeditur: quia non est disparitas cul- tus. Præterquā quod ecclesia ius habet super fideles, super infideles verò non item: quia vt ait, Paul. de ijs, qui foris sunt, nihil ad nos.

Circa materiam verò tertij argumenti, si inter infideles ipsos esset cultus disparitas, vt pote diuersa sectæ, quæ matrimonium impe- dirent, notandum est, quod ante legem scri- ptam, cum non alia vigeret lex, quàm natu- ræ, nulla erat talis disparitas, sed promiscuè omnes gentes poterant inter se iure naturæ matrimonia contrahere. Tametsi Abraham noluerit filio suo Isaac ex gente Chananæa, vbi commorabatur, mulierem desponsare pro- pter mysterium inimicitiarum, quæ inter gen- tem illam & suam sobolem erant futura. Sed Rebeccam ex cognatione sua accersi iussit. Io- seph autem Hebræus Assenem Aegyptiam duxit: & Moyses ipse Sephoram Madianitē. Postmodum verò sub lege Mosayca Deus po- pulo illi matrimonia cum gentibus terræ pro- missæ interdixit. Sic enim cautū legitur Deu- tero. 7. ne cum Hethæis & Gergezæis & Amor- ræis & Chananæis & Pherezæis & Eueis & Ie- buzæis septem gentibus coniugia sociarent. Et ratio erat, ne illorum idololatria & corrup- tis moribus contaminaretur. Quapropter sta- tuerat Deus gentes illas ex illa terra stirpitus conuelleret. Cum alijs verò gentibus illud non prohibuit, imò lex erat Deuteron. 2. 1. Si egres- sus ad pugnam videris mulierem pulchram in medio captiuorū, & adamaueris eam, intro eas ad eam, dormiesque cum ea, & erit tibi vxor. Quod verbum, vt ait, Sanctus Thomas, vel in- telligitur de alijs nationibus, cum quibus lici- tē poterant iniri connubia, vel loquitur, quan- do illa captiua ad cultum & legem Dei con- uerti volebat.

3. Argum- supplex.

Isaac et Re- becca.

Ioseph & Assenem.

Lex Moysi

Ratio illius- tis moribus contaminaretur. Quapropter sta- tuerat Deus gentes illas ex illa terra stirpitus conuelleret. Cum alijs verò gentibus illud non prohibuit, imò lex erat Deuteron. 2. 1. Si egres- sus ad pugnam videris mulierem pulchram in medio captiuorū, & adamaueris eam, intro eas ad eam, dormiesque cum ea, & erit tibi vxor. Quod verbum, vt ait, Sanctus Thomas, vel in- telligitur de alijs nationibus, cum quibus lici- tē poterant iniri connubia, vel loquitur, quan- do illa captiua ad cultum & legem Dei con- uerti volebat.

Deut. 2. 1.

Dubiū cir- ca legem Moysi.

Dubiū tamen est, vtrum prohibitio illa Deuter. 7. contrahendi matrimonia cum illis septē generibus intelligeretur solum tãquam præceptum obligans ad mortale: an verò tan- quam matrimonium irritans, veluti si modò fidelis cum infideli contraheret. Quod enim in primo sensu duntaxat intelligeretur, inde apparet, quod post illam legem Salomon du- xit Raab ex Hiericho Chananæam, Iosue. 6. & Booz filius eius Ruth, Moabitidem, & He- ster nupsit Assuero. Et quod vrgentius mo- uet Salomon, vt legitur. 3. Regum. 11. duxit alienigenas plurimas, vt filiam Pharaonis & Moabitidas, atque alias ex illis gentibus, quas Deus prohibuerat. Et tamen subditur, quod fuerunt ei vxores quasi reginæ septuaginta, & con-

concubinæ trecentæ: vbi vxores nominantur à concubinibus distinctæ. Et idē arguitur de Sāfone, qui Dalilam duxit e genere gigantæo.

Sententia an thoris.

¶ Sed profectō ijs non obstantibus probabile videtur (quanuis nec contrarium probabilitate careat) intellectu illius legis, illegitimas fecisse personas illas ad matrimonium, nisi vellet ad Iudaismum conuerti, sicut modō non possēt infidelis cum fidele contrahere, nisi conuerteretur ad fidem. Et ratio est, quia lex illa erat lex Dei, per quam peculiarem populum ad suum ipsius cultum instituebat: atque adeō tanta fermē erat inter illos fideles & infideles cultus disparitas, quantā modō inter infideles & nos. Non ergo satis videretur illi populo consultum, nisi matrimonia cum corruptissimis illis alienigenis idololatris inita manentibus in sua perfidia essent irrita. De alijs verō gentilibus non erat par ratio, vt arti. seq. dicturi sumus. Vnde Esdras, vt lib. 1. cap. 10. legitur, quia filij Israel preuaricati fuerant, vxores alienigenas ducentes, iussit coegitq; illos ab vxoribus illis separari: quod non fecisset, si matrimonia fuissent valida. Tametsi Augustin. ad Pollentium de adulterin. coniugijs lib. 1. cap. 18. licet non asserat, insinuat tamen fuisse coniuges, sed iussu Dei propter periculum idololatriæ, quod maritis imminerebat, fuisse depulsas. At verō fortasse quando Israelitæ eas duxerunt, fuerunt ad Iudaismum conuersæ, sed postea ad idololatriam reuersæ. Vei fortasse alienigenæ illæ erant ex alijs gentibus, cum quib⁹ nō erant matrimonia interdicta. Verūtamen etiā si ex Chananæis & alijs gentibus interdictis aliqui vellet legem circumcisionis profiteri, non erant repellēdi, neque ab ipforum Iudæorum nuptijs arcendi. Lex enim generalis extat Exodi. 12. quod si quis peregrinorum vellet in eorum coloniam transire, circumciscus admitteretur. Et hoc est quod Sanct. Thom. nuperrimē citatus insinuauit, dicens, sub disiunctiōne, quod poterant cum captiuis conciliari connubia, vel ex alijs nationibus, vel si vellet Iudaismum suscipere.

Ratio.

Esdr. 10. c. 10

August.

Obiectiōnū dilutio.

De Salomone.

¶ Et ideo ad obiecta respondetur, quod Raab ad Iudaismum fuit conueria antequam nuberet Salomon, & pariter Ruth. Hæster verō, vt ex eius historia colligitur, reuelatione & iussu Dei nupsit Assuero. Et Samson Dalilæ. Iudicum enim. 14. legitur, connubium illud à Domino factum esse, vt quæreret occasionem contra Philistijm. Præterquam quod neque Assuerus neque Dalila erant ex alienigenis interdictis. De Salomone verō non est tam facile respondere: nam expressē habet historia,

quod accepit Amonitidas & Sidonias & Hethæas de gentibus, de quibus, Deus iusserat, ne cum illis matrimonium contraherent. Attamen in primis, quod in huiusmodi copulandis sibi vxoribus grauisimē peccauerit, historia ipsa predicat & ideo nil mirum si dicamus, quod ex illis alienigenis vxoribus illæ quidē, quæ ad Iudaismum conuertebantur (quod forsā faciebant, vt tanto fruerentur honore) erant veræ vxores: ille verō, quæ non conuertebantur, erant vxores de facto, cum quibus scilicet, de facto contrahebat, non tamen de iure: atque adeo illa matrimonia nō erant legitima, vt. 33. distin. de libello repudij diximus. Adde quod filia Pharaonis, & forsā aliarum aliquarū non erant ex interdictis, sed ex alijs gentibus.

Dubium.

Solutio sancti Thomæ.

¶ Sed aliud quispiam forsā interrogabit, vtrum inter ethnicos potuissent respublicæ ciuiles & principes leges condere, quibus matrimonia cum extraneis prohiberent taliter vt nulla essent. Apparet enim id minime potuisse, cum ius naturæ eam facultatem fecerit vniuersis. Sanct. etus Thom. hic articulo. 2. ad tertium argumentum, nihil aliud respondet, quam quod iure naturali aut diuino non prohibetur, quominus quicumque infideles possint cum alijs etiam diuersi ritus & sectæ contrahere: quia apud Deum nihil refert, qualitercunque quis à fide deuiet. Neque verō ecclesia id prohibet, cum non sint suæ iurisdictionis. Concedit tamen quod ius naturæ per ius positium potest restringi, sed silētio de principibus infidelium prætermisit, an possint talia matrimonia cohibere.

Solutio. 1. dubij.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

¶ Ad hoc ergo dubium primum respondetur, quod ante orbem redemptum nulli gentium poterant cum Iudæis matrimonia cohibere si vellet Iudaismum profiteri, sicut modo non possunt prohibere cum Christianis si vellet ad religionem conuerti: quia illa erat lex Dei, cui nullum ius humanum reniti poterat. Secundo dicimus, quod lex illa iudicialis synagoga prohibens matrimonia cum illis gentibus prorsus iam expirauit: quia tota lex quātum ad illa iudicialia antiquata est. Et ideo si ipsi quando habeant Rempublicam legem aham similem non tulerunt, cum quibuscunq; gentium possunt nunc nuptialia confortia concesserare. Tertio cum probabilitate possumus asserere, quod quæcunque respublica etiam infidelium potest leges condere matrimonia irritantes si suæ Reipublicæ expedierit. Verbi gratia, si diuersæ sectæ gentium inter se inimicitias generēt, possit vtraq; respu-

respublica matrimonia cum altera interdiceret, vt non tenerent. Nā matrimonialis contractus est partim ciuilis, quæ vtique ratione subditur Reipublicæ quatenus ad pacem & tranquillum statum Reipublicæ pertinet: in hac enim parte infideles non sunt fidelibus inferiores: & fideles principes nostri, vt dist. sequenti dicemus, possunt huiusmodi leges facere, nisi ab ecclesia cohibeantur. Ecclesia verō non potest in hac re, quæ ad suam ipsorū attinet Rempublicā, infideles cohibere. Hoc dixerim, quia fertur Saracenos lege sua publicè lata esse prohibitos cum Iudæis per nuptias commisceri. Quod si ita est, profectō suspicor illa matrimonia non tenere. Et ideo si tales coniuges fidem nostram susciperent, deberent ad tollendum scrupulum denuò in matrimonium consentire, alioqui nullum esset. Si tamen lex illa sic inter eos obseruatur, vt nō reputetur matrimonium. Et per hæc solutum restat tertium argumentum.

Saraceni vñ mos.

ARTICVLVS. II.

Utrum fidelibus modò liceat cū infidelibus inire coniugia.



Partis affirmatiue argum. 1.

1. Argum.

3. Argum.

Partis negatiue.

Ipsa re de infidelibus, que ritur subinde de fidelibus Christianis, vtrum liceat eis cum infidelibus matrimonia contrahere. Et arguitur à parte affirmatiua. Antiquo Israelitico populo licebat cum aliquibus Ethnicorū, etsi Iudaismum non profiterentur, matrimonia contrahere: ergo non est cur etiam nūc in ecclesia non liceat: quia tunc tanta erat cultus disparitas inter illum populum & idololatrias, quanta modò inter nos & ipsos.

¶ Secundo arguitur. Spōsalia ad matrimonia ordinantur: sed sponsalia inter fidelem & infidelem sub conditione, si velit conuerti, sunt firma & obligatoria: ergo & matrimonium.

¶ Tertio. Inter duos Christianos potest esse disparitas cultus, vt si vnus esset hæreticus vel apostata, & alter catholicus: sed matrimoniū inter istos est validum, neque dirimitur: ergo similiter inter fidelem & infidelem matrimonium consistit.

¶ In contrarium est verbum Paul. 2. Corinth. 6. Quæ conuentio lucis ad tenebras: maxima autem temporalis conuentio, quæ inter homines esse potest, est cōnubialis: ergo inter eum, qui fidei luce resplendet, & eum, qui tenebris

infidelitatis caligat, nequeūt fœdera matrimonialia conuenire.

1. Cōclusi.

¶ Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Matrimonium inter fidelem & infidelem & peccatum graue sacrilegij est, quo scilicet, sacra religio comaculatur, & nullum est prorsus. Hæc enim propriè est cultus disparitas: quippe cū Christiani verum Deum colant, infideles verō nō nisi falsos. Ob idque cultus disparitas inter impedimenta cōnumeratur matrimonium dirimentia.

Questio.

De iure naturali.

¶ De ratione autem & fundamento cui conclusio hæc innititur, dubitatur, vtrum scilicet, sit de iure naturali aut diuino, an verò solo iure Pontificio sancita. Arguitur enim quod sit de iure naturali. Finis enim naturalis matrimonij est non solum generatio (quam vtique cultus disparitas non impedit) verum & liberorū educatio, quæ quidem vtrique simul parenti curæ esse debet, vt concordī proposito liberos moribus imbuat: fidelis autem infideli in hoc negotio concors esse nequit: quia cum minime eandem profiteantur religionem, neque verò eadem sacramenta & sacrificia aut ceremonias colant, vterque prolem ad suam religionem pertrahet, atque adeo educatio eius impediretur. Eadem ratione & huiusmodi cultus disparitas secundo matrimonij fini, qui est trāquilla cohabitatio in eadē domo, aduersatur: nam inter quos religio & vitæ institutum non conuenit, re vera pax constare non potest, neque amor coalescere.

De iure diuino.

Paulus.

Tantum in domino.

Augustini dilutio.

¶ Secundo & eadem conclusio videtur iure diuino præcepta, vt patet ex illo præallegato Pauli, vbi ad literam commercium fidelium cum infidelibus vetabat, Nolite iugum ducere cū infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut que societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infidele? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui, &c. Et. 1. Corin. 7. mulier si dormierit vir eius, liberata est: cui autem vult nubat, tantum in Domino: quod quidem verbum Pollentius, contra quem Augustinus de adulterinis coniugijs scripsit, glossabat: id est, tantum Christiano. Vnde colligebat, solum inter Christianos constare matrimonia, ob idque Apostolū contra præceptū Domini permittere, vt fidelis maneat cum infideli, si vult manere sine contumelia saluatoris. Augustinus verò per distinctionem ei respondēbat concedens, illud verbum intelligi de matrimonio contrahendo, inter fidelem & infidelem: quod ait, esse cōtra præceptum non ui &

ui & veteris testamenti: aliud verò, quòd manere possit fidelis cum infideli, intelligi de matrimonio in infidelitate contracto: & refertur à Gratiano. 28. quæst. 1. cano. Si enim. Eadem expositio tatum in Domino, fuit antiqui Tertulliani lib. 2. ad vxorem, estq; Ambrosij in commentarijs eiusdem epistolæ. Et Hieronymi ad uersus Ioui. libr. 1. & ad Gerontiam. Item ad idem arguitur exemplo veteris legis, in qua ut articul. superiori diximus, nuptiæ inter fidelè populum & gentes illas terræ promissæ iussu Dei inhibitiæ erant.

De Salomone. ¶ Et tandem arguitur, qd huiusmodi matrimonium præsentaneū secum adferat periculum peruersionis fidelis coniugis, ut exemplo Salomonis. 3. Reg. 11. constat: ubi legitur, alienigenas vxores cor eius deprauasse, & in idololatriam suam immerfisse. Idemq; 1. Estdr. 10. habetur documentū. Et Samsonis coniugium cū Dalila eius fuit internicies. Cuius exemplum inducit Ambro. lib. 9. epistolarū epistola. 1. quæ est ad Vigilium: cū alio de Phinees, qui gladio Hebræum & Madianitem transfixit, ubi multæ rationibus probat esse contra ius naturale & diuinum, ut fidelis cum infideli contrahat. Nam cū ipsum, inquit, coniugium velamine sacerdotali & benedictione sanctificari oporteat: quomodo potest coniugium dici ubi nō est fidei concordia? Cū oratio cōmunis esse debeat, quomodo inter dispare deotione potest esse coniugij communis charitas? Iure ergo diuino & naturali videtur cultus disparitas matrimonium impedire.

Ambrosij. ¶ His tamen nihil obstantibus communis opinio tum theologorum, tum etiam Iurisprudentium est, quòd non sit impedimentum dirimēs nisi tantum iure Pontificio. Et patet hoc, quia in tota lege euangelica non habetur tale impedimentum matrimonium dirimens. Imò verò Christus, ut sapè diximus, nihil iuris naturæ in matrimonio immutauit, præter quàm qd fecit, ut esset sacramentum gratiæ cōferēs. Quin euidens argumentum est, non esse iure diuino eiusmodi matrimoniū fidelis cum infideli prohibitum: alioqui per hoc, qd alter infidelium cōuenteretur ad fidem matrimonium dirimeretur. Quare Paulus non potuisset consulere, qd si infidelis velit sine contumelia saluatoris cū fideli manere, eum fidelis non desereret. Neque verò in veteri lege, ut præcedenti artic. dicebamus, connubium erat cum omnibus infidelibus fidelibus interdictum. Sed solum cum septem illis gentibus terræ promissæ propter imminens periculū idololatræ. Quod Christus suæ familiæ non vsq; adeò timuit, sed suæ

De iure Pontificio. ¶ Statuitur nihilominus præsentis articuli secunda conclusio. Matrimonium per cultus disparitatem dirimi, ius est mere positiuū ecclesiasticum. Sed tamen re vera si decreta consulas, neq; hoc in iure alicubi apparet expressū, nā omnes, qui citantur canones, sunt sanctorū patrū, ut Augustini, Ambrosij aut Cypriani, aut cōciliorū puincialiu, Afferata verò sancto rū, nisi publica autoritas vniuersalis ecclesiæ accedat:

Ratio. ¶

ecclesiæ rem concedidit, ut de huiusmodi cōnubijs disponeret. Et quicquid fuerat de illave iusta lege, legalia eius iam cessauerunt. Et verbum illud Paulinum, nubat tantum in Domino. Calixtus in epistola ad vniuersos Galliarū episcopos, atque alij non exponunt, nisi quòd nubat tantum regulariter: id est, secundum leges coniugij. Admonet enim ut matrimonium fiat ad gloriam Dei. Et hic est legitimus sensus. Sed nihilominus licet fiat in peccato, non propterea dirimitur. Adde, quòd neq; omnia Pauli præcepta sunt de iure diuino, ut supra in ter tractandum de bigamia dicebamus. Neq; illud, Quæ conuentio lucis ad tenebras? connubiale commercium expresse vetat. Quin adde, quòd si ius positiuum nō obstat, euenire posset, ut salubre esset fideli cum infideli contrahere: scilicet, quando certus esset sibi non imminere periculum; sed spes ei fieret, quòd posset infidelem lucrificare. Tum enim consulit Paulus, ne fidelis infidelem deserat. Quare & posset illam ducere.

¶ Apparet ergo cum moderamine & temperata distinctione respondendum. Aliud enim est de impedimēto loqui, ne tale matrimoniū fiat, aliud verò de impedimento illud dirimēte. Enimverò, iure etiā Pontificio secluso, stando in mero iure naturali & diuino, si Christi fidelis, cum infideli contraheret, illud esset genere suo mortale, nisi aliqua vrgens vel expediēs causa culpā excusaret. Et hoc est quod, ait, August. esse contra præcepta veteris & noui testamenti. Præceptum enim noui testamenti appellat illud Pauli de filijs Belial cum filijs lucis: & illud, Nubat tantum in domino: quæ non sunt propriè præcepta diuina. Sed re vera rationes inducunt id cōfirmare vidētur: vix enim absq; imminenti periculo fidei tale matrimonium iniri posset: quin in magnam iniuriam fidei resultaret, religioque Christiana maxime inde contenebresceret: si filij Belial legibus cōnubialibus cum filijs lucis commiserētur. Et ægrè fieri posset, quominus liberi in periculo versarentur de flectendi ad infidelitatem, ut patet, si modo Christiana fœmina Iudæo vel Saraceno nuberet.

¶ Statuitur nihilominus præsentis articuli secunda conclusio. Matrimonium per cultus disparitatem dirimi, ius est mere positiuū ecclesiasticum. Sed tamen re vera si decreta consulas, neq; hoc in iure alicubi apparet expressū, nā omnes, qui citantur canones, sunt sanctorū patrū, ut Augustini, Ambrosij aut Cypriani, aut cōciliorū puincialiu, Afferata verò sancto rū, nisi publica autoritas vniuersalis ecclesiæ accedat:

Can. Sicut alterius. 7. quæst. 1.

Authork solutio.

Aug. ca. Sic enim, in. st. 28. q. 1.

2. Conclu.

Nota.

Can. Caue. Item can. Caue. 28. quæstio. 1. Ambrosius nō solum cauere iubet connubia cum Gentili aut Iudæo, verum eodem verborum tenore etiam cum hæretico. Et similiter can. Non oportet, concilium Agathense cum hereticis prohibet iniri coniugia: & tamen connubia cum hereticis, ut paulo post videbimus, non dirimuntur. Et can. Si quis Iudaicæ. cohens connubia cū Iudæo non est nisi concilij prouincialis Verbanensis. sicuti & concil. Toletanum. 3. quod cap. 14. id ipsum prohibet. Neque loquuntur nisi speciatim de Iudæis. Imò sunt qui dicāt, nullum vniuersale concilium quippiam de hac re decreuisse. Sed isti non viderant concil. Calcedonense œcumenicum vnumque ex quatuor præcipuis, ut ait, Gregorius. ut capitu. 14. fidelium nuptiæ cum infidelibus iniri prohibentur. Similiter tamen cum hæreticis: & ideo quia si cum hæreticis contrahantur, non dirimuntur, nō inde clarè colligitur, quòd si cum infidelibus copulentur, sint dirimenda. Igitur, in nullo citatorum canonum, neque alibi iure expressè habetur, quòd matrimonium, si inter fidelem & infidelem contrahatur, sit dirimendum, sed solum præcipitur ne fiat. Nam capitu. Iudæi. 28. quæstio. 1. de matrimonio inter infideles contracto cum alter coniugum fidem suscipit, præcipit, ut dirimatur. Atqui & Cyprianus in sermone de lapsis licet ad malos mores pertinere confirmet, iungere cum infidelibus vincula matrimonij, insinuat tamen tunc in more fuisse talia connubia, & tamen dissoluere ea non iubet, sed ait, illud esse prostituere gentibus membra Christi. Quam quidem Cypriani sententiam referens Augustinus libro. 1. de fide & operibus capitu. 19. ait (quasi consuetudinem deplorando.) Nostris temporibus iam non putantur esse peccata: quoniam re vera in nouo testamento nihil inde præceptum est: & ideo aut licere creditum est, aut velut dubium derelictū est. Ex quibus sanctorum verbis colligitur, illo seculo morem viguisse, ut fideles cum infidelibus nuptias texerent.

Can. Calc.

Cypria.

August. li. de fide & operib.

Nota.

Cōclus. more seruatur.

mus, ecclesiam sanctorum testimonijs & rationibus præfatis edoctam, imò traditione apostolorum instructā & sancto flamine irradiatā hanc sustinere veritatem, ut matrimonium inter fidelem & infidelem si contrahatur sit nullum. Quoniam non opus est, ut omnes ecclesiæ consuetudines sint scriptis mandatæ aut inter decreta relatæ, dicente Apostolo. 2. ad Thesalo. Tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram. Neq; verò illo seculo prope ætatem Cypriani aut Hieronymi hæc coepit institutio, sed certè ab apostolis, licet tunc nequam Christiani sanctum morem corrumpere pergerent, quibus ideo sancti patres reclamabant. Quinimò ætate apostolorum in cōtrarium plus iusto Christiani propendebant: scilicet, ut cū primum quis fidem susciperet, cōiugem desereret. Cui quidem mori Paulus se se obiecit cōsulens, ut si cōiux infidelis cum fideli vellet sine iniuria Saluatoris manere, nō repelleretur, sed potius fidelis eum lucrifacere satageret.

¶ Hinc fit, quòd quanuis fidelis cum catechumena ante quàm sacramentum suscipiat, contrahere tentet, non obstante quòd illa creditur in gratia & amicitia Dei existere, matrimonium sit nullum. Et ille est sensus Ambrosiani verbi citato capitu. Caue. quòd et si Christiana sit: nempe, catechumena, non est satis, nisi ambo initiati sint sacramento baptismatis. Etenim cū matrimonium verè sit sacramentum, & baptismus sit omnium sacramentorum ianua, per quem homo peccatis moriens & ad innocentiam resurgens, ceu virgo ut ait, Paul. Christo nubit, sit ut legitima materia matrimonij carnalis contrahendi non sit nisi Christianus cum Christiana: nempe, ut spirituale matrimonium carnali antecedit. Quocirca & legibus ciuilibus ijs Christianis, qui talia intentant sacrilega matrimonia, potius facta, quàm vera, decreta sunt supplicia, ut. l. Ne quis Christianam. C. de Iudæis. ut scilicet, tanquam adulteri puniantur.

¶ Vnde verbum concilij Calcedonensis supra citati, quo Christianis non permittitur in sacramento coniugij iungi Iudæo vel pagano nisi fortè sponderit se venire ad orthodoxā fidem intelligitur de sponfalibus sub conditione suscipiendæ fidei: nam si intelligatur de matrimonio de præsentis, nullum erit antequam fidem ille per baptismum suscipiat. Glo. c. Veniens. de presbytero non baptizato, quæ ait, ante baptismum fluminis solum flammis sat esse, ut possit quispiā sacramentum eucharistiæ suscipere, explodenda est tãquam

Prohibitio nis huius ortus.

Tē pore Apostolorū.

Cū catechumena.

Ratio.

Pœna.

Cōci. Calc.

Glo. c. Veniens.

quam erronea. Imò esset peccatum illud suscipere, & ei ministrari. Sed glossatorem verbum textus fecellit, quo videtur Innocentius in sinuare, baptismum non esse ianuam omnium sacramentorum, quod quidem vt dist. 26. q. 2. art. 3. in fine, præmonuimus, non nisi narrando & disputando refert, imò contrarium ibi de presbytero non baptizato definit.

¶ Ex hac secunda conclusione responsum colligitur si quis sciscitetur, vtrum Papa possit dispensare, vt fidelis cum infideli per matrimonium copuletur. Etenim cum super omne ius posituum Papa ex rationabili causa dispensare queat, sit vt super eiusmodi matrimonium id ipsum valeat. Imò quauis absque vlla causa vt contraheretur dispensaret, matrimonium teneret. Sed tamen absque vrgentissima id facere fas non esset.

Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentum posset quis fortè neq; absque omni prorsus probabilitate respondere, qd Iudæis cum nullis infidelium fas erat matrimonia contrahere, nisi circumcisionis legem susciperent. Vt lex illa Deutero. 21. de

Sensus legis Deute. 21. contrahendo cum captiuis fœminis intelligeretur, si vellēt Iudaicam legem suscipere: nam eadem ratio militare videtur de omnibus idololatriis, quæ de Chananeis propter cultus disparitatem: & propter periculum Iudæis oblatum idololatranti cū vxoribus. Nihilominus secundum aliam opinionē respondetur, quod non erat tunc tanta cultus disparitas inter Iudæos & gentes, quanta modo inter nos & infideles. Et ratio est, quia lex illa non obligabat vniuersum orbem, sed peculiarē illum populum. Quocirca in lege naturæ poterant homines saluari. Et ideo ratio fidei synagoga non excluderat naturale ius matrimonij cum alijs gentibus: quauis per accidens peccatum esset cum illis contrahere, si periculum Iudæo crearetur idololatranti. Et ideo non nisi peculiari ter fuit illis interdictum matrimonium cum illis idololatriis terræ promissæ. Sancta verò lex euangelica non vni angulo, sed vniuerso orbi propolita est, extra quam nemini patet salus: ob idq; adeo Christianis cum omnibus infidelibus inhibita sunt nuptiæ. Adde qd tunc matrimonium non erat sacramentum, vt est modo: quare ex natura eius non repugnabat cum infidelibus copulari: modo autem carnales nuptiæ matrimonium spirituale cum ecclesia in illis prærequirunt, qui futuri sunt coniuges.

Alia solutio.

¶ Ad secundum respondetur, consequentiam non valere. Quoniam sponsalia non secum commercium adferunt indissolubile, vt matrimonium: & ideo nihil obstat quò minus valeant

Discrimē legis veteris & nouæ.

Aliud discrimen.

Solutio. 2.

sub conditione profitendi fidem cōfoederari. ¶ Ad tertium denique egregiè diuus Thomas respondet, quòd cum matrimonium sit vnum ex septem sacramentis, eam præcisè vt necessariam exigit paritatem cultus, quæ pertinet ad sacramentum fidei: hoc est, ad baptismum, quæ sit professio fidei. Non tamen quantum ad necessitatem exigit paritatem fidei interioris. Quam ob rem hoc, de quo modò agimus, impedimentum non dicitur disparitas fidei: nam illa esse potest in coniugibus corrupta, sed disparitas cultus, qui quidem cultus ad externum in operibus seruitiū & religionis imaginem spectat. Cum ergo hæretici re vera sint Christiani, caractere. n Christianismi seruantes, imò & apostatæ, licet à fide desciscentes ad aliam sectam perfugiant, quauis cum illis matrimonium contrahatur, non ideo est irritum, sed validum. Est tamē peccatum mortale cum hæreticis contrahere propter periculum. Et hoc significatur citatis canonib; Caue, & Nō oportet. 28. quæstione prima. vbi cum hæreticis matrimonia interdicta leguntur. Nam cum Paulus admo neat, hæreticum pertinacem euitare, & Ioannes prohibeat, Aue, peruersis & corruptorib; fidei dicere, planè colligitur, multo minus licere consuetudinem, quanta est inter coniuges, cum illis contrahere.


Solutio. 3.

Disparitas cultus.

Matrimonium cum hæreticis.

ARTICVLVS. III.

Utrum coniux ad fidem conuersus, possit cum coniuge eandem fidem renuēte commanere.



Ost quā de contrahendo matrimonio inter fidelem & infidelem dictum est, quæritur de contracto inter infideles, vtrum per conuersionem alterius coniugis non dirimatur, sed possit fidelis cum infideli commanere. Et arguitur à parte negatiua. Vbi idem periculum extat eadem debet adhiberi cautela: propter periculum autem subaerfionis fidei prohibetur fidelis ne cum infideli contrahat, imò eiuscemodi matrimonium dirimitur: ergo cū idem sit periculū dum matrimonium fuerat in infidelitate contractum, necessariò per cōuersionem alterius altero eandem conuersionem renuente dirimitur. ¶ Secundò. Si fidelis possit cum infideli coniuge commanere, consequens

Partis negatiuæ ar. 1.

2. Argum.

quæs fieret, vt ad id quoque obligaretur, saltē si spes esset conuersionis eius, tum quòd contra charitatem esset eam dimittere, cuius salutem retinendo, consulere vir posset, tum qd etiam esset contra iustitiam soluendi debitum, quod coniux exigere potest.

3. Argum. ¶ Tertiò. In cōcilio Toletano. 4. vt can. Iudæi. 28. quæst. 1. relatum est, iubetur, vt Iudæi, qui Christianas habent vxores: nempe, quæ post matrimonium in Iudaismo contractum conuerse sunt, admoneantur eandem fidem Christianam cū vxoribus profiteri; aliò qui ab eisdem vxoribus distrahantur: ergo non potest si delis cum infideli manere.

4. Argum. ¶ Quartò arguitur. Matrimonium inter fideles contractum præstātius est illo, quod inter infideles inicitur: sed si fideles contrahant in gradu prohibito, matrimonium dirimitur: ergo si conuersus in infidelitate contraxit cum consanguinea, non poterit eam retinere.

5. Argum. ¶ Quintò. Sequeretur, quod si ille in infidelitate plures habuisset vxores, quas legitime ducere quærat, possit manere cum omnibus: cōsequens tamen est falsum, quia id per legē euāgelicam non licet: ergo in tali casu cum nulla manere potest.

6. Argum. ¶ Sextò. Vt etiam venire potest, vt infidelis vxorem aliquam repudiasset, aliamq; subinde duxisset, quod secundum ritum suum legitime facere poterat: ergo tunc saltem si huiusmodi infidelis conuertatur, nequit cum illa secunda manere.

Pars affirmatiua. ¶ In contrariū autem est consiliū Pau. 1. Cor. 7. vt si infidelis manere possit sine contumelia Saluatoris, fidelis coniugem illum non expellat, sed studeat lucrifacere.

1. Cōclusi. ¶ Ad quæstionem quatuor cōclusionibus respondetur. Prima, eademq; capitale fundamentum sit. Matrimonium inter infideles legitime contractū per conuersionem ad fidem catholicam siue amborum simul coniugū, siue vnus tantum, non necessariò dirimitur. Hanc conclusionem Augu. contra Pollentiū de adulteris coniugi, qui contrariū assererat, constituit: cuius lata disputatio atque decisio refertur can. Sic enim. 28. q. 1. Eandem conclusionē præfixerat idem Aug. in lib. de sermone Dñi in monte. Vnde Innocentius. c. Gaudemus. de diuor. Per sacramentū, inquit, baptismi non soluuntur cōiugia, sed crimina diluuntur. Ratio autē cōclusionis, illaque optima est, quod fides naturam non tollit neq; eius iura, sed perficit, cum ergo matrimonia, vt dictum est, inter infideles iure naturæ coalescant & consistant, professio fidei catholicæ per se eiusmodi vincula non

Augustin. ¶ In contrariū autem est consiliū Pau. 1. Cor. 7. vt si infidelis manere possit sine contumelia Saluatoris, fidelis coniugem illum non expellat, sed studeat lucrifacere.

Ratio cōclusionis. ¶ Ad quæstionem quatuor cōclusionibus respondetur. Prima, eademq; capitale fundamentum sit. Matrimonium inter infideles legitime contractū per conuersionem ad fidem catholicam siue amborum simul coniugū, siue vnus tantum, non necessariò dirimitur. Hanc conclusionem Augu. contra Pollentiū de adulteris coniugi, qui contrariū assererat, constituit: cuius lata disputatio atque decisio refertur can. Sic enim. 28. q. 1. Eandem conclusionē præfixerat idem Aug. in lib. de sermone Dñi in monte. Vnde Innocentius. c. Gaudemus. de diuor. Per sacramentū, inquit, baptismi non soluuntur cōiugia, sed crimina diluuntur. Ratio autē cōclusionis, illaque optima est, quod fides naturam non tollit neq; eius iura, sed perficit, cum ergo matrimonia, vt dictum est, inter infideles iure naturæ coalescant & consistant, professio fidei catholicæ per se eiusmodi vincula non

rumpit, nisi aliquod obstaculum fidei inde obijciatur.

¶ Igitur de conuersione infidelium, cuius titulus lib. 3. Decretalium extat, pluribus est modis distinguendū. Aut enim ambo conuertuntur, aut non nisi alter. Si ambo, nemo dubitat, quin matrimonium antiquum sine nouo cōsensu permaneat. Id nāque ex cōclusionone modo præfixa subsequitur: quia cum per se fides naturam non destruat, neque alias inde obexi dei obijciatur, certum est matrimonium persistere. Si verò non nisi vnus, eam, altero repelle te, fidem suscipiat, tunc aut infidelis ille ad eam est pertinax, vt sine Saluatoris contumelia eo habitare nequeat cum fidelibus.

Cōuersio infidelium nuplex.

2. Cōclusi.

¶ Et tunc sit secunda conclusio. In tali casu infidelis nequit, neque vnquā quirit cum infideli cohabitare, sed saltem quoad torum tenentur tenebaturque apostolorū seculo ab illo discedere: quauis, per hoc solum matrimonium non dirimebatur quoad vinculum. Probatur prius membrum: quoniam cum per fidem fiat conuersionum spirituale & supranaturale cum Christo, quod quidem longè præstantius est carnali, fides naturalis soluendi debitum coniugi: cū detrimento fidei, quæ Christo præstat, non est seruanda, imò frangenda. Et confirmatur, quia cum hæreticum pertinacem iubeat Paulus euitare, à fortiori est infidelium, qui Christi fidem blasphemant, consortium, etiam conubiale, vitandum. Atque hic legitimus est Apostoli sensus. 1. Corint. 7. qui locus ex Ambrosio citatur can. Si infidelis. 28. quæst. 1. vbi ait, Paulus, Si infidelis discedit, discedat: nō enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi: in pace autē vocauit nos Deus.

Ratio prioris partis.

Alia confirmatio.

¶ Secundum verò cōclusionis membrum: scilicet, quòd matrimonium non protinus dirimatur (quod artic. 5. apertius confirmatur) obiter nunc probatur. Nam quauis post conuersionem vnus coniugum alter paulo tempore conuertirenuat, si tamen antea quam fidelis ad alias transeat nuptias, ad cor rediens conuertatur, matrimonium antiquum castodiendum est.

Ratio secundæ partis.

¶ Tertia conclusio. Si infidelis, quauis bapuzatum renuat, non tamen adeo sit iniquus, quin velit absque iniuria fidei & contumelia Christi cum coniuge fidei commorari, potest si apostolica verba consideres, fidelis cum eodem infideli coniuge cohabitare & rei vxorie cum illo vacare. Imò verò quandiu spes durat eius conuersionis consilium est Pauli cum illo viuere. Hæc conclusio habetur apud Apostolum. 1. Corinth. 7. quam Augustinus

3. Cōclusi.

locis

Paul. 1. Corint. 7.

Iocis citatis in libro de sermone Domini, & ad Pollentium ceu catholicam defendit. Ait, quippe illic Paulus, Cæteris (id est, in dispari cultu coniugatis) ego dico, non Dominus, si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo (fidem, scilicet, non aspernando nec contumelijs afficiendo) non dimittat illam. Verbo enim illo, dico ego, non Dominus, docet, non esse præceptum Domini manere cum tali infideli, sed suum ipsius consiliū, sicut paulo inferius de virginitate subdit dicens De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Pari namque consilio admonet fidelem coniugem ne infidelem dimittat: sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis (id est, sanctificari assolet) per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Dixerim, si apostolica verba consideres, quia vtrum nunc idem mos in ecclesia vigeat, illico videbitur. Illa ergo verba can. citato. Sic enim, scilicet. Non nisi eiusdem religionis & fidei coniugia maneat copulata, falsò tanquam Augustini citatur, sed erant Pollentij negatis posse fidelem cum infideli in matrimonio prius contracto manere. Et ideo Aug. respondet, quod licet non possint talia matrimonia contrahi, possunt tamē in infidelitate contracta manere.

4. Cõclus.

¶ Quarta conclusio. Quauis infidelis velit sine contumelia seruatoris commorari cum fidele, non tenetur, neque tempore apostolorum tenebatur manere cum illo, sed erat ei liberum vel abijcere coniugem, quoad torum, vel retinere. Conclusio colligitur ex verbis Apostoli dicitis, Ego dico, non Dominus, ubi insinuat, non esse præceptum commanēdi, sed facultatem, & quandoque consilium. Idem subinde Apostolus verbis citatis insinuat dicens, Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi: non enim id tantum significat, quod quando infidelis discedit, tunc fidelis debeat discedere, sed quod siue infidelis discedat siue manere velit, non est ei subiectus fidelis, sed possit, si liberit, eum relinquere, nec cogitur cum illo manere, nisi ille catholicam fidem optauerit. Et ideo non iubet, ne discedat: quia ius etiam tunc habet discedendi, sed consulit, vt non discedat.

Ratio.

Et ratio conclusionis est, quia secundum aliam atque aliam vitam diuersa homini competunt & expediunt: per baptismum autem homo moritur priori vitæ & resurgit in noua: est enim baptismus regeneratio quedam, vt, ait, Christus: ergo ille tunc homo liber à seruitute præteritæ vitæ fit, ad quam præcedens matrimonium attinebat, atque adeo liberum eidem deinde fit, uxori, etiam optanti manere cum illo debet

reddere vel negare: sicut qui statum religionis profitetur in sua habet potestate illa vota, que in seculo fecerat, eidemque religioni non aduersantur, aut perficere, aut missa facere. ¶ Durand. rationes has debiles esse censet. At verò quauis non sint demonstratorum, tamen supposita veritate, quæ ex verbis Pauli colligitur, vera sunt fatis ad rem apte. Enimvero vt per baptismum à peccatis & infidelitate liberamur, ita & à seruitute que erat in illa lege infidelitatis & peccati à qua periculum imminet peruersionis. Adde quod cum in infidelitate nemo saluari valeat, status fidei liberat hominem à seruitute matrimonij, que erat in illo statu. Quare sub lege naturæ si quispiam ad Iudaismum conuerteretur, non ei suffragaretur eadem ratio, vt posset uxorem non conuersam deserere: quia illa poterat in lege naturæ salua fieri. Præterea id per similitudinem confirmatur. Infidelitas enim fornicatio quedam spiritualis est: ergo sicut ob carnalem fornicationem si obstinata uxor fuerit, debet innocens coniux, vt dist. 36. dicebamus, eam deserere: si autem penitentia ducta emendetur, potest eam innocens retinere, sed non tenetur, imò si velit potest eam relinquere: ita olim vsu & more in conuersione infidelium seruabatur. Et est animaduertendum, pari iure sub lege his quatuor conclusionibus explicita, maritum & uxorem militare: nihil enim refert, maritus ne sit ille qui prior conuertitur, & uxor, quæ eum relinquit, an vice versa uxor conuertatur, & maritus eam relinquat. Etenim infidelis est, qui dicitur relinquens dum non vult fidem suscipere & fidelis relinquitur, vt eod. cap. citato. Si infidelis, ait, Gregorius. Ait, quippe, quod ius matrimonij soluitur per contumeliam circa eum, qui relinquitur, puta, circa fidelem: qui iure soluitur cohabitandi cum infideli. Quasi dicat, non perinde solui circa relinquentem: scilicet, circa infidelem, qui iure diuino tenetur baptisate lotus suum coniugem sequi. Quare infidelis discedens & in Deum peccat (baptisatum respuens) & in matrimonium, quod sua causa dissoluitur. ¶ Sed rogas. Quidnam est, infidelem manere nolle sine contumelia Saluatoris? Videtur enim nemo absque illa manere posse: quoniam ipsa eadem opera in fidelitatis exercere est contumelia Saluatoris. Respondetur, quod illud exercitium præcisè antequam fides suscipiatur, non censetur in presentia contumelia Saluatoris, sed si Christum blasphemet, aut in ipsius fidem conuicia iacet, aut si fidelem coniugem ad suam sectam peruertere molitur, aut alia morum corruptela inficere: tunc enim eius est consortium propellendum. Cætera inter soluenda argumenta clarius elucescent.

¶ Ex

Durand.

Gregorius.

Simile.

Gregorius.

Dubium.

Error primus.

¶ Ex primo igitur argumento duo oborti sunt errores. Pollentius quippe, vt supra diximus, credens prohibitionem esse diuinam matrimonij inter fidelem & infidelem, dixit. Paulum contra eiusmodi prohibitionem permisisse fidelem cum infideli manere. Alij, etiam è Iureconsultis, è conuerso permissioni Pauli plus iusto insistentes aiunt, ecclesiam contra mentem Apostoli inhibere ne fidelis cum infideli contrahat. Vterque verò error ex ignorantia distinctionis pullulauit. Aliud enim est, vt ait Augustinus, contrahendum prohibere, aliudque contractum dissolueri. Facilius enim res, ne fiat, prohibetur, quam facta, rescinditur. Consultissima ergo ecclesiæ prohibitio matrimonij, si inter fidelem & infidelem contrahatur, irritantis, & cassantis, minimè contraria est Apostolo consulenti, ne si in infidelitate fuerit contractum, dissoluatur. Neque consilium Pauli est contra Dei iussione: quia Deus nunquam cohabitationem fidelis cum infideli omnino cohibuit.

Error secundus.

Solu. 2. ar.

¶ Secundi autem argumenti, quod contra quartam conclusionem obiectum est, negatur consequentia: quoniam susceptio baptismi in libertate hominem constituit, vt tanquam nouam vitam professus non teneatur antiquæ seruire, atque adeo neque coniugi in illo antiquo instituto persistenti, sed solum est opus misericordie, quod ideo in rigore iustitiæ non obligat.

Obiectio.

¶ Et per hoc aliud soluitur argumentum, quod quis ab adulterio ducere potest. Dum ambo coniuges sunt adulterio commaculati, quauis vnus per penitentiam emendetur, non potest ab altero diuortium facere: ergo neque si ex duobus in fidelibus vnus conuertatur. Negatur enim consequentia: quoniam penitentia non est regeneratio in nouam vitam, & mors prioris, vt baptismus.

Aliud arg.

¶ Quod si rursus arguas. Saltem si consummatum fuerit matrimonium videtur coniux non posse absque consensu alterius Christianismum profiteri, sicut nequit Christianus sine consensu Christianæ uxoris ad religionem transire.

Solutio

Negatur consequentia: quoniam susceptio baptismi non est solum perfectior status, vt religio, sed mors in Christo, cui, vt ait Paulus, illic consepelitur, & regeneramur: & ideo sicut per mortem temporalem viri, vt idem ait Apostolus, mulier nexu coniugali soluta est, ita & per baptismum obligatione soluitur reddendi debitum infideli: quare eius consensus non exposcitur. Præsertim quod religio non est de præcepto, sed de consilio: præceptum verò suscipiendi baptismi vniuersos obligat mortales: & ideo culpa infidelis coniugis est, quod alterum in fide suscipienda non inuitetur.

¶ Arguitur autem præterea, quod saltem postquam ille, qui conuersus est, infidelem conuicem cognouerit, non possit eam relinquere, vt patet ex similitudine à fornicatione carnali ducta: si enim maritus uxorem, cuius adulterij conscius est, agnouerit, non potest eam dimittere. Respondetur autem, exemplum non omnino conuenire: quoniam culpa fornicationis carnalis per carnalem copulam coniugis censetur condonata: fornicatio verò spiritualis minimè.

Dilatio.

Aliud arg.

¶ Aliud argumentum etiã contra eandem quartam conclusionem militare videtur de seruitute: quoniam seruus conuersus ad fidem, vt. 1. ad Timoth. 6. ait Paulus non fit à seruitute immunis: tanta autem videtur obligatio matrimonij, quanta seruitutis: ergo per conuersionem non deobligatur coniux ab alterius iugo. Negatur minor, saltem obligatio coniugalis & seruitutis non est eiusdem generis: primum, quia coniux non est alteri alligatus coniugi tanquam eius possessio, ceu est seruus sub potestate Domini, sed per modum societatis cuiusdam, vt. 1. Corint. 7. docet Apostolus. Præterea seruitus perfectiōni Christianæ non repugnat, imò ad eius humilitatem spectat: esse autem Christianum in fidele alligatum, eidem Christianæ professioni multum derogat. Et per hoc alia soluitur redargutio. Si quis ancillam, cuius conditionem non uult, uxorem ducat, siue seruus siue liber, non potest eam relinquere: ergo neque fidelis infidelem.

Solutio.

Obiectio.

Negatur enim consequentia: nam cultus disparitas simpliciter facit personam illegitimam ad contrahendum: seruitus verò non nisi quando ignoratur. ¶ Dubitatio tandem hæc subit, quãdo alter infidelium conuertitur, proles quem sequi debeant. Videtur enim quod debeant sequi matrem: sicut in seruitute, cano. Liberi. 32. q. 4. Veruntamen distinguendum est. Si enim filius est doli capax, non est cogendus ad fidem

Dubium.

23. quæst. 5. cano. Ad fidem. & 45. dist. can. De Iudæis. Quare siue pater siue mater conuertatur, suo arbitrio filius relinquendus est, & solis rationibus & monitis adducendus. Si verò non est doli capax, debet sequi conditionem foeliciorum. Quare si pater conuertatur, illi ad iudicandum est, vt capit. Ex literis. de conuersio. infideli. Et si mater etiam eandem sequi debet, vt can. Iudæi, quod nunc tractam. 28. quæst.

Can. tu-

1. Et ratio est, quod alteruter coniugatorum fidem suscipiat, acquirit ecclesia cum cogendi, vt filios baptizet. Cano. Cum multæ. 15. quæstione. 8. Non ergo eadem est ratio, quæ de seruitute: nam illa propter rationes, quas distinctione 35. posuimus, sequitur ventrem, religio verò fidem. Solet præscribi tempus septem

V. nij:

ni, vt dicatur proles non doli capax, nā illuc vsq; durat infantia: sed tamē potius ad lucem rationis, quæ in prole fulget, spectandum est: quanuis in re dubia infauorem fidei est inclinandum. ¶ Ad tertium argumentum posset vno modo responderi, canonem illum Toletanæ synodi non esse vniuersalem, sed peculiarem de Iudæis, eisdemq; masculini generis. Loquitur enim de matrimonio in Iudaismo contracto: admonetq; vt si vxores fidem catholicam profiteantur, viri admonerentur, qd si cum eisdem vxoribus manere voluerint, Christianismum suscipiant, alioqui separentur: quia cū perfidia Iudæorum peior sit q̄ ethnicorum infidelitas, maioriq; odio crucem Christi insectentur, præsentaneum periculum à maritis crearetur vxoribus, ne ab illis peruertantur. Quare dicere quis posset, eūdem canonem ad alios infideles non protendi. ¶ Sed nihilominus Diuus Thomas, & Ricardus & aliorū pleriq; prudentius tria tempora dignoscunt. Primum enim decursus processit ab Apostolorū ætate per annos sexcentos, quo quidem seculo feruor sanguinis Christi durauit, atq; adeo conuersio infidelium omnium, etiam Iudæorum frequens erat. Quo ideo tempore consilium Apostoli vsu seruabatur, ne fidelis coniux infidelem abijceret, sed illum ad Christum adducere studeret. Et præterea ne coniugati metuentes à coniugibus suis distrahi, grauem & odiosam haberent catholicam fidem, ab eaque suscipienda absterrerentur. Illoq; medio tempore floruit Aug. qui illud Apostoli cōsiliū contra Pollentium asseruit. Aliud deinde subsecutum est seculum, quo Iudæi, potissimū in Hispania obstinatius suam perfidiam tuebantur. Et ideo tunc circa annum Dñi DCXL facta est Toleti illa Synodalis constitutio, vt Iudæi nisi admoniti Christianismum susciperent, ab vxoribus distraherentur. Gētilium vero mariti non cum tanto rigore à Christianis vxoribus abigebantur. Tametsi eodem concilio aliud adiectum sit decretum, quod refertur can. Sæpè, eadem causa & quæstione, quo iusti sunt Christiani infidelium consortia vitare. Postmodum verò seculorum successione vsus inoleuit ecclesiæ, vt nemo infidelium cuiusuis sectæ fideli coniugi commorari permittatur. Neque verò mos iste Paulino consilio contrarius est: nam cum consilium illud non sit diuinum ius, sed tantum Apostoli quatenus ecclesiæ pastoris, potuit post eadem ecclesia pro tēporum varietate & cōditione diuersa idem interpretari aut mutare cōsiliū. Intellexit namque neminem infidelium postquam admoni-

Solu. 3. ar.

Distinctio trium temporum.

tus reuerit fidem suscipere, vllam de se spem relinquere conuersionis, atque adeo neque tu tō posse absq; iniuria fidei & Christi contumelia cum coniuge fideli vitam ducere. Fine autē & ratione, ob quam cōdita est humana lex, in vniuersum cessante, lex ipsa aboleri debet.

¶ Quod si roges, vtrum si nunc vlla spes existeret conuersionis coniugis, posset fidelis consilium Pauli sequi? vt pote si admonitus non sic fidem respueret, vt spem prorsus suæ conuersionis extingueret, sed diceret temporis se fortasse decursu nomen in Christianismum datum? Respondetur, minimè id licere, nam lex non respicit ea, quæ raro accidunt, sed quæ plurimū contingunt. Et ideo postquam ab ecclesia præscriptus est modus, quæcunque alia spes affulgeat, ille seruandus est. Admonēdus, inquam, & requirēdus est ecclesiastico more: quod si in mora fuerit conuersionem procrastinando, non diutiùs expectandus est, sed diuortium fieri debet. Veruntamen iustum legitimumq; tempus expectandum est, quo possit catechismus erudiri.

¶ In Insulis verò & in alijs infidelium prouincijs, vbi conuersiones crebriùs fiunt, papa posset, imò verò episcopus, inducias illas, quando foelix euentus speraretur, nec quippiam periculi superesset, prolongare. Nam cum hæc prohibitio ne fidelis cum infideli cohabitaret, nō diuino, sed Pontificio iure vim fuerit sortita, potest, vt supra diximus, super hoc, per summum Pontificem fieri dispensatio. Est tamen cautè videnda & cauēda infidelium simulatio, quorū peccus aliud condit, & aliud lingua profert. ¶ Sed alia hinc emergit non dissimulanda dubitatio, quanto scilicet, rigore ecclesia cohabitationem interdixerit fideli cum infideli coniuge: videlicet, si Turcarum aliquis vel aliorū infidelium in sua prouincia conuerteretur ad fidem, & tamen si suam coniugem abijceret, capite truncaretur, vtrum deberet potius mori quàm habitare cum illa. Respondetur, fortasse non posse rem eiusmodi euenire: nam neophytus ille propter conuersionem citius quàm propter diuortium occideretur. Sitamen latenter esset Christianus, & ne prodertur, maneret cum vxore, certè nullum contraheret peccatum: quia ecclesia non vult cū tanto periculo quempiam hac lege obligare. Dum tamen ius seruaret diuinum, quo tenetur quisq; cauere, ne consortium corrupti coniugis præsentaneum sibi offerat periculū peruersionis.

¶ Ad quartum respondent Theologi omnes, & secundum eos Innocent. capit. Gaudemus, de diuor.

Dubium.

Solutio.

De Insulis

Dubium.

Dilatio.

Solu. 4. ar.

Utrum fidelis ab vxore infideli discedens possit aliam ducere.



Endulus hucusq; est sermo, nisi naturam diuortij inter fidem & infidelem penetremus, vtrum scilicet fidelis, relicto potest ad alias transire nuptias. Et arguitur à parte negatiua. Ne xus matrimonij, vt distinet. 26. demonstramus, indissolubilis suapte natura est, adeo, vt quemadmodum dist. 33. dicebamus, Iudæus libellus repudij contra naturā militauerit: matrimonium verò, vt sæpe diximus, inter infideles contractum legitimum est: ergo, nulla prorsus ratione est dissolubile.

Nota.

Solu. 5. ar.

Solu. 6. ar.

¶ Ad quintum citra cōtrouersiam & à cunctis Theologis, & ab eodem Pontifice per eandem modò dictam rationem respondetur, qd cum Polygamia: scilicet, multitudo vxorum viuentium, sit contra ius naturæ: & quanuis illa Iudæis diuinitus fuisset permilla, tamen per euāgelicam legē eadem permissio fuerit extincta, & res ad ius naturæ reuocata, nequeunt illa geminata matrimonia in Christianismo tolerari, sed tanquā illegitima sunt dissoluenda, præterquam cū prima vxore, quæ vtiq; si conuertantur, sola est legitima vxor. Si verò illa conuersionem respuat, aliæq; cōuertatur, poterit maritus fidelis, cum quacunq; illarum, si libuerit matrimonium contrahere, sed non tenetur.

¶ Pari prorsus iure ad sextum argumentū de repudiatis vxoribus respondetur. Est enim repudium cōtra ius naturæ, vt latè & fufè distinet. 33. demonstrauimus. Et ideo si quis infidelitatis cæcitate vxore repudiata aliā duxerit, cum primū fidem susceperit, debet illam quam secundo accepit, abijcere, quia non est vera vxor. Sed si prima voluerit conuerti, cum illa debet, tanquam legitima, vitam viuere. Et quāuis illa alteri nupserit, nō potest illam tanquā fornicationis ream repellere: quia consentiente viro, imò ab ipso repudiata nupsit. Si verò aliter fuerit fornicata, potest ab illa diuertere quoad torum. Decisio est eiusdem Innocentij eodem ca. Quod si prima noluerit cōuerti, cū secunda poterit contrahere, nō obstante mæchia, quam illa cōmiserat. Et simili modo intelligendus est can. Euticiani Papæ. 28. quæst. 1. Siquis gentilis gentilem vxorem duxerit ante baptismū, post baptismū in eius potestate erit eam habere vel non habere: nā si dimiserit per repudium absq; tali fornicatione, & illa cōuertatur, nō poterit eam nō recinere: si verò nō conuertatur non poterit eam retinere.

si naturam diuortij inter fidem & infidelem penetremus, vtrum scilicet fidelis, relicto potest ad alias transire nuptias. Et arguitur à parte negatiua. Ne xus matrimonij, vt distinet. 26. demonstramus, indissolubilis suapte natura est, adeo, vt quemadmodum dist. 33. dicebamus, Iudæus libellus repudij contra naturā militauerit: matrimonium verò, vt sæpe diximus, inter infideles contractum legitimum est: ergo, nulla prorsus ratione est dissolubile.

¶ Secundo, Non minus est vxor infideli quàm filijs consulendum: & tamen quanuis filius dū est infidelitatis pertinax ius paternæ hereditatis amittat, nihilominus quotiescunq; postea conuertatur, eadem hæreditas, etiam si in aliū possessionem transferit, est ei in integrum restituenda: ergo parimodo quāuis vxor iniqui propositi tenax in infidelitate aliquandiu persistat, quoties cōuertatur, restituenda est viro suo: quod si ille aliud matrimonium iniecerit, fieri non potest: ergo ille nequit ad aliud matrimonium transire.

¶ Tertio, Hæresis tam pestifera est & perniciosa fidei, quàm infidelitas: imò vt in. 2. canonica ca. 2. ait Petrus, peius est crimen: Melius enim, ait, erat illis non cognouisse viam iustitiæ, q̄ post agnitionem retrorsum conuerti ab illo, quod eis traditum est, sancto mandato, & tamen catholicus non potest ab hæretico coniuge sic discedere, vt coniugale vinculū rumpatur: imò cum primū hæreticus ad sanā mētem redeat, tenetur cōiux illū & domo & toro suscipere, ergo neq; inter fidem & infidelem locū habet tale repudium.

¶ Quarto arguitur. Si propter infidelitatem, quæ est spiritualis fornicatio, fas esset matrimonium dirimere, cōsequeretur, id ipsum ob quodcūq; peccatum mortale licere: omne enim peccatum ex superbia descendit: initium autē supbiæ, vt habetur Ecclesiast. 10. est apostatare à Deo: & peculiariter de auaritia, ait Pau. ad Ephe. 5. quod sit idolorū seruitus, atq; adeo infidelitatis genus: sed ratione istorū non licet diuortij facere: ergo neq; ratione infidelitatis.

¶ In contrarium est, quod matrimonium infidelium licet sit iure naturæ legitimum & ratum: tamen non sic iure diuino ratū habetur,

Partis negatiue argum. 1.

2. Argu.

3. Argum. 2. petri. 2.

4. Argum.

Partis affirmatiue.

quin fit fidei gratia dissolubile: aliqui si infide-
lis sine cōtumelia saluatoris manere nequiret,
deberet fidelis ob bonū fidei grauen illud
perpetuū, vt perpetuū esset coniuge orbatus.

Decisio ar-
ticuli.

¶ Ad quæstionem sub distinctione duabus cō-
clusionibus respōdetur. Supponitur enim ex
primo articulo, quod per solam susceptionem
baptismi matrimonium non dirimitur. Quare
si alter admonitus cōuersionem pollicetur, ex-
pectandus est, dum non est in mora: & si con-
uertatur, matrimonium antiquum perseverat
& fit simpliciter indissolubile.

1. Conclus.

¶ Si verò alter duntaxat cōuertatur, tunc aut
infidelis vult sine contumelia Saluatoris coha-
bitare cum illo, de hoc est prima conclusio. Po-
test quidem tunc fidelis diuortium quoad to-
rum facere, non tamen sic infidelem coniugē
repudiare, vt possit illo vel illa viuente ad alias
transire nuptias.

2. Conclus.

¶ At si infidelis manere renuit cum fidei sine
iniuria fidei itaq; vel est in fidem iniurius, vel
in Christum blasphemus, vel in coniugem scā-
dalosus, quia illam conatur peruertere: de hoc
subditur secūda conclusio. In tali euentu fide-
lis potest & debet ab infideli discedere; & sic
potest eum repudiare, vt ipso viuente possit ad
alias nuptias cōmigrare. Et intelligūtur cōclu-
siones, vt superiori art. pari iure de vtroque cō-
iuge, siue maritus prior cōuertatur, quā vxor,
siue è diuerso. Distinctio est hic S. Thomæ, &
Gratiani can. Si infidelis. 28. q. 2. vbi Gregori⁹

S. Thom.
& comms.

ait, q; contumelia creatoris soluit ius matrimo-
nij circa eum, qui relinquitur. Et eadē est pror-
sus distinctio Innocentij cap. Quāto. de diuor.
vbi easdem conclusiones cōstituit. Atq; idem
docet cap. Gaudemus. eo. tit. Ratio verò discri-

Ratio di-
scriminis.

minis harum cōclusionū est, q; cum in priori
casu scilicet, optante infideli cum fidei coniuge
sine iniuria Saluatoris manere, non sit fide-
li necessarium infidelē abijcere, sed liberē pos-
sit eam retinere, non est cur eam liberē relin-
quens, aliam sibi possit copulare. In secūdo ve-
rò casu cum necessarium ei sit ab illa diuerte-
re nō debet citra culpam absq; vxore in
coelibatu viuere. Ob idque tūciure diuino cau-
sa fidei matrimonium dirimitur, vt aliud pos-
sit iniri. Et in hoc casu aiunt, in eisdem locis ci-
tati Pontifices habere locum verbum Pauli, si
infidelis discedit discedat: quia tunc frater con-
uersus aut soror, non subiectus est infideli plus
quam si fuisset simpliciter mortuus. Si verò
voluerit sine contumelia fidei manere cum il-
lo tunc licet conuersus non sit simpliciter sub-
iectus quoad cohabitationem, si non vult, est
tamen eatenus, vt interim nequeat aliud cele-

brare coniugium.

¶ Est tamen hic consideratē inter tempora di-
stinguendum, ne eorum confusio lectorem
seducat. Cōclusiones enim istæ sub eo sunt cō-
stitutæ tenore, vt tēporibus inferuēt, quibus
fidei cum infidele coniuge consentiente ma-
nere cum illo, licitū erat, imò consiliū comma-
nere. Etenim iā modò si infidelis admonitus cō-
uerti renuit, necessariò debet fidelis ab illo di-
moueri, atque adeò iure potest secūdæ cōclu-
sionis vti alias optando nuptias.

Nota tem-
porū distin-
ctionem.

¶ Aduersus hanc tamen cōclusionem extāt
nonnulla argumenta solutu necessaria. Chri-
stus enim Matth. 19. simpliciter inquit, vt quos
Deus coniunxit, homo non separet, nullam
faciens distinctionem. Eademque sententiam
exponens subdit. Quicūque dimiserit vxorem
suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit,
mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœcha-
tur, vbi nullam causam, nisi solam fornicatio-
nem, exemit. Quod si quis dicat, nomine forni-
cationis intellexisse etiā spiritualem, cum quis
cultus disparitate fornicatur, re vera cōmentū
hoc gratis videtur inuētū: tunc quia illic solū
lis agitabatur de fornicatione carnali: deinde
quia eadem ratione quoduis peccatum mortā-
le, posset dici fornicatio, vt per quod homo
Deum relinquit, licet non tam propriè quā
infidelitas, per quam radicitus eius fidem re-
spuit. Tandem quia nec facultatem illic dimit-
tēdi vxorem fecit, nisi quoad torum. Item Pau-
lus Roma. 7. nunquam mulierem matrimonia-
li iugo solui censet, quā per mortem coniu-
gis. Accedit cano. Si quis habuerit. 28. quæst.
2. vbi censet Meldēsis synodus seu potius Tri-
buriensis cap. 39. quod si quis habuerit vxorē
virginem ante baptismum, viuente illa post ba-
ptismum alteram habere non potest. Postre-
mò deniq; arguitur, quod ex verbis Pauli eius
modi matrimonij dissolutio non colligatur: id
enim duntaxat ait, quod si infidelis discedere
voluerit, discedat: non enim illi seruituti subie-
ctus est frater aut soror conuersa, sed debet
Christianus vxorem, & patrem & matrem &
filios atq; omnes necessarios, vt ait, Redēptor,
propter ipsum relinquere, non tamē ait, quod
possit alias inire nuptias. Vnde Caietan. super
eundem locum nō solum miratur, sed stupet,
quod torrens doctorum (verbum eius est) ex
hoc Paulino loco, cum Christus non exceperit
nisi fornicationis causam, interpretatur, q;
causa fornicationis spiritualis matrimonium
dissoluatur. Sed tamen negare minimè ausus
est eadem de causa dissolui propter antiquum
ecclesiæ vsū.

Obiectio

Fornicatio
spiritus.

Cā. Si quis.

Cale. of in

¶ At ve

Pau. 1. Cor.
7.

¶ At verò non est vsq; adeò demirandum: nā
præterquā q; sancti patres, potissimū in syn-
odo confidentes non humanis tantum ratio-
nibus subnixi, sed sancto flamine suffusi sacra-
interpretantur oracula: verba etiam ipsa Pau-
li non obscure id edocent. Nō enim illic gene-
ralem sermonem, vt Caietanus arbitratur, de
omnibus cognatis relinquentis facit, sed pecu-
liarem de discedente coniuge. Nam quod, ait,
fratrem & sororem non esse in huiusmodi sub-
iectos, non refert ad hoc, q; frater fidelis debet
relinquere sororem carnalem infidelem, aut
soror fidelis fratrem infidelem, sed Christianos
omnes more nascentis ecclesiæ appellat fra-
tres & sorores. Quasi dicat, neq; cōuersus sub-
iectus est vxori infideli, neq; conuersa infideli
marito. Et dicens, non esse subiectos, intelligit
esse à prisco matrimonio liberos, sicut dixit
ad Roma. 7. per mortem viri liberatā esse vxorē
quo. Secundo & inde quoq; patres eun-
dem sensum venati sunt, quod aliqui infide-
les rem durissimam exiltimarent, & quæ illos
à sacro baptisinate absterere posset, si neo-
phytus à suis vxoribus necessariò abigeret, ne
que aliarum eis coniugia permetteret. Hinc, in
quam, colligitur, Deum rationem dirimendi
matrimonia Apostolos ac subinde ecclesiam
docuisse. Et tertia ratio eademque potissima
est, quod illi, qui fidem baptismi deo non of-
ferunt, ad quam vniuersos mortales obligauit,
digni non sunt, quibus coniugale fœdus serue-
tur. Meritissimo ergo Gregorius & Innocen-
tius, nō quidē ex suo capite, sed ecclesiā Apo-
stolorum traditione sic intelligentes institutā,
eandem pronunciarunt veritatem. Et Ambro-
sius super eundem locum Pauli, & August. in
lib. de fide ad Petrum, qui refertur cano. Vxor
legitima. 28. quæstione. 1.

Pau. Ro. 7.
Ratio. 2.

Ratio. 3.

Gregorius.

August.

Solu. prime
Obiectio

¶ Ad primum igitur obiectōrū, respondetur,
q; cum fidelis ab infideli discedit, non homo
sed Deus dissoluit illud matrimonium: nō qui
dem propter illā exceptionem, quā Christus
Matthæ. 19. facit, quasi hæc sit fornicatio, vt
multi arbitrātur. Nam, vt modò arguebamus,
illic non fit mentio nisi de fornicatione carna-
li, non spirituali: quod infidelitas dicatur for-
nicatio, est sensus typicus, qui vt, ait, Augu. nō
est efficax, vt inde argumentum fumatur, ne-
que loquitur nisi de diuortio quantum ad to-
rum, sed propter rationes modo factas & testi-
monium Pauli sanè intellectum. Itaque Deus
quemadmodum eo ipso, q; religionē ceu per-
fectiorem statum instituit, per eius professio-
nem dirimi voluit matrimonium ratum Chri-
stianorū, ita & tāquam autor fidei, in qua sola

patet salus, per eius professionē alterius coniu-
gis, si alter eam detractauerit, matrimonium diri-
mit, quod homo dirimere neq; uiuerat.

Ad cano. Si
quis. 28. q.
2.

¶ Propter canonem autem Triburiensis syno-
di non defuerunt qui contra assertam veritatē
fuerint opinati. At præterquā quod synodus
illa non fuit, nisi prouincialis, respōdetur cano-
nem illum intelligendum secundum interpre-
tationem pōtificam, & sanctorum patrū, qui
iā allegati sunt: scilicet, si illa absq; cōtumelia
Saluatoris cum illo cōmorari voluerit. Quod
autem, ait, Virginem, nullū secūdum glossam
claudit mysteriū. Potuisset em̄ generaliter lo-
qui etiam de corrupta. Quāuis forsan insinua-
uit, q; si contraxisset cum vidua, liberius illam
relinquere potuisset, ne bigamiam post bap-
tismum contraheret. Opinabatur enim fortasse
synodus cum Hieronymo bigamiam ante ba-
ptismum penipsum extingui. Si verò illa vxor
cum marito vellet cōuerti, nullatenus poterat
deseri, quia matrimonium fiebat indissolubile.

Virginem.

¶ Alia verò dubia circa easdem conclusiones
sunt re vera perplexa. Primū enim ambigitur
quando eiusmodi matrimonium dissoluatur?
postq; vt dictum est, per solam susceptionem
fidei non dissoluitur. D. Tho. loco præfenti in
solutione. 1. ait, q; matrimonium, quod post in-
fide Christi contrahitur, soluit matrimonium,
quod prius in infidelitate contractum erat. Ita
q; docet, nunq; matrimonium dissolui quantū
uis infidelis habitare cum fidei recuset, quo-
usq; fidelis aliud matrimonium contrahat. Et
tūc generatio vnus est corruptio alteri⁹. Qua-
re si nunquam fidelis contrahit, nunquam an-
tiquum dirimitur. Ricardo verò art. 2. q. 2. hæc
non vsq; adeò placet opinio. Et argumentum
eius est: quia non videt quomodo possit fide-
lis secundum matrimonium cōciliare, nisi pri-
mum fuerit antea solutū. Et ideo, ait, q; matri-
monium soluitur cū primum infidelis renuit si-
ne contumelia habitare cū fidei. Atq; ad hæc
opinionem videtur Scotus propendere. art. 1.
dubio. 2. & glossa super citato cap. Si infidelis
28. quæst. 2. Vnde carmē illud emanauit, Sper-
nas spernentem vel blasphemare volentē: Nā
sunt absq; mora sic vincula rupta priora. Et vi-
detur textus ipse Gregorij opinioni huic pa-
trocinari, cuius verba sunt. Contumelia quip-
pe creatoris soluit ius matrimonij circa eum,
qui relinquitur. ¶ Nihilominus profectò mul-
to est probabilior opinio Diui Tho. cui Palu-
cum Durādo ad stipulatur. Et ratio est, quæ ex
Innocentio cap. Gaudemus, de diuor. colligi-
tur: nempe, q; quātūuis infidelis vxor in iua
perfidia persistat, iugumq; suaue Domini re-
cuset,

Quando bu
sunt re vera perplexa. Primū enim ambigitur
iustmodi ma-
trimonium
dissoluatur
D. Thom.

Ricardus.

versicali.

Can. Si infi-
delis. 28. q.
2.

Sentētia au-
thoris.

Ratio.

cusset, si tamen postea respiscat, & antequam fidelis maritus aliud matrimonium contrahat baptizetur, cogetur ille manere cum illa tanquam cum vera coniuge. Neq; obstat, qd ecclesia, vt ait, allegata glossa, sententiã diuortij protulerit: tum qd eiusmodi sententia fortẽ nõ est necessaria, tum qd illa ecclesia sententia vinculum matrimonij nõ rumpit, sed facultatẽ facit fidei illud per alias nuptias rumpendi.

Solutio. ¶ Respondent autem autores eius opinionis, qd ecclesia, imò ipsa cõtumelia infidelis dirimit matrimonium. Tamen postea dum idem infidelis conuertitur: cogitur tunc fidelis in fauorem fidei eundem coniugem resumere, sed tñ per nouum cõsensum, ac si diremptũ matrimonium sponsaliorum vim retinuerit. Sed certẽ hoc nõ est verisimile, imò crediderim, qd absq; nouo cõsensu priscum matrimonium perduret.

Exempla. Accedunt & ad hanc veritatem exempla, qd si cut sponsalia cum Maria contracta per matrimonium de presenti cum alia contractum frãguntur, & matrimonium ratum per ingressum religionis dirimitur, ita & matrimonium in infidelitate contractum, vt ait, D. Tho. per aliud in religione Christiana initum dissoluatur. Solutio hæc non parui refert: nam si vera est, quanuis infidelis ante matrimonium à fidei celebratum, cum altero infideli cõtrahat, & ambo post simul fidei lumine irradiati baptizentur, dissoluendũ est matrimonium illud, & suus coniux reddendus priori conuerso.

Ca. Si infidelis. 28. q. 2. ¶ Ad verbũ ergo Gregorij vno modo respondetur, quòd non, ait, contumeliam infidelis soluere vinculum, sed solum ius petendi debitum ante eius conuersionem. Et hoc denotat adiectio illa, Circa eum, qui relinquitur, quali ille fidelis relictus soluitur ab obligatione tori. Secundo respõdetur, quòd licet intelligatur vinculum etiam rumpi, nõ tamen id significatur per solam contumeliam fieri, sed illam ius tribuere aliud fidei ineundi matrimonium; per quod alterum dissoluatur.

Dubiũ. 2. 28. q. 2. ¶ Secunda dubitatio huic proxima est, vt rùm infidelis coniux, qui dicitur relinquens, eadem gaudeat libertate cõtrahendi aliud matrimonium, qua fidelis, qui relinquitur. Glossa enim super sepe citato. ca. Si infidelis. in dubium reuocat, num infidelis quandiu manet in infidelitate, possit cõtrahere. Et vttramq; opiniõẽ videtur vt probabilẽ relinquere. At verò S. Th. hic. & Ricardus art. 2. q. 3. & eadem glossa triperito respondent. Ait, enim primò D. Tho. matrimonium infidelium per illud, quod fidelis contrahit, omnino dissolui quo ad essentiam. Et ideo quantum ad ius attinet naturæ, illico

Respõsio. 1

posset etiam infidelis cõtrahere: quoniam matrimonium nõ claudicat ex altera parte. Quare si matrimonium ex parte fidelis iam solutum est, pari iure dicendum restat ex parte infidelis esse distractum. Addit verò secundo quòd, matrimonium claudicat quantum ad effectũ: scilicet, alterum contrahendi, quia propter crimen infidelis, qui nõ conuertitur, indicitur ei, ne possit matrimonium aliud inire altero viuente coniuge, etiã si ad alias conuolauerit nuptias.

¶ Contra hoc tamen assertũ militare videtur, qd cum ecclesia infidelibus ius nõ dicat, nequit eis huiusmodi pœnam indicere: & cum ius naturale, neq; diuinum, vt ait, Ricardus & alij, in fidelem illum iã priori matrimonio solutum nullatenus ab alio ineundo cohibeat, non apparet, quo iure illa decernatur pœna. Ad hoc respondendum crediderim primũ, quòd si eiusmodi infidelis alias concinet nuptias, matrimonium tenebit, quòd nec S. Thomas negat, neque vilis negare potest, postquam ille à prioris nexu enodatus est, sed tamẽ culpam committit mortalem cõtrahendo. Etenim (si mea non me fallit coniectura) ius ipsum diuinum suscipiendi baptismum, quod vniuersos mortales obligat, eo temporis articulo, quo alter coniugum orthodoxam fidem profitetur, peculiari ratiõẽ matrimonij, quo alter, scilicet, infidelis est fidei deuinctus, tenetur eũ in eadem Christiana religione sequi: & ideo si non conuertitur, peccat non solum in Deum, vt sapientissimè, ait, Grego. sed etiam in matrimonium. Quã ob rem nõ quidem ab ecclesia, que tali iurisdictione nõ fungitur: sed iure ipso naturali & diuino indicitur ei, ne fidelem coniugem relinquens, alterum sibi copulet.

¶ At verò (quòd tertium dictum est D. Thomæ) si tandem ad fidem conuertatur, & eius coniux altero est coniugio colligatus, cõceditur ei, vt alteras eligat nuptias. Intelligitur tñ, nisi forsan postquam eius coniux in Christianismo cũ altera contraxerat, infidelis ante conuersionem aliũ adsciuisset maritum: nam tũc, si coniux illa cum suo marito cõuertatur, matrimonium illud ceu firmum manere debet.

¶ Sed alia hæc quæstio protinus se insinuat: vt rùm votum solenne à neophyto susceptum eandem vim habeat dirimendi matrimonium antiquam, ac si nouum iõse pacifceretur. In primis quæstio est quando infidelis requisitus & commonefactus renuit conuerti: nam antea fidelis, vt nequit alio se implicare coniugio, ita nec religionis voto: non solum quia infidelis coniux dissoluitur tunc cõuertetur, verũ, qd neque omnino fidelis ab obligatio-

Respõsio. 2

Obiectio

Dilutio

Can. Si infidelis. 28. q. 2.

Respõsio. 3

3. Dubit.

Proponitur dubitatio.

ac

Dilutio ne reddendi debitum est absolutus. At verò post qd admonitus infidelis baptismum recusa uerit, nõ est dubium, quin fidelis possit, vt matrimonium inire, ita & votũ suscipere religionis: quin verò & citra religionem ad sacros ordines promoueri. Sed vt rùm per tale votũ sic dirimatur matrimonium, vt infidelis possit ad aliud commigrare. D. Tho. non respondet. Nihilominus de voto religionis nõ dubitatur, vt ait, Ricardus, & omnes alij, quin perinde ac nuptiæ, matrimonium dirimat. Idem enim in hac parte de matrimonio infidelium consummato censendum, quod de rato nondum cõsummato inter Christianos, quod quidem per profellam religionem dissoluitur. ¶ Sed re vera sacrorum ordinum susceptio perplexũ me hoc loco habet, an matrimonium in infidelitate consummatum dirimat. Videtur enim D. Tho. in respõsione quarti, responsum dissimulasse: nã voto religionis tacito quasi cõpertum sit, matrimonium illud dirimere, de sacris ordinibus initiato subdit. Quòd si vxor post cõuertatur, non est sibi vir suus reddendus, & hoc certissimum est propter votum adnexum ordinibus, quos ille legitime suscepit. Subdit verò, Sed debet sibi imputare in pœnam suæ tardæ conuersionis, quòd viro suo priuatur. Quibus verbis insinuat, non posse alteri nubere.

Dubiũ præsens.

Nota.

S. Thomæ solutio.

Asimili.

Argumentum.

Redargutio.

Nota.

Contraria opinio.

¶ Ad primum igitur capitalium argumentorum fati respõsum est. Nam etsi matrimonium infidelium sit natura legitimũ, nec per lege naturæ dissolubile, non est tamen sacramentum, neq; tam perfectum & ratum, quin iure diuino ratione fidei catholice, quæ fortius est vinculum, dirimatur, per quam tandem perficitur, sitq; simpliciter indissolubile. ¶ Quòd si redarguendo resurgas. Crimen matrimonij superueniens illud non dissoluit: sed si coniux infidelis vult sine contumelia saluatoris cum fidei cohabitare, matrimonium nõ dirimitur: ergo crimen superueniens contumeliæ nolentis cohabitare illud non dirimit. Ad hoc, qui tenet matrimonium per contumeliã dirimi, negarent antecedens: non tamen cõcedimus per solum illud crimen non dirimi: sed tamen fit per illud facultas, vt superueniens vel matrimonium vel solene votum religionis dissoluatur. ¶ Sed ad secundum respondetur, nõ existere parem rationem de prole & vxore: nã per disparem cultum superueniente nouo matrimonio fidelis antiquum rùpitur, in quo ideo vxorem restitui amplius non est possibile. Sed tamen per eandem cultus disparitatem ius paternum non extinguitur, quominus filij quotiescunq; post cõuertatur, iure & beneficio post liminij gaudere debeant: hoc est, ad eorum hæreditatem admitti. can. Deinde, dist. 26. & Authen. Idem est de Nestorianis. C. de hæreticis. & in Authen. Vt cũ de appella. cognosci. §. Generale. colla. 8. Postliminium enim est cũ ille, qui post limina prouinciæ relegat⁹ fuerat, tandem reuertitur, cui ideo iura sua restituenda sunt. Vnde titulus in. ff. nouo extat, De captiuis & postliminio reuersis. Et eadem de causa etiam vxor quotiescunq; reuertatur, debet dotis priuilegio gaudere, vt doctores super capit. Placet. de diuortijs, adnotare solent. Et mulieres, quæ credentes maritos in bello occisos vel aliter defunctos ad alias nuptias euolarunt, ipsis reuersis sunt restituenda. cano. Cùm per bellum. 34. quæstione secunda.

¶ At qui si de matrimonio rato inter Christianos argumentum ducas, id ipsum cõfirmatur: nam vt dist. 27. q. 1. secundum extrauagan. Antiquæ concertationi. Ioan. 22. sub titu. De voto. monstratum est, susceptio sacrorum ordinum in matrimonium ratum nequaquam dirimit. Item ad id vrgentiũs arguitur. Si eiusmodi ordinis susceptio matrimonium cum infideli consummatum dirimeret, sequeretur, qd si postea coniux conuerteretur, posset alteri nubere: quod quidem hoc pacto redarguitur. Si Papa post super votum sacerdotale castitatis dispensaret, que quidem dispensatio, vt distin. præcedenti dicebamus, si fieret, teneret, posset ille sacerdos secum aliam coniugem copulare. Quapropter inter Christianos contingeret, vt citra religionis votum qui veri erant coniuges, alia matrimonia potuissent contrahere. Certè argumenta conuincere videntur, matrimonium illud per sacros ordines neutiquam dirimi, atque adeò vxorem siue infidelitatis tenacem, siue fidem professam debere superstiti marito, nec religionem profitente vitam cœlibem ducere. Cui diuersa opinio fortẽ arriserit, debet si militudine matrimonij rati inter Christianos repellere, & conclusionem postremi argumenti, quæ absurda videtur, concedere.

Solu. 1. ar.

Replica.

Solutio.

Solu. 2. ar.

De filijs.

Postliminiũ.

quid.

Solu. 3. ar.

Innocen.

foemina hæretico nubés dotem amittat, capit. De creuit. de heret. in. 6. Et vidi causam hanc in Germania agitari. Contendebat enim illustriis Germaniam vxorem hæreticam repudiare, & alias inire nuptias, sed non fuit auditus, At verò potest & debet diuortium fieri quoad torū, præcipuè si periculum subuersionis catholico immineat, quod utique semper imminere censendum est. Verbum enim Pauli, Hæreticū hominem post primam & secundā correptionē deuota ad paternum & cōiugale atq; ad alia omnia necessaria vincula extenditur, vt illis non obstantibus, cōmercium talium hæreticorum euitet. At qui hic est omnium euetuum potissimus, in quo veritatē fortitur admonitio Christi, Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filium aduersus matrē suam &c. Matth. 10.

Paul. ad Tim. 3.

Matth. 10.

¶ Si verò talis hæreticus respiciēs ad obediētiam ecclesiæ redeat, illiq; recōciliatur, est dubiū, vtrum catholicus teneatur reconciliatam in suā domum & torum suscipere. Sed distinguendū est. Nam si hæresis non processit vsq; ad ecclesiæ cōdemnationē, sed fuit ille vel illa coniux priuatim emendata, tenetur catholicus pœnitentem, si verè pœnitens est, illā sibi recōciliare. Si verò illa coniux publico ecclesiæ iudicio fuit hæresis dānata ac subinde à coniuge separata, eidemq; ecclesiæ conciliata, tūc maritus catholicus potest, si vult etiā inuita vxore, religionē approbatā ingredi & profiteri, illam, scilicet, religionē, cuius solēnis professio impedit & dirimit matrimoniū. Et idem est de vxore si maritus fuerit hereticus. Decretum est ca. 1. vlt. de conuersio. coniuga. Et hoc catholico indulgetur ad cauendam infamiam facti, quæ ex cohabitatione cum hæretico vel hæretica recōciliata contrahitur. Quare tunc illa reconciliata non cōpellitur religionem ingredi, sed potest manere in seculo: quia facultas, quæ sit catholico, non debet vni inferre reconciliatæ, religionem profitēdi. Si verò non vult religiosus fieri, cōpellitur pœnitentem coniugem ad coniugale commercium suscipere. cap. De illa. & cap. Quāto. de diuor. In telligitur autem hæc cōpulsio dum modò ille reconciliatus sit adeò pœnitens, vt absq; periculo possit coniux manere cum illo.

Nota.

Obiectio.

Distinctio.

¶ Quod si arguas. Peior est fornicatio spiritualis per hæresim, quàm carnalis per adulterium: sed post separationem tori fornicationis causa, etiam adultera emendatur, non tenetur innocens eam pœnitentem suscipere: ergo nec respicientem hæreticam. Negatur consequentia multis de causis, quas glossa eodem. cap. recitat: nam per hæresim sola ani-

ma cōmaculatur, sed per fornicationē anima & corpus, quod coniux magis abhorret. Item, quia si adulterā post maritus agnosceret, bigamie labē cōtraheret. Ad tertio, quod fornicatio magis è diametro fidei m̄rimonij aduersat. ¶ Si verò scisciteris, vtrum ille coniux recōciliatus possit inuita vxore catholica, vel vxor reconciliata inuito viro catholico religionē ingredi, respondetur, minimè posse sine catholici facultate: nam illa indulgentia facta est innocenti in eius fauorem. Quare nec sufficit licentia catholici, nisi ipse etiā ingrediat religionē.

Rationes differentia

Dubium.

¶ Vtrum verò catholicus possit inuita vxore, quæ fuerat hæretica, sacros ordines suscipere & manere in perpetuo diuortio. Respondet, q̄ licet hoc nō sit expressum in iure, credēdū tamē est illud posse. Ratio enim quare potest religionem profiteri, est, q̄ cum diuortium quoad torum iudicio ecclesiæ cōdemnantis vxorem de hæresi factum fuerit, facta est facultas catholico per votum solenne castitatis in perpetuo diuortio permanere, quod quidem votum sacris etiā ordinibus adnexum est. Et ideo sicut de diuortio fornicationis causa dicebamus, potest vir vt religionis votum, ita & ordines sacros in seculo suscipere. ¶ Quartū argumentū partim dist. 37. art. 1. dilutū reliquim⁹ illic enim disputauimus, vtrum propter alia peccata quæ fornicationis causa liceat diuortium facere quoad torū. Nūc ergo hoc tātū adiiciendū est, vt cuncta liquidò sub cōpendio clarescāt. Crimen enim simpliciter loquēdo, nullū est, quod matrimoniū possit dissolueri siue cōsummatū, siue nō nisi ratū. Nam inter Christianos ratum solum per ingressum religionis dirimitur, inter fideles verò altero eorū conuerso coniuge crimen alterius conuerti reuertentis non sufficit per se matrimonium dirimere, sed ius facit, vt per sequens matrimoniū dirimatur. Præter hunc tamen casum vniuersalis est cōclusio, q̄ ob nullū prorsus crimē aut causam matrimoniū quoad vinculū dirimitur. Attamen quoad torū multitudine opus est distinctione. Potest enim fieri diuortium quoad torū & propter fornicationem carnalem, & propter lapsum in hæresim vel apostasiam, quæ fornicatio spiritualis est: diuersimodè tamen: nā in fornicatione vnicus sufficit actus, sed tamen in hæresi non propter vnici ad duos faciendū est diuortium, vt Diuus Thomas distin. 35. art. 1. in solut. 3. adnotauit, quousq; persistat post admonitionem hæreticus in sua perfidia, vel periculum alteri cōiugi offerat. Atq; hæc sola peccata sunt, quæ per se diuortium quoad torum secum adferunt. Primum, scilicet, quia fidei matrimonij contrariū est, &

Solu. 4. ar.

Crimen ne quit matri moniū dissolueret.

Conclusio.

Quoad torum.

Nota.

est, &

Aliorū criminū distinctio.

Nota.

L. Confensu procedit hodie quoad diuortium tori.

Obiectio.

Fornicationis nomine que intelligatur.

est, & secundum, quia catholice fidei aduersatur.

¶ Cæterum inter alia vniuersa crimina scelera & flagitia distinguendum est: quia aut sic sunt peccata in vno coniuge, vt ille non molitur alterum peruertere. Et secundum hanc considerationem peccata non adferunt rationem diuortij, neque ius habet alter coniux ea ratione à scelesto discedendi, nisi fortè, vt hic ait, S. Tho. in tempus se velit vir ab vxore scelera subtrahere, vt per priuationem illius solatij castigata emendetur. Atq; id potissimum quādo crimina essent grauiora, quod & vxor eodem iure valeret, si de facto posset. At verò si crimina illa vel in perniciem vergūt corporalem & periculum coniugis, aut potissimum in detrimentum spirituale, tūc posset deberetq; alter à cōsortio eius dissiugi, & dum per se nō posset deberet beneficio iudicis aut ecclesiastici aut civilis vti. Crimina primi generis sunt illa, quæ lege. Confensu. C. de repudijs. exprimitur. Vt si vxor veneficia sit, aut liberorū interfecitrix, aut substantiam mariti deprædetur: aut si maritus periculum necis vxori offert, aut seuitiā in eam exercet, vt habetur cap. Literas, de restitu. spol. Secundi generis crimina sunt, si coniux coniugē ad latrocinia inflecteret, vel alios corruptos mores ei moliretur impingere: tūc enim posset deberetq; alter à nequam illo & corruptore coniuge discedere, vt habetur ca. Quæsiuit. de diuortijs. iuxta Domini admonitionem Matth. 5. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & eice à te: & si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce ab te: vbi glossa in dextro oculo dexteraque manu, vxorem, patrem & filios atque alios necessarios agnoscit.

¶ Quod si arguas. Nullum ergo est discrimen inter fornicationem aut alia vitia quoad rationem diuortij. Negatur omnino consequentia, imò est discriminis plurimū: fornicatio enim ratione iniustitiæ toro cōiugali illata ius facit alteri ab eodem toro diuertendi. Et ideo quantum fuerit fornicatio iam pridem elapsa, & correctæ, potest vir vxorem in perpetuum dimittere. Sed propter alia crimina discedere nō potest, nisi quando de præsentibus sunt: & non emendantur, dirigunturque & referuntur ad peruertendum coniugem. His enim causis cessantibus repetendum est coniugale commercium. Et per hoc solutum restat argumentū. Nomē quippe fornicationis in sensu proprio & literaliter non nisi carnali turpitudini conuenit: cætera verò peccata nō nisi per metaphoram spirituales fornicationes nominantur, inter quas in

fidelitas & hæresis potissimum eodē nomine designatur: ob id quod prima despōsatio cum Deo fit per fidem, iuxta illud Osæ. 2. Desponsabo te mihi per fidem: & iuxta illud Pauli, Despondi enim vos vni viro virginem &c. Quare August. can. Idololatria. 28. quæstio. 1. idololatriam & omnem superstitionem fornicationis nomine censet. Quocirca hæc duo crimina specialem rationem habēt diuortij, reliqua verò minimè. Nam & auaritia itidem per translationem & similitudinem dicitur idolorum seruitus: ob id quod auarus perinde aurū adorat & colit, quod fallens bonam est, atque idololatra falsos Deos.

Augustin.

DISTINCTIO quadragesima. De cognatione carnali.



nter impedimenta, quæ concederandis stipulandisque nuptijs obstant, cognatio tandem postremum obtinet locum. Est autem triplex, scilicet, carnalis, spiritualis, & legalis. Carnalis autē in consanguinitatem & affinitatē bipertitur. Est ergo consanguinitas vinculū ab eo destipite descendētium, carnali propagatione contractum. Et quantumvis olim plures gradus texerentur, iā tamē nūc tēporis satis est vsq; ad quartum gradū bicornē arborē, duorum scilicet ramorū, extēdere, vt stipite extra numerū posito fratres sint in primo, & in secūdo nepotes, & pronepotes in tertio, ac demū abnepotes in quarto, vt ex canone. Zachariæ Pontificis colligitur. In quibus

Text. Cap. 1.

Consanguinitas definitio.

Ca. Parent. 35. 9. 5

bus duab' lineis hoc obseruadū, vt nemo vni' rami ppinquior esse sanguine censatur alieni rami, quā ipse est stipiti, nempe, vt quartus vnus lineæ eodem quarto gradu à quocunque alterius, scilicet, tam ab eo, qui est in primo, quā ab eo, qui est in quarto, distet. Ille autem, qui propinquior est stipiti per diuersos gradus ab alijs alterius lineæ distat. Qui enim in vno cornu est in primo gradu ab eo, qui in altero est in secundo gradu, eodem secundo gradu distat: & ab eo qui est in tertio distat tertio &c. Itaque quoto gradu remotior ab stipite, eodē ambo inter se distant.

Cap. 2. ¶ Ex sic compositis dispositisque gradibus aliqui sunt, qui iure naturæ à nuptiarum ritu depulsi sunt, at que alij, quos ius diuinum sub lege Mosayca prohibeat, demum alij, quos lex pontificia vetat. At verò cum vetusta lex, quantum ad ea, quæ ceremonialia, iudicialiaq; continebat, per legem Euangelicam fuerit prorsus antiquata illarū prohibitionum, quæ Leuitic. 18. extant, nulla penitus sub Evangelica lege ducenda est ratio, nisi quatenus præcepta moralia insinuabant, quæ ex iure naturæ perpendenda sunt. Gradus ergo primus rectilineus, qui est inter parentes & natos, sic est prorsus, id clamante natura à coniugali copula explosus, vt ob nullam vnquam necessitatem fuerit tale matrimonium permissum.

Leuit. 18.

Est enim filius, vt ait, Philosophus, pars patris. Quapropter coniunctionem patris cum filia, aut filij cum matre natura quantum potest tantum semper exhorruit. Imò & inter auos & nepotes similem commistionem fortè abominatur. Tametsi quòd consanguinitatis necessitudo in infinitum abeat, nulla ratio persuadet. Cæterum primus consanguinitatis gradus in trāsuerfa linea: nempe, inter fratres, licet non tantam, quantam in recta, efficaciam habeat: quapropter in orbis ortu ob necessitatem propagandi generis nostri fratres iure matrimonij conuenerint, nihilominus, illa expleta necessitate, sic ille gradus, vt. 15. de ciuita. Dei author est Augustinus, nuptijs aduersatur, quasi nunquam licere potuerit.

Aug. c. 6.

¶ Alios verò secundos ac subinde longiùs semotos gradus non natura, neque verò iam post orbem redemptum lex vlla diuina, sed tamen ecclesia diuinitus instructa à connectendis nuptijs merito coereendos curauit. Et primū quidem, quanuis, vt apud Gregor. Magnum & Isidorum atque alios antiquos patres. 35. quæstio. 3. & 5. videre est, qui ad sextum vel septimum secundum variam supputationem illos protendebant: tamen temporis curriculum experimento docuit tam longam decurtandā seriem. Quocirca sanctum concilium sub Innocen. tertio, ca. Nō de

Innoc. 3. bet

ARTICVLVS. I.

Utrum definitio consanguinitatis consueti solita, rei definitæ competat.



Ractatum impedimentorum matrimonij, dist. 34. in nouē distinctiones: nēpe, in tres ternos dispersiti sumus, in quorū hoc postremo: his videlicet, tribus subsequētib; distinctionibus, de impedimento cognationis & affinitatis tractare proposuimus. Quæritur ergo de nomine & re consanguinitatis, vtrum scilicet, consanguinitatis definitio consueti solita sit legitima. Illa verò apud omnes, tam theologię quā vtriusq; iuris professores hęc est receptissima. Consanguinitas est vinculū ab eodē stipite descendētiū carnali propagatione contractū. Et arguitur primo cōtra nomē Labā, vt. Gen. 29. legitur dixit ad Iacob, Os meū, & caro mea es: idq; ratione cognationis inter eos contractæ: ergo eiusmodi propinquitas potius carnalitas debet, q̄ consanguinitas nuncupari. ¶ Secundò. Si consanguinitas propter propagationem ab eodem stipite cōtraheretur, viuēsi mortales, vt pote qui ab Adam deriuantur, consanguineorū nomine cēfendi essent: quod tamen vsus non recepit.

Consanguinitatis definitio. Partis negatiue ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua.

Cognatio.

Cognatio triplex.

Iuris periti

Prohibitio nis cause.

Prima.

Secunda.

Tertia.

bet. de consanguini. & affinit. satis duxit vsq; ad quartum gradum eodem sanguine cognatos, ne coniunges fierent, prohibere. Causæ etenim, quibus huiusmodi prohibitiones honestantur, vltra illum gradū non procedunt. Affertur enim in causis primū, quòd cum eiusdem sanguinis feruor amorem ingeneret, non decet, vt Philosophus in Politicis autor est, carnalem alium ei adhibere, ne carnis illecebræ nemiū per congenitatum amorem exardescat. Mox quia cum consanguinei intra eosdem lares commorentur, nisi eis religio aditum ad matrimonia occluderet, in præsentaneo incestorum periculo versarentur. Demum vt nuptiarum iura inter diuersos sanguines composita amicitiarum rationes latius propagaret. Nihil tamen istorū vltra quartum gradum locum habet, sanè cum tā longa auorū & proauorum series in rebus humanis superstes esse nō possit, atque propaginum ordo vsque ad eò tunc elangueat, vt vix amplius ius amicitia familiaritatis retineri sufficiat. Quare non est cur vltra quasi in carceribus & repagulis homines, ne se nuptiarum ritu cōfederent, teneantur.

DISTINCTIONIS
 Quadragesimæ, Quæst. vnica.
 De cognatione carnali.

appellentur quomodocunq; ad eundem sanguinem attineant, vt patru: nempe, frater patris, tam agnatus sit qua cognatus. Titulus autem iuris canonici has distinctiones non meditatatur, sed generaliter inscriptus est, De consanguinitate & affinitate, vt consanguinitas dicatur coniunctio, in eodem sanguine: sed affinitas sit coniunctio, qua per carnalem sit copulam. Nam cum vir & vxor per copulam fiant vna caro, fit vt consanguinei vni? fiat alteri affines.

¶ In hac ergo distinctione disputandum nobis est de consanguinitate, & in subsequenti de affinitate, & in quadragesima secunda de alijs duabus cognationibus: scilicet, spirituali & legali. Ad quaestionem ergo vnica breuissima conclusio respondetur, praedictam consanguinitatis definitionem esse optimam. Vbi adnotandum est, omnem amicitiam, vt. 8. Ethicor. auctor est Philosophus, super aliqua societate & communicatione collocari. Haec autem societas aut naturalis est, aut civilis: nam omnis communicatio ad vnu vinculum refertur, quo plura communicant, & ceu nodo quodam colligantur. Ob idq; secundum diuersas vinculorum rationes diuersae species amicitiae sumuntur, quae diuersa fortuntur nominina. Et vt ad civilibus exordiamur, inter Regem & ciues, interq; ipsos eosdem ciues amicitia intercedit in illa communicatione & societate fundata, quae est gubernatio, Rex enim, vt ibidem ait, Philosophus, ad ciues, vt pastor se ad oues gerere debet. Ob id nanq; Homerus Agamemnonem pastorem populorum nuncupauit. Et qui eiusdem sunt fortis, confortes appellantur: hoc est, eiusdem conditionis & qualitatis: & qui eadem mensa participant, commensales. Eadem ergo ratione in naturae necessitudine & vinculo qui ex eodem sanguine nati sunt, consanguinei nuncupantur, veluti qui eodem lacte fuerunt nutriti, appellantur, collactanei fratres, quauis diuersis fuerint parentibus geniti. Vnde Philosophus ibidem cap. 12. consanguinitatem naturale amicitiae genus esse docuit.

¶ Igitur cum in definitione dicitur, consanguinitas est vinculum. Ricardus atq; alij non arbitrantur esse praedicationem idem (vt cum dialecticis loquamur) sed causalem: hoc est, consanguinitas est vinculi causa. Attamen forte e conuerso potius dicendum est, vinculum esse causam consanguinitatis: cognatorum enim vinculum est idem sanguis, & consanguinitas est communicatio plurium in eodem sanguine, quae ideo nihil aliud est quam relatio quaedam & habitudo realis ad eundem sanguinem. Siquidem sanguis vinculum est, & glutinum, quo plures

colligantur. Quauis si vinculum accipiatur pro amicitiae iure, quo consanguinei obligantur, consanguinitas, potest dici eiusdem vinculi causa. Stipes autem est persona & origo, a qua tantum a fonte eiusmodi pro manauit sanguis. Veluti Adam prima radix fuit & stipes humani generis, a quo vniuersi mortales ceu rami eiusdem arboris pullularunt.

¶ Sed arguas forsitan contra definitionem. Sequeretur inde patrem & filium non esse consanguineos: quia non ab eodem stipite ambo descendunt, sed vnus ab altero. Respondetur primo, qd ambo descendunt ab auro, praeterquam Adam & eius filij. Secundo, qd sub distinctione sensus est, vel ambo ab vno descendere, vel vnum ab altero. Neque vero descendus per carnalem concubitus requiritur: quoniam Christus & eius sacratissima mater opera spiritus sancti consanguinei fuerunt. Eua tamen nullatenus fuit Adae consanguinea: quia ab illo non carnali propagatione descendit. Carnalis enim propagatio fit per decusum sanguinem vel vtriusq; parentis vel saltem matris, vt in beatissima virgine. Eua vero nec per semem nec per sanguinem ab Adam descendit, sed ex eius osse Deo carnem superducente fabricata est, non in ventre, sed extra. Quare nec genita fuit ab Adam, nec coepta nec parta. Neque vero ambo per carnalem propagationem, sed a Deo ambo creati sunt.

¶ Quod si quis tandem arguat. Consanguinitas nomen quoddam convenientiae est: conuenire autem homines, qui ex materia tantum & forma constant, non possunt nisi aut ratione formae, aut ratione materiae: convenientia vero ratione formae est specifica, in qua vniuersi mortales conueniunt: in materia vero omnes differunt, etiam fratres: quia secundum materiam homines numero distinguuntur: ergo consanguinitas nulla est convenientia. Respondetur consanguinitatem non esse convenientiam specificam ratione formae, sed materialis, sanguis enim ad materiam spectat, vt caro. Et quauis in diuersis indiuiduis diuersae sint numero materiae, est tamen idem sanguis in ordine ad causam efficietem: quia, scilicet, ab eodem stipite & radice pullulat: veluti idem est riuulus, qui ab eodem effluit fonte.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, denominationem a proxima materia fieri debere, quae quidem se habet vt forma respectu materiae remotae. Id autem, qd proxime in semet conuertitur, non est alimentum aut caro, sed sanguis, vt. 15. de animalibus auctor est Philosophus. Ob idq; vinculum illud, quo consanguinei colligantur, est glutinum, quo plures

Species quid

Obiectio.

Dilutio. 1.

Solutio. 2.

Eua.

Alia obiectio.

Solutio.

Solu. 1. ar.

glutinantur, est sanguis. Quare cognatorum communicatio consanguinitas potius quam carnalitas dicitur. Tametsi conseruerint cognati vnum os, vnaq; caro ob id nuncupari, quod sanguis, qui in semen viri, aut in menstruum foeminae conuertitur, potentia est caro & os.

Solu. 2. ar. ¶ Ad secundum negatur consequentia. Est enim definitio sane intelligenda, vt cum dicitur, vinculum descendit ab eodem stipite, intelligatur cuius stipitis virtus in eisde perseveret. Virtus autem agentis cum per multa deducitur media, attenuari incipit & debilitari, adeo vt tandem deficiat. Virtus tamen patris non solum mouet ad id, quod est speciei, secundum quam vniuersi mortales sunt similes, verum & ad id quod est proprium indiuidui. Quae utiq; ratione filij patris, & nonnunquam aui nepos imaginem refert, complexionisque & morum effigiem, quae quidem indiuidualis conuenientia dicitur consanguinitas. Attamen virtus illa paterna non secundum totam perfectionem descendit in filium, & debilius elabatur in nepotem: quae utiq; ratione vt lib. 1. Etymologiae cap. 6. ait Isidorus, & refertur distinct. 35. quaest. 4. cap. Consanguinitas dum virtus illa paulatim per propaginis ordinem exhauritur, consanguinitas extinguitur. Quae modo in arbore truncus radicibus proximus robustior est, mox rami, quod trunco propinquiores, eo sunt valentiores: deinde tamen ramusculi adeo propagantur exiles, vt tandem in cacumine euanescent. Ricardus vero & alij non prorsus hanc rationem approbant, eo qd haec virtus fortior est multo in vno quam in alio. Et ideo consanguinitas in vno stipite latius propagaretur, quam ab alio descendens. Non tamen tam superstitiose rationes quae a similitudine ducuntur usurpandae sunt, sed secundum ea, quae plurimum contingunt. Et certe similitudo arboris optima est: nam illo modo nobilitates, familiarumque strenuae & illustres quod a trunco plus elongantur, eo magis degenerant, & tandem fieri contingit, vt in paupertatem collapsae dispereant. Atq; hac de causa iura primogeniturae, & facultatum diuitiarumq; amplitudines inueniuntur, vt domus illustres veluti ossa reipublicae & columnae perseuerarent: nam genus & virtus, vt ait, Lyricus, sine re vilior alga est. Accedit nihilominus & alia ratio, qd cum consanguinitas, vt ait, Philosophus, genus sit amicitiae eatenus protenditur, quatenus secundum communem cursum eiusmodi amicitiae affectionisq; respectus & cognitio perdurat. Per quot autem gradus iure naturae dilatetur, ar. 4. videbimus.

Filius patris quoadque imitatur.

Nota.

Simile.

Ricardus.

Nota.

Ratio. 3.

Solu. 3. ar.

tum. Non, inquam, communicatio sanguinis nudè considerata consanguinitatis nomen obinet, sed quatenus est amicitiae & humanitatis fundamentum. Bruta vero animales, quae cognitione finis carent, & libertate, qua suarum possint actionum habere dominium non sunt amicitiae capaces: tametsi nonnullam praesferant societatis effigiem & amoris. Ob idq; in brutis consanguinitas non habet locum.

In brutis.

ARTICVLVS. II.

Utrum consanguinitas per lineas & gradus commodè distinguatur.

¶ Quoniam consanguinitas instar arboris depingitur, quaeritur vtrum per lineas & gradus distinguatur. Et arguitur a parte negatiua. Linea consanguinitatis nihil aliud est, quam personarum collectio, quae sunt consanguinitate coniunctae: collectio autem huiusmodi eadem ipsa consanguinitas est: non ergo linea pars est, ex qua consanguinitas constet.

Partis negatiuae ar. 1.

¶ Secundò, Gradus est habitudo distantiarum personarum, consanguinitas autem est propinquitas vnus ad alium: distantia vero & propinquitas sibi opponuntur: ergo consanguinitas non constat ex gradibus, alioquin vnum contrarium componeretur ex altero.

2. Argum.

¶ Tertio. Si consanguinitas per gradus distinguatur & cognoscitur, sequeretur, quod quicumq; inter se eodem gradu distarent, aequali consanguinitate tertium attingerent: consequens tamen est falsum, vt colligitur. ex can. Gregorij. Porro. 35. q. 5. na ego & frater meus in primo gradu distamus: & tamen filius fratris, qui primo gradu distat a suo patre, secundo distat a me.

3. Argum.

¶ In contrarium autem est auctoritas Isidori quae refertur eadem causae & quaest. canon. Primo gradu. & canon. Ad sedem. Alexandri. 2. quibus consanguinitas per lineas & gradus distinguatur.

Partis affirmatiuae.

¶ Ad intelligentiam quaestionis huius praenoscere oportet, quod linea consanguinitatis, vt D. Th. hic & doctores aiunt, est ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendentiū diuersos continens gradus. Collectio autem personarum, vt ad primum argumentum cum D. Tho. respondeamus, non est idem quod consanguinitas: nam collectio sunt ipsae personae complexim sumptae, vt pater, filij & nepos &c. Veluti populus est personarum multitudo.

Linea quid

Solu. 1. ar.

Titul. de consanguinitate & affinitate.

Conclusio.

Amicitiae diuersae species.

Homerus.

Consanguinitas est vinculum.

Consanguinitas verò est relatio ipsa: putà, habitudo & respectus inter personas: veluti ordo est relatio inter magistratus & reliquos: ciues: Itaq; linea dicit personas, quæ sunt relationis consanguinitatis extrema.

Gradus qd.

¶ Gradus verò est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur, quã distantia personarum inter se differant: vt habitudo filij ad patrem est primus gradus: quoniã inter illos nulla persona media distat, sed dicitur primus gradus: quia est prima distantia. Gradus quippe ascensum siue descensum significat: descensus autem duo extrema & terminos designat: scilicet, à quo & ad quem. Quare eiusdem ad seipsum gradus esse non potest. Et ideo cauenda est fallacia, quam quis posset contrahere, imò aliqui contrahunt ex illo verbo Institut. & ff. de gradibus, desumpto ab Isidoro can. Primo gradu. 35. quæ est: 5. vbi habetur, qd primo gradu sunt supra pater mater, infra filius filia. Nò enim pater & mater ponuntur primus gradus, sed vt primus extremum primum gradus, qui terminatur ad filios: Quòd si arguas. Gradus, id est est, quod consanguinitas: nam eadem ipsa distantia inter patrem & filium est consanguinitas. Respondetur, quòd quauis eadẽ intercedo sit gradus & consanguinitas, diuersis tamen rationibus consideratur: nã per idẽ spaciũ res duæ appropinquat, per quod distat. Propinquitas ergo filij ad patrem est consanguinitas, sed qua ratione distat dicitur primus gradus: & ideo sunt duæ relationes ratione distinctæ.

Obiectio.

Dilutio

Solutio. 2.

Argum.

Linea.

¶ Et per hoc respondetur ad secundum argumentum. Distantia enim huiusmodi & consanguinitas non opponuntur, sed sunt idem re, ratione diuersa. Sed distantia illa, quæ eo vsque à primo stipite procedit, vt omnes consanguinitatis gradus transgrediatur, nempe, si in quinto gradu quis ab stipite distaret, illa iam esset consanguinitati contraria.

¶ Hinc fit, qd linea ex pluribus gradibus constat: est enim linea personarum series, vt quæ constat ex patre, filio, nepote, pronepote, & ab nepote. Quòd si arguas. Linea inter duo tantum extrema puncta secundum Philosophos concluditur: ergo non potest ex pluribus constare gradibus. Distinguitur antecedens. Si enim accipiatur linea pro vna dimensione & specie quantitatis, vt superficies & corpus, conceditur duo duntaxat habere puncta in actu, sed tamen habet plura in potetia: quia in quolibet puncto secari potest, vt in duas medietates, & quatuor partes &c. Impræsentiarum verò accipitur linea pro rebus ipsis dimensis, & linealiter ordi-

natis, quæ quidẽ linea constat ex pluribus unitatibus seorsum dimis, sicut numerus.

¶ Ex his ergo colligitur affirmatiua conclusio, qua ad quæstionem respondetur. Consanguinitas per lineas & gradus distinguitur. Quod est dicere, Sanguinis propinquitas inftar arboris per ramos pluresq; subinde ramulos diffunditur & propagatur.

¶ Distinguitur autem linea triplex: scilicet, de Linea triscendentium, ascendetium, & transuersalis, quæ plex.

est collateralium. Nam cum consanguinitas, vt 8. Ethico. capit. 12. ait, Philosophus, sit sanguinis communicatio, triplex, inquit, est. Vna siquidem consideratur secundum habitudinem principij ad principiatum, qualis est descensus patris ad filium, filijque ad nepotem &c. Vnde, ait, quòd patres diligunt filios, tãquam partes ab ipsis decidas, atque ab ipsis existentes.

Alia vero est secundum habitudinem principij ad principium, qualis est ascensus filij ad patrem & patris ad auum, &c. Et ideo, ait, quòd filij diligunt patres tãquam illos, à quibus existunt, & sicut partes suum totum. Quo fit vt hæ duæ lineæ non sint re diuersæ, sed sola ratione & consideratione: nam per eandem scalam descenditur & ascenditur. Tertia est linea transuersalis, quæ ad collaterales transuertitur, qualis est inter duos fratres, & inter duos fratruales, qui sunt fratrum filij: & inter patruũ, qui est frater patris; & filium fratris, Igitur si hunc ramorum ordinem & graduum consanguinitatis inspexeris, reliqui oēs gradus à primo, qui est inter patrem & filium oriuntur, & in illò tãquam linea in centro connectuntur.

Ratione enim patris auus & proauus connectuntur filio eiusdem patris, sicuti & nepos & pronepos, & reliqui ratione eiusdem filij vniuntur eius patri & superioribus. Item fratres ratione parentum inter se vniuntur: & ratione eiusdem trunci colligantur patruales cum consobrinis, & omnes breuiter transuersalis lineæ. Veluti omnes affines, vt distinctio. sequen. dicitur sumus, compinguntur & compaginantur in vinculo mariti & vxoris. Etenim quia illi per copulam carnalem efficiuntur vna caro, omnes consanguinei vxoris efficiuntur affines mariti, & vicissim omnes consanguinei mariti fiunt affines vxoris.


¶ Hanc consanguinitatis arbore, vt. 35. quæst. 5. & in titulo de consangu. & affinit. est videre, tanta ramorũ & ramulcorũ multitudine interpretes depingũt, vt confusionẽ potius oculis q̃ lucem offundãt: cum tñ ad rei intelligentiã satis sit duas lineas ab eodẽ stipite quatuor gradib; cadetes sub hac bicorni forma. delineare.

In qua

Conclus.

Consanguinitas triplex

Transuersalis



Declaratio arboris.

IN QVA vtique figura ab Adam primo parente per alterutram lineam rectã descenditur, cuius primus gradus est filius, secundus nepos, tertius pronepos, & quartus abnepos. Et per eandẽ rursus ascenditur, eo tamen ordine, vt qui erat descendendo, abnepos, relinquatur tanq̃ primus filius & terminus. Vnde primus gradus sit pater, quidẽ descẽdẽdo erat pronepos.

Secũdus: auus & tertius proauus: & quartus, abauus, q̃ est ipse Adã. Transuersim autẽ ab vna linea ad alterã diuertatur, vt inter duos primos filios & filias qui sunt Germani fratres primus gradus agnoscat: & inter nepotes secũdus &c. ¶ Verũ est tamẽ, qd in ista supputatione transuersalium linearũ diuersam rationem Cæsares suis ciuilibus legibus secuti sunt, quam in suis canoni.

324

F. D. Soto.

in Quart. sen

Justinian.

canonibus Pōtifices. Nā iure ciuili ex vno gradu iuris canonici fiunt duo: quā utiq; ratione duplantur, ac subinde reduplantur, vt Alexander. 2. cano. Ad sedem. 35. q. 5. refert, qui quidem canon in concilio Lateranensi ad condēnādum supputationem ciuilem sancitus fuit. Enimvero Iustinianus in Authētica, de hæredibus ab intesta. veniē. colla. 8. ob solam successionem hæreditatum ab intestato, gradus constituit, quam ideo decurtare volens, cum vsq; ad sextum gradum eiusmodi hæredes vocaretur, cogitauit sextum in tertio hac ratione terminare, quod cum vnusquilibet filiorum vno gradu à parentibus distet, finxit duos inter se fratres duobus gradibus distare: scilicet, vt vnus distaret ab altero vno gradu, & alter ab altero reciproce altero gradu. Et eadem ratione de nepotibus, quia vterque ab auo distat duobus gradibus, promulgauit ambos inter se quatuor gradibus distare. Ac subinde pronepotes in sexto, vltra quem gradum noluit ab intestato hæredes succedere. Et potest in fauorem huius ciuilis diuisionis sic argui. Sicut nepos distat ab auo duobus gradibus, ob id qd filius interstat medius, ita & duo filij videntur duobus distare: quia pater est medius. Respondetur tamen, quod inter filios nō est medius pater, quia si filij sint duo extrema distincta in eadē linea, sed quia ambo eadem linea & gradu cadūt ab ipso. Et ideo ius canonicum non habet rationē numeri personarū cadentium ab stipite, sed solius distantia & casus, qui est vnus amborum fratrum.

Argum.

Solut.

Alind arg. Dilatio.

Mos supputationis quorandā.

¶ Quod si rursus arguas. Filius propinquior est sanguine patri quā fratri suo: distat autē vno gradu à patre: ergo pluribus à fratre. Respondetur, quod sicut vna albedo esse potest altera maior vel intensiue propter maiore perfectionem, vel extensiue, quia per maiorem quantitatem dilatur, ita filius est magis consanguineus patri, quā fratri ex eodem patre: quia artius & perfectius est vinculum inter genitū & genitore: eo quod sunt sicut effectus & causa, quā sit inter duos fratres, qui nō se habent nisi sicut duo effectus ad eandem causam: licet frater non sit propinquior suo patri quā suo fratri, quia fratres non distant à se inuicem nisi quantum distant à patre, qui est vnus gradus. ¶ Refert subinde eadem ibidem Pontifex quorandam morem, qui non primum patrem, sed primam generationem stipitem constituunt: & quia prima generatio est filiorum, supputationem à filijs tanquam à primō trunco exordiuntur, vt primus gradus sit à filijs in nepotes, & secundus in pronepotes. Et fuit for-

tē ab Isidoro desumptus can. Seqties. 35. q. 5. vbi ait, qd filius & filia: scilicet, frater & soror, sit ipse truncus: sed nepos & neptis primus inderamusculus. Sed tamen ecclesia iam vniuersalis non habet nisi vnum supputandi modum, vt primus gradus sit inter Germanos fratres vti ait, Zacharias Papa can. Parentele. ead. cau. & quæst. Secūsus inter nepotes, qui si sint fratrum filij, fratruales dicuntur, & si sororum, sobrini: hoc est, sororini, & tertius inter pronepotes: ac denique quartus inter abnepotes. Quāuis iam omnes isti sub fratribus collaterales cōsobrini dicuntur.

Vsus cōmuns supputandi.

Regula generalis.

In linea recta.

In linea transversa.

Regula generalis.

Ratio regule.

Not.

Not.

¶ Hinc ergo iudiciaria regula & index colligitur. Ad cognoscendum enim quoto gradu duo inter se distent, animaduertendum est, vtrum sint ambo in eadē linea recta: an verò sint collaterales duarum linearum. Si sunt in eadem linea, & inter illos nulla est persona media, sunt cōsanguinei in primo gradu, vt pater & filius. Si vero intersit persona media, tunc cōnumeratis omnibus medijs & extremis, sunt in tot gradibus, quot sunt persone vna adempta. Vt quia pater & filius & nepos sunt tres persone, nepos distat ab auo secundo gradu, & pronepos tertio, & sic descendendo. Si verò illi duo sint transversales in diuersis lineis, & equaliter ab stipite distent, quoto gradu distant ab stipite, distant inter se. Vt fratres distāt inter se primo gradu, quo distant à patre. Si verò ab stipite inæqualiter distent, tūc quoto gradu remotior distat ab stipite, distāt & ipsi inter se, cap. Vir qui ab stipite. de consang. & affinita. vt filius Adæ Abel distabat ab Enos nepote Adæ duobus gradibus, quibus Enos distabat à suo auo. Adam. Et idē Abel tertio gradu distauit à Cainam pronepote eiusdē Adæ, & in quarto à Malaleel abnepote eius. Et ratio huius regule liquida est hæc: quod cum collaterales non habeant inter se consanguinitatem, nisi quam habent ratione primi stipitis, in quo vniūtur, nullus vnus lineæ maiore habere potest, propinquitatem ad lineam alterius, quā habet ad stipitem: & cum propinquitas inter duos sit relatio æqualitatis & similitudinis, fit vt abnepos non sit propinquior filio abauo, quā sit ipsi ab auo: putā, in quarto gradu, atq; adeo nec filius abauo sit eidē abnepoti propinquior quā in eodem quarto gradu.

¶ Igitur si oculos ad figurā suprascriptam retuleris, & postremum: nempe, abnepotē vnus lineæ, cōferas ad alteram lineam, omnes eodē gradu attingit, scilicet, quartō: videlicet, abnepotem alterius lineæ, & pronepote, & nepotem & filium. Si verò filiū vnus lineæ ad alteram

Solu. 3. ar.

Appendix.

Circa dispensationem.

Partis negatiue ar. 1.

ram conferas lineam, non omnes personas eodem attingit gradu: sed filium alterius lineæ attingit primo gradu, & nepotem secundo, sed pronepote tertio, & abnepote quarto. Itaq; nemo vnus lineæ propinquius quā alterius attingere potest, quā attingat stipitem. Potest tamen remotius se ad illum habere propter maiorem distantiam eius ab eodem stipite.


¶ Et per hoc tertium argumentum principale solutum restat: nam quauis auus & nepos eodem gradu inter se distent, tamen filius eiusdē aui, qui est nepotis patruus, primo gradu attingit auum, & secundo nepotem, quia respectu radice non æqualiter distant.

¶ Hinc rursus sequitur, quoscuq; duos siue in linea recta, siue in transversali eodem gradu inter se differre. Quo enim gradu Petrus refertur ad Paulum, Paulus refertur ad Petrum: licet nō semper ad stipitem eodem referantur. Filius enim & nepos in eadem linea inter se in primo gradu referuntur: quia se habent, vt pater & filius, sed tamen ab auo pater distat vno gradu, & nepos duobus. Et idem est de filio vnus lineæ, qui est patruus nepotis alterius: referuntur enim inter se secundo gradu, sicut nepos ab auo, & tamen filius ad eundem auum non refertur nisi primo.

¶ Atque hoc seruādum est, vt dum de dispensatione inter istos gradus sermonem habituri sumus, perpendamus, qd si vnus ab stipite distat quarto gradu, licet alius distet non nisi tertio, vel secundo, non tamen videtur maior facienda difficultas, quā si ambo essent in quarto: quia non sunt sanguine propinquiores.

ARTICVLVS. III.

Utrum gradus quispiam consanguinitatis in linea recta iure naturali matrimonium impediatur.



Lātata consanguinitatis arbore, per suasq; lineas & gradus distributa, reliquum fit, vt exploremus, quemadmodum cōciliandis nuptijs impedimentum obijciat. Et quia hoc potest iure naturali diuino & humano contingere, exordiēdo à iure naturali arguitur, quod nullus consanguinitatis gradus tali iure matrimonium impediatur. Nulla mulier tam propinqua viro esse potest, quā Eva fuit Adæ: quæ quidē confessio ipsius fuit dicētis Gen. 2. Hoc nunc ex ossibus meis, & caro de carne mea: fue-

runt nihilominus matrimonio coniuncti: ergo nulla carnis vel sanguinis coniunctio iure naturæ conjugalem nexum exhorret.

2. Argum.

¶ Secundo, Si lex naturalis inter parētes & natos matrimonia impediret, similiter & auos & nepotes à nuptijs arceret: nā aui, magni patres dicuntur: hoc tamen falsum esse videtur: nā si talis esset prohibitio naturalis, consequeretur, vt nec matrimonium inter auū & nepotē esset fixū, atq; adeo dum cōuerteretur ad fidem esset necessariō rescindendū, cōsequēs autem videtur, vt falsam decernere Innocen. cap. Gaudemus, de diuortijs, vbi, ait, qd qui in secūdo vel tertio gradu contraxerunt, non sunt separandi.

3. Argum.

¶ Tertio, Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: sed brutæ animantes nullū in coitu sanguinis respectū habēt: ergo ius naturæ hominibus talē respectū habere non iubet. ¶ In cōtrarium est, qd illud iure naturæ matrimonium obstat, quod eius finē repugnat: fratres autē matrimonio cōiūgi fini generationis obstat: nā idē Gregorius loco citato, ait, ex tali cōiugio sobolem nō posse succrescere: quia ratio ne illud interdicit: ergo iure naturæ impeditur. ¶ Quæstio hæc præcipui momēti est, & à plerisque doctorum multis agitata nominibus.

Pars affirmatiua.

Decisio ar.

Leuit. 18.

¶ Quo autē fulgentiori luce procedat, proponēdæ statim ante oculos sunt nuptiarū prohibitionēs, quas antiquo populo Leui. 18, Deus prescripsit, quæ quauis numero duodecim, ad sex tamen gradus penitus perspectæ resoluuntur. Prohibentur namq; nuptiæ in primo & secundo gradu in linea recta cōsanguinitatis: scilicet, inter patrem & filiam, & matrē & filiū qui est primus gradus: & inter auū & neptē, ac subinde inter auū & nepotem, qui est secūsus: atq; in transversali quidem in primo, vt inter fratrem & sororem, & in secundo ascendendo: scilicet, inter consobrinū & amitā, scilicet, sororem patris & pariter cū matertera, videlicet, sororem matris. Ibi enim, licet duo appareant gradus, non est nisi vnus: scilicet, secūsus cōsanguinitatis ascendentū in linea transversali. Rursum inter affines prohibētur quoq; matrimonia in primo gradu duobus modis: scilicet, ascendendo & ad latera. Primo modo, ne qs agnoscat matrē & filiā: putā, ne quis ducat priuignā, id est, filiā vxoris suæ, neq; gener socerū suam: neq; vna nubat patri & filio: videlicet, ne nurus nubat socero patri mariti sui, neq; priuignus ducat nouercam. Omnes enim isti quatuor sunt idē gradus affinitatis. Prohibetur etiā secūdo modo matrimonium in primo gradu affinitatis: videlicet, ne quis ducat sorores duas, aut vna duobus fratribus nubat. Hic enim etiam pri-

Inter affines dupliciter prohibetur nuptiæ.

mus gradus est licet non tam efficax vt prior modo. Disputatio autem de duobus modis primi gradus affinitatis ad proximam attinet distinctionem. At quoniam omnes quatuor gradus consanguinitatis nimium extenderent articulum unum, in duos eum secimus.

Graduum prohibitio ¶ In capite ergo totius disputationis id prestituere oportet, vtrum prohibitiones ille. Leuit. 18. vii. modo in lege nostra retineant. Operam pretium enim est hanc questionem ad duos esse etus dissoluere. Primum ad videndum, vtrum infidelis, qui in illis gradibus contraxerunt, si modo conuertantur, sint separandi. Et deinde ad iudicandum, vtrum Papa modo possit super aliquem illorum graduu dispensare. Hæc enim duo membra mutua consecutione connectuntur. Si enim ius illud diuinum modo per seuerat, nullum est matrimonium inter fideles, nec Papa dispensare potest. Si vero abdicatum est vtriusque membris contrarium est tenendum. Et quidem questio non solum cum hæreticis disputanda est, verum & inter catholicos controuertitur. Et enim V Vitcleff, vt est videre apud V Waldensem tomo. 2. de sacra. cap. 134. dicebat omnes illas prohibitiones modo vim suam iure diuino retinere, & ideo in illis gradibus matrimonia esse illicita, nec esse dispensabilia: ecclesiam tamen non posse alios prohibere, eundemque errorem mordicus tenet Lutherani. De hoc vero secundo membro: scilicet, de ecclesie facultate ad prohibendum gradus articulo. 5. nos docebit: sed primum est modo examinandum. At qui inter catholicos, saltem si in superficie illos aspexeris, communis fere opinio est illos gradus esse modo iure diuino prohibitos. Ita tenere videtur Bonauentura dist. presentis articulo. 1. questio. 2. & eod. loco Ricardus. Imò & S. Tho. dist. 39. articulo. 3. ad. 3. argu. ait, quod si infideles, qui in gradibus contraxerunt in Leuitico prohibitis, conuertantur, sunt separandi. Et Syluester. verb. Matrimonium. 8. q. 6. & verb. papa. §. 17. ait, omnes fere illos gradus esse iure naturæ prohibitos, in quibus ideo Papa dispensare non valet. Et idem, ait, Maioris. Et potissimum V Waldensis. At vero Palud. moderatius se exponit dicens, quod fere omnes gradus illic prohibiti sunt de iure naturæ. Cui sub eisdem verbis ad stipulatur archi. Floren. 3. part. titu. 1. capit. 24. In contrario extremo sunt Caieta. & Tho. de argentina, qui dicunt, ius naturæ solum pariter, & liberos prohibere, non tamen fratres. His tamen prænarratis opinionibus ad questionem tribus respondetur conclusionibus. Prima. Præcepta illa phibitoria Leuitici ea ratione, qua illa lege posita sunt, nullum apud nos

V Vitcleff.

Communis opinio catholicorum.

Syluester.

Maioris.

vigorem retinent, sed prorsus extincta cessarunt. Solum autem persistunt quatenus moralia sunt: videlicet, quatenus vim retinent naturalis iuris. Posterior pars nota est: quia Christus ius naturæ non quidem extinxit, sed potius perfecit. Prior vero pars probatur. Certum enim est totam illam vetustam legem, qua ratione illi populo posita fuit, penitus per Christum abolitam fuisse & antiquatam. Venit enim, vt eam adimpleret, vt idem, ait, Matthæ. 5. Et ideo in morte eius & resurrectione, vbi tota veritas, cuius ipsa fuerat figura, completa est, illa fuit extincta, quod verbum illud in cruce prolatum significat. Consummatum est. Vnde Paul. ad Hæbr. 7. Translato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat: cum ergo in Christo translatum fuerit sacerdotium veteris legis in sacerdotium Melchisedech, fit vt & legis translatio facta fuerit. Et subdit. Reprobatio quidem fit prioris mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. Et ad Heb. 8. testimonium Hieremias 31. ad id confirmandum refert, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel testamentum nouum. Vnde subdit Paul. quod nouum antiquauit prius: quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Idemque confirmat ad Roma. 7. per mulieris similitudinem, quæ sub viro est, mortuo tamē viro soluta est à lege viri. Sic enim nos per mortem Christi liberati sumus à lege veteri. Et ad Gal. 4. id ipsum per allegoriam Abraham declarat, qui habuit duos filios, vnum de ancilla, & alterum de libera, qui duo testamenta significant: sed filius ancillæ cecidit, & filius liberæ mansit, quo lex nostra libertatis designatur. Quocirca vt actuum. 15. legitur, apostolorum concilium, Phariseorum pertinaciam contendentiū circuncisionem cum euangelio seruandam sic pronūciavit, Visum est spiritui sancto & nobis nihil vltra vobis imponere oneris quæ hæc necessaria &c. ¶ Igitur doctores huc deberent oculos conijcere vt intelligerent, nullum posse argumentum defumi ex prisca illa lege modo post Christum passum, nisi quatenus nativam vim habet naturalis iuris. Quin vero oculatius deberent attendere, hæresim esse illas prohibitiones, quatenus legales erant, modo tanquam obseruandas allegare perinde ac si legem circuncisionis retinere contenderent.

Lex vetus antiquata.

Paulus.

Hebræo. 8.

Roma. 7.

Ad Gal. 4.

Nota.

Ratio optima.

¶ Et accedit præterea euidentissima ratio. Præcepta illa Leuit. 18. quatenus erant præcepta illius legis Moysæ alias gentes non obligabant, quæ lege circuncisionis non tenebantur: ergo neque nos lex illa modo obligat: quia non magis nos, quam Gentiles comprehendit: siquidem ab illa,

ab illa, vt Rom. 8. ait, Paulus, iam nos Christus liberavit. ¶ Solum ergo pendendum est, quantum iuris naturalis illæ prohibitiones continent: quoniam non amplius nos obligant.

Obiectio. ¶ At verò fortasse quispiam obijciat hic nobis August. quest. 53. super Leuiti. vbi, ait, omnia illa mandata in decalogo esse præcepta, insinuans esse moralia: quo testimonio V Valden. tom. 2. de sacrament. cap. 134. fundatur, vt dicat omnes illas prohibitiones nunc esse de iure diuino. Veruntamen, vt deus quodammodo esse moralia, non tamen subinde colligitur, vt illa virtute matrimonia dirimant. Aliud quippe est rem aliquam præcepto morali & naturali esse prohibitam, aliud verò eodem iure esse irritam. Nam prohibitio moralis solum inducit peccatum si contra fiat, non tamen subinde si fiat, euacuatur & irritatur. Iure enim diuino & naturali prohibita est beneficiorum incompatibilium multitudo, & peccatum est illa possidere, non tamen ideo collatio eorum non tenet. Item prodigalitas iure naturæ prohibetur, & tamen prodiga donatio tenet. Præterea qui post votum simplex castitatis matrimonium contrahit, peccat quidem, sed eius nihilominus matrimonium tenet. Et post spōsalia aliud matrimonium contrahere, peccatum est contra ius naturæ, & tamen matrimonium valet. Et matrimonium clandestinum quantum sit culpabile, nihilominus est validum. Quin verò prohibitio illa, cuius supra meminimus, ne populus ille cum gentibus illis terræ promissæ matrimonia necteret, fortasse non erat nisi obligatoria sub reatu mortali, non tamen quod nuptias irritaret: nam hoc sub liter reliquimus. Pariter ergo ex illis prohibitionibus Leuit. 18. planè colligitur, ab iure naturæ esse peccatum iure naturæ talia matrimonia contrahere, non tamen subinde consequitur esse nulla. Sed solum subsequitur, expediens fuisse modo in lege euangelica, vt illa matrimonia iure positio impedirentur, vt factum est. Et accedit super hæc omnia magnum argumentum, quod in Leuitico aliqui gradus vetantur, quibus iure naturæ similes non vetantur. Prohibetur namque consobrinus cum amita vel matertera: hoc est, cum sorore patris aut matris copulari, & tamen non prohibetur neptis seu consobrina patruo vel auunculo nubere, cum tamē iure naturæ idem sit gradus. Illud enim, Turpitudinem patruui tui non reuelabis, non sic intelligitur, vt neptis non nubat patruo, sed quod consobrinus non ducat vxorem patruui. Cum enim dicitur, Turpitudinem patruui tui non reuelabis, per modum expositionis subditur, Neque accedens ad vxorem eius, qui tibi affinitate coniun-

Dilutio.

Simile.

Prohibitio Leuit. 18.

Ratio. 1.

gitur. Si ergo de iure naturæ, aliq̄ illic vetatur, & aliqua permittuntur, non est cur nunc ille prohibitiones tanquam iure naturæ matrimonium dirimentes sint auscultanda.

¶ Restat ergo in illis prohibitionibus energiā esse perpendendam, quā à iure naturæ mutuatur. ¶ At verò non desunt qui dicant cunctas prohibitiones illas esse de iure naturæ, vt est dist. presentis Palud. cui Archieps Florē. 3. part. tit. 1. ca. 14. subscribit, ait, fere omnes esse de iure diuino. Et recēiores, in quibus est Ioa. Maioris, & Syluest. ver. Papa. §. 17. illa ratione arbitrantur non posse super illis Papam dispensare. His tamen non obstantibus dicendum est, sic omnes prohibitiones illas esse de iure naturali, vt tamē inter eas sit ordo dignoscendus. Multiplex quippe discrimen est in iure naturæ: quædam enim sunt tanquam prima principia, alia vero tanquam conclusiones propinquius logicæ ex illis deductæ. Igitur inter eiusmodi prohibitiones, aliqua sunt sic iure naturæ validæ, vt eodem iure matrimonium irritent, atque alia, quæ licet iure naturæ id prohibeant, non tamen eodem iure irritent: attamen congruit, vt ecclesia sic talia matrimonia cohibeat, vt eadē casset & annulleret, sed nihilominus poterit super ipsis dispensare.

Prohibitio nes. Leuit. 18. an sint omnes iuris naturæ.

Ius naturæ multiplex.

2. Conclusio.

¶ His ita præhabitis sit huius articuli conclusio secunda. Inter patrem & filiam: sicuti inter matrem & filium iure naturæ ac perinde diuino sic prohibitum est matrimonium, vt quantum nulla alia lex id prohiberet, esset nullum. Et ideo prohibitio hæc Leuit. 18. in capite posita fuit. Turpitudinem patris tui & matris tuæ non discooperies. Mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius. At quia dictum est, vim illius legis solum iure naturæ esse perpendendam, illud est per spiciendum. Rationes autem à natura profectas adfert hic D. Tho. quatuor, sed luculentius. 2. 2. vbi de incestu disputat. q. 154. ar. 9. Quæ quidem quauis ad alios consanguinitatis gradus referri etiam possint, tamē ad pariter & liberos peculiari emphasi attinent. Prima sumitur, à turpitudine contra primū finem matrimonij. Et est hæc. Illud est matrimonio contrahendo contrarium, quod eius potissimum finis, qui est generatio aduersatur: congressus autem parentum cum liberis eidem finis e diametere opponitur: ergo est impedimentum dirimens. Probatur minor. Nam etsi pater ex filia posset filios suscipere & educare, sicuti & filius ex matre, id tamē fieri nequiret, nisi modo indecentissimo & foedissimo. Et enim iura omnia diuina & naturalia consonantissimo cōcentu sibi mutuo concordant: iure autem naturæ & diuino liberi tenentur parentes reuereri adeo, vt quemadmodum

Rationes. 4.

Ratio. 1.

dū. 7. Ethic. ait, Philosophus, veluti Deo paria de bitis obsequia reddere nō possumus: ad reuerē tiam autem potissimū attinet vt eorum quos v eneramur, honorem colamus, & ipsorū pu dicitia & honestatis sumus in primis custodes. Qua ratione Vale. Maximus refert, libris in ter Romanos nō fuisse permissum simul cum parentibus balneari, ne se nudos conspicerēt, in re autem vxoria summa detegitur turpitu do, adeo vt ipsa coniuges pudore tunc suffun dantur: reuerentię ergo, quā liberi parentibus debent, maximē repugnat eorum turpitudine detegere. Atque hęc causa est, quam lex cita ta diuina commemorat. ¶ Secunda ratio sumi tur à concupiscentia cōtra secundū matrimo nij finem: & est hęc. Matrimonium preterq̄ in officium generationis, institutum etiam est in remedium cōcupiscentiæ: si autem inter pa rentes & liberos, simō & inter illos, quos neces se est in eadem familia commorari, licitum es set, ingēs offerretur periculū rei Venera: as si dua quippe illa conuersatio de se incendium esset libidinis. Quod si arguas. Etiam mulieris pulchra forma irritat: & tamen non impedit matrimonium. Hoc verum est, sed tamen po test eius confortium cauere. Conuersatio autē intra easdē ades creberrimas offert illecebras & lapsus occasiones: quare nisi vetitū esset in ter domesticos matrimonium, omnes domus incestibus sordescerēt. Quare & vxor zeloty pia exureretur in maritū & filias: solent enim patres nimium esse filiarū amantes: quare vxores nunq̄ auderent filias permittere vt in secef fu cum patribus colloquerentur, aut illos am plexarētur: sed religio, quæ tales nuptias abo minatur, facit vt commercia illa tuto permit tantur. ¶ Tertia ratio eodem profus tendit, quæ est. 2. Politic. Aristo. vbi cōtra politiam Socratis easdem incestas nuptias reprehēdit. Amor enim venereus illi, qui ex sanguinis cō iunctione oritur, adiectus nimium ardoris libi dinem suscitaret, & irritaret: nam cum per se vterq̄ ingens sit, ille certē, qui cōsanguineus est alterum libidinosum, nisi per prudentiam & temperātiā arceatur, parturit: & ideo quā do secundus inter cognatos flammam emittit vehementissimus est atque adeo nisi inter ip sos interdiciatē essent nuptiæ nimium homi nes emollescerēt, & matrimonio, quod reme dium est concupiscentiæ, ad maiorem libidi nem abuterentur. Documentum profecto rei huius illæ prouinciæ perhibent, quæ post quam sacramentum confessionis abiecerunt, domesticis foedisimiq̄; incestibus scaturiūt. Vnde barbarus ferinusq̄; ille mos erat, quem

Valer. Ma ximus.

Ratio. 2.

Obiectio

Dilutio.

Ratio. 3.

Quid. lib. 10. Metamorph. illo carmine refert. Ouidi. 10 Metamor. Gentes tamen esse feruntur. In quibus & nato genitrix, & nata parenti iungitur, vt pietas ge minato crescat amore. Quem quidem cōcubi tum idem lib. 7. hoc carmine vituperat. Dexte ra Cyllene est, in qua cum matre Menephro, Concubitus erat seuarum more ferarū. Iste ergo rationes licet vehemētio rem habeant de parentibus & liberis energiam, de omnibus nihilominus consanguineis procedunt. Quare Leuit. 18. peculiarius eorum concubitus & ma trimonia vetabantur, quos in eisdem ædibus commorari conuersarique oportebat.

Leuit. 18.

¶ Quarta demum ratio ad matrimonium, qua tenus sacramentū, refertur: & sumitur ex Au gustino loco citato. 15. de ciuitate Dei capit. 16. Sacramētum enim matrimonij signū sym bolumq̄; est charitatis Christi & ecclesiæ: ergo ratione sacramenti charitas est inter Christia nos propaganda & amplificāda: cum ergo in ter cōsanguineos ipsa sanguinis cōiunctio cha ritatem conglutinet, condecens est, vt per nu ptiarū vincula diuersi sanguines affinitate co pulentur: qua ratione noua amicitiarum gene ra oriantur. Etenim, vt illic, ait, August. si pater filiam duceret, id ē esset pater & maritus, imō idem auus & pater. Quæ vtiq̄; ratio etiā alios consanguineos attingit. Si enim frater sorori per cōnubium colligaretur, idem esset illis pa ter, & focer. Quod si rursus nepos & neptis coniungerentur, essent cōiuges, & fratruales, & eorum pater esset eis pater, & focer & auū culus: & mater esset simul focer & amita. Iste ergo necessitudines dū ad diuersos sanguines disseminantur, vt alij sint consanguinei, atque alij affines, lati⁹ honestius & pulchrius possūt pparari. Quin verō ipsa per se absurditas est, vt tanta confusione iura cōsanguineorum & affinium commisceantur. Ait Paulus, naturali affectione virum quærere quomodo placeat vxori, & vxorem quomodo placeat viro: in decorum autem esset maxime patrem sollicitū esse quomodo placeret filiæ, & matrem quo modo placeret filio, cum ius consanguinitatis contrarium iubeat. Et multo absurdus esset, si vir, qui consanguinitate est inferior, per matri monium fieret superior. Absurdus enim esset cui vehemētius natura reclamaret, si filius ma trem cognosceret quā si filia patri nuberet: quia cum maritus debeat vxoris esse caput illi q̄; superior, abominatio esset, si matrem filius superueniret. Et eadem ratione foediās conso brinus ducit amitam, quā auunculus conso brinam. Honores enim, qui maioribus iure cō sanguinitatis debētur ratione affinitatis inter cognatos

Ratio. 4.

Augustin. rationes.

Paulus.

Matris & filij matrimonium.

Matrimo niū paren tū cū filijs.

cognatos contractæ indecorē sapissimē per uertūtur. ¶ Sed vt alijs prætermisissis gradibus ad parentes & natos reuertamur, hęc superio ribus adhibetur ratio naturalis. In generatio ne, vt superius ex Aristotele retulimus, vir se habet vt agens, & foemina vt patiens, qui per copulam efficiuntur vna caro: cum ergo libe ri, vt idē ait, Philosophus, sint sicut partes pa rentum, atque adeo pater & filia sint quodam modō vna caro sicut pater & filius, natura ex hortatur, vt filij & parentes, non coniungan tur vt agens & patiens: esset enim quasi reci proca actio, vt idem ageret in se ipsum.

Propter hoc relin quet, &c.

¶ Atque eam ob rem non inepte sancti inter pretes & hunc quoque sensum ex illis verbis enucleant. Propter hoc relinquet homo patrē & matrē & adhærebit vxori suæ: hoc est causa huius coniugalis nexus nec pater asciscetur in maritum, neque in vxorem mater. Quauis & alter addatur intellectus: scilicet, quod ratione vacandi rei familiari & vxoriæ posthabendi sunt parentes atque alij cognati.

Aliaratio.

¶ Accedit in confirmationem huius veritatis & enormis ætatis disparitas: nam cum mulier parit, plurimum attingere cōsuevit annum se re vigesimum, quādo ergo filio nuberet, esset quadragenaria, atque adeo ad concipiendum inepta. Sed quid opus est pluribus? Cum libe ri à parentibus ea ratione prodeant, vt succes sione perpetua soboles vltra procedat: quidnā scelestius illo nefando regressu excogitari po test, vt vir eundem vterum, vnde exijt, detur pare audeat, & foemina eodem femine; quo fa ta fuit, polluatur.

Barbari.

¶ Adde quod quacunq̄ extiterint Barbari feritate, nulli tamen, aut vix vlli talia matrimo nia excogitasse feruntur, quod perquam eui dens naturæ documentum est tale facinus ab horrentis. Referunt quidem Tertulianus in A pologetico capit. 9. & Strabo, lib. 15. & Quin tus Curtius lib. 7. & nonnulli alij, Persis huius modi incesta connubia in more esse. Sed isti si hęc non impostura potius, ut quidam aiunt, quā historia est, non sunt digni qui inter ho mines adscribantur: est enim huiusmodi ritus belluinus potius quā humanus: cum & bru ta etiam ipsa tales perhorrescant congressus. Scribunt enim tum Aristoteles lib. 9. de histo ria animalium cap. 47. tum & Plinius lib. 8. ca. 42. de camelo & equo, qui opperimento con tectas matres superuenire coacti, postquam agnouerūt matres esse, alter camelarium mor su defixo interemit, alter verō se præcipitem dedit. ¶ Vnde Ambro. lib. 8. epistoliarum epi stola. 66. ad Paternum, contra connubia con-

Bruta.

Plinius.

Ambros.

sanguineorum multa cōfert, vbi obiter, ait, nō reperiri specialiter sermone legis prohibitiū, ne pater filiam suam accipiat vxorem. Quod qui dam putant lapsū memoria dixisse, cum id Leuitic. 16. expressē prohibitum sit. At verō Ambrosius in illo verbo, Turpitudinem patris tui non reuelabis, nō agnouit expressē prohi bitum matrimonium filiæ cum patre: quia nō censetur vxor reuelare turpitudinem viri. Sed turpitudinē patris, putauit appellari: vas vxoris patris, quia sunt duo in carne vna: atque a deo prohibitum illic expressē matrimonium filij cū matre, sed virtualiter & implicite intel ligi, ne filia nubat patri, Attamen eum distin cte sint positæ, turpitudō patris: & turpitudō matris, communis doctorum schola ambo ma trimonia censet expressē prohibita. Nam & vxor quodāmodo discooperit verēda mariti. ¶ Quod si scisciteris, vtrum eatenus hoc sit iu re naturæ prohibitum, vt etiam natura inte gra id ipsum vetaret? Videtur enim, q̄ si primi parens non fuisset præuaricatus, matri monia inter parentes & liberos non fuissent prohibita: quoniam prima, eademque potis sima ratio, quam fecimus, in illo statu non mi litaret: quando quidem peccatum fuit in cau sa, vt hominum nuditas turpis esset, & verecū diam offunderet: etenim quousq̄que primi pa rentes prolapsi fuere, non fuerunt in obscœ nis motibus verecundiam passī: fit ergo conse quens, vt in illo statu absque vlla turpitudi ne fieret generatio, atque adeo filius matrem cognoscens non reuelaret eius turpitudinem. Item neque timendum tunc fuisset, ne carnis illecebræ vltra iustum excitarentur, quia nihil incommodi illis potuisset accidere: neq̄; verō opus esset iure nuptiarum amicitiarum vincu la prolatare: quia omnes essent sibi satis amicitia deuincti. Respōdetur nihilominus, quod etiam in illo statu natura homines docuisset, nefas esse tāliā inire connubia. Eandem enim reuerentiam & honorem deberent parētibus liberi, vt modō. Hęc ergo argumenta illius status sæpē fallunt. Etenim quāuis illo duran te nullum potuisset peccatum existere, tamē sicut per esum ligni vetiti illum amiserunt, ita eundem per quodcunque mortale delictū cō trarius naturæ commissum perdidissent, vt si filius cognosceret matrem, statum perderet, & tunc concubitus ille fieret turpis. Item con sanguinei plus se quā alios etiam tunc dilige rent: quare aliæ quoq̄; rationes factæ tunc suo modo militarent.

Dubium.

Ratio. 2.

Sentētia au thoris.

Dubium.

vt nullam ob causam quantumcunque publicam possit super eo dispensari. Martinus enim, de temperantia, quaestio. de incestu, tenet, ratione boni communis, ne, scilicet, humanum genus pereat, licere patri filiam, & filio matrem cognoscere. Casus eius est, Si Adam forsitan non nisi filias ex Eua, susciperet: & intelligeret maribus concipiendis ineptam fuisse. Vel forte si eam tunc Deus sustulisset in caelum, tunc, inquit, absque alia Dei dispensatione potuisset ad filiam accedere causa procreandi masculos. Veldemum nunc ex hominibus non esse superstites nisi patrem & filiam, qui crederent orbem abolutum iri, quod filiae Loth cum sese patri summisserunt arbitratae sunt, tunc videtur ille pater causa conseruandi humani generis posse filiam matrimonio sibi adiungere: veluti distinctio. 26. quaestio. 1. artic. 2. de religiosis diximus, qui non obstante solenni voto possent tunc matrimonia contrahere, & 33. distinctio. de pluribus vxoribus eadem necessitate ducendis.

Caiet. opinio.

¶ Atqui Caietanus quaestio. illa citata. 154. articulo. 9. vsque adeo arbitratur matrimonium patris cum filia esse indispensabile, vt ob nullam penitus necessitatem, etiam propagandi humani generis possit fieri licite. Arbitratur, inquam, adeo esse prorsus intrinsece malum, vt mentiri & furari, a quibus nequitia inseparabilis est. Sed certe plus nimio rem exaggerat. Etenim si tam intrinsece esset malum, consequens fieret, vt neque Deus ipse possit dispensare: nam vt. 1. 2. quaestio. 100. articulo. 8. author est D. Thom. cui Caietan. ipse fidem adhibet. Deus super his, quae sunt eo modo intrinsece mala, vt super praeccepta decalogi, dispensare non potest. Et tamen idem Caietanus loco citato insinuat, quod possit Deus dispensare super matrimonio patris cum filia. Non ergo sibi fatis constat.

Sententia authoris.

¶ Igitur quicquid ipse vel alij senserint, ego negare minimè auderem, Deum super eiusmodi matrimonium dispensare posse. Quo fit, vt non sit tam intrinsece malum, vt mentiri aut peierare. Nihilominus addiderim secundò contra Martinum, casum eius & euentum non esse admittendum: nempe, quod Eua conceptio ni masculorum esse possit idonea: nam cum Deus illos parentes ceu prima femina, quibus humanum genus disseminandum erat, creasset, suae providentiae repugnaret, quod non essent ambo ad id muneris idonei: aut si permississet vt propagatio non nisi per tam foedas nuptias, quales sunt inter parentes & liberos, fieri posset.

Ad Martinum.

¶ Si tamen sciscitando vrgéas. Quid si modò non essent in orbe nisi pater & filia, aut mater & filius? Profectò, saluo peritorum iudicio, còpelli mihi videor, vt dicam, tunc tale connubiù fore licitum: quãdo quidem nõ sit tam intrinsece malum, quàm illa, quae primis principijs iuris naturae sunt còtraria. Cauillum enim illum, quod tunc credendum esset, finem adesse mundi, nunquam facile admiserim: nam cum cognitio illa supranaturalis sit, quia de die illa nemo scit, non esset fas hominibus illud credere, sed tenerentur omnianaturalia remedia adhibere credentes, quòd natura ipsa, & qui eius autor est Deus in tali casu dispensaret. Alij forsitan erunt nimium reuelationum amatores, qui dicent, tunc expectandam fore Dei reuelationem. At verò extra illum casum in tale matrimoniù nulla cadit pontificia dispensatio.

Percòtatio

Nota.

¶ Hoc de parentibus & liberis còstituto, quae ritur vt rùm in linea recta idem ius naturae remotiores gradus à matrimonio pariter arceat. Ricardus hic, Scotus, Durãdus & Paludanus, & Caius Iurisconsultus in l. Nuptia. 2. ff. de ritu nuptia. (adeo vt communis opinio censetur) aiant, lineam rectam in infinitum connubiã interdicere, vsque adeo vt Adam, qui non gentis triginta annis vixit, si viduus tunc esset, imò si modò resurgeret, cum nulla posset matrimonium componere. Quare Enoch, qui in fine mundi cum Elia appariturus est, cum nulla contrahere foemina poterit: quoniam Noe, ex quo omnes originem trahimus, eius fuit soboles. Caietanus verò in illa citata quaestio. 154. articulo. 9. in. 2. & opuscu. ad Clementem septimum de coniugio Regis Angliae tenet iure diuino solam prohiberi vnus gradus in linea recta: scilicet, parentum & natorum. Et sumpsit fundamentum ex verbo Sancti Thomae in solutione ad. 3. vbi, ait, quod in commixtione personarum coniuatarum aliquid est, quod est secundum se indecens & repugnans naturali rationi, sicut commissio inter parentes & filios. Alia verò personae, quae non coniunguntur secundum se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex seipsis indecentiam, sed variatur illa secundum consuetudinem & legem humanam vel diuinam. Ait ergo Caieta. quod ad rationem filij attinet, vt deriuetur ex sanguibus vtriusque parentis, vel saltem matris, vt Christus. Filio autem per accidens contingit habere auos ratione parentum: scilicet, quia patres, alios habuerunt patres: quare filij Adae absque auis fuerunt vere filij: id autem, quod est perfectum, secundum Aristo. est necessarium, vt ignem esse calidum: id verò quod accidit, est contingens,

In re. si linea an solus quartus gradus an uero ceteri res prohibentur.

Caietanus.

Verba sancti Thomae.

gens, vt hominem calefcere. Quare inter patrem & filiam est necessaria vnitas, quae iure naturae matrimonium excludit: inter alios vero non item.

1. Conclusio.

Prima pars probatio

¶ Vtraque verò opinio videtur extrema, & ideo constituitur conclusio media, quae sit huius articuli secunda. Inter auum & neptem ius naturae matrimonium cohibet, licet in infinitum huiusmodi impedimentum non progrediatur. Prior pars probatur quoniam. Leuitic. 18. post interdictum primi gradus inter parètes & filios, subditur in recta linea de auis & neptibus. Turpitudinem filiae filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudine tua est: quasi neptes sint etiam quodammodo auorum partes. Quocirca quauis non omnia illa praeccepta sint purè moralia, quae de beant durare in noua lege, vt dictum est, nihilominus profectò in secundo illo gradu natura ipsa videtur nuptias execrari: nam & auis folet appellari magni patres. Ob idque rationes supra de patre & filia factae si intimè inspiciantur, pariter vigore militant de auo & nepte. Et ideo licet non tanta cum turpitudine, tamen accessus aui ad neptem videtur reciprocatio quaedam agentis ad se ipsum tanquam ad passum.

Ratio Caiet.

¶ Ratio verò metaphisica Caietani licet non sit omnino inefficax ad probandum longe est absurdius matrimonium inter patres & filios, quàm inter remotiores, non tamen vrget, nullam esse foeditatem inter auum & neptem: imò qua parte auus senior est, plus quodammodo deformitatis adfert. Et quauis non tam perse nepotes ad auos referantur, quàm patres, fatis est tam vicinum ab illis sanguinem ducere. Et Diuus Thomas noluit fratres & auos à naturali prohibitione excludere, sed tantum in re euidentiore exemplū ponere. Quare non dixit, reliquas personas non habere indecentiam ex se ipsis sed non ita ex se ipsis habere: id est, non habere tantam.

Secunda pars.

Ratio. 1.

¶ Secunda verò pars: scilicet, quòd progressus non fiat in infinitum, probatur: quoniam ludicra ridiculaque videtur tam longa consanguinitatum series. Et cõfirmatur primò ratione morali: nam consanguinitas consideratur vt radix & fons amicitiae: communi autem ordine naturali amicitia inter ascendentes & descendentes nimium distantes euanescit, & tandem disperit: ergo non est cur semper sit consanguinitas reputanda. Et confirmatur secundò, quia videmus profapias & illustrium stemmata temporum longitudine omnino euanescere & mutari, & humano iudicio consanguini-

Ratio. 2.

gens, vt hominem calefcere. Quare inter patrem & filiam est necessaria vnitas, quae iure naturae matrimonium excludit: inter alios vero non item.

nitatem aboleri: ligamina verò naturalis iuris ex communi hominum iudicio & aestimatione pensari debent. Profectò propinquius se videntur sanguine contingere Hispani, & Galli, & Itali, quàm Adam vel eius filij, si modò vixissent, ad nos accederent, imò quàm nos Noe & Iapeth, qui fertur Europam populis repleuisse, attingerent. Accedit quòd consanguinitas, vt diximus, arboris instar propagatur: ergo si cut in arbore atque in alijs rebus datur methodus & terminus, vltra quem non est progredi, ita in consanguinitate.

Ratio. 3.

¶ Sed adhibetur demum & tertia ratio legalis. Etenim si linea recta in infinitum matrimonia interdiceret, id ius ecclesiasticum, quo gradus consanguinitatis prohibentur, admonitum curasset, at verò sine vlla discrepantia rectae aut transuersalis lineae duntaxat fuerunt olim prohibiti vel sextus vel septimus gradus, & modò duntaxat quartus: ergo cum ecclesia aduersus ius naturae nihil valeat decernere, signum est consanguinitatem lineae rectae iure naturae perinde ac transuersalis finiri. Et re vera si modò tritauius, qui à trinepte quinto gradu distat, inter viuos existeret, à matrimonio cum illa contrahendo minimè cohiberetur. Nam forma capituli. Vir qui à stipite, citati tale matrimonium non respuit. Id quod patroni illius infinitatis prospicere debuissent atque alij, qui dicunt eiusmodi prohibitoriam lineam rectam vsque ad vigesimum vel trigesimum gradum progredi: quod absque vlla verisimili coniectura temerè, vt libet, diuinare videntur. Certum enim est, quòd quantum ad nuptias texendas vltra quartum gradum nulla linea descendit.

Dispensari an possit inter auum et neptem.

¶ Quo autem ad praedictum secundum gradum reuertamur, fortasse Papa non valet inter auum & neptem coniugium dispensando permittere, saltem nunquam fecisse legitur; nec credo facere auderet: propterea quòd aui & nepotes proximè ad parentes & natos accedentes, quasi patres & filij reputantur. In alijs verò gradibus rectae lineae vsque ad quartum, neque vt dispensaret cõsulendum videtur, neque si vrgenti causa id faceret, reclamandum. Sed res est, quae per quàm rarissimè potest vsu venire.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd etsi Eua ex osse fuerit Adae composita, non tamen eius fuit filia, imò nec consanguinea: quia non fuit genita ex eius lùbis, sed ex osse à Deo diuinitè fabricata, sicut ex eodè osse poterat Deus facere quoduis animal.

¶ Ad secundum, si vera sit opinio, quam ven-

ram credimus: nempē, inter aum & neptē iure naturæ matrimonium interdicti necessariū est Innocentium restrictē glossare, & certē ita interpretandus videtur, in secundo gradu consanguinitatis in linea transuersali: putā inter patrum & neptem, inter fratruēles: & pariter in secundo affinitatis, & in quocunq; tertio.

Solu. 2. ar.

¶ Ad tertium respōdetur, q̄ ius naturale, vt alibi iam supra dictum est, dicitur illud, quod natura omnia animalia docuit: diuersimodē tamen secundum ingenium quoruncunq; animalium. Bruta vero fœderis iurisq; consanguinitatis minimē capacia sunt, quia finem suarū operationum non cognoscunt, atq; adeo nec reuerentiam quam nati parentibus debēt, aut amicitia officia: consanguinitas autem ob id vinculum naturale est, quod inde enascuntur reuerentiæ & amicitia iura. Item quia cum nō habet suarum actionum dominium & libertatem, sed mero instinctu naturali agantur, nō sunt aut fœlicitatis capacia, aut iniuriæ: ob idq; nec cōsanguinitatis fructu potiuntur, nec propriē eius necessitudinem violant.

ARTICVLVS. III.

Utrum aliquis gradus consanguinitatis in linea transuersali impediatur iure nature matrimonium.



¶ Vbsequitur de linea transuersali cōsanguinitatis, & arguitur, quod nuptias non impediatur. Si enim impediatur, maximē primus gradus, qui est inter fratrem & sororem. Quod autem iure naturæ illas non impediatur, probatur. Lex naturalis eadem est apud omnes gentes: sed tamen vt Augustin. 1. 5. de ciuitate Dei capitu. 16. refert, Barbaris gentibus in more sunt fraterna coniugia: ergo non sunt iure naturæ prohibita.

Partis affirmatiue argumen. 1.

2. Argum.

¶ Secundo arguitur. Non solum filij Adæ matrimonium inter se contraxerunt, vt Caim & Seth cum suis sororibus, verum & Abraham cum Sara sorore sua matrimonio se coniugauit: arguenti enim eum Abimelech, quod dixisset Saram sororē suā esse, cum esset vxor, respondit, Verē soror mea est filia patris mei & non filia matris meæ, duxi eam in vxorem.

3. Argum.

¶ Tertio arguitur. Si primus gradus, scilicet, inter fratrem & sororem matrimonium iure naturæ impediatur, sequeretur, quod etiam secundus gradus idem impedimentū secum ferret: putā inter patrum vel auunculum & con-

sobrinam: nam patruus est alter pater: & ideo simili modo & contextu hic gradus Leuit. 18. prohibitus est, Turpitudinē sororis patris tui aut matris tuæ nō discooperies: quod aut hoc non sit naturale impedimentum, inde apparet: quod ecclesia super hunc gradum dispensare assolet: ergo gradus transuersalis consanguinitatis iure naturæ non impedit.

¶ In contrarium tamen est, q̄ gradus transuersalis inter fratres etiam est primus, vt inter patrem & filiam: ergo iure naturæ idem contrahendis nuptijs impedimentum obijcit.

¶ Quemadmodum in linea recta consanguinitatis, ita & in tranuersali duo gradus distinguuntur, qui difficultatem habent, an iure naturæ sint impedimenta. Primus enim est inter fratres, qui eodem gradu cadunt à patre, & secundus est inter ascendentes & descendentes, vt inter patrum vel auunculum & consobrinos, qui ratione prioris vinculi coniunguntur. Et ideo ad quæstionem duabus, vt ad superiorē, conclusionibus est respondendum. Igitur de primo gradu inter fratres Caietan⁹ eodem loco citato. 2. 2. partem similiter negatiuā sustinet, vt de auo & nepte: nempē, q̄ iure naturæ fratribus non sunt nuptia interdicta. Idemq; sentit Ricardus distinct. præsent. quæst. 2. & Durandus, imò & Scotus. Reliqui verò præter Caietanum, videntur nō constanter loqui, sed pugnantia dicere. Aiunt quippe nō esse illum gradum iure naturæ prohibitum, prohiberi tamen etiam post orbem redemptum iure diuino ob id quod Leuitic. 18. habetur. Turpitudinem sororis tuæ siue ex patre siue ex matre non reuelabis. Et ideo autores isti (vt conijcio) non cōcederent, Papam posse super matrimonio inter fratres dispensare. Sed re vera non seruant dicendi conuentionem: quoniam licet iure diuino vetustæ legis illa fuerit facta prohibitio, modò tamen certē id esse non potest de iure diuino, nisi sit de iure naturali. Nā lex illa quod cæremonialia & iudicialia, vt satis supra monstrauimus per euangelium explosa est, sed solum quantum ad moralia perseuerat: præcepta verò moralia sunt de iure naturæ, præter præcepta supra naturalia fidei & sacramentorum, quæ Christus in euangelio adiecit. Cum ergo idem Redemptor in lege gratiæ nullam nuptiarum prohibitionem inter consanguineos fecerit, fit vt si modò prohibitio inter fratres est de iure diuino, sit etiam de iure naturali. Ob idq; Caietanus, quia arbitrat, non esse de iure naturali, subsequenter censet nec esse de iure diuino: atq; adeo expressē concedit, q̄ papa posset modò super ta-

Pars negatiua.

Decisio ar.

Inter fratres Caiet.

Circa dispensationem.

Lex uet.

Nota.

le mag.

Thomas de Argentina, qui distinct. præsent. ante ipsum eiusdem fuit opinionis, subinde infert, q̄ si frater in infidelitate cum sorore cōtraxisset, conuersi ad fidem nō sunt separandi. Rationes suas Caietanus sic disponit. Primū enim arguit, quod si fraternum connubium iure esset naturali interdictum, nulla prorsus ex causa posset super illud dispensari, nisi ab autore naturæ: inter fratrem verò & sororem in orbis ortu fuerunt cōtexta coniugia, vt inter filios Adæ: nam non erant tunc vxores alia quam sorores. Et tamē nulla illic legitur diuina dispensatio. Neque verò interuenisse creditur: quoniam cum ius naturæ diuinitus conditum sit, ridiculum esset dicere, Deum ceu naturæ autorem fraterna coniugia interdixisse, super quo tamen interdicto illico erat dispensaturus.

2. Argum.

¶ Secundo vtitur eadem ratione, qua supra de auo & nepte: quia fratres, inquit, non coniunguntur per se, sed ratione patris: tamen Sanct. Thom. ibidem ait, q̄ personæ, quæ non iunguntur nisi ex ordine ad parētes, nō habent ita ex se ipsi indecentiam.

3. Argum.

¶ Tertio demum id sibi videtur palam concludere: quia Pontifices: in hoc gradu dispensasse leguntur, vt cum rege Portugalliæ Emanuele, qui duas deinceps sorores duxit: & cū Catherina filia Ferdinandi & Elisabeth Hispaniarum Regum, quæ duobus nupit fratribus regibus Angliæ. Et post eadem opitio per historiam illam foueri. 2. Regum. 13. de Thamar, quæ fratri suo Amon incestuosum stuprum cum ea committere conanti, respōdit, Noli facere stultitiam hanc, quin potius loquere ad Regem, & non negauit me tibi, quod certē nisi fraterna connubia tunc essent licita, nunquam dixisset.

Historia Thamar.

1. Cōcluf.

¶ His tamen non obstantibus statuitur hic prima conclusio. Matrimonium fratris cum sorore vsq; adeo naturali iure prohibitū est, vt si attemptetur, nullum sit, neque, vt sit validum, ecclesia per dispensationem efficiere valeat. Conclusio non inde solum probatur, q̄ gradus hic sit in Leuitico expressus, sed q̄ sit cōsanguinitatis primus. Etenim sicut filij ad patrem in linea recta, ita fratris ad sororem in tranuersali primus est cōsanguinitatis gradus. Et ideo quāuis intēsiuē, vt diximus, efficacior sit filij ad patrem, nihilominus eadem natura inter fratres eandem prohibitionem interponit: quādoquidem patri proximē & sine medio accedunt. Imò verò arctior est inter fratres consanguinitatis nexus, quā inter aum & nepotem, quia ille est primus, hic verò secundus. Et secundo arguitur: quia omnes illæ rationes, quas supe-

Ratio. 1.

Ratio. 2.

rius de patre & filia accumulauimus, de fratribus quoq; militant: nam ferē idē est pudor, si frater sororem cognoscat, ac si pater filia adoretur: & tam necessariō fratres in eadem domo habitant, imò sepē in eadem cubiliacent, vt pater & filia. Et vti. 8. Ethic. cap. 12. ait, Philosophus, amicitia fraterna ingentissima est. Amant enim se fratres, tāmquam idem seipsum: quia eodem sunt sanguine geniti, & laete nutriti, & moribus imbuti, & arctissima consuetudine iuncti. Quare nisi religio eas nuptias vetaret, eadem succrescerent libidinis irritamenta. Quapropter Aristoteles secundo Politico. Aristot. cōtra Politiam Platonis eodem ferē modo fraterna cōnubia atque paterna abominatur. Vnde. C. de Episcopis & cleric. l. Eum qui ubi sacerdotibus matres germanas sorores domi habere permittitur. In his, inquit, nihil faui criminis existimari fœdus naturale permittit. Et Lucanus, omnesq; Poëtæ lumine naturali docti incestos appellant sororum partus ex fratribus. Et Lucianus in Necromantia Lucianus. eiusmodi connubia tanquam nefanda apud inferos haberi refert. Vnde Ouidius libro nono Metamorphos. inuudicam Byblim inducit conquestam, quod sibi non liceret cum fratre commisceri sicut Dijs, qui suas dixerūt sorores. Sic Saturnus Opem iunctam sibi sanguine duxit, Oceanus Thetym, Iuno nem rector olympi. Illa enim Gentilium Deorum monstrata similia feruntur inculcasse connubia. In his, quæ iure naturæ nituntur, sacris fas est profana miscere.

Aristot.

Lucanus.

Lucianus.

Ouidius.

Ratio. 3.

Augustin.

Ambro. Lege ciuili fraternacō iunctio us.

X 5 Et

Et necesse est intelligi de cōsanguinitate: nā de affinitate non est forsan tam certum, vt distin. sequen. disputaturi sumus. Igitur primus gradus, qualis est inter fratres, iure naturæ est prohibitus. Neque scio quid habeat cōtraria opinio, quod ad hoc respondere possit.

Nota.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum Caietani respondetur, consecutionem non esse legitimam, vt si aliquid iure naturali prohibitu est, nullam possit dispensationem suscipere: nam matrimoniū inter infideles est natura sua perpetuum: & tamen per conuersionē alterius ad fidem: dissoluitur ab autore ipsius naturæ. Sicuti & matrimonium ratum fidelium per religionis ingressum. Veluti ē contrario plures vxores vniviro coniungi cōtra ius naturæ est, vt dist. 33. ostendimus, sed nihilominus Deus ad propagandum populum Israel super illud dispensauit. Et Caietanus ipse fatetur, nuptias inter patrem & filiam iure naturæ esse nullas: & tamen non negauit dispensationem diuinam illic locum habere: quia re vera nemini est dubitandum.

Inter fratres nuptiæ iure naturæ uetite.

¶ Huic ordini patris & filia proxime accedit ordo fratrum inter se, ad v̄t non sit secundus gradus, sed primus sicuti ille, licet ille vehemētiorem habeat efficaciam. Et ideo qua particula ab illo deficit, licet sit eodē iure naturæ matrimonium in illo prohibitum, eodem ipso tamen naturali iure in extrema necessitate procreandi humani generis, fuit super illo dispensatum. Idem enim est dispensari à natura, & à Deo tanquam autore naturæ. Et ideo in exordio mundi non alia opus fuit reuelatione præter clamorem ipsius naturæ, vt fratres sororibus commiserentur. Quauis inter patrem, & filiam nunquam fuerit dispensatum, providente Deo, vt nulla id necessitas exigeret. Cessante verò illa necessitate omnino indispenabile restat. Vnde Augustinus eodem loco de ciuitate Dei citato. Sorores, inquit, accipere in matrimonio primis humani generis tēporibus omnino licuit: illa tamen necessitate cessante, sic naturæ aduersatur, quali nūquam licere potuerit. Quare omni proculdubio certissimum est Innocentium in cap. Gaudemus, hunc primum gradum tam lineæ trāsuersalis quam rectæ censuisse tanquam iure naturæ simpliciter prohibitum. Et ideo neque inter infideles fuisse vnquam in tali gradu validum matrimonium. Quo fit, vt arctius sit vinculum inter fratres ad irritandū matrimoniū, quam inter auū & neptem: quia iste iam est secundus gradus, & plus ponderis habet primus gradus in transfuersa linea quam secundus in recta: quoniam

Augustin.

Cap. Gaudemus.

immediatius fratres vniuntur patri, à quo sine medio deriuantur, cum tamen inter auum & neptem medius sit pater. ¶ Et per hoc solutum restat aliud metaphysicum argumentum Caietani: nam etsi fratres inter se non per se ipsos coniungantur, sed ratione parentum. satis tamen est tam propinquo strictoq; nexu in illo vniri, vt quasi idem reputentur. Nam si filius, vt ait, Aristoteles, est pars patris filius & soror tanquam partes totius reputantur. ¶ Tertium autem argumentum vt cum reuerentia Caietani, qua illi ubiq; debetur, loquar, intelligere nequeo. Vnde enim illa consequentia: Papa dispensauit, vt idem vnam ac subinde alteram sororem duceret, & vt vna duobus similiter fratribus nuberet: ergo dispensauit, aut dispensare potest inter fratres. Est arguere à gradu affinitatis ad gradum consanguinitatis, qui longissimè distant. Sororius enim contrahens cum sorore vxoris, nō contrahit cū sua ipsius consanguinea, sed cum affini: & similiter, quæ nubet leuiri: scilicet, fratri mariti. De quo gradu distinctio sequenti futurus est sermo. ¶ Imò nusquam ab orbe redempto talis dispensatio facta legitur. Quin etiam in Gallorum annalibus extat de Comite Armeniaco, qui nulum non lapidem mouit, vt sororem quā perditē deamabat, matrimonio sibi iungeret, obtulitq; Pontifici amplissima munera, & allato sibi dispensationis breui, nuptias celebravit. Qua de re admiratus Rex misit ad Pōtificem, qui vehemētius demiratus fuit, id sibi fuisse impositū. Et repertus fuit Apostolicus notarius, qui literas ceu Apostolicas falso subscripserat. Cuius criminis pœnas dedit. Quam obrem Comes renuens sororem relinquere, bello à Rege inuasus fuit: suoq; patrimonio expoliatus. Syluest. verò verbo. Papa, quæst. 17. falsus est dicēs, qd Archiepiscopus Florenti. 3. part. tit. 1. cap. 11. referat Martinum quintum dispensasse cum fratre & sorore in matrimonio: non enim dispensauit nisi cum quodam, vt cōtraheret cū illa, cuius germanam occulta fornicatione poluerat, vt distin. sequen. articu. 3. videbimus. ¶ Ad aliud autem de Thamar cum fratre Amon, Paludanus respondet, quod fortē Dauid non fuit verus pater Thamar, sed nutritius. Sunt enim qui dicant Thamar filiam fuisse cuiusdam captiuae Dauidis, quam bello cepit, ex qua suscepit Absalon, qui ideo erat frater Thamar maternus: nā Amon ex alia vxore genitus fuit. At verò vt. 2. Regum. 3. legitur, Macha mater Absalon, fuit filia Regis Iesur, quam non est verò simile fuisse captiuam.

Creditur

Solut. alius ar. Caietan.

Solutio. 3. eiusdem.

Nunquā dispensatum.

Ad argum. Thamar.

Creditur ergo Thamar filia fuisse Dauidis. Et ideo forsan melius est dicere, qd inopinata repentinaq; sceleris immanitate perturbata verbum illud protulit, non tamen qd crederet per legem illi licere vxorem esse fratris, cū expresse in lege esset prohibitio illa præscripta: quā quidem scriptam legem pluris ipsi, quam legē naturæ æstimabant.

Solu. 1. ar.

¶ Simili ergo modo primum argumentū principale solutum restat. Barbari nāque detestantur fratrum nuptijs vtentes non id iure naturæ faciunt, sed illud adulterantes: quare talia matrimonia nullius sunt vinculi.

Sara ansuevit: soror & coniux Abrahæ.

¶ Ad secundum verò de Abraham, vtrum eius fuerit Sara & vxor & simul Germana soror, non desunt qui id affirmant. Quorū est Caiet. super Genesim cap. 20. vbi, postquam Abraham in Geraris de vxore sua affirmauerat, soror mea est, quo nomine celaret esse vxorem, Abimelech Regi Geraris cum eum mendacij redargueret, respondit, non esse mentitum: nā verè, inquit, soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem: quæ vtiq; verba pōderans ait, Caietanus nihil expressius dicere potuisse, quam verè soror mea est, præsertim cū adiecerit: filia patris mei & nō filia matris meæ: nam si sororem esse clare asserere voluisset, non id alijs vtiq; verbis potuisset explicare.

Caiet. arg. 1.

¶ Accedit, qd si erat consobrina: scilicet, filia Aram fratris eius, vt communis habet opinio, atque adeo dicens, filia fratris mei, intelligeret, neptis, non adiecisset, & non filia matris meæ: quoniam pariter etiā esset neptis matris eius: quia Abraham, inquit, & Aram vtroque parente fratres erant. Eandem opinionem tenet Clemens Alexandrinus libro. 2. Stromatum non multum ante finem, dicens propterea adiecisse, & non filia matris meæ: quia licebat ducere vxorem ex parte patris, & non ex parte matris.

2. Argum.

Clemens Alexandrinus

3. Argum.

¶ At qui rationibus Caietani adhuc alia adiungitur, quod si non erat nisi cōsobrina, quando postea Abimelech insinulauit eum de mendacio, facile crimē potuisset diluere dicens. Soror mea est, filia fratris mei: mos enim nobis est propinquos cognatos appellare fratres & sorores, vt verè sunt apud nos: & tamen hoc non dixit, sed ait, non simpliciter, soror, sed verè soror: & ad explicandum quomodo esset soror, adiecit natiuam rationem fororis: scilicet, qd esset filia patris eius.

4. Argum.

¶ Præterea quauis fratruales & cōsobrini fratres dici possent, quia sunt pares, tamen maiores natu, vt patrui, non solent appellare con-

sobrinas sorores, sed potius filias. ¶ Item Abraham senior fuisse videtur, quam frater eius Aram: nam Genes. 11. prior refertur quam alij fratres: & tamen non superabat ætate vxorem nisi decem annis: erat enim nonagenaria, vt Genes. 17. legitur, quando Isaac concepit, & Abraham, vt cap. 21. refertur, centenarius: ergo non potuit Sara esse Aram filia.

6. Argum.

¶ Magnum demum rei huius colligitur argumentum ex Genes. c. 11. vbi habetur, qd Abraham & frater eius Nachor duxerūt vxores: nomen vxoris Abraham Sarai: & nomen vxoris Nachor Melcha filia Aram patris Melchæ & patris Ieschæ: cū ergo Melcha explicatur fuisse filia Aram, si Sara eius quoque fuisset nata, idem pariter explicaretur: potissimū cum pluris referret id de Sara scire, qd de Melcha.

7. Argum.

¶ Ad hæc si nō erat verè soror, fefellit Regem qui credidit esse germanam sororem, aliās non colligeret nō esse eius vxorem. Re vera his cōiecturis suo pondere libratæ res videtur valde fieri probabilis, quod fuerit verè soror.

Sententia auctoris.

¶ Veruntamen hoc nec credendum est, neque vilo pacto, vt reor, asserendum, qua ratione id Caietanus affirmare censetur: nēpè, quod iure naturæ non esset connubium fratris cum sorore prohibitum. Imò profectò, vt bona venia dixerim, crediderim hoc erroneum esse, præsertim cū, vt diximus. Innocent. in cap. Gaudemus, doceat matrimonium infidelium in primo gradu non tenere. Et ideo cui illa opinio placuerit, dicere subinde compellitur, tale matrimonium Abraham cum sorore nō nisi specialiter Dei reuelatione contraxisse, vt sicut in primordijs mundi ad propagandum humanum genus licuit fratribus sorores accipere, sic cū Abraham ex infideli Vr Chaldeorū iussu Dei egressus seminaturus esset Dei populū, iussus fuerit religiosam fidelissimamq; sororē suā vxorem ad id muneris accipere.

Nota.

¶ At verò cum, neque ista necessitas tam vrgens appareat, neque illa reuelatio scripto sit memoria prodita, consultius tum Iosephus lib. 1. de antiquita. capit. 14. tum & sancti Patres non potuerunt sibi tale matrimoniū persuadere, contra quod naturam prorsus reclamare videbant. Et ideo Hieronymus tum in quæstionibus Hebraicis super eundem locum Genes. 20. tum contra Eluidium, & in prologo super Iob, & Augustin. 16. de ciuitate Dei cap. 19. Sed latius. 22. contra Faustum cap. 35. & in quæstio. Genes. & refertur. 22. quæstio. 2. canon. Quæritur. asseueranter docent Saram non fuisse nisi filiam Aram fratris Abraham, ac perinde sororem Loth, quem Arā, vt Gen. 11. legitur,

Iosephus.

Hierony.

August.

Sara consobrina Abraham.

legitur, genuit. Et eandem sententiam ample-
D. Thom. xus est D. Thom. 2.2. quæstio. 110. articulo. 3.
Chrysoſt. Et quannis Chryſoſtomus Homilia. 45. super
 Genesim videatur in contrariâ opinionem de
 flectere, nō tamen ita planè hoc affirmat, solū
 enim addit ad verba textus, Data est mihi in
 vxorem, quia & eundem patrem vocat, quem
 & ego, & ideo eam sororem vocavi. Enimverò
 quia Thare erat paterfamilias illius dom⁹, que
 à Babylonia recesserat, illeq; totā duc̄tabat ad
 ministrabatq; familiam non solū filij, verūm
 etiam nepotes appellabant eum patrem.
Solutio pri
mi ac tertij
argumenti
 ¶ Et per hoc soluitur argumentum ex Genes.
 20. collectum. Dixit enim non solū esse foro-
 rem, sed verè sororem: quia foror & vere foror
 idem est: sed adiecit, filia patris mei: nam illa ra-
 tione omnes dicebantur fratres, quòd Thare
 omnes appellabant patrem. Atq; id planè cō-
 firmatur, quia similiter Isaac de Rebecca Gen.
Isaac & Re
becca. 26. quam constat non fuisse sororem eius, sed
 filiam Nachor fratris Abraham, rogatus à viris
 Geraris, Quæ nam esset, respondit, Soror mea
 est. Et Genes. 13. ait, Abraham ad Loth, fratres
 eodem modo Saram appellavit sororem: si ve-
 rò, quia erat leuir: scilicet, frater Saræ vxoris
 ipsius Abraham, idem colligitur: videlicet, q̄ Sa-
 ra erat filia Aram patris Loth.
 ¶ Cuius præterea magnū argumentum est, q̄
 Gen. 11. vbi familia Thare recensetur, sic legi-
 tur, Tulit itaq; Thare Abraham filium suū,
 & Loth filium Aram filij sui, & Sarai nurum
 suam vxorem Abraham filij sui: si autem Sara
 esset filia sua, id quoque expressisset sicuti de
 Aram & Abraham: & tamen non appellavit
 nisi nurum, vxorem filij sui Abraham.
Solu. 6. ar. ¶ Ad aliud verò argumentum, quòd ex eod.
 cap. obiecit, q̄ scilicet, Melcha refertur illic
 filia Aram, & nō Sara, respōdet Hierony. Gen.
 20. ac subinde August. lib. 16. de ciuit. Dei ca.
 12. q̄ vbi legitur Aram pater Melchæ & pater
 Iescha, illa Iescha creditur ipsa esse etiam Sara
 vxor Abraham.
Argumen-
optimum. ¶ In summa vnum pro omnibus argumentis
 hoc est concludentissimum, quòd Abraham
 absq; expressa reuelatione & dispensatiōe Dei
 non potuit cum sorore contrahere, vnde Au-
 gustinus. 22. lib. citato cōtra Faustum. cap. 35.
August. hoc pacto colligit. Cum igitur Abraham eo tē-
 pore viueret in rebus humanis, quò quidem iā
 fratres ex vtroque vel altero vel altera paren-
 te natos nec̄ti coniugio non licebat, filios autē
 fratrum aliosq; lōginq; gradu generis cō-
 sanguineos, nulla lege nullaq; potestate prohi-
 bita consuetudo iungebat, quid mirum si foro-

rem suam, id est, ex patris sui sanguine procrea-
 tam habebat vxorē? Nam & Tobias: vt cap. 6. **Tobia. 6.**
 legitur, quam accepturus erat in vxorem foro-
 rem appellavit, eo quòd ex eius cognatione
 fuisset exorta. Hoc enim idiomate fratruales
 & alij cognati Christi fratres Dñi vocantur.
 ¶ Ad aliud autem argumentū, filia patris mei, **Solu. 2. ar.**
 & nō filia matris meæ, dicere possumus, quòd
 Thare ex altera vxore genuit Abraham, & ex
 altera Aram patrem Saræ. Id enim ipsum Ca-
 ietanus dicere cogitur, tenens Saram fuisse so-
 rorem Abraham: nempe, quòd ex altera vxore
 Thare ipsam genuerit. Cōmentum enim Cle-
 mentis Alexandrini nulla fulcitur authorita-
 te, imò illud Augustinus loco nuperrimè cita-
 to planè refutauit. **Ad Clemen-**
tem Alexā-
drinum.
Solu. 5. ar.
 ¶ Aliud verò argumentum molestius est de
 atete Abraham & Saræ, qui non nisi decennio
 distabant. Sed respōdetur cum Abulensi quæst.
Abulensi.
Genes. 11.
 27. super Gene. cap. 11. quòd etsi ordine prior
 Abraham propter eius dignitatem fuerit no-
 minatus, quàm eius fratres, fuit tamen omniū
 natu minimus, & Aram maximus. Itaque vbi
 legitur Genes. 11. quòd Thare septuagesimo
 annè ætatis suæ genuit Abraham, Nachor &
 Aram, intelligitur tūc genuisse Abraham, sed
 antea, cum esset forsan quadragenarius vel se-
 xagenarius genuerat Aram: qui quidē Aram
 decennio post natiuitatem Abraham genuit Sa-
 rā, & cum vitæ ille defunctus fuisset in Vr Chal-
 dæorum: Thare tulit alios duos filios Nachor
 & Abraham, & duas neptes filias Aram, vt cō-
 migraret in terram Chanaam. Et ideo vnam
 neptem nupti tradidit vni filio, atq; alterā
 alteri.
 ¶ Tertium argumentum in secundo gradu **Solu. 3. ar.**
 consanguinitatis inter ascendentes & descen-
 dentes: putā, inter patruum, vel auunculum &
 consobrinam, alteram à nobis conclusionem
 efflagitat. Et idem est de amitta vel matertera
 cum consobрино: qui vtiq; secundus gradus pa-
 riter est in Leuitico prohibitus. Vnde **Vitaleff.**
 est videre apud Valdensē tom. 2. de sacra-
 ment. cap. 134. opinatus, omnes illas Leuitici
 prohibitiones vim suam sub lege Euangelica
 retinere, dicebat, hunc quoque secundum gra-
 dum minimè sub dispensatione Pontificis ca-
 dere, vt matrimonium teneat, addens quòd ne-
 que Papa, neq; ecclesia vlos alios gradus pro-
 hibere possit. Hoc autem secundū assertū arti-
 sequē. reprobabitur. Primum tamē etiā Maio-
 ris atq; alij adstruunt, vt Syluest. verb. Matri-
 monium. s. q. 6. & verbo. Papa. s. 17. & glossa
 super cap. Literas. de restit. spoliato. Omnes em̄
 isti dicunt, super gradus iure diuino prohibi-
 tos non

tos non posse Papam dispensare. Et vocant
 ius diuinum illud antiquum Leuitici. Et glossa
 subiūgit exemplum in matrimonio mater-
 ræ cum consobрино, & patris cum cōsobrina.
 Quare inter fratruales: quoniam erant illa lege
 prohibiti, non negat, matrimonium per dispē-
 sationem ecclesiæ posse constare.
Sententia
authoris. ¶ At verò vt cōtra istos hoc in primis animad-
 uertamus, in Leuitico, vt paulò ante prænota-
 uimus, nō exprimitur prohibitio inter patruū
 vel auunculum & consobrinā, sed inter conso-
 brinum & amitam vel materterā, cum tamen,
Ambro. vt Ambrosius in illa citata epistola. 66. li. 9. ad
 Paternum, ait, similiter non solū diuino, sed
 etiam naturali iure prohiberi matrimoniū pa-
 trui cū consobrina. Volebat enim ille filiū suū
 cū nepte ex altero filio copulare: de quo vehe-
 menter reprehendit eum Ambrosius.
2. Conclu. ¶ Illis ergo citatis opinionibus nihil obstanti-
 bus statuitur hic secunda conclusio. Secundus
 hic gradus consanguinitatis ascendentium &
 descendentium nullo diuino iure aut naturali
 sic modo prohibitus est, quominus Papa su-
 per illo dispensare valeat. Et primum quātum
 ad ius diuinum probatur. Est enim ius diuinū
 vnum positium, quòd non est de iure natu-
 ræ, vt præcepta fidei & sacramentorum in euā-
 gelio, aliud verò est ius diuinum & simul natu-
 rale. Præceptum prioris generis sub lege euan-
 gelica nullum est positum, quo eiusmodi ma-
 trimonia prohibeantur: illæ verò Leuiticæ in-
 hibitiones, vt satis probatum est, abolitæ sunt
 prorsus, nisi quatenus vim naturalis iuris reti-
 nent: nullum ergo iam modo diuinum ius cen-
 fendum est in matrimonio nisi quatenus est
 naturale.
Nota. ¶ Vtergo ius hoc in hoc gradu secūdo ascen-
 dentiū perpendamus, quāuis tantū absurdita-
 tis adierat, vt cōdecuerit ecclesiā tale matri-
 monium irritare: nihilominus merum ius natu-
 ræ nō vsque adeò illud vetat, vt secluso iure Pō-
 tificio illud redderet nullū. Probatur primò,
Ratio. 1. quoniā rationes illæ, quas de patre & filia de-
 que fratre & sorore, & fortè de auo & nepte su-
 pra instructę sunt, vltra illos gradus nō vsque
 adeò vrgent, vt matrimonium ostendant esse
 nullū: neque enim tāta cōuersatio est inter pa-
 truum & consobrinā, neq; tāta naturalis amici-
 tia, vt idoneo vsui matrimonij sint illę personę
 tam repugnātes, neque tantū foeditatis habēt,
 vt copiantur. Quare certè sub lege nature
 nullatenus credendum est, hunc gradum fuisse
 prohibitum.
Ratio. 2. ¶ Secundò. Id palām conuincitur, nam Thare
 pater Abraham & Nachor, qui pater fuit illius

familie, quā Deus vt plātationem sui populi se-
 legerat, ambobus illis filijs neptes: nepe filias
 primi filij Aram matrimonio iūxit, quòd pla-
 num documentum est sub lege naturæ nō fuis-
 se prohibitum: nam illud ante legem scriptam
 plusquam quadringentis annis fuit.
3. Ratio. ¶ Et tertio ex illa prohibitionē Leuitici argu-
 mentum sumitur: nam si huiusmodi gradus iu-
 re naturæ esset prohibitus, profectò nō solū
 amita & matertera prohiberetur consobri-
 nubere, verū & patruus & auunculus cōsobri-
 nam ducere, quando quidē, vt ait, Ambros. par-
 ius sit in vtroq;: sed tamen in Leuitico tantum **Ambro.**
 fuerunt prohibite fœminæ maiores natu con-
 trahere cum consobrinis secundum S. Thom.
 quia sorores patris aut matris solent in eadem
 domo cum pueris consobrinis commorari,
 & ideo si possent contrahere, periculum orire-
 tur incestus. Fratres verò parētum domo con-
 fuerunt esse separati. Vel fortè ratio fuit,
 quòd plus absurditatis oculis omnium offert,
 vt consobrinus, qui subditus debet esse amitę
 & materterę, illam ducat vxorem, quæ sibi de-
 bet esse ratione coniugij subiecta: licenim pa-
 truus ducat consobrinam, vtroque iure & cō-
 sanguinitatis & coniugij erit illa subiecta. Et
 ideo Abraham duxit consobrinam, sed non le-
 gitur amitam consobрино nupsisse.
Ambro. ex
 ¶ Igitur Ambrosius non intelligit iure nature **ponitur.**
 sic esse istū gradum prohibitū, vt secluso iure
 positio matrimonij esset nullū, sed quòd pari
 iure naturæ cohibetur patruus à cōsobrina,
 quo amita à consobрино quantū ad peccatū si
 matrimonij fiat. Et ideo coniectura fit, iam
 tunc morē ecclesię cœpisse, vt iste gradus secū-
 dus prohiberetur non solū in ascendentibus
 istis, verūm & in lateralibus: scilicet, inter fra-
 truales, vt colligitur ex Gregorio can. Quādā
 lex. 35. quæst. 2.
Argumentū
optimū. ¶ Supremū autē argumentū, quòd rē præsen-
 tem conuincit, est sententia Innocentij. c. Gau-
 demus, qui ait, infideles, qui in secundo gradu
 contraxerunt, si conuertatur, non esse separā-
 dos, vbi planè docet, non esse impedimentum
 de iure naturæ. Ex quo rursus colligitur Papā
 super illo gradu posse dispensare. Quòd & ec-
 clesia more & vsu ostendit. Hanc ergo defini-
 tionē debuissent Maioris & alij animaduerte-
 re ante quā dixissent, id Papā facere nō pos-
 se. Glossa ergo citata cap. Literas, dicens Papā
 posse dispensare in secundo gradu collateralij
 scilicet, inter fratruales non tamen inter ascen-
 dentes, nullo nititur fundamento: quoniā tex-
 tus nō habet, nisi q̄ cōtrahētes in gradib⁹, quos
 lex diuina prohibuit, nō possūt permanere. In-
 telligit

telligit autem, lex diuina naturalis, primū prohibens gradum. Quandoquidem in allegato capit. Gaudemus. idem Pontifex eodem modo loquitur de secundo gradu, nulla facta distinctione inter ascendentes aut laterales. De capitulo verò finali eiusdem tituli de diuortijs, ubi habetur, quod Iudæa, quæ secundum legem Mosaycam nupsit fratri viri sui defuncti sine liberis, non separetur, dicemus distinctione sequenti.

ARTICVLVS. V.

Utrum gradus consanguinitatis matrimonii prohibentes, potuerit ecclesia usque ad quartum taxare.

REMISSIS GRADIBUS, quos ius naturæ videtur à matrimonio prorsus cohibere, subsequitur de alijs, quos ecclesia adhibuit, Et quaeritur, utrum potuerit usque ad quatuor eos extendere & taxare. Et arguitur à parte negatiua. Mādaturū Christi est Matthæi. 19. vt quos Deus coniunxit, homo nō separet: eos autem, qui in secundo aut tertio gradu iuncti sunt, Deus coniunxit, quandoquidem ius diuinum antiquum illud non vetuit: ergo non possunt per ecclesiam separari.

Partis negatiue ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio ar.

¶ Secundò. Matrimonij vinculum, vt distinct. 26. dicebamus, est naturale: nempe, naturæ instinctu constitutum: ius verò naturale nequit lex humana vel decurtare vel ampliare: ergo ecclesia non potuit gradus huiusmodi præscribere.

¶ In contrarium est, quòd præceptum ecclesiæ, quæ spiritu sancto regitur, diuinitus habet firmitatem, iuxta illud. Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit: sed ecclesia huiusmodi gradus decreuit non esse nuptijs confederandis idoneos: ergo illa prohibitio est legitima.

¶ De hac quaestione, vt articul. 3. dicebamus hæretici vt V Vitellæ apud V Waldensem tomo. 2. de sacrament. capitul. 134. & eius asseclæ Lutherani à catholica ueritate dissentiunt,

pontifici utique & ecclesiæ facultatem adimētes prohibendi à nuptiarum iure gradus aliquos consanguinitatis vel affinitatis. Ad quaestionem nihilominus tribus cōclusionibus respondetur. Prima. In facultate ecclesiæ munere Christi institutæ & sancto flamine gubernatæ positum est, vt pacificendis coniungendisque nuptijs legitimis illegitimisque decernat, ob sanguinis propinquitatē personas. Probat. Connubialis contractus, ab orbe condito naturalis fuit ab autore naturæ Deo in officium naturæ institutum: nempe, ad nostrum genus propagandum: sed tamen quia ad pacem tranquillamque reipublicæ ciuilibis statum attinet, ad ciuilem quoque reipublicā de ipso statuere pertinebat, sicut de reliquis ciuilibus contractibus & stipulationibus, quorū peruersitate potest respublica perturbari: per legē verò euan gelicam authore Christo seruatore nostro idē matrimonium in sacramentum statutum est: ergo cum sacramentorum administrationem & dispensationem idem redemptor ecclesiæ commiserit, huius etiam curam illi cōcredidit, vt pro locorum & temporum & gentium varietate de eius causis & conditionibus disponeret. Quocirca ius, quod penes reipublicā ciuilem erat de causis matrimonialibus decernendi, dum non erat sacramentum, ad ecclesiam facto sacramento translatum est. Legibus autem ciuilibus, vt patet. ff. de ritu nuptiarum. l. Sorores. l. Semp. & l. fina. & ferre cunctis eiusdem tituli, & l. Si adulterium cum incestu. ff. ad legem Iuliam. de adulter. & cōpluribus alijs, certi personarum gradus sunt à pactis connubiorum repulsi: multò ergo sanctiori iure ecclesia fungitur, vt eosdem valeat definire gradus.

1. Concluf.

Ratio.

Leges ciuiles.

Rationis cōfirmatio.

Ratio. 3.

Obiectio.

¶ Et cōfirmatur. Naturalis rationis lumen ostēdit absurditatis plurimum quospiam eiusmodi gradum asserere si per matrimonia commisceantur: sed tamen non satis lumen ipsum naturæ ostendit quantum se absurditas ostēdat: ergo necessaria est ad id discernendum in reipublica facultas, quam utique maxime cōdecuit ecclesiæ tribui, cui Christus sacramentorum curam commisit. Enim uerò, vt circa alia sacramenta multa ecclesia dispensat de temporibus eorum & ritibus: & ad sacramentum ordinis, nō promouet bigamos, homicidas, atque alios, ita potest & à sacramento matrimonij cōsanguineos arcere.

¶ Sed redarguat quis forsan. In alijs nō potest facere, vt sacramentum sit nullum, quanuis faciat esse peccatum id contra eius iunctionem suscipere: ergo nec potest facere, vt matrimonium

Dilatio.

Discrimē.

Ratio. 4.

An seculares principes possint leges conuiales condere.

Pars affirmatiua.

Pars negatiua.

Solutio bicornis.

1. Solutio pars.

nium, quòd aliàs validum esset, sit prorsus nullum. Negatur cōsequentia. Hoc enim discrimē ex natura sacramentorum colligitur: illa namque, quæ characterem imprimunt, quia suum secum adferunt effectum, qui à voluntate humana non pendet: si legitima intentione & cōferantur & suscipiantur, impedire ecclesia nō potest quominus sint valida, quanuis per delictum suscipiantur. Secus autem in his, quæ ex humana pendent voluntate. Vnde sicut potest per excommunicationem & suspensionem efficere, vt sacramētum absolutio sit nullum, & votum solenne, nisi iuxta suas leges suscipiatur, sit irritum, ita quia matrimonium cōsensibus humanis contrahentium conglutinatur, potest illos consensus super tali materia enervare, vt casus sint, veluti in alijs stipulationibus, quæ per merum ius naturæ firmæ essent, humana lege infringuntur.

¶ In summa, cum Deus in lege Mosayca de huiusmodi gradibus prohibitiones decreuerit, quæ quidem prohibitiones per legem euangelicam, quatenus erant legis illius mādaturæ, antiquata sunt: mancam Christum Dominum ecclesiam suam relinqueret, nisi illa facultate eam communiret, qua posset eiusmodi gradus secundum naturalem decentiam & ornatum taxare & definire.

¶ Sed seiscitaberis forsan, utrum seculares principes, etiam sub lege Euangelica, eadem facultate polleant & iure sic cohibēdi matrimonia, vt si contra eorum prohibitiones fiant, sint nulla. Apparet enim ex vna parte id posse: quoniam cum naturæ iura fides non sustulerit, sed perfecit: & ante Euangelium in lege naturæ potuerint Cæsares huiusmodi leges de coniugijs condere: apparet & eandem nunc facultatem retinere. Sed tamen ex altera parte extat argumentum, quòd si sub lege Euangelica eadem fungerentur facultate, cum eadem penes ecclesiam existat, accideret, vt sæpè sibi eiusmodi potestates contradicerent, quòd in perniciem ecclesiæ vergeret.

¶ Interrogationis huius bimembre responsum est, Respublica, in quā, ciuilibis, & princeps, qui eius habet facultatem: leges potest de pacificēdis stipulandisque nuptijs cōdere, atque adeò sic cōsanguineos & affines è matrimonijs cōcinandis arcere, vt si illa contrā inire tentauerint, nulla sint. Veruntamen in huiusmodi ferendis legibus respublica ciuilibis subdita prorsus est ecclesiasticæ, vt absque permisso concilij, aut Pontificis Maximi eas ferre nequeat: quòd si Papa contradixerit, irritæ erunt prorsus & inanes. Prima pars responsionis sic patet.

Respublica ciuilibis & principis potestas in pacem & prosperum reipublicæ statum instituta est: huiusmodi autem pax & tranquilla felicitas plurimum ex nuptijs contrahendis pendet: imò plus quam ex alijs ciuilibus contractibus: ergo potest legibus eiusmodi matrimonia definire & dirigere.

¶ Secundò, quia rationes illæ, ob quas gradus cognationis prohibeatur, lumine naturali innotescunt: nempe, quia foeditatem habent, & quia cum cōsanguinei in eadem habitent domo, in periculo incestu versarentur, quos quidem incestus Principi incumbit suæ reipublicæ cauere. Item principi etiam incumbit amicitias in sua republica propagare, quod per matrimonia diuersi sanguinis contexta fieri potest: ergo de huiusmodi coniugijs leges potest condere.

¶ Neque obstat cauillus, quòd cum matrimonium iam sit sacramentum, non potest princeps materiam & eius & subiectum mutare: hoc est, prohibere, vt si cognati contraherent, matrimonium nō teneret. Non, inquam, hoc obstat, quoniam institutio sacramenti non abstat quominus matrimonium sit ciuilibis contractus: & qua ratione cōtractus ciuilibis est à potestate ciuili nō eximitur. Et sæpè matrimonia inter cōsanguineos in perniciem Reipublicæ vergerent. Vnde Diuus Thomas distinct. 26. quæst. 2. artic. 1. ait, quòd matrimonium, quatenus ad ciuiles utilitates, qualis est amicitia & mutuum obsequium, institutionem habet à lege ciuili. Et distinct. 34. articul. 1. ad quartū, ait, quinquatum est in officium communitatis, statutur lege ciuili. His demum accedit, quòd in re ciuili ad optiones filiorum instituantur & approbatur, ex quibus legale vinculum cōtrahitur matrimonium impediēs, vt. 9. 1. Instituta. de nuptijs.

¶ Nihilominus secundum membrum eiusdem responsi probatur: uam cum ecclesiæ incumbat de sacramentis cōsistere, & vt distinct. 35. dicebamus, in his, quæ pertinet ad regnum cælorum, respublica ciuilibis spiritali sit subdita, nequit ciuilibis in matrimonialibus causis, præfertur in cōstituendis personis legitimis vel illegitimis ab ecclesiæ sanctionibus & potestate desistere: alioqui duo essent capita, quòd utique monstrum vineā Domini demoliretur. Vnde Diu. Thomas distinctio. 42. quæstione. 2. artic. 2. ad quartū. Prohibitio, inquit, legis humanæ non sufficeret ad impediētum matrimonij, nisi interueniret autoritas ecclesiæ quæ idem etiam interdicit. Et idem obseruādū est in discernendo quodnam matrimonium sit legitimum.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Obiectio.

Dilatio.

Da Thom.

2. Solutio nis pars.

legitimum, quod re vera iudicium ad ecclesiā spectat. De dotibus verò & hæreditatibus, discernere atque de alijs, quæ mere secularia sunt adulare attinet iudicium.

2. Conclus. ¶ Secunda conclusio. Gradus cōsanguinitatis (nam de affinitate post dicturi sumus) temporum lapsu & successione varietatem quantum ad nuptias cōiungendas susceperunt. Etenim

Primus gradus lineæ rectæ. primus cōsanguinitatis gradus in linea recta adeo est iure naturæ à matrimonio repulsus, vt nulla vnquam necessitate fuerit permixtus: putà, patris cum filia: neq; verò secundus: scilicet, aui cum nepte. Primus verò gradus collateralium: nempe, inter fratres, quia paululo minus efficaciam habet in primo orbis ortu propter extremam necessitatem dispensationem admittit. Sed tamē, vt supra citatus Augustinus, ait, adeo postmodum vbiq; gentium, vbi tantillus rationis radius illucebat, prohibitus est ac si nūquam potuisset esse permixtus. Quare matrimonia in hoc primo gradu, seu rectæ, seu trāversæ lineæ, post orbis initia sub nulla lege potuerūt esse firma & valida. Deinde sub lege scripta huic gradui adhibitus fuit secundus ascendentium & descendentium: nempe, materteræ vel amitæ cum cōsobrino, vt patet Levitic. 18. (nam de affinitate modò non loquimur.) Quæ quidem prohibitio non vsq; quæq; fuit moralis, sed iudicialis, vt artic. præcedenti diximus.

Primus gradus lineæ transversæ.

2. Gradus. Quare hic secundus gradus Pontificis dispensationem tolerare potest. Postmodum verò sub lege Evangelica tempore Augustini quadringentis annis ab orbe Redempto non solum ille gradus, verum & secundus collateralis lineæ: nempe, inter filios & filias fratrum, qui fratres dicuntur, iam erat à nuptijs cōföderandis exclusus, vt ipse. 15. de ciuitate Dei cap. 16. docet. Et Gregorius in epistola ad Augu. Anglorum episcopus, & refertur canone. Quædam lex. 35. quæst. 3. Vbi Romanam legem condēnat, quæ huiusmodi cōnubia inter fratruales permittebat: quoniam ex huiusmodi, inquit, coniugio experimento didicimus, sobolē non posse succedere. Indulget tamen, vt in quinto vel quarto gradu cōtrahatur. At verò, vt bene

2. Gradus lineæ collateralis.

Gregorius. Alexander. 3. in cano. Ad sedem, eadem causa quæst. 7. admonuit indulgētia illi solum intelligatur respectu gentis Anglorum, quæ tunc recenter conuertebatur ad fidem: nam vt eodē cā. Quædā lex. subiungitur, interrogatus. Gregorius à Felice Messianæ Siciliæ præfule eadem licentia possent sui subditi vti, respondit minime posse.

Alex. 3. ¶ Iam ergo prohibitio tūc vsq; ad sextum vel septimum gradum fuerat prolata, vt patet

cano. De affinitate. cano. De cōsanguinitate. & cano. Progeniē. & cano. Porro. 35. quæst. 3. & can. Series. & ad sedem, & reliquis. eadē causa quæstione. 5. At verò neminem gradus ille sextus vel septimus fallit, nō enim re, sed solo nomine secundum diuersam supputationem differt, vt Isidorus ibidem cano. Primò gradu. exponit. Qui enim primum stipitem: scilicet, primum patrem tanquam primum gradū faciebāt. septē numerabant gradus vsq; ad quintum nepotem, vt patres essent in primo: & fratres in secundo, ac quinti nepotes in septimo. Sed qui (vt moris iam modò est) stipitem non cōnumerabant, sed fratres in primo gradu collocabant, nō statuebāt nisi sex vsq; ad eodē quintos nepotes, vltra quos nullus fuit vnquā cōsanguinitatis gradus à matrimonio seclusus. Et subdebatur numeratio, eo qd hebdomada septem diebus decurrit, ac subinde eodē iterato numero recurrit, Quæ quidem nō est vt vrgens ratio æstimanda, sed tanquā adaptatio quædā audienda. Ratio enim non erat, nisi quòd cum cōsanguinitas tanquam fundamentum amicitie & familiaritatis habeatur, vltra illos sex gradus nullus vel odor amicitie sit reliquus: quia nemo potest natiuitatem quinti nepotis attingere. Vnum enim integrum seculum centum annorum & eo amplius inter stipitem & sextum in sobolis successione effluit.

¶ Tertia conclusio. Iam nunc temporis cōsanguineid solo quarto gradu, fratribus in primo collatis, à nexu coniugali cohibetur. Decretum est concilij generalis Lateranensis sub Innocent. 3. cap. Nō debet, de cōsang. & affinit. Et intelligitur, quòd per alterutram lineā persona in quinto gradu ab stipite distet, potest cum quocunq; alterius lineæ sive in quarto siue in primo differat, contrahere, vt Gregorius nonus. cap. Vir qui ab stipite. declarauit, Quoniam, vt art. 2. dictū est, nemo vnus lineæ alteri alterius propinquior est, quam stipiti.

¶ Quòd si arguas, Vbi eadem est causa eūdem conuenit effectū existere: ergo non debuit tanta varietate ecclesia in his prohibitionibus vti. Ad hoc respōdet ibi Innocētius, quòd non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quoq; varientur humana, præsertim cū vsus necessitas vel euidentis vtilitas id exposcit: quia Dominus de veterite stamento multa in nouo mutauit. Et experientia cōpertum est expedire gradus illos decurtari. Enimverò ecclesia quodammodo ius naturale contemplata huiusmodi gradus prohibuit: nam etsi idem naturæ ius non sic omnes phibuerit, vt matrimonio essent nulla, nihilo minus

Gradus sextus & septimus idem.

Septenarij numeratione.

Ratio.

3. Conclus.

Obiectio.

Dilutio.

Graduum prohibitio.

minus nō nihil absurditatis admonet præ se ferre in illis gradibus coniugia componi.

Rationes.

¶ Accedunt & rationes in tertio articulo adductæ, quæ licet nō tam efficaciter in alijs gradibus militent, quàm inter parentes & natos, nihilominus quandam habent honestatem & decentiam.

Ratio. 1.

¶ Veruntamē vltra quartum gradum omnes profectò cessant, tum quod vix vsu venire potest, vt pater abnepotem qui in quarto gradu est, agnoscat, vt dicebamus de septimo, ppter breuiorem vitæ periodum, quæ senescente mūdo breuior fit indies, tum etiam, quòd tepescēte iā quotidie charitate, vix inter propinquos in illo gradu vllus sanguinis calor viget, qui amorē retineat, & ideo illa de causa non est cur à coniugijs cohibeantur.

Ratio. 2.

¶ Præterea tam longa graduum serie interdicta difficile est inuenire pares, inter quos cōiugia debite cōföderari valeant. Atq; alia subinde incommoda subsequuntur.

¶ Adducit illic Pontifex alias congruitates in quarto gradu, quæ licet non sint tanquā necessaria audiendæ, non sunt tū ineptæ. In primis, vt Deutero. 5. legitur, Deus visitat peccata parentum in filios vsq; in tertiam & quartam generationem. Et homo habet quatuor humores quatuor elemētis similes. Quare sanguis parētum in primo gradu: scilicet, in filijs, amittit quod subtilissimū est, vt naturā ignis: & in secūdo: scilicet, fratruelibus, quod minus tenue est, vt aereum: & in tertio aqueum, & in quarto terreum: vbi ergo cōsanguinitas profusus euanescit. ¶ Imò verò non ita multum absurditatis inest, quando causa subest, in dispensando, saltē super quarto gradu. Quapropter in Tridentino concilio tāquam res expediens inter patres agitabatur, vt quartus amoueretur gradus, veluti iam certè nō vsq; adeo vtilis & cōmodus, dūtamen sanctissimè statuere tur tertius & superiores, vt nunquam, vel non nisi ex vrgētissima causa vlla admitteretur dispensatio, sed omnis dispensandi occluderetur via. ¶ Sed est tandem hic vnum, quod notissimum est, adnotandum, quòd cum leges præterita nō respiciant, sed prospiciant in futurū, quando Innocentius verbi gratia submouit quintum vel sextum gradum, nō dispensauit cum illis, qui in quinto contra ecclesiæ interdictum contraxerant: quia illum nullum erat matrimonium: & vice versa si modò quintus gradus prohiberetur, nō ideo separadi essent qui in tali gradu hucusq; contraxerāt, sed prohibitio à tempore promulgatæ legis vim obtinet suam. ¶ Ad primum igitur argumentum

Tridentina Synodus.

Lex futura prospicit.

Solu. 1. ar.

respondetur, quòd cum Christus ecclesiæ suæ potestatem tradiderit Christianam familiam, & potissimum in sacramentis, administrandi, legesq; subinde condendi, sit vt Deus sicut illos, qui cōtra ius naturale diuinum contrahūt, non cōiugat, ita neque eos, qui contra ecclēsiastica iussa copulantur.

¶ Ad secundum respondetur concessio quòd coniugium, naturale sit vinculum, & pariter quòd cōsanguinitas naturalis sit necessitudo, & ideo ecclesia, nec vinculum dissoluere potest postquam legitimum est, nec cōsanguinitatem mutare, vt qui non erant cōsanguinei, sint, aut qui erant, non sint attamen, quod cōsanguinitas matrimoniū impediatur, ne vinculum exurgat, nō est naturale, nisi in quibusdam gradibus, vt expositum est. Et ideo condere leges per diuinam facultatem valet, quibus pro temporum varietate varij gradus matrimonium impediatur.

¶ Ad tertium iam supra responsum est: baptifimus nanque est sacramentum nullatenus ex humana voluntate dependens: quare vbi legitima intentio adest, ecclesia nihil potest variare. Matrimonium autem sic est sacramentum, vt sit etiam civilis contractus ab humano consensu dependens, quem ecclesia prohibere potest.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

DISTINCTIO quadagesima prima, De affinitate.



Textus.
Cap. 1.

QUEMADMODUM in vnitare sanguinis, quæ à patre descendit in filium, cōsanguinitas fundatur, quæ per sobolē diffunditur, ita & per coniunctionem mariti & vxoris, qui vt Genes. 2. legitur, sūt duo in carne vna, compingitur affinitas, quæ ex duobus illic cōiunctis sanguinibus cōglucatur. Et ideo cōsanguinei vnus alteri fiunt cō-

Y iugi

Gregorius. iugi affines, & vice versa. Vnde Gregorius. 35. quæstio. 10. Si coniuges, inquit, vna caro fuit, quomodo potest aliquis eorum propinquus vni pertinere, nisi pertineat alteri? Hoc minime credendum est. Nô tamen subinde cōsanguinei vnius cum cōsanguineis alterius affinitatem colligunt, imò possunt duo fratres cū duabus sororibus cōmisceri, vt *Alexan. 2.* can. 2. Quod autē. 35. q. 5. ait, sicuti & filius vnius ex altera vxore cum filia alterius ex alio marito. Est ergo affinitas personarum propinquitas ex carnali copula proueniēs omni carens parentela: hoc est, in sua ratione non includens: vt ab eisdem parentibus descendant.

Definitio affinitatis.

Cap. 2. ¶ Et quanuis antiquitus tria extiterint affinitatis genera, iam verò reliqua ab vsu aboleuerunt, & tantum primum hoc reliquū est in vsu. Solebantque perinde ac consanguinitatis, ita & affinitatis gradus ad sextum & septimum protendi, sed iam modò isti sicuti illi recisi sunt, vt ultra quartum nullus obseruetur, vt Lateranensi synodo sub, Inno 3. ca. Non debet. de consanguini. & affinit. definitum est. Quapropter canones illos vetustos aliorum generum & graduum hîc recēserē super uacaneum est. Vnde cū affinitatis gradus non per se sed ratione cōsanguinitatis, vnde originem trahunt, distinguatur, quo gradu quisque sanguinis ab vxore distat, eodē affinitatis elongatur à marito, & vi

ce versa, vt ex Grego. can. Porrò de *Gregor.* affinitate. 35. quæstio. 5. colligitur. Ob idque facile est constitutis marito & vxore vtrinque gradus affinitatis depingere.

¶ Contrahitur autem affinitas non modo ex legitimo connubio, verum & ex fornicario concubitu, dū tamen in vase legitimo consummatur: quando quidem per huiusmodi congressum duo etiam fiant in carne vna ad generationē idonei, iuxta verbum Pauli. 1. Corinth. 6. Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur. Itemque ex can. Si homo. 35. quæstio. 3. colligitur. Ex nefanda verò seminatione, vt canon. Extraordinaria. ead. caus. & quæstio. habetur, eiusmodi affinitas non emergit. Per sponsalia verò licet non proprie affinitas, quippiam tamen paulominus: nempe, publica honestas pullulat, vt Alexander. 3. canon. Ad audientiam, de sponsalibus. & eod. titul. c. vnico. libr. 6. Bonifacius affirmant. Quocirca longē efficacius vel eadem honestas, vel fortē affinitas per matrimonium ratum ante eius consummationem conglutinatur.

¶ Effectus autem affinitatis est matrimonium deinceps, quod, scilicet, antea non præcesserat, impedire, & attentatum dirimere. Vnde Iulius papa. 35. quæst. 3. Equaliter, inquit, vir coniungatur cōsanguineis proprijs & consanguineis vxoris suæ. Idemque cauetur canon. Sanè. atque alijs

alijs eadem caus. Atque idem est prorsus effectus publicæ honestatis, iuxta tenorem præcitati. ca. Ad audientiam de sponsali. & cap. vnici. eodem titul. in. 6. Vtrum verò aliquis affinitatis gradus sic iure naturæ sit à matrimonio repulsus, vt omni alio secluso iure ipsum irriter, non desunt qui ambigant. At verò primo gradu excepto, eodemque inter ascendentes & descendentes: scilicet, inter vitricum & priuignam, & inter nouercam & priuignum, inter nurum & socrum, ac inter generum & socrum, de quo nulla vnquam legitur in ecclesia facta dispensatio, atque adeò fortasse neque est factibilis (quanuis contrarium probabilitate non careat) in cæteris locus Pontificiæ dispensationi non est negandus, quandoquidem Innocen. 3. ca. vltim. de diuort. cum quodam dispensasse legitur, vt cum vxore defuncti fratris sui contraheret, cuius similes dispensationes alios subinde Pontifices fecisse constat.

Innocen.

Cap. 5. ¶ Cæterum filij, qui extra matrimonium procreantur, illegitimi censentur, atque adeò à parentum hereditate maiori minoriue rigore abdicantur. Procreantur enim illi aut per simplicem fornicationem, aut per stuprum virginis, aut per raptum, aut per adulterij iniquitatem, aut per incestas cognatorum sordes, aut per sacrilegij nefas, quod sacræ personæ committunt. nam

nefandum crimen, quod author Augusti. canon. Adulterij. 32. quæstio. 7. istorum omnium pessimum est, extra lineam generationis ponitur. Sed de istis non est hic locus dicere. Atqui quanuis plures soleant illegitimorum species discerni, satis tamen ad rem est duas denotare. Sunt enim naturales & mazerer, qui ex simplici fornicatione procreantur, qui ideo ab intestato matri absque legitima prole decedenti succedunt. Sunt item spiritij & nothi, qui ex adulterio vel sacrilegio suscipiuntur, qui ideo illo successionis beneficio non gaudent.

¶ Quo ergo tandem res sit conclusa, vbi matrimonium, impedimento aliquo consanguinitatis vel affinitatis laborat, dissoluendum est: nempe, si clam contractum fuerit, & de impedimento constiterit, priuatim se possunt debentque coniuges separare: si autem in facie ecclesiæ fuerit contractum, eius est iudicio dirimendum. Imò licet illud decepta vt validum pronunciauerit, cū primū impedimentum innotuerit, suam debet sententiam rescindere secundum formam præscriptam sub titulo. Qui matrimonium accusare possunt. & 25. quæstio. 6. & alibi crebrò.

DISTINCTIONIS Quadragesimæ primæ, Quæst. vnica. De affinitate & eius annexis.

ARTICVLVS. I.

*Vtrum ex matrimonio affinitas aliqua con-
trahatur.*



DCONSANGVI-
nitatem consequitur affi-
nitas, de qua in præsentî
distinctione disputatur.
Primò igitur queritur, v-
trum ex conubio vter-
que coniugum cum con-
sanguineis alterius affinitatem contrahat. Et

*Partis nega-
tinae ar. 1.*

arguitur à parte negatiua per regulam Philo-
sophi ex Posterioribus. Id. propter quod vnū
quodq; est, magis est: vxor autem propter co-
pulam matrimonij non fit affinis mariti: er-
go neq; eius consanguinei fiunt propter ip-
sam eidem marito affines.

2. Argum.

¶ **Secundò.** Si aliqua sunt inter se separata, ex
eo quòd aliquid vni eorum iungatur, non sub-
sequitur vt coniungatur alijs: consanguinei
autem inter se separati sunt: ergo propterea
quòd vna mulier per matrimonium iungatur
vni, non censetur alijs mariti consanguineis
conungi, alioqui etiam consanguinei vxoris
fierent affines cōsanguineorum mariti, quòd
est falsum. ¶ **Tertiò.** Si affinitas ratione vnus
coniugis alteri competeret, sequeretur, quòd
mortuo illo coniuge affinitas cessaret, nam
cessante causa, cessant effectus: consequens ta-
men est falsum & contra Gregorium can. Fra-
ternitatis. 35. q. 10. ergo nulla est affinitas.

*Pars affir-
matina.*

¶ **In contrarium est,** q̄ cum vir & vxor per co-
pulā vna caro fiāt iuxta illud Gen. 2. Erūt duo
in carne vna: fit vt cōsanguinei vxoris fiāt ma-
rito affines & consanguinei mariti fiant affi-
nes vxori.

*1. Conclu-
Affinitas.*

¶ **Ad quæstionem duabus conclusionibus re-
spōdetur.** Prima Per matrimonij contrahitur
affinitas inter vnum cōiugē & consanguineos
alterius, & vice versa Probat̄ conclusio. Af-
finitas idem est, q̄ cōfinitas: id est, finium pro-
pinquitas: dicuntur enim agri affines siue con-
fines, quia finis vnus proximus est fini alte-
rius & ipsum attingens: cum ergo per copulā

carnelem fiant vir & vxor vna caro, sanguis
vnus attingit sanguinem alterius, & vice ver-
sa, atq; adeo consanguinei vnus efficiuntur al-
teri affines. Itaq; sicut stipes consanguinitatis
est pater, & consanguinei iunguntur in vnici-
tate patris & filij, ita fundamentum affinitatis
est copulatio mariti & vxoris. Ex quibus elici-
tur illa vulgata definitio. Affinitas est propin-
quitas personarum ex carnali copula prouen-
iens omni carens parentela. Quam quidem
postremam particulam ob id adijciunt, vt è
consanguinitate feceratur, quæ proprie dici-
tur parentela. Quauis Gregor. can. Porro de
affinitate. 35. q. 5. non negat, affinitatem spe-
ciem quandam esse parentelæ.

*Stipes affi-
nitas sunt
maritus &
uxor.
Affinitatis
definitio.*

¶ **Secundò** probatur eadem cōclusio ratione
naturali Aristo. 8. Ethico. Consanguinitas eū
vt supra diximus, ob id vinculum naturale est:
quia est fundamentum amicitie & familiarita-
tis inter cognatos, qui in eodem stipe con-
nectuntur: sed affinitas simile fundamentum
est amicitie & familiaritatis ratioe copulatio-
nis viri & vxoris, quæ copulatio iure naturæ
instituta est: ergo pari modo est naturale vin-
culum & necessitudo, qua homines coniun-
guntur. Quapropter duas illic Aristoteles na-
turales amicitie necessitudines dignouit: vnā
scilicet, quæ per carnis propagatio nem descē-
dit, alteram verò, quæ per carnis coniunctio-
nem ad eandem generationem cōglutinatur.

Duo amicitie genera.

Sunt autem duæ istæ necessitudines ratione
diuersæ. Nam illa, quæ per generationem de-
scendit, quia personæ eundem sanguinem ab
eadem radice trahunt, eandem rem & nomen
semper retinent: successores enim filij consan-
guinei patris sunt, sicut antecessores patris
cōsanguinei filij, licet plus minusue distent: at
verò quia vxor non trahit sanguinem à mari-
to, nec maritus ab vxore, consanguinei vxor-
is non retinent eandem rem & nomen cum
marito, vt dicantur, eius consanguinei, sed trā-
sit necessitudo & cōiunctio in aliam speciem,
vt dicantur affines: & similiter consanguinei
mariti respectu vxoris. Et hoc significatur il-
lo versiculo. Mutat nupta genus, sed genera-
ta gradum: quia, scilicet, vxor mutat necessi-
tudinis & attinentie (vt aiunt) speciem, nam
consanguineos facit affines: genita verò pro-
les non mutat genus, quia manet consanguine-
a, sed elongationem gradus. Discriminatur
ergo duæ istæ pertinentie seu necessitudines
sicut ordo in causis vniuocis: & ille, qui est in
causis æquiuocis: sol enim & homo generant
hominem: homo autē est causa vniuoca: hoc
est, eiusdem speciei & nominis cum effectū:
nempe,

*Consanguinei vxoris
sunt affines
mariti.*

Versiculus.

Discrimen.

*Cōclusio de-
claratur.*

nempe, cū homine genito, & huic assimilatur
cōsanguinitas: sol verò est causa æquiuoca: &
ideo ex sole nō generatur sol, sed res alius spe-
ciei. ¶ Et pari modo vxor non facit suos cōsan-
guineos cognatos mariti, sed affines. Et est te-
nor conclusionis adnotandus: scilicet, q̄ con-
sanguinei vxoris efficiuntur affines mariti: nō
enim subinde fiunt affines consanguineorum
mariti: quare filij vxoris ex alio marito potest
nubere filio sui mariti ex alia vxore, & duæ so-
rores duobus fratribus, quæ quidem tunc foro-
res dicuntur ianitrices, quasi eandē ianuam in-
trantes, vt, ait, Alexand. 2. can. Quod autē. 35.
q. 5. ¶ **Dubium tamen est,** vtrum affinitates
sint cōcatenatæ, vt vna oriatur ex alia. Et ap-
paret esse sic: quia cōmissio carnis per copulā
perinde affinitatem parit, ac propagatio per
generationē consanguinitatē: sed vna consan-
guinitas trahit aliam: nam propterea q̄ filius
est consanguineus patris, nepos est eiusdem
consanguineus: ergo pariter affinitas vna aliā
necit. Idēq; confirmatur autoritate Iulij Pa-
pæ cā. Contradicimus. 35. q. 3. vbi, ait. Relictā
consanguineorū vxoris suæ nullus ducat vxo-
rem. & can. proximo. Porro, ait, idem Ponti-
fex, Duæ consanguineorū vxores vni viro v-
nam post alteram nubere prohibentur.

*Affinitas
vna an aliā
trahat.*

Iulius Pāpa

2. Conclu.

¶ **Nihilominus subnequitur secunda cōclusio.**
Quauis antiquo iure tria essent necessitudi-
num genera, quas pertinentias & quodammo-
do genera affinitatis appellabant, vt in citatis
canonibus cōtinetur, iam verò iure nouo se-
cundū & tertium genus extincta sunt, & solū
durat primum, quod aliud neutiquam parit.

Exemplum

Exempli gratia, quemadmodum D. Thom.
Ricardus & Bonauentura explicant. Si Maria
fratri meo esset matrimonio cōiuncta, erat mi-
hi & sorori meæ affinis in primo genere. Si au-
tem fratre meo defuncto eadem Maria nube-
ret Petro, ille fiebat mihi & sorori meæ affinis
in secundo genere. Et si Maria defuncta ille po-
stea Petrus duceret Annam, illa efficiebatur
mihi affinis in tertio genere. Dicebantur autē
istæ non gradus, sed genera affinitatis: quia nō
erant eiusdem speciei cum prima affinitate: nam
in causis æquiuocis semper effectus mutat ge-
nus causæ, vt diximus in sole & homine, sol
enim nō generat solem, sed alios effectus alte-
rius speciei. Vnde sicut copula coniugalis nō
generat cōsanguinitatem, sed aliud genus: pu-
ta, affinitatē, ita si mortuo primo marito vxor
alteri nuberet, non exurgebat proprie affini-
tas inter fratrem vel sororem prioris mariti, &
secundum maritum, sed aliud genus attinentie
aut necessitudinis. Et eadem ratione si mortua

Nota.

Versiculus.

illa vxore secundus maritus alteram duceret, in-
ter fratres primi mariti & illam non contra-
hebatur secundū necessitudinis genus, sed ter-
tium, iuxta versiculum citatum. Mutat nupta
genus, sed generata gradum.

¶ **Antiquitus ergo ad omnes istas coniunctio-
nes impedimenta matrimonij extendebatur,**
vt nec consanguinea primi mariti posset cum
secundo marito mortua vxore contrahere, ne-
que consanguinea secundi mariti cum tertio
marito. Non quidem propter consanguinita-
tem aut affinitatem, quæ nulla erat, sed pro-
pter iustitiam publicæ honestatis. Iam verò
illa impedimenta prorsus euauerunt, & nul-
lum iure nouo fit reliquum nisi in primo ge-
nere affinitatis, vt patet can. Non debet. de cō-
san. & affini. Quo circa loco illo Iulij, qui can.
Cōtradidimus. 35. q. 3. citatur, vbi exprimitur
ius antiquum, non est legendum, vt mendosa
impresio apud S. Tho. dist. præsentî articu. 1.
quæstion. 5. habet, Relictam cōsanguineam
vxoris suæ nullus ducat in vxorem: nam illud
ius nouum est, & seruandum: sensus enim est:
quòd nullus maritus mortua sua vxore ducat
consanguineam eiusdem vxoris vsq; ad quar-
tum gradum. Sed legendum est, Relictam con-
sanguinei seu cōsanguineorum (vt, ait, Gratia-
nus) vxoris suæ: erat enim ius illud, vt maritus
mortua sua vxore nō posset ducere relictam
fratris suæ vxoris aut aliorū cōsanguineorum
eius. Et similiter can. Porro duorum. habetur,
quòd coniuges duorum consanguineorū: pu-
tā, duorum fratrum aut fratruelium maritis
mortuis non possent successiuè eidem postea
viro nubere propter iustitiam publicæ hone-
statis: quod quidem impedimentum iam su-
blatum est, & merito: alioqui si quis duas mu-
lieres cognosceret, neutra posset eidem nube-
re, quod est absurdum. Item si consanguineæ
vxoris non efficiuntur affines consanguineo-
rum mariti, vt dictum est, multò minus illi qui
postea vxori affinitate coniunguntur, efficien-
tur affines mariti. Quare canones hic citati
iam antiquati sunt. Igitur secundum ius nouū
Constantiensis synodi gradus affinitatis ad-
normam graduū cōsanguinitatis exigēdi sunt.

*Cā. Cōtra
dicim. 35.
quæstio. 3.*

*Can. Porro
duorum.*


*Gradus af-
finitatis.
Arbor affi-
nitatis.*

¶ **Solet autem arbor affinitatis depingi tum
trunca, tum nimium confusa.** Pingitur autem
secundum tenorem cano. Porro de affinitate.
35. quæstione. 5. vbi, ait, Gregor. Ego & so-
ror vxoris meæ in vno & primo gradu (scili-
cet affinitatis) erimus: filius verò eius (nempe,
sororis vxoris meæ) in secundo gradu erit à
me: neptis verò in tertio, & proneptis in quar-
to. At verò non ille solus est primus gradus:
quoniam

quoniam & parentes & filij vxoris meæ attin-
gunt quoque me in primo gradu, idemque ar-
ctius quam eius fratres & sorores. Sed quia si
isti gradus vsque ad quartum cū omnibus suis
lateribus delinearentur, arbor cresceret opa-

cissima & confusissima, satis est primum gra-
dum oculis obijcere, per quem solertissimus
quisq; alias diducendo lineas potest reliquos
facile percipere. Esto ergo hæc exempli gra-
tia figura.

Figura Affinitatis.



Declaratio arboris. V B I hoc in primis cum D. Thoma, hinc ad-
notandum est, qd gradus affinitatis non distin-
guuntur per se, sed ratione consanguinitatis, unde nascitur. Consanguinitas enim est, quæ per se
habet ramos ratione cadentis sanguinis, sed
affinitas non nisi ratione eiusdem sanguinis, cui
maritus per vxorem coniungitur, aut vice ver-
sa. In hac igitur figura sunt tres circuli dextri
maritum circumstantes: scilicet, parentum, filio-
rum, & fratrum. Isti ergo primo gradu affini-
tatis vxorem attingunt, & pariter tres sinistri
eodem gradu ad maritum pertinent. Itaque quo
gradu consanguinitatis persona distat à mari-
to, eodem gradu affinitatis distat ab vxore, &
vice versa. Quare si protrahas lineas sursum
ad auos, & deorsum ad nepotes, & ad latera ad
filios fratrum eiusdem mariti, omnes distant
secundo gradu affinitatis ab vxore. Itemq; in
vxore contempleris respectu mariti. &c.

Solutio primi argu- Ad primum igitur argumentum per ea, que

dicta sunt respondetur nam quauis causa præ-
stantior sit effectu, nihilominus in æquiuocis
id, quod est in effectu, non eodem modo, sed præ-
stantiori est in causa. Calor enim eminentiori
modo est in sole, q̄ in ipsa terra, quā ille calefa-
cit. Eodem ergo modo licet vxor copulata viro
affinitatē generet suorum consanguineorum cum
marito, ipsa tñ non fit ei affinis, sed quid pro-
pinquius: nēpe, quodāmodo eadem caro: quē-
admodum eiusdem ad se ipsum nō est similitu-
do aut æqualitas, sed identitas. Ad secundum
respondetur, qd consanguinei licet inter se sint se-
parati, quia sunt diuersæ personæ, sunt nihilo-
minus quodāmodo idem propter vnionē san-
guinis: & hac ratione vxor copulata marito
quodāmodo coniungitur illis. Quod si meta-
physicè arguas. Illi consanguinei mariti, ppter
eius matrimoniū nullatenus mutati sunt: ergo
non acquirunt relationē affinitatis cū illa vxo-
re. Negatur cōsequētia, Quemadmodū enim

Solu. 2. ar.

Obiectio.

Dilatio.

ego

ego fio alij similis dum habitū ille meæ religio-
nis induit, licet ego non muter, propterea qd
eandē religionē ego antea fueram professus,
eodē modo isti propterea qd eodem sanguine,
quo Petrus, fuerant geniti, accidit eis vt Petro
vxorem ducente, efficiatur vxoris affines. Nō
tamē sequitur, qd consanguinei vnus efficiatur
affines consanguineorum alterius: quoniam re-
quiritur vna immediata cōiunctio, quam alia
consequatur. Vxor enim quia proximē vni-
tur marito, fit cum eo vna caro, & ideo vnitur
consanguineis mariti: sed tamen consanguinei
mariti nō vniuntur immediatē eius vxori, nec
fiunt vna caro cum illa, & ideo nō efficiuntur
affines consanguineorum eius. ca. Quod super. de
cōsangu. & affinita. Ad tertium deniq; respō-
detur, prima consequētia intercepta: nunquam
enim affinitas deletur, quandiu illi qui eam cō-
traxerant, superstites fuerint. Relatio etenim
illa affinitatis nō fundatur in actione trāseun-
te, sicut illa quæ est mouētis ad id, quod moue-
tur & è cōuerso: sed in eo, quod factū est, quod
quidē semper permanet. Veluti filius in huma-
nis nō dicitur & est filius patris, quia nūc actu
gignitur, sed quia ab illo genitus est. Eodē, in-
quam, pacto quia Maria meo nupsit fratri, af-
finis mea est: quare sicut mortuo fratre nihilo-
minus in me semper manet consanguinitas re-
spectu illius, ita & affinitas respectu vxoris ei-
viduæ. Nam cum affinitas, vt diximus, ex con-
sanguinitate oriatur, sicut consanguinitas est
perpetua viuēte persona, ita & affinitas: Quo-
circa licet, vt ait, Apostolus ad Ro. 7. mortuo
viro vxor soluatur à lege viri, nō tamen ab af-
finitate eius consanguineorum qui sunt supersti-
tes. Imò quauis ipsa moreretur, & postea re-
furgeret, vt de cōsanguinitate diximus, nō pos-
semus matrimonium trāsigere. Nam affinitas
vt cum moriente mortua fuerat, ita cum resur-
gente resurrexit.

Solu. 3. ar.

Affinitatis
vinculum
perpetuum

ARTICVLVS. II.

Vtrum affinitas, vel aliquod matrimonij
impedimentum per sponsalia contraha-
tur.



Partis nega-
tiue ar. 1.

Veritur subinde, vtrū sicut p
matrimonij, ita per sponsalia
cōtrahatur affinitas. Et argui-
tur à parte negatiua. Affini-
tas potius per copulā cōtrahi-
tur, q̄ per cōsensum despōsa-

tionis: quia per illā fiūt duo in carne vna: sed p
fornicariū cōcubitū nō videtur affinitas cōtra-
hi: ergo nec per spōsalia. Probatur minor, tum
quia affinitas est res honesta, quare nō debet
per turpē amplexū contrahi: tū qd alioqui con-
traheretur per flagitium cōtra naturā commi-
ssum, qd can. Extra ordinaria. 35. q. 3. negatur.
¶ Secundò. Si per spōsalia cōtraheretur affini-
tas, sequeretur qd per omnia spōsalia cōtrahe-
retur: nam eadem causa eundē semper effectū
profert: nō tamen per omnia contrahitur, vt
colligitur ex ca. Literas. de despōsatio. impub.
ergo per nulla contrahitur.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affir-
matiuæ.

Decisio ar-
ticuli.

1. Conclu-

Ratio natu-
ralis.

Argum. 1.

Argum. 2.

Paul. 1. Co-
rinth. 6.

cariz: idem esset & filius eius, & priuignus: nepe, nepos uxoris sue: et si contraheret cum sorore fornicariæ, idem esset filius & consobrinus, & sic geniti ex fornicaria & ex legitima uxore necessitudines consanguinitatis confunderent. ¶ Idem confirmatur ex can. Si homo. 37. q. 3. ubi habet, qd si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius nescias eandem duxerit uxore, ipsa sine spe coniugij maneat. Atque hæc de causa in definitione affinitatis non diximus contrahi duntaxat ex legitima copula coniugali, sed in genere ex quacumq; copula, per quam duo fiunt vna caro.

Appendix. ¶ Ex quo fit, nec per oscula, & impudicos tactus, imò nec per solam penetrationem, nec per effusionem seminis extra legitimum vas affinitatem exurgere: quia per nullum illorum fiunt duo in carne vna, quousq; seminatio in legitimo vase fiat. Neq; obstat capi. citatum Iuuenis, de sponsali. cuius casus est, qd licet iuuenis puellam nondum septemem vitare teteret, nec tamen coplere potuisset, nihilominus affinitatem contraxit, ne posset eius consobrinam ducere: quoniam illa affinitas non fuit contracta propter illos impudicos tactus, sed quia illam sibi desponsauerat. ¶ Quapropter neq; per nefariam seminationem contra naturam, vt ait, Urbanus Papa cano. Extraordinaria. 37. q. 3. vbi mendosa est litera, quæ habet, Extraordinaria pollutio non nisi in naturalibus admittitur &c. sed expuncta priori negatione legendum est, Extraordinaria pollutio nisi in naturalibus admittitur non videtur matrimonium impedire.

Ca. Extraordinaria emendatur. ¶ Quod si redarguas. Eiusmodi nefanda pollutio ius facit innocenti coniugi petendi diuortium vt dist. 36. prædiximus: ergo pari ratione sufficit ad contrahendam affinitatem. Negatur consequentia: quoniam per illam coniux frangit fidem, quam coniugi debet: quia diuidit corpus suum in duo. Sed tamē non proprie illa fit vna caro cum altero ad sensum illius verbi, Erunt duo in carne vna: scilicet, ad generandum.

Obiectio. ¶ Quod si obijcias textum in ca. Fraternali. de eo, qui cogno. consang. vxor. ubi ille, qui extra ordinaria pollutione quandam deturpauerat, prohibitus est cum eiusdem puellæ sorore contrahere. Respondetur illud diuortium non esse factum propter affinitatem ratione pollutionis, sed propter publicam honestatis iustitiam, quia cum eadem puella sponsalia pepigerat.

Aliud arg. ¶ Aliter tamen arguitur. Affinitas, vt dicebamus, est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carens parentela: si autem per illicitum concubitum contraheretur, non omni affinitati hæc definitio conueniret, vt pote si quis cum sorore vel alia sua consanguinea incestum committeret: tunc enim fieret affinis eiusdem, quibus erat consanguineus: quæ ideo affinitas non careret parentela. Respondetur, quod cum parentela à parentibus proprie dicatur, voluerunt Doctores puram & nudam affinitatem per hoc definire, quod non esset admixta consanguinitati. Nihilominus nihil vetat ambos respectus eidem conuenire posse. Imò non modo per incestum, verum & per legitimum matrimonium, vt si qui mihi ex parte mei patris consanguineus est, consanguineam meam ex parte meæ matris duceret. quæ illi non erat consanguinea. Tunc enim meus consanguineus fit ex alia parte meus affinis. Satis ergo est, vt affinitas, quantum est de sua propria ratione, sit carens parentela. Ex quo fit, qd si aliqui duo ex vna parte consanguinei sunt, & ex altera affines, super vtrumq; impedimentum debeat Pontificia dispensatio obtineri antequam coniugio copulentur.

Solutio. ¶ Vnde ad primum argumentum responderetur, qd quauis affinitas res sit honesta, nihilominus ex turpi congressu contrahitur, non quatenus turpitudine habet, qua à matrimonio differt, sed quatenus cum matrimonio hoc habet naturale commune, quod per ipsum fit duorum vna caro. Ad aliud verò membrum de nefanda copula iam dictum est, non esse affinitatis causam.

¶ Secunda conclusio. Per sponsalia impedimentum contrahitur, quod matrimonium tum impedit, tum subinde dirimit, quod licet proprie non sit affinitas, est tamen quippiam ei simile: nempe, publica honestas. Decretum est Alexandri tertij cap. Ad audientiam. Et cap. Iuuenis, de sponsalib. Et cap. vnico. eod. tit. lib. 6. Et ca. Discretionem. de eo qui cogno. consang. vxor. Quod autem illa non sit proprie affinitas, probatur: nam cum sponsalia non consummata perfectam non obtineant matrimonij rationem, sed quandam inchoationem ac preparationem, consequens fit, vt nec proprie affinitatem ingeneret, sed quidpiam aliquatulo minus. Vnde publica honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniens, robur trahens ab ecclesiæ institutione propter eius honestatem. Consequitur ergo vt citra copulam carnalem contrahatur: nam si copula superueniat cum maritali affectu, in affinitatem transit. Quod si contra conclusionem obijcias. Sponsalia non faciunt perpetuum vinculum, nam genere suo multis modis dirimuntur, neq; faciunt obligationem cohabitandi: neq; facultatem mutuum corporum: ergo nullum impedi-

Solutio.

Nota.

Solutio prima.

Conclusio.

Publicatio honestas quid.

Obiectio.

pedi-

Dilutio.

Dubium.

S. Thom.

Syluest.

Post. San. Tho. cano conditus.

Nota.

Casus capi. Ad audientiam.

Ratio.

pedimentum matrimonij secum adferunt. Negatur consequentia: quoniam sponsalia nullum adferunt impedimentum ex se ratione nodi, quæ in se habet, sed ratione vinculi matrimonij, ad quod ordinantur & referuntur: & ideo sicut matrimonium est perpetuum vinculum, ita & publica honestas, quæ ex sponsalibus contrahitur, est perpetua.

¶ Emergit hinc autem dubium, vtrum ex quocumque sponsaliorum genere, quomodocumque illa componantur, publica honestas oriatur. Sanct. Thom. quæstioncula præsentis ad. 3. argum. respondet, quod omnia impedimenta, quæ sunt sponsalia non esse sponsalia, non permittunt ex pactione nuptiarum affinitatem fieri. Vnde siue habens defectum ætatis, siue votum soleane continentie, aut aliquod huiusmodi impedimentum, sponsalia de facto contrahat, ex hoc non sequitur vlla publica honestas: quia nec sponsalia vlla sunt, nec aliquis affinitatis modus. Et idem ait, Ricardus, & antiqui omnes. Syluest. verb. Matrimonium. 8. quæstio. 14. dicit S. Thomam fuisse secundum rationem naturalem locutum, quæ docet, vt quod nihil est, nihil efficiat: & secundum antiquas expositiones canonum. Nihilominus post secula Sanct. Thomæ Bonifacius. 8. cap. vnico. de sponsa. in. 6. decreuit. quod quocumque videntur impedimento sponsalia siue consanguinitatis, siue affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione sint nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consensus, oritur efficax impedimentum iustitiæ publicæ honestatis ad impediendum & dirimendum subsequentia sponsalia & matrimonia, non autem præcedentia. Sed profecto nequeo fatis D. Thomam, Ricardum & alios intelligere: nam idem Alexander tertius, quem ipsi longè antiquiores ipsi citant, cap. Ad audientiam, de sponsalib. id ipsum decernit, quod postea Bonifacius, sanè ubi casus refertur, quod cum quidam cum puella sponsalia contraxisset, inter quos impedimentum consanguinitatis fuisset postea repertum ex parte patris sponsæ, frater eius ex altera matre matrimonium cum eadem contrahere tentauit, & non fuit permittus. Causa verò huius Pontificiæ sanctionis, vt sponsalia, quæ iure ipso nulla sunt, impedimentum alteri matrimonio cum prioris consanguineo obijciant, non aliam adferre possumus, quam quod consulta fuerit cautio ad obuian- dum fraudibus, & ad propellendam iniquitatem eorum, qui contra impediendum iuris sponsalia contexere nituntur: scientes enim per illam publicam honestatem contrahi, cauebunt

illa tentare. ¶ Consultò tamen Bonifacius ait, si sponsalia sint pura & certa. Pura enim sunt quæ sine conditione absoluta contrahuntur: nam si contrahantur sub conditione, & anteq; adimpleatur, alter illorum cum alterius consanguinea contraxerit, secundum matrimonium tenet, vt eod. cap. sancitur: quoniam cum conditio non fuerit adimpleta, locum non habuit publica honestas, dummodo conditio non sit impossibilis aut turpis, aut illarum, quæ habentur pro non adiectis, sed sit honesta, quæ faciat sponsalia esse in futurum pendente: nam tunc quousq; conditio sit impleta, sponsalia non sunt firma, atq; adeo nec oritur publica honestas. Certa verò sunt, quæ cum certa persona: nepe, cum Maria vel Ioanna contrahuntur: nam si quis in genere sponsalia contrahat cum aliqua filia Petri, certè illa non sunt efficacia ad concinnandam publicam honestatem. Item requiritur, qd defectus non sit ex parte consentus: nepe, quia defuit rationis usus, cuius casus habetur. c. Literas, de desponsa. impub. nam cum quidam perfectæ ætatis puellulam in cunabulis sibi desponsasset, postmodum contraxit cum puellæ matre, & matrimonium pronunciatum est validum propter defectum usus rationis in puella. Neque obstat cap. Iuuenis. de sponsalib. citatum: nam illa puella, iam proximè septennium attigerat, & ideo præsumpta est usum habuisse rationis. Alioquin sponsalia contracta ante septennium ex defectu consensus non pariant publicam honestatem. Imò neq; si contrahantur per parentes ante septennium filiorum, nisi sponsi post septennium consentiant, vel scientes non contrahant. Et idem est si defectus consensus fuerit vel per errorem habitus, vel per metum cadentem in constantem virum extortus.

¶ Vbi tamen sponsalia fuerint pura & certa liberoque consensu firmata puellæ, quæ cum sacerdote vel monacho, vel frigido, vel aliis impedito illa contraxerit, non potest cum consanguineo illius intra quartum gradum sine dispensatione contrahere. ¶ Aliud verò ait, loco citato S. Thom. videlicet, qd si quis re vera frigidus vel maleficiatus in tenella ætate antequam defectus per experientiam explorari posset, post septennium tamen vel prope cum adulta sponsalia contrahat, iure sunt legitima: quia tunc incognitus defectus sponsalia non impediabat.

¶ Et per hoc solum restat argumentum secundum. Explicitum enim est, quæ nam sponsalia pariant honestatem, quæ verò minime. ¶ Sequitur tandem de matrimonio rato non consummato, de quo tertia subtextitur conclusio. Per matrimonium ratum non consummatum

Pura et certa.

Certa.

Defectus ex parte consentus.

Obiectio diluitur.

Nota.

Frigidi aut maleficiati.

Solu. 2. ar.

3. Conclu.

tum contrahitur impedimentum, quod matrimonium cōtrahendum impedit, & contractū dirimit. Cōclusio notissima est, tum quia illud est verum & legitimum matrimonium, tum quod si ex sponsalibus tale oritur impedimentum, multo efficacius ex matrimonio rato per verba de præsenti pullulabit. ¶ Dubium tamē est, an tale impedimentū sit affinitas, an verò publica honestas. Nam D. Tho. impresentiarum ait, esse affinitatem. Scotus verò hic, cui Paludanus adnuere videtur, & Panor. c. Sponsam. de sponsalib. & iuris canonici professores aiunt esse publicā honestatem. Et possunt se illa ratione tueri, quam tertio loco in capite proposuimus, quod affinitas nō videtur cōtrahi nisi per carnalem cōmitionem, qua coniuges vna caro fiunt. ¶ Ad hoc tamen primum respondetur, quæstionem nō esse de re, sed de nomine: nam de re nemo dubitat, quin per matrimonium ratum efficacius impedimentum contrahatur, quod per sponsalia: quæstio autem de nomine minimi momenti est. Sed nihilominus D. Tho. videtur ad rem vicinius loqui: nam certum est, per matrimonium ratum maius vinculum cōtrahi, imò alterius generis, quam per sponsalia, cum sponsalia non nisi in virtute matrimonij impedimentum germinant: & id quod ratum est, verum matrimonium existat: cum ergo inter publicam honestatem & affinitatem nullum interfit medium, colligitur ut impedimentum, quod fit per matrimonium ratum, nomen affinitatis obtineat. Et ideo bene, ait, S. Tho. quod affinitas nō solum ratione carnalis copulæ in actu contrahatur, sed etiam secundum societatem conjugalem, quæ naturali eodemque perpetuo vinculo perficitur.

¶ Vnde ad argumentum in contrarium respondetur, quod quavis per copulam carnalem fiant coniuges vna caro, nihilominus quia in matrimonio rato traditur facultas corporum ad eandem copulā, per illud dicitur etiam fieri vna caro. Syluest. verb. Matrimo. 8. quæst. 14. ait, quod dicatur affinitas inchoatiue. Sed quando de re inter nos conuenit, parui refert quomodo loquamur.

ARTICVLVS. III.

Utrum affinitas matrimonium impedit.



Equitur de affinitatis effectu, vtrum scilicet, matrimonium impedit, & arguitur a parte negatiua. Effectus rei non videtur esse causa impe-

Partis negatiue argumen. 1.

dimenti eius: affinitas autem contrahitur ex matrimonio: ergo illud non impedit. ¶ Secundo. Ille qui mulierem per carnem cognoscit, immediatus ad illam attinet, quod eius consanguinei qui non nisi ratione illius efficiuntur mulieris propinqui: sed qui cum muliere fornicatur, potest cum illa deinceps contrahere: ergo affinitas matrimonio nihil obstat. ¶ In contrarium autem est decretum Iulij Papæ can. Equaliter. 35. quæstione. 3. vbi, ait, Equaliter vir coniungatur consanguineis proprijs & consanguineis vxoris suæ.

¶ Ad quæstionē duabus cōclusionibus respondetur. Prima. Omnis affinitas vsque ad quartum gradum impedimentum est matrimonium cōtrahendum impediens, & contractum dirimens. Decretum est can. citati. 35. quæst. 3. cum alijs ei ibidem multis adherentibus: scilicet, can. Et hoc. & Sanè. & Si vir, & can. Porrò. de affinitate. eadem causa quæst. 5. & can. Fraternalitas. quæst. 10. Et cap. Discretionē de eo qui cogn. cōsang. vxor. suæ. Idemque; vt supra expositum est, de iustitia publice honestatis asserendum. Et quemadmodum superiori distinctione de consanguinitate diximus, id ipsum de affinitate sentiendum: nempe, quod antiquitus vsque ad septimum gradum interdicitur matrimonij proferebatur, iam verò post cōcilium Lateranense non ultra quartum protenditur, cuius verba sunt in ca. Non debet. de cōsangui. & affinita. Prohibitio copulæ conjugalis quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cætero non excedat. Meminisseque; subinde oportet eius, quod arti. 1. diximus, videlicet, secundum & tertium affinitatis genus iam esse abolita, quorum vnum alterum pariebat. Quare iam solum primum durat, vt non nisi soli vxori consanguinei mariti fiat affines, & cōsanguinei vxoris soli marito. Quapropter quatuor illic canones, Si cuius. & tres sequentes, Si qua mulier. 35. quæst. 10. iam non sunt in vsu, quibus cauebatur, nisi defuncto marito vxor ex altero sobole suscepta, liceret consanguineis prioris mariti cum illa sobole secundi matrimonio sociari. Imò verò possunt fratres prioris mariti cum filijs vxoris ex altero marito coniugari. Sed si prior maritus resurgeret, ille non posset.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod affinitas non impedit matrimonium, ex quo cōtrahitur, sed alia deinceps propter illas rationes, quæ in consanguinitate adduximus, & potissimum ad ampliandam amicitiam. Et quia cum coniux efficiatur vna caro cum altero, quodam modo efficitur cum eius consanguineis.

¶ Aliud verò sophistica est: nam qui carnaliter mu-

2. Argum.

Pars affirmatiua.

1. Conclu.

Affinitas quoto gradu prohibita.

Nota.

Solu. 1. m.

Solu. 2. m.

ter mulierem cognoscit, neque efficitur eius consanguineus neque affinis, sed vna caro, quæ non impedit vinculum, imò illud facit.

¶ Potissimum autem dubium huius articuli est simile illi, quod de consanguinitate disputauimus, vtrum aliquis affinitatis gradus iure naturæ sic matrimonium impediatur & dirimat, vt neque in lege naturæ fuerit validum, neque modo per Papam possit super eo dispensari. Et totum ambiguitatis pōdus in primum gradum incumbit: nam de secundo & duobus sequentibus Innocentius cap. Gaudemus. de diuortijs. respondere videtur, non eo rigore esse prohibitos iure naturæ, quin inter infideles in eisdem gradibus inita connubia sint solida & valida.

Ca. Gaudemus.

1. Gradus affinitatis.

Rectilinea.

Transuersa linea.

1. Gradus affinitatis linee collateralis.

Henricus Angliæ rex.

¶ Primus autem affinitatis gradus instar primi gradus consanguinitatis, imò ratione profusus ipsius constituitur. Est ergo in duplici specie: scilicet, secundum lineam rectam, & secundum lateralem. In linea recta ascendendum est, si quis matrem & post filiam ducat, aut si maritus matris ea mortua ducat priuignam, aut si generi forcrum aut si vna nubat patri & filio, vt si nouerca nubit priuigno, aut si nurus socero. In alia laterali specie primus gradus est, si quis duas successiuè ducat vxores, aut si vna duobus fratribus nubat. Et ex his speciebus efficacior est illa, quæ est in linea ascendendum: nam sicut in consanguinitate arctior est nexus inter patrem & filiam, quam inter duos fratres, licet ambo sint primus gradus, ita in affinitate. Quare turpius esset matrimonium si quis matrem & filiam duceret, quam si duas sorores sibi copularet.

¶ Disputemus ergo prius id, quod minus præsert de honestatis: nempe, in laterali. Et quidem casus vtique iam vsu venit in Hispania. Nam Rex Portugallie Emanuel per dispensationem Alexandri sexti, duas subinde sorores matrimonio sibi coniunxit filias Catholicorum Regum Hispanie Ferdinandi & Elisabeth. Et deinde serenissima Catherina eorundem Regum filia, quæ Regi Arturo Angliæ fuerat per verba de præsenti desponsata, eodem absque liberis defuncto per dispensationem Iulij secundi nupsit leuiri: scilicet, mariti fratri Henrico octauo, ex quo Mariam genuit. Postmodum verò idem Henricus occasionem ex quodam negotio arripiens, quod eum non ex voto successerat, ardentissima correptus cupidine gignendi masculinam prolem, causari cœpit, non potuisse summum Pontificem super matrimonium eius cum fratria dispensare, atque adeo posse aliam optare vxorem. Quæ quidem concepta opinio monstruosam illam malorum

Hydrum peperit, quæ Angliam hæresum clade prostrauit.

¶ Fautores autem illius opinionis primū ei fundamentum Ex Leuitic. 18. subiciebant, vbi legitur, Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudinem fratris tui est, vbi idem gradus prohibetur. Quare Palud. distin. præfenti quæst. 1. tenet, quod super hoc gradu affinitatis Papa dispensare nequeat, sicut & Maioris supra citatus.

¶ Mox secundum obmoliebantur argumentum, quod Ioannes Baptista, vt Matthæ. 14. & Marc. 6. legitur, ob id martyrio coronatus est, quod Herodem de incesto matrimonio vituperabat cum Herodiade vxore fratris sui Philippi: vnde collectio fieri videtur, adeo esse contra ius naturæ, vt nullis vnquam gentium fuerit licitum. ¶ Deinde & ex cap. Gaudemus. de diuortijs. maius ducitur argumentum, vbi ait, Innocentius, quod infideles ad lucem fidei conuerfi, si in primo gradu reperiantur contraxisse, separentur: quod non dixisset, si gradus ille in lumine naturæ matrimonium non dirimeret: hic autem est primus gradus affinitatis.

¶ Nihilominus statuitur conclusio, quæ sit huius articuli secunda. Cōnubiū inter leuicam & fratriam: scilicet, vxorem fratris: & inter sororem vxoris & sororium: nempe, maritum sororis, licet aliquam præferat iure naturæ turpitudinem & foeditatem, non tamē vsque; adeo eodem iure eiusmodi matrimonium vetitum est, vt excluso quocunq; iure ecclesiastico fuerit sub eadem lege naturæ nullū. Ad probationem cōclusionis illud præ oculis semper habendum est, quod dist. præced. abudē monstrasse credimus: nempe, ex lege Moyca nullū ad euangelicā argumētū trahi, nisi quatenus eius præcepta moralia erant, & iure naturæ constituta: nam quod in eiaudiciale aut cærimoniale erat, totum abolitū & antiquatū est. Rursum & illius quoque; meminisse oportet: quod vt illic dicebamus, quauis ius nature propter turpitudinem matrimonium vetet, non inde fit consequens, vt illud faciat nullum, alioqui in secundo & reliquis consanguinitatis gradibus annullaret matrimonium: quia in illis contrahere, etiam quippiam naturalis foeditatis habet, cuius de causa ecclesiastica eos gradus prohibuit. In iure autem naturæ vt dicebamus, tres gradus discernantur. Quædam enim sunt sicut prima principia, quæ intrinsecè indiuiduam & inseparabilem rectitudinem iustitiæ includunt, quæ ob id indispenabilia sunt, vt præcepta decalogi. Alia sunt, quæ licet iure naturæ sint honesta, & eorum contraria inhonesta, nihilominus extrema ne-

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

2. Cōclusi.

Ex lege Moyca ad nouam nullū ducitur argumētum

Nota.

Iuris naturalis tres sunt gradus. Secundus gradus.

ma ne-

ma necessitas boni communis, potest ea iure ipso naturali mutare, & quod inhonestum erat facere honestum, vt diximus de matrimonio fratrum in primordijs mundi, sed tamen illa extrema necessitate cessante nulla lex humana potest illa mutare. Alia sunt in tertio gradu iure quidem naturæ honesta, & eorum contraria inhonesta, quæ etiam citra extremam necessitatem propter honestas causas & fines, præsertim si ad bonum publicum spectent, possunt iura gentium & ciuilia, & multo efficacius ecclesiastica variare & mutare: nam id, quod ex mero iure naturæ inhonestum erat, potest per aliud bonum reperiari & honestari. Imò & ius ipsum naturæ hanc mutationem persuadet. Nam natura integra omnia vt essent communia admonebat, quæ tamen corrupta persuasit, vt res per proprias possessiones distribuere & diuiderentur.

Tertius gradus.

Conclu. de claratur.

Ius naturæ huiusmodi matrimonium inhihet

Obiectio.

Dilutio.

Ratio. 2.

¶ Quod ergo nostra asserit conclusio est, con nubium in primo gradu affinitatis esse iure naturæ turpe & inhonestum in hoc tertio gradu. Quod enim turpe per se sit, si nudè cõfideretur absq; alia honestante causa, verba illa legis ostendunt: sanè cum in omnibus prohibitionibus dicatur, Turpitudinem patris tui, aut matris tuæ &c. non reuelabis. Et eodem modo subiungitur, turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis. Lumen ergo ipsum naturæ turpitudinem oculis in huiusmodi connubijs ofundit. Et illa inter alias de causa tui olim Deus, tum modò ecclesia eiusmodi coniugia interdixit. Quòd autem ius naturæ non vsq; adeò tale matrimoniū inhihet, vt illud prorsus irritet & casset, probatur: quia ratio naturalis ex fine sumenda est: quod autem quis duas subinde sorores ducat, aut aliqua duobus fratribus nubat, neque primo finis matrimonij: nempe prolis gignendis & educandis, neque secundo scilicet, cohabitandi & in domesticis officijs cõmunicandi obstat: ergo iure naturæ tale matrimonium non irritatur.

¶ Quòd si arguas. Neq; verò inter patrem & filiam matrimonium eisdem finibus cõtra pugnat, & nihilominus diximus iure naturæ nullum. Respondetur, quòd alia ratio supra relata militat in patre & filia, quæ inter huiusmodi affines non eandem vim obtinet: nempe, quòd filia est pars patris ex eius lumbis decisa, & filius pars matris ex eius ventre decisa, cui proximè accedant fratres ex eodem vtero prolati, quod quidem inter leuirum & fratrem non reperitur: nulla ergo naturali ratione tale matrimonium euacuatur.

tate, qui naturali lumine peregre philosophati sunt, quorum fuere Aristoteles & Plato atque alij id genus præclari, qui nullibi tale cõnubiū tanquam nullum condēnasse leguntur.

¶ Tertio arguitur exemplo sanctorū patrum sub lege naturæ. Iacob enim ante scriptam legem Leuitici duas sorores vnā ac deinceps alteram ambas superstites sibi associavit, & tamen nulla vel legitur vel creditur facta dispensatio: quia non erat tanta dispensandi necessitas: ergo id fecit, quia sciebat iure naturæ non esse adeò vetitum, quia bona de causa fieri posset licitè.

¶ Tandem & ecclesiæ autoritas, quæ super hunc gradum dispensat, & apud catholicos summum habet in terris momentū, quoscunq; deberet conuincere, quæ postquam id faciat, credenda est ius naturæ intelligere, vt si faciat, certum sit tenere. Haud enim Alexander sextus, qui cum Rege Portugaliæ dispensauit, aut Iulius. 2. qui dispensauit cū Rege Angliæ, primi huiusmodi dispensationes fuerūt autores, quoniam & Innocentius tertius, vt capit. vlti. de diuortijs relatum est, cum quodam Lugonienfi dispensauit, vt vxorem fratris duceret, licet ibidem prohibuerit, ne deinceps fieret: quod est signum non tam lege naturæ, q̄ ecclesiastica tale matrimonium esse prohibitum. Et Archiepiscopus Florentinus. 3. par. tit. 1. capit. 11. in fine refert Martinum quintum theologorum consilio dispensasse cum quodam, vt cõtraheret cum illa, cuius germanam fornicariè occultè tamen cognouerat. Non quod certè dispensauerit vt frater cum sorore contraheret, vt putauit Syluester verb. Papa. quæstione. 17. Imò verò quòd aliquando talis dispensatio expediat & decet.

¶ In cuius confirmationem noua ex veterilex argumenta ducuntur. Primum enim in Leuitico solum prohibetur, ne leuir vxorem fratris ducat, scilicet, ne vna vxor duobus fratribus nubat non autem prohibetur ne soror vxoris leuiri nubat: scilicet, ne quis duas sorores ducat: & profecto si ius merum naturæ cõfusas, eadem est prorsus coniunctio & necessitudo, atque adeo prohibitio: nam est idem primus gradus affinitatis: quam ob rem ecclesia vtrumque pari iure prohibet: ergo prohibere matrimonium leuiri cum fratria, & non è conuerso sororis vxoris cum sororio, certè non erat prorsus moralis, sed partim iudicialis mandati: quare nullum inde ad nos argumentum trahitur. ¶ Sed tandem efficacius arguitur. Lex illa Leuitici non erat omnino indispensabilis, quin bona de causa posset super illam dispensatio cadere. Imò alia erat huiusmodi lex Deutero.

Ratio. 3.

Ratio. 4.

Argumenta ex Leuitico. 18.

Aliud arg.

Deute. 25. Deutero. 25. Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti nō nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomē illius appellabit, vt non deleatur nomē eius ex Israel. Quæ quidem leges prima facie pugnant sibi videntur. Ob id quæ Maioris distinct. 40. quæstione. 3. sustinens super nullum casum Leuitici posse Papam dispensare, & cernens dispensatum esse cum Regis Portugaliæ & Angliæ, ausus est dicere, illam prohibitionem, ne quis reuelaret turpitudinem vxoris fratris, non esse Leuiticam, sed scriptorum errore fuisse adiectam. Vide quo nimius amor propriæ opinionis prorumpere soleat. Ambigere enim nefas est talem prohibitionem illic esse cum alijs.

104. Maior.

Discrimen harū legū.

Nota.

Sententia authoris.

Epilogus.

Postremū argumentū.

¶ Has autem leges sic forsitan quis posset intelligere, vt secunda esset dispensatio primæ hoc pacto, quemadmodum nunc omne matrimonium in quarto gradu prohibitum est, & nihilominus Papa singulariter cum Maria & Petro dispensat, ita in Leuitico vniuersum matrimonium cum vxore fratris esset prohibitum, sed postea dispensatum est fieri cum vxore defuncti sine liberis. Sed re vera hæc interpretatio non videtur idonea: quoniam dispensatio nunquam ponitur per modum legis. Multo autem minus credendus est Deus duas tulisse leges, vnā quæ esset dispensatio alterius. Nō enim diuina sapientia & prouidentia permittit, vt credamus omne prorsus matrimonium leuiri cum fratria primum prohibitum, & illud statim per alteram legem relaxasse.

¶ Colligitur ergo, quòd lex illa Leuitici nunquam prohibuit connubium leuiri cum vxore fratris defuncti sine liberis sicut lex, Non occides, nunquam prohibuit homicidium, quod fit à iustitia, vel ab illo, qui se cautè, inculpateque defendit. Et tamen si merum ius naturæ perspicias, æqualiter omne matrimonium respicit cum vxore fratris defuncti, seu cum liberis, seu sine liberis. Non ergo lex illa omnino moralis fuit, sed iudicialis. Et ideo nūctalis prohibitio ecclesiastica est & Pontificia.

¶ Postremū igitur argumentum à fortiori ex illa lege deducitur. Si enim Deus illam ob causam tale matrimonium leuiri cum vxore fratris defuncti permisit, vt semen fratris suscitaret, ne domus successorib; orbaretur, id quod

nondum certum erat fore: nam poterat & secundus frater sterilis quoque esse, vt prior, & fortè vxor simpliciter ad pariendum inhabilis: profectò nunc tam expediens esse potest eiusmodi dispensatio: nam possunt causæ concurrere publicæ, quæ illam naturalem turpitudinem abluant, & matrimonium honestent; vt si fieret ratione pacis inter principes componendæ, aut ob aliam causam publicam: nam propter alias leuioris momenti non deceret.

Nota.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

Dubium.

Paul. 1. Cor. 7.

¶ Ad primum ergo propositarum obiectio- num de Leuitico iam responsum est, vim modò nō retinere, nisi quatenus erat moralis, quæ huiusmodi matrimonium inter affines nō reddidit nullum. Ex quo sequitur, & est adnotandum, quòd si Iudæus nunc, qui cum vxore defuncti fratris contraxit, ad fidem modò cum sua vxore cõuertatur, non sunt separandi non quia virtute legis antiquæ matrimonium tenebat: quoniam lex illa, vt diximus, post orbem redemptū quassata est prorsus & annullata, sed quia ius naturæ non sic tale matrimonium prohibet, vt nullum reddat.

¶ Ioannes verò Baptista Herodem illius criminis increpabat, quòd cum vxore viuentis fratris sui incestum committeret, quod siue matrimonium esset siue adulterium, nefarium erat. Si verò defuncto fratre fratrem in vxorem duceret, vel illum non obiurgasset, vel non tantum, vt martyrium illam ob causam oppeteret.

¶ Ad aliud verò Innocentij capit. Gaudemus. dicentis infideles, qui in primo gradu contraxerunt, esse separandos, respondendum est per suam ipsius Decretalem citatam vltimam de diuortijs: nam postquam super illo gradu dispensauit, sensit tale matrimonium non esse contra ius naturæ, quòd illud irritaret. Atque adeò in cap. Gaudemus. non loquitur de illo primo gradu affinitatis in linea laterali, sed cõsanguinitatis, vt diximus, & fortasse affinitatis in linea recta ascendentium & descendentium, de qua disputare iam pergitur.

¶ Queritur ergo vtrum prius affinitatis gradus in linea ascendentium & descendentium sic iure naturæ sit à matrimonio repulsus, vt illud irritum & inane efficiat. A parte enim affirmatiua videtur Apostolus. 1. ad Corinthios quinto. proclamare: Omnino, inquit, auditur inter vos fornicatio qualis neque inter gentes, (scilicet, audiatur) vt vxorem patris sui aliquis habeat. Intelligit enim de nouerca, inter quæ & priuignū primus est gradus affinitatis in prima specie: scilicet, in linea ascendentium, & descendentium. Et idem est de genero cum focru, & de

2. Argum.

& de nuru cum socero, & de vitrico: scilicet, marito matris, cum ptiugna. Secundo est magnum argumentum quod ille gradus proxime accedit ad illum consanguinitatis, qui est inter patrem & filiam: vnde in Leuitico simul componebantur. Turpitudinem matris tuæ non discooperies, mater tua est. Et turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: turpitudine enim patris tui est: eandem enim fere pietatem filij nouercis debent, quam patribus, & filix vitricis: cum ergo primus ille consanguinitatis gradus tanto cum rigore sit iure naturæ prohibitus, profecto adeo nefas apparet similia matrimonia contrahere, vt iure naturæ videantur esse nulla. Nam cum coniuges, vt dictam est, vna fiant caro, profecto eodem propè modum iure respui videtur matrimonium cum vxore patris, quo cum matre. Vnde quoniam Ruben cum Balu vxore patris sui Iacob se se commiscuit, Genesis. 35. refertur, acerbam postmodum ab eodem patre maledictionem, vt capitul. 49. legitur, audiuit. Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Et vt ibidem. 38. capitu. videre est, Thamar nurus Iudæ, quia per fraudem socero se submisit, enorme flagitium commisisse censetur, quauis id ea causa fecisset, quod socer nolebat fratrem mariti defuncti sine liberis, cum ea coniugare ad suscitandum eius semen. Accedit quod & priuigno cum noerca, aut nurui cum socero non est idonea ætatis ad matrimonium æqualitas.

Genes. 35.

Aliud arg.

¶ Profecto quauis contraria opinio probabilitate forte non careat, probabilius tamen videtur hanc primi gradus speciem affinitatis sic esse natura prohibitam, vt super illam Papa distinctione Palud. imò & D. Thom. 1. Corinth. 7. id sentire videtur. Et est præ grande argumentum, quod nunquam talis dispensatio facta legitur. Nihilominus, vt dicebam, contraria opinio non omni probabilitate destituta est: quia certe noerca non est vere mater: & sic tale matrimonium non est prorsus contra eius finem. Paulus nanque. 1. Corinth. 5. loquebatur de filio, qui viuente patre cum noerca consuetudinè habebat. Quod patet primo, quia alioquin non appellasset eam fornicationem qualis neque inter gentes auditur. Item quia in. 2. epist. ca. 7. ait, reprehensionem prioris epistolæ non misisse; propter eum qui fecit iniuriam nec propter eum qui passus est: scilicet, pater, sed ad manifestandam, inquit, sollicitudinem vestram, Et Persis, lib. 3. quæstionum in Leuiticum quæstione. 6. 1. ait, Augustinus moris fuisse, vt mor

Persarum mos.

tuopatre filius nouercam duceret. Et Plutarchus in vita Demetrii de Seleuco narrat, qui filio suo Stratoniam, quæ sua fuerat; in vxorem dedit. Et Adonias filius David petit Abifac Sunamitidem, quæ fuerat patris vxor. ¶ At verò Persarum argumenta, & aliarum gentium non sunt satis idonea. Imò Chrysostomus in. 2. 6. Homilia Pentecostes Persas de hoc tanquam de incestu obiurgat. Et Abifac non fuerat Davidi cognita, imò non desunt qui negent eius fuisse vxorem. Præterquàm quod Adonias repulsam fuit passus. ¶ Faciamus ergo sub compendio eorum epilogum, quæ dicta sunt. Primus consanguinitatis gradus tam in linea recta patris & filix, quàm in transversali fratris & sororis, adeo iure naturæ est à matrimonio propulsus, vt etiam inter infideles nullum sit: quare conuersi ad fidem separandi sunt: nec super hunc gradum Pontifex Maximus dispensare valet. De secundo verò rectilineo putà, inter auum & neptem licet res non sit tam certa, probabilius tamè est idem esse censendum. In secundo verò gradu consanguinitatis transversali & in tertio & in quarto, & in ascendenti: scilicet, inter patruum & consobrinam, & cæteris omnibus, non est dubium inter infideles à matrimonio tenere, atque adeo conuersos ad fidem non esse separandos: quapropter super illos non ambigitur, quin dispensatio Pontificis locum habeat. ¶ At verò graduum omnium affinitatis, si modò primum excipias ascendenti (de quo proxime dicebamus, matrimonium iure naturæ etiam inter infideles forte dirimere) nullus est præterea matrimonia iure naturæ irritans; quare super omnibus potest papa dispensare. ¶ Imò verò quartus gradus tam in consanguineis quàm in affinis, vt concilio Tridentino inter patres colloquebatur, non vsque adeo iam nunc ætatis tam necessarius videtur. Quocirca si sanctum ecclesiæ iudicium adesset, fortasse Christianæ familiæ consultum foret in illo gradu matrimonia permittere, dummodo tam frequenti dispensandi vsui via in cæteris occluderetur. Nam de illa clementia apostolicæ sanctæ sedis, quæ facilius super matrimonium consanguineorum de facto contractum dispensare solet, quàm dum non est contractum: vt contrahatur, vulgaris hominum astutia ansam arripuit, vt cognati de facto incesta matrimonia contrahant & consumment, quo per talem astum dispensationem facilius impetrare queant. Quapropter maiori cum difficultate, imò nullatenus esset cum illis dispensandum. Nam delictum graue, &

Plutarch.

Adonias.

Solutio.

Epilogus duarum distinctionum.

Secundus gradus consanguinitatis.

Gradus affinitatis.

Circa quartum gradum.

Nota.

Publicæ honestatis vsus

Episcopidi dispensant.

ne, & excōmunicatio, quam incurrunt, non deberet eis patrocinari, sed potius officere & nocere, ne possent eis indulgeri. ¶ Publicæ tandem honestatis, quæ ex sponsalibus, contrahitur, nullus iam aut vix vllus est vsus: quoniam pura sponsalia futuro quàm rarissime fiunt. Et ideo fortasse nullum esset periculum si sancta ecclesia de rigore illius legis aliquid remitteret. Imò si post sponsalia contra iustitiam publicæ honestatis aliqui contrahant, & expeditissimus non sit ad sacram sedem accessus, nullum esset periculum quauis episcopus dispensaret.

ARTICVLVS. III.

Verum qui extra verum matrimonium nascuntur filij sint illegitimi.



Partis negatiue ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Cōfirmatio argum.

Partis affirmatiue.

1. Conclus.

De tractatum illegitimi matrimonij spectat, & de illegitimis liberis disputare. Et ideo quæritur, vtrum extra matrimonium nascantur filij illegitimi. Et arguitur à parte negatiua. Legitimus à lege dicitur: ergo qui secundum legem naturæ nascuntur, quales sunt qui fornicariè sunt geniti, vt legitimi sunt habendi: sanè cum lex illa post æternam diuinam omnium sit legum fundamentum & basis. ¶ 2. Argum. ¶ Secundo. Si filij ex fornicario concubitu sunt illegitimi, videntur subinde paterna hæreditate expoliandi: at verò iniquum apparet, vt quispiam propter alienum peccatum, cuius non fuit causa, puniatur: quia vt Ezechiel. 18. legitur: filius non debet puniri propter peccatum patris: qui autem ex nequam concubitu fuit genitus, non fuit in culpa sui conceptus: ergo nec hæreditatis priuatione mulcendus est. ¶ 3. Argum. ¶ Tertio. Si filius extra matrimonium genitus esset illegitimus, per nullam possent legem legitimus fieri: quia præteritus concubitus, qui illegitimus fuit, non potest fieri legitimus. Item quia cum tantum legitimus ab illegitimo distet, quatum è conuerso: & legitimus nequeat illegitimus fieri, sit vt neque illegitimus possit fieri legitimus, consequens tamen videtur absurdum: ergo nulli sunt filij illegitimi. ¶ In contrarium est, quod illegitimum id dicitur, quod est contra legem: sed qui nascuntur extra matrimonium, nascuntur contra legem: ergo sunt illegitimi. ¶ Ad quæstionem iuxta argumentorum numerum tribus conclusionibus respondetur. Prima.

Omnes filij, qui extra matrimonium procreantur, generali nomine dicuntur illegitimi propter rationem modò factam. Est enim lex non solum humana & diuina, verum & hominibus naturalis, vt non nisi per matrimonij generatio fiat: quod quidem Deus & natura ad illum finem instituit, ac perinde qui aliter nascuntur, illegitimi sunt. Vnde quadruplex filiorum genus solet distingui: quod in glossa. cap. Tãta. qui filij sint legitimi, refertur. Quidam enim sunt naturales & legitimi: nempe, qui ex legitimo matrimonio oriuntur, quippe quibus procreandis & natura & lex conueniunt. Alij sunt naturales & non legitimi: vt pote qui ex simplici fornicatione nascuntur. Dicuntur enim naturales, quia nuda natura, qualis etiã in brutis reperitur, fuit illius generationis ministra sine alia grauiori culpa, quæ est in illo simplici congressu. At verò quia contra legem matrimonij delictum committitur, sunt illegitimi. Alij verò vice versa sunt legitimi, sed non naturales, sicuti filij adoptiui. Quidam denique nec legitimi sunt nec naturales, vt spurij, qui de adulterio aut stupro aut de sacrilegio progignuntur, quia non solum contra legem matrimonij & humanam tam canonicam quàm ciuilem nascuntur, verum etiam expresse contra legem naturæ, quæ homines arcet ab iniustitia adulterij, & à fœditate stupri & à sacrorum violatione, quam committit vel clericus vel monachus vel monialis. Quauis cap. Nisi cum pridem, de renuncia. illegitimorum aliter distinguatur species. Sunt enim naturales, & præterea manzeres: nempe, qui ex ignoto scorto & vaga meretrice omnibus exposita ortum ducunt. Et spurij qui ex peculiari concubina suscipiuntur: quauis si etymologiam spectes Græcã, spurij idem est quod feminatus ab *σπίρα*, quod est semino. Quare hoc nomine denotantur illi qui in certo patre nascuntur, quasi à patre nihil aliud quàm semen habentes. Nothi verò, vt Quintilia. lib. 3. inquit, sunt illi, qui ex vxore non legitima: nempe, ex adulterio sunt geniti: quicquid enim incertum est Græci nothum appellant, veluti notham febriam, quæ certum terminum & periodum non seruat. Illi verò qui ex sacrilegio: nempe, ex clerico, monacho, vel moniali procreati sunt, peiori etiam nomine sunt digni. Quauis ad rem satis est has quatuor ad duas species reducere, vt naturales & manzeres idem sint: scilicet, qui absque peiori crimine quàm fornicatione nascuntur. Spurij verò & nothi, quorum genitura adulterium vel stuprum vel sacrilegium adijcitur.

Ratio.

Filiorum quadruplex genus.

Naturales

Illegitimi. Adoptiui. Spurij.

Illegitimorum species.

Spurij.

Nothi.

Solutio præstat: mi argu.

stat: nam et si spurij secundum naturam legem, quae est etiam brutis communis, generentur, non tamen secundum eam, quae hominibus est peculiaris.

Obiectio.

¶ Quod si arguas, legitimum matrimonium dupliciter vsu venire: scilicet, in conscientia secundum veritatem, & in foro exteriori secundum iudicium ecclesiae: tunc ergo accidere potest, ut qui sunt in rei veritate legitimi, seu illegitimi habeantur, atque adeo contra iustitiam veritatem ab hereditate sint abdicati: quod nefas esse videtur. Respondetur, quod si contrahentes bona fide putent, nullum inter eos interesse impedimentum cognationis aut alius generis quominus matrimonium sit validum, & contrahant non clam, sed in facie ecclesiae, culpam omnino expertes sunt: & quavis postmodum impedimentum compertum fuerit matrimoniumque dissoluatur, nihilominus filij cum illa bona fide & in facie ecclesiae geniti habeantur legitimi, vt. c. Cum inter, qui filij sint legitimi.

Solutio.

Nota.

Clandestine contrahentes.

Si vero matrimonium fuit clandestinum, tunc ignorantia & bona fides parentum non patrocinatur liberis, vt propter illam possint se in iudicio tamquam liberi defendere: quia ecclesia in odium clandestini matrimonij bonam illam fidem repellit, tum propter culpam, quam clandestulo contrahendo committunt, tum quia illa ignorantia non profusus bona fides reputatur: quoniam si publicitus contraherent, praesumuntur veritatem potuisse nosse. Et vice versa si mala fide contraxerunt: nempe, vel quia sciebant, se non posse contrahere, vel ignorantiam habebant crassam quam vincere tenebantur, tunc quavis in facie ecclesiae publicitus contrahant, non tamen illa solennitas suffragatur filijs vt habeantur legitimi propter malam fidem parentum. Vtrumque membrum vt dist. 28. q. 1. articulo. 2. expositum reliquimus, definitum est cap. Cum inhibitio. de clandestina. desponsa. Itaque ad hoc quod filij sint legitimi, vtrumque requiritur, & bona fides parentum, & quod matrimonium sit publicum. Quavis glossa ibidem, & fortasse non aspernenda, dicat, quod quando matrimonium est publicum sufficit bona fides alterius coniugis, vt filij habeantur legitimi. ¶ Secunda conclusio. Filij illegitimi vtrumque generis: scilicet, siue naturales sint & manzeres, siue spurij & nothi, honoribus publicis parentumque hereditate priuantur, quavis non omnes eodem pacto, sed magno discriminis interuallo. Hanc conclusionem late & explicitè lib. 4. De iustitia & iure, quaest. 5. art. 1. pro capto nostro tractauimus. In primis omnes honoribus publicis priuantur, quia ad or-

Contrahentes mala fide.

dines sacros suscipiendos irregulares sunt, & ad episcopatum inhabiles, nisi cum eis dispensetur, atque ad alia ciuilia munera obeunda secundum quod Caesarum leges aut aliorum regum peculiares decreuerunt. ¶ Sed quantum ad hereditatem naturales quidem dummodo pater aut mater alios habeat legitimos, in nulla possunt assis partem ab intestato succedere: nam testator non videtur alienas successiones proprijs antepone. l. Cum accutissimi. C. de fideicommissis. Vnde lex Hispana. 9. Tauri, originem duxit, quae spurios ab hereditate repellit. Potest tamen mater haeredem illum ex quinta parte assis instituere, imò & pater: quia vnusquisque potest quintam partem, exceptis legatis pijs, cuiusque extraneo legare. Si vero mater prolem non habet legitimam, tunc filius naturalis ei succedit ab intestato, non tamen patri propter eius certitudinem. ¶ Spurij vero & nothi: nempe, qui ex dano nato coitu nascuntur: scilicet, vel ex adulterio, stupro, aut sacrilegio, neque patri neque matri ab intestato succedunt. Tenentur autem parentes in re naturae illos alere & educare, si habeant in bonis, & possint id commodè facere. Quod dixerim propter matrem adulteram, quae sine licentia mariti nihil potest expendere, praeterquam quod citra scandalum & periculum nequiret spurium filium nutrire. Patrem vero, licet esset matrimonio solutus, non arbitror rigore iuris teneri filium spurium tollere & alere, quia non tenetur credere suum esse. Neque vero si credat, cura sibi incumbit, sed matri, si potest: cuius certus est filius. Si vero mater non posset, tunc pater ex quadam naturali misericordia deberet eum educare. At vero neuter parentum vetatur quintam bonorum eis legare. ¶ Haec tenus de illis qui vel ex adulterio vel incestu oriuntur. Nam de illis, qui nascuntur ex sacrilegio: nempe, de filijs sacerdotum aut monachorum peculiare leges Hispanorum acrius acerbiusque in odium talis sacrilegij discernunt, vt loco citato latius explicuimus. Exstat enim lex regia. 2. tit. 3. lib. 1. & l. 2. tit. 3. lib. 5. ordinamenti. quibus sancitur ne clericorum filij (& in l. 9. Tauri extenditur vsque ad filios religiosorum) habeant neque hereditare possint bona suorum parentum aut consanguineorum, neque suscipiant. Habetur enim Hispaniae, Ni ayan. Quo vtique verbo videtur lex eos profusus inhabiles reddere ad suscipiendum dominium eorum, quae sibi per hereditatem relinquatur. Hoc ergo ni fallor, discrimen est inter filios ex adulterio secularium & filios clericorum, quod licet vtrique priuentur hereditate non

2. Conclusio.

Illegitimi sunt regulares.

non tamen profusus aequaliter fiunt inhabiles ad suscipiendum. Et ideo quavis si pater adulter secularis carere legitima prole relinquat bona sua filio spurio, fiscus possit sibi adiudicare, nihilominus lex illa poenalis est, & ideo quousque filius eodem tenetur, potest illa bona absque culpa possidere, atque adeo si pater bona illa secreto concedat amico, vt ea traducat in filium, tenetur ille amicus lege naturae seruare, & dare filio, nisi fiscus eum praeniat. Dico, tenetur, nisi tamen timeat, quod fiscus postea re comperta, ab eo sit eadem exacturus bona: quoniam non tenetur damnum illud incurere: sed loquor dum res potest secreto & cautè transigi. In filijs autem sacerdotum & monachorum non id profusus crediderim: nam cum sint inhabiles ad suscipiendum dominium (quae quidem lex in odiu infamis sacrilegij potest esse iusta) non est expectanda condemnatio, sed sacerdos bona sua amico suo sub illo pacto expresso vel tacito concedat, vt det filio, donatio illa non tenet, nec per illam transfertur dominium vel in amicum vel in filium, sed in conscientia succedunt haeredes eius ab intestato, vel si nullos habeat, cedunt vel in vsus pauperum, vel in alios publicos. Si tamen absolute & sine pacto illa dederit tali amico, quavis amicus intellexerit, animum sacerdotis esse, vt transfundat in filium, dominium nihilominus acquirit, & potest cum bona conscientia, si vult, sibi retinere. Sed tamen potest, si libuerit, tanquam bona sua propria dare filio sacerdotis. Haec latius loco citato, De iustitia & iure. diduximus.

dines sacros suscipiendos irregulares sunt, & ad episcopatum inhabiles, nisi cum eis dispensetur, atque ad alia ciuilia munera obeunda secundum quod Caesarum leges aut aliorum regum peculiares decreuerunt.

¶ Sed quantum ad hereditatem naturales quidem dummodo pater aut mater alios habeat legitimos, in nulla possunt assis partem ab intestato succedere: nam testator non videtur alienas successiones proprijs antepone. l. Cum accutissimi. C. de fideicommissis. Vnde lex Hispana. 9. Tauri, originem duxit, quae spurios ab hereditate repellit. Potest tamen mater haeredem illum ex quinta parte assis instituere, imò & pater: quia vnusquisque potest quintam partem, exceptis legatis pijs, cuiusque extraneo legare. Si vero mater prolem non habet legitimam, tunc filius naturalis ei succedit ab intestato, non tamen patri propter eius certitudinem. ¶ Spurij vero & nothi: nempe, qui ex dano nato coitu nascuntur: scilicet, vel ex adulterio, stupro, aut sacrilegio, neque patri neque matri ab intestato succedunt. Tenentur autem parentes in re naturae illos alere & educare, si habeant in bonis, & possint id commodè facere. Quod dixerim propter matrem adulteram, quae sine licentia mariti nihil potest expendere, praeterquam quod citra scandalum & periculum nequiret spurium filium nutrire. Patrem vero, licet esset matrimonio solutus, non arbitror rigore iuris teneri filium spurium tollere & alere, quia non tenetur credere suum esse. Neque vero si credat, cura sibi incumbit, sed matri, si potest: cuius certus est filius. Si vero mater non posset, tunc pater ex quadam naturali misericordia deberet eum educare. At vero neuter parentum vetatur quintam bonorum eis legare. ¶ Haec tenus de illis qui vel ex adulterio vel incestu oriuntur. Nam de illis, qui nascuntur ex sacrilegio: nempe, de filijs sacerdotum aut monachorum peculiare leges Hispanorum acrius acerbiusque in odium talis sacrilegij discernunt, vt loco citato latius explicuimus. Exstat enim lex regia. 2. tit. 3. lib. 1. & l. 2. tit. 3. lib. 5. ordinamenti. quibus sancitur ne clericorum filij (& in l. 9. Tauri extenditur vsque ad filios religiosorum) habeant neque hereditare possint bona suorum parentum aut consanguineorum, neque suscipiant. Habetur enim Hispaniae, Ni ayan. Quo vtique verbo videtur lex eos profusus inhabiles reddere ad suscipiendum dominium eorum, quae sibi per hereditatem relinquatur. Hoc ergo ni fallor, discrimen est inter filios ex adulterio secularium & filios clericorum, quod licet vtrique priuentur hereditate non

Naturales non succedunt ab intestato.

L. 9. Tauri

Spurij et nothi.

Pater ante neatur alere spurium.

Filij Presbyterorum

L. 9. Tauri

Discrimen

non

Spurij non tenentur in conscientia hereditate fisco restituerere.

non tamen profusus aequaliter fiunt inhabiles ad suscipiendum. Et ideo quavis si pater adulter secularis carere legitima prole relinquat bona sua filio spurio, fiscus possit sibi adiudicare, nihilominus lex illa poenalis est, & ideo quousque filius eodem tenetur, potest illa bona absque culpa possidere, atque adeo si pater bona illa secreto concedat amico, vt ea traducat in filium, tenetur ille amicus lege naturae seruare, & dare filio, nisi fiscus eum praeniat. Dico, tenetur, nisi tamen timeat, quod fiscus postea re comperta, ab eo sit eadem exacturus bona: quoniam non tenetur damnum illud incurere: sed loquor dum res potest secreto & cautè transigi. In filijs autem sacerdotum & monachorum non id profusus crediderim: nam cum sint inhabiles ad suscipiendum dominium (quae quidem lex in odiu infamis sacrilegij potest esse iusta) non est expectanda condemnatio, sed sacerdos bona sua amico suo sub illo pacto expresso vel tacito concedat, vt det filio, donatio illa non tenet, nec per illam transfertur dominium vel in amicum vel in filium, sed in conscientia succedunt haeredes eius ab intestato, vel si nullos habeat, cedunt vel in vsus pauperum, vel in alios publicos. Si tamen absolute & sine pacto illa dederit tali amico, quavis amicus intellexerit, animum sacerdotis esse, vt transfundat in filium, dominium nihilominus acquirit, & potest cum bona conscientia, si vult, sibi retinere. Sed tamen potest, si libuerit, tanquam bona sua propria dare filio sacerdotis. Haec latius loco citato, De iustitia & iure. diduximus.

Solutio. 2. ar.

2. Modus.

Nota.

Obiectio.

¶ Vnde ad secundum argumentum respondeatur, quod damnum potest quipiam dupliciter incurere, vno modo ob id, quod ei subtrahitur, cuius iam ius sibi erat quaesitum & debitum. Et hoc pacto illegitimus filius nullum damnum incurrit. Alio modo per hoc, quod aliquid ei non fit debitum, quod aliis possit esse debitum. Atque hoc modo nihil obstat, quominus filijs, qui extra matrimonium nascuntur, non acquiratur ius, nec debitum fiat, id quod aliis per matrimonium fieret debitum. Neque hoc tribuitur poenae propter eorum culpam, sed potius naturae & fortunae. Haud enim reputatur poena, quod qui non nascitur parentibus regibus non sit Regni haeres, neque quod qui nascuntur ex paupere aut ex infesto sanguine, pauperiem aut aliam labem contrahant. Nisi poenam dixeris esse peccati Adae. ¶ Quod si rursus arguas. Lex humana instar diuinæ condenda est: Deus autem bona naturalia illegitimis filijs non subtrahit, imò non

nunquam locupletius eis largitur, quam legitimis tam secundum corpus, quam secundum animam: ergo non decuit humanam legem illud discrimen interijcere. Negatur consequentia. In congressu enim illegitimo consideratur quod naturale est, & quod est culpabile: quatenus enim naturalis est, & legitimis & illegitimis est communis: & ideo Deus tanquam author naturae secundum illam rationis aequalitatem concurrat ad dotandam prolem bonis naturalibus. Secundum autem, quod est coitus culpabilis, lex humana illustrata etiam diuinitus tum per naturam lumē, tum etiam ecclesia per spiritum sanctum pronunciat filios illegitimos: Et est in lege veteri nonnullum huiusce rei exemplum. Legitur enim Genes. 25. quod Abraham dedit omnia bona Isaac filio Sare, filijs autem concubinarum largitus est munera: & tamen illi non erant filij illegitimi: quoniam matres eorum, licet dicantur concubinae, erant tamen vxores vt distinct. 33. explicuimus: ergo fortiori ratione potest lex humana illegitimos ab hereditate secludere.

¶ Tertia conclusio. Possunt filij illegitimi fieri per legem legitimi: non quidem, vt tertium argumentum contendebat, faciendo quod coitus, qui illegitimus fuerat, fiat legitimus: quia ad praeteritum non est potestias: sed hoc pacto, quod à damnis & incommodis, quae illegitimi per legem incurrunt, per principes quoque aut per ecclesiam liberentur. Nam quod per legem inducitur, per legem quoque reuo cari potest: cum igitur illegitimi per legem fiant, possunt priuilegio principum legitimi fieri.

¶ Et sunt sex modi & viae, quibus illegitimi hoc beneficium consequuntur: duo, scilicet, secundum canonica iura, & quatuor secundum Caesarea. Primus modus est, dum soluti ex simplici fornicatione filium suscipiunt, & postmodum in facie ecclesiae matrimonium contrahunt: Decretum est Alexandri. 3. cap. 1. & cap. 2. Tanquam qui filij sint legitimi. Id quod & legibus ciuilibus concessum est, vt. §. vlti. Insti. de nuptijs. & in l. Cum quis. C. de natural. liber. & in Authen. Quibus mod. naturales efficiantur legit. §. Si quis igitur, collat. 7. Vtrum vero is legitimorum modus sit etiam sufficiens ad honores ecclesiasticos: nempe, ad sacros ordines suscipiendos, ambigitur. At quia poenae restringendae sunt, fauoresque ampliandi, verisimilius est, quod simpliciter fiant legitimi etiam ad sacros ordines. Si vero vir viuente vxore aut vxor viuente viro ex adulterio talem filium susceperint, quavis postea defuncto coniuge legitimum matrimonium contrahant, Z proles

Dilutio.

Genes. 25.

3. Conclusio.

Legitimandi modi sex.

1. Modus.

proles non fit legitima, vt habetur in dicto capitul. Tanta.

2. Modus.

¶ Secundus modus est per dispensationem Pontificis. Sed tamen huiusmodi dispensatio locum duntaxat habet in sacris suscipiendis: nam per Pontificis dispensationem tollitur irregularitas. Sed tamen quantum ad hereditatis successionem res deferenda est ad Cæsares & Reges. Nam quauis capitul. Per venerabilem, qui filij sint legit. Papa dicat, super hoc apostolicam sedem plenam habere potestatem, etiam vt filij parentibus succedant. Quod & Ioannes Glossator illic extendit ad totum Christianum orbem, propterea quod dum in spiritualibus dispensat, videtur à fortiori in temporalibus, quæ minora sunt, dispensare. Tamen glossa alia, quæ plurimum vsu & more celebratur, est quod idem summus Pontifex quantum ad successiones nequeat spurios legitimos facere, nisi in terris, quæ sibi sunt temporaliter subiectæ: de quibus ideo textus ille glossandus est. Id quod Alexander eodem titu. ca. Lator. sentire videtur. Nam hereditatum successio: vt quæ res temporalis est, ad Rempublicam civilem spectat. Attamen causa cognoscendi matrimoniam, sit ne legitimum, ex quo pendet filios esse legitimos, atque adeo hereditas, ad summum attinet Pontificem, vt eodem cap. Lator. habetur.

Cap. Per uerabilem.

Glossa.

¶ Alij quatuor modi sunt iuris Cæsarium, quibus naturalis fit legitimus. Primus est, si pater filium naturalem curiæ Imperatoris offerat, tunc enim propter curiæ honestatem fit legitimus vt locis citatis Institui. Authen. & C. est videre.

Alij sex modi.

Primus.

¶ Secundus, si pater nominet eum legitimum hæredem, & filius testamentum postmodum imperatori offerat. Intelligitur tamen, nisi testator filium habeat legitimum.

Secundus.

Tertius.

¶ Tertius casus est, si deficiente alio legitimo filius ipse se curiæ Cæsaris offerat ad officium aliquod obeundum.

Quartus.

¶ Quartus, si pater in publico instrumento cum trium testium subscriptione eum legitimum nominet.

Quintus.

¶ Ricardus adhuc quintum adhibet, si filia naturalis nubat officiali curiæ.

Sextus.

Sententia authoris.

¶ Et sextum, si ipsa concubina filium offerat Cæsari. Sed ista, quia ex mero iure humano pendet, in diuersis prouincijs & nationibus varietatem suscipiunt: in quibus ideo non est plus immorandum. ¶ Tertium igitur argumentum partim solutum est. Sed ad alterum membrum respondetur, quod Papa & principes possunt quidem ciuibus suis & subditis per sua priuilegia beneficia indulgere, non tamen eos

Solu. 3. ar.

dem ciues suis iuribus sine ipsorum culpa spoliare. Et ideo possunt ex illegitimis legitimos creare, non tamen subinde eos, qui legitimi sunt illegitimos efficere. ¶ Cæterum quia dictum est per illicitum concubitus tum affinitatem contrahi, tum & filios illegitimos procreari, interferunt hic nonnulli interpretes Magistrum Sententiarum, authorem ipsum secuti, species luxuriæ. Quæ certè ad propositum nihil attinent. Pertinet enim disputatio hæc ad materiam temperantiæ. Quam ideo materiam Sanctus Thomas. 2. 2. quæstio. 154. copiosissime pertractat. Sunt autem species istæ numero septem quas generali nomine fornicationis Apostolus. 1. Coloss. 3. comprehendit. At verò dum mera fornicatio soluta cum soluta, etiam si sit vidua, nomen generis trahitur ad speciem: quare simplex fornicatio ponitur prima & minima infimaque species luxuriæ ex genere suo. Secunda species ascendendo est stuprum: nempe, corruptio virginis. Additur enim illic noua ratio iniustæ læsionis propter damnum virgini illatum, & iniuriam parentibus irrogatam. Quauis fortasse dum virgo vltro se offert species non mutetur, vt supra distinctione. 18. quæstione. 2. articulo. 4. disputauimus. Si verò additur violentia, est raptus. Quarta species est adulterij, per quod violatur iustitia & coniugalis fides. Quinta, incestus: puta cum consanguinea vel affini. de quo distinctione. 37. Sexta est sacrilegium: nempe, sacerdotis, monachi vel monialis: & propterea filij ex sacrilegio nati, longe acerbius ab omni hereditate propelluntur. Septima denique atque omnium pessima est nefandum flagitium contra naturam. De quo Augustinus in lib. de adulterinis coniugijs, & refertur cano. Adulterij. 32. quæstione septima. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur ab incestu, sed horum omnium pessimum est quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concessio vtatur. Hoc execrabilius fit in meretrice, sed execrabilius fit in vxore. Horum autem disputatio præfenti loco prætereunda est.

dem ciues suis iuribus sine ipsorum culpa spoliare. Et ideo possunt ex illegitimis legitimos creare, non tamen subinde eos, qui legitimi sunt illegitimos efficere. ¶ Cæterum quia dictum est per illicitum concubitus tum affinitatem contrahi, tum & filios illegitimos procreari, interferunt hic nonnulli interpretes Magistrum Sententiarum, authorem ipsum secuti, species luxuriæ. Quæ certè ad propositum nihil attinent. Pertinet enim disputatio hæc ad materiam temperantiæ. Quam ideo materiam Sanctus Thomas. 2. 2. quæstio. 154. copiosissime pertractat. Sunt autem species istæ numero septem quas generali nomine fornicationis Apostolus. 1. Coloss. 3. comprehendit. At verò dum mera fornicatio soluta cum soluta, etiam si sit vidua, nomen generis trahitur ad speciem: quare simplex fornicatio ponitur prima & minima infimaque species luxuriæ ex genere suo. Secunda species ascendendo est stuprum: nempe, corruptio virginis. Additur enim illic noua ratio iniustæ læsionis propter damnum virgini illatum, & iniuriam parentibus irrogatam. Quauis fortasse dum virgo vltro se offert species non mutetur, vt supra distinctione. 18. quæstione. 2. articulo. 4. disputauimus. Si verò additur violentia, est raptus. Quarta species est adulterij, per quod violatur iustitia & coniugalis fides. Quinta, incestus: puta cum consanguinea vel affini. de quo distinctione. 37. Sexta est sacrilegium: nempe, sacerdotis, monachi vel monialis: & propterea filij ex sacrilegio nati, longe acerbius ab omni hereditate propelluntur. Septima denique atque omnium pessima est nefandum flagitium contra naturam. De quo Augustinus in lib. de adulterinis coniugijs, & refertur cano. Adulterij. 32. quæstione septima. Adulterij malum vincit fornicationem, vincitur ab incestu, sed horum omnium pessimum est quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concessio vtatur. Hoc execrabilius fit in meretrice, sed execrabilius fit in vxore. Horum autem disputatio præfenti loco prætereunda est.

ARTICVLVS. V.

Utrum omne coniugium, quod inter consanguineos & affines contractum est sit per diuortium dirimendum.

Tandem

Species luxuriæ septem.

Prima. Secunda.

Tertia.

Quarta. Quinta.

Sexta.

Septima.

Can. Adulterij.

Partis negatiue argumenti. 1.

¶ Tandem quæritur de modo, quo est inter consanguineos & affines matrimonium dirimendum. Et arguitur, quod non omne huiusmodi coniugium debeat dissolui. Quicquid ecclesia facit, nutu dei efficit: solet autem aliquando secundum allegata & probata eos coniungere, qui re vera erant occultè coniugati: ergo illos Deus tunc coniunxit: quos autem Deus coniunxit, homo separare non debet: ergo quauis postea impedimentum comperiat: non est matrimonium dissoluendum.

2. Argum.

¶ Secundo. Si deberet eiusmodi matrimonium distrahi, per viam accusationis esset procedendum: quando quidem non nisi propter crimè dissoluitur: accusationem verò in scripto præcedere debet, quia se homo poenæ talionis subiicit, quod impresentiarum locum non habet, ergo non est dirimendum.

3. Argum.

¶ Tertiò. Si in iudicio ad dirimendum matrimonium esset procedendum, deberent legitimi testes adhiberi, veluti in alijs forensibus causis: hoc tamen est falsum, quia in alijs omnes fide digni producuntur, in hac verò non admittuntur extranei: ergo huiusmodi matrimonium via iuridica non dirimitur.

Pars affirmatiua.

¶ In contrarium est textus Innocentij citatus in capitul. Non debet, de consanguinit. & affinita. vbi contrahentes in quarto gradu consanguinitatis & affinitatis separari iubentur.

1. Conclu.

¶ Ad quæstionem, quæ facillima est, secundum numerum argumentorum tribus conclusionibus respondetur. Prima. Omne matrimonium, quod cum impedimento dirimente contractum est, dissolui debet. Inter quæ quidem impedimenta, vt dictum est, consanguinitas, affinitas, & publica honestas connumerantur. Conclusio est liquida: quoniam si impedimentum est dirimens, concubitus est fornicarius, atque adeo peccatum, quod si coniuges ipsi reputati cauere nequeunt, per ecclesiam sunt separandi. Et quidem conclusio iam in superioribus satis est comprobata.

Ratio.

¶ Sed de forma quæritur, vtrum ipsi priuatim nõ expectato iudicio ecclesiæ possint à se inuicem diuertere. Respondetur, quod si impedimentum satis nouerint, & matrimonium fuerit clandestinum, non est dubium quin vterque altero inuito possit, imò debeat separari: quia de illo matrimonio, quod in iudicio probari non potest, non est ecclesiastica sententia expectanda. Si vero matrimonium fuerit in facie ecclesiæ celebratum: siue bona siue mala fide, & impedimentum fuerit vel antea vel post plane manifesteque cognitum, pariter

Dubium.

¶ Sed de forma quæritur, vtrum ipsi priuatim nõ expectato iudicio ecclesiæ possint à se inuicem diuertere. Respondetur, quod si impedimentum satis nouerint, & matrimonium fuerit clandestinum, non est dubium quin vterque altero inuito possit, imò debeat separari: quia de illo matrimonio, quod in iudicio probari non potest, non est ecclesiastica sententia expectanda. Si vero matrimonium fuerit in facie ecclesiæ celebratum: siue bona siue mala fide, & impedimentum fuerit vel antea vel post plane manifesteque cognitum, pariter

Dilutio.

¶ Sed de forma quæritur, vtrum ipsi priuatim nõ expectato iudicio ecclesiæ possint à se inuicem diuertere. Respondetur, quod si impedimentum satis nouerint, & matrimonium fuerit clandestinum, non est dubium quin vterque altero inuito possit, imò debeat separari: quia de illo matrimonio, quod in iudicio probari non potest, non est ecclesiastica sententia expectanda. Si vero matrimonium fuerit in facie ecclesiæ celebratum: siue bona siue mala fide, & impedimentum fuerit vel antea vel post plane manifesteque cognitum, pariter

Nota.

¶ Tandem quæritur de modo, quo est inter consanguineos & affines matrimonium dirimendum. Et arguitur, quod non omne huiusmodi coniugium debeat dissolui. Quicquid ecclesia facit, nutu dei efficit: solet autem aliquando secundum allegata & probata eos coniungere, qui re vera erant occultè coniugati: ergo illos Deus tunc coniunxit: quos autem Deus coniunxit, homo separare non debet: ergo quauis postea impedimentum comperiat: non est matrimonium dissoluendum.

possunt priuata autoritate abinuicem discedere, & vterque illorum ad alias nuptias transire: nisi propter scandalum dum viciniam constare impedimentum non potest, vel nisi ecclesia eos cogere tentauerit in coniugio persistere: tunc enim debent impedimentum ei patefacere. ¶ Sed contra pugnare videtur argumentum primò factum, quando ecclesia eos coniunxit, decepta tamen. Respondetur nihilominus, quod in iudicio ecclesiæ interuenit diuina autoritas, quam ei Christus impertitus est: & hæc semper est solida & firma: concurret nihilominus & humanum eius iudicium, quod de hominum testimonijs colligitur: quauis utique ratione falli sæpe potest, illos ergo tunc Deus non coniunxit, imò verò præcepit, vt veritate comperta ecclesia suum retractet iudicium. ¶ Quod si contra rursus arguas. Vinculum matrimonij fauorabilius est, quàm dominium: rerum verò dominia certo præfinitoque à iure tempore præscribuntur: ergo & matrimonium. Respondetur quod vt est in regulis iuris, Possessor mala fidei vilo tempore non præscribit. Cum primùm autem coniuges impedimentum non nouerint, mala fide inueniuntur. Quare vt ait, ad hoc ipsum propositum Innocent. in ca. Non debet, de consangu. & affinita. diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget. Cum ergo consanguinitas faciat, vt concubitus sit fornicarius, nõ habet illic locum præscriptio, potius quàm super alia peccata iure diuino prohibita. Secus autem dererum dominio, quod consuetudo transferre potest, eo quod principes ad tranquillum statum reipublice ius habent de rebus ciuium ipsis inuitis disponendi. Imò & in iure percipiendi decimas, quauis spirituale quid habeat ad nexum, vim obtinet præscriptio, vt habetur de præscriptio. ca. De quarta. Matrimonium vero iure diuino & naturæ constitutum est, vt non nisi per consensus fiat, quos quidem ecclesia impedire potest. Et ideo fornicatio in incestuoso matrimonio semper durat. Quapropter nullus est matrimonij fauor, quod per præscriptionem solidum illud fiat, quod nullum erat. ¶ Accedit ad robur huius conclusionis Innocentius in cap. Quod super, de consangu. & affinita. vbi in gradibus prohibitis contrahatur, iubet Pontifex, non obstante aliqua consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela publicè inhiendum esse.

Solu. i. ar.

Obiectio. alia.

Dilutio.

Rerum dominia.

Decimarum.

2. Conclusio.

¶ Tandem quæritur de modo, quo est inter consanguineos & affines matrimonium dirimendum. Et arguitur, quod non omne huiusmodi coniugium debeat dissolui. Quicquid ecclesia facit, nutu dei efficit: solet autem aliquando secundum allegata & probata eos coniungere, qui re vera erant occultè coniugati: ergo illos Deus tunc coniunxit: quos autem Deus coniunxit, homo separare non debet: ergo quauis postea impedimentum comperiat: non est matrimonium dissoluendum.

Z 2 ¶ Et

Titul. De decretalium.

Ratio cōcl.

Corā eccle-
sia.

Obiectio.

Nota.

Possessorio
recuperādē

¶ Et nota quod non solum accusantur perso-
næ in matrimonio illegitimo persistentes, ve-
rum & matrimonium ipsum. Etenim sicut ma-
trimonium. vt. 3. 1. distin. dictum est, per se ex-
cusatur, ita quando cum impedimento aliquo
ecclesie cōtrahitur, id ipsum matrimonium accu-
sari potest. Et ideo titulus decretalium sub illa
forma inscribitur. Qui matrimonium accusare
possunt. Quo fit, vt etiam dura personæ bona
fide contraxerunt, & per ignorantiam inuin-
cibile à culpa excusantur, nihilominus matri-
monium ipsum accusatur. Et ita habetur illic
capitu. à nobis. & Videtur. & Cum tua. Proba-
tur conclusio: quoniam accusatio ad hoc insti-
tuta est, ne qui innocens existimatur, in culpa
persistat: sicut autem ex ignorantia facti cul-
pabili contingit aliquem innocentem reputa-
ri, qui in culpa est, ita & ex ignorantia alicuius
circūstantiæ: ad contractum requisitæ vsu
venit, vt contractus ipse vitiosus sit & pactum
nullum: atque hac de causa potest matrimo-
nium accusari tum propter alia impedimen-
ta, tum propter illud, quod est consanguinita-
tis & affinitatis. Atqui accusatio coram eccle-
sia, cui incumbit de sacramentis cēlere, & per
sacros canones fieri debet, vt capi. 10. de con-
sangu. & affinitat.

¶ Quod si arguas. Spōsaliorū contractus mul-
to facilius dissoluitur quam matrimonium: &
tamen sponsalia non accusantur secundum iu-
ra: ergo nec debet accusari matrimonium. Res-
pondetur, id quod non dera est colligatum,
nō est cur accusetur vt dissoluatur: & quia spō-
salia nōdū habēt perpetuum vinculum, nec sunt
propriè matrimonium, ideo non accusantur.

¶ Atqui quemadmodum potest matrimonium
accusari, vt dirimatur, ita potest vt sustineatur,
defendi. Vnde potest iudicium pro matri-
monio iniuri aut sub forma petitorij, vt si mul-
lier petat hūc aut illum eam sibi desponsasse,
aut duxisse & nolle datæ fidei stare, vt. ca. Su-
per eo. eod. titu. & ca. 1. & Ex parte. & Veniēs.
de sponsalib. Aut potest ipsa vel ipse agere su-
per possessorio: quia, scilicet, cū iure matrimo-
nij fuerint vsi, ipsa vel ipse aliqua vana impedi-
menta causatur, vt discedat, vt cap. Ex conque-
stione, & cap. Ex transmissa de restitut. spolia.
Et in prima forma potest alter, qui accusatur,
excipere, quod sint consanguinei, vel alio im-
pedimento interdicti. Et tunc quo usque cau-
sa cognoscatur, non sunt ad cohabitandum co-
gendi. cap. vlt. de cognatio. spiritali. Verunta-
mē si femina à viro petatur, & probatur, vim
à parentibus vel tutoribus pati, auferenda est
ab eorum potestate, & loco honesto seque-

stranda. Sed in secundo casu, quia melior est
conditio possidentis, non obstante exceptio-
ne regulariter qui possidet restituendus est, ni-
si in quibusdam casibus, vt si viro petenti co-
habitationem, in promptu probatur scēuitia,
aut metus mortis, tunc enim sequestranda est
vxor vt eodem cap. Ex transmissa, & capitu.
Literas. de restit. spoliato. Aut si probationes
impedimenti sunt in promptu, aut si petenti
se in possessionem asseruari opponatur hære-
sis, aut quod sine contumelia creatoris coha-
bitare renuit. cap. Gaudemus, de diuort. Aut
si post matrimonium ratum petenti consum-
mationem alter opponat se velle religionem
profiteri: nam tunc induciæ duorum mensū
ad deliberandum concedendę sunt, capitu. Ex
publico. de conuersi. coniuga.

¶ Quod si opponatur adulterium, capi. Signi-
ficati. de diuortijs. Dum autem opponitur
exceptio rei iudicatæ, à qua non est appella-
tum, ait, Paluda. quæstione. 2. reum esse absol-
uendum, vt cap. Lator. & capi. Tenor. de sen-
tentia & re iudic. At profectō contrarium ex
eisdem capitalis colligitur: imò verò ex natu-
ra & conditione matrimonij, quæcūq; enim
sententia vel de dissolueno vel de conseruan-
do matrimonio præcesserit, etiam si reus in eā
consenserit, si postmodum constiterit senten-
tiam, quæ secundum allegata & probata lata
est, contra rei veritatem fuisse prolatam, ma-
trimonium, quod dissolutum erat, in suā vim
restituendum est, & quod pronunciatum fue-
rat esse validum, dirimendum. Nam cū ma-
trimonium iure diuino & naturali fuerit in-
stitutum, nec consistat nisi per consensus libe-
ros, & per ecclesiam non impeditos, nulla præ-
scriptio aut sententia ex falsa præsumptione
procedens potest quod legitimum erat irrita-
re, aut quod erat nullum, consolidare. Verun-
tamen quando post latam sententiam, à qua
non est appellatum, accusatio præsumitur nō
iterari & integrari nisi ad exhibendam mole-
stiam innocenti, & ad fugiendas & eludendas
iustitiæ metas, non est admittenda:

¶ Adde quod accusare propriè matrimonium
nemo potest, nisi cuius interest: nempe, alter
coniux, aut qui eius habuerit speciale man-
datum: nam sua solius propriè refert matri-
monium dimittere aut retinere: & quāuis ma-
trimonium non sit legitimum, possunt coha-
bitare, & vir habere fœminam si non vt vxo-
rem, saltem vt sororem, cano. Consultationi.
32. quæstione quinta. nisi ab ecclesia separen-
tur. Quare neque consanguinei, neque extra-
nei id possunt. At verò denunciare quicun-
que

Scēuitia.

Exceptio-
nes.

Ca. Tenor
de re iudic.

Accusare
matrim. qui
possunt.

que potest per viam correctionis fraternæ, vt
index proprio officio, aut procurator fiscalis
pertinaces compellat. Et ita intelligendum est
capit. Quod in tua. Qui matrimo. accusa. pos-
sunt. vbi agitur de matrimonij accusatore. Et
cap. A nobis. & Significante. eod. titu.

In ordine
denunciandi.

¶ In ordine verò denunciandi præferuntur
consanguinei. cap. Consanguineos. 35. q. 6. vt
pater, mater, soror, &c. Verba capituli sunt,
Consanguineos extraneorum nullus accuset,
sed propinqui, &c. vbi, ait, glossa, quod accusa-
re illic vsurpatur pro agere, seu denunciare: nā
certe propriè accusare non potest nisi cōiux.
Deficiētē autem parentela possunt extranei
admitti. Imò ordo ille non videtur necessā-
rius, sed per viam correctionis fraternę potest
quicūq; denunciare. Verum est, quod cū
filij sint sicut partes parentum, fortasse paren-
tes possunt accusare pro filijs. Desertim quod
cū accusatio matrimonij non sit accusatio
contrahentium, sed contractus: quia illi pos-
sunt se per ignorantiam à culpa defendere, pa-
rum refert si illa cognatorum actio censeatur
accusatio. Et rationem illius ordinis accusato-
rum exponit hic D. Thom. hanc esse, quod
cū extranei cognationem scire non præsu-
mantur nisi per consanguineos, quando con-
sanguineis tacentibus accusant extranei, in su-
spicionem veniūt, quod ex malevolentia, aut
alia iniqua causa id faciant. Et ideo in præsen-
tia cōsanguineorū ab accusatione repelluntur.

Ratio illius
ordinis.

Discrimen.

¶ Est tamen discrimen, quod quando matri-
monium ob aliquod impedimentum accusa-
tur, quod perpetuum est, & matrimonium dir-
mens, parentes etiam ipsi admittuntur, vt eod.
canō. Consanguineos, sanctur. & can. Subse-
quenti. Videtur, qui est Cēlestini Papæ, quod
etiam citatur extra. Qui matrimo. accusa. pos-
sunt. Quauis in criminalibus causis & contra-
ctibus non admittantur in testes, vt illic habe-
tur, iuxta illud vulgatum. Pater nō recipiatur
in causa filij: nam tunc sunt suspecti.

Nota.

¶ Et eadem ratione quando accusatur matri-
monium non propter impedimentū, sed quia
negatur de facto fuisse contractum, parentes,
vt, ait, hic S. Tho. suspecti sunt. Si enim sunt di-
uites, & sua nō refert, vt filius vilem mulierem
duxerit, nō admittuntur in testes propter su-
spicionem. Nec vice versa si sint pauperes, &
filius eius aut filia cum aliquo vel aliqua supe-
rioris clasis fuerint cōiugati. Et isti sunt casus
ca. Super eo. de testibus. quod eius interpretes
malè vexare solet. Repellitur enim mater illic
à testimonio ferendo circa matrimonium fi-
lij, cū tamen in multis canonibus parentes

Capitu. Su-
per eo.

in tali casu præferantur. Sed est distinguendū
quod in causa, in qua agitur de impedimento con-
sanguinitatis, præferuntur parentes, quando
vero agit de facto, vt rō sit cōtractū, si e re sua
sit esse validū, aut nō esse validū, tūc sūt suspe-
cti. Et ideo Papa, quia mater filij incrementū
& honorē videtur diligere, vbi vir superior est
diuitijs, nobilitate, potētia, vel honore, testimo-
niū matris asserētis matrimonium esse validum,
est suspectū. ¶ Propter eādem deniq; causam
qui cū matrimonium celebrabatur, accusare
poterant, si tunc siluerunt, postea accusationē
molientes repelluntur, vt patet capitu. citato.
Cū in tua, qui matrimonium accusare possunt.
Nisi constiterit quando banna fiebant absen-
tes fuisse, aut alia ratione tractationem matri-
monij ad suas aures peruenire non potuisse.

Capit. Cū
in tua.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum igitur argumentum respon-
det duo D. Thom. Primum, quod accusa-
tio potest verbo & scripto fieri, & secundō quod
neque accusator obnoxius fit pœnæ talionis.
Et ratio est hæc sæpè relata, quod accusatio ma-
trimonij nō est accusatio personarum, sed ip-
siusmet contractus, qui præter legem conse-
ctus est. De hoc loquitur Innocentius. 3. cap.
Tuæ fraternitati. de procurato. sub distinctio-
ne, quod quando vir accusat vxorem crimi-
naliter de adulterio coram iudice seculari, de-
bet accusationem in scripto porrigere: quod
etiam habetur cano. Admonere. 33. quæstio.
2. debetque se pœnæ talionis submittere. Si
verò accusat de adulterio coram ecclesiastico,
tunc etsi forsitan oporteat libellum inscribere,
non tamen se debet ad pœnam talionis obli-
gare. Sed ille casus non est hic noster: quia ibi
est accusatio de crimine ad diuortium tendēs.
Quando verò non accusatur crimen, sed ma-
trimonium propter impedimentum, multo
minus rationis inest, vt inde exurgat ad talio-
nem obligatio. ¶ Tertia conclusio. In accusa-
tione matrimonij testes sunt adhibendi: quia
propter solam coniugum assertionem etiam
iurata non debet matrimonium dissolui. ca-
pit. Consanguinei. de sententia & re iudicata.
Vnde capit. 1. de consanguinit. & affinita. tes-
tes circumspecti, & omni exceptione maio-
res sunt coram iudice adhibendi, vt veritas cū
omni diligentia inquiratur. Inter quos ad di-
rimendum matrimonium ratione consanguini-
tatis præferendi sunt cognati, imò ab stipi-
te, si fieri potest, incipiendum est: nempe, à pa-
rentibus & germanis. capitu. Tu nos. eodem
titul. cano. Consanguineos, & cano. Videtur.
35. quæstio. 6. & cap. Videtur. extra. qui ma-
trimo. accus. possunt. putà, qui certiozem co-

Cap. Tuæ
de procurat.

3. Conclu-

gnationis notitiam habere censentur. De hac re habetur. 35. quæst. 6. & illo titu. Qui matrimonium accusare possunt.

Nota. ¶ Sed est notandum aliquot testimonium valere ad impediendum matrimonium contrahendum, quod non sufficit ad id dirimendum postquam contractum fuerit. Atq; hic est secundus casus cap. Super eo. de testib. vbi asseritur, qd si dū tractatur de matrimonio inuenis, mater aut pater alterutrius asseruerit eos esse consanguineos, prohibendi sunt propter periculum, ne contrahant, quousque res fuerit cōprobata. Si autem fuerit iam contractum propter testimonium vnius non est dirimendum, sed plura sunt accumulanda testimonia: nam cum melior sit conditio possidentis, plus requiritur ad distrahendum matrimonium, quàm ad contrahendum. ¶ Addit præterea hic S. Thom. qd in hac causa, qua non crimen, sed matrimonium accusatur, vt aiunt Iurifconsulti, plurima inueniuntur specialia, quæ in alijs causis non admittuntur. Potest enim esse hic vnus accusator & testis, præsertim si qui accusat non est ipse coniux: nam aliorum accusatio imaginem potius habet denūciationis q̄ accusationis: & denunciator potest esse testis. Item neq; hic iuramentum calumniæ exigitur. Tertio parentes & cognati in testimonium admittuntur, quod in alijs causis non fit, capit. Si testes. 4. q. 3. Neq; ad amicum ordo iudiciarius seruatur: quia denūciatione facta contumax potest ex cōmunicari lite non contestata. Et admittitur testimonium de auditu. Et post publicationes testium testes etiā alij admittuntur. ¶ Hoc tamen vltimū assertū inter canonum professores sunt qui nō admittunt, vt refert glossa super c. Jurauit. de probatio. Sed illorū opinio inde procedit, qd non distinguūt inter sponsalia & verum matrimonium. Hæc enim, quæ in accusatione matrimonij peculiariter, secus q̄ in alijs causis cōceduntur, duo habent fundamenta. Primum in fauorem matrimonij ne aut quod non est legitimum, sustentetur, aut quod legitimum est, irriteretur. Et secundū fundamentum est, ne aut in peccato fornicationis existimati coniuges persistant, aut qui verè sunt cōiuges, fidem tori non seruent. Hæc autem in sponsalibus non habent locum, quia illic nullum est verum matrimonium: quare non est fauor matrimonij, vt sponsalia tantopere defendantur, imò melius illis esset alium statum castitatis eligere. Neq; est idem periculum peccandi. Et ideo causa in sponsalibus tractatur, vt reliquæ forèses. Unde in dicto cap. Jurauit, quia quidam iuraprobatio.

Cap. Super eo.

S. Thom.

Accusator et testis.

Post publicationes attestations.

Ratio. 1.


Ratio. 2.

Iuravit. de probatio.

uerat sponsalia, & alij legitime probauerant illorū consanguinitatē, dum postea voluit alius probare eosdem nō esse consanguineos, non sunt admissi secundi testes. Quare eidem capitulo non aduersantur alia: scilicet. Fraternalitas, & Series, testibus, vt bene ait, glossa eiusdē cap. Jurauit, quia in illo agitur de sponsalibus ad contrahendum matrimonium, vbi nullum est periculum, licet non contrahantur. Sed in cap. Fraternalitas, & Series. agebatur de matrimonio iam contracto: & ideo post publicationem testium propter periculum admissi sunt noui testes contrarij. Et quauis in dicto cap. Fraternalitas, admissi fuerint propter noua capitula emergētia, nihilominus & propter eadem sunt admittendi, vt insinuat in dicto cap. Series. In summa, tantus est fauor & præeminentia matrimonij contracti, vt semper pro illo clamantes, aut reclamantes sint audiendi, si non vanam aut maleuolam, sed legitimam adferant probabilitatem. ¶ Et per hæc solum restat tertium argumentum.

Conciliatio canonum.

DISTINCTIO quadragesimasecunda, De cognatione spirituali, & de legali, & de secundis nuptijs.



QUO demum tractatum conugalium huius sacramenti sua periodo cōcludamus, quæadmodum per sanguinis lineam consanguinitas, & per conugale nexum mariti & vxoris affinitas carnalis cōtrahitur, ita & ex sacramento baptismi & cōfirmationis spiritualis cognatio pullulat. Est quippe spiritualis propinquitas quædam personarū ex collatione sacramenti vel tētionē statuto ecclesiæ proueniēs. Enimvero sicut per carnalem

Text. Cap. 1.

1041. 3.

30. q. 1. c. Omnes.

Cap. 2.

nalem copulam anima infunditur, ita & per collationem baptismi cōfertur gratia, quæ animam spiritua- lis est. Quare tunc homo quasi in vtero ecclesiæ concipitur & gignitur, iuxta verbum Domini, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. At verò quemadmodum baptismus sacramentum est fidei, ita & in confirmatione robur adijcitur gratiæ, ad eandem fidem publicitus propugnandam, quæ idcirco iam veluti quædam est publica ex vtero natiuitas: quod cum cæteris non competat sacramentis, fit vt per nullum aliud cognatio contrahatur. Quod enim Symmachus, ait. Omnes, quos in præsentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, vt & ipsi, quos vel nobis susipientibus vel sub trinae mersionis vocabulo mergentibus vnda baptismatis regenerauit, aliam spiritualis vinculi rationem insinuat, scilicet, quod cum absolutionis gratia, quædam sit cū Deo reconciliatio, quodammodo pœnitentes fiunt spirituales sacerdotis filij. At cum non sit regeneratio, non habet propriam cognationis spiritualis vim, quæ matrimonia vetet. ¶ Effectus autem huius cognationis est si præcesserit, matrimonium subsequens non solum impedire, verum & dirimere: si verò nuptias iam contractas subsequatur, illas

n equaquam dirimit: veruntamen sic vsum conugalem interdicit, vt ille, qui in culpa fuerit, iure petendi debitum expolietur, tametsi innocenti reddere teneatur, vt si vir vxoris filium baptizauerit, aut ad baptismum vel confirmationem tenuerit, vt. 30. quæstio. 1. & sub titulo de cognatione spirituali, & libr. 6. multis est canonibus sancitum. Quapropter qui de industria filium vxoris suæ baptizauit, graui pœnitentia punitur, vt synodus Maguntinensis canon. De eo. definiuit. Per catechismum verò talis cognatio matrimonium dirimens nō contrahitur, tametsi inde emergere Bonifacio visum fuerit eod. titulo. libr. 6. quæ contrahendum matrimonium impediatur. ¶ Huius autem cognationis tres sunt non tam gradus quam species: scilicet, paternitas, compaternitas (vt patrum vocibus vt liceat) & fraternitas. Paternitas quippe inter baptizantem intercedit, eademque inter susceptorem & baptizatum. Compaternitas verò inter baptizantem & similiter inter susceptorem & parentes baptizati. Adde quod eandem cognationem tam baptizans quàm suscipiens in suas coniuges transmittit, vt sint pariter & baptizati matres, & eius parentum commatres, similiterque ab vxoribus transfertur in viros. Fraternalitas vero inter filios baptizantis & inter filios suscepto-

Syno. Maguntinensis.

Cap. 3.

ris cum ipso duntaxat baptizato, non autem ad fratres eiusdem baptizati protenditur. Hæc. 30. quæstio. 1. & 2. & extra de cognatione spirituali, & libr. 6. definita sunt. At verò huiusmodi spiritualis cognatio nequaquam nisi inter eos contrahitur, qui sacramento fidei baptizati sunt: quare neque non baptizatus, licet baptizet illam contrahit, neque cum non baptizato ab eo, qui eius filium sacro fonte aut tinxerit, aut leuarit, contrahitur.

Cap. 4. ¶ Tertia demum cognatio est legalis: nempe, quæ lege per adoptionem introducta est. Hæc enim (præsertim si perfecta sit, quam abrogationem appellant per quam filius qui adoptatur, in potestatem adoptantis transmittitur) matrimonium non solum impedit, verum etiam dissolvit: idque inter tres personarum sortes. Pater enim ille qui filiam adoptat non solum cum ipsa, verum cum eius descendens usque ad quartum gradum huiusmodi contrahit cognationis vinculum. Deinde inter adoptatum filium & uxorem adoptantis, quæ illi velut nouerca fit, pari que ratione inter adoptatam & adoptati uxorem, quæ cœnurus eius habetur, atque hæc impedimenta perpetua sunt ut more & usu ecclesiæ solenne est, de quibus insti. de nuptijs. §. ergo & l. adoptiuis. ff. de ritu nuptiarum.

Cap. 5. ¶ Tertio denique & inter filium adoptatum & naturales adoptantis

proles, idem impedimentum intercedit non tamen perpetuum, sed quandiu naturales filij sub paterna potestate extiterint, ut, ait, Nicol. Papa. 3. quæstio. 3. & capitulum vnic. de cognatione legali.

¶ Sermo igitur de secundis nuptiis tractatum nuptiarum claudat: No uatus quippe, Montanus, Cataphrigæ & Terrullianus secundas conatus sunt extirpare nuptias: sed tamen contra Apostolicam veritatem. Mulier enim (ut ad Roman. 7. ait. Paul.) viuente viro ligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir soluta est lege. Quare. 1. Corinth. admonet viduas, quæ abstinere non possunt ut in domino nubant. Nubere autem in domino non nisi rem honestam designat. Vnde ad Pammachium Hieronym. Non damno, inquit, bigamos imò nec trigamos, & si dici potest octogamos. Idemque Augustinus de bono viduitatis. Et libr. 2. contra aduersarium legis, & super epistolam ad Corinth. Hæc de septem ecclesiæ sacramentis.

D I S T I N C T I O N I S
Quadragesimæ secundæ, Quæst.

1. De cognatione spirituali.

A R T I C V L V S. I.

Verum spiritualis cognatio sit matrimonij impedimentum.

Tracta-



Partis negatiue argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua. 1. Conclus.

Cognatio spiritualis quid.

Cognatio spiritualis solū ex statuto ecclesiæ.

Raetatus hic demum de impedimentis matrimonij ut suam periodum finiat, tribus paruis quæstionibus cõcluditur, qui in hac distinctione de spirituali cognatione & de legali & de secundis nuptijs disputantur. Quæritur ergo primò utràm spiritualis cognatio impedimentum sit matrimonij. Et arguitur à parte negatiua. Nil est matrimonij impedimentum, nisi ei fuerit contrariū: quia vna quælibet res per suū contrarium impeditur: cognatio verò spiritualis non est matrimonio contraria: quia nulli eius bono aut fini repugnat: ergo non est ei impedimentum.

¶ Secundò. Vnio spiritus non transit in carnem: sed matrimonium est carnalis coniugatio, & cognatio spiritualis spirituum coniunctio: ergo hæc non est illius impedimentum.

¶ Tertio. Ex duobus contrarijs non idem emanat effectus: spiritualis autem cognatio disparitati cultus videtur contraria, cum illa sit sacramentorum cõmunio, hæc verò sacramentorum discrepantia: cultus autè disparitas impedit matrimonium: ergo cognatio spiritualis illud non impedit.

¶ Contrarium decernitur. 30. q. 1. can. De eo. & de cognatione spirituali, per totum.

¶ Ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima. Cognatio spiritualis est impedimentum matrimonij. Conclusio est, quæ, determinatur causa & titulus citatis, & signanter cap. Veniens. & capitulum vlt. eod. tit. Et theologa ratio est hæc. Quemadmodum homo per carnis propaginem esse accipit naturam, ita & per sacramenta suscipit spirituale esse gratiæ: ergo sicut vinculum ex carnis propagatione contrahitur, quod est naturale homini in quantum est res quædam naturæ, sic & vinculum ex sacramentorum susceptione resultat, quod est ei supernaturalis quantum, fit membrum ecclesiæ. Ex quo fit rursus, quod ut carnalis cognatio matrimonium impedit, ita & spiritualis.

¶ Vnde cognatio spiritualis est propinquitas quædam personarum ex collatione sacramenti vel tentione proueniens ex statuto ecclesiæ. Fit enim baptizans, ac subinde susceptor, quæ patrini appellat, spiritualis baptizati pater: quæ quidè cognatio spiritualis est. Adieci autè, ex statuto ecclesiæ, ad significandum non modo, quod huiusmodi cognatio per decretum ecclesiæ est impedimentum (nam & hoc quibusdam etiam gradibus consanguinitatis & affinitatis conuenit) verum & ad admonendum, quod

eadem ipsa spiritualis cognatio non habet fundamentum in natura, ut cognatio carnalis, quæ per carnalem generationem contrahitur, sed in ecclesiæ statuto, per quod baptizans, & suscipiens seu tenens patres spirituales declaratur, eo quod per sacramentum gratia infunditur quæ animæ vitam tribuit æternam, iuxta verbum Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. ¶ Ex quo subsequitur, hanc spirituales cognationem ante legem euangelicam non viguisse, sed ex lege euangelica, cuius sacramenta gratiam conferunt: ortum ducere. Nam et si in circuncisione gratia conferretur: tamè quia non conferebatur ratione sacramenti, sed fidei, nulla contrahebatur cognatio. Solet inter baptizantem & suscipientem sic non ineptè distingui, quod baptizans sit sicut pater generans, & susceptor sicut mater, quæ nomine ecclesiæ suo gremio baptizatum suscipit quauis vterque sit ecclesiæ minister: nam & vnus nomine ecclesiæ fidem exigit à baptizato, & alter pro baptizato illam pollicetur.

¶ Si autem roges, quale hoc sit impedimentum, utrum matrimonium duntaxat impediens contrahendum, an verò contractum etiam dirimens? Per distinctionem respondetur. Etenim videndum est, utrum eiusmodi cognatio matrimonio antecedit, an verò ipsum subsequatur. Et ideo statuitur secunda conclusio huius articuli: si talis cognatio matrimonio antecedit, ipsum impedit ac dirimit, veluti si esset cognatio carnalis. Si verò ante talem cognationem matrimonium fuerit contractum, nullatenus per illam subsequentem dirimitur. capit. Si vir. de cognatione spirituali. & can. Dictum, & ad limina. 30. q. 1. Vbi autem eod. ca. Si vir. dicitur, generaliter fuisse statutum, ut debeant separari, allusio fit ad cano. Peruenit, ead. caus. & q. vbi hoc videtur constitui. Hoc tamen articulo sequen. repetendum est. Per sistendum enim est in illa generali regula, quod matrimonium semel legitime initum nunquam dirimitur quoad vinculum, nisi Christianismi aut religionis gratia, modis supra expõsit.

¶ At vero in hoc casu de usu matrimonij distinguendum est, ut tertia hæc subiungatur conclusio. Vbi huiusmodi spiritualis cognatio causa necessitatis, aut per culpabilè ignorantiam fuerit inducta, nequaquam coniugale usum aut in petendo, aut in reddendo interdicat. Si verò fuerit aut extra casum necessitatis, aut ex ignorantia culpabili contracta, impedit eum cuius culpa inducta fuerit, ne debitum petere valeat: tenetur tamè semper exactum redere;

Cognatio spiritualis post legem euangel.

Cognatio spiritualis an dirimat matrimonium. 2. Conclus.

Regula generalis.

3. Conclus.

dere: quia culpa eius non est cur alteri coniugi noceat. Igitur si quis, exempli gratia, suæ coniugis filium tempore necessitatis baptizauerit, licet cognationem spiritualement cum ea subinde contraxerit, potest tamen & debitum petere & reddere: quia necessitas, ut caret lege, ita & à pœna legis excusat. Et eadem est ratio si quis suum, vxorisque suæ filium facta sufficienti diligentia putans non esse suum baptizauerit. Quod verò dum citra necessitatē sciens ac prudens eum baptizauerit, aut per ignorantiam crassam, quæ scientiæ æquipollet, tunc debitum à sua coniuge exigere nequeat, licet ut ait, Durand. non sit expressum in iure, colligitur tamen ex capitulis supra citatis: nam capit. Si vir, habetur, quod debitum alteri subtrahi non debet, ubi insinuat, quod exigere nequeat. Item colligitur ex finali verbo, quod illi fraus vel dolus patrocinari non debet. Et idem insinuat altero canon. De eo. Et est simile de coniuge, qui incestum cum consanguinea alterius coniugis committit, is enim iure petendi priuatur, ab obligatione tamen reddendi non absoluitur, ut capit. i. & reliquis, de eo qui cognouit consanguine vxor. ¶ Dubium tamen hic profectò potest cui libet in animum subreperere, utrum qui in extrema necessitate paruulum morti proximum absque solennitate baptizat, talem cum matre affinitatem spiritualement cōtrahat, quæ matrimonium cum ipsa impediatur, & contractum dirimat. Et ratio dubitandi est, quod sicut extrema necessitas post contractum matrimonium baptizantē excusat, ut liberè possit à sua vxore debitum petere, profectò ratio persuadere videtur, ut eadē necessitas ius non adimat baptizanti contrahendi cum matre baptizati. Nam cum ius petendi debitum ex cōtractu matrimonij oriatur, videtur necessitas, quæ ius exigendi non tollit, neque facultatem contrahendi auferre. Et confirmatur hoc. Hominem priuare iure contrahendi matrimonium cum aliqua, molestum grauamen est: ergo si propter baptismum in extrema necessitate collatum illud onus baptizandi imponeretur, multi illud officium recusarent, atque adeò periculum paruulis extrema patiētibus crearetur, ut absque baptismo perirent.

¶ Et tertio arguitur. Baptizare in extrema necessitate iure diuino omnes obligantur: ergo ecclesia non potuit, aut saltem nõ debuit hoc detrimentum illis offerre qui minus illud obirent. Enimvero quando solenniter baptizatur, sacerdotes, qui sacramentū administrant, vltro ordines susceperunt, & susceptores sua spon-

Ignorantia an excuset.

Dubium.

Partisnegatiua ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

te ad illud se officium offerunt: quare non est mirum si cognationem illam spiritualement contrahant: sed quod illi, qui ex necessitate iuri diuino obtēperant, illud patiantur incommodum, durum apparet. ¶ Profectò rationes nõ sunt contēnendæ. Et quidā ex Iuriscōsultis, quos refert Paluda. alunt, de hoc esse Papam consulentū. At verò in his, quæ ex mero statuto ecclesiæ pendunt, non est tanta vsurpanda licentia, ut ex similitudinibus aut cōiecturis in re tanti momenti iudiciū sumatur. Et ideo dicendum, quod eiusmodi baptismus causa est spiritualement cognationis. Nam canones absque vlla exceptione aiunt baptizantē & susceptorē cognationem contrahere cū baptizato. Et baptismus in extrema necessitate verè sacramentum est. Et ideo cum postea in ecclesia adhibentur sacramentalia, non contrahitur cognatio, ut illico repetemus: quare nisi prius in baptismo nasceretur: nunquā oriretur. Veruntamen quia illic non celebratur solenniter sacramentū, non planè affirmarem, quod si quis puerū teneret, cui alter aquam infunderet, tenens ille cognationem contraheret: quia ubi non est solennitas, nõ dicitur propriè susceptor. ¶ Vnde ad obiectorū primū respondetur, quod cum post contractū matrimonij ius iam sit acquisitū ad petendū debitum, consentaneū rationi est, ut cum adest necessitas, cōiux illo iure non denudetur: secus autē ante contractū, ubi nondum ius vllum acquisitum est. Et ad secundū respondetur, cognationē in extrema necessitate contractam non propriè dici grauamen, sed potius ius amicitia, quæ cum baptizato & parentibus eius contrahitur. Et ideo quauis iure diuino vnusquislibet teneatur baptizare, nihilominus ecclesia potuit ratione amicitia prolata statuerē, ut matrimonium non cum illis, sed cum alijs iniret. Nihilominus profectò adiecerim, quod si sancta ecclesia casum illum extremæ necessitatis exciperet, ut eiusmodi matrimonia non impediret, vel saltem non dirimeret, fortasse nihil aliud quàm operepretium faceret. Neque si episcopus dispensaret, dum facillimus non esset ad curiam transitus, vllum (ni fallor) subesset periculum.

¶ Ad primum igitur capitalium argumētum respondetur, quod quauis cognatio spiritualement propagationem non impediatur carnalem, neque verò cohabitationem domesticam, qui sunt matrimonij fines, decurtat tamen amicitia amplitudinem: nā cum ipsa per se sit sufficiens amicitia nexus, expedit, ut per matrimonia eadē amicitia iura ad alios profundantur.

Sententia authoris.

1. Argum.

2. Argum.

Solutio obiectionum.

Solu. 1. ar.

¶ Ad

¶ Ad secundum respondetur, quod in matrimonio non tantum coniunctio inest corporalis, verum & spiritualis, & ideo quauis cognatio spiritualis non trahatur in carnalem, nihilominus impedit matrimonium: quia expedit, ut spiritualis coniunctio ad alios, qui nõ sunt illo modo coniuncti, dilatetur.

¶ Ad tertium denique respondetur, minimè repugnare, ut duo contraria eidem tertio diuersis rationibus adueniant, sicut magnum & paruum per duo extrema opponuntur æquali. Quæ utique ratione & cultus disparitas & cognatio matrimonio aduersantur: illa quidē, quia plus distat, hæc verò quia plus appropinquat, quæ ratio matrimonij cōtrahendi permittit.

Solu. 3. ar.

Pars affirmatiua ar. 1.

2. Argum.

Pars negatiua.

1. Opinio.

Opinio reprobatur.

ARTICVLVS. II.

Utrum per solum baptismum spiritualis cognatio contrahatur.

Rostquam cōstitutum est cognationem spiritualement obstaculum matrimonio opponere, consequens est, ut exploremus, per quid contrahitur, utrum per solum baptismum. Et arguitur à parte affirmatiua, ex proportionem corporalis ad spiritualement cognationem. Cognatio corporalis per solā carnis generationem contrahitur: sed inter sacramenta solus baptismus formam habet generationis: ergo per ipsum solum cognatio spiritualis exurgit.

¶ Secundo. Si ex alio sacramento à baptismo spiritualis pullularet cognatio, maxime, ut fertur, ex confirmatione: sed hoc non: quia potissimum id accideret propter characterem, qui illic imprimitur: sed tunc similiter deberet ex datione sacrorum ordinum oriri, quod est falsum: ergo ex solo baptismo talis cognatio exurgit. ¶ In contrarium autem est textus Bonifacij octauo cap. 1. de cognatio. spirituali. li. 6.

¶ De ista quæstione, ut hic Diu. Thom. refert, tres fuerunt opinionēs. Quidam enim dixerunt, quod spiritualis regeneratio sicut per septiformem spiritus sancti gratiā datur, ita per septem efficitur, incipiendo à primo pabulo salis sacramenti vsque ad confirmationem per episcopum factam: & per quodlibet eorū spiritualis cognatio contrahitur. Pabulum salis nominatur, dum inter catechizandum catechumenum, sal eius ori apponitur. Et hæc opinio refertur cano. Peruenit. 30. quæstio. 1. Sed reuera nunquam creditur in vniuersali ecclesia illud fuisse vsu & more receptum: quia neque

vlla id ratio permittit. Enimvero cum à generatione carnali ad spiritualement ducere exemplum oporteat, sicut consanguinitas non nisi ex generatione enascitur, ita neque spiritualis filiatio nisi per generationem spiritualement, quæ quidem non nisi per sacramentum fit, ubi gratia animæ viuificatrix confertur: cum ergo illa, quæ baptismum antecedit, non sint sacramentalia, sed sacramentalia, fit ut per illa nulla contrahatur spiritualis cognatio. Glossandus ergo utcunque canon ille est, non quod si gillatim per illos catechismos contrahatur cognatio, sed complexim, ut per omnia simul, si tamen vsque ad baptismum fuerit peruentū, talis oriatur cognatio. Similiter & aliud quod eod. cano. Peruenit. institutum apparet, quod si maritus filium vxoris suæ vel à se genitum vel ab alio viro, vel si vxor filium mariti sui baptizauerit, separantur, nunquam receptum est, ut capit. Si vir, de cognatio. spirituali. ait. Alexand. 3. Quare Magister sentent. ait, vel illud solum ad terrorem dictū esse, vel intelligendū fore, quando cognatio illa matrimonium antecessit.

¶ Alij deinde dixerunt, quod cognatio cōtrahatur per tria: scilicet, per baptismum, & per catechismum, & per sacramentū confirmationis. Sed isti, ut ait, S. Tho. propriā vocē ignorarunt, cōnumerantes catechismum inter sacramenta.

¶ Ad quæstionem ergo vnica conclusione respondetur. Cognatio spiritualis duntaxat per duo sacramenta baptismi & confirmationis contrahitur, ut cano. citato Bonifacius. 8. ait. Et quidem de baptismo plures sunt canones, ut citati, & alij trigesima quæstione. 1. & de cognatio. spirituali. Sed de confirmatione extat eadem caus. & quæstione cano. Si quis filiastrum suum vel filiastrā ante episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab vxore, & nunquam aliam accipiat. Intellegitur autem si tenuerit ante matrimonium, sed si post, solum impeditur ab exactione debiti. Ratio verò conclusionis est hæc. Cognatio spiritualis per generationem spiritualement successit: generatio autem spiritualement per baptismum fit, & per confirmationem confirmatur: confirmatio enim, distinctione. 7. explicuimus, nihil aliud est quàm augmentatio quædam baptismalis gratia: per baptismum enim recipitur esse spirituale, & per confirmationem irroboratur Christianus ad publicam fidei defensionem, sicut per generationem fit homo, & per quantitatis augmentum validus homo. Alij verbis eandem veritatem D. Tho. in presentia & Ricardus explicant

Ratio.

Can. Peruenit. 30. q. 1.

2. Opinio.

Conclusio.

Ratio.

Ricardus.

Vniuersitas an possit quēleuare. ¶ Simili de causa neq; tota ciuitas vel collegiū potest esse susceptor, sed ille, quē ad id muneri delegaret. ¶ Ad primū igitur argumentum iam responsum est, q̄ quāuis propriē regeneratio in baptisate fiat, nihilominus cōfirmatio est quēdā baptismatis irroboratio & quasi quēdam natiuitas ex vtero ad publicam fidei confessionem. ¶ Et per eandem solutionē diluitur secundum argumentum. Non enim ratione solius characteris est cognationis causa, sed quia est quēdam generationis cōfirmatio & natiuitas.

ARTICVLVS. III.

Vtrum cognatio spiritualis duntaxat inter baptizantem & baptizatum contrahatur.



¶ Vbsequitur tandem, vt de personis dicam, inter quas hæc spiritualis cognatio intercedit. Quæritur ergo, vtrum solum inter baptizantem & baptizatum contrahatur. Et arguitur à parte affirmatiua. Si inter alios contraheretur, id maximē inter suscipientem & baptizatum, vt dictum est: hoc autē nullam ex cognatione carnali similitudinem ducit: quippe quæ non nisi ab illō, cuius semine proles gignitur, deriuatur: ex parte namq; natum suscipientis infantem nulla contrahitur: ergo neque susceptor spirituale vllam contrahit.

Partis affirmatiue argum. 1.

2. Argum.

¶ Secundō. Si susceptor illam contraheret à viro trāsmitteretur in vxorem, vt fertur, & ab vxore in virum, vt si Petrus esset susceptor, eius vxor fieret cognata baptizato: huius tamē falsitas inde videtur colligi, q̄ cum coniunctio quæ est inter virum & vxorem, sit carnalis, cognatio verō sacramentalis sit spiritualis: carnalis verō & spiritualis sint res disparatæ: non videtur per carnalem spiritualis transmitti.

3. Argum.

¶ Tertiō. Si præter baptizantem alij quoque affinitatem contraherent, id etiam filiis baptizantis & susceptoris contingeret, vt à parentibus traduceretur in filios: hoc autē falsum apparet, tum q̄ alioqui gradus in hac cognatione distinguerentur: quia persona generata, vt dictū est, inuatur gradum, tum etiam quia eadem ratione trāsfunderetur ad patrem & fratrem: nam sicut filius patrem, ita frater fratrem primo gradu consanguinitatis attingit: consequens tamen est falsum: quia non tantū extenditur: ergo solus baptizans est qui cum bapti-

zato cognationem contrahit. ¶ In contrariū tamē est, quōd bona spiritualia plus sunt quā corporalia effusa: consanguinitas autem corporalis transit ad filios, & per affinitatem ad vxores: ergo & spiritualis cognatio.

Pars negatiua.

Decisio articuli.

¶ Tres per tria proposita argumenta designatur cognatiōis spiritualis species, quas præsentati articulo expilcare operæpretiū est. Istæ autem species sunt, paternitas, cōpaternitas (vt aiunt) & fraternitas. Et ideo ad quæstionē tribus conclusionibus respondetur. Prima. Inter baptizantem & similiter inter susceptorem & baptizatum contrahitur spiritualis paternitas impediens dirimensque matrimoniū, vt patet can. De eo. & cano. Nōsse. 30. quæst. 1. & 33. quæst. 2. can. si quis cum matre: & alijs eod. titu. de cognatio. spiritua. & ca. 1. eo. titu. in. 6.

1. Concln.

Probatur exemplo carnalis generationis. Enimuerō quēadmodum homo naturaliter ex patre nascitur & matre, ita & spiritualiter per sacramentum in baptismo nascitur filius Dei tāquam patris, & ecclesiæ tanquā matris, quæ in suo gremio eum suscipit: minister autē, qui nomine Dei eius vice functus baptizat, gerit personā patris, susceptor verō personam matris, quæ eum ad fouendum, educandum, & instruendum suscipit. Non negatur, quin etiam baptizans sit ecclesiæ minister: sed tamen quæ illa potestas, quæ gratia conferitur, à Deo collata est sacramēto, quod administrat, dicitur gerere personam patris. Et per hoc soluitur primum argumentum: non enim in generatione naturali filius patris dicitur semen ministrantis, sed etiam matris ipsam cōcipiētis, cuius typum in spirituali generatione susceptor gerit. ¶ Quōd si rursus arguas. Catechismus, vt dictum est, nempe eruditio catechumeni non sufficit ad contrahendam cognationem: sed susceptoris officium non est aliud, q̄ filium spirituale catechismus erudire, & ideo apud Dionysium appellatur *κωδολογος* ergo ille non cōtrahit paternitatem. Negatur minor, nā & si officium susceptoris sit erudire, non tamen ob id colligit paternitatem, sed quia suscipit eum tamquā mater *κωδολογος* enim idem est qd̄ fideiussor. De officio autē & functione susceptoris supra dist. 4. art. 5. dictum est. ¶ Perplexior autem ambiguitas est, vtrum ille, qui nondum baptizatus est, alium baptizet, vel de sacro fonte leuet, consanguinitatem contrahat. Est enim glossa can. In baptisate. de consecra. dist. 4. quæ sub distinctione respondet dicens, baptizantē contrahere cognationem, susceptorē verō non item. Quā glossam sequuntur summa Angelica, & summa Rosella. Est tamen

Ratio cōclusionis.

Solu. 1. ar.

Obiectio.

Dilatio.

Nō baptizatus an possit esse susceptor.

Sententia authoris.

men glossa nulla ratione fulcita. Quapropter D. Tho. Ricardus & theologi omnes veritatē meditati, negatiuē de ambobus respondent.

Nam in primis infidelis susceptor esse non potest: quia qui non est Christiane eruditus, curam erudiendi Christiani suscipere non valet: at verō licet baptizare queat, cognatus tamen esse nequit spiritualis: cognatio siquidem hæc fundamentū habet in fide, imō & in sacramēto fidei: nam sicut qui nondum carnaliter natus est nulli potest esse aut pater aut cognatus, ita qui nondum baptisate regeneratus est, pater aut cognatus spiritualis esse nequit. Quare licet, catechumenus baptizet, nullam acquirit cognationem: q̄ si nulla ante baptismū contrahitur, sit vt neque si postmodum ille baptizans conuertatur, illam cōtrahat, quia quod à principio nullum fuit, conualescere nequit.

Nō confirmatus an possit tene re cōfirmatum.

2. Cōclus.

¶ Ex quo fit quōd si baptizatus quis nō cōfirmatus teneat eum, qui confirmatur: verē contrahit cognationē: quia est christianus: & ideo capax cognationis spiritualis: & pariter hæreticus, quia habet characterem christiani.

Stipes huius cognationis.

Ratio.

¶ Secunda conclusio. Cōpaternitas duobus modis contrahitur: scilicet, inter baptizantem similiter & inter susceptorē & baptizati pariter: præterea inter baptizatum & cōiuges baptizantis & susceptoris, & idem est de confirmatione. Itaq; radix & cōtrū cognationis spiritualis est habitudo baptizantis & suscipientis ad baptizatum, & inde transfertur cognatio in parentes baptizati, vt sint baptizantis & susceptoris spirituales affines. Et ratio huius est, quōd cum baptizans & susceptor sint patres spirituales baptizati, & qui eum genuerunt, sint patres carnales, sit vt inter se sint compatres: id est, simul patres eiusdem filij diuersis rationibus. Et similiter baptizans & susceptor eādem cognationem transferunt in suas coniuges, vt pari ratione sint baptizati affines. Cuius ratio est, quōd cum maritus & vxor sint vna caro, affinitatem quam vnus contrahit cum baptizato, contrahit & alter. Affinitatem, inquam, quoniam etsi omnes tres species inter canonum professores generali nomine dicantur cognatio: tamen propriē cognatio, vt potē quæ à nascendo dicitur inter patres spirituales: scilicet, baptizantem vel susceptorem & baptizatum consistit: sed mediante baptizato, eius parentes efficiuntur baptizantis & susceptoris affines. Et ideo significatè ait, S. Thom. hoc fieri per modum cuiusdā affinitatis: sicut in cognatione carnali consanguinei vxoris efficiuntur affines mariti. De vtroq; affinitatis modo habetur eod. capi. 1. de

Casus cap. Martinus.

Conciliatio Gratiani.

Gratianus. hallucinat? Regalage-nralis. S. Thome.

Verficuli.

cogn. spir. lib. 6. Et primo rursus cap. Super eo. & cap. Veniens. de cogn. spiri. De secundo est casus cap. Martinus. eod. titu. vbi habetur, q̄ Lotharius quidam Thebergæ maritus Martini filium de fonte leuauerat, deinde Lothario defuncto Martinus tentauit cum eadem Theberga contrahere, & tñ nō fuit permittus: quoniam Lotharius trāsmiserat cognationē Martini in Thebergam. Idem casus habetur cano. Sciscitatur. 30. q. 4. qui est Nicolai. vbi quidā, cuius vxor filiū Bertæ de fonte leuauerat, prohibitus est cum eadē Berta matrimoniū cōtrahere: & ibi habetur, quōd non potuit duas cōmatres successiuē sibi matrimonio coniungere. Et idem habetur in cōcil. Chalcedonē. ibid. cano. Si pater. Contrarium tamen definitur videtur ibid. can. Post vxoris, vbi refertur, quōd post vxoris obitum cum cōmatre vxoris liceat matrimonium contrahere. Quos quidem canones illic Gratianus sic conciliare meditatus est, quōd si Petrus postquam vxor sua cōmater facta est alterius mulieris, eandem vxorem cognouerit, non poterit postea vxore orbatus cum illa cōmatre cōtrahere iuxta decretum Nicolai & Chalcedonēsis synodi. Si verō vxorem post non cognouerit, poterit illā cōmatrem ducere. At verō Gratianus hoc loco vt ait glossa, hallucinatus est, nec rei punctum tetigit. ¶ Est ergo oculatē hic cū D. Thom. ad notādum, quōd si quis cognationē spirituale nō per actum proprium sed per alienū contrahat, illā cognationem minimē in suā vxorem transfert, vt si Petrus leuauit de fonte vel baptizauit filium Pauli qui non erat filius vxoris eiusdem Pauli, tunc vxor Pauli nō sit affinis Petri, quia Paulus nō per se contraxerat cum Petro cognationem, sed per actum Petri. Secus si fuisset filius vxoris Pauli, quia tunc pariter vxor & maritus contraherent eādem affinitatem. At verō si Paulus baptizaret velleuaret de fonte filium Petri, tunc quia per proprium actum cōtraheret cognationem cū Petro, eandem trāsfunderet in suā vxorem: scilicet, Pauli, vt esset affinis eidem Petro. Transfertur enim actio, sed nō passio. Quæ de reuersus hi circūferuntur. Quæ mihi vel cuius mea natum fonte leuauit. Hæc mea cōmater fieri mea non valet vxor. Hoc est, mulier quæ vel mihi natum, putā meum filiū, leuauit de fonte vel cuius natū mea leuauit, sic fit mea cōmater vt nequeat fieri mea vxor, Sed mea dicat, quæ carne me sociatur. Et sequit. Si qua mea natū non ex me fonte leuauit. Hæc post fata mea nō inde vetabor habere. Hoc est. Si qua mulier natū vxoris mea, quæ nō ex me genuit, fonte leuauit

leuauit, post fata: id est, post obitum vxoris meae, non vetabor illam ducere: quia non est afinis mea. Igitur cano Nicolai, & Calcedonenfis intelligunt in secundo casu, quod nullus contra hat cum commatre vxoris suae defunctae: si tamen vxor illa per actum proprium facta est comater alterius durante matrimonio cum illo viro. Vel si altera facta fuit Petro comater, quia leuauit filium suum de fonte. Sed canon, Post vxoris, loquitur quando vxor Petri erat comater alterius foeminae, quae non erat comater Petri: quia, scilicet, illa foemina leuauerat de fonte filium vxoris Petri ex alio marito. Et idem habetur in concilio Triburiensi cano. Qui spiritualem ead. cau. & quaestio. ¶ Adde quod vt baptizans vel leuans cognationem in vxore transtmittat, exigitur, vt iam tunc dum baptizat vel leuat habeat illam vxorem consummato matrimonio, vt habetur eod. c. 1. de cognatione spiritali. lib. 6. quoniam cognatio illa non transfertur, nisi quia sunt duo in carne vna: & tamen non fiunt vna caro nisi per consummationem copulae. Quare si non est tunc nisi matrimonium ratum, licet postea consummetur non transfertur, & multo minus ad illas, cum quibus postea contraxerit. Et eodem modo possunt verificari canones, Qui spiritualem. & Post vxoris. Quod autem dictum est de baptismo, omnino de confirmatione intelligatur, vt habetur ibidem cano. Si quis ex vno. & eodem titulo. lib. 6.

Nota.

Cognatio spiritalis an oriatur ex illicito coitu.

Ricard.

Opinio S. Thom.

Sententia authoris.

Ratio clarissima.

¶ Dubium autem, quod hic graue reputatur, est, vtum cognatio haec per fornicariam commistionem transtmittatur, vt si Petrus baptizat, aut de fonte leuat quempiam, omnes mulieres cum quibus illuc vsque ille fuerat fornicatus, contrahant spiritualem affinitatem cum eo dem baptizato. Ricardus quidem & Paludanus negant quidem per impudicum concubitum talem contrahi affinitatem: quam opinionem complures Iurisperitorum super cap. 1. eod. titulo. libro. 6. sequuntur, quos refert Syluester, verb. Matrimo. 8. quaestio. 7. §. 5. At vero D. Thomas. impraesentiarum & Albertus Magnus & antiqui nihil haesitantes aiunt, perinde contrahi affinitatem ex concubitu fornicario, ac ex maritali. Idem tenet glossa in ca. Si quis. 30. quaestio. 4. Et re vera qui non opinantium numero, sed potestatem rem fuerit speculatus aliud sentire nequibit. Enimvero ratio huiusmodi cognationis a coniuge in coniugem transtmittenda non est spiritalis virtus animorum, quae est in coniugio, aut indissolubile vinculum, sed quia ambo sunt vna caro, vt canones aiunt: quia vtiq; ratione per matrimonium duntaxat ratum nisi fuerit consummatum non transtmittitur: in co-

mistione autem fornicaria similiter vir & foemina efficiuntur vna caro: quia vt ait, Paul. 1. Corinth. 6. qui adhaeret meretrici vnum corpus efficitur: ergo per eandem transfertur cognatio. Et confirmatur hoc plane. Quoniam ob hanc eandem rationem supra diximus per fornicarium concubitum contrahi affinitatem. Sed, ait, Ricardus, ob id non contrahitur fornicationem: quia spiritalis cognatio per pure carnalem: non contrahitur. Hoc tamen gratis dictum est: nam tam pure carnalis commistio est coniugalis quam fornicaria: quia pure carnale non eo dicitur, quod sit peccatum: siquidem coniugalis actus, qualis est clandestinus contra prohibitionem ecclesiae, posset esse peccatum, sed dicitur carnalis: quia est commistio carnis cum carne. Et ideo in dicto cano. Sciscitatur. vbi ad hoc propositum dicitur, quod vir & vxor per concubitum fiunt vna caro, exponit glossa, per carnalem copulam. Et idem habetur in glossa super cano. Agathosa. 27. quaestio. 2. Quapropter in versiculo supra citato dicitur, Sed mea dicitur, quae carne me sociatur. ¶ Addit praeterea supplementum esse sibi mirabile dictum, quod ex peccato abominabili oriatur spiritalis parentela, sicut ex glacie calor: & quod publica meretrix fieret spiritalis cognata pluribus de ciuitate. Sed argumenta haec, vt ait, Syluester, rudia sunt: procedunt enim ex sensu, sed non eorum ratione. Admiratio enim inde procedit, quoniam perpenditur rei causa. Concedimus ergo illa, & praeterea quod si impudicitia parocialis presbyteri tanta esset, vt plurimas parocianas cognosceret, quam plurimas cognationes spirituales disseminaret.

Ratio. 2.

Obiectio Ricardi. Solutio.

Glossa.

Paludanus.

Responsio Syluestri.

Solutio. 2. argumen.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Respondetur ergo ad secundum argumentum principale, quod quanuis vniones corporales & spirituales sint disparatae quoad esse, quia vna nequit esse altera, non tamen sic distant, quominus vna possit esse causa alterius, saltem per accidens. Quod si redarguas. Inter duos susceptores nulla contrahitur affinitas: & videntur magis coniungi in illo sacramento, cum sint patres spirituales, quam susceptor & sua vxor: ergo susceptor non transfert illam cognationem in vxorem. Respondetur, quod duo susceptores non per se, sed per accidens concurrunt ad idem sacramentum, & ideo nullam inter se contrahunt cognationem, neque baptizans cum susceptore, vt versiculus ille admonet. Vnus semper erit compatrum spiritalis, alter carnalis: nec fallit regula talis. Maritus vero & vxor sunt per se vna caro, & ideo vnus transtmittit suam cognationem in alterum.

Hinc

Dubium.

D. Thom.

2. Conclu.

Ratio.

Urbanus.

Paschalis.

Cap. 1. de cognatione spir.

Glossa.

Hinc ergo fit, quod si maritus & vxor filium amici leuaret de fonte, vterq; duplici ratione esset pater baptizati: scilicet, & per actum proprium, & per actum coniugis. ¶ Postrema ex his dubitatio exurgit, vtum si quis baptizet aut leuet de fonte filium Iudaei vel Gentilis, contrahat cum patre affinitatem. Glossa cano. 1. 30. quaestio. 1. illud affirmat. At vero D. Thomas, id meritissimum negat, neque in dubium reuocari debet: quoniam fundamentum spiritalis cognationis est esse spirituale, quod per regenerationem baptismi suscipimus: & ideo sicut non baptizatus baptizans nullam contrahit cognationem cum baptizato, ita ex aduerso neque baptizatus vllam contrahit cum non baptizato. ¶ Secunda conclusio. Confraternitas contrahitur inter filios baptizantis & pariter susceptoris & baptizatum. Et idem de confirmatione. Conclusio est, quae cap. 1. & ex literis de cognatione spiritali habetur: & eodem titulo. libro. 6. & 30. quaestione. 3. cano. Pietatum. & Non oportet. & reliquis. Et ratio est haec. Filius, vt 8. Ethicorum. ait, Philosophus, est aliquid patris, non tamen e diuerso pater est aliquid filij, aut frater aliquid fratris: & ideo baptizans & susceptor transtmittit cognationem in proprios filios, vt sint confratres baptizati, non tamen transtmittit eandem in parentes suos aut fratres. Sed ista consanguinitas filiorum baptizantis aut susceptoris solum intelligitur cum persona baptizata, non tamen cum fratribus eius. Et hoc est decretum Urbanico. Super quibus 30. quaestio. 3. cuius verba sunt. Spiritualium parentum filij vel filiae ante vel post paternitatem genitae possunt legitime coniungi, praeter illam personam, qua compatres sunt effecti. Est enim sensus, quod si Petrus leuauit de fonte Mariam filiam Pauli, & Paulus habet alios filios & filias, omnes filij & filiae Petri tam ante quam post compaternitatem genitae possunt contrahere cum omnibus filijs & filiabus Pauli, praeterquam cum Maria. Textus autem illico Paschalis. Post susceptum, ait, quod geniti post compaternitatem siue a susceptore siue a parentibus baptizati non possunt contrahere: quem quidem tex. Alexander. 3. cap. 1. extra de cognatione spiritali. putat esse contrarium priori: quia restringit facultatem illam ad natos ante compaternitatem. Et ideo, ait, illud textum Paschalis abrogatum esse per textum Urbanico. Quod si verum est, necesse est textum illum non esse Paschalis secundi, quippe qui sedit post Urbanum, sed Paschalis primi, qui eum antecessit. Hugo vero glossator eius de cano. Post susceptum, ait, Alexander illud non in-

tellexisse nam Paschalis noluit prohibere matrimonium nisi inter filios baptizantis seu susceptoris & baptizatam. Et ideo nec contradixit Urbano, nec canon ille est abrogatus. Sed profecto Alexander melius quam Hugo caput illud intellexit, quoniam si nolisset prohibere matrimonium nisi cum baptizata, non fecisset restrictionem ad filios genitos post compaternitatem: quando quidem neque praegeniti poterant cum illa contrahere. Et ideo Urbanus consulto expressit ante vel post genitos a compatribus, vt corrigens dictum Paschalis eorum matrimonium permetteret, praeterquam cum baptizato, vel baptizata. Et eodem modo intelligendus est tex. Innocentij cap. Tuam nos. de cognatione spiritali. vbi, ait, quod natus ante compaternitatem filiam compatris sui non potest matrimonialiter copulare, intelligitur enim de filia quam pater illius natum leuauit de fonte, vt bene ibidem admonet glossa: nam cum alia sorore bene poterat sicuti & susceptor ipse, vt habetur cano. Per adoptionem. 30. quaestio. 3. ¶ Ex his ergo tertium argumentum solutum restat. Dictum enim est cur baptizans aut susceptor non transferat cognationem in patres aut in fratres. Atque adeo ex dictis causa colligitur cur in hac cognatione spiritali non distinguantur gradus, quoniam gradus intelliguntur in eodem genere, quemadmodum in consanguinitate & affinitate visum est. Trium autem haec genere differunt: nempe, paternitas, quae est ad baptizatum, & compaternitas ad eius parentes, & confraternitas inter filios baptizantis seu susceptoris & ipsum baptizatum. Et quanuis velimus illos gradus vocare, certe paternitas baptizantis ad baptizatum, & fraternitas filij ipsius ad eundem baptizatum, idem est gradus, sed specie differunt: nam vna est, vt diximus, proprie cognatio, & alia quasi affinitas spiritalis. Et similiter eadem est compaternitas inter baptizantem & patrem baptizati, & inter vxorem ipsius baptizantis (si erat sacerdos Graecus) & ipsum baptizatum: quanuis haec secunda oriatur mediante prima.

Sententia authoris.

Solutio. 3. ar.

Differencia.

QVÆSTIO SECVNDA, De cognatione legali.

ARTICVLVS. I.

Vtrum adoptio sit iure appositè definita.

Aa Ad



Dspiritualē adhibetur cogna-
tio legalis quę fit per adoptio-
nem. Quæritur ergo primū,
utrū definitio adoptionis iu-
re posita sit rei apta, quę est
hęc. Adoptio est extraneę
personę in filium vel nepotem, vel deinceps le-
gitima assumptio. Et arguitur à parte negati-
ua, filius debet esse patri subiectus, & in eius
hæreditate succedere, iuxta verbū Pauli. 1. Co-
rint. 12. Parentes debēt filijs thesaurizare: sed
aliquando adoptatus neq; est subditus patri,
neq; eius necessarius hæres: ergo adoptio non
est assumptio in filium, &c.

Partis negati-
uę ar. 1.

2. Argum.

¶ Secundò. Adoptio, per quā quispiam in fi-
liū assumitur, naturali generationi debet assi-
mulari, in cuius utiq; defectū instituta est: ergo
nulli debēt iure adoptādi excludi: excludun-
tur autē & defectu generandi, vt eunuchi, & de-
fectu sexus, vt fœminę, & defectu ætatis, vt mi-
nores viginti quinq; annis: ergo adoptio non
est res legitima, atque adeo nec eius definitio.

Pars affir-
matiuę.
Adoptare
quid.

¶ In cōtrariū est ius ciuile Instit. & ff. de ado-
ptio. quibus eiusmodi adoptio cōstitutā legit.
¶ Optare idem est in præsentia quod eligere:
vnde adoptare idē est, quod adsciscere, vt dum
quis alium per electionē ad se adiungit, sed vsu
iuris vsurpatur pro eo, quod est quempiam in
filiū vel filiam assumere, vt q natura nō suppe-
tit, electio suppleat. Vnde filius adoptiuus na-
turali opponitur: vnus enim per naturā gigni-
tur, sed alter per gratiam substituitur. Tanta
enim est à natura mortalib⁹ insita cupido suā
perpetuandi successione & sobolem, vt fuerit
iure gentium introductū, vt qui naturalibus fi-
lij orbatī sunt, defectū illi per aliorum ado-
ptionem mederentur. ¶ Quam ob rem inde
amplius charitas erga nos Dei cōmendatur, q
cui filium haberet naturalem sibi coæternū,
cui per naturam cū sua substantia cuncta bo-
na communicauerat, nos etiam per gratiā in fi-
lios adoptauit, hæredes quidem eius, cohære-
des autem eiusdem eius filij, vt ait, ad Roman.
Paulus. Vnde ad Ephes. 1. Benedictus, inquit,
Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi, qui ele-
git nos ante mundi constitutionem, & præ-
destinauit nos in adoptionem filiorum per Ie-
sum Christū &c. Atqui & Christus ipse adeo
nobis nō inuidit, vt quod per naturā ipse erat,
nos quoq; per gratiam nominaremur & esse
mus, vt quo hoc nobis beneficium præstaret,
& nostram carnē assumpserit, & suam infum-
plerit vitam. ¶ De adpouone ergo, qua ratio-
ne ad hæreditatis successione attinet, iure ci-
uili constituta est, sed qua parte matrimoniū

Adoptatio
quaree.

Christiani
filij Dei ad-
optiu.

Roma. 8.

impedit, ecclesię autoritate & decreto vim
illam obtinuit. Duabus ergo conclusionibus
ad quæstionem responderetur. Prima. Illa defi-
nitio in capite proposita est optima. Etenim
adoptio iuridica actio est & respectum habi-
tudinemq; dicit. Iurisconsulti ergo eam descri-
bunt ratione actionis qua fit, dicentes, q ad-
optio est legitimus actus, per quem fit quis fi-
lius, qui non est, aut nepos penē naturam imi-
tans. Et quo finis eius exprimitur, dicunt alij:
q fit legalis actio ad solatium eorum, qui libe-
ros nō habent, Instit. de adoptio. in glo. Et pa-
ri ratione theologi aiunt, q adoptio est extra-
neę personę in filium vel nepotem vel deinceps
legitima assumptio. Atq; oēs in idem reci-
dunt. Nā adoptare & adoptio actio legalis est.
Nisi q hæc theologa causas oēs significantius
exponit. Etenim quia ars naturam imitatur,
eiusq; defectū supplet: & ius est ars æqui & bo-
ni, ex cogitauerunt iuris cōditores, vt quemad-
modum per naturalem generationem quispiā
producitur, ita vbi natura deficeret: scilicet, fi-
lios nō produceret, posset quispiam per suam
voluntatē & spontaneam electionē quēpiam
extraneū instar naturalis in filium assumere,
quo defectū illum supplet solatium acciperet.
¶ Vnde sicut in gnatione naturali duplex est
terminus. s. à quo, & ad quē, qui quidem sunt
formę contrarię, vt ex nō homine fiat homo,
& ex non albo album, ita per adoptionem le-
galem fit ex non filio filius, & ex non nepote
nepos. Quapropter in prædicta definitione
verbum illud, assumptio, locum generis obti-
net: sed cum dicitur legitima, distinguitur à na-
turali: nam sicut per naturam, ita & per legem
suscipitur & assumitur filius. Sed vbi additur,
extraneę personę, explicatur termin⁹ à quo:
& cum subditur, in filium vel nepotem, con-
cluditur terminus ad quem. Hęc omnia colli-
guntur ex Instit. de adoptio. & ff. eodem titu.
Verbo autem, extraneę, non excluditur, quin
possit etiam adoptari consanguineus, vt ha-
betur Instit. de adoptio. §. sed hodie. Et vt legi-
tur Hester. 2. Mardocheus adoptauit Hester,
quę erat filia fratris sui. Sed extraneus intelli-
gitur ille, qui nō erat sub potestate adoptātis,
& per adoptionem manet sub eius potestate.
Ex quo fit, q adoptio non est idem quod fi-
liatio legalis, sed habent se sicut generatio &
consanguinitas. Etenim sicut consanguinitas
est relatio & habitudo inter personas aliquas
ex generatione resultans, ita & filiatio legalis
est habitudo filij ad patrem ex legali adoptio-
nepullulans,
¶ Ad maiorem autem explicationem subne-
ditur

1. Conclu.

Adoptio
quid.

Definitio
theologorū

Ratio.

Nota.

Assumptio.

Extraneę
persona.

Adoptio
filiatio legi-
lis habet se
ut causa &
effectiu.

2. Conclus.

Adoptio du-
plex.

stitur secunda conclusio. Adoptio generalis
duplex est: scilicet, imperfecta & perfecta. I.
Generalis. ff. eod. tit. & Instit. §. Adoptio. Eius
modi autem adoptiones quatuor quinqueue
modis, qui ex eadem lege colliguntur, diffe-
runt. Primò in nomine: nam imperfecta dicitur
simplex adoptio: perfecta verò dicitur ad-
rogatio. Secundò differunt effectu: nam per
simplicem adoptionem filius non transit om-
nino in potestatem adoptātis, neq; habet ne-
cessariò legitimam in bonis adoptantis, neque
pater tenetur ei quotam assis legare: succedit
autē ab intestato. Adrogatus verò transit in
potestatem adrogantis, sicut filius est in pote-
state patris, fortiturq; subinde necessariò legi-
timam, saltem quartam partem, à qua non po-
test testator eū excludere, præterq; quòd etiā
succedit ab intestato. Tertio differunt, quia ad-
optari etiam simpliciter potest ille qui nō est
sui iuris: putā ille, qui est sub potestate patris
naturalis: adrogari verò nequit nisi ille, qui fit
sui iuris: nēpe, emancipatus, à patre, sitq; liber
homo, alioqui non posset in potestatem adro-
gātis trāsire. Vnde Instit. eod. tit. §. Apud Cato-
nem, habetur, q si quis filiū suū alteri adoptat,
eadē ratione libertate donat, Quartò differunt
in forma: nam ad adoptandū simpliciter non
sunt verba expressā iure cōstitutā, sed ad adro-
gandū requiritur, vt qui adrogādus est inter-
rogetur, an velit esse adrogantis filius aut ne-
pos. Atq; inde, vt ait, lex, deriuatū est nomen
vt dicatur adrogatio. Tametsi adrogare profe-
rò in præsentia non est nisi ad se aduocare &
assumere & ad se applicare. Quintò deniq; dif-
ferunt, quia adoptatio fieri potest sola auctori-
tate magistratus, adrogare verò nō nisi impe-
rio principis, Atq; ex his cōposita sunt carmi-
na. Adrogo qui suus est, & habet meus esse
necessariū est, adrogo eum, qui sui iuris est, &
debet fieri meus: hoc est, sub mea potestate.
Patris adopto suū, nec patris definit esse: hoc
est, possum adoptare eum, qui nō est sui iuris,
sed patris, nec per adoptionē definit esse suus.
Est hæres primus firmatēq; principe firmus.
Atqui discrimen hoc adoptionis & adrogatio-
nis exprimitur, Instit. eod. tit. §. Sed hodie. q si
pater naturalis filiū extraneę personę in ad-
optionem dederit, non propterea eum à sua
potestate emancipat: quare nec transit in po-
testatem alterius. Si verò eum in adoptionem
tradat ocero suo: scilicet, auo eiusdem filij, aut
alteri sanguine propinquo, tunc quia iura na-
turalis & legalis cognationis concurrunt, po-
test ille tranlire in potestatem illius, cui in ad-
optionē datur. Hęc autem & similia ad pro-

Prima diffe-
rentia.
Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Versiculi.

Alia diffe-
rentia.

fessionem ciuili iuris attinent.
¶ Ad primum igitur argumentum responde-
tur, priorem præmissam habere verum solūm
de adrogato: posteriorem verò in simplici
adoptato. ¶ Ad secundum responderetur, quòd
cum adoptio ordinetur tum ad supplendum
filiorum defectum, tum & ad hæreditatis suc-
cessionem, fit, vt illi tantūm possint adopta-
re, qui per naturam gignere possunt, vel sal-
tem coire, dum tamen de suis bonis dispone-
re valeant. Vnde lex. ff. eod. titu. Adoptio. in-
quit, in his personis locum habet, in quibus
etiam natura potest habere. Atq; adeo Instit.
eod. tit. §. sed illud. Castrati omnino excludun-
tur ne adoptare possint: quoniam neq; gene-
rare neq; coire valent. Et non oportet, vt qui-
bus natura suffragata non est, ius patrocine-
tur. Spadones verò non excluduntur, quo no-
mine illi designantur qui obstructos habēt te-
sticulos, qui, scilicet, quanuis coire possint, &
matrimonium consummare, non tamen gi-
gnere. Quapropter frigidi adoptare non pos-
sunt, sed bene illi, qui steriles sunt. Imò in sup-
plementum sterilitatis adoptio filiorum sub-
stituta est. Atque eadem ratione fœminę, vt
illic habetur. §. Fœminę. quia nec naturales li-
beros in sua potestate habent. Tametsi bene-
ficio principis possunt illo solatio frui, vt ad-
optare permittantur. Similiter & minores vi-
ginti quinque annis, quia illuc vsq; sua bona
administrare non possunt, adoptare quoque
prohibentur. Neque minor natu potest maio-
rem adrogare, vt habetur illic. §. Minorem.
quoniam ratio non fert, vt maior sit sub po-
tate minoris, tanquā filius sub patre.
¶ Quòd si rursus arguas. In hac cognatione le-
gali non sunt gradus, nec plus distat in hac co-
gnatione nepos ab auo, quā filius à patre.
Respondetur, quòd quia contingit & filios
quis amittere & nepotes & pronepotes, in-
dulsit lex, vt tam in nepotem possit quis sibi
quempiam, quā in filium adoptare. Quan-
quā possit & ille in nepotē aliquem sibi ad-
optare qui filio caret. §. licet. Instit. eod. Itaq; ad
optare in nepotem est, sic recipere, ac si esset
filius proprij filij. I. Adoptiones. ff. eodem titu.
siue filium habeat, siue filijs careat.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Castrati.

Spadones.

Frigidi.

Fœminę.

Minores.
25. annis.

Obiectio.

Solutio.

ARTICVLVS. II.

Utrum legalis cognatio matrimonium im-
pediat.



Quæritur ergo subinde vtrum eiusmodi cognatio legalis impedimentum sit matrimonij. Et arguitur à parte negativa. Adoptio nihil aliud est, vt proximè dicebamus, quam assumptio alicuius in propriam potestatem: scilicet, ad eum nutriendum & educandum: sed tamen necessitudo hæc nullum videtur impedimentum afferre matrimonio, alioqui prelati contraheret cognationem cum suis subditis: quæ matrimonij impediret, & pater familias cum omnibus suæ domus, & nutrices & pædagogum cum suis clientulis, quod est falsum.

¶ **Secundò.** Adoptio legalis iure civili & gentiū introducta est: sed ius civile sine autoritate ecclesiæ nō potest impedimentum matrimonio obijcere: ergo talis cognatio nō est impedimentum.

¶ **Tertio.** Si eiusmodi cognatio matrimonij impediret, descenderet per suos gradus, sicut dictum est de cognatione carnali, aut trāsmitteretur ad coniunctas personas, sicut dictum est de spirituali: sed neutrum istorū huic cognationi accidere videtur: quia neq; inter adoptatū & neptem adoptantis neq; inter adoptantem & matrem naturalem adoptati vllum interpositum est impedimentum.

¶ **In contrariū est decretū Nicolai. ca. vnico de cognat. legali, vbi tale impedimentum cōstituit.**

¶ **Ad quæstionem quatuor cōclusionibus respondetur.** Prima. Cognatio legalis, quæ ex adoptione resultat, impedimentum est matrimonij. Probat. Omnis cognatio impedimentum est matrimonij: sed cognatio legalis est cognatio quædam iustar naturalis instituta: ergo debet esse impedimentum, non quidē naturale, postquam ipsa non est naturalis, sed ex ecclesiæ instituto, sicuti de cognatione spirituali dictum est. Et secundò eadem cōclusio probatur. Rationes, quibus supra probatum est, cognationem carnalem esse impedimentum matrimonij, suo modo & de hac cognatione legali militant: nam postq̄ adoptio ad conciliāda amicitia iura sufficiens est vinculum, cōdecens fuit, vt ad eadem iura propagāda inter tales cognatos nuptiæ prohiberētur. Item quia eiusmodi cognati eadem domo perpetuò tantquam patres filij & fratres cōmorantur: ergo si inter illos matrimonia permitterentur, occasio offerretur, vt inter se mutuo amore conciliāgraret, unde periculi iniquæ libidinis crearet.

¶ **Secundā cōclusio.** Triplex est legalis cognatio, prima quasi ascendentiū & descendentiū, quæ contrahitur inter patrē adoptantem & filium & filiā adoptatos, & filiū eiusdem filij, & nepotem eius, & deinceps vsq; in quartum gradū.

Partis negative argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Partis affirmatiua.

1. Cōclusi.

Rationes.

Ratio. 2.

2. Conclus.

Secundā inter filium adoptatum & filium naturalem eiusdem adoptantis. Tertiā verò per modum cuiusdam affinitatis resultat inter patrē adoptantem, & vxorem filij adoptati, & e conuerso inter filium adoptatum & vxorem patris adoptantis.

¶ **Tertia cōclusio.** Prima & tertia cognatio perpetuum impedimentum sunt matrimonij: quia eiusmodi cognationes postquam cōtractæ sunt, dissolui non possunt.

¶ **Quarta cōclusio.** Secunda cognatio est impedimentum matrimonij nō perpetuum, sed quādiu filius adoptantis sub potestate patris perstiterit: vnde vel eodē patre mortuo, vel filio emancipato potest inter eundē filiū naturalem & filiā adoptatam matrimonium constare.

¶ **Hæc autem omnia quia iure & vsu ecclesiastico constituta sunt, nō nisi humanis legibus quæ, vt dictam est, à naturalibus honestatem ducunt, probari possunt.** Prima ergo & tertia cognatio in iure Pōtificio nō sunt planè, tanq̄ impedimentum matrimonij expressæ, sed sunt Instit. de nuptijs. §. ergo, vbi habetur, q̄ quæ per adoptionem filia vel neptis est, nō potest per matrimonium adoptanti adiungi. Eccl. Ad optiuus. ff. de ritu nuptiarum, habetur, q̄ nec potest adoptans cum vxore adoptati: quia est sicut eius nurus, neq; adoptat⁹ cum vxore adoptantis, quia est velut nouerca eius. Vbi & perpetuitas huius impedimenti sic exprimitur, vt quāuis filius ille adoptatus emancipetur, perpetuò impedimentum duret. Has igitur duas cognationis species ecclesiā tāquam notissima impedimenta more & vsu suscepit. Et ratio huius perpetui impedimenti est reuerentia, quam filius & filia, qui adoptantur, debent adoptanti seu patri seu matri. Attamen de secunda cognatione inter fratres, quia illic minor ratio apparebat matrimonium vetandi, ius Pontificum legem expressit, vt Nicolaus Papa can. Ita diligere. 3. o. q. 3. sed expressius cap. vnico. de cognat. legali. Et Paschalis can. Per adoptionem. ead. cau. & q. qui ad literam extat vt lex. ff. de ritu nuptiarum. Illic enī habetur, q̄ per adoptionem quæsitā fraternitas eo vsq; prohibet nuptias donec manet adoptio, atque adeo non est perpetua. ¶ **Vnicā hic tamen superest dubitatio solucnda, vtrū hæc legalis cognatio sit impedimentum non solum impediens contrahendum, verum & dirimens contractum.** Ioannes Andr. & Speculator tenent duntaxat impedire contrahendum, non tñ dirimere contractum. Et poterant nō absq; probabilitatis colore moueri, eo q̄ non tantū hæc cognatio referre videtur, vt si post illam

3. Cōclus.

4. Cōclusio

Primitia q; cogitio.

Dubium.



Quæritur demum potestremā, quæ nuptiarum tractatum concludit, est de secundis nuptijs. Quæritur ergo primū, an secundæ nuptiæ adeo sint licitæ, vt sint etiam sacramentum. Et arguitur à parte negativa. Primū auctoritate Chrysostr. super Matth. quæ citatur. 3. 1. q. 1. can. Hac ratione. Vbi, ait, secundas nuptias propter incontinētiam hominum esse permissas: nam secundū veritatis rationē verè fornicatio sunt. ¶ **Secundò.** Si essent licitæ, esset verum sacramentum: q̄ autē secundæ nuptiæ non sint sacramentum videtur inde probari, q̄ bigamia tollit significationem coniunctionis vnus Christi cum vna ecclesiā: item quia non adhibetur illic benedictio, saltem si mulier nupta fuerat. ¶ **In cōtrarium est verbū Apostoli. li. 1. ad Timoth. 5. in viduarū instructione, Volo, inquit, iuniores nubere, filios procreare, matres familiās esse, nullam occasionē dare aduersario &c.** ¶ **Ad quæstionem, cui duo sunt obiecta argumenta, duabus pariter cōclusionibus respondetur.** Nouatiani enim & Cataphrygæ Montani discipuli secundas nuptias condemnabant fornicarias appellantes, dicentes ob id Paulus eas permisisse, quod nondū ad perfectum lumē, vt Montanus, peruenerat, vt Aug. lib. 1. de hæresib. c. 26. & 86. & Hieronymus super epistolam ad Titū. c. 1. & contra Iouinianum enarrant. Cuius quidē hæresis, Tertullianus fautor fuit & patronus: quæ de re librum de monogamia hæreticum scripsit: vbi nō quidem Paulum condemnauit, sed dixit, secundas nuptias tanquam minus inale permississe. ¶ **Contra hos autē hæreticos statuitur prima cōclusio.** Secundæ nuptiæ sunt licitæ. Probat. ex illo Pauli ad Romā. 7. Quæ sub viro est mulier, viuentē viro alligata est legi: si autē mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Et subdit. Igitur, viuentē viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Eademq; verba. 1. Corinth. 7. repetit dicens. Mulier alligata est legi quāto tempore vir eius viuuit: quod si dormierit vir eius, liberata est: cui autem vult nubat, tantum in Domino. Re vera hæc verba non sunt permittentis tanquam minus malū secundas nuptias, sed tāquam minus bonum. Quoniam nubere in Domino idem est, quod nubere secundum rationem & leges Domini, qui sacramentum instituit.

¶ **Sed adducebat Tertullianus & aliam eiusdē**

Sententia authoris.

Syluester.

Nicolaus.

Regula.

Consilium.

Dispensat. Solutio prima argu.

Solu. 2. ar.

Partis negative argum. 1.

2. Argum.

Partis affirmatiua.

Decisio articuli.

1. Conclus.

Tertullianus. Aa 3 Apo. nus.

QVÆSTIO TERTIA, De secundis nuptijs.

ARTICVLVS. I.

Utrum secundæ nuptiæ sint licitæ.

Apostoli auctoritatē eodē loco paulo priorē. Dico autem nō nuptis & viduis, bonū est illis si sic permanferint, sicut & ego, q̄ si non continēt, nubant: melius est enim nubere quā vricūm nubere conferatur cum malo, quod est vrere, videtur non permitti nisi tanquā minus malum. At verò si hęc argutia vllius esset vigoris, idem & de virginibus concluderet dum primò nubunt: nam simul componit illic Paulus non nuptas (id est, quæ nunquam nuperunt) & viduas, vtriusque consulens vt non nubant: quare primæ nuptiæ condemnarentur tanquā minus malæ. Est ergo illa comparatio impropria (vt dicunt) qua minus bonum dicitur melius quā malum.

¶ Et loco superius citato, ait, Volo iuniores vi duas nubere, vt nullā occasionem dent aduersario: vbi manifestē tanquā bonum permittit, tum quia, ait, Volo, tum quia subdit causam, ne dent occasionē aduersario: hoc est vt peccatum caueant: quod certe non fieret, si secundæ nuptiæ delictum essent. Sed accedit ratio plana ex fine matrimonij: nam contingere potest, vt primum matrimoniū fuerit sterile, quare honestum tunc est aliud inire ad procreandos liberos. Et quanuis prius fuerit fructuosum, plures liberos procreare, non est nisi bonum matrimonij. Præterea quia matrimoniū etiam institutum est in remedium: quapropter eis etiam viduis, quæ steriles sunt, cōmodum est & honestum, imo nonnunquam consilium ad secundas commigrare nuptias quod qui denegant, in eorum propendent hæresim quos Apostolus. 1. ad Timot. 4. redarguit prohibentes nubere. De hac re Augustin. libr. de bono viduitatis & lib. 2. contra aduersarium legis: & super primam epistolam ad Corinth. c. 7. & Hieronym. ad Pammachium. 3. 1. quæst. 1. cap. Aperiunt. & can. Deus masculum. & cā. Quod si dormierit.

Chrysof.

¶ Chrysofomus autem loco citato noluit simpliciter secundas nuptias fornicationem appellare, sed causam illarum in nonnullis reprehendit: nam sine vlla causa secundas ac tertias nuptias cumulare videntur non tam honestum finem habere, quam ob nimium libidinis ardorem fieri, quem Chrysofom. per hyperbolem fornicationem appellauit. Ad idque aludit Ambrosius super eundem locum. 1. Corinth. 7. vbi, ait, quod primæ nuptiæ secundū Deum sunt institutæ, secundæ vero sunt permittæ: vult enim quod cum primis parentibus institutæ fuerint nuptiæ tantum illic primæ fuerunt designatæ: vbi virgines copulantur, sed nihilominus & secundæ tanquam minus

bonæ sunt permittæ.

¶ Secunda conclusio. Secundæ nuptiæ sunt verum sacramentum: nam quātum ad rei substantiam coniunctionem Christi cum ecclesia significat propter vinculi perpetuitatē, quod perinde in illis atque in primis exurgit, cum sit verum matrimonium. Item quia illic quicquid est de essentia matrimonij reperitur. Quapropter per tale sacramentum confertur gratia, quod vti que negare, error esset.

Solu. 2. ar.

¶ Respondetur ergo ad secundum argumentum: quod quanuis bigami non omnino significent coniunctionem vnius Christi cum vna ecclesia: illa tamen significatio vnius cum vna non est de essentia sacramenti. Sed solum est, vt significet coniunctionem: & accidentariū est quod significet vnitatem.

¶ Quam ob rem bigami non arcantur à secundis & tertijs nuptijs: sed à sacris ordinibus, in quibus vtraque significatio ecclesiastico statuto requiritur. Et huc fortē illud pertinet verbum Cæsariensis concilij can. De his, vbi prohibetur presbyter secundis nuptijs interesse, maxime cum præcipiatur secundis nuptijs poenitentiam tribuere. Illic enim non simpliciter damnantur secundæ nuptiæ: sed vitio quodāmodo datur frequenter vxores ducere & sapius nubere: quia illud est nimix incontinentiæ iudicium, & nonnunquam signum quod vir cupidine alterius vxoris insidietur suæ. Hactenus de matrimonio, atque adeo de septē ecclesiæ sacramentis.

DISTINCTIO

43. De resurrectione carnis.



Acramentorum mediatio iam expedita, in alteram nos supremā mittit de carnis resurrectione, ad quam eorundem sacramentorū munere præparamur. Cū enim summus opifex noster, non tantū nobis anima ad eius imaginē immortali, cui eius sempiternā feclicitatē impertiret, donauerit: verū & corpus: cuius mēbra in eius obsequium exhiberemus, adiūxerit: cōgruētissimū ei⁹ benignitati fuit, vt eadem

eadem nobis restitueret corpora, in quibus ante eius tribunal sisteremur, vt referret vnusquisque quē admodum, ait, Apostolus, propria corporis prout gessit. Adde, quod cum Protoplastum hominem eatenus propter originale iustitiā immortalem condiderit, vt potuisset non mori, ad Christi iustitiam spectabat, vt quod beneficium per Adam perdidimus, per ipsum in altero seculo cumulatius recuperaremus. Vnde Apostolus: Christus (inquit) surrexit à mortuis primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Et ad Thessaloni. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credidimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus, eos qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo.

Cap. 2.

¶ Est ergo nostræ resurrectionis auctor, Deus quidem, sed & per eius virtutem Christus dominus, cui datum est iudicium facere. Eius itaque resurrectio, quia caput nostrum est, nostræ perinde existit exemplar, cuius instar debemus vti que reuiuiscere, iuxta verbū Pauli ad Philippen. 3. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configura-

tum corpori claritatis suæ. Descendet autem Dominus de cælo, vt ad Thessalon. ait, Apostol. in iussu & in voce Archangeli & in tuba Dei. Quinuerò Christus ipse Matthæ. 24. Mittet, inquit, Angelos suos cum tuba & voce magna. At quanuis hæc nostra resurrectio nō sit vti que naturalis, sed super naturam diuinitus celebranda: nihilominus natura nobis, nec pauca exhibuit, nec verò obscura eius documenta, quæ Gregorius. 24. moralium, atque alij sancti patres adnotarunt: lux enim quotidie quasi moriendo oculis subtrahitur, & rursus quasi resurgēdo reuocatur, & arbuta viriditatem amittunt, & rursus quasi resurgendo reparantur, & semina putrescendo moriuntur, & rursus germinando resurgunt. Quo alludens Apostolus. Corpus, inquit, nostrum seminatur in corruptione, surgit in incorruptione, & c.

Gregorius.

Cap. 3.

¶ Fuit autem congruentissimum maximè tum naturali rerum ordini, tum & nostræ ipsi resurrectioni, qua in vitam sempiternam instaurandi sumus, vt in suprema mūdi die hoc celebraretur mysterium: quando cum cælorum orbibus generationis series ac perinde lubrica hæc & caduca vita cessabit, alteraque sempiterna sola permanebit. Vnde Iob, Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & Matthæ.

15. Melsis, inquit, Christus hoc est, operum fructus & merces consummatio seculi est. Fuit præterea & nobis operæ pretium, ut diē illam Christus suam celasset familiam, ut in prima secunda & tertia vigilia: hoc est, quocunq̄ue momento diem illum instat furis timeremus, ac perinde attentis animis expectaremus, atq̄ue hīc est sensus verbi Domini. De die illa & hora nemo scit, neq̄ue Angeli cœlorum nec filius hominis sed solus pater, id est, nescit ut vlli pandat. Vnde Apostolis id sciscitantibus, respondit. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. In momento ergo & ictu oculi ut Paulus mortui resurgent apparente aurora, quæ nouissimam mundi noctem totumq̄; subinde tempus claudet.

Cap. 4. Cæterum de illis quos dies illa viuentes reperiet sciscitari inter Patres assolet, vtrum morti occumbēt, ut quasi per raptum protinus excitentur. Ansam verò dubitandi obtulit varia illius loci lectio. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Quem quidem locum, ut ad Minerium, & Alexande. Hieronymus, pleriq̄ue græcorum conuersim legunt: scilicet. Non omnes resurgemus (seu non omnes dormiemus) sed omnes immutabimur. At vero, ut illi sancti Patres autho-

Matth. 24.
Marci. 23.

Actuum.

res sunt, nostra translatio tum sacris oraculis & rationibus gratius arridet, tum & ecclesiæ plus placeat. Quare vniuersos verisimillimum est morte casuros, ut generalem mortis sententiam, qua vniuersi filij Adæ ob eius præuaricationem complicati sumus, omnes persoluant, iuxta verbum Pauli ad Hæbræos. 9. Statutum est hominibus semel mori. Quocirca. 1. ad Thessalonicen. 4. vbi, ait, Mortui qui in Christo sunt resurgent primi Deinde nos qui viuimus rapiemur obuiam Christo in aera, non negat viuos passuros mortem, sed affirmat non prius viuos rapiendos Christo obuiam, quàm vniuersi resurgant.

¶ Quinuerò quando alia de causa mors illos non eriperet: profectò ignis, qui iudicem est antecessurus, eos quos viuos occupauerit, non solum absument: verum in cineres & pulueres prorsus resoluēt, ut in vniuersum illa expleatur generalis sententia, terra es, & in terram ibis.

Cap. 5.

Genes. 3.


DISTINCTIO.
nis quadragesimæ tertiæ. Quæstio prima, De resurrectione carnis, & eius causis.

ARTI-

ARTICVLVS. I.

Utrum anima esse immortalē ratione sit naturali cognitum.

Partitio operis.



Quæresurrecciónis & beatitudinis a dextrâ & a sinistrâ subnectatur.

N duas principes partes presentem librum in prima eius fronte partiti sumus: quarum prior tractatio septem sacramentorum sibi vendicauit, eamque pro captu nostro huc vsque disputando deduximus, & tandem fauente Deo expediuimus. Posterior ergo, quã hinc eodē autore auspiciamus, in tractatu de postrema carnis resurrectione, deq̄; diuersa resurgentiũ sorte versatur. Et enim cum sacramenta, instrumenta salutis nostræ sint, ac subinde via, qua sempiternâ beatitudinem adimus: manca eorum consideratio maneret, nisi contemplatio finis ipsorum & terminus nempe, conditionis resurgentiũ, Quartum hunc sententiarum librum cõcluderet. Hactenus ergo in re morali versati sumus, & plurimum in sacrorum canonum expositione: quæ verò modo sequitur disputatio speculatiua est, & in visceribus Philosophiæ ac Theologiæ magis recondita. Est autē meditatio, quæ nõ minus voluptatis affert, q̄ fructus: nã mortuorũ resurrectio. Christiano rû fiducia est. In qua ergo contemplãda, & pro mortalium captu intelligẽda labor infumitur, quo animus tũ recreatur, tũ inescatur, ut ad rē ipsam in præsentia cõtuendã auidius anhelet. Cõstitui ergo pro exilitate ingenij mei, si modo vires altissimus suppeditauerit, in presentē speculationem intentionibus nervis incumbere: nempe, ut hæc particula minus indigna, habeatur, quæ sit postremus comœdiæ nostræ actus. Vereor nanque (quod meus mihi præfagit animus) ne hæc, mearũ sit lucubrationũ futura postrema. Vtinam nos ergo hinc autor ipse resurrectionis Christus eõ transuehat, vbi quæ hic per somnolentiam in ænigmate balbutimus, per suam illic misericordiam expergefacti in suo lumine videamus. Tractatus ergo præfens qui per octo distinctiones est proferendus, tripertitus est. In primis enim tribus de resurrectionis veritate & modo deq̄ue animarum receptaculis & quæ pro illis offeruntur suffragijs disputabitur, & in tribus subsequentibus de finali iudicio. Nã dua postrema in explicanda tum felici agnorum beati tudine, tum & hædorum miserando supplicio

versabuntur. ¶ Ad rem igitur ut descendamus, quannus intelligã exordium huius disputationis à resurrectione corporum sumendum fore, non tamen ante lineam rem auspiciari mihi videor, si vnũ verbum de animæ immortalitate hic præmiserimus: quoniã cum homo ex duabus partibus constet, anima & corpore, nisi animã esse immortalē supponamus, vana est de corporũ resurrectione disputatio. Neque verò quærimus, vtrum anima sit corruptibilis, quãuis sub hoc titulo Sanct. Thom. 1. part. quæst. 75. art. 6. rem disputauerit, sed vtrum hoc, quod orthodoxa fides de animæ immortalitate docet, rōne etiã naturali comprobetur. Nã etsi Christianæ religionis professoribus fides ipsa sufficiat, munus tamē Theologi est, ut ait, Apostolus Petrus, rationem reddere eius, quæ in nobis est spei ut ethnicis quoq̄; & infidelibus respondeamus. Præsertim quòd cum naturale lumen, ut ait, Dauid, lumẽ sit vultus Dei, catholicos etiã delectare debet ea, quæ firma fide tenent, rationibus naturæ, quæ fidei ancilla est, elucidare. Adde quòd & inter Christianos nõ defunt, quibus hæretica super Aristotelem cõmentata non satis displiceant.

¶ Arguitur ergo, quòd anima sit mortalis. Primum ex illo Ecclesiastes. 3. Vnus est interitus hominis & iumentorum: & aqua vtriusq̄; cõditio: cum ergo brutorũ animæ sint corruptibiles, sit, ut sit etiam nostra mortalis.

¶ Secundo arguitur ex illo Sapient. 2. Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam si non fuerimus. Cum ergo non solum secundũ corpus, verum & secundũ animam siuus ex nihilo cõditi, sit ut secundum illam siuus etiã in nihilum redigendi.

¶ Tertiò arguitur ex Aristotele in prologo de anima. text. 12. Naturã animæ ex propria eius operatione, quæ est intelligere, venari decet: vnde si intelligere non potest esse sine phãtasmate, ut illic ait Philosophus, quod est res corporea, sit ut neq̄; intellectus atq̄; adeò nec anima sine corpore esse possit: intelligere autem nõ est sine phãtasmate: quoniam necesse est in intelligentem phãtasmata speculari. 3. de anima tex. 39. ergo anima nequit esse sine corpore.

¶ In contrarium est, quòd anima est substantia intellectualis, ut Dionysius. 4. de diuinis nominibus autor est, atque adeò habet substantiã vitam inconsumptibile, veluti angeli.

¶ In hac quæstione supposita fide catholica de animæ immortalitate, rationes nonnullas à natura petitas eidem veritati subnectere cõstituimus. Sed quia inter Aristotelis interpretes

1. articulo.

Questio de ponitur.

Partis negatiua ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio ar.

non solū quid rei veritas habeat, verū quid Aristoteles hac de re senserit, disputatur: & nō nulli adeo sunt Aristotelis amātes, vt propter eius, quam opinantur autoritatem, nutantes sint: & quandoq; in errorem impingant, hoc etiam obiter attingemus. ¶ Tres ergo conclusiones articulus præfens requirit, Prima, Animam esse immortalem firmissima, eademque certissima confessio est Christianæ fidei, qua sublata, totas spes nostra corrui. Hanc enim sacram veritatem ab ipso statim capite factorū nos biblia edocet. Fecit enim Deus hominem ad imaginem & similitudinē suam, vt Gen. 1. legimus: imago autem & similitudo Dei in trinitate potentiarum cōsistit, memoriæ scilicet, intellectus & volūtatis, quibus in hoc præditi sumus, vt eius diuinitate perpetuō fruermur: nō enim nos alio fine & proposito Deus creauit, q̄ vt suam deitatem ad suā ipsius gloriā protenderet & amplificaret, eandemq; perinde nobis diuinitatem in sempiterna foelicitate cōmunicaret. Quapropter qui mundū à Deo conditū confitentur, diffiteri nequeūt quominus Deū credant propter hominem eum fabricasse, hominemq; propter seipsum: nempe, vt per hęc visibilia inuisibilia eius intellecta cōspiceret, & cōspiciendo amaret: quod re vera nequiret, nisi anima eius immortalis esset, qua posset tandem eius cōspectu perfrui. Ea propter cum reliqua animalia terra in animam viuētem produxerit, iuxta illud. Producat terra animam viuētem: & corpus hominis de terra Deus plasmauerit, de anima legitur, q̄ inspirauit in faciē eius spiraculū vite: quasi anima nō esset digna ceu que formarū corruptibiliū produceretur, sed singulari modo crearetur diuino. Quā obrē Ecclesiastes vlt. scriptū est. Reuertatur puluis in terrā suā vnde erat, & spiritus redeat ad eū, qui dedit illum. Et Psal. 145. Exhibit spiritus eius & reuertetur in terrā suam: nēpe, in cœlū, quod eius est patria. ¶ Secundo. Tota historia veteris testamenti palam animorum immortalitē certissima fide prædicat. Quorsum enim tanta ratio, quantā Deus illorum mortalū habuit, nisi homines cū ipso essent perpetuō vituri? Quorsum, inquā, eiectio Adæ de paradiso inundatioq; diluuij, qua tam acriter mundi crimina vltus est Deus? Quorsum Abrahamæ separatio à Babylonica iniquitate, & ei⁹ circūcisio, & angelorū ad eum missio, & tam imensa beneficia Israelitico populo impensa, & tantus legum latorū ordo, & iacriticorū institutio, nisi per hęc gentē illam ad fructū capessendum supra celestis foelicitatis erudiret, & institucendo perduceret? Et super omnia quorsum

2. Cōclusi.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Genes. 1.

Argu. ab historiale-gis ueteris.

Messie promissio ad benedicendas omnes gentes, cuius aduentū tanto cum desiderio illi præsolabantur mortales, qui eos redimeret? Quare morientes in infernum descēdere fatebātur vbi aduentum eius expectabāt? Nimirum postulantes, vt cœli desuper rorātes iustum pluerent, & aperta terra germinaret saluatorē, qui eos æterna foelicitate donaret. Esa. 45. Vnde David psal. 15. Non derelinques animam meā in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et Tobie. 12. Misericordia est que fecit inuenire vitā æternam. Et Eccles. 14. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

¶ Sed vt vetera illa mittamus, inde inenarrabilia suppliciorū genera demerentur qui de anime immortalitate vllō pacto ambigunt, quod ineffabile beneficium humanitatis & mortis Christi non agnoscunt. Quæ enim causa eum de cœlo potuit ad nos deducere, relictis ibidē nonaginta nouē ouibus, innumeris, scilicet, angelorum turmis, nisi vt ceterissimam, nempe, humanum genus redemptum illuc deportaret, quod eorum, qui ceciderant angelorū ruinas impletet? Quocirca initium prædicationis sue illud sumpsit, vt omnes poenitentiam agerēt, quia appropinquabat regnum cœlorū. Et aduersus illos, qui aliam vitam ignorātes apud Esaiam. 22. dicebant, Comedamus & bibamus? cras enim moriemur: quorū quidam, vt ait. 1. Et hic. Philosophus, in voluptatibus hui⁹ vite, atq; alij in diuitijs foelicitatem collocabant, & que elegantiores erant in honoribus: tres illas secutas in capite legis suæ condemnants, ait, Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnū cœlorum. Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terram. Beati qui lugēt, quoniā ipsi cōsolabūtur: scilicet, inter spiritus celestes. Atq; adeo totam suam concionādi rationem ad vitam æternam retulit, quam mandata seruantibus pollicitus est Matth. 16. Et rursus hęc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te solū Deū verum, & quem misisti Iesum Christū. Et alios monebat, vt de mammona iniquitatis amicos facerent, qui eos reciperent in æterna tabernacula, Matth. 17. Ac deinde alios Matth. 10. ne timerent eos, qui corpora possunt, nō autem animas occidere: vbi docebat, q̄ nō alia animā mors maneret, q̄ quæ est in inferno. Demum finale iudicium ob oculos representans alios mittit in vitam æternam, atque alios in supplicium æternū Matth. 25. Igitur veritas hæc immortalitatis anime nō solū catholica fides est, verū & articulus fidei: videlicet, nō ob id dū taxat fides orthodoxa est q̄ in concil. Vienensi sub Clemente, & in cōci. 3. Lateran. sub Leone

3. Argum.

Esa. 22.

Matth. 5.

Matth. 16.

Matth. 17.

Matth. 10.

Matth. 25.

Articulus fidei.

ne sef-

ne sefsione. 8. definita est, verū q̄ in sacra pagina sit creberrimē expressa, & à Christo ipso in euāgelio prolata. Imò vsq; adeo est de fide, vt inter articulos, q̄ vniuersis Christianis sunt crediti necessarij, sit consulto relata. Sic enim symbolum concludimus, Credo carnis resurrectionem & vitam æternā. Quare vera absque animæ immortalitate obtineri nequit.

2. Conclu.

¶ Secunda conclusio. Animam esse immortalem lumine naturali vbi nulla obducitur caligine, notum est. In primis Plato in Phædro de pulchro, animæ immortalitatē disertē persuasit, imò ne singulos referamus, omnes tā Historici, quā Poetæ, vt Virgilius, Ouidius & reliqui de campis Elisæis longas texuerunt historias, vbi beatorum animas spaciari fabulantur. Et inde Ethnicorū error emanauit, qui defunctos herōas in Deorum numerum referebāt, mosque ortus est defunctis parentādi, iustosq; honores deferendi. Vnde antiqui animā à corpore separatā Manem Deū nuncupabāt. Sed hæc vulgatissima sunt.

Ratio. 1.

¶ Igitur quo ab ipsa animorum natura priores rationes eruantur, hæc prima est. Anima est substantia simplex: nempe, simplex forma substantialis, & per se subsistēs: ergo nullatenus est corruptibilis, neq; aliter quā quemadmodū angelus per solā annihilationem potens deficere. Probatur assumptum. Quod enim sit simplex forma: hoc est, non composita, eademq; substantia, nemo est Philosophorum, qui non planē fateatur: est quippe forma & actus corporis, quæ dat homini esse hominem. Nā primi Philosophi (vt Pythagoras & subinde Plato) qui animā non vt formā inesse corpori arbitrati sunt, sed vt motorē adesse, meritissimò sunt ab scholis explosi. Aduersus quorum errorem Arist. 2. de anima planē demonstrauit, esse formā actumque corporis: forma autem, quæ dat esse substantiale, nequit esse nisi substantia. Item si est forma, necesse est, vt sit simplex: hoc enim omnibus formis commune est: compositum nāque nequit alteri adhærere tanq̄ forma: quoniā ratio forme est dare esse composito atque adeo esse actum: actus verò debet esse à materia purus. Vnde Arist. 2. de anima tex. 4. Anima, inquit, est substantia ac perinde forma corporis naturalis.

Arist.

Animaper se subsistit.

¶ Quod autem sit per se subsistens: hoc est, à corpore non depēdens, vt brutorū animæ, eius propria operatione, quæ est intelligere, venatur. Nā cum esse rei sit propter eius operationem, qualem modum operandi in re cognoscimus, talem habere modum essendi colligimus. Habet autem anima quāsdā operatio-

nes, & passiones, vt sentire, & alijs corporis passionibus affici: scilicet, ira, delectatione, &c. & has quidem palā est, non posse absque corpore exercere & pati: intelligere autē ac subinde amare per se absq; corpore, potest. Id quod Arist. 3. de anima tex. 4. & infra sic peracutē probat. Anima intelligit vniuersa corpora, vt notissimum est: ergo nulli est corpori mixta. Eodem enim pacto probat, vñ nullo esse colore affectū, quia oēs percipit colores. Enimuerò quē admodum lingua amaro humore imbuta non valet alios saporos gustare, ita si oculi colore aliquo esset immixtus, per illū impediret, ne posset alios colores videre. Eadē ergo analogia si intellectus cū aliquo esset corpore cōmixtus, per illud impediretur, ne alia posset percipere corpora: cum ergo omnia intelligat nullam habet admixtum. Si ergo in se non est corpore⁹, per se potest absq; corpore existere. ¶ Quod si arguas. Saltem indiget corporeo organo ad intelligendum: nempe, phatāia: respondetur, neq; tali organo quārum est de se indigere: nā pari modo si in aliquo vitro rubeo aquam liquidam infundas, ipsa aqua apparet rubea, cuius vtique & ex radio solari per vitrinā traducto experimentum sumitur. Quapropter si ratione suā tali corporeo organo indigeret, quo species reciperet, similiter in aliorum corporum intellectuone impediretur. At verò per accidens: hoc est, quādiu anima est actus & forma corporis, non queunt materiales res intellectui tanquā obiectū applicari ad intelligendum, nisi per phantasmata: verum tamen neq; ipsa phantasmata intelligere valet, nisi ab ipsis virtus intellectus agentis abstractat species à corporeis conditionibus denudatas & purificatas, quibus intellectus possibilis informatus notitiam intellectuam producat. Et hoc est argumentū, q̄ quantū sua fert natura, organo corporeo non indiget. Si ergo modus operādi intellectui proprius à corpore nō pendet, sit vt nec modus essendi animæ, cuius potentia ipse est, à corpore dependeat, sed natura sua per se subsistere possit, vt angelus.

A simili.

Obiectio.

Anim. organo corporeo non indiget.

Corruptio rei bifariā accidit.

¶ Ex his ergo planum sumitur argumentum, vt ait D. Tho. 1. part. q. 75. art. 6. non esse animam corruptibilem. Rem enim quālibet corrumpi bifariā contingit. scilicet, per se, & per accidens. Id autem corrumpitur per accidens, quod nō corrumpitur nisi ad corruptionem alterius: & per se, quod corrumpitur ratione sui: quemadmodum equus corrumpitur per se, sed sua forma substantialis per accidens ad corruptionem equi. Quod autem habet per se esse subsistens non potest corrumpi per accidens: nam cum esse

esse sit illud, quod per generationē acquiritur & per corruptionem deperditur, fit vt nec generetur ad generationem alterius, neque ad corruptionem alterius corrumpatur. Hęc ergo est differentia inter animam nostram & brutorum aliorumq; corporum formas: quod reliquæ cum educatur de potentia materiæ; nõ generantur, sed congenerantur ad generationem suppositi & pariter corrumpuntur ad corruptionem illius: anima verò nostra nõ gignitur ad generationē hominis, sed creatur, quia non educitur de potentia materiæ, vt Arist. in lib. 2. de generatio. animalium ca. 3. autor est, vbi ait, mētē extrinsecus aduenire, & esse diuinam. De qua autoritate iterū redibit sermo. Anima ergo quoties homo gignitur in embryone disposito diuinitus creatur & infunditur. Hac ergo ratione non corrumpitur per accidens ad corruptionem hominis, sed eodem generali concursu Dei, quo sustentatur in corpore, sustentatur separata. ¶ Neq; vero est per se corruptibilis: rem enim corrumpi, est materiam à forma separari: eò qd forma est per se actus, quæ adueniens materiæ dat esse composito: in forma autem, quæ simplex substantia est, nõ potest forma à materia separari, vt in angelo patet, quia non sunt res duæ, imò forma ipsa per se habet vt sit actus, & ideo esse suum non valet ab illa semoueri: nam quod rei per se conuenit, non est ab ea separabile, vt esse rationale non est ab homine amouibile: fit ergo vt anima, quemadmodū angelus, nõ sit per naturam corruptibilis, sed per solam annihilationem potest supranaturaliter esse desinere.

Differentia anime nostre & brutorum.

Libr. 2. de gener. animal.

Corrupti rem quid.

Anima incorruptibilis.

Rationes anime esse.

¶ Imò quanuis anima fingeretur esse composita, nequiret corrumpi, generationes enim & corruptiones non fiunt nisi per contraria, vt patet in calido & frigido: in anima verò nõ recipiuntur contraria corruptiua, sed contrariorum species spirituales: ob idq; vt, ait, Arist. contrariorum eadem est scientia, eadem enim medicina & sanum cognoscitur & ægrum: cum ergo anima & angelus non habeant in se contrarias qualitates, fit vt neq; illis cõtraria immineat agentia, quibus corrumpantur, neq; materiam habeant, quæ sit in potentia ad alias formas: nam neq; cœlum talem materiam continet. Atq; hinc alia sumitur ratio. Omne enim corrumpens id quod corruptum in se ipsum conuertit, vt ignis ex stupa generat ignem: ex angelo verò, & ex anima nihil aliud gigni potest non ergo sunt per se corruptibiles. Sūt quidē rationes istæ metaphysicę, efficaces tamen, at quæ adeò solæ, quibus à priori animæ immortalitas colligitur. ¶ Sunt tamen aliæ ab effectu

collectæ, magis plausibiles, si earū vim & energiam perpendamus. Intellectus enim natura: quãdam immaterialitatem & spiritualitatem palam præ se fert. Experimur enim neque loco neque tempore, quæ materiales sunt conditiones: coerceri, sed subitò quæ quocunque loco sunt & quocunque tēpore fuerint percipere: cogitat nanq; nunc subitò non solum præsentia, sed præterita & futura, & quæ ab æterno fuere & quæ in æternum futura sunt. Item & quæ hîc existunt, & quæ vbiq; orbis, & quæ supra cœlum eminent, & quæ sub terra latent. Quinimò & à materialibus & à singularibus abstrahit vniuersalia, vt species rerum & genera de repente speculetur, & rerum naturas vsque ad earum prima principia penetret: quæ omnia profectò apertum documentum perhibet esse instar spirituum cœlestium rem spirituales, atque adeò sicut ipsi sunt, perpetua. Idemq; & memoria, quæ fida apotheca tanti thesauri existit, similiter prædicat. ¶ Quòd si voluntatis amplitudinem contemplerur, idē profectò nos planè admonet. Primū eius æ qui libris libertatis facultas, quæ à nulla re necessitate patitur, sed quibuscunq; oblati in particulari seu bonis seu malis sic est ab omnibus exempta, vt possit alterutrū, vt libuerit, eligere, ostendit à nullis rebus præterq; à Deo pendere, atque adeò esse ceu eius perpetuam imaginem. ¶ Adde qd vnaquæq; res sic esse appetit, vt esse sibi suapte natura cõuenit: desideria autem hominis pleraq; sunt perpetua: nemo enim est, si ingenio valeat, qui nõ anxie cupiat in memorijs hominum perpetuò permanere. Qua vtique ratione & parentes filij thesaurizant, ædificant & plantant: & qui sapientia præstant, suorum specimen ingeniorū relinquunt, suarumq; monumenta literarum. Et duces & principes egregia facinora intentant. Quis ergo mentis compos non planè hîc videat animam consumpto corpore superstitem esse & ad posteros pertinere? ¶ Sed aliud ex eius in quietudine elicitur ineluctabile argumētum. Constat siquidem quacūque re præsentis vitæ potiamur, nulla nos satiari, sed vbi vna fuerimus re potiti, aliud inde desiderium nobis succrescere, semperq; adeò in futurum esse pendulos: quod quidē humanū ingenium Ecclesiastes cõtemplatus prothema illud suę cõcionis assumpsit, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Dixi in corde meo, Vadam & affluam delicias & fruam bonis, & magnificauit opera mea, ædificauit domos, & plātaui vineas, possedi seruos & ancillas, & coaceruauit mihi argentum, & aurum, & omnia, quæ desiderauerunt oculi mei,

Intellectus.

Memoria.

Voluntas.

Liberum arbitrium.

Ratio alia.

Alia ratio.

Ecclesiastes 2.

mei, nõ negaui eis, & vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi. Transiui ad cõtemplandam sapientiam: quid est enim homo, vt sequi possit regem factorem suū? Quasi dicat, in his omnibus nulla inuenitur requies, sed natura ipsa ad alia nos semper inducit, quæ ipsa nobis præstare sine diuino auxilio nequit, iuxta verbum Augustini, Fecisti nos domine ad te, & in quietum est cor nostrum donec perueniat ad te. Re vera qui in hac insatiabili desiderio rum perpetuitate immortalitatem animæ nõ legit, talpa cæcior est. ¶ Sed age, rem aliter contemplerur. Quādo nulla nobis alia ratio in hac re famularetur, hæc factis esset. Etenim qui de animæ immortalitate vlllo pacto ambigūt, omnē prouidentiam & curam erga nos Dei, omnēque subinde amorē & cultum ipsius nostrū, omneq; inter nos & ipsum commercium, imò omne fœdus, & charitatē & fidem, qua inter nos mortales conglutinamur de medio tollūt: nam si anima immortalis non est, certè nullam Deus nostri curam gerit, vel non maiore quam brutarū animantium: scilicet, vt in diē nobis caduca hæc terrena prouideat, quæ in cõtinuo sunt fluxū & lapsu. At verò si altiora ab ipso speraremus, neq; sp̄e haberem⁹ eius nos cõspectu aliquādo fruituros, vt tanq; amicos ad suā nos fœlicitatē admitteret, profectò legitimū erga eum amorē nequiremus habere, neq; verò timorem aut obedientiam vllā: amore verò Dei de genere humano sublato, nulla fieret reliqua inter mortales charitas, atque adeò, neq; fœdus, neq; fides, neq; iustitiæ aut amicitia iura consisterent: nam qui homines propter Deum non diligit, nequit eos firma fide diligere. ¶ Præterea si, vt isti volūt, nulla nobis essent aut præmia aut supplicia æterna proposita, sed hæc lubrica caducaq; bona, quæ perinde iniquis & reprobis atq; iustis & probis, imò q̄ sepius illis fœlicius. q̄ illis obueniūt: atq; illa supplicia: nempe, calamitates, quæ viris egregiè bonis acerbius ingruere solent, quā in perditis & corruptis: profectò nulla esset apud Deū iustitiæ æquitas. Vnde Dauid Psalmo. 72. Zelauit, inquit, super iniquos pacem peccatorum videns, in labore hominū non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias: & dixi, ergo sine causa iustificauit cor meum, & fui flagellatus tota die. Existimabā vt cognoscerem, hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Si ergo nouissima mors non mitteret alios in præmia æterna, atque alios in suppli-

Augustin.

Ratio optima.

Alia ratio.

Psalm. 72.

cia, sed in hac vita tātum, vt ait, Paulus, in Christo sperantes essemus, miserabiliores essemus omnibus hominibus. ¶ Imò verò vt appareat, quò se præcipit qui aduersus immortalitatem animæ obmurmurat, re vera nulla in nobis tunc esset ratio aut virtutis aut delicti: nam virtus non est nisi propter obedientiam Dei, quæ officia iubet, neque delictum propriè, nisi quia est contra eius obedientiam. ¶ Enim verò: qui in officijs nõ allam virtutis rationem agnoscit, quā quod sit rationi iurique naturali consentaneum, profectò altissimā virtutis normā ignorat: nā præterquā quod multa sunt nobis præter naturā iustia (vt sacramentorū fideique religio) præcepta ipsa iuris naturæ ex sempiterna Dei lege conditoris naturæ deriuatur: qd qui ignorat, nõ est lumine naturali satis affulsus. Ratio ergo virtutis etiam naturalis à Deo legislatore dimanat. Quis ergo non clarè intelligat: quos Deus legibus iustituit, suumq; ipsius amorem colere iussit, eisdē in suam æternā fœlicitatem receptam ire, vbi eorum coronet obsequia, quæ per suam ipsius fauorem ei exhibuerunt? Ac perinde eos, qui eius leges transgressi sempiternam eius voluntatem violauerunt, in sempiternas cruces missarum? Innumera sunt eiusmodi documenta, quibus qui animæ æternitatem in litem vocant: obtunduntur. ¶ Tertia cõclusio. Animam esse immortalem Aristoteles cognouit. Hanc conclusionē subiecerim, non quòd Christianis tantum nosse referat, quid de hoc senserit Philosophus, sed quia sunt qui propter eundem perperam intellectū de hac catholica veritate vacillēt. Et in primis. 3. de anima tex. 5. planè affirmat, intellectum possibilem immistū esse corpori, propterea qd per ipsum vniuersa intelligimus corpora: si enim corporis alicuius naturā haberet, per illud impediretur, ne alia posset intelligere corpora, vt iā satis expositū est. Atq; in de rursus optimè elicit, esse separatū: hoc est, non deponere à corpore in sua subsistētia, atq; adeò esse immortale & perpetuum. Et text. subiinde. 19. & 20. idē profus de intellectu agēti adstruit: nempe, esse immistum & separatum. Cum ergo intellectus vterque potentia sit animæ, fit vt anima ipsa immortalis sit quoque & perpetua: nam potentia animæ habere nequit esse firmus quā anima ipsa, quæ cum sit suarum potentiarum subiectū, eas sustinet. Quādoquidem vt in prædicamento cap. 5. ait, iā in Philosopho, non subsistentibus substantijs non possunt accidentia, quæ eis insunt, existeret. ¶ At

1. Cor. 15

3. Conclu.

Intellectus agens et passivus potest esse anima.

¶ At

Auerrois commentū.

¶ At commētator Auerrois locis illis crucem nonnullis interpretibus Aristotelis opposuit sic ipsum interpretatus, quoniam non voluerit, intellectum esse animæ accidens & potentiā, sed substantiam per se re ipsa separatam & subsistentem, vnumque subinde numero in omnibus hominibus, qui non inest eis vt forma, sed præest vt motor, qui idcirco mortuo homine non extinguitur, neque alio nascente oritur, sed veluti idea permanens successiue definit in alijs esse,

2. de anima

in alijsque existere incipit. Et cum Aristoteles 2. de anima ex professo docuerit, animam esse actum corporis: nempe, formam ei inhaerentem, ipsumque viuificantem, tatum intulit discriminis inter animam & intellectum, vt animam diceret mortalem esse cum homine, intellectum autem perpetuo persistere. ¶ Sed profecto si hanc mihi veniam illi, qui eum secuti sunt, darent, nihil cūctarer deliram phrenesim potius, quam opinionem appellare, neque recitatione dignam: tantum abest vt in metem hominum cadat, illam alicui, qui ingenio valeat, obtrudere, aut suadeat tam sinistra fuisse Aristotelis mentem. Facit enim hæc opinio intellectum instar Dei existere in rebus, quibus non inest: quod profecto diuinam quandam infinitatis imaginem præse fert. Deus namque ob id quod est infinita substantia omnia virtute continens, in cunctis rebus existit, per essentiam, præsentiam & potentiam, nec cum intereuntibus interit, neque cum orientibus oritur: quod alicui creaturæ tribuere (dicam iterum) demētia est. Id quod lumen ipsum naturale, præterquam cæcis hominibus, liquidò monstrare potest. Plato quidem, vt D. Tho. 1. part. q. 70. art. 3. & lib. 2. contra gentes cap. 57. refert, non negabat, intellectum esse animæ potentiam, sed tamen suarum dogmate Idearum separatarum afluētus aiebat, animam ipsam non inesse corpori tanquam formam, sed adesse tanquam eius motricem, vt intelligentiæ mouent cælum. Quam utique opinionem late profequitur Plotinus lib. de immorta. animæ, atque alij Platonici. ¶ Veruntamen vt Platonici omisis ad Aristotelem reuertamur, planè commētatori aduersatur. Primum in ipso statim introitu eod. text. 5. vbi ait, De animæ autem ea parte, qua cognoscit atque cupit siue sit separabilis siue non considerandum est. Vbi aperte intellectum possibilem appellat partem potentialem animæ. Et text. 17. & 18. subdit, intellectum agentem & possibilem existere in anima tanquam efficientem & materiam. Quare nunquam vir ille egregie Philosophus somniauit, intellectum rem esse subsistentem ab anima seiunctum. ¶ Et ratio profecto id palam facit,

Sententia au thoris.

Plato.

Plotinus Comētoris opinio conuincitur.

Ratio

eademque; ex manifesto eiusdem Aristotelis principio perfecta. Supponit enim. 1. de anima text. 64. actiones non esse naturarum in abstracto aut partium, sed suppositorum: anima enim non dicitur texere, aut edificare, sed homo: & eodem modo intellectus non intelligit, sed homo per ipsum, vel anima, præsertim separata. Igitur si anima, quæ est actus corporis, non haberet in se ipsa principia & potentias, quibus suas operationes compleret, esset homo à natura destitutus, cum igitur intelligere sit hominis operatio, eademque; potissima, necesse est in ipso existere potentias ad intelligendum sufficientes.

¶ Et quoniam hæc est status litis, quidnam Aristoteles de immortalitate anime senserit (nam si intellectus potentia animæ sit, cum dicat eum esse perpetuum, fit vt & anima ipsa sit etiam perpetua) non moleste Theologus ferat hanc meditari philosophiam. Arguitur ergo quod intellectus hominis sit animæ potentia, eidemque inseparabilis: appellat enim ibidem intellectum agentem Philosophus habitum & lumē: & certè nomen habitus inhaerentem formam per modum permanentis significat: sed dicitur lumē, quia species phantasiæ illustrat, vt sint intelligibiles, sicut lumē sensibile facit colores visibiles: etenim quia potentia nihil cognoscere valet nisi per species obiecti: & phantasmata sumpta à singularibus corporibus sunt materialia, intellectus verò immaterialis, necessaria fuit animæ virtus, quæ easdem species à conditionibus materialibus denudaret, quæ perinde virtus intellectus agens nuncupatur. Et certè alius non est modus cogitabilis, quam quod mediantibus phantasmatis producit species immateriales & intelligibiles in intellectu possibili, qui illis informatus producit notitiam. Hinc ergo palam fit ambos intellectus esse potentias animæ.

¶ Et re vera quauis intellectum agentem aliquo, licet tenuissimo, colore effingi possit separatum, de possibili tamen nullo pacto suspicari potuit. Intellectus, inquam, agens, quia est ceu motor, potuit alicui apparere esse separatum, vt est intelligentia orbis. Quæ quidem opinione Auicenna & Alexander Aphrodisæus imbuti fuisse videntur. Et Caieta. super text. 17. 3. de anima, legitima Sancti Thomæ expositione posthabita, eandem opinionem conatur Aristoteli impingere. Sed male: quoniam intellectus non mouet localiter corpus, vt angelus illud mouere potest, sed abstractendo, vt diximus, à phantasmatis speciebus intelligibiles, quas infundit intellectui possibili: & ideo necesse est animæ intelligenti

Status litis.

Intellectus anime potentia.

Auicenna. Caieta.

Intellectus possibilis nullatenas est separatus.

Comētor impugnat.

Nota.

Clem. Firmiter desuma trinitate. & fide catholica.

Comētum Auerrois Pipram errat.

genti esse coniectum.

¶ At verò de intellectu possibili nulla est prorsus rationis apparentia, vt ponatur separatus: nam Aristoteles appellat illum, id quod anima sapit, & intelligit, quæ admodum visus est, quovidet, & auditus, quo audit: principium autem quo formaliter est in agente, præsertim cum intelligere, vt. 3. de anima text. 2. & 12. ait, Philosophus, fit quodam pati, & actio permanens in agente. Vnde cum expresse Philosophus dicat, intellectum possibilem esse immixtum & perpetuum, id ipsum & de anima sentire proficitur. Attamen Commentator vtrumque; intellectum videtur separatim posuisse: nam. 3. de anima text. 5. expresse id de possibili affirmat: in quo sensu impugnat eum D. Tho. 1. p. q. 76. ar. 1. Et de intellectu agente id etiam expresse subiungit super text. 19. vbi distinctio nem inter ambos intellectus constituit. Nescio ergo cur commentator quibusdam tantum ne gotij facerent, vt eum substinere contendant, & Aristoteli Philosophorum principium inurere hanc notam pergant, quod animam mortalem contra Platonem & omnes, qui philosophorum nomine digni extiterunt, asseruerit. Fateor tamen aliud Aristotelis placitum, qui mundum ab æterno fuisse credit, re fecisse apud ipsam difficilem: fit enim inde consequens infinitas animas esse productas, quæ si simul persistant, infinitæ sunt actu, quod veritati, quam ipse. 3. Physicor. docuit, contrarium est. At verò facilius inde colligitur, in eo falsum fuisse, quod mundum posuit ab æterno, cuius vrgentiora argumenta. 8. Physicorū scripsimus, quæ quod animas posuerit mortales. Multa enim sunt naturalia, quæ lumine naturali absque fidei illustratione plene attingi nequeunt. Quapropter non solum de mundi æternitate, qui initio caruerit, sua fuit opinione seductus, verum & de animarum creatione nihil firmum, sed nutando & vacillando scripsit. Merito ergo Clemens. Firmiter. de summa trinitate. & fide catholica. tanquam veritatem ex sacra pagina planè deductam explicans, eos condēnat, qui dicerent, intellectum & animam non inesse corpori tanquam formam, aut non inesse singulis corporibus singulas animas, aut non esse immortales. Idemque in concilio Lateranensi. 3. sessione. 8. ¶ Duo autem sunt quæ Commentator apud Aristotelem intelligere renuit. Primum, quod cum naturam animæ ab effectu per eius operationes Aristoteles vbi que venari pergat: & anima perpetuitatem non habeat ratione specierum sensibilibus & affectionum, quæ à corpore pendunt, sed solum ratione intellectuum, quæ sunt res immate-

riales, non dixit planè animam esse perpetuam & immortalem, & immixtam, sed intellectum & mentem, per cuius operationem consistat animam esse perpetuam. Itaque tantundem est, intellectum esse perpetuum, ac si diceretur, animam, quatenus intellectiua est, esse perpetuam. ¶ Aliud item apud Aristotelem familiare est, quod vbi ait, intellectum aut mentem esse separatam, non intelligit actu tunc nulli inhaerere, sed quantum est de natura sua esse per se subsistentem: quod est dicere, per se natura sua per solum generalem Dei concursum posse subsistere extra corpus, perinde atque in corpore. Angelus siquidem & anima sic differunt, quod ille est substantia spiritualis per se perfecte subsistens, adeo, vt neque ulli corpori possit tanquam actus & forma inherere, sed mouere corpus: anima verò non vsque; adeo perfecte, quin sit etiam actus & forma corporis, quo nihilominus consumpto persistit.

¶ At qui & in hoc præterea. Commentator, si consulto errare nollit, hallucinatus est, quod quauis illic Philosophus non asseruisset, nisi intellectum esse perpetuum, non tamen ex illa affirmatiua inferre debuisset negatiua: scilicet, animam non esse perpetuam. Nam aliam de præterea eandem animæ immortalitatem potuisset colligere, nempe, ex eo, quod est substantia spiritualis: inde enim, vt supra monstratum est, elicere debuisset, à corpore non esse pendentem, sed per se subsistentem atque adeo in corruptibile: veluti est Angelus, sed quia creationem eius ignorauit, nil mirum, si etiam errorem immortalitatis eius fuerit collapsus. Veritatem autem hæc immortalitatis animæ, præterquam in locis citatis, Philosopho. lib. 2. de generatione animal. capitu. 3. planè affirmat dicens, metem extrinsecus aduenire: & esse diuinam. Enimvero mens pars animæ intellectiua est: & quauis intellectus agens species faciat intelligibiles, possibilis tamen est, quo homo intelligit: quapropter mens vtrumque; intellectum amplectitur: atque adeo illo nomine animam intelligit, quam dixit extrinsecus aduenire eam

Nota.

Differētia inter angelum & animam.

Alia comētoris hallucinatio.

Lib. 2. de generatione animal. c. 3. Mens.

Sensus Arist.

semper

sempervnicus immobilis, & per se existēs, nō potest dici aduenire nec recedere, sed potius homines dum generantur dicēdi sunt ei aduenire: quippe quibus tanq̄ instrumentis vitur.

2. de anima tex. 11. ¶ Eadem veritas cōstat ex eodē Philoso. eod. 2. de anima tex. 11. vbi ait, nihil phibere quasdam partes animæ à corpore separari, vbi non solum intellectum agentem sed possibilem in finuat, quos appellat partes animæ, & libr. 3. tex. 4. etiam docet esse immateriales: nam si intellectus, inquit, esset calidus, aut frigidus, impediretur, ne alia possēt corpora intelligere, quē quidem intellectum asserit esse animæ potentiam. Item. 1. de anima tex. 92. negat eidem intellectui possibili aliquam competere partem aut mixturem corporis. Et libr. 2. tex. 21. ait, cōtemplatiuam potentiam (quo nomine etiā intellectus possibilis includitur) perpetuam esse & ab eo quod accidit: hoc est, quod corrumpitur, esse quid separatum & seiuētum. Idemq; ait. 12. Metaphys. tex. 17. Cū autē, ait, separari intellectum ab eo, quod corrūpitur, nō intelligit, intellectum agētē tanq̄ perpetuum separari à possibili tanquam corruptibili, vt scioli quidam suspicantur, sed q̄ pars intellectiua & speculatiua separatur à sensibili: putā, à phantasia & estimatiua. Sed pertinaciā Cōmentatoris eiusque sequacium est, illa loca solum de intellectu intelligere, & non etiā, de anima cuius intellectus potentia existit. At quia Commentatori nō expediebat animā esse immortalem: mordicus contēdit esse mortalem: eis verò, qui nollunt eius mortem perpetuā experiri, expedit vt de eius immortalitate nō dubitent.

Solutio primi argu. ¶ Ad primū igitur argumentum respōdetur. Ecclesiasten cōcionatoris more nō protulisse verba illa affirmādo, sed quasi aliorum nomine, qui illo tenebantur errore, vt Sapient. 2. explicatur. vbi legitur, Dixerunt impij cogitantes nō rectē in corde suo, exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: qa ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanquam si non fuerimus.

Solu. 2. ar. ¶ Vnde vt ad ambo simul loca respōdeamus, notandum, q̄ aliquo modo: scilicet, quantum ad corporum ortum & interitum, vnus est nobis cum brutis: nam cū & corpora quoq; nostra de terra sint plasmata, pariter, vt brutorū corpora reuertuntur in puluerem. Et quātum ad vitæ cursum similis est corporum processus: nam similiter, vt eisdē locis legitur, Simul spirant omnia, & fumus & flatus est in naribus nostris: quasi dicat, tenuissimo aere, quo spiramus & respiramus, conseruamur, quo sublato

2. de anima tex. 11.

Arist. loca.

Solutio primi argu.

Solu. 2. ar.

extingueremur. At verò quātum ad animam longe nos brutis superiores sumus: nam anima ipsorum de potentia materiæ ducitur, iuxta illud, Producat terra animam viuētem, nostrā verò per creationem spirauit nobis Deus tanquā spiraculum vitæ. Vnde falsum est, quod illi dicebant, Nihil habet homo iumento amplius. Est ergo nobis & brutis vnus interitus corporum, non tamen animorum.

Solu. 3. ar.

¶ Tertium autem argumentum fatis in superioribus solutum est, vbi discrimen inter angelum & animam nostram illud cōstituiimus, q̄ ille sic est per se, vt nequeat esse corporis forma, anima verò sic est corporis forma, vt possit esse per se, Respondetur ergo, quòd anima quādiu est in corpore nequit absque phāta mate intelligere, eo quod corpora nō possunt intellectui nisi per corporalia obiecta applicari: illa tamen phantasmata ad intellectum possibilem pertingere nequeunt, nisi virtute intellectus agentis à corporeis cōditionibus denuadata: quod est testimoniū, ex natura sua non pendēre à phantasmatibus. Cōcedimus ergo quòd licet pro isto statu ab illis dependeat, nō tamē simpliciter ex natura sua, & ideo est perpetua & immortalis.

ARTICVLVS. II.

Vtrum corporum resurrectio sit futura.

Immortalitatem animæ præmeditati, paratiores ad explorandam resurrectionem corporum descendimus. Arguitur nihilominus non esse futuram. primo ex illo Iob. 24. Homo cū dormierit non resurget, donec atteratur cœlum: neutiquam tamē cœlum attritum esse potest: ergo nunquā fiet corporum resurrectio.

¶ Secundō arguitur. Si resurrectio futura est, omnes mortui debent resurgere: nam quod ex natura speciei sumitur, similiter in omnibus indiuiduis eiusdem speciei reperitur: non tamen omnes resurrecturi videntur, quia Danielis. 12. non dicitur nisi, quod multi qui dormiunt in puluere, euigilabunt: & Dauid Psalmo. 1. Non resurgent, inquit, impij in iudicio: ergo cū æqua sit omnia ratio, nulli resurgent.

Partis negatiua argum. 1.

2. Argum.

Daniel. 12.

Psalmo. 1.

Partis affirmatiua.

¶ Re

Decisio ar. ¶ Resurrectio corporum vt est auditu mirabilis, ita est creditu tum iucunda, tum etiam necessaria. De qua re quanuis inter philosophos sub lumine naturali nulla præcesserit certa cognitio, apparuit eis tamen nonnulla eius effigies, vt August. lib. 12. de ciuit. Dei cap. 13. refert, de illis philosophis, qui mundi secula aiebant per circulum eadem numero reuolui. Et lib. 22. cap. 25. & subsequentibus refert, quòd Marcus Varro in libris, quos de gente populi Romani scripsit, Genethliacos quosdam commemorat, qui aiebāt παρρηγορισται: hoc est, hominum resurrectionem, in annis numero quadringentis quadraginta confici, vt eadem anima illo elapso tēpore ad idem corpus, cui fuerat coniuncta, regrederetur. De quo seculorū circulo artic. proximo redibit sermo. Et Plato in phædro, quem dialogum de pulchro inscripsit, de animorum μεταμορφωσις hoc est, transmigratiōe, quę Pythagoræ fuit opinio, scripsit, vbi regulam Adrastix dæ: id est, inuitabilis numinis eam refert, vt anima quæcunq; Deū comitata aliquid verorum inspexerit, in aliud corpus, scilicet, in genituram aut viri Philosophi, aut Regis, &c. sit transmigratura. Id cuius & Cicero in fragmento de republica meminit. Vnde fabulatur Euphorbon in Pythagoram transmigrasse, & in Pauum Homerum, vt Tertulianus in initio libri de resurrectione carnis retulit, vbi ait, illos resurrectionis veritatē prelibasse, non tamen prorsus adisse. Agnoscebant enim illi mortales immortalē esse animam, atq; adeò corporis amicam, & ideo hallucinantes aiebant, post discessum à corpore ad alia iteratō recurrere. Quanuis illic Plato in diuersa bestiarum corpora etiam animas eorum, qui nunquā veritatem inspexerunt, transmigrare dixerit.

¶ Istorū autem ridiculi errores ex duobus falsis principijs ortum duxerunt. Credebant enim primū animam non esse formam corporis, sed vt motorē illud intrare & gubernare: quē admodum articulatus aer tibicinis fistulam ingressus musicam resonare facit: sic enim putabant animam per diuersa corpora vagari. Rursum nec prorsus discrimen inter intellectum & sensum agnoscebant: haud enim arbitrabatur in homine aliud esse intellectū quā sensum: sed propter optimam eius cōplexionem, putabant in eo vim egregiū vigere. Quapropter anima secundū istos in illud bestię corpus transmigrabat cuius similem vitam duxerat, vt qui fuerat luxurię deditus, eius animam in canis se corpus reciperet, & qui violētis & rapinis fuerat addictus, in corpus leonis, & hunc

Marcus Varro.

Plato.

Pythagore dogma.

Cicero in Somniū Scipionis. Tertullia.

In bestias.

in modū de alijs. Aliæ verò, inquit, animæ primæ vitæ finem consecutæ iudicantur, iudicantæ autem aliæ sub terra in iudicij locum eūtes meritas illic pœnas sustinent. Alię in cœli quēdam locum per iudiciū eleuatæ ita degunt, vt dignum est illi vitæ, qua in hominis figura vixerunt. Profectō non potuit in lumine naturali veritatis fimbrias p̄pinq̄ius attingere, quā uis feratur ab Ægyptijs multa mutuatus diuina, quæ illic Abrahā ac subinde Iacob & eius soboles seminarunt.

¶ Sed Philosophorū placitis prætermisissis sub lege Moyfi secta Saducæorum vixit, qui corporum resurrectionem denegabant. Nam fortasse & animas perire arbitrabantur, vt Origēnes & Hierony. referūt. Et Act. 23. insinuat, vbi legitur, q̄ dicebant, non esse resurrectionē mortuorum, neq; angelum neq; spiritum, vbi nomine spiritus insinuat, anima postq̄ contra angelum distinguitur. Quāuis alij cēseant eandem immortalitatem nō negasse. Sed quoniam dotes corporum gloriosorū ignorabāt, arbitrabantur resurrectionem non esse possibilem, nisi ad vitam mortalem alimentis sustentandam & vxoribus propagandam. Et ideo, vt Matth. 22. refertur, accesserunt ad Christum quasi irridendo sciscitantes eum qui septē habuisset vxores, quā esset illarum in resurrectione resumpturus. Quibus Christus respōdit, q̄ illic neq; nubent, neq; nuptui tradentur.

¶ Post Saducæos in lege euangelica adeò fuit articulus hic persuasus difficilis, vt quā plurimi fuerint heretici illum abnegantes, vt Simoniani à Simone Mago, & Carpocratiani atq; alij complures, quos Aug. lib. de hæresib. de nomine refert, & Isidorus lib. 8. Etymologiarū can. Quidā. 24. q. 3. inter quos Arabicos refert, qui aiebant animas esse mortales, quod fuit Commentatoris dogma, sed tamen cum corpore postea resurgere.

¶ Atqui heresum hæc diuersitas ex diuersis oriēbat causis. Manichæi nāq; arbitrati animā à bono Deo, corpus verò à malo fuisse conditum aiebant, animā solam esse totam hominis perfectionem. Porphyrius verò Platonicus, de quo Agu. lib. 22. de ciui. Dei cap. 26. meminit, dicebat, totam animæ perfectionem in separatione à corpore cōsistere, atq; adeò illud non esse innouandum. Quare Marcionistæ apud Tertullianum multis cōuicijs corpora nostra profcindūt, vt eorū dissuadeat resurrectionē.

¶ Duo ergo argumenta in initio quæstionis proposita duas cōclusiones p̄secūt, quibus cōclusioni fiat satis. Prima, Resurrectionem carnis esse futurā catholica nos fides docet, cuius

Plato alia qua uicte. te stam legit.

Saducæorū secta.

Matth. 22.

Heresum origo diuersa.

Marcionistæ.

1. Cōclus.

Bb hic

Possibilitatis resurrectio nis probatur. hinc vnus articulus est. Et primū de possibili- tate, quam conclusio presupponit: sunt qui il- lam: vt Durand. sic demōstrēt. Causa cur for- ma iudicatur in materia non est alia quæren- da, quam efficiens: sed post obitum hominis manet anima & materia prima, quæ est in cor- ruptibilis, & Deus, qui est causa efficiens: ergo resurrectio virtute Dei est possibilis. At verò ratio hæc & curta nimium est, & minus physi- ca. Nam primum non probat, resurrectionem possibilem si anima & materia nō essent post obitum superstites, & tamen quāuis essent in nihilum redactæ, posset Deus corruptū idem restituere, vt dist. seq. q. 1. art. 1. cōtra eundem Durand. commostrabimus. Item quia agens naturale non potest virtute naturali formam, quæ antea fuerit separata, reanire materiæ, vt illico dicturi sumus, sed illam de eius potentia educere. Igitur alia est causa quærenda, quam Ratio supra natura- sa verò resurrectionis non est naturalis, quam Arist. cognouit, sed hæc supranaturalis. De^o habet potentiam infinitæ virtutis, quæ ex nul- la causa secūda in agendo dependet, cum om- nia ex nihilo condiderit: ergo omnium virtu- tem se ipso absq; illis supplere potest, causæ au- tem rei aliæ sunt ad producendum speciem: ignis enim est causa ignis. & equus est causa equi: aliæ verò sunt ad producendum indiui- dum: scilicet, speciem in tali indiuiduo, quæ sunt hæ numero dispositiones in hoc loco & hoc tempore. Et quia transactum tēpus & mo- tus, quibus res hæc fuit producta non possunt rursum redire (vt distin. seq. quæst. 1. arti. 1. lu- culentius monstrabimus) agens naturale non potest idem reproducere numero, sed duntaxat idem specie, Deus autem vtrāq; propter suam infinitatem supplere causas potest: ergo sicut sine igne potest producere ignem, & si- ne equo equum, ita rem illam quæ hinc & nūc per has dispositiones producta est, potest illis transactis singularibus conditionibus hinc & nunc quæ non possunt redire, eadem nume- ro sine illo temporis puncto & motu repro- ducere, siue creando illam si fuerat annihilata, siue vniendo eandem formam eidem materiæ, si erant superstites, siue educendo de potentia materiæ, vt ipsi placuerit, quod agens natura- le nullo pacto efficere potest.

Resurre- ctio probatur. Supposita ergo possibilitate, rei veritas sicu- ti superior à primo sacrorum Bibliorum capi- te deducitur. Colligitur enim ex initio Gene- sis, primos parentes à Deo cōditos eatenus im- mortales, vt possent non mori: legitur nanq; cap. 2. quod plantauerat Deus paradysum vo-

luptatis à principio, in qua inter alias arbores plantauit lignū vitæ in medio paradisi & lignū sciētix boni & mali, vbi Deus posuit hominē, quem formauerat præcipiēs, vt excepto ligno sciētix de omni alio ederet: lignū autem vitæ arborem designat, quæ virtutem habebat diui- nam perpetuadi vitā. Quo colligitur, Deū sic hominem creasse, vt si iustitiā custodisset ori- ginalem, potuisset non mori. Vnde Augu. lib. 13. de ciui. Dei cap. 20. Cibus, inquit, aderat ho- mini ne esuriret, potus ne sitiret, & lignū vitæ, ne senectus eum dissolueret. Et quia hoc natu- raliter fieri non poterat, inerat in anima supra naturalis virt^o ad id idonea. Quare statim. c. 3. Cum Deus hominem de paradiso eijceret, ait, Ne fortē mittat manū suam & sumat de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum. Conde- cuit enim, vt quem Deus ad suam ipsius fœlici- tatem participandam condiderat, ei non ani- mam tantū immortalē spiraret, verum & corpus ei iuxta naturā eiusdē animæ coaptas- set, quod posset non mori, vt creaturā illā, quā paulo minus ab angelis minuerat, à terrestri in cœlestē paradysum sine mortis gustu transmit- teret. Quapropter in poenā, si de arbore sciē- tiæ comederet, decreta fuit illi mors. In quacū- q; enim hora, inquit, comederis ex eo, morte morieris. Quare duarum duntaxat arborum mētio illic facta est: scilicet, ligni vitæ cui^o esus immortalitatē conferret, & ligni sciētix, cuius gustus mortem inferret. Quocirca Sapient. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perdi- tione viuorum. & cap. 2. Deus creauit homi- nem inexterminabilem & ad imaginem & si- militudinem sui fecit illum: inuidia autem dia- boli mors introiuit in orbem terrarum. Cui cō- sonans Pau. Per vnū, inquit, hominē introiuit. peccatum in mūdum, & per peccatum mors. Ex his ergo primum secundū fidem ex- truitur resurrectionis argumentum. Christus venit, vt per suā mortem ab illa nos morte pec- cati eriperet, in quam nos Adā coniecerat: nā sicut per inobedientiam vnus hominis, vt ait, Paul. Rom. 5. peccatores constituti sunt mul- ti, ita & per vnus obedientiam iusti cōstituen- tur multi: ergo cum peccatum Adæ, quo ani- ma occisa est, fuerit nobis causa mortis corpo- ralis, ita & iustificatio Christi, cuius gratia ani- ma ad vitā spiritualem restituta est, causa sub- inde fuit nobis vitæ corporalis: nam vbi abun- dauit delictum, superabundauit & gratia. Vn- de ad Roman. 8. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Cū ergo in hac vita secundum nostram naturā iu- stitia originali denudatā decuerit, vt ad exer- citium

Augu. de ci- uitate Dei.

Genes. 3.

Duarum ar- borū mētio.

1. Argum.

Paul. Ro. 8.

citium virtutis ærumnas & calamitates, ac sub- inde mortem pateremur, cōsequēs est, vt tan- dem hac peracta mortalivita virtute passio- nis Christi corporum quoque resurrectione fruamur, vt totum, quod nobis Adam abstul- lit. Christus conferat.

Testimonia legis anti- que. Eandem veritatem vetus testamentum per- docuit, vt ex Iob. & Daniel. supra citatum est, & Ezechiel. 37. ait Propheta, quōd in spiritu Domini eductus fuerit in cāpum, qui erat ple- nus ossib^o, & iussus est illis vaticinari, Ecce ego intromittam in vos spiritum & viuetis, & da- bo super vos neruos, & succrescere faciam su- per vos carnes, & superextendam in vobis cur- tem & dabo vobis spiritum & viuetis, & scie- tis quia ego Dominus. Vnde Christus Sadu- cæis improperans, ait, Erratis nesciētes scriptu- ras neq; virtutem Dei: nam suis affectibus ex- cæcati illas non intelligebant, neque putabāt virtutem Dei id posse facere. Quare de resurre- ctione mortuorum subdit. Non legistis quod dictum est: scilicet, Moyse de rubo Exodi. 3. Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham. Deus Isaac, & Deus Iacob. Et subiungit. Non est Deus mortuorum, sed viuentium: vbi pro- fectō, cum non fuisset dictum, Deus animæ Abraham, Isaac & Iacob, sed Deus Abraham, Isaac & Iacob, quod dicit totum cōpositum, docuit resurrectionem illic fuisse insinuatam, vt essent rursum victuri. Imō apparet aptissi- mē illo tūc temporis articulo, quo Deus Moy- si iubebat, vt educeret populum de Ægypto, illius suæ virtutis meminisse, qua erat patres il- los in vitam reuocaturus, vt inde Moyse intel- ligeret, quod qui poterat de sepulchris mor- tuos euocare, facilius posset de Ægypto popu- lum educere. Et Dauit Psalmo. 1. dicens, Non resurgent impij in iudicio, resurrectionem præ- dixit Esaiæ. 26. Resurgent mortui, & suscita- buntur qui sunt in monumentis.

Testimonia nouæ legis. Quinimō & rebus gestis eadem resurrectio fuit illo seculo demōstrata, cū Elias & Elisæus, vt. 3. & 4. Reg. legitur, mortuos suscitauerint.

At verò eandem veritatem Christus palām mundo prædicauit, vt Ioan. 5. Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent: sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio ha- bere vitam in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere. Vbi, habere vitam in semet ipso, nō solū significat habere in se vitam hu- manam qua ipse viuit, sed quod sicut pater ha- bet potestatem tribuendi quibuscunq; viuē- tibus vitam, ita & filius quatenus redemptor habet in se potestatem restituendi mortuis vi-

tam: & ideo subneclit, Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia in finali iudicio hoc per- fecturus est, Obidque subdit, quia filius homi- nis est, nolite mirari hoc: id est, nolite mirari qd in filio hominis tā excelsa sit virtus: venit em̄ hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: cū prædixisset, filius hominis, subiunxit, filius Dei. vt exprimeret, quia virtute id facturus sit. Nam etsi per vocē humanam vel angeli sit mortuos euocaturus, virtute tamen diuina. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, & qui mala fe- cerunt in resurrectionem iudicij.

Atqui ad eandem confirmandam resurre- ctionis fidem & discipulis potestatem dedit mortuos suscitandi, & ipse tam alios, tum præ- cipue Lazarum suscitauit. Ioan. 11. vbi per in- de sermonem eiusdem fidei prolixum cū Mar- tha cōseruit, quæ vbi à Christo audiuit, Resur- get frater tuus, respōdit, Scio qd resurget in no- uissimo die: in cuius confirmationē subnexuit Christus. Ego sum resurrectio & vita, Qui cre- dit in me, etiā si mortuus fuerit, viuet, & omnis qui credit in me, non peribit in æternū: & ait, illi, Credis hoc? Respondet, Vtiq; Domine. Et merito eiusdē confessionis, quæ de Christi gra- tia processerat, perrexit fratrem ei suscitare.

Accedit item in cōfirmationē huius ortho- doxæ confessionis resurrectio Christi, de quo vaticinatus fuerat Dauid, Nō derelinques ani- mam meam in inferno, nec dabis sanctū tuum videre corruptionem. Et alibi, Surge domine in requiem tuā, tu & circa sanctificationis tuæ. Sicut enim sua morte liberauit nos à peccato, nobisq; mercatus est vitā, ita & resurrexit, vt causa esset & exemplar nostra resurrectionis. De hoc tamen artic. 4. latius. Est ergo resurre- ctionis conclusio non solū de fide, sed articu- lus fidei, vt de vita æterna diximus.

Sed præter diuina testimonia præsto sunt etiam rationes quibus eadem veritas cōfirma- tur. Anima enim cum sit actus corporis, vt Philos. 3. de anima. tex. 4. ait, naturale nō habet ad ipsum affectionem: fœlicitas autem quam Deus dilectis suis est retribuendus, perfectissi- ma est, ac subinde affectibus cunctis naturali- bus & legitimis satisfaciens: ergo condecens est, vt Deus hunc animi appetitum in æterna beatitudine fatiet: nimirū in corpore rursum adiungat.

Sunt qui putant D. Thomam hinc & art. 4. negare animam separatam habere inclinatio- nem ad corpus, propterea quod naturalis incli- natio est illa quæ per causas naturales impleri potest, per quas vtiq; causas illa inclinatio ex- pleri

Nota.

Ioan. 11.

Alia confir- matio.

Psal. 15.

Psal. 131.

Rationes.

D. Thom.

pleri nequit, At verò neq; hoc Diuus Tho. plane negat. Imò, ait, quòd est semper dependens à corpore. Et fortasse potest esse inclinatio naturalis, licet naturaliter impleri nequeat, vt de nostra inclinatione ad videndum Deum super D. Thomam. 1. part. quæst. 12. artic. 1. disputauimus. Et præterea, cum anima sub illa fuerit inclinatione naturali creata, & quòd naturale est nunquam separetur, dicere possumus eandem postquam corpus exiit retinere: & satis est quòd potuerit inclinatio illa naturaliter impleri, vt dicatur modò naturalis. Quòd admodum graue etiam extra cœlos positum haberet inclinationem naturalem descèdendi, licet naturaliter id non posset. Sed quicquid sit de illa inclinatione per modum habitus, qui est idem quòd ipsa anima, saltem de appetitione quæ est actus elicited, negari non potest quin anima cupiat esse in corpore, cū eiusmodi cōiunctio sit ei naturalis. Imò verò August. 12. super Gene. ca. 35. Inest, inquit, animæ naturalis appetitus corpus administrandi: quo appetitu retardatur quòdāmodo ne tota intentione pergat in summū illud cœlū, id est, in illam beatam visionem. Tametsi illa retardatio non sit per modum contrarij impedimenti, quemadmodum calor retardat actionem frigoris: quoniam per visionem Dei beatricem in quo corpora conspiciunt resumpturas cōsolantur animæ, ne illa appetitio sit eis molesta: sed quòd admodum D. Tho. 1.2. quæst. 4. art. 5. interpretatur, retardatio illa sit per modum cuiusq; defectus: appetitio quippe anima sic Deo frui, vt ipsa frui debeat in corpore per eorum doctes, à quo vtique effectu retardatur anima separata. Miseras verò inferni animas (quicquid sit de naturali inclinatione) nō est credibile cōcupiscere corpora, quippe in quibus sunt peius cruciandæ.

Ratio. 2.

¶ Secundo arguitur. Pulchritudinem vniuersi in tria Deus distribuit: condidit enim substantias purè spirituales, vt supra cœlestes spiritus, sub his alias corporeas, vt cœlum & elementa, atque aliam mixta infra hominem: inter has verò mediam, quam ex spiritu & corpore composuit, vt hominem: non fuit ergo congruēs, vt in perpetuum orbis pulchritudo orbaretur hac media, quòd certè contingeret, nisi tandē animæ sua reciperent corpora.

Ratio. 3.

¶ Tertio denique & hoc æquissimæ iustitiæ Dei fuit congruentissimum. Creauit enim nō solum animam, quæ ei esset obediens, verum & corpus, quòd eidem animæ in hac obedientia seruiret: anima enim non tantum per suos actus intellectus & volūtatis, sed etiam per of-

ficia corporea, & Deo seruit, & ipsum offendit imò verò nō anima, sed homo propriè est qui Deo famulatur, ei que vice versa eum offendit: nam actiones sunt suppositorum. Quare obsequium Dei est, corpus castigare & domare, vt Paulus se fecisse affirmat: & ad Romanos. 6. Sicut exhibuistis, inquit, membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Et. 2. Corin. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; ppria corporis, quæ gessit, siue bonum siue malum: cum ergo non anima sola, sed homo ipse per corpus de Deo bene aut malè mereatur, æquum est, vt totus homo in anima & corpore retributionem & bene & malefactorū suscipiat: vita enim hominis sup terram militia quædam est, & colluctatio carnis aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Condecet ergo, vt si anima sic edomauerit corpus, & corpus sic obediuerit animæ, vt spirituale fiat, gloria animæ redundet in ipsum: si verò contra anima se corpori sic subdiderit, vt carnalis efficiatur, supplicia eius corpus itidē patiat. Et ideo in symbolo de Christo confitemur, non quòd solum propter animas nostras, sed, quòd propter nos homines & propter nostram salutem descēdit de cœlis. Neq; ipse solum animam assumpsit, sed integrā humanitatem ex corpore & anima, in quo vtique corpore mortem pro nobis pertulit. Quapropter postquam infirmum ad probatā piscinam sanauit, murmurantibus Phariseis quòd in die festo illud patrasset opus, ait, Si circūcisio nē accepit homo in sabbato, mihi indignamini quia totum hominem saluum feci in sabbato? infirmos namque tanquam resurrectionis prælagium anima & corpore sanabat.

Ioan. 7.

¶ His nihilominus rationibus alias obmoliri quispiam posset cōtrarias, Deus perfectior est naturæ, non corruptor: perfectio autem naturalis animæ, quippe quæ in sua substantia à corpore non pendet, est ab ipso sequestrari: nam separata similior sit Deo, cœlestibusque spiritibus, puriorque; redditur ab illis terrestribus affectionibus, quas à corpore contrahit: caro enim, vt ait, Paulus, concupiscit aduersus spiritum, imò & liberior sit ad intelligendum: est namque intellectus, vt. 3. de anima autor est Philosophus, per se agens, quia est vniuersaliū cognitor, quæ à singularibus abstrahuntur: ergo non attinet ad eius perfectionem corpori rursus vniri, atque adeo carni resurrectio non est futura.

Obiectio.

¶ Item. Corpore anima non nisi tanquam instrumentum.

Porphyrus.

strumento vtitur: instrumentum autem non est præmio dignum aut supplicio: quid enim boni aut mali meretur aut demeret fabri malleus? Prius argumēto victus fuit Porphyrius. ille Platonius, qui vt August. loco citato. 22. de ciuita. Dei refert, aiebat, vt beata esset anima, corpus omne esse fugiendū. Quare & Marcianista apud Tertullianum, multa cōiuncta in corpora nostra iactitant, vt eorum dissuadeant resurrectionem: aiunt enim corpora ex feminis limo infirma esse, criminosa, onerosa, molesta, ignobilia &c. atque adeo vt quæ resurgant indigna. Augustinus verò Porphyrium autoritate sui Platonis reuincit, qui Deos faciebat vel beneficio summi Dei immortales corpore & anima. Inducit enim verba Platonis quasi ore Dei non facti ad alios Deos factos prolata. Quoniam estis, inquit, orti, immortales esse & indissolubiles nō potestis. Non tamen dissolue mini, neque vos vlla mortis fata perimet, neque erunt valētiora quam consilium meum, quòd maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa, quibus estis colligati. Hæc diuinus Plato: quæ profectò verba Dei nostri ad felices homines postquam resurrexerint fieri videntur.

Solutio. 1. obiectio.

¶ Ad argumentum ergo negatur, animæ perfectionem in separatione à corpore consistere, imò cum suapte natura sit pars totius compositi, perfectio sua est illi inesse: & ideo quauis secundum quid separata sit Deo similior, simpliciter tamen loquēdo similior est in corpore: nam quòd vnaqueque res naturam suam perfectius obtinet, eo magis diuinam naturam imitatur. Veluti cor tunc immobili Deo similior est, dum mouetur, quā dum quiescit: quia perfectio cordis est moueri, & quies est mori. Et quauis liberior sit ad intelligendum à corpore corruptibili separata, tam libera tamē est in corpore glorioso, quòd eius operationes non impedit, & tam pura, vt pote quæ ab illo corpore nullis affectionū sordibus inficitur.

Aduersus Marcianistas.

¶ Quocirca non est cur corpus nostrum, vt vile quidpiam habeatur & sordidū: nam vt in prima eius cōditiōe videre est, licet è terra fuerit plasmatum, non tamen Deus terræ commisit, vt veluti cætera viuentium corpora, nostrum proferret, sed ipse limum: hoc est, purissimum terræ selegit, & quasi suis manibus, vt more nostro loquamur, ceu figulus efformauit, stupendaque membrorum & organorum firmitate compegit, & pulchritudine perornauit. Quare cum anima condecet, vt dotibus gloriæ in cœlesti felicitate corruscetur. Neque verò in corpus reicienda est culpa sordidū

animæ, sed in eius cōsentientis voluntatem. Et quauis lex, quam, vt ait, Paul. in membris nostris sentimus, aliqua sit illarum sordium causa, illam tamen legem nobis Deus nō imprefit, sed ex originali culpa contraximus, à qua per mortem & incinerationem iustorum corpora præpurgantur.

¶ Ad secundum itidem respondetur, quod secundum Platonicos, & Pythagoricos, qui putabant animam non inesse corpori nisi tanquam motricem, aliquam haberet concludendū vim, quia tunc corpus non esset nisi animæ instrumentum separatum: at verò, quia vt dictū est, anima est actus & forma corporis, atque adeo pars hominis, corpus non est solum instrumentum animæ, ac si ipsa sit tantum operans per ipsum, sed est instrumentum coniunctum: hoc est, pars hominis operantis: & ideo non tantum animæ, sed toti homini operum merces debetur.

Obiectio.

¶ Quòd si arguas inde cōsequi, poenas purgatorij non esse iustas, quippe quas sola anima absque corpore patiat, cum & corpus earum etiam fuerit reum. Negatur cōsequentia, quia illic purgantur peccata venialia, quæ perfectam non habent rationem peccati: & ideo poenæ illæ, licet ita nominentur, non tamen habent perfectam rationem poenæ, quæ dicatur retributio, sed potius sunt purgatio. Et idem est de poena mortalibus remissis debita. Loco tamē illius purgationis patitur corpus mortem & incinerationem, quibus purgatur.

Dilutio.

¶ Ad primum igitur capitale argumentum respondetur, quòd Iob noluit illic resurrectionem negare, cum planè alibi eam affirmet, sed dixit non futuram quousque; cœlum atteretur. Non quidem quoad substantiam quæ perpetua est, sed quantum ad eius genitricem virtutem, quia corruptiones & generationes cessabunt. Quo sensu, ait. 1. Corin. 7. Paul. Præterit figura huius mundi.

Solu. 1. ar.

¶ Secundo argumento aliud submouetur dubium, vtrum vniuersi sint resurrecturi nō quidem vtrum omnes sint morituri, hoc enim in ferius disputabimus: sed vtrum omnes, qui fuerint mortui, resurgent. Ad quòd igitur secunda affirmatiua conclusio respondetur, omnes fore resurrecturos. Ea enim, quorum ratio ex natura speciei sumitur omnibus indiuiduis eiusdem speciei conuenire oportet: cum ergo resurrectio ratione speciei humanæ quæ corpore & anima constat, sit futura: consequitur, vt omnes tam boni quam mali sint resurrecturi. Et ideo in autoritatibus inductis Ioan. 5. &c. 1. Ioan. 5.

2. Conclus.

viuent, alijq; resurgēt in resurrectionem vite, alijq; in resurrectionem iudicij. Quo alludēs Paul. 1. Corint. 5. Omnes quidem, inquit, resurgemus, sed nō omnes in mutabimur: id est omnes corpora resument, iusti quidem vt mutantur, & transeant vt habetur Ioan. 5. de morte temporali in vitam æternā: iniusti verō nō vt mutantur, sed vt de morte temporali ad æternam trāseant. Quāuis alij, vt infra videbimus, aliter legant. ¶ Item confirmatur eadem conclusio, quia cum resurrectio in hoc futura sit, vt vnus quisq; vt ait, Pau. recipiat prout gessit in corpore: & nullus sit, qui non sit retributione dignus, sit vt omnes sint resurrecturi.

Ratio. 2. cōclusio.

Solu. 2. ar.

Enigilare quid.

Psalmo. 1.

Iudicium duplex.

Infidele.

Obiectio. 1.

Obiectio. 2.

Obiectio. 3.

Solutio. 1.

¶ Ad secundum ergo argumentū, ex Daniele respondet Augu. 20. de ciuit. Dei, quod multi, idem est quod omnes: talis est enim modus loquēdi frequens in scriptura: vel dicendū, quod euigilare plus est quā resurgere. Quare paruū absq; baptismo defuncti: resurgēt quidē, sed proprie non euigilabunt, quia discretio in eis non habebit vigorem ad sentiendum pœnas. Imō & damnati hoc modo possunt dici non euigilaturi, quia lucem non intuebuntur. ¶ Verbum autem Psalm. Non resurgent impij in iudicio, vno modo intelligitur, quod non resurgent in iudicio discutionis consciētiæ resurrectione spirituali per gratiam à peccato, quæ sit in hac vita. Vel intelligitur de infidelibus quātum ad finale iudicium, quod, vt infra videbimus, erit duplex, alterū discutionis, quo reddetur factorum ratio, & alterum condemnationis, quod est prolato sententię. Atqui infideles, quia non sunt de reprob. Christiana, non iudicabuntur priori iudicio, sed posteriori, sicut hostes reipub. absq; discutionis iudicio condemnatur. Et ē conuerso Ioan. 5. de iustis legitur, Qui verbum meum audit, & credit ei, qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non venit: scilicet, cōdemnatio nis, sed transit de morte ad vitam.

æternam: quando ergo, ait, Christus, quod iustos resuscitabit, intelligit de priori resurrectione, nihilomin⁹ alij resurgēt in mortē æternā. ¶ Ad aliud respōdetur, quod dupliciter cōtingit assimilari Christo, vno modo quantum ad naturam speciei, quam integram suscepit: & quantum ad hoc tam mali quā boni debent ei assimilari resumentes vera corpora. Sed alia est assimilatio p grām, quæ solis iustis cōpetit. ¶ Ad tertium respondetur, q resurrectio vniuersalis fiet per Christum non quidem resurrectio singulorum per gratiam iustificatam singulis collatam, sed per gratiam vnionis humanæ naturæ toti generi impensam, in qua quantum ad sufficientiam genui nostrum redemit per crucem. Et ideo etiam illi, qui redēptionis beneficium non susceperunt, resurgent præsertim quia pœnam mortis ob originis culpā inflictam moriendo corporaliter soluunt: pœna enim illa fuit mori, nō autē morte detineri. ¶ Quod si rursus arguas de paruulis, saltē non baptizatis, qui cum nihil boni vel mali gesserint in corpore, non resurgent, saltem illi, qui moriuntur in maternis vteris, qui cum non nascantur, non possunt per gratiam renasci, atq; adeo nec beneficio resurrectionis frui. Respōdetur primò, q omnes in Adam peccauerunt. Et secundò, vt diximus, quod licet non receperunt gratiam regenerationis, receperūt tamē gratia vnionis Christi cū natura humana, cui omnes in resurrectione debēt fieri cōformes.

Solutio. 2.

Solutio. 3.

Obiectio.

Dilutio.

ARTICVLVS. III.

Vtrum resurrectio sit naturalis.



Vbsequitur vt de causa resurrectionis dicamus, & primò an sit naturalis. Et arguitur à parte affirmatiua. Aristotel. 8. Metaphysices. ca. 4. videtur dicere, quod vbi materia est eadē & agens idem, effectus est idem: cum ergo post rei corruptionem maneat materia prima & sæpe idem agens, potest per naturam effectus, qui antea fuit productus, & subinde corruptus, reproduci, atque adeo idem homo: ergo resurrectio est naturalis. ¶ Secundò. Resurrectio est motus quidam ad perpetuam coniunctionem animæ & corporis, quæ quidē cōiunctio naturalis est vtriusq; quies, cum vtraq; pars appetat alteri esse coniuncta: motus autem naturalis dicitur, qui ad quietē naturę terminatur, vt philosophus. 5. Ethic.

Partis affirmatiue argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

1. Corint. 15.

Pars negatiua.

1. Quæstio.

Secunda.

Tertio.

1. Opinio.

Empedocles.

Ethic. docet: ob id enim descensus rei grauis naturalis est quod eius quies in centro est naturalis: ergo resurrectio est naturalis. ¶ Tertiò arguitur autoritate Grego. 24. Moralium, quem in textu retulimus, vbi, ait, quod qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenent, eandem ex ratione tenere debuerant. Ecquid enim, inquit, quotidie nisi resurrectionē nostram mundus in elementis suis imitatur? Lux enim quotidie quasi moriēdo oculis subtrahitur, & rursus quasi resurgēdo reuocatur, & arbuta viriditatem amittunt, & rursus quasi resurgentia reparantur: & semina putrescendo moriuntur, & rursus germinando quodam modo resurgunt: quinuero Apostolus eadem rerum imaginem à feminibus ducit: nā quod feminas, inquit, nō corpus, quod futurum est, feminas, sed nudum granum: eodē pacto corpus nostrū seminatur in corruptiōe, surget in incorruptione &c. ergo resurrectio est naturalis. ¶ In contrarium est quod vt prædicamentum cap. 10. ait, Philosophus à priuatione in habitum impossibilis est regressus: mors autem est priuatio vite: resurrectio verò, vt lib. 4. cap. 19. ait, Damascenus, est copulatio rursus animæ & corporis: id est, eius, quod cecidit & dissolutum est, secunda resurrectio: ergo resurrectio nō potest esse naturalis. ¶ Argumentis his tribus tres quæstiūculæ in sinuatur, quæ sunt prorsus differētes. Prima, vtrum resurrectio per naturales causas fieri possit: nempe, vt quod corruptum est, idē rursus producat. Secunda: vtrum resurrectio, quæ re vera futura est, sit aliquo pacto naturalis. Et tertio, vtrum per rationes naturales possit aliquo modo cognosci. Quas idcirco quæstiones tres disputat Scotus distinct. presentibus ad quas nos tribus conclusionibus respōdebimus. Radix autem aliarum est prima de principio efficiendi, vtrum virtute naturalis agentis possit eiusdem iterata productio contingere. Et quidem de hac prima quæstione tres referuntur opiniones. Prima fuit illorum Philosophorum prisca, qui palingenesiam, vt supra retulimus, & August. 12. de ciuitate. cap. 13. refert, docebant: nempe, q certis annorū periodis coelorum orbis ad eadem principia recurrentes eosdem prorsus effectus reuocabāt: nā ab eisdem caulis idem vbiq; proferuntur effectus: & vt, ait, Philosophus. 1. Meteo. hæc inferiora rationibus cœlestiū orbium gubernantur. Duo autem fuerunt horum Philosophorū placita. Empedocles enim, vt. 1. Physic. tex. 32. & alibi, refertur, infinities aiebat mundum per circulum ad eadem redire: qua vtiq; ratio

ne necesse erat, vt anima ad idem corpus cōpleto circulo remearet, idq; naturali via generationis. Pythagorici verò & Platonici nō hac de causa, sed alijs iā supra relatis: nō solum ad eadem corpora, sed ad alia diuersa putabant animas transmigrare. Quam vtiq; opinionem Philosophus. 1. de anima text. 52. & 53. refutat. Periodus autem magni seculi secundū Empedoclem, vt fertur, cōcludebatur triginta sex annorum millibus: nam secundum Ptolomæum octaua sphaera: nempe, stellata, præter motum diurnum in centum annis mouetur retrò ab occidente ad orientem vno gradu: cum ergo orbis trecentos sexaginta gradus contineat, sit vt triginta sex millibus annorum toto circulo peracto orbis ad idem punctū redeat. Ad quem circulum sunt qui dicant, alludere illud Ecclesiastes. 1. Quid est quod fuit? Ipsam quod futurum est. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere. Ecce hoc recens est: iam enim præcessit in seculis, quæ fuerunt ante nos. ¶ Illam verò circuitus opinionem Augu. ibidē ex sacris literis condēnat: nam secundum illā, non solum mortui resurgent, verum iterū atq; iterū occident & orientur: & tamen Paul. Ro. 6. ait, q Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur: id est, nunq; amplius morietur: nam semel tantum mortuus est: quare. 1. ad Tessal. 4. idem de nobis asserit: scilicet, q postq resurrexerimus, semper cum Dño erimus. Et Psalm. 111. Tu domine seruabis nos & custodies nos à generatione hac in æternum. Illa enim rerum volumina veræ foelicitati aduersantur, quippe quæ in sempiterna tutaque & immutabili requie consistit. Illi ergo sunt, quos illic subnotauit David dicens, In circuitu impij ambulantes. Et verbum Ecclesiastes non intelligitur de rerum circuitu quantum ad numerum, sed quantum ad speciem: scilicet, quod vbi alij moriuntur, alij eiusdem speciei generantur, & post quā sol occidit, iterū exoritur, & post aquas fluminum, quæ in mare elabuntur, similes ex fontibus emanāt, quasi ex eodē mari recurrentes. Quāuis alij, vt, ait, ibidem Augu. ad prædestinationem verba illa spectare autem, in qua vtiq; prædestinatione nihil est nouum: quia omnia illic ab æterno sunt præuisa. Accedit cōtra illā opinionem, quod mundus tot millibus annorum nec durauit, nec duraturus est. ¶ At verò & præter orthodoxā fidem rationibus quoq; naturalibus illa exploditur voluminū secta. Nam primū vt Thebit cōtra Ptolomæū demonstrabit, octaua sphaera stellata non est

Eccles. 1.

Augu. 12. de ciuit. Dei. cap. 13.

Psalm. 111.

Ecclesiastes auctoritas declaratur.

August.

1. Opinio exploditur

Ratio. 1.

nō est primū mobile, sed nona superior: quare illa est, quæ illo motu gradationis mutatur. Et ideo quauis illa possit illo annorum curriculo ad idem punctū redire, tamen octaua sphaera, quæ ratione solis & stellarum in ea fixarū quam plurimū ad generationem horum inferiorum influit, nō erit in eodem puncto, imō nec orbis planetarum, quorum aspectus multum etiam ad id conferunt. Quocirca ex solo recurso primi mobilis ad idem punctum non sequitur effectus eodē reditum iri.

Ratio. 2. ¶ Imō quod præ omnibus vrgentius est argumētum. Ad hoc quōd idem numero effectus redeant, non sufficit eadem causa efficiens & materia, sed exigūtur eadem indiuiduales conditiones, vt hic & nūc: & tamen idem tempus redire non potest.

2. Opinio. ¶ Hac ergo opinione reiecta secūda est in alio extremo: scilicet, quōd corruptum nō potest per naturam idem numero redire. Hanc verō

Scoti opin.

1. Argum. Scotus non approbat, imō tenet tāquam probabiliorē affirmatiuā, quæ fuit etiam opinio Ricardi præsentis distinct. quæst. 1. Quibus patrocinari apparet Philosophus. autoritate in primo argumento inducta. 8. Metaphysico. cap. 4. vbi dicere censetur, quōd si materia eadem & agens idem sunt, effectus est idem. Et cum post rei corruptionem maneat materia, atq; idem agēs, potest idem effectus iteratō re produci. Videtur præterea. Scotus id sibi sic persuadere, quōd cum sol in acre producat lumen, idemq; per horam conseruet, nil obstat quominus etiam si in media tertia illius horæ esset interruptū, nihilominus idem quod erat in prima, possit manere in parte postrema.

2. Argum. ¶ Sed apparentius eadē opinio sic possit corroborari. Agēs naturale potest aliud sibi simile generare, educendo formam de potētia materia, vt ignis dum generat ignem, & equus dū generat equum: ergo fortiori ratione si materia & forma sint separatē permanētes, poterit illas vnire: difficilius enim apparet, formā, quæ non erat, de potētia materia educere, quam illam, quæ superstes erat, materia vnire.

3. Argum. Authoris. ¶ Et vrgētius de resurrectione hominis arguitur. Homo dum hominem gignit, non animā, quia ad eius productionem non attingit, quippe quam de potētia materia non educit, sed Deus eam creat: ob id ergo solum quōd dispositiones in materiam inducit, dicitur (idē; proprie) hominem gignere: potest autē homo in eadē materiam dispositiones inducere: ergo si tunc Deus animam vel beatam vel dānatam existentem in illam materiā induceret, perinde homo diceretur tunc hominem gignere, ac

4. Argum. de resurrectione. ¶ Et vrgētius de resurrectione hominis arguitur. Homo dum hominem gignit, non animā, quia ad eius productionem non attingit, quippe quam de potētia materia non educit, sed Deus eam creat: ob id ergo solum quōd dispositiones in materiam inducit, dicitur (idē; proprie) hominem gignere: potest autē homo in eadē materiam dispositiones inducere: ergo si tunc Deus animam vel beatam vel dānatam existentem in illam materiā induceret, perinde homo diceretur tunc hominem gignere, ac

si Deus animam tunc nouam in illa materia crearet: si autem produceret animā, quæ erat Ioannis, fieret resurrectio Ioannis: ergo resurrectio est per causas naturales possibilis. At verō neque Scotus concedit, neq; vllus suæ opinionis patronus concedere valet resurrectio nem hominū qualis futura est, per causas posse naturales fieri: quas agens naturale circa materiam corporalem non nisi per motum & de terminato modo agere valet: resurrectio verō, vt dist. sequenti dicturi sumus, futura est subito nullo præuio motu, quo materia disponatur.

¶ His tamen nihil obstantibus statuitur prima conclusio huius articuli. Non solum resurrectio per causas naturales fieri nequit, imō neque quicquam corruptum idem numero redire. Conclusio est S. Thom. quodlib. 4. arti. 5. & lib. 4. contra Gentes cap. 81. & Duradi. dist. præsentis. quæstione. 2. Quinetiam expressē Aristoteles non tantum loco citato in Prædicamentis, vbi ait, A priuatione in habitum impossibilem esse regressum, verum & exprefso. 2. de generatione tex. 70. vbi ait, quōd quæ naturam mobilē eandemq; immortalem obtinent, vt cœlestes orbis, eandem numero per circulationes redeūt. Quorum verō mortalis dissipabilisq; natura est, necesse est, vt eadem specie redeant, nō tamen eadem numero replentur, vt cum ex aqua sit ignis, & rursus ex igne aqua. Quo loco legitimi omnes interpretes eadē cōclusionem concordēs confitētur.

¶ At quia rationes adducūtur diuersæ, omnium fundamentum est hoc. In quacunq; re est cōsiderare & rationem speciei & rationem indiuidui, & vtriusq; est assignanda naturalis causa: & quidem speciei causa est similitudo: causa enim cur producat ignis & non aqua, est quia sit ab igne, & vnum quodq; producit sibi simile: eadem est ratio cur homo ab homine & equus ab equo & non aliud animal progignatur: causam verō cur non hic ignis hunc producat ignem, & non aliū, quem fortē producat cras, aut hunc numero gradum caloris, & non alium equalem, aut cur applicata aqua hunc gradum frigoris potius quam alium corrumpat, pleriq; nominalium non aliam reddunt, quam quod Deus sic vult: imō hoc tanq̄ optimum argumentum vsurpant ad probandū Deū esse: quia in his naturalibus operationibus semper miscetur aliquid supranaturale. Alij dicūt provenire ex cœlesti cōstellatione occulta. Sed certē responsa hæc non sunt Physica, sed eorum, qui medullas naturæ non penitus inspicunt. Deus enim dum cum agentibus naturalibus concurrat, quæ ex necessitate agunt,

Opinio Henr. 74.

1. Conclus.

Patroni cōclusio. Aristot.

Fundament. cōclusio.

Nota.

Sententia authoris.

te agunt, non concurrat nisi generali influentia, qua cum natura, dum illam condidit, concurrere pepigit, sed finit vnumquodq; agere, vt sua fert natura. Constellatio vero cœlestis non agit nisi naturaliter secundum determinationem causarum inferiorum. Igitur sicut datur causa cur res huius speciei producat, & non alterius, ita reddenda est causa naturalis in his inferioribus, cur hoc nunc producat & nō aliud numero differens eiusdem speciei. Et certē causam hanc philosophi non aliunde, quam ex conditionibus indiuidualibus piscari potuerunt. Producitur enim hoc numero nunc & non aliud, non alia de causa, nisi quia ista singulari actione producit quæ ad hunc terminum ex natura sua destinata est. Indiuiduatur autem (vt sic cum Philosophis loquamur) hæc productio, quia sit in hac materia in hoc loco & hoc tempore. Et quia istæ conditiones, potissimè tempus & interruptus motus iterum redire nequit, neque verō idem temporis momentum antea esse potuit, sit vt agens naturale hunc effectum nō potuerit antea producere nec possit postea, neque modo possit eiusdem speciei alium, quam istum. Et hæc est causa, cur nequeat equus eūdem filiū, quem antea genuit, rursus gignere, siue corruptus fuerit, siue superstes sit, neque eadem arbor eandem numero fructum bis: neq; vlla causa (vt summam dicamus) eundem effectū. Et quoniam Deus ex his secūdis causis in agēdo non pendet, neque ab istis conditionibus temporis & loci, & motus potest id, quod corruptum est, imō etiam si annihilatū fuerit, in alio tempore reproducere, vt distinctione sequenti latius ostēdemus. Et certē hæc ratio penitus inspecta satisfacit, præterea nulla.

Causa unde

Nota.

Solutio. ar.

Solutio.

Sensus cōclusionis.

Solu. 1. ar.

quæstionis propositū responderetur, quōd Philosophus illic solum ait, quōd si materia est diuersa & agens diuersum, effectus est diuersus, vt ex lana non fit ferrus: sed ex ferro, & pictor non extruit gladium, sed faber. Non tamen infert quōd si materia est eadem, & agens idem, effectus sit idem. Quauis id de identitate, vt aiunt, specifica affirmandum infinuet: nam si materia est eadem & agens idem, producēt effectum eiusdem speciei. Sed tamen ad producendum eundem effectum numero, id non sufficit, sed præterea exigitur, vt actio quoque & motus sit idem, quod vtiq; fieri nisi in eodem loco & tempore non potest.

¶ Quod si redarguas. Nūquid duo agentia eodem loco & tempore eadem materia applicari possunt? tunc ergo duorum agentium duæ erunt actiones, & tamen sequitur idem effectus: nēpe, idem calor si duo applicentur ignes. Respondeatur, quōd duo agentia possunt applicari per modum vnus, & sic poterunt producere vnū intensiorē effectum, sicut si essent vnū virtuosius: & sic duæ candleæ producunt vnū lumen intensius. Illud tamen lumen non possent alio loco & tempore producere. Applicari autem duo agentia eiusdem speciei eadem materia eodem loco & tempore & per modum plurimū, certē non possunt, vt duos eiusdem speciei in eodem subiecto, eodē momento inducant. Nisi teneatur opinio dicentium intensiorem fieri per additionem gradus ad gradum: nam tū vnus gradus produceretur ab vno agente, atque alter ab altero, & sic erūt duæ actiones & duo effectus.

¶ Ad aliud autem argumentum, quod nos fecimus responderetur, agens naturale nullā posse producere formam, nisi eam educēdo de potētia materia. Nō loquimur de lumine, quod in hoc habet imaginē spiritualis formæ, quod nequaquam educitur de potētia aeris. Et ideo quauis forma equi aut plantæ esset diuinitus per se separata, non possit naturale agens illam vnire materia: quia non potest equus aut planta producere formam nisi ex semine, in cuius virtute manet forma, quæ inde educitur.

¶ Ad aliud verō quōd maiore habet apparentiam de homine responderetur quōd neque homo naturaliter potest produci nisi per semē, in cuius virtute licet non lateat animæ de eius potētia educatur, latent nihilominus dispositiones organici corporis, quas naturaliter cōsequitur inductio animæ in eandem materiam. Et ad has dispositiones singulares & indiuiduas subsequitur inductio huius animæ

Obiectio.

Dilutio.

Opinio quorundam.

Solu. 3. ar. authoris.

Solu. 4. ar.

singularis. Quare si Deus aliam formam induceret, non diceretur ille homo gigni ab illo homine, qui inducit dispositiones. Cum ergo Petrus postquam genuit Paulum nequeat iterum idem semen eademque dispositiones reproducere, nequit iterum progignere Paulum. Imò si alio semine alijque dispositionibus numero productis eandem animam Pauli Deus illi infunderet, miraculum esset: quare non diceretur ille homo productus per naturam, imò fortasse non esset ille homo idem Paulus.

Solut. arg. Scoti. ¶ Ad aliud argumentum Scoti negatur, quòd interruptio motus non sit necessaria causa ut alius sit motus, atque adeò alius effectus. Ait enim Philosophus. 5. Physicorù tex. 39. quòd vnitas motus ex cõtinuatione pendet: est enim vnus motus qui non interrumpitur. Si ergo sol in aula lumen certum producat, quandiu continua actione illud conferuat, est idem lumen; si tamen actio clausa fenestra interrumpatur, certè postea iterum aperta, noua erit luminis productio, atque adeò nouus radius.

¶ Ecce ergo causam cur non possit idem per naturam reproduci: quia eandem actionem & motum iterari non est possibile propter causam allegatam.

Dubium. ¶ Restat hic tamen dubium, vtrum, quacumque rem cuiuscumque generis Deus possit iteratò producere. Huius autem dubitationis solutio ad initium proximè distinet. spectat, vbi disputabitur, vtrum idem profusus homo, qui per mortem cecidit, in eodemque corpore sit resurrecturus.

¶ Hinc ergo gradum ad secundum membrum quæstionis faciamus in initio propositæ, vtrum scilicet, resurrectio, que futura est, sit dicenda naturalis. Ad quod per secundam conclusionem respondetur.

2. Conclusio. Resurrectio corporum non est simpliciter naturalis sentenda, imò simpliciter loquendo erit miraculosa, sed secundum quid: hoc est, diminutè & moderamine quodam erit naturalis. Probatur conclusio facillimè.

Ratio cõcl. Naturale enim dicitur quippiam, aut ratione principij agentis, aut ratione termini, qui producit, aut ratione vtriusque. Contingit ergo aliquem motum esse vtrique ratione naturalem, quia, scilicet, & principium & terminus sunt à natura, vt descensus rei grauis deorsum, & generatio ignis & animalium atque platarum: & talis motus dicitur simpliciter naturalis. Contingit autem vtrumque esse aut supra aut præter naturam, vt glorificatio corporum in æterna beatitudine, que ideo simpliciter dicitur & est supranaturalis: & projectio rei grauis sursum, vbi principium & terminus est præter naturam grauis: & ideo motus ille simpliciter est

violentus. Potest tertio modo motus ratione termini esse naturalis, quia conueniens rei naturæ: principium verò non nisi aut supranaturale, aut ab arte, vt illuminatio cæci, que Christus sanauit, & præmaturatio fructuum per artem. In his enim terminus est naturalis, non tamen principia. Econuerso verò vt principium sit naturale, & terminus non sit naturalis, fieri non potest: quia cum natura agat determinato modo, nequeunt principia naturalia effectus nisi naturales proferre. Imò monstrum in natura humana, quanuis respectu humani seminis sit præter naturam: hoc est, præter intentionem agentis, tamen respectu aliarum causarum, quæ illam intentionem impediunt, est naturale. Resurrectio ergo corporum respectu principij actiui supranaturalis est, vt hætenus est conclusum, sed potest dici quodammodo naturalis, ratiò termini: quia naturale est animam vniri corpori, & corpus per animam viuere, sed tamen simpliciter non potest dici naturalis, sed supranaturalis & miraculosa: primum, quia denominatio fit ab agente, quod præstantius est quam materia & subiectum. Secundò, quia etiam illa potentia passiuæ, que est in materia ad formam non dicitur naturalis, nisi respectu agentis naturalis, cui est obediens: & tamen materia non est in potentia naturali ad eandem formam numero, quam perdidit, postquam per naturam non potest eandem formam numero suscipere, neque eandem dispositiones organicas humani corporis ad eandem animam idoneas. Et ideo magis dicitur obedientia supranaturalis: scilicet, ad diuinam recipiendam actionem. Præterquam quòd terminus ipse: nempe, vita animæ in corpore glorioso, non est naturalis, sed supranaturalis: neque verò vita animæ damnatæ in corpore, quippe quod non viuunt per alimenta, imò vita illa potius mors quædam est.

¶ Et per hæc secundum etiam argumentum dilutum restat. ¶ Ad tertium tandem quæstionis membrum, conclusione tertia facillimè respondetur. Finalis resurrectio futura nequit rationibus naturalibus probari, imò nec persuaderi: sed tamen potest aliquibus naturalibus similitudinibus declarari, & ostendi non esse impossibile. Probatur prima pars. Sicut res se habet ad esse, vt ait, Philosophus, sic ad cognoscendum illa verò que sunt supranaturalia ex principijs naturæ fieri non possunt: ergo nec per eadem principia possunt eatenus cognosci, vt demonstrantur aut sufficièter probentur: resurrectio verò est supranaturalis: ergo non potest illo pacto cognosci. Quod autem similitudinibus & exem-

Tertius modus.

Resurrectio est supranaturalis.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

3. Conclusio

Ratio primæ partis.

Probatur similitudinibus naturalibus.

& exemplis ad eius cognitionem deducamus, saltem ad ostendendum non esse impossibilem probat Apostolus, & secundum eum Gregorius & lib. 2. de sacramen. Hugo cap. 13. Sicut enim granum cadens in terram, vt ait, in euangelio Christus, nisi mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, fert fructum, ita ait, Paul. q. homines seminati in corruptione & in ignobilitate, resurgēt in incorruptione & nobilitate: quicquid enim Deus pro causas secundas potest, id potest se solo. Ratio verò non demonstrat, quia granum mortuum non idem numero, sed specie resurgit, sed tamen sunt quædam quodammodo naturalia exemplaria rei supranaturalis. Vt occasus solis & ortus, exsiccatio plantæ & eius repullulatio, somnus & à somno expergisci, atque id genus alia.

Nota. Contra primam partem.

¶ Aliter tamen priorem partem conclusionis impugnare possumus. Desiderium naturale non potest esse frustra: anima autem habet desiderium naturale ad corpus, & naturali ratione probatur esse perpetua: ergo naturali ratione concluditur corpori aliquando restituentum. Respondere tamen posset Philosophus, quòd quanuis habeat naturalem inclinationem ad corpus, illam tamen satiat dum in ipsum infunditur, at verò quia postquam ipsum exiit non potest ad ipsum naturaliter redire, quod naturalis ratio, vt diximus, demonstrat, dicitur in lumine naturali quòd nihil illius inclinationis sit ei reliquum. Quemadmodum proximè & de corpore diximus, quia non potest animam naturaliter suscipere, non ei proprie inest inclinatio ad ipsam. At verò potius est per discrimen animæ & corporis respondendum, quòd cum corpus abeunte anima corrumpatur, non permanet in eo inclinatio naturalis ad animam, anima verò, quia eadem permanet eandem retinet inclinationem ad corpus. Sed tamen in de non colligitur naturale argumentum resurrectionis, responderet enim naturalis Philosophus, quòd illa inclinatio per contemplationem substantiarum separatarum fatiatur.

Solutio. 1.

1. Argum.

¶ Sed aliter cum Augustino lib. 3. de Trinitate cap. 8. arguitur. Non solum anima, verum & homo ipse naturale habet beatitudinis desiderium: omnes enim beati esse volunt: cognoscitur autem naturaliter beatitudinem hominis in hac vita non esse perfectam, quando quidem nulla re in hoc seculo obtenta quiescit, sed semper ad aliud anhelat: ergo quo appetitu homines cupiunt esse beati, cupiunt esse immortales. Qua utique de causa sub mortis articulo tristatur: nempe, quia sua beatitudine expoliari se cer-

nat, unde illo verbo Paul. 2. Corinthi. 5. Nolumus expoliari, sed supernelestiri, desiderium naturale designat: nulli enim siue iusti siue iniusti sunt, qui non semper esse optent, & in hoc arbitrantur suam beatitudinem consistere. Notum autem est lumine naturali desiderium naturæ, saltem totius speciei, non esse frustra: ergo eodem lumine colligitur, homines immortalitati esse perenniter futururos, atque adeo resurrectionem fore.

Obiectio.

¶ Ad hoc respondetur, argumentum profectò in lumine naturali id concludere, vt supra diximus, quòd sit in nobis quippiam immortalitatis capax: nempe, anima. Inde enim Philosophus naturalis responderet, insatiabilia hæc desideria immortalitatis obuenire: anima enim est per quam desideramus, atque adeò secundum illam satis arbitraretur naturalis Philosophus, vt sempiterna foelicitate potiremur. Et hæc est responsio Augustini ibidem capit. 6. vbi ait, quòd hæc humanis argumentationis inuenire conantes vix pauci magno prædij ingenio abundantes otio doctrinisque subtilissimis eruditi ad indagandam solius animæ immortalitatem peruenire potuerunt. Hætenus ille. De corporibus autem, quæ obnoxia esse corruptioni conspiciunt, nequeunt Philosophi eo assurgere, vt intelligant, dotes, susceptum ire, quibus fiat perpetua: quoniam gloria, unde dotes illæ dimanant, supranaturalis est. Perpetuitatem verò speciei humanæ per contine-tem indiuiduorum successione in eadem specie, seruari satis autumant. Ob idque resurrectionem, quos fides non docet, fabulam putant.

Dilutio.

Solutio. Augusti.

Actum. 17.

Actum. 26.

ARTICVLVS IIII.

Utrum diuina Christi resurrectio nostræ sit resurrectionis causa.

Quoniam definitum est, quòd resurrectio non naturalis, sed supra naturalis sit habitura causam: nempe, Dei, que ritur, vtrum resurrectio Christi secundum carnem sit etiã eiusdem resurrectionis causa. Et arguitur

Partis ne- arguitur à parte negatiua . Posita vera causa
gatiue ar- ponitur effectus:posita autem resurrectione
gum. 1. Christi nondum subsequuta est hominum re-
surrectio:ergo illa non est causa.

2. Argum. ¶ Secundò.Effectus esse non potest nisi causa
precefferit: potuit autem resurrectio fieri etiã
si Christus carnem nõ assumpisset:nam vt. 3.
de Trinitate cap. 10. autor est Augustinus, nõ
defuit Deo modus alius possibilis remittendi
scelera nostra:ergo resurrectio Christi nõ fuit
causa.

3. Argum. ¶ Tertio.Eiusdem rei non opus est esse plures
causas eiusdem generis:sed resurrectionis cau-
sa potissima est Deus, cuius instrumentum ad
excitandos mortuos futura est tuba , & tãquã
ministri resurrectionis erũt angeli iuxta illud
1. ad Thessalonice. 4. Ipse Dominus in iussu &
in voce archangeli & in tuba Dei descēdet de
cælo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent
primi &c. vbi Christus non videtur describi
tanquam resurrectionis autor, sed virtus & tu-
ba Dei & vox archãgeli. Ergo eius resurrectio,
non est nostræ futura causa.

Pars affir- ¶ In contrarium est, quod primũ in vno quo
matia. que genere, vt. 2. Metaphysic. cap. 1. autor est
Philosophus , omnium eiusdem generis causa
est, vt ignis omnium calidorum:Christus autẽ
fuit resurgentium primus, iuxta illud Paul. 1.
Corinth. 15. Christus resurrexit à mortuis pri-
mitiæ dormientiũ. Quam ob rem vocatur pri-
mogenitus mortuorũ: id est, primus qui resur-
rexit: ergo eius resurrectio causa est nostræ.

1. Cõclusi. ¶ Ad quæstionem quatuor conculsionibus re-
spondetur. Prima. Quauis gratiæ & gloriæ
nostræ atque omnium, quæ ad nostram salu-
tem pertinent, Deus suapte autoritate sit pri-
ma causa, nihilominus Christus quatenus Re-
demptor, est eorundem beneficiorũ etiã causa
per potestatem sibi diuinitus collatam. Cõclu-
sio est compertissima. Prior, scilicet, pars, secũ-
dum illud Theologorum axiomã, Opera Tri-
nitatis indiuisa sunt à dextra: hoc est, omnia à
Deo quatenus vnus est, in tribus personis pro-
cedunt. Quare & ipsius Christi incarnationis
Deus fuit causa, atque adeo omniũ beneficiorũ,
quæ inde nobis largissimẽ prouenerunt.

Prima pars Posterior etiam pars inde colligitur, quod cũ
ipse in quantum Deus & homo nostram fuerit
redemptionem operatus, inde constat Re-
gem fuisse regni cœlorum: hoc est, iure, sibi cõ-
peterationem nostrarũ actionum exigere,
præmiaque & supplicia decernere, iuxta illud
Ioan. 5. Omne iudiciũ dedit pater filio: De-
dit enim ei iudiciũ facere , quia filius hominis
est. Et Matt. 18. Data est mihi omnis potestas

Ioan. 5. & glo-

in cælo & in terra. Ob idq;, vt ait Paulus. 1. ad
Timotheum. 2. vnicus est mediator Dei &
hominum. Medius quippe vtriusq; extremi
particeps esse debet. Etenim neq; qui tam hu-
milis esset sortis, vt nullum haberet ad regem
accessum, neq; qui tam sublimis esset, vt cum
eo populus conuersari nõ posset, inter Regem
& populum mediator esse valeret, Christus au-
tem Deus & homo ex vno habet accessum ad
patrem, & ex altero vt delicias ducit esse cum
filijs hominum. Ob idq; & tanquam aduoca-
tus noster & internuncius apud Deũ, tum no-
stra sacrificia ei offert, tum vicissim & sua no-
bis confert beneficia. Vnde idem Apostolus
ad Ephes. 4. Ascendens inquit, Christus in
altum captiuam duxit captiuitatem, dedit do-
na hominibus. Et Ioan. 1. Vidimus illum (scili-
cet, verbum) plenum gratiæ & veritatis, & de
plenitudine eius nos omnes accepimus. Non
nos pleni, vt ipse plenus, quemadmodum per
diti hæretici dogmatizant dicentes, suam ius-
titiam perinde nobis imputari acsi nos ipsi
fuissemus passivi, ita vt nulla amplius satisfactio
ne indigeamus, imò qd ad æqualem eandemq;
cum sua sanctitatem sumus per ipsum promo-
ti. Sed ipse plenus tanquam vnigenitus Dei fi-
lius naturalis, cui non ad mensuram data sunt
dona. Nos verò tanquam eiusdem patris filij
adoptiui secundum mensurã donationis Chri-
sti, vt ad Ephes. 4. ait, Paul. accepimus de pleni-
tudine eius: scilicet, quatenus per sacramenta
aut per nostras actiones fauore eius præuētas,
accipimus gratiam pro gratia: quia nulla ius-
titia nostra suam antecedit gratiam: nam in
hoc est charitas, vt, ait, Ioan. non quasi nos di-
lexerimus Deum (scilicet, prius) sed quia ipse
prior dilexit nos. Et ideo quicquid nobis dat,
gratis dat, & quauis vnũ pro alio, tamen vtrũ
que gratis. Dedit enim legem antiquam gra-
tis, quæ ideo gratia erat, sed non erat nisi vni-
bra veritatis nouæ legis, neque ex se iustifica-
re poterat. Pro illa ergo gratia dedit aliã: scili-
cet, legem euangelicã, quæ veritas est, & per sa-
cramenta iustificat. Quocirca subdit, Lex per
Moysem data est, gratia & veritas per Iesum
Christum facta est. Item dedit nobis vnigeni-
tam suam in carne plenum gratiæ & veritatis,
quæ fuit nobis donorum gratiarũque summa,
& per ipsum nobis confert iustificantem gra-
tiam. Rursus pro hac iustificãte gratia, quæ est
acceptatio ad gloriã, collaturus est nobis glo-
riam, quæ est consummata gratia. Accepimus
ergo de eius plenitudine gratiam pro gratia:
scilicet, legem pro lege, nouã pro veteri, ius-
titiam pro iustitia: scilicet, nostram per suam:

1. ad Timo-
theum.

Ad Ephes-
stos cap. 4.
Ioan. 1.

1. Ioan. 4.

& gloriã tãdem pro nostra iustitia quæ pro-
cedit ex sua gratia: hoc est, præmium suũ pro
merito nostro, quod in sua virtute nititur. Vi-
de quantum Deo Christo debeat humanum
genus.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Resurrectio Christi fuit
futuraq; est causa resurrectionis nostræ. Pro-
batur. Quoniam licet, vt dictum est, Christus
fuerit autor, beneficiorum omnium salutis no-
stræ, tamen diuersa eius opera ad diuersa bene-
ficia appositisimẽ coaptatur: & ideo sicut per
passionem causa fuit redemptionis nostræ &
liberationis ab spiritali morte peccati, ita &
per resurrectionẽ causa fuit resurrectionis no-
stræ ad vitam perpetuam, etiã corporalem. Id
quod sapientissimẽ Paulus ad Rom. 4. illo ver-
bo insinuauit. Qui traditus est propter delicta
nostra, & resurrexit propter iustificationem
nostram. Nã quia in iustificatione duplex est
terminus: scilicet, à quo, qui est peccatũ, & ad
quem, qui est in nouatio vitæ, per mortẽ & re-
surrectionem Christus mysterium redemptio-
nis perfecit, quia moriẽdo extinxit nostra pec-
cata, & resurgẽdo cõtulit nobis ius eternæ vitæ.

Ratio.

In iustificã-
tione duplex
terminus.

Paulus.

Pan. Heb. 9

1. Cor. 15

¶ Et ideo ad Romanos. 6. Si mortui, inquit, su-
mus cum Christo (scilicet, per baptismum) cre-
dimus, quòd simul etiã viuemus cum Christo,
scientes, quòd resurgens à mortuis iam nõ mo-
ritur, mors illi vltra non dominabitur: quòd
enim mortuus est peccato, mortuus est semel
quod autem viuuit, viuuit Deo. Ita & vos existi-
mate, vos mortuos esse peccato, viuentes autẽ
Deo in Christo Iesu. Quasi dicat sicut Christũ
neccesse fait à vita mortali pro originali culpa
nostra semel mori, vt subinde resurgẽs vita di-
uina viueret, neq; mors illi vltra dominaretur
ita & vos mortuos semel peccato in baptismo
oportet diuina vita innocenter viuere, vt non
ampliũ vobis peccatum dominetur. Et eadẽ
ratione quãtum ad vitã corporalem licet opor-
teat vos semel mori (ad Hebrẽos. 9.) resurgetis
tamen in vitã, qua Deo eternũ corpore & ani-
ma per beneficiũ Christi viuatis.

¶ Quapropter idem Apostolus. 1. Corint. 15.
ex resurrectione Christi tãquam ex propria
causa nostram colligit. Si enim, inquit, Chri-
stus prædicatur, quod resurrexit à mortuis,
quomodo quidam dicunt in vobis, quòd resur-
rectio mortuorum nõ est? Si autem resurrectio
mortuorum non est, nec Christus resurrexit.
Arguit à causa ad effectum. Vnde statim sub-
nectit. Si autem Christus nõ resurrexit, inanis
est prædicatio nostra: quare si in hac vita tan-
tum sperãtes sumus, miserabiliores sumus om-
nibus hominibus. Nunc autem Christus resur-

rexit à mortuis primitiæ dormitiũ: quoniã
per hominem mors, & per hominem resurre-
ctio mortuorum. Vbi antidotum depingit sa-
lutis nostræ, quòd sicut Adam initiũ fuit mor-
tis viuorum, ita & Christus resurrectionis mor-
tuorum.

¶ Est tamen dubium quomodo sit causa, vtrũ
scilicet, efficiens, an verò formalis aut finalis.
Respondetur, diuersimodẽ consideratam di-
uersimodẽ concurrere. Si enim Christum me-
diteris quatenus Deum, tunc prima est causa
efficiens nostræ resurrectionis per suam infini-
tam virtutem. Sed tunc est causa æquiocacid
est, altioris rationis & generis, sicut est causa
cæterarum rerum creatarum. Si verò confide-
retur ceu Deus humanitati coniunctus, in qua
resurrexit, tunc est causa proxima per virtutẽ
diuinitus susceptam, & vnioca: scilicet, eiusdẽ
rationis cum nostra resurrectione, vt ipse Ioã.
5. testatur dicens. Sicut pater fuscit mortuos
& viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Vn

de quia causa efficiens vnioca producit effe-
ctum sibi similem, vt ignis ignem, est etiã cau-
sa formalis: putã, exemplaris: quia corpora no-
stra instar sui corporis fuscitanda sunt, & doti-
bus similibus dotanda, iuxta verbum Pauli ad
Philippen. 3. Saluatorem expectamus Domi-
num nostrum Iesum Christum, qui reforma-
bit corpus humilitatis nostræ configuratum
corpori claritatis suæ. Quod verbum ecclesia
in die Trãfigurationis canit, propterea quòd
illic Dominus & viuus & defuncto Moysi &
seruato Eliã ostendit, quemadmodum ad eius
exemplum debeant omnes resurgere. Est nan-
que ipse caput nostrum, nos vero eius mēbra,
& ideo omnia eius dona in nos redundãt; quẽ
admodum vt est in psalmo, Vnguentũ in capi-
te quod redundabat in barbã Aaron, & vs-
que ad oras vestimenti eius. Vnde Paul. Hebr.
2. Deus, qui diues est in misericordia propter
nimiam charitatem, qua dilexit nos: cum esse-
mus mortui peccato, conuiuificauit nos Chri-
sto, cuius gratia estis saluati, & cõresuscitauit,
& cõfedere fecit in cœlestibus.

¶ Quod si rursus sciscitando instes, vtrũ hu-
manitas ipsa sit aliquo modo causa efficiens
nostræ resurrectionis? Respondetur, quod si
de causa agenti & principali perconteris, non
est nisi virtus Christi ei diuinitus imperita.
Eadem enim quæ fuit causa resurrectionis suæ
erit & nostræ: & clarum est, quòd humani-
tas, quæ in triduo non habuit partes coniun-
ctas, non fuit causa suæ resurrectionis, sed di-
uina virtus Christo communicata, qui & ani-
mam habebat diuinitati coniunctam & si-
mul

Resurre-
ctio Christi
quomodo
sit causa nõ
stræ.

Resurre-
ctio Chri-
sti est causa
formalis.

Dubium.
Solutio.

mul corpus: quare eadem virtute eadem partes coagmentavit, & eadem virtute nos quoque resuscitabit. Et hoc est quod, ait, ad Ro. 7. Paul.

Paul. Ro. 7 Qui suscitavit Christum à mortuis vivificabit vitalia corpora nostra. Si verò de causa instrumēti fiat sermo, resurrectio ipsa Christi: hoc est cōiunctio corporis & animę suę est instrumētum cōiunctum eius divinitati, quo mediante nostrę resurrectionis erit causa. Quemadmodum, ut lib. 3. cap. 15. ait Damascenus, tactu corporali mundavit leprosum, & linitione oculos aperuit cæco.

Obiectio. Quod si in contrariū arguas. Eadem esse debet causa omnium, quę sunt eiusdem speciei: humanitas autē nō fuit causa resurrectionis Christi, eò quod anima erat tunc à corpore separata: ergoneque nostrę est causa. Respondetur ad maiorem, solum habere verum, quādo omnes illi effectus eundem habēt ordinē ad causam. Et liquidū est, resurrectionem Christi propinquiorē esse virtuti divinitatis, quā nostrę: & ideo per suam propriā virtutē absque alio instrumēto resurrexit: nostram autem resurrectionem mediante sua operaturus est.

Resurrectio Christi an fuerit causa resurrectionis dānatorum? Redarguitur nihilominus, quod saltem eius resurrectio nō fuerit causa resurrectionis dānatorum, quia in effectu quippiam similitudinis causę relinquitur: in dānatis verò nihil fiet reliquum Christo simile: quia nullas obtinebunt aut animę, aut corporis dotes. Respondetur verò omnium fore uniusfalem causam. Dānati enim assimilabuntur ei in natura humanitatis: quia integram, ut ipse, recipient, nō tamen in gratia filiorum Dei, sed resurgent, ut executio in eis iustitię fiat, secundum corpus & animam.

Solutio. Ad primum igitur argumentum respondetur, quod posita causa naturali, quę se sola sine aliorum ordine operatur, extemplo, subsequitur effectus, ut presente sole illico fit illuminatio: illa tamē quę ordine agit, aut mediāte alia causa non protinus totum effectū profert, sed per ordinem applicata. Ignis enim, qui est causa caloris, nō illico totum in passum infulvit, sed incipit paulatim illum effundere, imò nisi passum ei admoveatur, non agit. Resurrectio autem est causa non immediata, sed mediante divina virtute, quę per divinā suam voluntatem, secundum ordinem suę sapientię applicabit, tempore, scilicet, per eādē sapientiam decreto. Quare protinus resurgente Christo multa corpora sanctorum resurrexerunt: nam etsi dū expiravit, Matthæus referat, multa monumenta aperta fuisse, & multa corpora sanctorum, qui dormierunt, resurrexisse, subdit tamen, quod

Christus prior ceteris resurrexit.

resurgētes de monumentis post resurrectionē eius venerunt in sanctam civitatem, ut ostēderet prius ipsum, quā illos resurrexisse ut art. 1. quęstionis sequentis explicatius dicemus. Ob idque illi testes perinde facti sunt resurrectionis dñice, ut effectus causę presentiam contestari solet: sic enim per fumū cognoscimus ignem.

Ad secundum verò respondetur, Deū aliter, ut, ait, Aug. salutem nostram operari potuisse. ignoscēdo, scilicet, nobis absque perfecta satisfactione Christi per eius mortē. Et tūc etiā resuscitasset nos absque eius resurrectione. Sed tñ quia iustitia Dei perfectā illā satisfactionē per Christū exigebat, sicut nō sanavit animas nostras nisi per passionē Christi, ita corpora nostra nō nisi per eius resurrectionem reparabit.

Tertium verò argumentum aliud exposcit explorandum: nempe, an aliqua sint illic futura Dei instrumēta: videlicet, vocem, aliaue angelorum ministeria. Nam ex vna parte videtur superflua, cum Deus ipse se solo facere possit, iuxta verbū Damasceni lib. 4. ca. 28. Crede resurrectionem futuram divina voluntate, virtute & nutu: sed nihilominus Paulus & vocis Dei & archangeli meminit & tubę.

Sit ergo tertia conclusio. Signū aliquod dabitur in iudicio presentię Christi ad iudicium aduentantis. Probatur. Christus, ut dictum est, per suam resurrectionē est causa uniuersalis: hoc est, eiusdem rationis cum nostrā, causa autem huiusmodi nō operatur, ut. 7. Philic. ait, Philo sophus, nisi per suā presentiam applicata: cū ergo Christus in carne sit appariturus ante quē mortui omnes sint conuenturi, necesse est signū aliquod sensibile aduentantis ipsius adesse: quod utique, signum, vocem Paulus loco citato appellat & tubam.

Haud tñ inter interpretes satis cōuenit, utrū in sensu literali vox vera sit intonanda, canēdaque; tuba humano auditu perceptibilis, an verò sola illa apparētia Christi, qui sua claritate resulget, per metaphoram, ut sermo humano mori accomodetur, vox dicatur & tuba, Sūt enim quibus per metaphoram dictum placet. Ut enim legitur Matth. 24. Sicut fulgur, quod venit ab oriente & apparet in occidente, ita erit aduentus filij hominis. Sicut ergo repentinus ille fulgoris splendor citissimo fulguri assimilatur, ita & apparitio ipsa iudicis aiunt, nomine vocis exprimitur, eò quod tota hominū corporalis natura illi obediat, & illius nutu omnia recepto spiritu vitę pręsto erūt. Et huic opinioni patrocinari videtur Gregorius dicens, quod tubam sonare, nihil aliud est quā mundo filium Dei ut iudicem demonstrare.

Atque

Solu. 2. ar.

In die iudicij an aliquid sit futuræ uocis.

3. Conclusio

Ratio.

Tuba materialis an tunc canenda sit.

Opinio quorundam.

Gregorius Tubam canere quid.

Atque hęc opinionem, quippe quam secundo loco recitat, gratius videtur D. Thom. adnuere. At verò in Quarto non perinde, ac in summa exactē res limabat, sed crebrò aliorū scita referebat. Minimè ergo ambigendū est quominus præter iudicis presentiam sensibile aliquod signum presentis iudicis sit affaturum: nā presentia ipsa nō est signum, sed res significata. Si ergo erit seu tonitruus, seu alius clāgor, qui ad similitudinē tubę exprimitur. Vnde il lud Job. 26. Quis poterit tonitrū magnitudinis eius intueri: exponēs Greg. ait, quod quem Iob tonitruum, Sophonias tubā appellauit capi. 1. ubi ait, Dies illa, dies irę &c. dies tubę & clāgoris.

Accedit, quod cū iudiciū sensibilibiter faciendū sit: nempe, oculis & auribus sit percipiendum, eò quod Christus in carne tanquā Redēptor sit iudex vēturus, quā simillimū verò est aliquo sensibilibi sonitu eūdem iudicē excitatos mortuos ad iudicium euocaturū. Ait enim Paul. quod Dominus ueniet in iussu Dei: nā iudicis est iubere, ut qui sententię audituri sunt, in suo tribunali stantur. Ob idque vera quicquid sit de tuba, vocem tamen certius credendū est tūc proferendā. Nam quanuis iussus ille potuerit fieri duntaxat intus in mente sine externo sonitu, quē admodū creditur Deus mundū condidisse. Per illud enim Gen. 1. Dixit, fiat lux: & Dixit, fiat firmamentum &c. iussa diuinę mentis designantur. Tamen in finali resurrectione lōgē verò similis est, sonare voce rem peragendā. Quando enim Deus mundū creauit, neque ipse Deus sensibilis erat homo, neque erāt tunc mortales, qui essent eius voces audituri. Christus autem & homo, qui proprio ore fidem nos docuit suā, & legem nobis posuit, credendus est sensibili voce terribile illud conciliū inire.

Vnde Paul. tria subinde conecit dicens. Dominus in iussu, & in voce archangeli, & in tuba Dei descēdet de cælo, quasi iussus voce sit explicandus, & tuba promulgandus. Et accedit præsertim verbum ipsius Christi Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & qui audierint, uiuent, ubi denotatur auditu vocis esse excitandos.

Atque inde etiā ad id arguitur, quod verba sacrę scripturę, quę per proprietatem suauiter exponi possunt, non sunt ad metaphoras releganda. Potuit enim Christus uentis & mari interno nutu imperare, ut quiescerēt tempestatemque sedarent, eò vel maxime quod res illa audiendi sensu nō pollebant: & tamen, ut legitur Matth. 8. non imperauit nisi uoce sensibili, ueluti etiam demonibus ut de corporibus exirent: quā maxima ergo inde sit coniectura

in die iudicij voce quoque; mortuis iussurum, ut resurgētes cōpareant. Præterea arguitur. Illū stupendū aduentum multę circūstantes qualitates faciēt terribilem, ut nigrās aeris imago, & nubium fragor, atque alia: omnium autem horum profectio terribilissima est uiua uox.

Imò hinc maxima cū probabilitate colligitur, uocē illam quasi ore fore articulandam, & humano more fore imperatricem: quandoquidem debeat Dei hominis iussus exprimere. Est autem rei accommodata uox illa, quam Hieronymus in regula monacharū. cap. 30. & alibi sæpē meditatatur, Surgite mortui, uenite ad iudiciū: qua uidelicet, & resurrectio edicitur, & conuentus indicitur.

Vtrum uocē illam Christus ipse ore proprio, uel archangelus à Deo iussus sit prolaturus, nō multū decertarem. Est tamen plausibilis, quod angelus ante faciem iudicis præconium illud sit intonaturus, tum quod sic ait, Paulus, in uoce archangeli, tum quod & ad iudicis maiestatem, eiusque autoritatis amplitudinem plus confert, ut angelus illud ministeriū exhibeat, quemadmodum in presentia Regis præco est qui eius leges & iussa diulgat. Vnde Christus ipse Matth. 24. Mittet, inquit, filius hominis angelos suos cū tuba & uoce magna, & congregabunt electos. &c.

Accedit, quod & in primo misericordię aduentu Ioānes tāquam angelus, ut Esaias fuerat vaticinatus, missus est ante faciē eius, qui præparās uiam eius ante ipsum in clamaret, baptisimum euulgando pœnitentię, quia appropinquabat regnum cœlorum: ex quo sit maxime uerisimile in aduentu ad iudicium etiam angelum concitaturum mortuos.

Sed arguis fortē contra. Vox illa nō poterit à cadaveribus exanimis audiri: erit ergo superuacanea. Negatur utique; antecedens: uox enim cū in aeris uerberatione fiat, eodem aeris impetu percutiēs dormientium aures solet ipsos tam perneciter excitare, ut eādē uocē, qua excitantur, audiant, ita ut præcedens sonitus causa sit expergefactionis, & expergefactio causa auditionis. Ad hunc ergo modū uox illa super naturali Dei uirtute prolata mortua corpora perinde ac si dormirent, excitabit, quā excitati audiēt, & audiētes iussa capelsēt. Quare glossa super illud Psal. 67. Dabit uoci suę uocē uirtutis, ait, id est, uirtutē suscitandi corpora: natura liter nāque; neque; uox angeli id posset efficere. Est enim audiēda nō solū in uniuersa terra & mari ubique; cadauera iacēt, uerū & in inferno, ubi animę detinētur, & in paradiso, ubi Deo fruuntur. Quæ sanē iubebunt corpora resumere sua.

ra in die iudicij voce quoque; mortuis iussurum, ut resurgētes cōpareant. Præterea arguitur. Illū stupendū aduentum multę circūstantes qualitates faciēt terribilem, ut nigrās aeris imago, & nubium fragor, atque alia: omnium autem horum profectio terribilissima est uiua uox.

Imò hinc maxima cū probabilitate colligitur, uocē illam quasi ore fore articulandam, & humano more fore imperatricem: quandoquidem debeat Dei hominis iussus exprimere. Est autem rei accommodata uox illa, quam Hieronymus in regula monacharū. cap. 30. & alibi sæpē meditatatur, Surgite mortui, uenite ad iudiciū: qua uidelicet, & resurrectio edicitur, & conuentus indicitur.

Vtrum uocē illam Christus ipse ore proprio, uel archangelus à Deo iussus sit prolaturus, nō multū decertarem. Est tamen plausibilis, quod angelus ante faciem iudicis præconium illud sit intonaturus, tum quod sic ait, Paulus, in uoce archangeli, tum quod & ad iudicis maiestatem, eiusque autoritatis amplitudinem plus confert, ut angelus illud ministeriū exhibeat, quemadmodum in presentia Regis præco est qui eius leges & iussa diulgat. Vnde Christus ipse Matth. 24. Mittet, inquit, filius hominis angelos suos cū tuba & uoce magna, & congregabunt electos. &c.

Accedit, quod & in primo misericordię aduentu Ioānes tāquam angelus, ut Esaias fuerat vaticinatus, missus est ante faciē eius, qui præparās uiam eius ante ipsum in clamaret, baptisimum euulgando pœnitentię, quia appropinquabat regnum cœlorum: ex quo sit maxime uerisimile in aduentu ad iudicium etiam angelum concitaturum mortuos.

Sed arguis fortē contra. Vox illa nō poterit à cadaveribus exanimis audiri: erit ergo superuacanea. Negatur utique; antecedens: uox enim cū in aeris uerberatione fiat, eodem aeris impetu percutiēs dormientium aures solet ipsos tam perneciter excitare, ut eādē uocē, qua excitantur, audiant, ita ut præcedens sonitus causa sit expergefactionis, & expergefactio causa auditionis. Ad hunc ergo modū uox illa super naturali Dei uirtute prolata mortua corpora perinde ac si dormirent, excitabit, quā excitati audiēt, & audiētes iussa capelsēt. Quare glossa super illud Psal. 67. Dabit uoci suę uocē uirtutis, ait, id est, uirtutē suscitandi corpora: natura liter nāque; neque; uox angeli id posset efficere. Est enim audiēda nō solū in uniuersa terra & mari ubique; cadauera iacēt, uerū & in inferno, ubi animę detinētur, & in paradiso, ubi Deo fruuntur. Quæ sanē iubebunt corpora resumere sua.

Sed arguis fortē contra. Vox illa nō poterit à cadaveribus exanimis audiri: erit ergo superuacanea. Negatur utique; antecedens: uox enim cū in aeris uerberatione fiat, eodem aeris impetu percutiēs dormientium aures solet ipsos tam perneciter excitare, ut eādē uocē, qua excitantur, audiant, ita ut præcedens sonitus causa sit expergefactionis, & expergefactio causa auditionis. Ad hunc ergo modū uox illa super naturali Dei uirtute prolata mortua corpora perinde ac si dormirent, excitabit, quā excitati audiēt, & audiētes iussa capelsēt. Quare glossa super illud Psal. 67. Dabit uoci suę uocē uirtutis, ait, id est, uirtutē suscitandi corpora: natura liter nāque; neque; uox angeli id posset efficere. Est enim audiēda nō solū in uniuersa terra & mari ubique; cadauera iacēt, uerū & in inferno, ubi animę detinētur, & in paradiso, ubi Deo fruuntur. Quæ sanē iubebunt corpora resumere sua.

Sed arguis fortē contra. Vox illa nō poterit à cadaveribus exanimis audiri: erit ergo superuacanea. Negatur utique; antecedens: uox enim cū in aeris uerberatione fiat, eodem aeris impetu percutiēs dormientium aures solet ipsos tam perneciter excitare, ut eādē uocē, qua excitantur, audiant, ita ut præcedens sonitus causa sit expergefactionis, & expergefactio causa auditionis. Ad hunc ergo modū uox illa super naturali Dei uirtute prolata mortua corpora perinde ac si dormirent, excitabit, quā excitati audiēt, & audiētes iussa capelsēt. Quare glossa super illud Psal. 67. Dabit uoci suę uocē uirtutis, ait, id est, uirtutē suscitandi corpora: natura liter nāque; neque; uox angeli id posset efficere. Est enim audiēda nō solū in uniuersa terra & mari ubique; cadauera iacēt, uerū & in inferno, ubi animę detinētur, & in paradiso, ubi Deo fruuntur. Quæ sanē iubebunt corpora resumere sua.

Sed arguis fortē contra. Vox illa nō poterit à cadaveribus exanimis audiri: erit ergo superuacanea. Negatur utique; antecedens: uox enim cū in aeris uerberatione fiat, eodem aeris impetu percutiēs dormientium aures solet ipsos tam perneciter excitare, ut eādē uocē, qua excitantur, audiant, ita ut præcedens sonitus causa sit expergefactionis, & expergefactio causa auditionis. Ad hunc ergo modū uox illa super naturali Dei uirtute prolata mortua corpora perinde ac si dormirent, excitabit, quā excitati audiēt, & audiētes iussa capelsēt. Quare glossa super illud Psal. 67. Dabit uoci suę uocē uirtutis, ait, id est, uirtutē suscitandi corpora: natura liter nāque; neque; uox angeli id posset efficere. Est enim audiēda nō solū in uniuersa terra & mari ubique; cadauera iacēt, uerū & in inferno, ubi animę detinētur, & in paradiso, ubi Deo fruuntur. Quæ sanē iubebunt corpora resumere sua.

Sed arguis fortē contra. Vox illa nō poterit à cadaveribus exanimis audiri: erit ergo superuacanea. Negatur utique; antecedens: uox enim cū in aeris uerberatione fiat, eodem aeris impetu percutiēs dormientium aures solet ipsos tam perneciter excitare, ut eādē uocē, qua excitantur, audiant, ita ut præcedens sonitus causa sit expergefactionis, & expergefactio causa auditionis. Ad hunc ergo modū uox illa super naturali Dei uirtute prolata mortua corpora perinde ac si dormirent, excitabit, quā excitati audiēt, & audiētes iussa capelsēt. Quare glossa super illud Psal. 67. Dabit uoci suę uocē uirtutis, ait, id est, uirtutē suscitandi corpora: natura liter nāque; neque; uox angeli id posset efficere. Est enim audiēda nō solū in uniuersa terra & mari ubique; cadauera iacēt, uerū & in inferno, ubi animę detinētur, & in paradiso, ubi Deo fruuntur. Quæ sanē iubebunt corpora resumere sua.

Ratio. 4.

Vox iudicij

An Christus ore proprio illa uocē prolaturus.

Matth. 24

Esai. 46.

Obiectio.

Dilutio.

Glos. Psal. 67.

San

**Vox indici-
cij virtus.** ¶ Sāctus Tho. & Theologorum plerique vir-
tutem illam virtuti sacramentorū similem au-
tumant: nempe, vt sicut sacramentalia verba,
veluti supra suo loco diximus, non quia audiū-
tur, sed quia proferuntur, instrumentalem ha-
bent gratiam: ita illa vox antequam audiat,ur,
resuscitat mortuos: non tamen est negandum
quin illico audientes ei obtemperent.

**Obiectionis
dilutio** ¶ Et per eādem similitudinē soluitur obiectio
alia fieri solita. Si enim voci illi virtus inest di-
uina, fit vt eidem voci naturalis sit effectus ille
excitandi mortuos: sicut cæcus, qui per mira-
culū suscepit visum, postea naturaliter videt.
Respondetur, inquam, virtutem illam diuinā
non esse qualitatem voci illi inherētem, imō
quemadmodū de sacramentorum virtute dixi-
mus, non est illa virtus nisi motus quidā illius
vocis verberatiq; aëris, qua, scilicet, voce Deus
ceu organo suo vtitur. Quare effectus ille non
est voci naturalis, sed supranaturalis.

**Damasce-
n' exponitur.** ¶ Ad Damascenum ergo respondetur, quōd
ad explicandam Dei cuncti potentiam tria cō-
posuit ad resurrectionē concurrentia: scilicet,
diuinam voluntatem, virtutē, & nutum: volun-
tas enim designat summam autoritatem impe-
rij à nullo alio dependentem: virtus autem ab
solutam executionem absque alijs indigētia:
nutus denique citissimā æxequēdi facilitatē
ad nutum enim obedire, est non expectata im-
perantis voce, soli oculorum digitorūue nutui
auscultare. Sed nihilominus nō negauit, quin
ad rei decētiam vox etiam esset adhibēda. Gre-
gorius autē fortasse illius fuit sententiæ, q̄ nul-
lus sit illic futurus vocis vsus: tamen si neque id
planē de voce neget, sed de fonitu tubæ ait, ni-
hil aliud esse, quā demonstrare mundo iudi-
cem Dei filium.

Voluntas. diuinam voluntatem, virtutē, & nutum: volun-
tas enim designat summam autoritatem impe-
rij à nullo alio dependentem: virtus autem ab
solutam executionem absque alijs indigētia:
nutus denique citissimā æxequēdi facilitatē
ad nutum enim obedire, est non expectata im-
perantis voce, soli oculorum digitorūue nutui
auscultare. Sed nihilominus nō negauit, quin
ad rei decētiam vox etiam esset adhibēda. Gre-
gorius autē fortasse illius fuit sententiæ, q̄ nul-
lus sit illic futurus vocis vsus: tamen si neque id
planē de voce neget, sed de fonitu tubæ ait, ni-
hil aliud esse, quā demonstrare mundo iudi-
cem Dei filium.

Virtus. diuinam voluntatem, virtutē, & nutum: volun-
tas enim designat summam autoritatem impe-
rij à nullo alio dependentem: virtus autem ab
solutam executionem absque alijs indigētia:
nutus denique citissimā æxequēdi facilitatē
ad nutum enim obedire, est non expectata im-
perantis voce, soli oculorum digitorūue nutui
auscultare. Sed nihilominus nō negauit, quin
ad rei decētiam vox etiam esset adhibēda. Gre-
gorius autē fortasse illius fuit sententiæ, q̄ nul-
lus sit illic futurus vocis vsus: tamen si neque id
planē de voce neget, sed de fonitu tubæ ait, ni-
hil aliud esse, quā demonstrare mundo iudi-
cem Dei filium.

Ad Grego. ¶ Et ideo respondendum superest, vtūm præ-
ter vocem sit etiam illic tubæ fonitus futurus.
Respondetur autem, quōd quauis quid dice-
ret, tubam: nempe, instrumentum ipsū illic
futurum, non absq; colore ex verbis Pauli col-
lecto loqueretur. Imō & ex verbis ipsius Chri-
sti Matth. 24. iam citatis. Nihilominus nō est
id dicere necessariū: siquidem angeli possunt
instar tubæ absque aliquo instrumento aerem
verberare. Nam & tonitrua veluti tubæ sona-
re assolent. Vnde citatus Gregorius, tonitruū,
idem censet tunc fore quod tubam. Et fortasse
præter illam articulatā vocē erūt similes clau-
gones & rauci strepitus, vt terroris plus incu-
tiant, & audietes maiori pauore stupeant: quā
do quidem locis citatis vox & tuba vt duo di-
stinguūt. Quinetiam fonitus illi clangorem
& musicam plurimum tubarum fortē referent.

**Tuba foni-
tus in die iu-
dicij an sit
audiendus.** ¶ Et ideo respondendum superest, vtūm præ-
ter vocem sit etiam illic tubæ fonitus futurus.
Respondetur autem, quōd quauis quid dice-
ret, tubam: nempe, instrumentum ipsū illic
futurum, non absq; colore ex verbis Pauli col-
lecto loqueretur. Imō & ex verbis ipsius Chri-
sti Matth. 24. iam citatis. Nihilominus nō est
id dicere necessariū: siquidem angeli possunt
instar tubæ absque aliquo instrumento aerem
verberare. Nam & tonitrua veluti tubæ sona-
re assolent. Vnde citatus Gregorius, tonitruū,
idem censet tunc fore quod tubam. Et fortasse
præter illam articulatā vocē erūt similes clau-
gones & rauci strepitus, vt terroris plus incu-
tiant, & audietes maiori pauore stupeant: quā
do quidem locis citatis vox & tuba vt duo di-
stinguūt. Quinetiam fonitus illi clangorem
& musicam plurimum tubarum fortē referent.

Gregorius. ¶ Et ideo respondendum superest, vtūm præ-
ter vocem sit etiam illic tubæ fonitus futurus.
Respondetur autem, quōd quauis quid dice-
ret, tubam: nempe, instrumentum ipsū illic
futurum, non absq; colore ex verbis Pauli col-
lecto loqueretur. Imō & ex verbis ipsius Chri-
sti Matth. 24. iam citatis. Nihilominus nō est
id dicere necessariū: siquidem angeli possunt
instar tubæ absque aliquo instrumento aerem
verberare. Nam & tonitrua veluti tubæ sona-
re assolent. Vnde citatus Gregorius, tonitruū,
idem censet tunc fore quod tubam. Et fortasse
præter illam articulatā vocē erūt similes clau-
gones & rauci strepitus, vt terroris plus incu-
tiant, & audietes maiori pauore stupeant: quā
do quidem locis citatis vox & tuba vt duo di-
stinguūt. Quinetiam fonitus illi clangorem
& musicam plurimum tubarum fortē referent.

Gregorius. ¶ Et ideo respondendum superest, vtūm præ-
ter vocem sit etiam illic tubæ fonitus futurus.
Respondetur autem, quōd quauis quid dice-
ret, tubam: nempe, instrumentum ipsū illic
futurum, non absq; colore ex verbis Pauli col-
lecto loqueretur. Imō & ex verbis ipsius Chri-
sti Matth. 24. iam citatis. Nihilominus nō est
id dicere necessariū: siquidem angeli possunt
instar tubæ absque aliquo instrumento aerem
verberare. Nam & tonitrua veluti tubæ sona-
re assolent. Vnde citatus Gregorius, tonitruū,
idem censet tunc fore quod tubam. Et fortasse
præter illam articulatā vocē erūt similes clau-
gones & rauci strepitus, vt terroris plus incu-
tiant, & audietes maiori pauore stupeant: quā
do quidem locis citatis vox & tuba vt duo di-
stinguūt. Quinetiam fonitus illi clangorem
& musicam plurimum tubarum fortē referent.

Nihilominus, si cum diuo Hiero. ad Minerium
& Alexandrum sentire placet, vox ipsa potest,
& clamor & vox & tuba censerī, vt clamor di-
catur ab effectu conuocandi concitandiq; gē-
tes, iuxta illud Matthæi. 25. Media nocte clā-
mor factus est, ecce sponsus venit. Et vox pro-
pter humanam articulationem & significatio-
nem imperium iudicis exprimētē. Ac demū
tuba propter vehemētissimam vocis magni-
tudinem: nam tuba altius quā ore vox into-
natur, iuxta illud Esaiæ. 38. Quasi tuba exalta
uocem tuam. Et est allusio ad morem antiquę
legis: nam vt Nume. 10. legitur (quia tunc nō
erat cymbalorum vsus) duabus argēteis tubis
ductilibus ad conuocandū cœtum canebat.
Vnde illud Iohel. 2. Canite tuba in Sion, cōuo-
cate cœtum. Et ideo Paulus. 1. Corinth. 15. In
momēto, inquit, inictu oculi, in nouissima tu-
ba. Vocat enim nouissimam: vt ibidē, ait, Hie-
ronymus, alludens ad illud Apocalyp. 7. de se-
ptem Angelis septem canētibus tubis, & sub-
ditur ca. 10. quod in diebus vocis septimi An-
geli, per quem, vt interpretum pleriq; aiūt, in-
telligitur Christus, cum cœperit tuba canere,
consummabitur mysterium Dei: scilicet, finis
mundi, sicut Euangelizauit Deus per suos ser-
uos prophetas: nēpe, Daniel. 12. Quapropter
semper restat quānū vero simillimū: quod præ-
ter vocem sit strepitus aeris in modum clāgo-
ris tubæ audiendus. Quādo quidem Paulus ad
maiorē emphasim subiūgat. Canet enim tu-
ba, & mortui resurgent. Si enim consummatio-
nem seculi huius contēplemur, vbi vita, & cap.
7. ait, Iob tanquam militia transigitur, sonare
tunc tubam erit receptui canere, vt consum-
mato prælio fieri solet. Si verō dissidium cōsi-
deremus, quod ad modū pugna, vt Sapient. 5.
legitur, aderit tunc inter iustos & iniquos, erit
clāsicum canere, vt solet dum inicitur prælium:
Quare tuba tunc alijs triste, alijs lætum canet:
victis, scilicet, supplicium, & victoribus præ-
mium. Si verō illud ceu œcumenicum cōciliū
vniuersalemq; cōuētum speculemur, quo de
rerum summa totius orbis decernendum est,
ad illam conuocationem vox quoque tubæ
accommodatur.
¶ Demum vtūm & angelorum obsequia illic
sint futura hēsitatur: videntur enim superflua.
Nam si necessaria essent, ad id maxime vt ani-
mæ suis corporibus vnirentur: ad id autem nō
sunt necessaria, imō sicut solo Deo creantur in
corporibus, ita & tunc vnientur.
¶ Nihilominus subiungitur quarta conclusio.
Illuc aduenturi sunt angeli Christo iudici mi-
nistrantes. Probat̄ ex Augulst. 3. de Trinita.
& ex

Vox, clā-
mor & tu-
ba.

Clamor
uox.

Tuba.

Tuba foni-
tus quid.

Secūdu-
sonitu.

Tertius.

Angelorū
ministeria
in die iudi-
cij.

4. Conclu-
sio.

& ex

& ex Gregorio. 4. Dialogorum, dicētiū, quōd
corpora crassiora & inferiora per subtiliora
& potentiora, quodam ordine reguntur, ob id
quæ Deus etiam in supranaturalibus corporū
mutationibus ministerio vtitur angelorū ad
modum naturæ. quæ vt. 1. Meteor. ait, Phi-
losophus, per lationes cœlestes hæc inferiora
gubernat: at quæ illa quæ infra hominem sunt,
ipsius hominis iudicio regūt, & corpus per
animam. Inde ergo colligitur, quōd Deus, qui
supremus spiritus est, resurrectionem homi-
num, qui ex spiritu & corpore constant per
spiritus medios cœlestes sit perfecturus. Præ-
fertim quōd Christo ea ratione, qua Redem-
ptor, angelorum obsequia debentur, iuxta ver-
bum Pauli ad Hebræos. 1. Nonne omnes sunt
administratorij spiritus in ministerium missi
propter eos, qui hæreditatem capient salutis?
Quare & eius conceptionem matri, & eius na-
tuitatem pastoribus annunciarunt, & in eius
palsione & resurrectione sua quoque præfiri-
terunt obsequia. At quæ adeo in resurrectio-
ne, vbi eius potissimum maiestas & claritudo
resplendet, copiosissimus angelorum nume-
rus eum comitabitur, iuxta verbum ipsius
Matth. 25. Cum venerit filius hominis in ma-
iestate sua & omnes angeli cum eo, tunc se-
debit super sedem maiestatis suæ, & congrega-
buntur ante eum omnes gentes.

Aristot.

Paulus.

Matth. 25.

Quatuor
cōgregatio-
nes.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Angelorū
bonorum et
malorum
officia.

minos eorum, vbi non fit reprobatorum men-
tio. Quare sicut reprobatorum animæ in pri-
mo exitu à corporibus per dæmones impor-
tantur ad inferos, ita nec sine probabilitate di-
ci potest, eosdem fore ministros ad deferen-
dos damnādos in iudicium, vbi eos sunt accu-
saturi. Et forsitan illud Matthæi. 13. quōd in
consummatione seculi exhibunt angeli & se-
parabunt malos de medio iustorum, sic intel-
ligitur, quōd boni angeli separabunt electos
ad dexteram iudicis, vt inde euehantur ad glo-
riam: dæmones verō separabunt malos ad sini-
stram, quos inde præcipitabunt in Tartara.
¶ At cum angelorum hierarchiæ & ordines
plures sint, fortasse quis sciscitetur, cuiusnam
ordinis illi angeli erunt? Apparet enim fore
virtutes, quibus cōuenit miracula edere. Et ta-
men Paulus loco citato nō vocat eum nisi ar-
changelum. Respondetur, quōd princeps illo-
rum illic erit Michael archangelus, vt prin-
ceps militiæ cœlorum expugnauit Luciferum
cum suo exercitu, fuitque adeo princeps sy-
nagogæ, vt habetur Esaiæ. 10. & Daniel. 12.
estque & ecclesiæ princeps, sed sub illo multi
erunt angeli propria singuli offerentes obse-
quia.
¶ Ad tertium igitur argumentum responde-
tur non inconuenire, imō conuenire maxi-
mē eiusdem rei plures esse diuersi ordinis cau-
sas. Erit ergo Christus resurrectionis autor, &
vox instrumentum, atq; angeli ministri.

Matth. 13.

Dubium.

Solutio.

Solutio. 3.
argumen.

QVÆSTIO SECVN- da, De resurrectionis tem- pore & mo- do.

ARTICVLVS. I.

Vtrum tēpus resurrectionis sit finis mūdi.



NON SOLVM CAV-
sas, verū & tempus &
modū resurrectionis nos-
se oportet. Et ideo quæ-
ritur, vtūm congruum
fuerit, resurrectionem vs-
que ad finem mundi pro-
latari. Arguiturque à parte negatiua. Maior
est concordia capitis ad membra, quā mem-
brorum adinuicem, sicut causæ ad effectus
quā effectuum inter se: sed Christus, qui ca-
put

Partis nega-
tiue arg. 1.

Cc
put

put est nostrum, non distulit suam resurrectionem usque in finem mundi, ut cum membris simul resurgeret: ergo nec decuit, ut nos vniuersalem illam resurrectionem expectaremus, sed ut vnusquisque suo tempore resurgeret: scilicet, cum ingressurus esset infernum aut coelum.

2. Argum.

¶ Secundò. Resurrectio capitis, ut dictum est, causa est resurrectionis membrorum: cum ergo resurrectio Christi ex templo effectum sortiri coeperit in illis qui cum illo resurrexerunt, & postmodum in quibusdam illustribus membris propter suam nobilitatem, ut de beata virgine fertur, & de Ioanne Euangelista: consequitur, ut deinceps sic deberent singulorum resurrectiones sigillatim fieri.

3. Argum.

¶ Tertiò. Post mundi terminum nullum fiet reliquum tempus: post resurrectionem autem mortuorum connumerandi sunt anni mille, antequam fiat consummata resurrectio in vitam perpetuam: ergo resurrectio corporum non erit in fine mundi. Minor probat ex illo Apocaly. ca. 20. vbi binæ resurrectionis fit mentio. Ait enim primò Ioannes. Vidi angelum descendentem de caelo. &c. & ligauit diabolum per annos mille. Et vidi sedes & animas decollatorum propter testimonium Iesu sedentes super eas, & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri mortuorum non vixerunt quousque consummarentur mille anni. Et est resurrectio prima, vbi duæ insinuantur resurrectiones: vna quidem sanctorum martyrum, & altera post mille annos vniuersalis iustorum & damnatorum: habetur enim Apocaly. cap. 12. quod mulier (per quam ecclesia significatur) habet locum paratum à Deo vbi pascatur diebus mille ducentis sexaginta: & Daniel. 12. finis mundi legitur fore à tempore, quo ablatum fuerit iuge sacrificium: puta, lex vetus, diebus mille ducentis nonaginta transactis: quibus locis ponitur pro anno, secundum illud Ezechiel. 4. Diem pro anno, dedit tibi: ex quibus ergo locis colligi potest dies ille: vel saltem angeli, qui in conspectu Dei sunt, diem illum postremum mundi vident: & tamen, ait, Christus Matthe. 24. quod de die illa & hora nemo scit, neque angeli caelorum: ergo non erit in fine mundi.

Pars affirmatiua.

¶ In contrarium autem est illud Iob. 14. Homo dum dormierit, non resurget, donec atteratur ecelum: hoc est, quousque moueri cesset, quod erit in fine mundi.

3. Conclusio.

¶ Ad quaestionem vnica conclusione respondetur. Resurrectio corporum in fine mundi erit. Conclusio est non ut cunque vera, sed proximè ex euangelio collecta: nam etsi in articulo fidei solum consiteamur carnis resurre-

ctionem, tamen illa resurrectio asseritur generalis fore in consummatione seculi. Vnde Iob 19. Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, quasi dicat, ille iam resurrexit, ego verò non usque ad nouissimum diem. Et Matthe. 13. in zizaniorum parabola, ait, Christus, quod mensis consummatio seculi est: & nomine mensis intelligitur vniuersalis resurrectionis dies, quando vnusquisque metet, quod seminauit. Vnde subditur, quod in eadem consummatione seculi mittet filius hominis messores: nempe, angelos, qui colligent scandala, & mittent ea in caminum ignis, triticum autem congregabunt in horreum. Resurrectio ergo erit in consummatione seculi. Et Matthe. 24. interrogauerunt discipuli Christum, Quod signum aduentus tui & consummationis seculi? quasi idem sint. Et respondit Christus. Prædicabitur euangelium hoc in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio. Et rursus inferius. Statim post tribulationem dierum illorum: nempe, Antichristi, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stelle cadent de caelo: & virtutes caelorum commouebuntur, quæ sunt signa celsantis orbis à suo motu, atque adeò supremæ diei mundi. Et subditur. Et tunc apparebit signum hominis in caelo, & mittet angelos suos & congregabunt electos, &c. vbi denūciatur, quod finis mundi & carnis resurrectio in eandem incident diem & horam. Et Paulus. 1. Corinthi. 15. In Christo, inquit, omnes viuificabuntur (& loquitur de resurrectione corporum.) Et subdit. Deinde finis, cum tradiderit Christus regnum Deo & patri: vbi finem mundi cum resurrectione coniunxit.

Matth. 13.

Matth. 24.

Ratio. 1.

¶ Neque verò rationes desunt eiusdem veritatis assertrices. Corpora namque nostra in vitam perpetuam & immortalem resurgere speramus, cum videlicet in modum, quo Christus resurrexit, de quo, ait, Paulus ad Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: ergo eo temporis articulo fore decuit omnium vniuersalem, quo generationes & corruptiones horum inferiorum cessabunt, & nulla fiet reliqua vita mortalis, sed sola sempiterna: cum verò hæc inferiora corpora, ut proximè ex Augustino. 3. de Trinita. & Aristotele. 1. Meteor. citauimus, lationibus superioribus gubernentur, ordo diuinæ prouidentiae exigit, ut quousque eorum motus cessauerint, resurrectio corporum differatur.

¶ Item tempus. ut. 4. Physic. ait, Philosophus, est nu-

Ratio. 2.

est numerus & mensura motus, & potissimum motus caeli, ut. 2. de generatio. scriptum est, quousque omnia, quæ sub orbe lunæ generantur & corrumpuntur, mensurantur: vita vero resurgentium corporum nulli erit variabili mensuræ subiecta, sed æternitati, quæ omni caret varietate & termino: igitur quousque variabilis illa temporis mensura periodum suum compleat, neque alia supersit quam æternitas, sapientia diuina non tulit ut corpora resurgant, sed tunc omnia simul, tempus autem non nisi cum motu caeli finiatur: ergo illic futura est resurrectio. Atque huc illud alludit Apocalypsis, 10. vbi angelus inducitur supremæ diei nuncius, qui iurauit, quod tempus non erit amplius, sed in diebus septimi angeli cum coeperit tuba canere consummabitur mysterium Dei.

Ratio. 3.

¶ Tertiò. Quando hæc rerum mutabilitas durauerit, suapte natura humana ingenia usque dequesert, affectusque mortalibus varios in generat, nostrasque pellicit volūtates, atque adeò toto, quo durauerit tempore, duratura est militia & palæstra humani certaminis, ut alij de Deo bene, alij verò malè mereantur: resurrectionem autem corporum eo temporis momento fieri decuit generalem, quo Christus iudex viuorum & mortuorum à cunctis simul mortalibus generalem rationem exigeret eorum, quæ hoc mundo vtentes gesserunt in corpore: ergo resurrectiones, non fuit congruens singulorum diuersis temporibus fieri sigillatim, sed in suprema mundi hora vniam omnium vniuersalem.

Ratio. 4.

¶ Quarto. Vniuersitas mutabilium creaturarum, quas Deus hominis dominio subiecit, eisdem mortalibus ad suum ipsorum libitum seruit: improbi enim rebus ipsis ad suam libidinem abutuntur, probi verò vtuntur in obsequium Dei: vnde Paul. Roma. 8. Vanitati creatura subiecta est non volens: id est, non ex prima ordinatione Dei, sed propter eum: qui subiecit eam (scilicet, mortaliū arbitrio) in spe, videlicet, sperans ut homo spe retributionis legitime ea fungeretur, sed ipse homo vanitati suæ voluptatis eam subiecit: quare ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei, & ideo id sperans ingemiscit: ergo reliquæ creaturæ non sunt ab hac hominum seruitute liberandæ quousque corpora eorum corruptibilia in corruptibilitatem induant, quod erit per resurrectionem: volubilitas autem creaturarum non cessabit usque in finem mundi, quando omnes motus quiescent, ergo non nisi tunc futura est corporum resurrectio, atque adeò tunc omnis creatura

ab iniqua hominum seruitute liberata per supernum ignem, ut inferius dicturi sumus à foribus cunctis & facibus, quas inde contraxerat, expurgabitur.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod etsi quantum ad rationem influentiam plus caput cum membris, quam membra inter se conueniat, quia influit in omnia, tamen qua ratione caput est membrorum causa, singulari ratione membra inter se conueniunt: nempe, quia sunt effectus, qua utique ratione à capite differunt. Igitur qua parte resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ, decuit sic fieri, ut spes inde nobis nostræ confirmaretur. Et ideo fuit necessarium, ut illico resurgeret, quo eadem nobis spem generaret: nos verò tanquam membra post resurgeremus. Præterquam quod in ipso tanquam in vnigenito à patre, ut dictum est, fuit plenitudo omnium charismatum, de qua utique plenitudine nos omnes suscepimus. Et præterea corpus eius, quia nulli, neque originali, fuit peccato obnoxium, sed instrumentum abluendi nostra, decentissimum fuit, ut gloria animæ, quæ in fine mundi in nostra corpora redundabit, protinus suum glorificaret corpus.

Christus quare resurrexit.

¶ Ad secundum diluendum hoc in primis ad notandum est, ut hic D. Thom. idque scientificè adnotauit, quod nulli eorum, qui hactenus resurrexerunt, censendi sunt ob id resurrexisse, quod ratione sanctitatis proprius ad Christi sanctitatem accesserint: nam quannus alijs alius propinquius eidem capiti Christo per eius gratiam accesserit, & beata virgo proximè nemo tamen accessit nisi tanquam membrum: quod est dicere, omnis accessit tanquam recipiens influxum à Christo, & nemo tanquam causa influens in alia membra: & ideo nemini ratione illius propinquitatis debebatur resurrectio usque in finem mundi: nam si festinatior resurrectio ante tempus, ob meritum fieret personæ, non fieret nisi quia eius resurrectio causa esset resurrectionis aliorum, quod soli Christo competit. Item quia sicuti propter eminentiam sanctitatis deberetur resurrectio ante generalem, tunc par erat, ut omnes sancti, etiam inferioris sanctitatis in eadem temporis proportionem resurgerent, quo eorum sanctitas requirit: ut si beata virgo, verbi gratia, tertio die resurrexit, iustitia exigebat, ut qui sanctitatis erat duplo minoris, post sex dies resurgeret, & qui esset triplo minoris, post nouem: hoc autem opinari fas non est: ergo nemo ratione suæ sanctitatis, quasi id iustitia retributionis exegerit, hactenus resurrexit

Solu. 2. ar.

Nullus ratione sanctitatis resurrexit cum Christo.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

sed ex singulari prerogativa & gratuito privilegio Dei.

Nullus nisi ex privilegio Dei re surrexit. Quando re surrexerint

Illis igitur, qui cum Christo resurrexerunt, privilegium illud indulgentum fuit in gratiam ipsius Christi, nempe, ut testes essent eius resurrectionis. Caveat autem cordatissimus quisque ne fallatur, illos ante ipsum Christum resurrexisse, propterea quod, ait, Evangelista, quod ipso emittente spiritum aperta sunt sepulchra, & corpora, quae dormierunt, resurrexerunt: illa enim anticipatio est & praenarratio eius, quod post contigit. Nam cum resurrectio Christi fuerit illius resurrectionis causa, necesse est ut ipsam antecesserit, saltem natura.

In limbo erant qui cum Christo re surrexerunt Nota.

Ob idque subiungit Evangelista, quod exentes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem, quasi qui cum ipso resurrexerant. Quocirca omnes illi patres erant in limbo patrum, quia illuc usque nullus erat in gloria, atque adeo omnes erant veteris testamenti, quia patres novi testamenti nondum vili defuncti erant. Neque vero credendum est, quotquot erant in limbo resurrexerunt, tametsi omnes illic existentes animae inde coeperint beatitudine perfrui: quoniam si omnes resurrexissent, profecto id Evangelista non subticuisset, & tamen non dixit, nisi quod multa corpora sanctorum, quid dormierant, resurrexerunt.

Argument.

Atque hoc est aliud argumentum ad comprobandum, quod non ratione eminentiae meritum surrexerunt: nam illa ratione cum iam omnes essent grati, omnes deberent resurgere, surrexerunt ergo illi tantum, quos Christus elegit, ut suae essent resurrectionis idonei testes. Reliquorum vero eripuit inde animas. In id, si coniecturis agere licet, & omnes forte, quae erant in purgatorio, liberavit, quantum non essent ad iustum purgatae. Quis enim ambigat, quin iustissimus & iucundissimus descensus ad inferos plenarie indulgentiae fuerit causa: quandoquidem id per Pontificiam potestatem aliquando accidere praedicamus, ut animae inde aliqua eruantur?

Animae purgatorij.

Qui resurrexerunt cum Christo aut iterum mortui sunt.

Utrum vero resurgentes illi iterum in mortem redierint, ut eorum non fuerit nisi transitoria quaedam resuscitatio, an vero in perpetuam resurrexerint vitam, Hieronymus in sermone de assumptione virginis sub lite reliquit. Dixit enim, multos tenuisse, quod in vitam resurrexerint sempiternam, alioqui non essent idonei testes resurrectionis Christi, qui non ultra moriturus surrexit. Qua propter Petrus Actuum. 2. ubi de obitu David meminit, non ausus est dicere, Corpus eius est apud

Sepulchrum Davidis.

nos, sed sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernum diem: ac si resumptum corpus in caelum euexerit. Et praeterea arguitur Christi opera & privilegia perfecta sunt: cum ergo illos eo donauerit resurrectionis beneficio, credibile sit, non mancum, sed integrum in perpetuam vitam illis contulisse.

nos, sed sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernum diem: ac si resumptum corpus in caelum euexerit. Et praeterea arguitur Christi opera & privilegia perfecta sunt: cum ergo illos eo donauerit resurrectionis beneficio, credibile sit, non mancum, sed integrum in perpetuam vitam illis contulisse.

2. Argum.

Evangelium Nazareorum

In Evangelio Nazareorum scriptum est, nisi duos insignis sanctitatis viros, qui paulo ante mortem Christi obierant, resurrexisse, & suis notis & familiaribus apparuisse. Et est nonnulla verisimilitudo illos, qui apparuerunt notos illis fuisse, quibus apparebant, alioqui non eis constaret resurrexisse. At vero evangelium illud apocryphum est, nec verbis euangelicis satis consonans, ubi legitur, multa corpora sanctorum resurrexisse, & apparuisse multis. Est ergo maxime credibile ex illis sanctis patribus, quos populus ille colebat ut sanctos, veluti Abraham, Moysen, Davidem, & quosdam similes resurrexisse. Vnde Augustinus in episto. ad Euodium, quae est. 99. Durum, inquit, videtur, ut David non fuerit in illa resurrectione iustorum. Atqui D. Thom. hic in hanc partem liberius inclinatur, quod in perpetuam vitam surrexerint: quae opinio, ait, alicubi Hieronymum affirmantius asseruisse. Veruntamen tertia parte, ubi res emunctius examinabat, quaestione. 53. articulo. 3. contrarium tenet: scilicet, quod iterum corpora reliquerunt. Quam utique opinionem Augustinus in episto. 99. modo citata ad Euodium tenent, ubi illud de Petro, qui allegavit sepulchrum Davidis, ac tunc in suum patrocinium adsciscit. Contendebat enim illic Apostolus illud Psal. 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, non de se ipso Davidem, sed de Christo dixisse. Quod inde comprobatur, quod David mortuus est & sepultus, & sepulchrum, inquit, eius apud nos est. Si autem non intelligeret, ofensa illic Prophetae iacere, nihil probasset. Et tamen David, inquit, cum illis iustis resurrexit. Est vera opinio haec gratius sustinetur. Nam cum illa resurrectio tantum inferuerit, ut mortui testimonium dominicae resurrectionis ferrent, profecto videtur, illud privilegium non fuisse illis amplius indultum, quam ad id muneris necessarium erat: & ideo illo munere perfuncti postquam asseruerunt Christum resurrexisse, redierunt ad mortem. Concedere enim quod Christus paucos quosdam gratia resurrectionis in perpetuum donasset alijs relictis, non est creditu facile, postquam ad testificandam resurrectionem non fuerat necessarium.

Austorij opinio.

August.

Opinio S. Thomae.

August.

Opinio illa rejicitur.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Sed quae me ratio multum movet, est, quod si resurrexerunt in vitam perpetuam, non est opinandum mansisse in terris, sed certissime credendum in caelos ascendisse: si vero illuc ascenderunt, proculdubio non prius Christo, sed cum ipso simul: quod si ita gestum esset, non est dubium quin Evangelistae inter enarrandam Christi ascensionem tam praeclearae historiae mentionem fecissent. Aut si non cum Christo ascendissent, eorum tamen ascensum, sicut & resurrectionem enarrassent.

Ratio. 3.

Accedit in confirmationem huius, quod Moyses in transfiguratione Domini resurrexit, secundum veriore opinionem, quae est Hieronymi super Matth. ca. 17. nam postquam Evangelista, ait, apparuisse illic Moysen, non satis est ut apparuerit in corpore aereo, ut quibusdam placet, quia non esset ille Moyses, nisi in suo proprio corpore, cui anima uniretur, apparuisset: & tamen non dubitatur quin postea fuerit mortuus: quia absurdum esset concedere Moysen in vitam perpetuam prius Christo resurrexisse.

Ratio. 4.

Iam demum arguitur. Si illi crederentur, in vitam corporum aeternam surrexisse, facie de alijs novi testamenti fieret credibile: & tamen haec tam ardua res est, ut etiam de beata virgine nondum sit firmiter ab ecclesia seu articulus fidei definitum. Quia hanc opinionem tenuerint, dicere subinde debent, non fuisse proprie resurrectionem, sed suscitationem quandam, ut Lazari & aliorum: quod Hieronymus super eundem locum Matth. insinuat dicens, Quomodo Lazarus resurrexit, sic multa corpora sanctorum resurrexerunt, ut Dominum ostenderent resurgentem. Et fortasse manserunt cum Christo usque ad eius ascensionem, & tunc relictis corporibus ascenderunt animae cum illo simul cum ceteris, quae de limbo prodierunt, iuxta verbum supra citatum Pauli, Ascendens Christus in altum captivam duxit captivitatem.

Nota.

Hierony.

Quidegerint.

An illi surrexerint in corporibus gloriosis.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Quod si roges, utrum resurrexerint in corporibus gloriosis? Respondetur, minime cum perpetuis dotibus, sed fortasse cum ipsis per modum cito transferentium: tum quod animae erant beatae, tum quod deberent in corporibus illis quadraginta diebus Christum comitari. Quamvis forsitan non nisi in corporibus corruptibilibus resurrexerunt, quale Christus habuit ante passionem: nam cum resurrectio non esset illa beatorum, non opus erat dotes diffundi in corpora, praesertim cum illa tam brevi deberent relinquere. Item quia alioqui sua claritate illos exterruissent, quibus apparebant. Et Moyses

non creditur in transfiguratione apparuisse in corpore glorioso, alioqui perinde ut Christus resplendisset. Si vero in vitam aeternam resurrexerunt, fuit illa simpliciter resurrectio suis perpetuis dotibus insignita. Quod nescio an tam proprie euangelio consonet: quoniam tunc resurrectio postremae diei non erit prorsus uniuersalis, cum tam multi iam resurrexerint. Et tamen Ioannis. 5. sic legitur, Omnes (nemine excepto) qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, & loquitur de voce finalis iudicij, ubi insinuat ab illis quoque qui cum ipso surrecturi erant, de monumentis etiam auditum iri: siquidem illic tunc, dum Christus loquebatur, in monumentis iacebant.

Nota

Ratio. 3.

Ioannes Baptist.

Ratio. 4.

Adde quod profecto Iob, qui quasi euangelice resurrectionem Christi & uniuersalem omnium praecantauit, pie credendus est inter alios sanctos resurrexisse, & tamen, ait, quod in nouissimo die de terra surrecturus est. Imo & de Ioanne Baptista, qui Christi fuit praecursor, aduentum eius praenuncians maxime sit credibile inter illos tunc resurgentes fuisse, cuius tamen caput postmodum inuentum.

Postremo tandem loco adhibetur optima ratio, quam illic Augustinus. episto. 99. ex verbis Pauli ad Hebraeos. 11. colligit. Postquam enim Apostolus fidem Abrahae, aliorumque sanctorum patrum, qua salui facti sunt, retulit, ait, non dum repromissionem: scilicet, resurrectionem eos suscepisse. Deo, inquit, pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur: hoc est, non ante nos supremam animarum & corporum gloriam fortirentur.

De sacratissima vero virgine si resurrexit, non est dubium, quin in vitam sempiternam resurrexerit, qua in caelis cum filio suo fruitur, hoc autem Hieronymus eodem sermone sub dubio reliquit. Iam vero temporum curriculum opinio haec aut credulitas, quod in corpore & anima fuerit in caelum assumpta, plurimum inoleuit, nondum tamen inter fidei articulos creditu necessarios relata est. Quamuis sit pientissime credendum: nam & in collecta illius festi, ait, ecclesia, quod nexibus mortis de primi non potuit. At vero cauendum est ne dicatur id ei iure conceptionis absque peccato originali obtigisse: nam etiam si teneatur, illam maculam ne utique contraxisset, nihilominus ratione mortalitatis, quam uniuersum genus humanum inde contraxit, mortua est. Solutus enim Christus ab illa mortis necessitate fuit liber, nisi liber se morti obtulisset. Et ideo virgo si resurrexit, ex merito privilegio dei resurrexit, congruentissime tamen: nam sa-

Ratio optima.

cratissimum corpus, quod tãta cum virginitatis integritate apotheca fuerat carnis Christi, decuit, vt quod ipse per naturam habuit, ipsa per privilegium obtineret, vt, scilicet, absque incineratione resurgeret.

Ioannes Euangelista an resurrexit. ¶ At verò de Ioanne Euangelista, quem hic S. Thom. atq; alij resurrexisse opinantur, res non est tam certa: imò certius est, non resurrexisse. Quod enim quidam referunt, in sepulchro, quod viuens aperiri sibi fecit, mansisse viuum, apocryphum est. Quin verò quod non fuerit mortuus, fabulosum, vt August. tractatu. 124. super Ioannem, imò & Ioannes de se ipso cap. 21. testatur: nam cum Christus ad Petrum dixisset, Si volo eum manere donec veniam, quid ad te? exiissetq; subinde sermo inter fratres, quia discipulus ille nõ moritur, moderatus est Euangelista verbum subdēs, quod Christus non dixit, non moritur. Quare Hieronym. & Eusebius in eius vita clarè fatentur fuisse mortuum, extareque eius sepulchrum Ephesi. Quod autem post mortem resurrexit, nullo idoneo testimonio fulcitur.

Apoc. 20 ¶ Tertium argumentum expositionem petit illius capituli. 20. Apocalypsis, quod Diuus August. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 7. & 8. edisserit. Illis enim verbis Ioannis, Papias eius discipulus seductus duas commentus est corporum resurrectiones. Quo errore Lactantius atque alij fuerunt subinde commaculati. Excogitarunt siquidem quod quemadmodum mundus sex diebus fuit conditus, & in septimo Deus sabbatum: hoc est, requiem fecit, ita in fine sexti millenarij ab orbe condito venturus esset Christus, iustos omnes resuscitans, quos illic, Ioannes martyrum nomine designat, qui fuerunt propter testimonium Iesu decollati. Qui quidem toto septimo millenario in paradiso terrestri summis fruente delictis victuri cum eodem essent Christo. Quare illo tunc millenario, Dominus ligaturus erat diabolus, ne eos posset tentare, aut infestare: illo autem expleto millenario soluendus erat subætatem Antichristi exiguo tempore, vt seduceret gentes, & protinus faciendã erat vniuersalis resurrectio proborum & reproborum. Sed hæc fabula non diu in ecclesia perstitit. Erat enim hominum nimium sensibus indulgentium. Quid enim opus erat eis, qui in Domino dormierant, & prorsus peccatorum maculis erant expurgati, ac subinde in gratia & amicitia Dei confirmati, sensibilibus voluptate delictari, ac si terrenorum fructus merces eorum esset? Cum Christus iustis non nisi regnum cœlorum fuerit pollicitus, Gaudete enim in-

Lactantius lib. 7. de diuino prae mio. capit. 24.

Fabula exronca.

quit, & exultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis. ¶ Adde qd si cibo & potui deberet indulgere: deberent subinde rei vxoria vacare, atque adeo filios procreare, qui non essent, vt ipsi beati. Sed vanum est aduersus talem cogitationem verba prodigere.

¶ Duæ ergo illæ resurrectiones non aliæ, interpretate Augustino intelligendæ sunt, quàm spiritalis à peccatis, & corporalis, gemino aduentu Christi celebratæ. Quare angelus ille, quem cum clauis descendētem vidit Ioannes, non alius quàm ipse Christus fuit descendens in carne. Mille verò anni, quibus dicitur Satanam ligasse, totum tempus designant ecclesie euangelicæ: nempe, ab orberedempto ad finem mundi. Nam cum numerus ille sit perfectus, perfectum designat tempus. Dicitur autem Christus hoc tēpore ligasse Satanam, eò quod eum non permittit sic prædestinatos tentare & superare, vt vsque ad mortem victos detineat. Quare isto tēpore homines prædestinati sunt sicut sacerdotes, vt illic, ait, Ioannes, & in sua Canonica Petrus, Christo sacrificia suorum corporum offerentes, atque adeo cum ipso isto millenario regnantes. Et ideo Ioannes appellat eos beatos, qui habent partem in hac prima resurrectione à peccatis per gratiam. In his enim, inquit, secunda mors non habet potestatem. Prima enim mors est corporis, quæ tam bonos quàm malos reti suo comprehendit: secunda verò est animæ, quæ foelices sanctos non tangit. Secunda ergo resurrectio est vniuersalis corporum, de qua precedens nunc decurrit sermo.

Resurrectiones duæ

Mille anni quid.

Satanam ligare.

ARTICVLVS. II.

Vtrum dies & hora resurrectionis sit hominibus vel angelis cognoscibilis.



D præcedentem articulum adiungitur secundus, de notitia illius diei postremæ mundi. Et arguitur, quod possit per speculationem sacrarum literarum innotescere. Habetur enim Apocalyp. cap. 12. quod mulier (per quam ecclesia significatur) habet locum paratum à Deo, vbi pascatur diebus mille ducentis sexaginta, & Daniel. 12. vbi finis mundi legitur, legitur fore à tempore, quo ablatum fuerit iuge sacrificium & posita abominatio, dies ille ducentos sexaginta: quibus locis dies ponitur pro anno secundum illud Ezechielis. 4. Diem

Partis affirmatiuæ argum. 1.

Pars negatiua.

Conclusio.

Matth. 24.

Probitio minoris.

Aristot.

August.

Diem pro anno, dedi tibi. Vel saltem Angeli, qui in conspectu Dei sunt, diem illum postremum mundi vident. ¶ In contrarium est illud verbu Christi Matthæ. 24. De die illa & hora nemo scit, neq; Angeli cœlorum.

¶ Ad quæstionem vnica conclusione respondetur. Dies illa omni puræ creaturæ tam per causas naturales quàm secundum viam Dei ordinariam occulta est, & prorsus ignota.

Assertio est Christi Matthæi. 24. verbis modo citatis, & Marc. 13. additur, Nec filius, sed solus pater. Nam postquam constitutum est diem resurrectionis corporum & consummationem seculi & aduentum domini in eadem concursuras, idem est quærere: vtrum dies iudicij, & vtrum dies postrema mundi sit prorsus occulta. At qui qd secundum naturæ lumē & cursum dies illa sit prorsus ignota, probatur: quoniam finis temporis quod, vt prædiximus, est mensura motus cœli, nõ nisi vbi idem motus cessabit futurus est: terminus autem illius motus per naturam cognosci non potest: ergo neque vltima hora, aut dies, aut annus tēporis. Probatur minor, quia per motus quidē cœlestes possumus illa cognoscere, quorum ipsi sunt causa: vt hyemem & ver, atq; inde de pluuijs, temporibus, & complexionibus coniecturatur verò finis motus cœli non est effectus eius naturalis, sed eius cessatio: finis autem & cessatio cuiusque motus nosci nequit, nisi aut ratione subiecti, quia corruptibile est ac perinde lassatur, aut ratione spacij, quod est peragendum, aut ratione motricis causæ, quæ vltro quiescere potest: cœli autem (quod Philosophis notissimum est) corruptionem non patitur, neq; suo motu atteritur, neq; intelligentia motrix (quoniam spiritalis est) lassari, aut fatigari potest: rursum neq; spacium in longū proceditur: quia cœlum perpetuo circulo per eadem spacia conuoluntur: sciri ergo per naturam nequit quādo cessabit. Imo Philosophus supranaturalium causarum ignarus, optimè profecto. 8. Phys. & alibi ex natura eiusdem motus elicit fore perpetuum. Haud enim nouit intelligentiam iussu Dei liberè illud mouere: ergo in sola voluntate Dei positum est & reconditum quādo sit finem habiturus. Quare neque angeli de cœlo, neq; ipse motrices intelligentie possunt hoc viribus naturæ nosse.

¶ Vnde Augustin. lib. 83. quæstionum quæstio. 58. ait, quod quæadmodum hominis, ita & mundi suprema ætas non est certò cognoscibilis: complet enim infantia suam perodū in primo septennio, & pueritia in secundo, & reliquæ in suo cuiusq; termino, vt distinct. 27.

quasi. 2. art. 2. explicuimus: senectus verò, aut si maui decrepita, quæ ab octuagesimo incipit anno certum terminum non habet: nam alios citius, alios verò tardius mors occupat. Sic ergo prima ætas mundi in diluuiio finita fuit, & secunda in Abraham, & tertia in Moyse, & sic de reliquis. Septima verò hæc, quam Apostolus horam vocat nouissimam, & ab orbe redempto vsque ad mundi finem fluit, nescitur naturaliter quando sit habitura terminū.

¶ Secunda cõclusionis pars, scilicet, quod nec per viam ordinariam Dei dies illa possit hominibus innotescere, probatur. Viam enim Dei ordinariam appellamus sacrã scripturam nobis reuelatam, & si quæ aliæ fuerint Apostolis verbo tenus factæ reuelationes ad ecclesie regimen spectantes. De ista ergo via arguitur, quod neque in pagina veteris testamenti, neque in pagina noui fuerit scriptu: nec verbo, quod sciatur, reuelatū. Si quibus enim debuit eiusmodi dies patefieri, illi fuerunt Apostoli, quos Christus promulgatores euangelicæ legis instituit: quibus ideo dixit, Vobis datū est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Lucæ. 8. Etiam non dicam vos seruos, sed amicos, quia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Ioanis. 15. Eis autem, vt legitur Actuum. 1. sciscitantibus de die illa, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Respondit, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: quasi dicat, Quod agnoscatis futurum esse aduentum, necessarium vobis est ad ecclesie salutem, Tempus verò nosse non est vestri muneris: quia neque ecclesie, cuius estis gubernatores instituti, id nouisse expedit. Quo vnoco conuincitur in veteri testamento non fuisse scripto mandatum, alioqui apostoli nouissent, neque verò in nouo fuisse detegendum, alioqui non eos tunc id celasset.

Dies illa an possit alicui esse nota.

1. Argum.

¶ Ad intellectum autem huius loci adnotandum est, Apostolos iam tunc non dubitasse, illum esse Messiam, sed tamen Pharisei, plerumque illius populi putabant aduentum Messie futurum fuisse ad liberandum populum illum ex omni humana miseria, atque ad restituendum regnum ipsorum temporale: & quia non videbant Christum in illa maiestate venientem, ob id cunctabantur illum, vt Messiam recipere. Ob idque, vt Matth. 26. legitur, dum sub articulum passionis dixit ei Pontifex, Ad iuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus respondit, Tu dixisti. Et adiecit, Veruntamen dico vobis, amodò videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis

Enrratur locus Lucæ 8.

Dei, & venientem in nubibus caeli, &c. Quasi diceret, Quia ob id me non quasi Messiam suscipitis, quod non in me illam maiestatem conspiciatis, quam sperabatis, volo vos vestrae deceptionis admonere. Non est hic aduentus, ille quem putatis, sed amodum id est, secundo aduentu, videbitis filium hominis in sua maiestate. Et eandem ob causam dixerat Ioann. 3. Non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum: duos hos aduentus designans. Hoc ergo est quod Apostoli ab ipso sciscitabantur, vtrum, scilicet, tunc deberet restituere regnum Israel.

Aduentus Christi duplex. Quod autem res apertior fiat, notandum, inter aduentum Christi misericordiae in carne mortali ad liberandum nos, atque alium iustitiae in maiestate ad iudicandum, quorum primus in veteri testamento sperabatur, & secundus expectatur in nouo, hoc interesse discrimen, quod cum in primo deberet ceu homo, occulta maiestate venire mitis, & mansuetus sedens super asinam, deberetque ad eum per fidem suscipi, condecuit illius figuras longe ante praecedere, & prophetias, quae tempus illius aduentus designarent, quales fuerunt septuaginta hebdomadae Danielis capitul. 9. & prophetia Iacob Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat, qui mittendus est: atque aliae, quibus tempus illud salutis subindicabatur. Quauis ut fidei quoque aliquis relinqueretur meriti locus, non vsque adeo perspicue & punctum tempus illud Messiae prophetae designabant: quare nec fuit Iudaeis plane intellectum. Aduentus vero secundus, quo, ut ait, David, Deus manifeste veniet, sicut fulgur, quod exit ab oriente & apparet vsque in occidentem vniverso orbi, non indiguit reuelatione illa: quia non est suscipiendus per fidem, sed euidenti conspectu. Tamen si nonnulla fuerit eius praenunciatio per Daniele capitul. 12. scripta.

Daniel. 9. Septuaginta hebdomadae Danielis capitul. 9. & prophetia Iacob Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat, qui mittendus est: atque aliae, quibus tempus illud salutis subindicabatur.

Aduentus. 2. Quod autem res apertior fiat, notandum, inter aduentum Christi misericordiae in carne mortali ad liberandum nos, atque alium iustitiae in maiestate ad iudicandum, quorum primus in veteri testamento sperabatur, & secundus expectatur in nouo, hoc interesse discrimen, quod cum in primo deberet ceu homo, occulta maiestate venire mitis, & mansuetus sedens super asinam, deberetque ad eum per fidem suscipi, condecuit illius figuras longe ante praecedere, & prophetias, quae tempus illius aduentus designarent, quales fuerunt septuaginta hebdomadae Danielis capitul. 9. & prophetia Iacob Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat, qui mittendus est: atque aliae, quibus tempus illud salutis subindicabatur.

Die iudicii Imo vero adeo non fuit ecclesiae necessarium tempus illud nosse, ut fuerit etiam expediens maxime illud ignorare. Nam si punctum fuisset praecognitum, seniores fierent homines, atque ad virtutum officia vecordes. Hoc enim hic apprimè animaduertendum est, quod Deus, ut distinet. 14. dicebamus, non in hoc nos tantum creauit, ut in nouissima hora ad ipsum conuerteremur, sed re vera ut totam vitam in eius obsequijs expenderemus, neque quicquam admittere aus, cuius nos postea poenitere opus esset. Ut ergo continenter in hac vigilia persisteremus expediens nobis fuit tē-

pus aduentus eius ignorare, tum singularis ad vnum quemque iudicandum, tum & generalis ad iudicandum mundum. Videlicet, ut nihil nobis certius esset quam quod venturus sit nihilque occultius quam quando venturus sit.

Luc. 12. Unde Luc. 12. Sint lumbi vestri praecincti: id est, semper in opere persistentes, & lucernae ardentes: id est, nunquam a dei lumine extinguentes, quod Deus in cordibus vestris accendit, & similes hominibus expectantibus Dominum suum: scilicet, omni momento, quia nescitis, an in prima, secunda, vel tertia vigilia sit venturus.

Quo circa intelligenda est vis argumēti, quod subiungit. Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur veniret vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam: & vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis venire. Videtur namque inepta collectio ab eo, qui scit horam, ad eum qui nescit: est tamen aptissima. Vult enim persuadere, ut quam attentè, qui horam venturi furis sciret, illa hora vigilaret, tam vigilaret, imò vigilantius ille, qui horam ignorat in quacumque sit attentus, certo nimirum sciens quacumque posse venire.

Matth. 25. Atque huic alia subinde egregie consonat virginum parabola Matth. 25. Nam quinque prudentes, quia quacumque hora sponsum expectabant, nunquam dormierunt, fatuae vero ob moram, quam faciebat, haesitare ceperunt quando veniret: & ideo somno occupatae, oleum minimè prouiderunt.

Matth. 24. Et haec est querela, quam Christus loco citato Matth. 24. proponit. Vbi enim dixit, de illa hora neminem, neque vero angelum scire, nisi solum patrem, subiunxit. Sicut autem in diebus Noe, ita & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes & nubentes & nuptui tradentes vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Quasi diceret, cum pater meus secretum diei illius ea causa in suo peccato recondiderit, ut homines vigilantiores paratioresque essent, & cautius viuerent, inde ipsi occasionem nanciscuntur foecordius ac negligentius viuendi.

Praenunciatio diuina duplex. Est igitur adnotandum hic, quod praenunciatio diuina alicuius imminētis mali aut est comminatoria, quam scit se mutaturum: & tunc nihil vetat quominus certus dies designetur: ut fuit illa Niniuitis per Ionam facta, Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Quando vero praenunciatio illa non est mutanda, non designatur singularis dies, ut est illud Luc. 19. Super Hierusalem

Super Hierusalem, Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, &c. Et pariter centum annis ante diluuium praecipit Noe Deus arcam fabricare nulla tunc designata die, & tamen neque toto illo tempore mortales illi fidei praestiterunt. Genes. 6. At verò, ut aliud adhibeamus argumentum, quauis diem illum nobis Christus praedixisset, parum nobis prodesset: nam vnusquisque finem suum, maxime in prouecta aetate, appropinquare cognoscit, & nihilominus mores non ideo accuratius componimus, sed nouissimam horam expectamus: quando corpus, quod corrumpitur, aggregauis animam, vix vllam ei libertatem permittit, qua possit de re tam ardua tractare. Igitur hominibus notitia illius diei non adhaerens affulsit.

Arca Noe.

Aliud arg.

Dubium.

Lactantij opinio.

Opinio quorundam.

rusalem, Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, &c. Et pariter centum annis ante diluuium praecipit Noe Deus arcam fabricare nulla tunc designata die, & tamen neque toto illo tempore mortales illi fidei praestiterunt. Genes. 6. At verò, ut aliud adhibeamus argumentum, quauis diem illum nobis Christus praedixisset, parum nobis prodesset: nam vnusquisque finem suum, maxime in prouecta aetate, appropinquare cognoscit, & nihilominus mores non ideo accuratius componimus, sed nouissimam horam expectamus: quando corpus, quod corrumpitur, aggregauis animam, vix vllam ei libertatem permittit, qua possit de re tam ardua tractare. Igitur hominibus notitia illius diei non adhaerens affulsit.

Dubium. Vtrum verò singulariter alicui talis fuerit facta reuelatio, vanum est disputare. Quod enim id Deus facere potuerit, ambigere non licet. Sed tamen quia vnusquisque, vt. 1. Corinth. 12. ait Apostolus, datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, & in hac vita id nosse non expedit, non est facile credendum tale priuilegium alicui fuisse indultum. Secus de obitu cuiusque singulari, qui multis reuelatus legitur. Quauis nec propriae diei mortis notitiam affectare debeamus, admonet enim nos Paulus. 1. ad Timot. 4. ut aduentum domini diligamus. Sed vt ait ad Esychium August. non ille diligit aduentum dni qui eum asserit propinquare, nec ille, qui eum asserit non propinquare sed ille potius, qui eum siue prope siue longè sit, sinceritate fidei, firmitate spei, ardore charitatis expectat.

Lactantij opinio. Laetantius, vt paulo ante diximus in lib. 7. de diuino praemio, in illa sua hebdomada dierum persistens, cap. 14. & rursum. c. 25. arbitratur explet o ab orbe condito, sex mille annorum numero iudicium futurum: & post septimum millenarium, quo cum iustis regnaturus est Christus, mundum finiendum. Atqui Elias quidam, non ille sacer Propheta, sed alius nuperimus, quem Andreas Osiander refert, mundi cursum in tres periodos partitus est, ita ut cum vsque ad Abraham per duas aetates duomillia annorum fuerint consumpta, & vsque ad Christum alia duo, totum tempus euangelij, non nisi alia duo millia annorum sit duraturum. Sed haec & similia commenta nullius sunt auctoritatis. Similiter enim, vt Augusti. super illum locum Act. 1. lib. 8. de ciuita. cap. 53, scripsit, quidam dixerunt, mundum duraturum quadringentis annis, quibus fuit populus Israel in Aegypto. Alij vero quingentis, & tamen decepti sunt, quemadmodum & omnes, qui id computare contenderint, decipien-

tur. Quod enim Apostolus Christus id sciscitantibus non dixit, nulli reuelabit: quare omnium de hac re calculantium digitos resoluat: & quiescere iubet. Haec ille. Quare qui certitudinem illius diei praedicauerint, non sunt audiendi. Nam etsi D. Vicentius atque alij sancti iam iam aduentare praedicauerint, prudenter tamen annorum numerum non denotabant. Vnde Augustinus ad Esychium epistola. citata. 80. Nec certum nec mille anni cognosci possunt post quos sit Christus venturus, sed vocauit Paul. Euangelicum tempus horam nouissimam, quia mille anni ante oculos Dei tanquam dies vnus. Et solet esse Dei prouidentia, vt non nunquam aliquibus viris iustis opinari permittat, vt credant citius venturum, non quod eis mendacium reuelet, sed quod sinat eos talem sensum habere ad percellendum populorum animos, prope ad illum modum, quo per Ionam Niniuitis eorum interitum comminatus est. Quod si quis contra conclusionem sic arguat. Cuius principium notum est, eius perinde finis innotescere potest: quonia, vt secundo de generatione ait Philosophus, cuncta sua durat periodo: principium autem mundi Christianis notum est: ergo per id potest innotescere finis. Respondetur, quod vt ex principio alicuius rei finis perpendatur, necesse est, vt eius mensura sit nota. Si enim ergo scirem quantum alicui Deus dederit vite, cognito die natiuitatis, cognoscerem quando facturus ei sit dies mortis. At quia mensura saeculi mundi nobis incognita est, quauis sciamus quantum temporis a suo ortu defluxerit non tamen inde colligimus quantum sit in posterum duraturus.

Solu. 4. ar. Ad principale igitur argumentum respondetur, quod Danieli Propheta bis legitur tempora aduentus Domini designasse. Primum capit. 9. vbi ab aedificatione templi post hebdomadas septem & alias sexaginta duas ait occidendum Christum, vbi manifeste de primo loquitur aduentu ad mortem. Non de secundo, vt eadem epistola ad Esych. ait Augustin. Post verò de secundi aduentus tempore loquitur capit. 12. vbi ait quod a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium. Et iste est locus, quem Christus citat Matth. 24. de secundo aduentu. Et similiter ferè dicitur Apocalypsi. 12. quod scilicet, mulier, quae ecclesia intelligitur, habebit locum, vbi Deus illam pascat, diebus mille ducentis sexaginta. Per illum verò numerum designat Ioan. totum tempus ecclesiae ab orbe redemptio vsque ad Antichristum: sed tamen illic non ponitur dies

D. Vicentius.

Obiectio.

Solu. 4. ar.

Apocalypsi. 12.

pro anno, vt aliqui volunt, secundum illud Ezechiel. 4. Diem pro anno dedi tibi, quasi non esset nisi mille ducentis sexaginta annis duratura, cum iam sint plures transacti, quam mille quingenti. Sed per dies illos à Ioanne significatur totum tempus, quo ecclesia est duratura, propterea quod prædicatio Christi tribus annis & tribus mensibus protensa fuit, qui numerum illorum dierum paulo plus minusuè complent. Quare illic tempus durationis ecclesie non præscribitur certum. Responsio verò hæc, verum obtinet secundum

Dies Apocalypsis.

D. Thom. Sanct. Thomam atque alios, qui putant dies Apocalypsis designare dies ecclesie vsque ad finem mundi: dies verò apud Daniele significare tempus, quo persecutio Antichristi grassatura est. Nam profectò possumus optime vtrumque numerum ad durationem persecutionis Antichristi referre: eandem quippe illic persecutionem Daniel graphicè pingit. Vbi, ait, quod durabit in tempus & tempora & dimidium temporis: & nomine temporis intelligit vnum annum, & nomine temporum duos alios, & per dimidium temporis, dimidium anni. Et ideo subdit, A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium scilicet, Christi, & posita fuerit abominatio: scilicet, Antichristi, in desolationem, current dies mille ducenti nonaginta: scilicet, persecutionis. Et tunc extinguetur Antichristus. Sed beatus qui ab eius persecutione liberatus alios quadraginta quinque dies superuixerit: nempe, vsque ad mille trecentos triginta quinque. Tunc enim erit finis. Et profectò eodem modo possunt glossari dies Apocalypsis: nam præmittitur illic, quod mulier, scilicet, iustorum coetus à Dracone illo raso: id est Antichristo, fugiet in solitudinem, vbi pacetur diebus illis.

Daniel.

Dies Apocalypsis.

An angeli illum dieno uerint.

An diem illum uideant in uisione beatifica.

August.

Sanct. Thomam atque alios, qui putant dies Apocalypsis designare dies ecclesie vsque ad finem mundi: dies verò apud Daniele significare tempus, quo persecutio Antichristi grassatura est. Nam profectò possumus optime vtrumque numerum ad durationem persecutionis Antichristi referre: eandem quippe illic persecutionem Daniel graphicè pingit. Vbi, ait, quod durabit in tempus & tempora & dimidium temporis: & nomine temporis intelligit vnum annum, & nomine temporum duos alios, & per dimidium temporis, dimidium anni. Et ideo subdit, A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium scilicet, Christi, & posita fuerit abominatio: scilicet, Antichristi, in desolationem, current dies mille ducenti nonaginta: scilicet, persecutionis. Et tunc extinguetur Antichristus. Sed beatus qui ab eius persecutione liberatus alios quadraginta quinque dies superuixerit: nempe, vsque ad mille trecentos triginta quinque. Tunc enim erit finis. Et profectò eodem modo possunt glossari dies Apocalypsis: nam præmittitur illic, quod mulier, scilicet, iustorum coetus à Dracone illo raso: id est Antichristo, fugiet in solitudinem, vbi pacetur diebus illis.

¶ Vtrum autem in verbo uisione beatifica illum diem contueantur, non desunt qui affirmant, vt impræsentiarum refert Ricardus. Nam licet hoc ad eorum essentialem beatitudinem non attineat, spectat tamen ad eorum gloriam accidentalem: quia res est dignissima scitu. Quemadmodum August. in Enchiridio. cap. 36. Cognouerunt, inquit, angeli sancti de Deo docti, cuius veritatis æterna

contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectet. Nam quanuis inde non colligatur cognoscere illum diem, fit tamen coniectura, quod sicut cognoscunt saluatorum numerum, perspiciant & salutis diem. Veruntamen si id Angelis concedamus similiter animabus sanctis tribuendum est: nam pariter illis erit iucundissimum diem illam nosse, quam suis optant amicis. Præsertim cum nullum imminet periculum, vt mysterium mortalibus enuncient. At verò probabilius apparet, vt neque in verbo id videant, tum quod hoc ad eorum beatitudinem non pertineat, tum potissimum quod dicens Christus, neque Angeli de cælo, significasse videtur, neque beatos illos vllò pacto id cognoscere. ¶ Sed grauior apparere potest dubitatio de illo verbo apud Marcum capitul.

Sententia authoris.

Neq; filius hominis.

Christus quatenus homo diem illam nouit.

Hierony.

Origeni.

13. Neque filius hominis. Attamen re vera nullum ingerere potest dubium, quominus Christus eundem cognoscat diem: non solum quatenus Deus, cui eadem est cum patre communis essentia, atque ad eò infinita notitia, & per ipsum facta sunt non solum cuncta tempora & dies, verum rerum vniuersitas. Imò & in quantum homo. Nam cum ei, quatenus Redemptori congruat iudicium facere, eadem ratione competit, vt sciat quando ad id venturus sit. Nihilominus nefas esset & hæresis dubitare, vt quidam hæsitant, illam apud Marcum vocem existere, propterea quod non sit apud Matthæum, imò è conuerso cum Marcus quasi epitomen Matthæi fecerit, bona sit coniectura etiam apud eundem Matthæum similiter fuisse scriptum. Et ita, ait, Hieronymus aliqua exemplaria habuisse, tam latina quam græca. Et in enarratione eandem particulam interpretatur. Et Origenes in homilijs super Matthæum eandem etiam legit uoculam. Et Chrysostomus eodem loco. Sed sit uero simile, vt ex Hieronymo colligitur, aliquos nimium cautos Arrianorum tempore eandem uocem abrasisse, vt eis ansam auferrent dicendi filium esse creaturam. Vnde & Augustinus libro de uerbis Domini sermone uigesimo primo. super Matthæum eodem modo legit. Sensus ergo Christi, hic fuit, quod filius non sic illum diem nouerit, vt alicui reuelare debeat. Nam cum potestas ei à patre in salutem humani generis fuerit impensa, & ad eandem nostram salutem id non nobis expediat scire, minime ei detegendi illud secretum facultatem fecit. Et ideo, vt, ait, Chrysostomus, addendo, Ne-

Chrysostomus.

que filius hominis, os Apostolis obstruxit, ne amplius id quærent: quia non erat interrogatio, ad quam ille poterat respondere. In cōfessarijs modus ille negadi se scire illa, que sub sigillo cōfessionis audierunt, legitimus est: scilicet, nescio vt dicam. Itaque sicut Apostolis dixerat, Non est uestrum nosse tēpora vel momenta, similiter de se ait. Nō est meum dicere uobis. Sunt enim in eo, vt ait, Paulus ad Colofenses secundo, omnes thesauri scientiæ & sapientiæ absconditi, quos nō nisi ubi cōgruens fuerit reuelat.

ARTICVLVS III.

Utrum resurrectio futura sit in instanti eodemque nocturno.

Partis negatiue argumenti.



Notitiā tēporis resurrectionis spectat rimari de eius mensura & momento, vtrum, scilicet, faciēda sit subito noctuq; . Et arguitur à parte negatiua. Ezechiel. 17. de resurrectione mortuorum sic prænunciatum legitur, Acceserunt ossa ad ossa, & uidi, & ecce super ea ueni & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis de super, & spiritum non habebant: ergo reparatio & compactio corporum cōiunctio nem animarum antecedit: in instāti uero non potest esse antecessio & simul successio: quia hæc dicūt motum, qui nō est in instāti possibilibus, præsertim cum illic plures actiones debeāt ordine procedere: prius enim debet esse cinerum collectio, mox corporis organizatio, ac demum animæ infusio, quæ nō apparet quæ admodum possint se subito subsequi.

2. Argum.

Pars affirmatiua.

¶ Secundò aduersus membrum secundum arguitur. Finis vniuscuiusque rei debet esse perfectissimus: tunc autem futurus est temporis finis, iuxta illud Apocalypsis. 10. Tempus amplius non erit: ergo tunc debet esse tempus in sua optima dispositione, quæ est dies: eo uel maximè quod qualitas illius temporis illis debet adaptari rebus, quæ tūc gerētur: sed tūc vt 1. Cori. 4. legitur, illuminabit dominus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: ergo fiet in meridie, quæ hora illi negotio præcipuè congruit. ¶ In cōtrarium autem quantum ad primum membrum est illud Pauli. 1. Corinth. 15. Omnes quidē resurgemus in momento, & in ictu oculi. Et quantum ad secundum est exemplum Christi, cuius instar, vt Gregorius in homilia

Paschali author est, nos resurrecturi sumus, quæ utique resurrectio fuit in nocte.

Decisio articuli.

¶ Quæstio hæc bimembris binam exigit conclusionem, Atque prius membrum duplicem potest facere sensum, vnus enim est, vtrum omnes quotquot resurrecturi sunt, in eodem temporis articulo sint suscitandi, an uero quidam prius quam alij. Qui quidem sensus pertinet ad subsequenter articulum. Alter uero intellectus, est vtrum cuiusq; resurrectio sit futura in instanti vel subito. Et de hoc in præsentia disputatur. Ad cuius definitionem notandum in resuotione aliqua esse ministerio angelorum gerenda, vt puluerum collectio, alia uero à Deo immediatè perficiēda, vt animæ in ductio in corpus.

1. Cōclusio.

¶ Sit ergo prima bimembris conclusio. Quicquid ministerio angelorum faciēdum est, fiet non in instanti, sed in tempore imperceptibili, illud autem, quod diuina uirtute est perficiēdum, cōsummabitur subito: scilicet, interminio illius temporis, quo opus angelorum cōplebitur. Quo autem conclusio apertior fiat, supponendum est, quod resurrectio, vt loco citato lib. 4. capi. 28. ait Damascenus, est eius, quod cecidit, iterata resurrectio: cadit autem in morte primū ipse homo per separationem animæ & corporis, qui ideo cadit in cadauer: cadit item deinde cadauer in alia corpora, in quæ resoluitur: nempe, in terrā, uel in aliud elementum aut mixtū: & tandem per diuisionem potest cadere in alias ac subinde alias res, vt vna particula crescat in herbam, & transeat deinde in carnes, &c. In resurrectione autem ab illo exordiēdum est, quod in resolutione fuerat postremum, vt scilicet, primum cōgentur cineres.

Resurrectio quid.

Cineres quid.

¶ Nomine autem cinerum intelligitur quicquid sit illud, in quod corpus fuerit resolutū. Cur autem dicatur cineres, explicabimus articulo quinto. Primum ergo opus erit illas particulas & reliquias in vnum locum congerere, ubi reficiendum est corpus: opus autem illud manifestum est ministrandum esse per Angelos: Angelus uero non potest in instāti corpus mouere, tum quia actio quæcunque corporea in instanti arguit uirtutem infinitam, vt patet in creatione, quam Angeli non habent: tum quod motum & præsertim localem fieri in instanti implicat contradictionem: quia quippiam moueri est prius alicubi esse quam alibi: prius autem & posterius absque successione intelligi nō ualet: successio autem diuisibile tempus intrinseca ratione includit, atque ad eò in instāti

stanti fieri repugnat. Fiet tamen in tempore nobis imperceptibili, non solum propter eximiam angelorum virtutem, sed quia id virtute diuina exequentur, iuxta verbum Christi Matthæi. 24. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis: hoc est, à quacunque orbis parte: & à summis cœlorum vsque ad terminos eorum: quod si referatur ad corporum partes intelligitur ab orbe Lunæ: scilicet, ab elemento ignis & infra, vbi cunq; illæ fuerint particulæ. Si autem referatur ad animas, ad litteram adducuntur de cœlo, vbi sedes sunt beatorum. Quomodo verò quæcunque particulæ à corporibus, quibus fuerint commixtæ, extrahendæ sint, distinct. sequenti repetendū est, vbi disputabitur, vtrum idem profusus homo qui obiit secundum omnem suam partem sit resurrecturus. Sed nota cum Sancto Thoma, in tempore imperceptibili, non enim ait, subito: quia subito id fit, quod modò non est, & proximè (vel quod aiunt immediate) post hoc erit, quod illi cinerum congregationi non conuenit, cum verè per motum sit exequenda.

In tempore imperceptibili.

Organizatio.

Scotus.

¶ Congregatis illis particulis seu cineribus, sequitur corporis organizatio, vt aliæ particulæ in ossa efformentur, atque aliæ in nervos, & aliæ in carnem, quæ simul compacta suscipiendæ animæ sint idonea. Et hanc Scotus quæstione. 5. ait, in instanti futuram esse virtute diuina, non autem angelica. Opinatur enim ipse formam corporeitatis antecedere animæ in corpore: & Angelus nequit formam corpori inducere nisi applicando actiua passiuus, quæ illam educant de potentia materis, vt applicando ignem ligno: vel vt ad rem proximè loquamur, infundendo semen matrici, vbi corpus humanum efformatur: & tamen resurrectio non est sic faciendæ, sed sine opera secundarum causarum naturalium efficiendum.

Sententia authoris.

Ratio. 1.

¶ At verò quanuis nullam aliam formam præter rationalem in homine admittamus, profectò idem crediderim: scilicet, quod corpus non est angelorum ministerio organizandū, vt cum Scoto etiam Durand. quæstione. 4. cõsentit. Primum propter rationem modò factam: quoniam organizatio vna est, quæ antecedit animam in embrione, altera verò quæ cum ipsa anima inducitur: illa verò quæ præcedit, fit per determinatas causas: scilicet, recepto in ventriculo semine, quod aliam ac subinde aliam formam vsque ad animationem recipit, quas ideo angelus nisi applicando acti-

ua passiuus inducere nequit: quibus quidem agentibus illic locus non dabitur, quia nulla erit feminis virtus. Organizatio verò completa, quæ est vltima dispositio animæ, & tanquam propria passio hominis in ipso perseuerat, non antecedit animam, imò eam natura saltem subsequitur, veluti reliquæ propriæ passiones, quæ ad introductionem animæ consequuntur, iuxta doctrinam Aristotelis de generatione animalium. Igitur in resurrectione nulla erit organizatio antecedens introductio nē animæ. Id quod optimo cuiq; Philosopho impræsentiarum est consideratè meditandum: quoniam organizatio illa non fiet per causas naturales disponentes materiam ad introductionem animæ, neque verò angeli id supplere possunt: sed in eodem instanti virtute diuina introducetur anima, corpusque organizabitur. Imò prius natura fiet animæ inductio, quæ organizatio.

Aristot.

Subitò.

Argumentum.

Dilutio.

¶ Probat ergo secunda pars cõclusionis: scilicet, quod quicquid illic virtute diuina fiet, qualis est inductio animæ & organizatio, perficietur subito. Nam si tempus illic esset requisitum, id esset aut ratione formæ, quæ inducitur, aut ratione agentis, aut ratione subiecti, quod illam recipit: non vtiq; ratione agentis: quoniam virtus Dei infinita est, quæ vt non à loco, ita nec à tempore villo pendet. Nec ratione formæ, quæ inducitur, tum quod anima est indiuisibilis, quæ non habet partes successione exigentes, tum quod etiam si haberet partes, posset deus illas simul producere: sicut enim in instanti creauit cœlū, creat & animas & potest in instanti quæcunque rem producere. Neque verò tempus exigitur ratione subiecti: in corpore illic non præstat nisi obedientiam causæ supranaturali, cui resistere non potest, quominus formam, quemadmodum diuina virtus intulerit, suscipiat.

¶ Sed ambigat quis fortè hoc pacto. Dū anima rationalis in embrione inducitur, non simul in totum infunditur corpus, sed successu quodam: prius enim viuunt cor, vt doctissimus quisq; Philosophus cõsentit, deinde remotio res aliæ partes, cuius contrarium in obitu accidit, nam quod postremum moritur est cor: ergo ad hunc modū fiet resurrectio. Negatur cõsequētia: quoniam cū in vtero animatur fœtus, infunditur animæ secundū exigentiam dispositionum naturalium præcedētium, quæ nō incipiunt simul esse sufficientes in omnibus membris: in resurrectione verò quæ nō expectabuntur naturales dispositiones, sed simul virtute diuina indu-

inducuntur omnes organice formæ, nulla erit animationis successio.

Subitò & in instanti.

Obiectio.

Argumentum.

S. Thom.

Molestū argumentum.

¶ Diximus autem in secunda parte conclusio nis, quod inductio animæ virtute diuina fiet subito, vt ait Sanctus Thomas: scilicet, in termino temporis; quo angelorum ministerium complebitur. At potest quis philosophiæ peritus arguere, quod non fiat subito, sed in instanti. Differunt enim, vt per philosophiam discimus, quod res, quæ fit in instanti, incipit, vt aiunt, per primum sui esse, ita quod modò fit, & immediate antea non fuerit, vt cœpit esse lux mundi, quam nullus antecesserat motus: quod autem fit subito, incipit per vltimū sui non esse, ita quæ nunc non est, & immediate posthac erit, sicut incipit esse motus. Arguitur ergo quod resurrectio illa non fiat subito, sed in instanti. Resurrectio enim faciendæ est in termino temporis & motus, quo ministerium angelorum colligentium cineres durabit: tempus autem & motus, quia sunt successiua, non possunt terminari per vltimum sui esse: quoniam omne quod mouetur, vt ait Philosophus, posthac mouebitur: ergo desinet esse per primum non esse: illud ergo erit primum esse animæ in corpore, quare in instanti fiet resurrectio. Profectò ita credo. Neque verò Sanctus Thomas tam strictè locutus est, vt subito diceret: id est, nō in instanti. Imò super illud. 1. ad Corinth. 15. In ictu oculi, in instanti ait resurrectionem futuram. Et confirmatur hoc, quia certè anima in minima parte cordis, quæ primum viuunt, in instanti producit, quo scilicet motus dispositionis per primum sui nō esse finitur. Igitur, vt summatim dicamus, in illo instanti fiet in factio animæ eū suis partialibus formis, ossis scilicet, & carnis & neruorum, atque adeò omnium membrorum cõpaginatio, & organorum idonea dispositio.

¶ Et per hæc elucidatur verbum Pauli. 1. ad Corinth. 15. in momento & ictu oculi mortui resurgent. Si enim ictus oculi palpebrarū motionem designat, allusio fit ad cinerum congregationem, quæ Angelorum ministerio, nō in instanti, sed tempore fiet imperceptibili: si verò ictus referatur ad tactum specierum visibilium, quæ in termino apertionis palpebrarū pupillā ictunt & tangunt, tunc instantanea designatur animarum in factio. Vtrum verò ille sit terminus tēporis mundi & motus cæli articulo sequētī videbimus.

¶ Emergit autem ex his molestissimum argumentum in contrarium. Cineres, ex quibus, verbi gratia, corpus Petri coaugmentandum

est, aut maiorem locum occupabūt quàm corpus Petri, propterea quod sicut in materia plus tenui & rara, aut fortasse occupabunt minorem, quia erunt in materia crassiori & densiori: præterquam quod cum cineres illi & materia diuersam habeant figuram, quàm habiturum est corpus, necesse est maiorem minorē ue locum occupare: si primum dederis, tunc cum in instanti contrahantur in corpus Petri, aut relinquunt partem loci vacuam, aut in instanti rarefiet circumstantis aliud corpus, vt partem illam subintret: vacuum autem natura nō fert: rarefactioni verò in instanti ad implendū vacuum natura & cõditio motus aduersatur, qui non potest fieri in instanti: ne utique ergo illa corporis organizatio, & animæ inductio potest fieri in instanti.

Scotus & Durandus.

¶ Scotus hæc quæstione. 5. ne vacuum admittat, concedit motum & rarefactionem corporis circumstantis ad locum implendum fieri in instanti, quod virtute diuina nō existimari impossibile. Durandus verò putat, quod incidit in Scyllam cuitando Charybdiū: nam certè motum in instanti fieri naturæ motus repugnat, sicut hominē dici irrationalem; quia nec per Dei potentiam potest in instanti fieri. Et ideo duas alias effingit solutiones, vnā, quod in collectione puluerum ac cinerum Deus ita adaptabit materiam, vt nec densior sit nec rarior, nec alterius figuræ, quàm futurum sit corpus. Sed bene timet; quod hæc solutio ahimū legentis pacare nequeat: quoniam non est possibile cineres; cum non sint ossa nec caro, vt ante animationem, sub eadem sint densitate & figura. Quare subdit, quod ex omnibus, quæ inconuenire videntur, tutius est dicere, quod si cineres occupabunt maiorem locum, tunc transitu ad corpus creabit in illo instanti aerem vel aliud corpus replens illum locum: & vice versa si occupabunt minorem, tunc quando efformabitur corpus, annihilabitur aliquid circumstantis, quousque locus possit corpus illud capere.

Sententia & ratio.

¶ At verò profectò nulla istarum commentatio potest viro philosopho satisfacere: gregis autem & ideo dicendum quod, de rarefactione & condensatione corporis circumstantis seu ad replendum locum, quem cineres relinquunt vacuum, seu vt corpori cedat resurrectio iudicandum est secundum rarefactionem, aut condensationem ipsorum cinerum, qui sunt materia corporis resurgentis: nam ad condensationem cinerum sequitur rarefactio, & subintratio circumstantis corporis: & ad eorum rarefactionem sequitur condensationem.

condensatio & celsio corporis circumstantis. Illam autem condensacionē cinerum, si erant rariores, palam est fieri in instanti, quo anima inducitur: quoniam est, dispositio indiuidua ipsius animæ, quam ideo anima secum adfert. Hinc autem fit, illam cōdensacionem nō fieri per motum, quod oculatē est meditandū, quia re vera motus nequit in instanti fieri, sed incipit virtute diuina per primū sui esse, sicuti homo ipse. ¶ Quod si roges. Quomodo fieri potest condensatio absque motu? Respondetur naturaliter quidem fieri non posse, attamen virtute diuina sicuti potest fieri ex aere aqua in instanti, & ex aqua terra, ita potest in instāti fieri ex aere rariores densior: non quod in eodem instanti sint simul minūs & magis densum, sed quod nunc fit aer densus, & non immediatē ante hoc erat densus. Idem ergo est dicendum de corpore circumstāti, quod in instanti fiet illius mutatio sine motu, quia nullus est illic motus naturalis, sed mutatio diuina.

Dubitatio. Dilatio.

Arist.

Scotus.

Solu. 1. ar.

¶ Quomodo fieri potest condensatio absque motu? Respondetur naturaliter quidem fieri non posse, attamen virtute diuina sicuti potest fieri ex aere aqua in instanti, & ex aqua terra, ita potest in instāti fieri ex aere rariores densior: non quod in eodem instanti sint simul minūs & magis densum, sed quod nunc fit aer densus, & non immediatē ante hoc erat densus. Idem ergo est dicendum de corpore circumstāti, quod in instanti fiet illius mutatio sine motu, quia nullus est illic motus naturalis, sed mutatio diuina. Quemadmodum Aristoteles in formis substātibilibus, ait, generationem esse mutationem instantaneam. Nisi quod illam præcedit motus, qui tamen in resurrectione non præcedet. Et hoc fortasse voluit dicere Scotus cōcedens, motum fieri in instanti, accipiendo motum pro occupatione maioris loci, quantum non esset concedendum mutationem illā esse motum.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod apud Ezechielem si nomine illius accessions ossium intelligatur pulueres & cineres, ex quibus consolidanda sunt ossa, accessio ipsa, quippe quæ angelico ministerio facta est, tantillo temporis resurrectionem antecedit. Si verò illo nomine intelligatur ossium, neruorum, carniūque formatio, subito, imò in instanti temporis, vt dictum est, efficiuntur: sed tamen ordine quodam naturæ: nam cū ossa per neruos sint colligata, ac subinde carne vestita, prius natura sicut ossa quæ nerui, &ambo quæ carnes. Quemadmodum Deus dum ex costa Adæ Euam plasmauit, in instanti temporis fecisse creditur, licet partes ordinem inter se seruauerint naturæ. Quauis Propheta naturæ ordinem per successions effigiem explicauerit.

De hora adueniens.

1. Ad Thef. sal. quarta.

¶ De secūdo autem membro, quæ, scilicet, hora dici fit resurrectio futura, variè opinatur, quia hoc nō est expressè reuelatum, sicuti neque dies ille. Sunt enim qui dicant, in medio noctis futuram. Cui alludere videtur Paulus. 1. ad Thefalon. 4. Vbi Dominum venturum refert sicuti in nocte furem. Et Historia

Exodi. 12. vbi legitur, quod Dominus ad eripiendum populum de Ægypto in noctis medio percussit omne primogenitum. Et Christus, qui exemplar nocte resurrectionis fuit, illa ferè hora resurrexisset censetur. Et Matth. 27. 25. Media, inquit, nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit. Et fuit Casiodori opinio super illud Psalmi. 108. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicium iustificationis tuæ: illa enim, inquit, hora veniet ad iudicandum orbem, quæ utiq; venit ad liberandum Israel de Ægypto.

Casiodor.

2. Conclu.

¶ Sed nihilominus statuitur secunda articuli huius conclusio. Resurrectio celebranda est summo diluculo dum aurora clarere incipit, sole, scilicet, existēte in oriente, & Luna in opposito Occidentis puncto, secundum orientem respectu zenit, quod respicit vallem Iosaphat, vel alium quemuis locum vt futura est resurrectio. Definitio est Sancti Thomæ, Ricardi & Durandi, quam Theologorum plerique sequuntur. Quoniam cum articulus illius temporis colligi planè nequeat, coniecturis vero similibus vti licet. Atqui omnium primam ex Christi resurrectione culus instat nos resurrexerimus, sumere oportet, ipse autem creditur hora tertia à medio noctis ceu noua lux nouusq; dies mundi resurrexisset: vnde dies Dominica nomē sortita est. Sic enim, ait, D. Matth. quod elucescit prima sabbati: scilicet, Dominica, mulieres venientes ad monumentum terramotum senserunt: & Marcus, ait, valde manè orto iam sole, id est, nondum eius corpore ab Horizonte emergente. ¶ Itē hora illa videtur rei quàm

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Matth. 14.

maximè idonea: tum quod illa est hora, quæ profundiori somno homines sopiti sunt, quæ ideo securitas designatur, in qua tunc homines erunt, sicut in diebus Noe, vt, ait, Christus, tum etiam quod cum resurrectio fiat ad manifestanda omnia opera: quæ tunc vsque in cordium latebris delitescunt, & tunc sunt propalanda & proferenda in lucem, commodatissimus temporis articulus est lucis aurora, quasi tunc lucis accensio fiat: nam Christus, qui author naturæ est, eiusdem naturæ ordinem in suum famulatum tunc vsurpabit. Item & parabola Matthæi. 14. & Lucæ. 12. quæ Christus admonuit, vt omnes in vigilia essemus aduentum Domini præstolantes, vt si in prima vigilia venerit, paratos nos inueniat, quæ utique prima vigilia est tribus horis ante mediam noctem, & similiter si venerit in secunda, quæ est in noctis medio: & tandem addit, quod si venerit in tertia vigilia,

Utrum vniuersi mortales sint resurrexerunt.

Superiori quæstione definitum est, omnes quotquot primo sonitu tubæ inuenientur mortui, fore resuscitandos. Restat ergo de illis, qui tunc viui reperientur, explorare, vtrum itidem mortui occumbent, vt subinde resurgant. Et arguitur à parte negatiua ex illo potissimum. 1. ad Thefalo. 4. Mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui viuimus, qui relinquitur simul rapiemur cum illis in nubibus obiam Domino in aera, & sic semper cum domino erimus: vbi inter mortuos, & viuentis distinguit: quæ illi resurgent, atq; hi viui rapietur in aera, inhiuans quæ tunc viui non morientur. Cui maximè consonat articulus fidei, quo in simbolo confitemur, quæ venturus sit iudicare viuos & mortuos.

Partis negatiue argum.

2. Argum.

3. Argum.

Partis affirmatiue.

Opinio quorundam.

Opinio vera.

Locus Pauli. 1. Cor. 15.

Dei.

Solu. 2. ar.

Media nocte.

Luna plena.

Aequinoctium.

Mundus quod die conditus.

Dies conceptionis Christi.

vigilia, quæ est tribus horis post: nempe aduentante diluculo, beati sunt serui illi, quos in uenerit vigilantes.

¶ Ad secundum igitur argumentum principale in capite quæstionis præmissum respondetur, optimam dispositionem temporis esse prope ortum solis: nam in illo cæli puncto creditur sol creatus, quippe cum secundum Aristotelem inde incepisset motus, si habiturus fuisset principium: imò inde re vera cœpit, quia si des nos docet habuisse principium. Atqui articulus ille maximè est rei resurrectionis accommodus, vt expositum est. ¶ Et per hoc verbo Pauli fit satis, quod venturus sit sicut fur in nocte: nam certè faures illam horam obseruant, qua homines securius dormiunt. Quare Apostolus nullam designauit horam noctis. Quod autem legitur Matth. 15. Media nocte clamor factus, quādo fatuæ virgines dormiebant, non tam ad designandum punctum horam dictum est, quàm ad significandum per modum parabole securitatem profundè dormiētium. Aduentus autē angeli in Ægyptum non tātū ad rem facit, quæ Christi resurrectio: tunc enim expediens illa hora mediæ noctis fuit, vt populo reliquum noctis ad fugiendum superesset.

¶ Adieci in conclusione, quod tunc luna erit plena soli opposita in occidenti, quoniam in illa dispositione creata luminaria creduntur: nam cum sol conditus fuerit, vt diebus præsit, & luna vt præsit noctibus, illa est optima luminarium dispositio, vt sole oriente luna occidat & illo occidente oriatur ipsa: concedet ergo vt quibus punctis moueri cœperunt, in illis quiescant.

¶ Imò non parua hinc fit coniectura, vt dies illa circa æquinoctium martij sit futura, nam licet de hoc inter Doctores cōtrouerfetur, longè fit tamen probabilius in illo æquinoctio orbē fuisse conditū, quod nunc in duodecimam martij cadit. Et ibidē annis tribus millibus nongentis quinquaginta nouē elapsis conceptus fuit Christus: nam anno ter millesimo nongentesimo sexagesimo ferè completo natus est. Error enim Calēdarij est, vt dies conceptionis vigesima quinta Martij celebretur, & dies natiuitatis vigesima quinta Decembris, deberent enim tredecim diebus retrogradi. Et triginta tribus integris expletis annis ab eius cōceptione sub eodē æquinoctio passus fuit. Igitur quauis nō sit tanquā omnino certum asserendū quando dies illa sit vêtura, quia securos & aliud agētes præoccupabit homines, optimè tamē conijctur, vt quo die orbis & conditus fuit & redemptus, sit itidem iudicandus.

¶ Secūdo. Naturale & cōmune desiderium totius speciei nō potest sic in tota vacuū & inane esse, quin in aliquibus indiuiduis expleatur: naturale autem desiderium mortalium explicat Pau. 2. Cor. 4. dicēs. Nolumus expoliari, sed in peruestiri: ergo aliqui erūt, qui non expoliabuntur corpore, sed viui rapiemur ad gloriam.

¶ Et tertio confirmatur hæc ratio. Vbi abūda uit delictū, vt ait, Roma. 5. Apostolus, superabundauit & gratia: ergo Christus humanæ speciei, saltē in aliquibus suppositis illud beneficium naturæ integre restituet, quādo poterāt homines non mori, sed viui erant in gloriam transferendi. ¶ In contrarium est collectio illa Pauli ad Roman. 15. Sicut in Adā omnes mortuati, ita & in Christo omnes viuificabuntur: cum ergo in Christo vniuersi sint viuificadi, fit vt in Adā omnes sint morituri.

¶ Quæstio hæc grauis est, & in controuersia doctorū posita. Sunt enim qui dicāt, illos, qui sub articulum aduentus Domini viui reperientur, nō morituros, saltē iustos, sed in aera viuentes rapiendos obuiam Christo. Aliorum verò (quæ vt pbabilior, ita vniuersalior est) fertur sententia, quæ omnes, etiam illi, tam probi quæ reprobi, morte sint occupadi, & ex templo suscitandi. Atqui primus locus qui liti ansam obtulit, est ille. 1. Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus, sed nō omnes immutabimur. Enim uero vt Hierony. in epistola ad Minerium, & Alexandrum, quam de hac re conscripsit, & August. in epistola ad Esychi, & 2. de ciuita.

Dei. cap. 20. fatentur, varia est illius loci apud Græcos & Latinos lectio, tum quantum ad verbum: nam ubi nos legimus, resurgemus, plerique Græcorum codices legunt, dormiemus: hoc est, moriemur: solene enim illis est, qui spem resurrectionis habent, mortem somni nomine designare. Et preterea quantum ad affirmationem: nam cum nos legamus, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, quidam permutata negatione conuersim legunt, Omnes quidem non resurgemus seu non dormiemus, sed omnes immutabimur. Neque verò Hierony. & Augu. fatentur, omnes Græcos à latinis diuertere, sed multos. At qui, vt ait, super eundem locum D. Thom. quantum ad verbum nihil refert, seu resurgemus, legamus, seu dormiemus: quoniam quot quot morituri sunt resurgent, & nulli sunt, nisi qui morientur, resurrecturi. Sed tamen negatio sensum omnino in contrarium vertit. nam si legatur, omnes non resurgemus aut non dormiemus, planum fit, quod illi, qui tunc in viuentibus fuerint, vel eorum aliqui, mortem non sint experturi. At quoniam etiã si sint omnes morte complicandi, dubitare quis potest, vtrum simul illi cum alijs antea defunctis sint excitandi, an verò postea, duas conclusiones præfens questio deposcit.

D. Thom.

At qui pars illa, quæ legit, Omnes non dormiemus, suos habet neque verò continendos, authores, quorum quosdam Hierony. in præfata epistola commemorat, vt Theodoru & Apollinarem, quibus Chrysostronus & Theophylactus ad stipulantur. Et vt apparet, etiam Origenes libr. 2. contra Celsum. Et ex neotericis Faber Stapulen. & Erasmus super eundem locum, & 1. ad Thessal. 4. nimio pugnantius eam asserere contendit, cum quo Caietanus eisdem locis consentit.

Opinio. pri. mepatroni.

Nihilominus prima conclusio sit. Vniuersi, qui tunc vita fuerint superstites, morti succumbent, vt protinus cum cæteris resurgent. Sententia est Hieronymi, qui quauis in epistola ad Marcellam nutans videatur in contrariam partem propendere, tamen ad Minnerium & Alexandrum, quorum rogatu rem desinat, hanc tandem sententiam affirmat dicens, huic magis ecclesiã acquiescere, magisq; veritati conuenire, vt nemine excepto, præter Enoch & Eliam, quos sacra oracula viuos disparuisse commemorant, omnes sint morituri. In quam utique sententiam citat venerabilem Didymum, quem vt vetustiore, ait, Origenem fuisse secutum, qui ambo fuerunt Græci peritissimi. Eiusdem sententiæ est Augu. lib. citato. 20. de ciui

1. Coclusi.

ta. Dei. cap. 20. & præterea de fide ad Petrum cap. 3. vbi ait, quod ab eo primi hominis corpore, quod de terra Deus plasmauit, vsque ad omnium hominum corpora, quæ animata quandoque viuere coeperunt, ab illo refuscitabuntur, à quo operante creata sunt. Eadem hic est opinio S. Tomæ & Ricardi & Scoti quæst. 5. & Durandi & Paludani. q. 4. & Theologorum ferè omnium. Verutamen hic D. Tho. eam non est amplexus nisi seu securiorem & comunio rem, vt eius verbis vtamur, & 1. Corinth. 15. ait, contrariam opinionem non esse contra fidem. Imò in libro de ecclesiasticis dogmatibus. capit. 7. quauis Augu. comunem sententiam maxima, vt, ait, Patrũ turba tradente suscepit, censet tamen patronos alterius opinionis catholicos & eruditos, nec ob id censes eos esse hæreticos, At verò, quanquam nec ego aliter sentiam, nihilominus profectò non nihil vel temeritatis vel audaciæ præ se fert contrariam iam nunc temporis sententiam tueri, præsertim tam pugnaciter, quæ quidam faciunt: quando quidem Hierony. dicat, huic sententiæ magis ecclesiã acquiescere & magis esse veritati consonam. Et omnes latini ita legant. Omnes quidem resurgemus, & nonnulli ex Græcis. Quinetiam, à tempore Tridentinæ synodi vbi editio vulgata inter omnes est solenniter suscepta, nescio an contraria lectio græcanica peiori quàm temeritatis nota sit subnotanda. Eo vel maximè, quòd tum rationes, tum & oracula sacra huic, quæ vulgata est editio, liberius patrocinentur. Primum enim, vt à nostra natura exordiamur, cum ex aia & corpore constantes nostræ nature similes in eisdem partes resoluibiles, nulli sunt ab hac naturali lege excipiendi antequàm de diuino priuilegio constiterit: vniuersalis enim sententia est Gene. 2. Terra es, & in terram ibis: quam Augustinus loco citato lib. 20. ad hoc propositum de vniuersali resurrectione interpretatus ait, In terram ibis, amissa vita: nullum autem extat priuilegium expressum: ergo asserendum est, omnes mortem esse obituros. Secundò & ex coelestibus lationibus id rimari sic possumus. Cum enim illis coelorum motibus sublunares fiant generationes & corruptiones, cõsequens fit, vt cessante motu coeli, cesset & actio calidi & humididi, quo nostra vita consistit: quare sicut extincta cordis palpitatione extinguitur homo, sic quiescente motu coeli subitanea cunctim morte animas sunt expiraturi.

Hieronym.

Tertiò & id ex natura originalis culpæ colligitur. Per primum hominem, vt, ait, Paul. in trauit peccatum in mundũ, & per peccatum

Enoch & Elias.

dem sententiæ est Augu. lib. citato. 20. de ciui

Augustin.

ta. Dei. cap. 20. & præterea de fide ad Petrum cap. 3. vbi ait, quod ab eo primi hominis corpore, quod de terra Deus plasmauit, vsque ad omnium hominum corpora, quæ animata quandoque viuere coeperunt, ab illo refuscitabuntur, à quo operante creata sunt. Eadem hic est opinio S. Tomæ & Ricardi & Scoti quæst. 5. & Durandi & Paludani. q. 4. & Theologorum ferè omnium. Verutamen hic D. Tho. eam non est amplexus nisi seu securiorem & comunio rem, vt eius verbis vtamur, & 1. Corinth. 15. ait, contrariam opinionem non esse contra fidem. Imò in libro de ecclesiasticis dogmatibus. capit. 7. quauis Augu. comunem sententiam maxima, vt, ait, Patrũ turba tradente suscepit, censet tamen patronos alterius opinionis catholicos & eruditos, nec ob id censes eos esse hæreticos, At verò, quanquam nec ego aliter sentiam, nihilominus profectò non nihil vel temeritatis vel audaciæ præ se fert contrariam iam nunc temporis sententiam tueri, præsertim tam pugnaciter, quæ quidam faciunt: quando quidem Hierony. dicat, huic sententiæ magis ecclesiã acquiescere & magis esse veritati consonam. Et omnes latini ita legant. Omnes quidem resurgemus, & nonnulli ex Græcis. Quinetiam, à tempore Tridentinæ synodi vbi editio vulgata inter omnes est solenniter suscepta, nescio an contraria lectio græcanica peiori quàm temeritatis nota sit subnotanda. Eo vel maximè, quòd tum rationes, tum & oracula sacra huic, quæ vulgata est editio, liberius patrocinentur. Primum enim, vt à nostra natura exordiamur, cum ex aia & corpore constantes nostræ nature similes in eisdem partes resoluibiles, nulli sunt ab hac naturali lege excipiendi antequàm de diuino priuilegio constiterit: vniuersalis enim sententia est Gene. 2. Terra es, & in terram ibis: quam Augustinus loco citato lib. 20. ad hoc propositum de vniuersali resurrectione interpretatus ait, In terram ibis, amissa vita: nullum autem extat priuilegium expressum: ergo asserendum est, omnes mortem esse obituros. Secundò & ex coelestibus lationibus id rimari sic possumus. Cum enim illis coelorum motibus sublunares fiant generationes & corruptiones, cõsequens fit, vt cessante motu coeli, cesset & actio calidi & humididi, quo nostra vita consistit: quare sicut extincta cordis palpitatione extinguitur homo, sic quiescente motu coeli subitanea cunctim morte animas sunt expiraturi.

Opinio manus.

Sententia thoris.

Synodus tridentina.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

mors, iuxta diuinam illam sententiam Gene. 2. In quacunque hora comederis ex eo, morte morieris: cum ergo sententiã illa vniuersos mortales comprehenderit, nulla est ratio, qua vlli inde eximantur: imò diuinæ iustitiæ concurs omnino est, vt cuncti semel moriantur: iuxta verbum Paul. ad Heb. 9. Statutum est hominibus semel mori: & iuxta illud Psal. Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Etenim si Christus, vt à nostris nos piaculis expiaret, mortuus est semel, vt resurgeret: profectò æquifima ratio à fortiori persuadet, vt filij Adæ, qui mortis iacurrerunt sententiã, exemplo Domini sui moriantur, vt resurgant.

Ratio. 4.

Accedit quartò & collectio facta Pauli, Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: qui accommodatissimum à natura deduxit exemplum, Insuper tu quod feminas non viuificatur, nisi prius moriatur: nam quauis exemplum illud, vt patrum alterius opinionis aiunt, ad possibilitatem resurrectionis demonstrandam induxerit, nihilominus & in exemplum quoque, quo Christus suam familiam viuificaturus est, retulit. Vnde subdit, Seminatur in corruptione, surget in incorruptione, & quotidie enim per corporis macerationem corruptibile corpus seminamus, sed tandem per mortem absumitur vt resurgat.

Ratio. 5.

Quinto ergo loco expendamus vtra illarũ lectio. 1. Cori. 15. gratius ardeat. Omnes qui dem resurgemus, an verò contraria, Omnes qui dem non resurgemus. Omnes enim tam vni quæ alteri fauente lectio cõsistentur nomine mutabilitatis Paulum intellexisse, mutationem à mortalitate ad immortalitatem per dotes corporis, de quibus sermonem præmiserat, Seminatur in corruptioe, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria, & quæ utiq; felicissima mutatio duntaxat iustorum præmium est. Vna ergo ratio, quæ Caietano atque alijs persuadet non esse legendum, Omnes quidem resurgemus, est: quod tunc secundum membrũ, sed non omnes immutabimur, non est rei consentaneum: videtur enim tunc Apostolus se inter perditos cõnumerare, qui non sunt mutandi, cum dicat, sed non omnes immutabimur. At vero non solum nihil robotis notula hæc habet, verum ex cõfessione ipsius Caietani facillime diluitur. Fatetur em̃ in more esse Paulo iustis se tantum connumerare, aut cum tota vniuersitate iustorum & iniustorum, quod re vera hic planè facit. Loquitur enim nomine totius vniuersitatis resurgentiũ: & ideo ait, Omnes quidem resurgemus: scilicet, tam reprobis quæ probi, sed non omnes immu-

Ratio Cai.

Caietani rō concutitur

tabimur. Non quòd insinuet se non esse mutandum, sed quòd ex illa vniuersitate non omnes mutabuntur. Sic enim illustris persona alicuius reipub. dicere potest, Omnes quidem sumus ciues; sed non omnes sumus illustres, quauis ipse sit illustris. Et ideo ad maiorem huius sensus expositionem subdit, Mortui resurgent in corrupti; nimirum, vniuersi: nam hæc indefinita vniuersali equipollet: & nos immutabimur. Itaque, quod nomine totius vniuersitatis dixerat, Non omnes immutabimur, explicando illico nomine iustorum dicit, Et nos immutabimur, non autem iniqui.

Ratio. 6.

Et sextò, quod profectò vehementissimum argumentũ est & inuincibile, arguitur. Nemo illorum: qui legunt. Non omnes resurgemus seu dormiemus, negat, quia neque inficias ire potest, quin omnes reprobi, qui tunc reperiuntur viui, sint morituri: nam fatentur Paulũ loqui hic de solis iustis, qui non omnes morientur, sed omnes immutabuntur, & 1. ad Thessal. 4. ait, Nos qui viuimus rapiemur in nubibus obuiam Domino in aera, & semper cum Domino erimus: miseri autem damnandi non rapiuntur in aera, vt postea videbimus: ergo illi antiqui Græci de solis iustis aiebant: non fore corpora deposituros. Hinc ergo sumitur argumentum. Si iniusti, qui tunc viui reperiuntur, de repente exanimabuntur, non est cur iusti non simul morti occumbant: nam si essent immunes à morte seruadi, hoc esset propter suã iustitiã: & tamen multi multo sanctiores mortui sunt, vt beata virgo & apostoli. Profectò non est cur negetur, vniuersos tunc morti concessuros.

Argument.

Origenes.

Quapropter Origenes, vt Hieron. refert, & hic S. Thom. illam aliorum negatiuam lectionem, Non omnes dormiemus, non potuit sibi persuadere, de vera morte fore intelligendam quocirca eam interpretabatur de dormitione spiritali, hoc est, de morte peccati. Et hæc forte est causa cur non omnes legebant, non omnes resurgemus, sed non omnes dormiemus. Itaque omnes vtriusq; lectionis patroni formidabant negare oēs morituros. Quauis illa interpretatio de dormitione peccati aliquãto sit violentior, quã vt eam textus gratis admittat.

Locus Pauli. 1. Ad Thessal. 4.

Ad alium igitur locum Paul. 1. ad Thessal. 4. descendamus, quem autores contrariæ opinionis robustissimũ sibi putant firmamẽtum. Ait enim, Ipse Dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de coelo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primũ, deinde nos qui viuimus, qui relinquitur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Domino in aera.

Nota. ¶ Sed vt obiter hoc in praesentia adnotemus, non defuerunt qui superficie horū verborum seducti arbitrati sint. Apostolū, & qui cum eo scribebant Sylluanū & Timotheum deceptos putasse, aduentum Domini tam esse propinquum, vt in sua aetate esset futurus. Quin uerò Erasmus nihil cunctatus est illud sub opinione dixisse. Hierony. verò in epistola illa citata ad Miserium & Alexandrum hunc errorem legendibus cauit. Ait enim Thessalonicis eundem ab eisdem verbis errorem irrepisse, ad quem eis detergendum scripsit. Apostolus epistolam secundam, vbi ait, Rogamus vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, vt non cito moueamini à vestro sensu, neque tremamini neque per spiritum neque per sermone nem neque per epistolam quasi per nos missam, quasi in dies Domini &c. Qui enim iam Timotheū scribens cap. 4. dixerat, Ego enim iam delibor, & tēpus meae consolationis misit, non dubitabat sibi ante aduentum Christi moriendum. Vnde Petrus apostolus in sua. 2. Canonica cap. 3. de aduentu Domini loquens & persuadens, ne quis putet ipsam tardare, ait, nonnulla Paulum scripsisse intellectu difficilia, quae indocti & instabiles deprauant, quasi ex illis fuerint decepti putantes, q̄ tempore illo Apostolorum esset Christus venturus.

Sēsus Pau. ¶ Igitur vbi ait Paul. Nos qui viuimus, qui relinquimur, &c. nihil aliud admonere cogitat, q̄ quod viuentes in lege euangelica non praecurramus, sed simul omnes rapiantur in nubibus obuiam Christo: & ideo in se & suis confortibus representat iustos, qui tunc erant in vita residui. Nihilominus neutiq̄ negat, se cum alijs pluribus de hac luce migraturū: quin verò id an se cupiebat aiebat enim: ad Roma. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? &c. 2. Corinth. 5. Habitanes in corpore peregrinamur à Domino: magis autē volumus exire de corpore & esse cum Domino.

Qui uiui erūt in die iudicij. ¶ Videtur tamen prima facie insinuare q̄ qui tunc vita fungentur, nulla erunt in morte occupandi, sed viui rapiēdi obuiam Domino: nam ait, Mortui resurgent primi, deinde nos, qui uiuimus, qui relinquimur, rapiemur in nubibus obuiam Domino. At qui si locus alius nō esset vniuersalis resurrectionis apertior neq; rationes, quae facte sunt, illā suaderent, nescio an dicam, persuaderent, iste non esset sufficiens ad probandum omnes esse morituros. Sed tamē neq; illis locis & rationibus contradicit. Non enim hic Paulus de vniuersali omnium morte sermonem habebat, sed solam volebat confer

re iustos, qui tunc essent vita fungentes, cū alijs iustis, qui tunc erūt vita defuncti, docēs q̄ propterea q̄ tunc erunt viui non occurrēt citius Christo obuiā, quā alijs, qui tunc erunt in sepulchris, sed illi resurgēt primi: id est, primum, & protinus omnes simul iusti rapiantur in nubibus obuiam Domino: non tamen negat viuētes illos per mortem trāsituros ad immortalē vitam. Et ideo August. lib. citato. 20. de ciuita. Dei, ait, q̄ in raptu illo moriētur & reuiuiscēt. ¶ Sed tamen hic locus aliam ambiguitatem superior adnectit: scilicet, vt ūt illo superstitēs illi sint morituri, prius alij quā ipsi sint resurrecturi. Apparet enim sic fore: tum ex verbis Pauli, qui ait, Mortui resurgent primi, deinde nos qui viuimus &c. tum etiam ex verbis Augustini, qui ait, in raptu, quo viui rapiantur in aera, morituros, cū ego antequā illi rapiātur, alij resurrexerint, sit vt illi post alios sint resurrecturi.

¶ Tres sunt ergo eorū opiniones, qui arbitrati sunt non omnes simul suscitandos. Antiquus enim Papias & Lactan. pos supra retulimus, existimabant in fine sexti millennij veterum Christum & tunc resurrecturos iustos, cū quibus erat mille annis in summis delictis conuersaturus: & post in fine septimi millennij erāt reprobi excitandi. Et sic glossabat. Iud. Pauli, Mortui, qui in Christo sunt, hoc est iusti, resurgēt primi: id est, per mille annos ante. Sed hāc Hiero. in epistola citata ad Miseriū & Alexā. appellat fabulā, cum. 1. Corinth. 15. idē Apostolus dicat, q̄ in momento & ictu oculi canēte nouissima tuba mortui resurgent, & nos scilicet iusti, immutabimur.

¶ Alij verò, quorum sunt Scotus & Durandus. q. 4. cēsent, quod qui tunc inueniantur defuncti, resurgēt prius, & qui reperientur viui, rapiētur in aera, vbi in ipso raptu morientur, ac subinde post alios resurgēt. Sed alij sunt quos Ricard. impraudentiā refert, qui aiebant, electos citius, q̄ reprobos excitandos: atq; huius sententię fuit Theophylactus. 1. Thessa. 4. Sic nimirum Deo disponente, vt illorum obediētia, qui vt ait, Paulus, diligant aduentum Dñi, proptior appareat. Miseros autē; (quippe quibus ingratus horē dufq; ille aduentus erit) cū statius putabant isti in vitam redituros.

¶ Veruntamē his nihil obstantibus statuitur secunda huius articuli conclusio. Vniuersi, scilicet & probi & improbi, atq; illi, qui superstitēs tūc in vita reperientur, & qui defuncti erūt. simul eodem temporis momento resurgent. Sententia est Ricard. inō & Augustin. si eius opus est liber de ecclesiasticis dogmatibus, sic enim

Augustin.

Alia dubitatio.

Augusti.

Opinio. 1.

Opinio. 2.

Opinio. 3.

2. Cōclus.

Ratio. 1.

enim illic capi. 6. legitur. Erit resurrectio mortuorum omnium hominū, sed vna & insimul & semel, non prima iustorum, & secunda peccatorum, vt fabula est somniatorum, sed vna omnium. Cui vtiq; sententię rationes gratanter suffragantur: quoniam cum, vt ait, Paulus omnes in momento & ictu oculi debeant resurgere, sit cōsequēs, vt eodem momēto resurgant. Item cū resurrectio illa sit conuocatio ad vniuersale iudicium, fiatque adeo virtute Dei, cui omnis creatura ad nutū paret (nisi in his quæ ad mores in hac vita pertinent) quia nemo ei resistere valet, sit vt eodem momēto omnes resurgant.

Ratio. 2. ¶ Et per hoc respondetur illis, qui putant rebelles iniquos morosius resurrecturos. Si enim sua spē debeat exurgere, probabilitas quædam inesset in argumento. Attamen cū omnes virtute diuina sint euocandi, non dabitur eis remorandi locus. Adde, quod cū omnes sono vocis & tubæ Dei, vt ait, Paulus, sint veluti ex somno excitandi, eodem sonitu atque eodem momēto resurgent vniuersi.

Solutio. ¶ Illud verò, quod ait, August. videlicet, quod qui viui reperientur, in aere sint morituri, & resurrecturi, possibile quidem est, & cum honore, qui diuo patri debetur, audiendum. Pugnat tamen in contrarium argumentum, quod in foelices damnandi, qui viui reperientur, nō in aere, sed in terra interibunt antequā iusti rapiantur in aera: ergo profecto non est cur nō moriantur iusti, etiam in terra: vnde cum vniuersi alijs iustis rapiantur in aera. Praefertim quod in illo raptu in aera non est credibile tantum more interfuturum, vt illic moriantur & purgantur & resurgant: nam si quippiam habent sordium, omnino illis expurgandum est antequā resurgant.

Arg. cōtra verba Au. ¶ Igitur, vt tādē aliquid dicamus, hoc quāmaximē est vero simile, quod in illo tātillo imperceptibilis tēporis, quo angeli cineres sunt collecturi, morientur vniuersi qui viui reperientur, & instanti terminatio extrinseco illius temporis, vt expositum est, fiet generalis omnium resurrectio. ¶ Ad huius autē maiore intelligentiā arguitur cōtra. Et supponatur morte quā ex culpa originali cōtraximus, de qua dictū est, in quacūq; die comederis ex eo moriete morieris, non esse violenter inflictam, cuius modi sunt mortis, quibus malefactores pleētuntur, aut alij interficiuntur per iniuriam, sed est naturalis. Enim uerò quanuis nullum fuisset peccatum originale, ex eo quod sumus ex corpore & anima cōpacti, fuissetus mortales. At quia Deus nos iustitia originali dota

Ratio. 2.

Solutio.

Ratio. 3.

August.

Arg. cōtra verba Au.

Sententia authoris.

1. Argum.

Argumen.

Solutio 1.

Solutio. 2.

Locus Pauli.

1. Cor. 15. enarratur.

In instanti.

Soln. 1. Ar.

tum, quod ex verbis Pauli. 1. Thessa. 4. erat in
 structū: haud enim negat repertos tunc viuos
 fore morituros, sed ait, non prius illos rapien-
 dos in aera q̄ omnes resurgant. Verbū autem
 articuli fidei, quod Christus sit iudicaturus vi-
 uos & mortuos, ad illud dici tēpus referendū
 est, vt Aug. ait in Enchi. c. 55. Nam viuorū no-
 mine illi comprehendūtur, qui tūc in carne vi-
 uentes de hac luce migrabunt: mortui verō in
 telligūtur qui ante diem illam fuerint vita de-
 functi. ¶ Ad secundū respōdetur, quod deside-
 rium sanctorū absolutum ad salutem animæ
 necessarium frustrari non potest: desiderii au-
 tem illud apud Paul. Nolumus spoliari, sed su-
 peruelli, non est absolutū, sed conditionale,
 si possibile esset. Quemadmodum illud Chri-
 sti, Si possibile est transeat à me calix iste: re-
 præsentat enim Apostolus nomine totius hu-
 mani generis affectum illius status naturæ in-
 tegræ, in quo creati sumus, quo absq; tēpora-
 li morte poteramus ad æternā vitā aduolare.
 Cupimus ergo vt mortale hoc corpus immor-
 talitatem induat, tamen si id fieri nequeat nisi
 moriendo mortalitatem exuat, quemadmo-
 dum Christus mortem moriēdo destruxit, &
 vitā resurgendo reparauit.

Solu. 3. ar. ¶ Ad tertiū respōdetur, q̄ cum per præuaria-
 tionē Adæ tota natura, vt ait, Paul. in illo pec-
 cauerit, atque adeo mortis fuerit rea, iustitia
 Dei exigit, vt morti omnes debitū soluat, præ-
 ter illos, qui priuilegio Dei excepti sunt. Quo
 utique priuilegio Enoch, & Eliam donauit, ob
 causam & mysterium nobis occultum. Illis er-
 go solis exceptis, vt ait ad Minerium Hieron.
 nulli præterea contingit. Abundauit autē gra-
 tia Christi, vt ait, Pau. plusquam delictū: quia
 cum solo illo peccato Adæ fuerimus per ori-
 ginem contaminati, Christus, nō solum origi-
 nalem, verū cunctas nostras proprias actua-
 les maculas nobis absterfit, seruata tamē iusti-
 tia, vt cuncti morti succumberemus.

Aliud arg. ¶ Per hoc aliud soluitur argumētum. Melius
 perficitur quod compendiosius fit: cōpēdio-
 sius autem res trāfigeretur, si raperentur, qui
 tunc viuētes essent, antequam morerētur. Re-
 spondetur, inquam, viam compendiosorem
 tunc esse præferendam quādo est ad rem tam
 accommoda.

ARTICVLVS. V.

*Verū omnes mortui resoluētur in cineres
 antequam in iudiciū exurgāt.*

*Articulus
fidei.*

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

*Enoch
Elias.*

Aliud arg.

Quæritur tandē de materia, ex qua
 corpora resurgent, & subinde de
 loco, vtrum. s. omnes ex cineribus
 vbi cūque fuerint, debeant resurge-
 re. Et arguitur à parte negatiua. Corpora nisi
 ignis officio, non resoluātur in cineres: qui au-
 tem vita decedunt, non omnes cōcremantur:
 ergo non omnes resoluētur in cineres.

¶ Secundo. Si omnes in cineres resoluērentur,
 nulla in eis remaneret inclinatio ad resumen-
 das animas magis quā in carne leonis, aut alia
 quacūq; re: consequēs tamen apparet falsum:
 nam sicut animæ etiam separatę iugis inest ap-
 petitus corporis, ita videtur corpus semper ap-
 petere animā, vt aptior sit. vtriusq; cōiūctio.

¶ Tertio arguitur. Si mortui oēs essent in cine-
 res abituri, nō ex eodem loco exurgerēt, quo
 sepulti sunt: nā pulueres facile in diuersa loca
 dilabūtur, imō in herbas exeūt, quibus anima
 lia pascūtur, & sic vix poterit tūc reperiri par-
 ticula eiusdē corporis, quod fuerit incineratū.

¶ In cōtrariū est illud Gen. 3. Terra es & in ter-
 rā ibis, quę quidē sentētia, vt autor est Haym-
 omnes tenet, qui in originali peccato nascitur.

¶ Tribus cōclusionibus secundū argumētorū
 numerū ad quætionē respōdebitur. Cōsue-
 tissimū autē patribus ac theologis est corpo-
 rum humanorū reliquias hoc est, quicquid il-
 lud sit, in quod resoluūtur, generali nomine ci-
 neres appellare. Cuius variæ causæ feruntur.
 Vna est, quod olim in more fuit cadauera cō-
 burere, vnde sepulchra & cinerum loca busta
 dicebātur. Sed fortasse alia non fuit causa nisi
 q̄ cū homo ex puluere & terra fuerit plasina-
 tus, & sententia pro peccato fuerit, terra es &
 in terram ibis, pulueribusq; cū cineribus maxi-
 ma sit similitudo, cinerum nomen pro terra &
 pulueribus vsurpatur. Præsertim quod exilio
 res sunt faciliusq; in fauillam & auras euolat.
 Vnde Abraham Genes. 18. Loquar (inquit) ad
 Dominū meum cum sim puluis & cinis. Qua
 propter nos quotānis ecclesia admonet, Me-
 memento homo, quia cinis es & in cinerem reuer-
 teris. Et sit præterea allusio ad peccati fomitē,
 qui nobis ex originali culpa sit residuus: fo-
 mes enim ignis fomentū est. Vnde sicut ardo-
 re concupiscentię exurimur, ita & corporū re-
 liquiæ cineres nuncupantur.

Quod autē in disputationē modo producitur,
 est. Vtrū vniversa in mortaliū cadauera sint ante
 quā in vitā redeāt, vsq; ad elementa resoluēda,
 an verò satis sit quod moriātur, seruatis aliquo-
 rū ossibus, aliorūq; carnibus: nam Ezechiel, vt
 cap. 37. legitur, in resurrectionis visione capū
 vidisse se, ait, ossibus plenum, super quæ Deū
 vidit

*Partis nega-
tiue, ar. 1.*

2. Argum.

3. Argum.

*Partis affir-
mativæ.*

*Cadauerū
reliquiæ
cur cineres
dicantur.*

1. Conclu.

*Homo ex
quibus con-
stat.*

*Rationatu-
ralis.*

Ratio. 2.

*Omnes re-
soluēdisunt
in cineres.*

Ratio. 3.

vidit nervos & carnes inducētem. Item multi
 in die iudicij erūt, qui ossa habebūt integra, il-
 li præsertim, qui tunc sunt obituri.

¶ Nihilominus statuitur prima cōclusio. Cū
 ita humana corpora omnino vsq; ad elemēta
 resoluētur. Cōclusio est S. Th. impræsentiarū
 ar. 4. & Ricar. & Theologorū. Ad cuius proba-
 tionē præsupponendū est, hominē cōstare ex
 corpore & anima: corpus verò ex ossib⁹, ner-
 uis &c. quę sunt partēs eterogenę: hoc est, di-
 uersarum rationum, ac demum partēs illę cō-
 stant ex elementorū cōmixtione, quod de ter-
 renis omnibus affirmat. 2. Coeli. Philosophus.
 Primò ergo moritur homo per separationem
 animæ à corpore, q̄ restat, vt cadauer, mox
 per plurimas trāsmutationes, tādē resoluatur
 in elemēta: quia, vt. 3. Physic. habetur, quicquid
 ex contrarijs constat, in ea tandem reducitur.

¶ Probatur ergo cōclusio primū ratione natū-
 rali, quia cōglutinatio elementorum in mix-
 to celorum lationibus fit & conseruatur, con-
 sequens ergo fit, vt eisdem orbibus quiescen-
 tibus cuncta mixta resoluantur in elementa.
 Quare post diem iudicij omnia interire neces-
 se est mixta, ac perinde corpora nostra, solis
 superstitibus elementis.

¶ Secundo arguitur ex illa sentētia citata, terra
 es & in terram ibis. Vnde colligitur, q̄ in pœ-
 nam originalis culpæ, non tantū mors nobis
 decreta est, quæ est animæ à corpore separa-
 tio: verū & corporis resolutio vsq; ad terrā
 & alia elemēta, ex quibus cōmixtum est: nam
 omnes illæ resolutiones sunt nobis naturales,
 à quibus per donū originalis iustitię præserua-
 bamur. Quam ob rem ex debito iustitię pro-
 pter crimen Adæ nō solum obituri omnes su-
 mus mortē, verū resoluendi, vt nostra fert na-
 tura, illo iustitię originalis munere destituta,
 vt cōstet quantū nobis illa fuerat beneficium.
 Resoluendi, inquit, præter Christū, qui vt nul-
 lo fuit attactus peccato, ita nec vlli fuit pecca-
 ti legi obnoxio. De quo ideo præcinit David,
 Nō dabis sanctū tuum videre corruptionem.
 Id quod Petrus Actū. 2. necessariò duxit per-
 suadendum in Christum propriè competere.
 Et præter illos, qui illo priuilegio donati sunt,
 vt nō incinerarentur, quale Enoch, & Eliæ, vt
 prædictū est, indultū fuit, & Deiparę virgini
 piè creditur etiam concessum.

¶ Tertio demū ad eandē conclusionem argui-
 tur. Christus qui soluto pretio redemptionis
 nostrę reparator est vite, quā in Adā perdidit
 mus, nō solū vita non donatur⁹ est per resolu-
 tiōem animę in corp⁹, verū & corpora ipsa nostra
 vt ad Philippē. 3. ait Paul. habet reformare, vt

cōfiguretur corpori claritatis eius: reformatio
 autē integra & perfecta illa est, quę ex primis
 principijs integratur. Ergo vt illa reformatio
 perfectè fiat, debet resolutio vsq; ad omnia,
 ex quibus cōponitur, procedere, vt nō solum
 sit corpus nouū, verū & ossa & nerui & cutis
 profus innouetur, & omnia mēbra. Profectò
 quāuis cōclusio nec sit in sacris Biblijs expref-
 sa, nec ab ecclesia definita, indecēs esset illam
 negare. Quæ præsertim iniustorū corporibus
 demonstratur: nam cum sint per dotes gloriæ
 vsq; ad minutissimas particulas purificāda, vi-
 detur vsq; ad vltima eorū principia fore resol-
 uēda. Quod si percōteris, cur ergo in scripturā

Dubium.

Augustin.

Argumen.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

ita carne formauit Euam: Nihilominus non opus fuit, vt ad viuum modū depingeret, quo sunt corpora prius vsque ad cineres migratura, quam in vitam remigrent.

Solu. alius argumenti

¶ Ad aliud autem quod subieciimus argumentum de illis, quorum corpora nondum erunt in cineres dissoluta, respondet D. Thomas & Ricardus, & alij: quod ignis ille faciem iudicis antecedens, quo expurganda est mundi facies, poterit corpora tunc viuentium cū alijs mistis, que nō fuerint prorsus resoluta, in cineres vertere, de quo vtiq; igne, articulo p̄cedenti dixim⁹ illos exanimādos si prius in gētisimō illo partētorū terrore spūm nō exhalauerint.

Quest. 2.

¶ Ex hac prima conclusione facilis fit gradus ad secundam quæstionculam: vtrum in cineribus illis semper inclinatio persistat ad animam resumendam. Non enim defuit qui id affirmēt, arbitrati nunquam sic dissolui vsq; ad elementa corpus, quin aliqua mixti particula perseveret, quæ fuerat in humano corpore.

2. Conc. Ratio.

¶ Nihilominus subiungitur secunda conclusio. Nulla in cineribus restat inclinatio; aut appetentia animæ resumendæ. Probatur per præcedentem: quia in elementis ac mistis diuersarum specierū nulla inest organizatio aut peculiaris dispositio ad animam. Si ergo omnium corporum resolutio vsque ad elementa & alia longē diuersa mista sit, liquidō colligitur, nullam in illis superesse appetentiā animæ: præter generalem appetitum materiæ indifferentem ad omnem formam.

Ratio. 2.

¶ Item arguitur, quia omnium pleraque, imō quālongissimē plurima erunt, & in alias ac subinde alias formas transmilla: nam cum vt proximē citatus Augustinus ait) plurima iam tunc prodierint in herbas, & cesserint in animalium cibos, & in aereos halitus, in illis ergo nullus sapere est appetitus animæ. Cum ergo consentaneum rationi sit, vt cuncta eandē legē subeant, fit vt omnia pariter dissoluantur, in nullisq; eadem peculiaris inclinatio supersit.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum igitur argumentum respondetur: quod cum anima separata à corpore eadem perseueret, nihil mirum, si eandem naturam ac subinde eādem affectionem ad corpus retineat, quod non accidit corpori. Inest ergo illis cineribus sola obedientia ad omnipotentiam diuinam.

Ad testinoniam Iob.

¶ Quid autem ad illud Iob respondebimus capit. 20. Ossa eius implebuntur vitijs adulescentiæ eius, & cū eo in puluere dormient. Si enim in puluere perseuerant animæ vitia, potiori ratione perseuerabit inclinatio ad ipsam resumendam? Respondetur, nō esse sensum Iob, quod

vitia animæ actu perdurēt in ossibus, sed quod secundum ordinem diuinæ iustitiæ, est vnusquisque ad illud præmium, vel supplicium deputatus, quod homo in corpore & aia meruit.

Quest. 3. Resurrexerunt tunc iterum consideratur.

¶ Tertia verò, quæ hinc emergit ambiguitas, plausulum perplexitatis habet, quibus scilicet locis resurgent omnes. Tribus enim modis possunt cunctorum resurrectionem speculāri. Vnus scilicet, vt omnium vniciuitas cinerū Angelorum ministerio, in eundem locum congregetur, quo iudicij futurum est: verbi gratia, in valle Josaphat, de qua in dist. 47. disputatur. Sumus, vt illic omnes clangore tubæ & sonitu vocis expergefati fiant ad tribunal Domini. Vel quod vnusquisque ab eodem loco resurgat, in quo vel mortuus fuit, vel sepultus. Aut tertio, quod exurgat inde quisq; vbi maior vel præcipua pars cinerum eius iacuerit, ex quibus corporis compages est faciēda. Et certe vnusquilibet istorum modus in vtraque parte mansens est.

1. Motus.

¶ Primus quidem apparet inde probabilis, quia cum Angeli sint cineres, vnde cunctique fuerint collecturi, gratius videtur arduere ratio, vt ad illum locum iudicij vnuerlosa sportēt, quam vt ad tam innumera loca eos distrahant, vt in diuersis illis mundi partibus excitatos, viuōs illic deferant. Nam & si diuinæ virtuti æque sint cuncta facilia, ille tamen modus conijciendus nobis est, qui nostro modo concipiendi compendiosior apparet. Præterea cum eotū temporis cadauera multa sint repertienda in terra, atq; alia sua retinentia ossa, facilius est intellectu, quod in illo transitu ad locum iudicij per ignis flammam faciem iudicis præuertem, incinerentur, quam si essent in visceribus terræ abdita.

Ezech. 27.

¶ Verū tamen in cōtrariū occurrere videtur illud Ezech. 27. Aperiā tumulos vestros, & educā vos de sepulchris vestris popule meus, & dabo spiritū meū in vobis, &c. Et Ioānis quinto, Omnes qui in monumentis sunt, audiet vocē filij Dei. Et Matt. 27. Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorū, qui dormierāt, resurrexerunt, quæ vtiq; testimonia docere videntur ex monumentis futuram esse resurrectionem. Cui & ratio hæc, fauet, quod monumenta videntur quasi in deposito excepisse defunctos, quos suo postmodum creatori reddant. Et exemplum præterea Christi ad id facit, qui de monumento surrexit, nō autem de loco, in quo passus fuit. ¶ At verò, neq; defunt contra hoc argumēta alia. Primū. Quod multa monumenta disperierunt: nam terra quotidie illaui nibus corroditur: quare vbi erat terra, iam vt,

1. Argu.

ait,

ait, Aristoteles) est vel aer vel aqua. Itē quia plurima cadauera in præiacentē materiā dilapsa, in diuersissimas orbis partes diffugerant, alia scilicet, quæ esca diuersis animalibus fuerūt, alia quæ vētis in diuersa loca efflata sunt. Et vsu sæpē venit, vt caput in vno loco custodiatur, & cor feruetur in alio, & corp⁹ alibi sit humanū. Vnde probabili ratione colligitur, quod vnusquisq; vbi mortuus fuit, resurgat, vel vbi maior pars puluerū extiterit, quod si nullibi fuerint plures partes, quā alibi, tūc ait, Ricardus, quod resurget talis homo vbi Deus voluerit.

vbi quis mortuus est ibi resurget. Vbi debeat vbi resurget.

¶ Igitur, vt ab hoc vltimo verbo exordiamur, hoc in solam voluntatem Dei referre non est Theologi. Nam etsi voluntas Dei sit omnium causa, nec habeat ipsa priorem: tamen quia cū ita pro sua sapientia suauiter disponit, inquirimus rationē dispositionis diuinæ volūtatis: quæ rationi gratius ardeat. Inter hos autem tres modos iste postremus minus præfertur probabilitatis: nā si angeli sunt collecturi cineres, nō est cur rationem habeāt loci, in quo plures sunt partes. Quauis qui hūc modum cum Ricardo sustinere voluerit vix poterit in cōtrarium reuinci. Nihilominus propter allata testimonia alius modus probabilior est: videlicet, vt omnes, & singuli de suis sepulchris resurgāt, si in illis extiterint, vel de illo terræ loco, qui ad perpendicularam proximus fuerit illi, in quo fuerat quisq; sepultus. Itaq; angeli singulorum cineres ad cuiusque sepulchrū sunt delaturi. ¶ Extat tamen aduersus hoc aliud argumentū, quod frequentissimi sunt in eodē sepulchro conditi: quomodo ergo eodem monumento citra penetrationē vnus corporis cum altero surgent? Respondetur, gloriosa corpora iustorū non se inuicem impedire propter dotem subtilitatis: saltem, in his officijs obeūdis, quæ diuino nutu & iussū exequi debēt: de corporibus autem dānatorum videtur tunc dicendum, quod diuina virtute in illo exitu se penetrabant, vt distinct. 49. iterū examinabitur.

2. Opinio.

Argument.

Solutio.

1. Opinio respondet.

¶ Nihilominus profectō istorū trium modorū ille maximē videtur probabilis, quod omnes pulueres sint in locū iudicij cōgregandi, & ibi sint omnes resurrecturi. Ad illa ergo testimonia, quæ de monumentis & tumulis loquuntur, respondere potest, quod sunt ad modū intelligēdi populi prolata. Præfertim cū in monumentis creberrimi tūc erunt cineres, ex quibus tunc extrahētur. Quare cū ex eisdein monumentis plures sint pulueres educendi, merito dici potest, quod ex monumentis resurgent. Quem admodum sub articulū resurrectionis Christi nō dubiū est, quin de sepulchris corpora viuē

tia exierint, vt euangelista refert.

¶ In calce demū distinctionis præsentis Magister sententiarum & sui sermonem adiiciūt de peccatorum memoria. peccatorum memoria. quæ homines in hoc seculo cōmiserant, vtrum resurgēt tam aliena, quā propria peccata sint cognituri. Sed sermo hic minimē ad præsentem distinctionē spectat: quippe, quæ solū agit de actione & modo resurrectionis: de termino nanq; & statu in quo mortui resurgent, & de his quæ post resurrectionem illis cōtingent, in distinctione proxima & subsequētib⁹ subsequetur sermo. De cognitione ergo, quā vnusquisque seu aliorum seu propriorum peccatorum sit habiturus, distinct. 47. propria nos manet dicendū sedes.

DISTINCTIO

Quadagesimaquarta, De termino & qualitate & quantitate resurgentium.



Quo autē hæc, quæ dicta sunt, luculentius eluceat, sic Resurrectionis veritatem profiteri oportet, vt credamus, eundem ipsum hominē qui vita defungitur, in eodēq; quod cecidit, corpore resurrecturū, iuxta illud Iob. Quē (scilicet, Redemptorē (visurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt, & nō alius, & in carne mea videbo Deū Saluatorē meum. Vnde in enchiridio Aug. Nō perit, inquit, Deo terrena materies, de qua mortaliū creatur caro, sed in quolibet puluerem cinerēue soluat, in quolibet halitus aurasq; diffugiat, in quacunq; aliorū corporum substantiā vel in ipsa elementa vertatur, in quorum

Text. Cap. 1.

Iob. 19

Capit. 88.

cunque animalium, etiam hominū cibum cedat; carnemque muretur, illi animæ humanæ pūcto temporis redit, quæ illam primitus, ut homo fieret, cresceret, viueret, animauit.

Cap. 2. Quicquid ergo ad perfectionem humanæ attinet naturæ tam secundum animam, quam secundum corpus resurget, ut membra cuncta, humores & organa, etiam si aliquo membro homo aut orbatus genitus fuerit, aut uiuens truncatus: quoniam Dei perfecta sunt opera, qui ideo quemadmodum naturam integram primitus condidit, integram instaurabit, iuxta illā Christi pollicitationem, Capillus de capite vestro non peribit. Neque ita multum refert, utrum singulæ particulæ in singula, quibus primitus inerant membra, reuertantur. Sed quemadmodum (ut

Luc. 21.
In enchirid. d. 6. c. 89.

ait ibidem Augusti.) si statua cuiuslibet metalli, aut igne liqueceret, aut contereretur in puluerem, aut confunderetur in massam, & eam uellet artifex rursus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quæ particula materiæ cui membro statuæ redderetur, dum ramen totum, ex quo constituta fuerat, restituta resumeret: ita Deus mirabiliter, atque ineffabiliter artifex de toto, quo caro nostra constituta, eam mirabili & ineffabili celeritate restitueret.

Resurgent igitur, ut ideem ibidem ait, Augustinus, Sanctorum corpora sine ullo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta facilitas resurgendi, quanta felicitas erit. Propter quod spiritalia dicta sunt, cum proculdubio corpora sint futura, non spiritus. De reprobis autem subiungit. Quicumque verò ab illa perditionis massa, quæ facta est per hominem primum non liberatur, per vnum mediatorem Dei, & hominum, resurgent quidem etiam ipsi, vnusquisque cum sua carne, sed ut cum diabolo & Angelis eius puniantur. Vtrum sanè ipsi cum vitijs & deformitatibus suorum corporum resurgant, quicumque in eis vitiosa & deformia membra gestarunt, inquirèdo laborare quid opus est? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio.

At quoniam ad Ephes. ait, Paul. Donec occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: sunt qui arbitrantur, eadem cunctos ætate & statura fore suscitandos. At vero ut. 22. de ciuitate Dei, ait, Augustin. non dictum est, in mensuram corporis vel staturæ Christi, sed in mensuram ætatis. Et ideo cum Christus ætatem agens triginta trium annorum passus fuerit, in illo ætatis

flore

Cap. 3.
Cap. 27.

Cap. 92.

Cap. 4.
Ad Eph. 4.

Cap. 15.

flore resurgēt: quia illud est mediū iuuenilis ætatis. Quod autem dixit, in virum perfectum, non ad sexum retulit, imò Deus, qui vtrumque sexum instituit, vtrumque restituet, cū sexus fœmineus nō sit naturæ viciū sed necessitas: sed virū perfectū per metaphoram appellauit corpus ecclesiæ mysticum, quod ante finem mundi ad illam fidei vnitatem & agnitionem filij Dei peruenturum est, ut Christiani nō tanquam paruuli omnivento iactati nutent, sed contra omnia satanica tela, & præsertim cōtra Antichristi iacula stare per Dei gratiam valeant.

Cap. 5. Resurgēt igitur omnes in eadem iuuenili ætate. Cæterum neque in eodem sexu, neque eadem statura æquales, sed iam ea singuli, ad quam cuiusque corpus, natura neque impedita neque errante, sub illū ætatis florem adoleuisset.

DISTINCTIONIS
Quadragesimæ quartæ, Quæstio vnica. De modo & conditione resurgentium.

ARTICVLVS. I.

Vtrum idem prorsus homo in eodemque corpore, quo vixerat, sit resurrecturus.



Ræcedens distinctio eate nus nos de resurrectione docuit, ut eius possibilitatem & veritatem, eiusque terminum, à quo illa actio processura est didicerim: quemadmodum scilicet,

expulueribus & cineribus, in quos fit postrema corporum resolutio, simus suscitandi. Consequitur ergo, ut distinctione præsentis, de alio termino (quem vocant ad quem) nempe, de statu, in quem resurgentes prodire debeant, perscrutemur.

Atqui Magister Sententiarum, ac nonnulli subinde eius interpretes, quorum est Sanctus Thomas, tres hęc quæstiones disputat. Primā videlicet de termino: statu & conditione, quæ erit damnatis cum iustis in resurrectione communis. Secundam de pulcherrima iustorum habitudine, in qua fœlices illi resurgent. Ac demum tertiam de miserabili fœditate & sorte, quæ resurgentibus dānatis cōtinget. Attamē peculiaris de beatis damnatisque tractatio in hac distinctione præpostera est & inepta.

Tractant enim illi hęc de glorificatorum corporum dotibus, & de damnatorum pœnis. Dotes autem corporum ex dotibus animarū deriuantur. Vnde. d. 49. vbi de beatitudine agendum est, & de animarum dotibus, propriū habet hæc disputatio locū. Et eo vsq; Ricardus, Scotus atque alij, cōsultius eūdem tractatum differunt. At subinde consideratio damnatorum in dist. 50. habenda est. Quare hęc de solo cōmuni termino resurrectionis: scilicet, quomodo tam beati, quā damnati resurgent, disputare vnica quæstione conuenit.

Primus itaq; articulus ad substantiam spectat: nempe, vtrum idem prorsus homo, qui mortuus est, atque in eodem corpore sit per resurrectionem instaurandus. Et arguitur à parte negatiua ex illo Aristotelis. 2. de generatione text. vltimo. Quorū natura mortalis & dissipabilis est, illa specie, non numero, replicentur necesse est.

Secundò. Vnus homo esse non potest nisi sit vnum animal, cū ratio animalis sit de essentia hominis: sed in resurrectione nō erit homo idem animal, quod erat: quoniam animal. 2. de anima Aristotel. definit per sensum: est enim corpus sensibile, saltē sensu tactus: & tamen sensus cū per obitum hominis extinguantur, nō poterunt iidem in resurrectione reuerti: quo fit ut homo nec sit animal id ipsum futurus.

Tertiò. Si idē prorsus esset resurrecturus homo, consequens fieret, ut in eodē quoque corpore deberet reuiuiscere. Nam cū cōstet ex anima & corpore, requiritur, ut idē sit homo, eadē animam idē resumere corpus, consequens tamen est contra illud Apost. 1. ad Cor. 15. Non corpus quod futurum est, feminas, sed nudū granū: vbi insinuat aliud nos corpus per mortem

Tres quæstiones.

Primā.

Secundā.
Tertiā.

Partis negatiuæ. ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

1. Cor. 15

4. Argum.

tem feminare, atq; aliud esse nobis per resurrectionem resumendum. ¶ Quarto. Res non potest eadem redire nisi materia eius & forma redeat, forma verò misti, ex qua cum materia componitur corpus humanum, nequit eadem remeare: ergo nec corpus idē. Probatur minor. Illud quod penitus cedit in non ens (id est cuius nihil remanet, sed tota substantia interijt) redire non valet: tota verò substantia formæ misti perijt, cuius nulla sit pars reliqua: ergo reuertit non potest. Maior verò probatur. Quia si res tota perijt, totum eius esse omnino interruptum est: quando autem esse interruptum, illud esse quod reuertitur, est diuersum: res autem cuius esse substantiale est diuersum, non est eadem. ¶ In cōtrarium autem est illud Iob 19. Quem (scilicet Redemptorem) visurus sum ego ipse & non alius, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Vbi idem homo idemque corpus insinuat.

Pars affirmatiua.

Consideratio anime & hominis

¶ Ad huius quæstionis intellectum prænotatio oportet, aliam esse cōsiderationem anime, aliam verò hominis, sed aliam corporis. Enim verò de anima quæ separata per se subsistit, ambigit nemo, resurrectionem confitentium, quin eadē numero sit in corpus reuerfura. De homine ergo & de corpore est in præsentiarū tribus conclusionibus respondendum. Prima.

1. Cōclusio

Idem ipse homo, qui per mortem cecidit est in vitam resurrecturus. Hæc cōclusio, non tantum ceu scholastica veritas, sed tanquam articulus fidei constituitur. Idem enim articulus, quem de resurrectione cōfitemur, intelligitur de resurrectione eiusdem hominis. Resurgere nanq; vt, 8. de Trinit. ait Augu. idem est quod reuiuiscere: nemo autē reuiuiscit, nisi qui mortuus est, rursus uiuat. Si enim non idem Lazarus, qui obierat, resurrexisset, nō fuisset illa Lazarus resurrectio, sed substitutio vnus pro alio. Quocirca (vt scienter hic ait Sanct. Tho.) qui eundem hominem resurrecturum negaret, perinde esset hæreticus, ac si resurrectionem diffiteretur. ¶ Atqui ratio præterea conclusionis est: quia homo in hoc ad imaginem Dei cōditus est, vt per officia huius vitæ, quæ diuino fauore & munere operatur, regnum cælorum obtineat, vbi diuino fruatur consortio. Quod si secus fecerit, supplicia errorū in altero seculo perfoluat: & quia corpora nobis fabricauit, in quibus anima militaret, ad hoc resurrectio futura est, vt in anima & corpore retributionem reciperemus. Actiones enim, vt 1. de anima ait Philoso. sunt suppositorū. Nō enim anima, aut corpus, sed totus homo est, qui operatur & meretur & demeretur, ac per

Rō. 6. cor.

inde aut premio donari aut supplicio affici debet. Vnde Paul. 2. Corint. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit. Si autem non idem homo qui natus & mortuus est resurgeret: nemo propria corporis recipere prout gessit. ¶ Hac autem catholica veritate præfixa, de resurrectione eorundem corporum controuersatur. Atqui inter cæteros Durandus Distinct. 43. quæst. 3. non modo negat idem corpus (nempe illud cadauer, quod anima separata relinquitur) rediturum. Imò audēter affirmat, neque per absolutam Dei omnipotentiam fieri posse, vt vlla res, cuius essentia totaliter perijt, rursus reparetur: siue successiua sit, siue permanens. Nō quod dubitet quin quicquid sit possibile efficere deus valeat, sed quod arbitretur non esse hoc vlllo pacto possibile. ¶ Et re vera de successiuis, qualia sunt cæpus & motus, id etiam Palud. atque alij concedunt. Imò & S. Tho. quodlib. 4. ar. 5. & est plane confitendum, si formalem successiuorum rationē speculemur. Neq; verò opus est alias metaphysicas lubricasq; rationes congeminare, quas Durand. accumulatur, sed causa ex intrinseca ratione successiui sumitur. Ens enim successiuum eiusq; essentia est, cuius esse in continuo fluxu consistit secundum rationem prioris & posterioris: partes enim horæ ac diei simul existere non possunt, sed quando vnainfluit, altera effluit. ¶ Arguitur ergo sic. Deus non potest partem temporis, quādiu tempus durat retinere vt non effluat, alioqui non esset tempus, cum hæc sit essentia tēporis vt fluat, sicut si ab homine amoueret rationale, non esset homo: ergo multo minus partē elapsam potest reuocare: quoniam facilius est retinere ne labatur, q̄ elapsam reuocare. Imò illa esset ad præteritum potētia: scilicet, facere vt quod fuit, non fuerit, & res quæ effluxit, non effluerit, nēpe, facere vt annus, qui transiuit, non transferit. Et idem est prorsus de motu. Non loquor de motu, si admittatur rem esse distinctam à mobili: nam si sit qualitas distincta, nō ambigo, quin Deus possit illam reproducere, veluti lapidem, sed loquor de tempore & motu formaliter: videlicet, quod sicut non potuit diem hesternam tenere ne flueret, atque adeò nec modo facere, vt illa dies sit hodie, vel annus præteritus sit præsens: ita non est factibile, vt circulatio cæli, quæ heri præterijt, sit hodie. Et hæc est Aristot. sententia. 5. Physico. text. 29. vbi ait quod vnitas motus sit ex continuatione. Nam postquam interruptus est, non potest idem redire.

¶ De

2. Corin. 5

Durandus.

De successiuis.

Ratio.

Argumentum.

De permanentibus.

¶ De rebus autem permanentibus Durand. ca. 4. dem. q. 3. sustinet opinionem negatiuam: scilicet, q̄ neque per omnipotentiam absolutam Dei, possit id quod penitus fuit corruptū, idem numero redire, sed ait, quā resurrectio erit idē homo dumtaxat propter resurrectionē eiusdē anime, quæ est perpetua. Rationes autē eius prolixitate laborant satis obscure. Arguit em̄ sic primo. Nō plus potest Deus agere per voluntatem q̄ si ageret ex necessitate naturæ, quoniam voluntas non auget potentiam, sed modum apponit agendi, & quāuis sit infinita & ideo possit agere in tēporis momento, & absque auxilio causa secundæ, nihilominus agit modo aliorum agentium naturalium: sed agēs naturale nō potest reparare id quod diuino corruptum est: ergo nec Deus. ¶ Secundo, quia si agēs naturale non valet huiusmodi corruptum reparare, id prouenit ex illo Arist. axiōmate. 2. de generat. Idem, inquit, vnus idem semper est natura facere idem. Vt autē agēs sit omnino idem numero ad edendum eundem numero effectū, nō sat est eadē habere potentiam, sed q̄ eandē præterea habeat habitudinem ad passum: & quia postq̄ agēs rem conferuans illam interruptit cōseruationem nequit eadē numero habitudinem ad idem passum habere, sit vt neque valeat idem corruptum reproducere. Hæc autem ratio pari, inquit, modo, quo in agentibus creatis, in Deo militat. ¶ Alia eiusmodi accumulatur argumenta.

Argum. Durand.

2. Argum.

Allud arg.

Nota.

apertius autem possumus eidem opinioni argumentum mutare. Etenim quod in rebus successiuis est fluxus, in permanentibus est esse: igitur vt interrupto motu (vt 5. Phys. ait Philosophus) nō potest idem esse motus: sic postquam res totum esse substantiale amisit, non potest idem recuperare: res autē cuius esse est diuersum, non potest esse eadem. ¶ Tandem Durand. conatur eandem opinionē diuo Tho. impingere: nam in præsentiarū articulo quæst. 1. ad tertium argumentum, quod nos hic secundū fecimus, ait, q̄ si anima sensitua à rationali distincta poneretur, consequens fieret, vt non idem homo resurgeret: quia cum anima illa esset prorsus interrupta, redire non posset. Et idem ait quæstiuicula. 1. ad tertium, quod nos hic quarto loco posuimus de forma misti in corpore, si esset à rationali diuersa. Ac demū tertia part. q. 77. ar. 5. ait, q̄ si substantia panis aut vini sit annihilata, non potest iterum redire. Ex his ergo colligit Durand. semel annihilatum Angelum non posse vtique per potentiam creati, neq; vero mistorum aliquod corruptum restitui: nisi formam eius, vt animā ra-

tionalem Deus conferuaret. ¶ Quod si eū redarguas. Quomodo ergo idē homo resurgat, vt fides catholica prædicat? Respondet distinct. 44. q. 1. quod redibit idem ratione dumtaxat anime rationalis, quia eadē permanet anima eadem esse (vt docet Philosophus) sit formam materiam illum supposito esse tribuat, ad hoc quod homo sit idem, sufficit quod anima q̄ resumat eandem. Imò verò ad eandē aquit, vni ma corpus fortitur, vt sit idē, quia nō est in homine nisi vnica forma: scilicet, rationalis, dans corpori esse corporeum. Quapropter, licet in resurrectione corpora nō ex eis de cœnibus, in quos fuerunt resoluta, & conglutinentur, sed ex quacūq; alia materia, nihilominus (inquit) idem esset homo. Quinetiā licet anima præter corpus resumeret, quod fuerat Pauli, & anima Pauli id ipsum quod fuerat Petri, nihilominus idem, inquit, Petrus, resurgeret, idēq; Paulus. Et hæc eadē fuit doctrina Ioannis de Neapoli quodlib. 2. q. 6. Et si opinio hæc tam vera esset, quā apparet facilis, à multis nos in præsentiarū tractibus liberaret. ¶ Nihilominus statuitur secūda cōclusio. Deus idē potest, quod prorsus annihilatū est, iteratō creare, & quod semel corruptū fuerit, rursus producere. Assertio est diui Tho. quodlib. modo citato 4. ar. 5. & opusc. 9. q. 82. Et probatur ratio quālibet dem assert. Omne possibile Deus facere potest: quod autē possibile sit idē de genere permanentiū interemptū reproducere, inde probatur, quod si aliqua esset repugnātia, maxime quia vnitas rei cōtinuitatē seruat: quare repugnat si interruptatur, vt id quod procedit & postea redit, sit vnus. Hæc autem ratio in solis successiuis veritatem obtinet, eo quod de intrinseca ratione & essentia vnitatis ipsorum est cōtinuus fluxus. In permanentibus autē cōtinuatio nō est de vnitatis essentia: eo q̄ essentia ipsorum nō est fluere, sed est accidentaria eorū vnitati cōtinuatio: propterea quod subsistunt tempore, quod est cōtinuatē fluens. Igitur si ex parte rei non repugnat, vt eadem res sit eius cōseruatio fuit interrupta, nō debet omnipotentia Dei, qui minime à tēporis cōtinuitate pēdet, hæc facultas subduci, quin possit idē corruptum reproducere. Nam ad demonstrandum Deum quippiā posse: satis est ostendere id ex parte rei nullā inuoluerē repugnātiā, & ei qui illam obmolitur respondere. ¶ Secundo arguitur. Infinita omnipotentia Dei ob id quod re aliquā condiderit, quæ deinceps assumpta est, nō minuitur: neque verò re ipsi esse magis repugnat, quā antea quā fuerat: ergo Deus potest illam in esse restituere.

Opinio Durand.

2. Conclu.

1. Argum.

Rō in quibus militet.

2. Argu.

¶ Sed

¶ Sed argumentum quod rem elucidat: est illud, quod dicitur. Precedenti arti. i. informauimus. Causa enim cur agens naturale non potest idem numero reproducere, est, quod requiruntur eadem numero dispositiones ad quod exigitur, ut eodem loco & tempore (quae sunt individuationis principia) fiat applicatio agentis ad passum & tempus nequit idem reuerti. Item requiritur, ut motus & actio sit eadem, & tamen interruptus motus non potest reuerti idem: Deus autem ob suam infinitam potentiam neque a loco neque a tempore pendet neque a motu: ergo nil obstat, quominus idem valeat bis, terque produci. Et arguitur praeterea, quod si illa contraria Durandi opinio esset vera, consequeretur ut praesenti mundo perempto nequiret Deus eundem instaurare. Imo vero, si vera est opinio S. Tho. quod duo angeli esse nequeunt eiusdem speciei, similiter subsequeretur, quod Michael in nihilum redacto, nequiret Deus eadem restituere speciem: quoniam neque illum neque alterum solum numero differente posset iterato creare: quae quidem consequentia absurda videtur: & tam consequentia cum sua conclusione concedit ipse.

4. Argum.

Solu. 1. ar. Durand.

¶ Primum igitur argumentum Durand. falsum affumit: scilicet non plus posse Deum agentem per voluntatem, quam si ageret ex necessitate naturae. Nam si non esset agens per voluntatem, non posset infinitam potentiam habere: si quidem infinita potentia agens ex necessitate infinitum effectum produceret: quod est impossibile. Ob idque Aristoteles 8. Physic. infinitam virtutem Dei falsus, arctissimis angustiis interclusus fuit, ut euitaret infinitum effectum, quem tamen in caelorum lationibus infinitum duraturis concessit.

2. Solutio.

¶ Secundum respondetur, quod si per impossibile daretur, Deum esse infinitae potentiae, & non agere per voluntatem, nihilominus posset aliquid producere ex nihilo, ac subinde agere sine dependentia a tempore & motu, atque adeo posset super naturam aliorum agentium idem corruptum reproducere.

Solu. 2. ar.

¶ In secundo etiam argumento caligat, conceditur namque, quod ratio quare agens naturale nequit idem corruptum reproducere, est, quod non potest habere eandem ad passum habitum, quam quando illud primo produxit, habuerat: sed tamen ratio huius est, quod non potest redire idem tempus & motus & actio. Cum ergo ab his Deus non pendeat, fit ut semper habeat eandem habitum ad producendum quicquid voluerit, siue corruptum fuerit, siue nunquam productum.

Solu. 3. ar.

¶ Ad aliud vero, quod nos adiecit, iam respondendum est, dum ostendimus non interesse simili-

tudine inter motum, & esse rei permanentis: quippe cum de essentia unitatis motus sit continuatio, non autem de essentia rei permanentis. Sed ad verba S. Tho. quibus cum Durando sentire videtur, suo loco respondebimus.

3. Conclusio

¶ Tertia conclusio ad nostrum propositum ex hac proxima colligitur. Vnusquisque debet in eodem corpore resurgere, in quo vixit, quod non solum sit ab extrinseco idem: nempe, quod ab eadem informetur anima, eturque anima rationalis, verum quod ex eisdem pulueribus & elementorum partibus sit reformandum, in quas fuit resolutum. Haec conclusio non est tam expressa de fide, quam prima: nihilominus non posset non temeritatis nomine, imo forte peiori, denotari, qui illam diffiteretur. Quocirca Durand. (ut bona venia dixerim) nimia libertate usus de hac re locutus fuit. Est enim de fide, ut non solum sit idem homo resurgens, verum in eadem carne, ut ait Iob: vocare autem eandem carnem ob id solum, quod ab anima eadem rationali informetur, neque Physicæ consonum est, neque fidei, quippe cuius articulus de carnis resurrectione decretus est.

Ratio Physica.

¶ Et primo si rationem Physicam consulamus, nulla est consequentia vis, quod si esse suppositi sit a forma, sufficiat, ut idem sit numero suppositum, idemque corpus, quod eadem informetur anima: quoniam licet a forma suppositum fortitur esse specificum: puta esse hominum, equum, &c. tamen esse individuale: nempe, esse Petrum, non suscipit nisi a forma in hac singulari materia: eo quod materia est principium individuationis. Imo anima propterea est haec, quod in hac materia suscipitur. Et hoc est quod ait Philosophus. 5. metaph. scilicet, quod quae differant secundum numerum, differunt secundum materiam, sicut quae differunt secundum formam differunt specie. Neque ad hoc profecto Durand. quid responderet, satis rimari valuit. Potest enim eadem forma diuersa corpora successiue informare, quae non ideo erunt idem corpus. Imo si admittatur per omnipotentiam Dei eandem in diuersis locis duo simul diuersa corpora informare, certe nec esset tunc idem corpus, neque idem homo. Adde quod secundum Philosophum. 1. Physic. eadem materia, manet successiue sub diuersis formis: non ergo a forma habet materiam, ut sit eadem, atque adeo nec ut sit idem corpus.

2. Argum.

¶ Secundo arguitur, quia si eadem anima ad resurrectionem eiusdem hominis eiusdemque corporis sufficeret, tunc transmigrationis eiusdem animae in diuersa corpora (ut Pythagoras philosophatur) esset resurrectio eiusdem hominis, quod est concessu absurdum. Quocirca diuus

Gregorius

diuus Gregorius super illud Iob. 29. Et in carne mea videbo Deum, tanquam ridiculum errorem refert quorundam commentum (in quibus quidam erat Constantinopolitanus episcopus) qui aiebant animam iterato coniungi corporibus caelestibus, vel quibusdam in modum venti subtilibus. Illud enim non est resurgere in propria carne, quae vixerat. Quo circa hic Diuus Thomas optime concludit non posse resurrectionem censer, nisi anima ad idem reuertatur corpus, quo utique verbo philosophus illud eliditur Durandi, quod dicatur idem corpus propter eandem animam: nam tunc anima non posset resumere nisi idem corpus: quandoquidem quicquid resumeret per resurrectionem fieret idem. Dicens ergo Sanctus Thomas nisi anima idem corpus resumat, intelligit ex eisdem cineribus compactum: quia resurrectio est, ut ait, Damascenus, iterata resurrectio est, eiusdem quod cecidit. Et Augustinus ait, quod resurgere est idem, quod reuiuiscere. Quare optime Thomas adnotauit, quod resurrectio magis respicit corpus, quod per mortem cecidit, quam animam, quae semper post mortem viuunt: atque adeo si non est idem corpus, quod anima resumit, non dicitur resurrectio, sed noui corporis resumptio secundum doctrinam Pythagorae, qui credens, non inesse animam corpori tanquam formam, sed adesse tanquam motorem, colligebat, aliud atque subinde aliud corpus submutare. Imo vero quauis disputationis gratia admitteretur dogma Empedoclis de magno saeculo, ubi eadem forma ad eadem corpora redibat, non esset propria resurrectio, sed noua generatio per causas naturales, acsi nunquam eadem res fuisset producta aut corrupta. Resurrectio namque dicitur resurrectionem eiusdem corporis, quae cecidit, & ideo proprie dicitur subintaneae ac supernaturalem resurrectionem vitae.

Resurrectio quid.

S. Thom.

Empedoclis dogma

Rationes Theologae

¶ Adde quod secundum opinionem Durandi posset anima resurgens iterum idem corpus resumere, quod nunquam per mortem cecidisset: puta corpus quod nullius fuit animalis, sed saxi vel elementi. Tunc ergo quomodo carnis fieret resurrectio: cum articulus fidei non tantum resurrectionem, sed carnis resurrectionem affirmet. ¶ Sed praeterea rationibus Theologicis idem plane conuincitur. Resurrectio, ut predictum est, ob hoc nobis fuit diuinitus indulta, ut unusquisque (quae admodum ait, Paulus) propria corporis referat prout gessit: ergo in eodem ipso corpore, in quo homo Deo, vel demoni militauit, debet resurgere, ut in eodem vel triumpho coronetur, vel poenas luat: ut scilicet, idem corpus quod particeps fuit laboris obsequendo rationi, vel

causa scelerum resistendo, particeps quoque sit retributionis, qualiscumque fuerit. Quae enim aequitas ferre posset, ut anima Petri corpus Neronis resumeret, aut anima eiusdem Tyranni corpus Pauli? Ad consolationem enim nostram, ut membra corporis nostri propius exhiberemus in obsequium Deo, ait. 1. ad Corint. 15. Apoc. 1. Cor. 15. de corpore, Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria, &c. Docens id ipsum corpus quod in hoc saeculo diuini obsequijs macipatum atteritur propria fore retributione donandum.

1. Cor. 15.

Iob. 19.

Matt. 10.

Egregium argumētum.

Ad argumētum 1. principia

¶ Quapropter Iob loco citato non fuit contentus dicere. In nouissimo die de terra resurrecturus sum, sed conculcatissimè adiecit. Et resurus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Quem visurus sum ego ipse & oculi mei (scilicet, corporis) conspiciuntur, & non alius. Vnde Christus Matt. 10. ubi Apostolus ad perferendam mundi tyrannidem animis implet, Nonne duo passeris, (inquit) asse uenit, & unus ex illis, non cadet in terram sine patre vestro? Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Cui concinens Augustinus iam citatus in Enchiridio. Non, (inquit,) perit Deo terrena materies, de qua mortaliū creatur caro, sed in quolibet puluerem cinerumque, aut partes elementi soluantur, illi animae humanae puncto temporis redit: scilicet, in resurrectione. ¶ Existit praeterea argumentum contra illam opinionem, quod tunc nullo opus esset angelico ministerio ad colligendos cineres, in quos facta fuerat corporum resolutio, sed ex quacunque materia, quam casus fortuito offerret, homines resurgerent, contra quam Augustinus verbis proximè citatis decernit. Imo si resurrectio futura esset in vno loco: puta, in valle Josaphat, vel alia ex materia illic circumstante, vniuersa mortalium corpora plasmarerentur, quod nefas est dicere. Igitur fas non est negare, quin idem profus corpus exurgere debeat quae per mortem cecidit, alioqui non esset idem homo resurrecturus.

¶ Vnde ad primum argumentum ex Aristotele sumptum respondetur, Philosophum locutum fuisse naturaliter in rebus quae per motum redeunt: ostendit enim eo loco circulationes caelorum, quae per motum localem fiunt, eadem numero redire: hoc est, per easdem lineas, quia caelum non perit in generationibus aut horum inferiorum redeunt cuncta in eadem specie, sed non eadem numero: Deus autem, qui nec a motu pendet nec a tempore, potest idem numero reproducere. Et haec est legitima solutio: nam aliter quam D. Th. subiugit: videlicet, quod quia est

est resurrectio, non est tam efficax: tum quod restat de corporibus difficultas, quæ eadem debent resurgere, tum quod etiam si anima in nihilum esset redacta, posset Deus eiusdem hominis in eadem anima eodemque corpore resurrectionem perficere. ¶ Ad secundum responderur D. Thomam optimè contra illos concludere qui ponebant animam sensibilem à rationali distinctam in homine: tunc enim cum per obitum anima illa corrumpatur, non rediret. Nescio tamen an tunc temporis in eadem opinione fuerit Doctor Sæctus, quam ei Durandus tribuit: scilicet, quod Deus non posset illam reproducere. Dicere tamen possumus, quod nullam habuit omnipotentia Dei memoriam, quidnam efficere posset, sed ad solam respexit ordinariam legem: & ideo respondit id quod satis erat, negando animam sensibilem à rationali distinctam: quo circa in resurrectione ne per eandem animam Petrus erit & idem homo & idem animal: quia habebit eandem animam sensitivam, per quam secundum substantiam diffinitur animal.

Ad secundum.

¶ Quod si arguas. Saltem easdem non habebit sensitivas potentias, quæ sunt animæ accidentia: quippe quæ absente anima corrumpuntur: cum secundum veriore opinionem in ea separata non permaneant, sed est tunc sensibilibus secundum substantiam: hoc est, apta sentire cum potentias resumpserit. Conceditur ergo, quod in resurrectione non redibunt ipsissimæ potentia numero, sed eadem secundum speciem, longeque præstantiores: verum tamè variatio accidentium substantiam non mutat, neque suppositi neque corporis, quominus idem in eodemque corpore resurgat.

Solu. 3. ar.

¶ Ad tertium, quod ex apostolo desumptum est, respondetur: quod noluit æqualem similitudinem inter granum seminatum & corpus nostrum constituere: nam granum in semine non est idem numero, quod est postea in spica, siquidem illud emoritur, & nascitur aliud eiusdem speciei: in resurrectione verò idem erit corpus, quod mortuum fuerat. Sed similitudo servatur in hoc, quod resurgent corpora non oltra, alia secundum accidentia: scilicet, quod seminantur corruptibilia & ignobilia, & resurgunt nobilia & pulcherrima. ¶ Ad quartum respondetur perinde, ut ad secundum, quod forma misti in corpore non est alia quam anima rationalis, quare in obitu hominis nulla substantialis forma perit, sed solù rationalis separatur, quæ cum eadem in corpus redeat, tribuet ei idem esse mistum, sed & quavis forma misti esset alia, non evincit argumentum: quod Deus

Solu. 4. ar.

nequiret eandem reproducere in eodem esse quod habebat, ut satis ostensum est.

ARTICVLVS. II.

Utrum omne, quod est de veritate humane nature, resurget.



Conclusio præcedens: nempe, quod idem prorsus homo in eodemque corpore sit resurrecturus, nonnullos scrupulos obijcit, illis præcipuè Philosophis, qui non sunt veritate christiana imbuti, quibus tamen ab eiusdem veritatis professoribus respondere oportet. Quod utique respondedi negotium assumpsit Augustinus in libro de ciuita. Dei contra Philosophos, & in Enchiridio, & alibi sæpè. Quæritur ergo secundò, utrum quicquid in corpore viuente præfuit, ad veritatem nature pertinens, sit per resurrectionem recuperandum. Et arguitur à parte negatiua.

Partis negatiua argum. 1.

Defunctorum corpora sexcetas perpessa sunt ab orbe condito transmutationes: nempe, in saxa, in metalla, in herbas, in alia animalia, in elementa, quapropter in postrema die particule, quæ fuerunt humane, in rebus diuersissimis delitescent, ex quibus absque ipsorum corruptione distrahi nequeunt, imò vix deprehendi potest quæ admodum tam innumera rerum congeries possit ex rebus tam diuersis fieri. ¶ Secundo.

2. Argum.

Humanis corporibus per assiduam indies nutritionem, ut. 1. de genera. docet Philosophus, fit iugis accessio, & vicissim per digestionem fit etiã particularum egestio: si ergo totum deberet resurgere multa absurda consequerentur. Primum quod vnuquodque corpus portentosam molem resumeret. Secundò, quod cum homo diuersorum animalium carnibus vescatur, cunctorum corpora dicerentur resurgere, ut ouium, bouum, piscium, &c. Tertium, quod vsu veniat, ut homines nonnquam humanis carnibus vescantur, aut in propria forma, quæ admodum Iosephus de miseranda Hierosolymorum obsidione refert, aut in alijs figuris, dum ex cadaueribus capus herbescit, quo pabulo oues & boues pascuntur, quæ in esum tandem hominum veniunt: tunc ergo impossibile est, quod illi homines propria corpora resument, cum plures eodem fuerint nutriti & aliti. Et fit de costa Adæ, ex qua condita fuit Eva, argumentum: nam si Eva suum est corpus resumptura, Adæ tunc sua erit costa in perpetuum orbatu. ¶ Tertio. Oes ut paulò post ostensuri sumus, debent in adulta uultaque, itatura resurgere: ergo paruuli non sua præcise corpora resument, sed

Costa Adæ cui resurgetur da.

3. Argum.

sed

Pars affirmatiua.

1. Conclusio

Ratio.

Samuel.

Argumentum

Durandus.

Sententia authoris.

1. Opinio.

sed aliunde sufficientur eis maiora: & qui plus iusto fuerunt obesi aut grandes, non tota reciperabunt. ¶ In contrarium est illud Lucæ. 21. Capillus de capite vestro non peribit.

¶ Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima, quam viro catholico nefas esset negare, sit. Quicquid est de veritate humane nature tam in anima quam in corpore resurget. Et ratio est plana. Idem enim est res & vera res, ut aurum, & verum aurum, vnde scit quod non est verum aurum non est aurum, ita qui non est vera homo non est homo: & pariter in diuiduis, qui non est verus Petrus non est Petrus, quare ut superius dicebamus si Moyses in transfiguratione non resurrexit in proprio corpore, non erat Moyses, quia non erat verus Moyses: sicut & Samuel, quem, ut legitur. 1. Regum. 28. Phithonisa suscitauit, si non erat verus Samuel, non erat Samuel. Hinc ergo informatur argumentum. Resurrectio futura erit vera & nullatenus ficta, imò erit perfectissima, quia erit opus Dei, & Christi, quatenus redemptor est, per virtutem diuinam, & certe si non erit vera, decipiet nos: ad veritatem autem eiusdem hominis requiritur quicquid est de veritate nature non solum speciei, sed illius etiã indiuidui: ergo quicquid est de veritate nature & de integritate illius indiuidui resurget. Illa verò, quæ superflua sunt & per modum digestionis egesta & decisa, minimè sunt recuperatu necessaria.

¶ Ad intellectum autem huius quæstionis adnotandum est, diuersimodè à diuersis autoribus explicari. Durandus quippe dist. præsentis. q. 2. in sua persuit opinione ait, quod si loquamur de ijs, quæ pertinet ad veritatem nature hoc est, sine quibus natura nequit consistere, solus homo resurgere habet, & nulla eius pars, quoniã anima non cecidit per mortem neque materia prima, quæ perinde atque anima, in corruptibilis est: solus ergo homo cecidit, qui resurget per iteratam unionem anime cum eadem materia. At verò, ut supra diximus, opinio hæc non seruat sincerè & castè resurrectionis idioma: quia non solum homo cecidit, sed & corpus ipsum per incinerationem, quod ideo debet idem numero resurgere. Cum ergo per nutritionem semper viuens corpus in perpetuo fluxu sit partium, dubium inde emergit, quomodo idem corpus possit resurgere.

¶ Tres igitur opiniones de nutritione humane corporis versantur, quas Philos. 1. de gener. Theologi vero. 2. sententiarum. d. 30. referunt & diserte D. Tho. 1. par. q. vlt. Prima fuit quorundam dicentium de veritate humane nature

quantum ad corpus non esse nisi illud præcise, quod fuit ex semine genitum. Atque illud autem tota vita hominis permanere integrum, neque illi quicquid per digestionem detrahi, neque per nutritionem accrescere, sed illud præcise extendi ad maiorem quantitatem: nutrimentum verò apponi non ut per nutritionem fiat augmentatio, sed in fomentum & præsidium caloris naturalis, quem admodum cum purificatur aurum apponitur ei plumbum, ne aurum consumatur. Aiebant ergo isti, quod in resurrectione anime non resumetur nisi illud duntaxat, quod primum fuerat per semine genitum: nam quod per nutritionem aduenit, esse non existimabatur de veritate nature: cum nunquam fuerit in substantiam illius suppositi transformatum. Hec autem opinio deridicula est: nam illud humidum, quod ipsi appellant radicale, ex semine genitum nequit ad iustam hominis quantitatem accrescere, nisi aut per rarefactionem, aut per coagulationem nouæ materie: nam vt. 20. super Genesim ad literam aduersus Tertullianam ait, Augustinus, nihil est absurdius quam putare vllum esse corpus, quod manente nature sue quantitate (hoc est nihilo substantia adiecto) vndique crescat, nisi rarefascit: dicere autem corpusculum, quod vtero gestatur, posse ad tantam quantitatem, quantum homo quadragenarius habet, rarefascere, ratio physica non permittit: quoniã vnique præscriptus est rarefactionis terminus, quem transgredi citra corruptionem sui non potest. Nequit enim terra ad tantam raritatem peruenire, quanta est aeris, nisi corrumpatur in aerem: cum ergo per rarefactionem quantitas nequeat tantum crescere, consequitur ut crescat per coagulationem nouæ materie: quam utique, cum non cretatur, constat ex alimento gigni.

Opinio re futatur.

August.

Ratio. 2.

Opinio. 2.

Discrimen inter hanc gignitur, et priorem

gignitur, non solum seruire in fomētum calorū, verūm & in augmentum quantitatis, quæ quidem per rarefactionem nō possēt tantum crescere sine appositione nouæ materiæ: atq; adeo fatebantur, illud, quod ex nutrimento gignitur, adiungi priori. Et huius opinionis Commentator lib. 1. de generatione dixit Alexandrum fuisse inuentorem. Vnde illud ex femine genitū appellabāt humidū radicale, quod diffunde batur postea per totum corpus, aliud verò adiunctum vocabant humidū nutrimentale. Atq; in hoc sensu illud Philosophi. 2. de generatione text. 25. intelligebāt: scilicet, qd caro secundū speciem semper eadem manet in homine, caro autem secundū materiā aduenit & recedit. Similiter ergo illi dicebant, solum illud humidū radicale restituendum in resurrectione, non autem aliud nutrimentale.

Auerrois.

Autor opinionem re legat.

At profectō isti paulō minus quā priores à lumine naturali erāt auersi. Enimuerō calor naturalis tam humidum consumit, quod ex semine fuit per generatiuam virtutem gēitum, quā aliud, per nutritiuā adiūctum: quia est actio naturalis æqualiter agens in passum, & illa humida æqualiter illi applicata subdūtur: cum ergo æqualiter illa duo consumat, æqualiter per nutritionem ambo instaurātur: si autem æqualiter instaurantur, non potest illud manere fixū, quod per generationem fuit primō genitum, distinctum ab alio, quod per nutritionem acquiritur, sed ambo perfectē miscentur, vt ex ambobus fiat vna caro: quemadmodum, dum perfecta fiat aqua viniq; mixtio nō remanet per se vinum & per se aqua, sed vinū languidum, nisi quod in animali quod per nutritiuam adiungitur, nō est infirmus, sed quādoq; robustius & virtuosius.

Confirmatio rationis

Et confirmatur ratio ex doctrina Philosophi. Non enim nutritionem ait, solum fieri instar mixtionis aquæ cum vino, sed quæadmodum ignis fomento lignorum, quorum alia ac subinde alia suggerūtur, nutritur & crescit. Quā ob causam in igne non possunt distingui partes, quæ ex diuersis lignis fuerūt genitæ, sed totus ignis ex vna lignorū congerie fuit auctus.

3. Opinio

Tertia ergo opinio eadēq; verissima est, quā Aristoteles. 1. de gener. docet, & secundū eū Commentator, ac subinde Philosophorū reliquos nempe, quod per vim nutritiuam, quæ augmentatrici seruit, nutrimentū vertitur in substantiā aliti, eiusq; forma informatur: non solum in hominibus & in cæteris animantibus, verūm & in plantis. Quapropter dum corpus adolescit, non permanet idem, quod ex femine fuit primō genitum, discretū ab alio, quod

per nutritionem accrescit, sed vna fit amborū commassatio & conglutinatio. Quare radicale humidum & nutrimentale non differunt ratione principij: scilicet, qd illud ex solo semine generetur, hoc autē aggeneretur ex cibo, sed ratione termini, vt nutrimentale dicatur quādiu alimentum speciem aliti nō est affectū, nec ipsi conglutinatum, radicale verò dum est in naturam aliti coagmentatum. Ob idque distinctio Aristotelis. 2. de genera. de eadem carne secundū speciem & secundū numerum, non est diuersarum rerum, sed diuersarum rationum eiusdem rei. Quod est dicere. Si consideretur caro hominis per totum vitæ curriculum, persistit eadem secundū speciem: quia semper alimentum conuertitur in carnem Petri, sed tamē secundū materiā particulæ fluūt & refluūt, sicut in igne, qui suggestione lignorum nutritur.

Aristotelis distinctio.

Sed tunc alia opinio ob molitur cōmune argumentum, quod non esset idem homo iuuenis qui fuerat infans, neq; idem senex qui fuerat iuuenis, quia nō manet eadē materia. Sed tamen ad hoc respondet. 1. de genera. Philosophus interimendo cōsequentiā. Quando enim, inquit, aliqua materia per se tota conuertitur in ignem, tūc est nouus ignis, vt dum lignum incipit inflāmari. Quādo verò paulatim accēso iam igni submittuntur ligna, non nouus gignitur, sed idem ignis permanēs augetur. Multo ergo verius in homine & quocūq; animali, quia paulatim adhibetur per vim nutritiuam substantia ad reficiendum, id quod calore naturali consumitur, idē profus homo permanet.

Argum. commune.

Solutio Aristotelis.

Ex his ergo colligitur posteriorū impræsentiarum conclusio, quæ ad intellectum prioris meditatiū cōtemplanda est. In resurrectione id in vno quoq; resurget, quod ad naturæ tam indiuidui quā speciei, veritatem & ornatum pertinet secundū illud statum, in quem resurgent. Demus verbi gratia (quod postmodū disputauius) omnium resurrectionem futuram in illam etatem & corporis, qua Christus resurrexit, & in quantitatem eidem ætati congruam. Dicimus ergo qd quicūq; in vita vsque ad illam iustam quantitatem natura nō errāte, fuit adultus, illud resumet corp⁹, quod sub illū tēporis articulū habuit, ex eadēq; materia refectū. At verò qa vt. 2. de ciu. Dei, ait, Aug. nihil illic vitij in corporib⁹ existet, si aliq; plus fuerint obesi & crassi non totā corporis molē resumēt, sed quod illā habitudinē superabit, reputabitur super illū. Et diuerso quicquid vel morbus vel senij confecit in corpore, reparabitur per Christum virtute diuina. Vt si aliqui propter

Obesi & crassi.

Graciles & macri. parvuli.

propter macrorem fuerint graciles, quia Christus nō solum reparabit nobis vitam, sed quicquid per miserias huius vitæ fuerit nobis adēptum. Imò & id quoq; , quod natura conferre non valuit. Quare paruulis & infantibus, & eis, qui fuerunt aborti, aliud supplebitur angelorum ministerio, vt in Enchiri. cap. 85. ait, idem August. materia vsq; ad legitimā quantitatem. Id verò materiæ, quod per digestionē fuerit egestum, non redibit, eo qd natura id tāquā redundātes feces emittit, neq; ad veritatem naturæ deinceps pertinet. Quapropter non solum idem homo resurgere dicēdus est, propter vnionem animæ ad materiam primā, sed idem profus corpus, eadem, scilicet, ossa, carnes & organa.

Sed hæc per argumentorū solutiones luculentius liquebūt: sunt enim omnia Philosophorum argumenta, quibus fidem nostram resurrectionis subsannant.

Solutio. 1. argument.

Ad primū igitur respondetur, quod quacūque transmutationes corpus fuerit perpessum, virtuti Dei, qui ex nihilo cōdidit vniuersa, nequaquam difficile est angelorum ministerio reliquias illas vnde quæque subtractas colligere: nam quæ in alijs mistis ratione carētib⁹ reperientur, cum omnia eiusmodi mista sint tūc peritura, facile est intelligere quemadmodam in corpora humana reuertantur.

Particulæ in elementis.

Quæ verò particulæ in elementis delituerint, quæ permanura sunt, nihil in eis detrimenti relinquet: quoniam Deus ex mistis, quæ corumpentur, vinas illas implebit, vel quemadmodum sua disposuerit sapientia.

Obiectio.

Existit tamen in contrarium argumentum huiusmodi. Illæ particulæ in rebus alijs latitantes, quas nomine cinerum theologi designāt, non habent respectum magis peculiarem ad corpus humanum, quā ad quodcūque aliud: quoniam materia prima indifferens ad quancūq; formam existit: & formæ, quibus tunc illa materia continebitur, nullum habebunt ordinem ad humanum corpus: ergo corpora tunc nō sunt censenda ex sua materia potius resurgere, qd ex aliena quacūq; , atque adeo non redibit idem corpus, vt supra dicebat Durand. ¶ Diuus Thomas hoc loco sequitur opinionem Commentatoris in libr. de substantia orbis, dicētis quod in materia sunt dimensiones interminatæ quātitatis, quæ quidem perpetuæ sunt, & sub quacūque forma eadem numero perseverantes. Et ideo materia sub illis dimensionibus, sub quibus erat in corpore Petri, facit vt eadem redeat materia Petri. ¶ Illa verò Commentatoris opinio falsa

D. Tom.

Commentatoris opinio falsa.

est & inepta, quā ideo Sanctus Thomas. 1. par. quæst. 76. artic. 6. deseruit, nosq; . 1. Phisic. quæstio. 6. pluribus expugnauius: nam certē in composito nulla est quantitas præter illam, quā forma eiusdem suppositi fecum adfert. Cum enim quantitas sit accidens, toti supposito, vt author est Philosophus, tantum subiecto inest: ponere ergo aliam quantitatem materiæ coæuam, est naturam quantitatis, quæ accidens est, ignorare: nullū enim accidens materiæ inesse potest nisi per formā. Itaque anima rationalis adueniens corpori prius natura dat ei esse corporeum, per quod corpus fit quantitate aptum, vt inde fiat homo. Respondetur ergo ad argumentum, quod cum anima Petri dederit suo corpori quantitatem illi aptam, quæcūq; forma in cadauere & deinceps succedat, semper materiæ particule seruant respectum ad eūdem hominem, ad hunc sensum, quod illæ particulæ, quæ in illo præfuerunt, ad eius postmodum instauratorem resumantur. ¶ Ad secundum verò iā responsum est, quod nō totum, quod per nutritionē in corpore fluit, resumetur, sed illud, quod est de veritate naturæ. Quare non resumetur tanta moles, quanta esset si omnia, quæ per alimenta corpori accreuerunt, simul permansissent, sed illa, quæ iustæ resurgentium staturæ congruens est. Neque verò propterea quod corpus humanū fuerit in carnes bovinas aut suillas versum, illorum brutorū animalium corpora resurgent, tum quod neque anima bruti partem illam resumet, tum quod neq; illa caro resurget nisi sub forma humana.

Solu. argum. menti.

Solu. 2. ar.

Ad secundū absurdum.

Ad tertij absurdum.

August. responsio.

De costa Adæ.

Ad aliud verò tertium absurdum respondetur, quod vbi vsu venerit, idem corpus humanum aut eandem eius partem in diuersis hominibus vixisse, inæqualiter tamen: nempe, quod in vno plus illius corporis extitit, aut perfectiūs rationis speciei fuit particeps, eidē reddetur homini. Si verò æque fuit pluribus, respondet. 2. de ciuitate Dei cap. 20. Augustinus, quod redetur illa caro homini, in quæ esse caro humana primitus cœpit: ab altero namq; tanquam mutuo sumpta amputanda est, sed Deus suppleuit id ipsam in alio ex partibus, quæ in ipso per nutritionem effluxerāt, vel aliud. ¶ At verò de costa Adæ probè hic Diuus Thomas, & rursus. 1. part. quæstio. 92. artic. 4. ait, non extitisse in Adam tāquam indiuiduo necessariam, sed tāquam superflua per modum seminis ad multiplicandā speciem: figmentum enim est hominum dicentium homines vna modo costa carere, vel saltem Adā vnā minus habuisse. Et ideo costa illa nō est

De Adæ

Solu. 3. ar.

Adx restituenda, vt pote que ad eius integritatem non spectet. Ad tertiu idem responsum est, quemadmodum paruulis ex aliena materia circumstanti supplementum sit adhibendum. Sed tamen existit in contrarium argumentu: quia tunc no esset idem, qui resurgeret. Nam si modo Petro paruulo quadruplo aut decuplo plus materix simul adhiberetur, vt non paulatim per nutritionem, sed subito staturā quadruplo aut decuplo maiorē acquireret, non videretur idem esse numero Petrus: ergo nec tūc. Respondetur ad antecedēs, quod si id Deus faceret virtutem supplendo nutritis virtutis, negatur, q non idem maneret Petrus, secus si totam materiam, quam habebat, adimeret, atque aliam totam illi substitueret. Igitur cum in resurrectione augmētum illud non faciat, nisi ad supplendum id, in quo natura defecit, non est existimanda natura Petri secundum substantiam mutata, sed potius perfecta.

Decapillis.

¶ Sed & postremum argumentum, quod de capillis in contrarium obieimus, secundum ea, quæ dicta sunt, moderandum est. Resurgent enim homines cum capillis & vnguibz quatenus sunt ad ornatum necessarij, non tamen quatenus sunt naturæ superflui, vt Augustinus lib. 2. 2. de ciuita. Dei ca. 1. 9. ait. Est enim adnotandam, quod natura & eius imitatrix ars vtitur instrumentis quibusdam necessarijs, quæ sunt de prima intentione naturæ, alijz verò adipforum instrumentorum conseruationē, quæ non sunt de prima, sed de secunda intentione naturæ. Vt uti prima intentio naturæ est fructus arborum germinare, secunda verò eosdem folijs contingere. Quare, vvas, quæ tenerrimæ sunt, amplioribus folijs protegit. Similiter ars militaris tanquam principali instrumento vtitur gladio, vagina tamen ad eius conseruationem. Pari ergo modo prima intentio naturæ est, partes tam essentielles hominis q organicas exequēdis officijs animæ necessarias fouere, sicut cor, epar, & alia similia: sed tamen veluti de secunda intentione adhibet capillos & vngues ad capitis digitorumque custodiam, pariter & ornatum.

Augusti.

¶ Quæ de causa cum eiusmodi etiam particulis resurgent homines. ¶ Quod si arguas. Capilli & vngues sunt expulsionēs naturæ, veluti vrina & sudor, aliaque id genus egestiones istæ autem nō restituentur: ergo neq; capilli. Respondetur, bifariam naturam humorem egere: vno modo tanquam omnino superfluum & ad nihilum iam vtilem, qui quidem humores in resurrectione non redibant, sicut nec recisi vngues, nec capillorū tonsura, sed alios egerit humores non tanquā inutiles, sed tanquā illi, qui membris sunt emolumēto & ornamento. Et id eod, ait, Augustinus, quod non resumet homo capillos oēs, quos habuerit, sed quos decuerit, iuxta illud, Omnes capilli vestri capitis numerati sunt: id est, qui secundam diuinā sapientiam sunt reparandi.

Obiectio.

¶ Postremū deniq; huius articuli dubiū, quod ad hanc rationē eiusdē corporis suscitādi pertinet, est, vtrū non solū reliquix & cineres ad idem corpus redibunt, in quo præferat, verū & singulæ cinerum particulæ ad singulas corporū, vt quæ præferant in corde, redeant ad cor, & quæ in manu ad manum, & quæ in osse ad os. Arguitur enim hoc esse necessariū: quia vt Philoso. 2. de anima autor est, sicut tota aia se habet ad totū corpus, ita & pars anime, scilicet, potentia, ad partē corporis, veluti visus ad pupillam oculi: ergo sicut vt idē resurgat corpus, requiritur vt ex suis proprijs pulueribus reficiatur, ita id ipsum requiritur, vt idē resurgat os, & idem caput, & c. nam materix diuersitas facit, vt non sit idē numero. Cum ergo nō solū requiratur, vt idem resurgat corpus, sed etiā vt eadē ei restituantur partes, colligitur, vt pulueres nō solū ad idem corpus, verū & ad eadē partes reducantur.

Dilutio.

¶ Item resurrectio, vt dictū est, ad id refertur, vt corp⁹, quod laboris fuerat particeps, sit etiā præmij, & quod fuerat in causa culpæ, idem & supplicio plectatur: sed diuersis officijs diuersa seruiunt membra: ergo necesse est, vt idē oculi eandemque manus resurgat.

rit humores non tanquā inutiles, sed tanquā illi, qui membris sunt emolumēto & ornamento. Et id eod, ait, Augustinus, quod non resumet homo capillos oēs, quos habuerit, sed quos decuerit, iuxta illud, Omnes capilli vestri capitis numerati sunt: id est, qui secundam diuinā sapientiam sunt reparandi.

Augustini
ubi supra.

Dubiū.

Argumentum.

Dilutio
dubij.

Augustini
responsio.

tc 19

Aristotelis
assertum.

Argumentum
postre
mum.

te reparare, nihil interesset ad eius integritatē, quæ particula materix cui mēbro statux red deretur, dum tamē totum, ex quo constituta fuerat, restituta resumeret: ita De⁹ mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto, quo caro nostra confisterat, eā mirabili & ineffabili celeritate restituet. Assertū ergo illud Aristotelis, si cut totū, ad totū, ita & pars ad partē, intelligit de partibus organicis & eterogeneis: nam in homogeneis licet vt eadē sit pars, requiratur eadem materia, nō tamen idem partium situs. Postremum verò argumentū nō ita multum efficax est: quoniā meritum aut demeritum non est membri, sed totius hominis, quare fat est, vt illud recipiat corpus ad sensum iam expositum.

ARTICVLVS. III.

Vtrum cuncta prorsus hominis membra ac perinde humores debeant homini resurgenti restitui.



Vanuis ex artic. proximo, quo definitum est, quicquid est de veritate naturæ fore recuperandum colligatur, omnia mēbra & humores debere restitui, ad maiorem tamē rei explicationem arguitur a parte negatiua. Amoto sine re mouetur mediū, quod ad illum refertur: post resurrectionē autem multorum mēbrorū vss cessabit, vt quæ sunt virtuti generatiuæ & nutritiue deputata, q̄ illic neq; nubēt, neq; vlla erit indigētia cibi: ergo mēbra illa nō restituent.

Partis negatiue argu.

2. Argum.

Partis affirmatiua.

Decisio ar.

1. Conclu.

¶ Secūdo. Sāgus nō redibit, quia vt habetur. 1. ad Corint. 4. Caro & sanguis regnū Dei nō possidebunt: ille autem inter quatuor humores primatum obtinet: ergo humores illic corporibus non reddentur. ¶ In contrarium est, q̄ membra & humores sunt de veritate humanæ nature: quocirca absque illis non idem corpus verē resurgeret. ¶ Ad explicationem quæstionis huius distinguere primum oportet inter mēbra: nam alia sunt, quæ homines integri & absq; vllō naturæ defectu nati sortiti sunt, atq; in totam vitā cōseruarunt: alia verò, quibus vel defectu naturæ trūcati geniti sunt, vel morbo aliquo aut casu viuentes orbatī. Rursus & inter electos & reprobos sunt qui hac parte distinguant. ¶ Duabus igitur conclusionibus respōdendū est. Prima. Electi & pij proculdubio cum omnibus suis membris, quæ ad integritatem naturæ spectant, sunt vite restituendi. Probatur.

Dei perfecta sunt opera: resurrectio erit diuinū opus: erit ergo perfectū. Presertim in beatis illis & fœlicibus, quos in vitam æternam suscitabit: non autem esset perfectū opus nisi homo qualis suapte natura gignitur, resurgeret: natura autem ad sui perfectionem exigit omnia membra & organa: ergo cū illis resarget. Probatur hæc postrema præmissa. Anima quippe non solum est forma corporis, verū & finis, propter quam homo creatur, & præterea efficiēs causa, quæ illum gubernat: vnde Philosophus. 1. 4. de animalib. habitudinē corporis ad animam cēset vt artificij ad artem: & ideo corporis membra organa dicuntur animæ. Quapropter si cut in artificio elæcet virtus artis, ita & cuiuscunq; membri figura & compositio representat virtutem aliquam animæ, in qua tanquam in origine & radice in sunt omnes virtutes membrorum motrices. Igitur quemadmodū res per artem fabricata non esset perfecta, nisi omnem virtutem, quæ continetur in arte demonstraret, ita neq; esset perfectus homo, nisi omnes animæ virtutes & vires emicarent in corpore: neq; verò corpus esset perfectum, & animæ satis coaptatum, nisi si omnium membrorum integritate consummatū esset. Cū ergo homines, saltem iusti, adq; adeo eorum corpora debeant in naturali perfectione resurgere: quia resurrectio hæc corporum fit propter animam, propter quā cōdita sunt, consequitur, vt debeant omnes saltem electi, cum integro membrorum ornamēto resurgere. Et ratio hæc conclusionem ipsam elucidat. Intelligitur quippe de omnibus mēbris, siue illa habuerint, siue illis orbatī fuerint. Itaq; tā qui nati fuerint seu cæci, seu claudi, seu quocūq; alio mēbro mutili, q̄ qui integri in lucem prodierint, etiam si aliqua postmodum amiserint membra, integri & perfecti resurgere debent. Et confirmatur inde præterea, quia alioqui appetitui animæ ad corpus non fieret satis, quē tamen Christus in resurrectione satiabit. ¶ Secūdo probatur conclusio. Si aliqua corporis ruina & defectus esset in resurrectione, ille proueniret: aut ex defectu virtutis agentis, quam ob causam solent procreari monstra, aut ex defectu obedientiæ materiæ: sed neuter huiusmodi defectuum ille erit, quia virtus illic efficiēs erit supranaturalis Dei cui nil resistere potest: in materia vero nihil erit requisitum, quod ex causis naturalibus pendeat: neq; in probis, quicquid sit de reprobis, alia potest inueniri causa, quæ absolute membrorum perfectioni obstet: ergo omnia resurgent perfecta. ¶ Tertio. Illa resurrectio erit

Ratio.

Probatio.

Cōclusio
exponitur.

Cet c'audi
et mutili.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

E e 2 opus

opus peculiare Dei, quemadmodum prima rerum creatio: sed non solum hominem, verum cuncta, quae de nihilo Deus condidit, in sua protulit absoluta perfectione: ergo illa naturae reparatio ex pulueribus perfectissima erit secundum naturam. ¶ Quarta ratio & ex beneficio Christi colligitur, cuius gratia, ut ait, Paul. illic abundavit, ubi abundavit delictum Adae. vniuersi namque defectus & deformitates, quas in corporibus patimur, de praeruatione Adae & originis labe nobis obueniunt: ergo omnes illos defectus, & quas fecimus in Adam iacturas, & quas in nobis natura corrupta fecit ruinas, reparabit Christus in suis membris, quae certe instar resurrectionis ipsius nostri capitatis resurgere habent, iuxta verbum Pauli ad Philippenses. 3. Configuravit Christus corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae: quod tamē integerrimum surrexit. ¶ Iam verò si hominem, qui in hoc tereno seculo vitam erat ducturus, tam pulchrū Deus in prima creatione effinxit, illos, quos velut caelorum ciues refecturus est, quosque dotibus gloriae insignire proposuit, ut vnā se cum ceu eius aulici perpetuo eius conspectu fruere, ambigere nefas est, quin sit vniuersos absolutissimos secundum naturam in vitam reuocaturus. Erunt enim illi verē beati, & ut ait, August. 13. de Trinita. Beatus est qui habet quicquid vult, & nihil mali vult.

Obiectio. ¶ Sed arguitur contra. Vt sapē venit, ut ali cui propter furtum, aut propter aliquam illam iniuriam auris, manus, vel aliud membrū abscindatur: ergo illud membrum illi nō restituetur, quia propter illud, quod patrauit malum, non est ei restituendum bonum. Respondetur autem, ut dictum est, merita aut demerita non esse membrorum, sed suppositi, cui ideo si poenitentiam egerit, restituetur ad praemium, sin minus ad supplicium.

August. sententia. ¶ Sententia est praeterea August. 22. de ciuita. cap. 19. & in Enchiri. cap. 87. & 91. vbi, ait, quod nulla vitiosa corpora sunt sanctorum resurrectura, sed correcta emendataque natura. Vnde illud, inquit, monstrum: nempe, bi membris homo, quem Hieronymus in Oriente natum refert: quia duplex erat duoque coniuncti, non vnus resurget, sed duo sciuneti. Si autem nō fuissent perfecti duo, sed vnus cum vna anima, quale monstrum ego vidi, ex cuius vtero homuncio, alter excepto capite integer pendebat: non resurget nisi vnus.

De martyribus. ¶ Quid autē de martyribus, qui membris truncati sunt, vtrum sint absque illis resurrecturi, ut amputatio illa sit eis sicut stigma gloriae & au-

Ratio. 4.

Meditatio.

Obiectio.

Dilatio.

August. sententia.

Monstrū.

De martyribus.

reola sui triumphū? August. eod. 22. lib. ca. 20. respondet, quod non erunt absque illis membris. Non enim posset illa mutilatio non esse corporis vitium, alioqui qui capite truncati essent, deberent sine capite resurgere. Veruntamen extabunt in eorundem membrorum articulis gladij cicatrices effulgētes super omne aurum & lapidem pretiosum, veluti cicatrices vulnerum Christi. ¶ De reprobis autem, vtrum membris integris resurgent, Aug. in Enchiri. ca. 92. definire recusat, quauis id de electis capi. praecedenti fanciuerit: sed, ait, vtrum cū vitijs & deformitatibus suorum corporum resurgant quicunque in eis vitiosa & deformia membra gestarunt, inquirēdo laborare quid opus est? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo & pulchritudo, quorum erit cetera & sempiterna damnatio. Durandus verò distinctione praesenti quaest. 2. per distinctionē respōdet. Ait quippe in homine quaedam esse partes de essentia, sine quibus esse homo nequit: & cum istis certum est damnatos quoque resurrecturos fore. Sed alia sunt de integritate, quae nō sunt simpliciter de essentia, ut manus, pes, oculus &c. sine quibus viuere quifque potest. De istis, ait, q̄ si damnati cum omnibus suis membris fuerint orti, neque in vitam morbo aliquo vel casu illa perdiderint, resurgent eo modo, quo de hac luce migrarunt: sin verò absque aliquo membro vel cum aliqua deformitate vel nati vel defuncti sunt, ab illa nō liberabuntur, sed trunci resurgēt, ut illud quoque vitium perpetuò patiātur. Ratio eius est, quia reparatio illa naturae in resurrectione ad illū finem refertur, ut retributionem recipiat diuersam: boni, scilicet, vitam aeternam, & damnati supplicium aeternum, ut habetur Ioan. 5. Reprobi autem nullam foelicitatis retributionem accipient: ergo nō est cur eorum natura praeclearius reparetur, quam ceciderat. Et confirmatur, quia sicut probis nihil deerit, quod ad foelicitatem aeternam pertineat, ita nec miseris quicquam deficiet, quod ad eorum miseriam in vita praesenti attinebat: quare illa vitia non sanabuntur. Et tertio arguitur, Resurrectio illa futura est per gratiam Christi, quae antidotū fuit peccati Adae: ergo sicut Adam per mortem animae lapsus est in miseriam corporum, ita Christus nullis corporum vitia sanabit, nisi quibus vitam restituet animae.

¶ Ad hoc autem, ut luculentius respōdeamus, distinguendum de vitijs corporum est, quae in triplici sunt differentia. Prima est membrorum orbitas, atque alia ipsorum turpis ineptaque compositio, & corporis habitudo deformis, ut sunt homines

Dereprobis.

Durandus in spōso.

Ratio Durandi.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Deformitas triplex.

homines obesi, gibbosi, alijque tortuosis membris corporis compositi: & tertia morbositas, ut lepra, febris, &c. Et quidē D. Thomas dist. praesenti. quaest. 3. artic. 1. & Ricard. atque alij primam vitiositatem in dubium non reuocāt, sed planē affirmant, illam non esse in damnatis futuram, imò omnes suis membris integri resurgent. Neque, Diuus August. ut illic Diuus Thom. insinuat, videtur hoc in dubium reuocasse, sed de alijs deformitatibus aliorum generum ambigit. Quod em̄ etiā miseri cum omnibus suis membris reuiuiscere debeant, probatur: quia resurrectio erit quaedam naturae reparatio per supernaturalem virtutem Dei tamquam auctoris naturae: cum ergo Dei perfecta sint opera, naturam, quam integram creauit, integram reparabit sine respectu ad culpam: si verò mēbro aliquo careret: nō esset integra.

2. Argum. ¶ Et ad maiorem explicationem arguitur secundò. Resurrectio Christi bifariam fuit nostrae causa, vno modo quantum ad instaurationem naturae, atque altero quantum ad dotes gratiae: in reparatione ergo naturae respectus duntaxat ille habendus est, quod quemadmodum ipse naturam, quam assumpsit, in vitam restituit, ita & vniuerso humano generi sua corpora integra tribuet. Absurdum enim esset dicere, quod damnati deberent cum tanta monstruositate resurgere, quanta in monstris esse solet. ¶ De alijs verò vitiorum generibus, de quibus August. haesitauit, sunt qui affirmant cum illis fore calamitosos illos suscitandos propter rationes Durandi. At verò. D. Thom. doctius profectò contrariū, ut probabilius affirmat: quoniam in reparatione resurgentis corporis potius consideratur naturae terminus & perfectio, in quam restituitur, quam eius conditio, quae in ipsa praesuerat. Vnde etiam per diti illi reprobis, qui ad perfectam aetatem nondum in vita peruenerunt, illa sunt aetate, ut beati resuscitandi.

Aliud arg. ¶ Sed claritatis gratia sic aliter arguitur. Vniuersi absque vilo naturae defectu essent in resurrectione instaurationi, nisi in poenam peccati illi defectus redirent: sed in poenam peccati non redibunt: ergo resurgent sine illis defectibus ut beati. Probatur minor. Poena secundū culparum mensuram & quantitatem infligenda est: vsu tamen creberrimē venit, ut qui in hac vita minora commiserunt crimina, plures morbos aliasque xrumnas & calamitates corporis sint perpessi, & e conuerso, qui grauissimi sceleribus complicuerunt, nulla eiusmodi corporum vitia fuerint experti: tunc ergo si damnati deberent cum vitijs corporū, quae

Opinio sancti Thomae.

Damnati cum omnibus membris resurgēt.

2. Argum.

De alijs deformitatibus.

S. Thom.

Aliud arg.

habuerunt, resurgere, illi defectus non tam responderent quantitati culpae, quae poenae, quam in vita fuerant perpessi, atque adeo poena non infligeretur pro culpa, sed pro alia poena, quod ratio aequitatis diuinæ non fert: si ergo illi defectus non sunt redituri in poenam culpae, cōsequitur, ut nullatenus sint reuersuri. Resurgent tamē illi nequā cum illis defectibus, qui ex naturalibus principijs humanis corporibus insunt: nempe, cum passibilitate, & opacitate & pōdere & ignobilitate & obscuritate atque alijs, quae in beatis per dotes gloriae sunt excludenda. Quomodo autem resurgere habeāt in corporibus in corruptibilibus absque dote in corruptibilitatis, & quomodo sint futura in corruptibilia, sed passibilia, dist. 50. vbi de eorum supplicijs agendum est, nos manet dicendi locus. ¶ Et per hanc ad primum argumentū Durandi respondetur: conceditur enim resurrectionem illuc referri, ut vnusquisque retributionem accipiat: nihilo minus damnati non recipient corporum defectus tanquam suorum delictorum supplicia. Imò ob hoc recipient omnia membra, ut in omnibus puniantur, licet aliquibus in vita caruerint: quia supplicium non debetur membris, sed toti supposito. Quare illa restitutio membrorum nō pertinebit ad eorum foelicitatem, sed ad eorum miseriam. Et hoc est, quod, ait, Paul. 1. Corint. 15. Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Etenim qua ratione damnati resurgent in incorruptione, ut perpetuò puniātur, resurgent suis membris integri, ut in omnibus crucietur.

¶ Ad postremum autem respondetur, quod illa vniuersalis resurrectio corporū in suam integram naturam non fiet per gratiam gratū faciētem, per quam Christus collaturus est gloriae peculiariter iustis, sed per gratiam quasi gratis datam, non singulis personis, ob sua merita, sed toti naturae, ut sistatur ante tribunal Dei, quare sicut illi etiā, qui non fuerunt mandati ab originali, resurgēt, ita omnes resurgēt integri.

¶ De intestinis autē videtur scrupulus hinc em̄ mergere: haud enim vacua restituentur, quia vacuū abhorret natura: quae autem plena immundis & turpibus egestionibus resurgāt, foelicē illū statum minimē decet: nō ergo restituentur. Respōdetur autē, quod restituentur in beatis plena nō illis turpibus egestionibus, sed decentibus, alijs humiditatibus. Vnde Aug. In interioribus inquit, visceribus, quae nullū decus modò videtur habere, ita pulchritudo rationis delectabit ut omni formae apparet, quae oculis placet, secundum mentis iudicium referatur. In damnatis verò nil mirū si foetidus egestionibus opple-

Nota.

Solutio. 1.

argu.

Durand.

Solutio postremi argu.

Intestina an vacua resurgent.

ta redeant: siquidem illæ naturales sunt.

Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur principale argumētū respōdetur, q̄ corpus ad animam bifariam refer tur, vno modo tanq̄ materia ad formā, & tunc finis corporis atq; membrorū nō est operatio sed esse speciei perfectū. Quā utiq; ratiōe quā uis nulla futura esset operatio, necessaria nihi lo minus erat integra membrorum cōpago ad complementū speciei. Secūdo modo refertur tanq̄ instrumentū ad agens. Et hoc pacto quā uis finis eius sit operatio, nihilominus mēbro rum cōpositio non est sine operatione frustra nea: quoniā seruit ad ostēdendū virtutē ipsius agentis: nempe, animæ, quæ vim habet cuncta mouendi, veluti ars musicum instrumentū. Et ideo quāuis illic neq; vllus nubet, neq; nuptui tradetur, erunt nihilominus vtriusq; sexus in strumenta, vt paulo post videbimus, atq; adeo virtutum nutritiæ & augmentatiæ organa.

2. Cōclu sio.

¶ De secunda parte articuli, nēpe, de humoribus, secūda similis subiūgitur cōclusio. Humo res omnes & humiditates, quæ ad vitæ etiam mortalis necessitatē & integritatem spectant, erunt in resurgētibus. Quoniā licet vita illa de inceps supranaturalis sit, nihilominus erūt ve ri homines, quales natura producit. Est ergo ad huius perspēctionem de humoribus distin guendū. Et primò inter humores & humidita tes Physiici distinguūt, quorum est Auicenna lib: 10. de animalibus ca. De humoribus & hu miditatibus. Humoris enim nomine cēsentur illi, qui in præcipuis venis sunt inclusi, habent que determinatam formā secundū quam li cet disgregati sint, cōnumerantur tamen cum partibus corporis, vt sanguis, cholera, melan cholia & phlegma, qui ad hominis veritatem & integritatem spectant, atq; adeo instaura buntur in illa mensura, quæ ad optimam cor poris valetudinē conferunt. Humiditates vero sunt, quæ per minores venas & arterias diffuunt. Quæ utiq; humiditates in tripli ci sunt differentia. Quæ dā enim sunt in recessu à perfectiōe, quas quidē natura ceu nocuas pellit, quales sunt vrina, sudor, sanies, atq; alię huiusmodi, & istæ locum in resurrectione nō habent, quia ad veritatem naturę potius eorū expulsio attinet, q̄ retētio. Alię vero sunt, quę quāuis in individuo redundant, pergunt ta men ad conseruationem speciei, seu ad genera tionē vt semen, seu ad nutritionem vt lac, neq; istæ redibunt: quia ad indiuiduorū perfectio nem nō spectant. Tertij generis humiditas est in transitu & via ad aliam formā, quæ, scilicet, ex nutrimento in substantiā aliti commigrat. Quæ sunt etiā in triplici gradu: nam substantia,

Humoris & humiditatis discer men.

Humiditas triplex.

Humiditas tertij gene ris triplex est.

quæ ex alimento gignitur, in principio vię vo catur ros, qui per capillares venas dispergitur: in medio vero cūm albescit, vocatur cambiū, sed in fine dum in substantiā aliti iam est ver sa, vocatur gluten. Igitur cūm sola veritas nature debeat resurgere, sola humiditas in tertio gradu resurget, quæ est pars corporis. Reliquæ vero duę priores minimè: quoniam deinceps nulla opus erit nutritione, neq; illius virtutis officio, sed partes erunt stabilitæ & firmę. Quare neq; in stomacho erit nutrimentū, sed erit plenus vel aere vel aliā incorruptibili sub stantia, vt de intestinis dictum est.

¶ Ad secūdū deinde argumentum responde tur, q̄ nomine carnis, illic Apostolus, & sangui nis nō intellexit nisi opera, quæ carnis sagge stione fiunt, vel vt lib. 2. retracta. & in epist. ad Cossentiū, ait, Au. negat Apostolus illic fore carnem & sanguinem corruptioni subiecta, vt sunt in hac vita. Quare neq; humores ad id re sumēdi sunt, vt, quod per calorem deperditur reficiant, sed que in modū de membris dictū est, seruiant integritati naturæ, & ad ostenden dum animæ virtutē. ¶ Quod si redarguas. Ne gatū est humiditates illas sub forma roris aut cambij reuerfuras corpori, quāuis illas in obi tu habuerit, p̄pterea q̄ sunt in via ad nutritio nem, cui tunc nō dabitur locus: sed sanguis alij q; tres humores sint pariter in via ad nutritio nem: ergo nō redibunt. Respondetur ad mino rem, aliter humiditates illas esse in via q̄ humo res istos: nam ille sic sunt in via, vt nō habeant determinatam formā, sed imperfectā. Humo res autē habent determinatam formam veluti ossa & caro. Vnde sicut elementa quāuis sunt in via generationis respectu corporum, quæ ex illis cōmifcentur, nihilominus quia habent formas determinatas & perfectas, perdura bunt post resurrectionem, ita & quatuor hu mores, qui elementis respondent.

Obiectio.

Dilutio.

ARTICVLVS. III.

Utrum omnes in ætate iuuenili resur gent.



Rost quā de veritate & integri tate corporū dictū est, sequitur vt de ætate & statura resurgen tiū dicam⁹. Et quæritur primò, vtrū oēs in ætate iuuenili sint resurrecturi. Et arguitur à parte negatiua. Deus resurgētibus, si beatos præcipuē cōtēplemur, nihil subtrahet, quod ad eorum pertinet

Partis negatiue argu men. 1.

pertinet perfectionem: sed ætas venerandæ se nectatis plurimum perfectionis affert, iuxta illud Prouerb. 16. Corona dignitatis senectus, ergo qui senes obierunt, in ea ætate resurgent.

2. Argum.

¶ Secundo arguitur. Si omnes in eadem ætate deberent resurgere, consequens fieret, vt in ea dem quoq; quantitate & corporis mole debe rent resurgere: quia quantitatis habitudo æta tem plurimum sequitur, eò q̄ corpus per tem poris cursum adolescit: non autem omnes re surgent in eadem molis quantitate & statura: quoniā dimensio hæc quantitatis conditio est indiuidui, sicut & vultus effigies atq; aliæ cor poris habitudines, quibus indiuidua inter se di screpant: quare ad veritatem indiuiduorum at tinet, vt has habeant diuersas effigies: ergo ne que omnes in eadem ætate resurgent.

Pars affir matiu.

¶ In cōtrariū autē est illud Apostoli ad Ephe. 4. Donec omnes occurramus in virum perfe ctum, in mensurā ætatis plenitudinis Christi.

1. Cōclus.

¶ Bimembris est quæstio, quæ duas proinde cōclusiones postulat. Ad priorem enim partē vniuersalis omnium respōsio circumfertur af firmatiua, quæ sit prima conclusio: scilicet, Omnes resurgēt in ætate iuuenili. Sed re vera locus proximè citatus Pauli id non satis com probat, quoniam illic Apostolus de perfectio ne spirituali loquebat corporis mystici, quod est ecclesia, & nō de corporea ætate aut quan titate. Ait quippe, Christum quosdam dedisse Apostolos, quosdam prophetas, & alios euan gelistas, &c. in ædificationem corporis Chri sti, nempe, mystici, donec occurramus omnes in vnitæte fidei, & agnitione filij Dei: sed quia ecclesia non vtcunq; ad hanc fidem progres siva est, sed vsq; ad robur & firmitatem, per se queas analogiam de corpore, cōfert robur & perfectionem fidei, quam est habitura ecclesia cum virium firmitate, quæ est in virili corpo re, dicens: Donec occurramus in virum perfe ctum: hoc est, dum secūdum animā ad eam vir tutis copiam pertingamus, quæ est in viro per fectio. Et quoniam complementum perfecti viri illa ætas adfert, in qua Christus mortuus est & resurrexit, componit simul in virum per fectum & in mensurā ætatis plenitudinis Chri sti. Vnde sicut dicens, in virum perfectum, nō insinuat corporeum sexum, quasi in virili de beamus omnes resurgere, vt illico dicturi su mus, ita nec per ætatem Christi designat ad li teram, quod omnes debeant in illa ætate resur gere, sicut neq; in eadem statura. Et hanc ex positionem insinuat primum August. 22. de ciuit. Dei cap. 15. Subiungit autem, quod si de resurrectione corporum dictū est, sic accipia-

In virū per fectum.

Augusti.

mus dictum, vt nec vltra nec infra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorum, sed in ea ætate & robore, vsq; ad quam hic Chri stū peruenisse cognouimus, Vixit em vsq; ad tertiu mēsem anni trigessimij tertij, Quos utiq; annos doctissimi homines definierūt esse iuue tutem. Decurrit enim iuuentus, vt distin. 27. dicebamus ab anno. 25. vsq; ad quadragesi mum, cuius medium attingit Christus. Et quan uis virilitas, vt à iuuetute distinguitur, non in cipiatur nisi ab anno quadragesimo, nihilomi nus illico à trigesimo habent homines ætatis complementum, vt dicantur viri perfecti.

Christi uita

¶ Adfertur ergo autoritas Apostoli ad hoc propositum propter ætatis accommodatio nem ad perfectionem, in qua homines debent resurgere. Enimvero cūm resurrectio, vt dixi mus, opus sit futura Dei tāquam tunc instau rantis naturam instar illius, quam in proto plasto Adam condiderat, fit vt sit illam repa raturus non solum absq; omni vitio & defor mitate naturali, verū omnino perfectam & absolutam: tunc autem natura illud obtinet complementum, dum medium attingit iuue nilis ætatis. Bifariam enim natura ab illo com plemento deficit: vno modo, quia nondum il lud attingit: videlicet, quando est in infantia, pueritia, vel adolescentia: alio modo quando ab eadem perfectione recedit: scilicet, quando inclinatur in senium. In illa tamen ætate inter triginta & quadraginta annos natura persistit in illo, quod iustum est quantum ad corporis tum pulchritudinem, atq; alia or namenta. Vnde & coniectura fit in eadem prorsus ætate fuisse Adam creatum, vt nature recreatio per mortem Christi, & instauratio per generalem resurrectionem primæ eius in stitutiōni respondeat.

Ratio.

Nota.

Ad cuius ætatis creatus.

¶ Ad hæc item accedit, quod cūm in resurre ctione appetitus, qui ex natura promanat, sa tiandus sit omnibus æqualiter: & anima illud corpus appetat, quod ad perfectum perue nit, si infantes & pueri in illa tenella ætate re surgerent, essent perpetuò illa perfectione pri uati, quod quidem naturā suā eorum felicitati derogare videtur.

Ratio. 3.

¶ Sed arguat quis forsā, Quāto aliquid prius fuit in homine, tanto videtur plus ad veritatē humanæ naturæ accedere: quia est propin quius suo principio: pueritia verò prius adue nit homini quā iuuentus: ergo plus accinet ad veritatem naturæ: vnde Philosophus. 1. de genera. senium propter eius debilitatem dilu to vino cōparat: ergo potius in pueritia quā in ætate iuuenili resurgent. Respōdetur, quod

Obiectio.

Dilutio.

in pueritia virtus speciei ob id quodammodo perfectior censetur, quod est ad digestionem alimentum efficacior: quia aetas illa pluris indiget ad augmentum alimenti. Iuuentus tamen simpliciter est perfectior, quia tunc species ad complementum peruenit. Et eadem ratio est senes, si in illa aetate resurgerent, essent quasi suonaturali affectu frustrati. Naturaliter enim omnes cupiunt in illo flore iuuetutis viuere, tristanturque; dum inde recedunt: nam senectus genus quoddam morbi & infirmitatis est, sicut & infantia & pueritia imbecillitate quandam & debilitate habet adiunctam. Quare neque ad munera publica infantes & pueri admittuntur. At qui ad hanc rem, quae ad naturam pertinet, non est habenda ratio maioris minorisue meritorum cumuli, qui ex gratia procedit: illa enim remunerabuntur per gloriam, sed solum habetur ratio naturae, quam Deus aequalem tunc condidit, cum & instaurabit. Quapropter & danatos quoque credendum est in eadem aetate corpora resumpturos.

Obiectio.

¶ Quod si arguas. Aetatem temporis cursu & lapsu metimur: tempus autem, quod in hoc seculo dilabitur, non redibit: ergo neque aetas. Respondetur, quod non dicitur reditura aetas propterea, quod tunc habebunt tot aut tot annos, sed quod redibit corpus in illo flore & habitudine & pulchritudine, quae inesse solet corporibus, dum illam in hoc seculo agunt aetatem. Quantum in dā natis fulgor illi floris & pulchritudinis per nebulam nigantis ignis contenebrefcet.

Dilutio.

In damnatis.

Solu. 1. ar.

Sapient. 4.

Hieronym.

2. Conclusio.

¶ Ad primum igitur argumentum principale respondetur, senectutis effigiem non esse veneranda propter corporis habitudinem, sed quia documentum est & testimonium prudentiae & sapientiae aliarumque virtutum, quae in senibus vigent, iuxta illud Sapient. 4. Senectus veneranda est, non diuturna neque annorum numero computata: canis enim sunt sensus hominis, & aetas senectutis vita immaculata. In altero vero seculo non opus est sapientiae aut virtutum corporeo testimonio, quia vnumquodque illud manet premium, quod ei Christus secundum meritorum mensuram, quae ex sua gratia processerunt, unicuique palam retribuet. Et praeterea qui in hac vita disciplinarum sibi peritiam comparauerunt, & prudentia praediti fuerunt easdem disciplinas & sapientiam retinebunt, quas in sexaginta vel centum vel pluribus annis nacti fuerint, iuxta verbum Hieronymi in epistola ad Paulinum. Eadem dicamus in terris, quorum scientia nobiscum perseueret in caelis. ¶ De secundo questionis membro subiungitur secunda conclusio. Non omnes eiusdem quantitatis resurgent: sed secundum staturas diuersas. Conclusio est Augustini in enchiridionum cap. 90. & libr. 2. de ciui. Dei ca. 20. quae tractat de resurrectione ob id non citamus, Hugo, quod ad litteram eum ex Augustino in enchiridionum & libris de ciuita. Dei transcripsit. Ratio autem est, quod in resurrectione non tantum recuperanda est perfectio speciei: verum etiam individui cuiusque: species autem habet aliquam quantitatem, ultra quam progredi non potest: nam ut author est. 2. de anima Philo sophus, unicuique speciei praescriptus a natura est certus terminus augmenti & decrementi, quae tamen quantitas non consistit in puncto indivisibili, sed in quadam latitudine, ut sint homines alij alij maiores, aut minores, graciliores, aut pinguiore secundum diuersam complexionem & caloris vim ad digerendum. Et praeterea secundum qualitatem alimenti, quod ad augmentum aptius esse potest aut ineptius. Imo & religionis solum, & aetate ad id confert. Resurget ergo unusquisque in ea statura & corporis mole, ad quam natura neque errans neque prohibita hominem proferret dum aetatem ageret iuuentem. Quare quod cupiam deerit Deus supplebit, aut ex illa materia quae a parvulo illo per digestionem elapsa fuerat, aut alijunde. Si autem supererit, tanquam superfluum relinquetur.

¶ Quod si arguas. Forma humana eiusdem speciei est in omnibus, & terminus augmenti vel decrementi conuenit indiuiduis ratione formae: ergo natura non errante idem in cunctis erit. Respondetur ad minore, quod quantitas augmenti, non solum ratione specificae formae, sed ratione eiusdem formae, in tali in diuiduo conuenit, & ideo est diuersa. Sed redarguet quis forte. Statura & quantitas resurgentium non respondebit virtuti naturali, quae in multis impedita est, sed virtuti supernaturali, quae erit causa resurrectionis: illa autem erit eadem: ergo effectus quantitatis idem. Ad hoc iam responsum est, quod illa quantitas non respondebit naturae erranti aut impeditae, sed illi si non impediretur: nam licet virtus diuina sit eadem, non tamen tunc operabitur per modum naturae, sed spontaneè reparando naturam in illo statu, ad quem ipsa sana & valida peruenisset.

¶ Quod si arguas. Forma humana eiusdem speciei est in omnibus, & terminus augmenti vel decrementi conuenit indiuiduis ratione formae: ergo natura non errante idem in cunctis erit. Respondetur ad minore, quod quantitas augmenti, non solum ratione specificae formae, sed ratione eiusdem formae, in tali in diuiduo conuenit, & ideo est diuersa. Sed redarguet quis forte. Statura & quantitas resurgentium non respondebit virtuti naturali, quae in multis impedita est, sed virtuti supernaturali, quae erit causa resurrectionis: illa autem erit eadem: ergo effectus quantitatis idem. Ad hoc iam responsum est, quod illa quantitas non respondebit naturae erranti aut impeditae, sed illi si non impediretur: nam licet virtus diuina sit eadem, non tamen tunc operabitur per modum naturae, sed spontaneè reparando naturam in illo statu, ad quem ipsa sana & valida peruenisset.

¶ Confirmatur conclusio: quia staturae diuersae ac diuersi vultus, & facies hominum & corporum variae habitudines, perinde ad pulchritudinem humani generis conferunt, atque voces diuersae in musica, quarum consonantissima varietate harmonicis concentus suaue resonat: erunt ergo in corporibus resurgentiū & staturae variae & vultus & corporum habitudines.

¶ Quod si arguas. Forma humana eiusdem speciei est in omnibus, & terminus augmenti vel decrementi conuenit indiuiduis ratione formae: ergo natura non errante idem in cunctis erit. Respondetur ad minore, quod quantitas augmenti, non solum ratione specificae formae, sed ratione eiusdem formae, in tali in diuiduo conuenit, & ideo est diuersa. Sed redarguet quis forte. Statura & quantitas resurgentium non respondebit virtuti naturali, quae in multis impedita est, sed virtuti supernaturali, quae erit causa resurrectionis: illa autem erit eadem: ergo effectus quantitatis idem. Ad hoc iam responsum est, quod illa quantitas non respondebit naturae erranti aut impeditae, sed illi si non impediretur: nam licet virtus diuina sit eadem, non tamen tunc operabitur per modum naturae, sed spontaneè reparando naturam in illo statu, ad quem ipsa sana & valida peruenisset.

¶ Quod

¶ Quod si arguas. Staturae hominum, in diuersis seculis & aetatibus mundi fuerunt plurimum distantes: fertur enim Adam & qui diluuium antecesserunt mortales gigantes corpora habuisse, ut Gen. 6. legitur, propterea quod tunc fructus terrae fortiori vigebat virtute ad vegetandos augendosque homines: quinimo à diluuiio vsque ad Abraham gigantes erant, ut Nembrot, & sui, quibus postea Philistim successerunt: in illa ergo statura erunt homines illi suscitandi: non tamen apparet pulchritudini consonum, quod sint in caelo alij alios tanta proceritate superantes: praesertim cum Christus caput nostrum ab illa longo interuallo defecerit.

¶ Item quantum ad vultus & habitudines corporum si debet varietate discriminari, scilicet utrum vnusquisque eam debeat habere corporis effigiem & compositionem, quam habuit in hoc seculo: nam sunt plurimi nimium reformes, qui si tales resurgerent, oculos offenderent: si vero aliter sunt effigiandi, non apparet quae nam sit in variandis formis & figuris corporum seruanda ratio.

¶ Ad primum respondetur, quod reuera gigantes statura, dum modo non fuerit monstrifica, restitueda est illis, qui eam habuerunt: quia & hoc ad veritatem indiuidui spectat. Et quauis Christus illam non attigerit, non ideo quidpiam absurditatis res habeat, quauis alij sint proceriores ipso. Gigantes autem, qui vitio naturae ad proceritatem immodicam adoleuerunt, reformabuntur, sicut neque erunt Pygmaei, neque exigui homines, in quibus natura ob vitium aliquod defecit, sed cuncta Christus supplebit.

¶ Quatuor vero ad effigies & formas respondetur, quod vnusquisque recipiet quam habuit effigiem, ab omni tamen deformitate pura & collinamata, ut nullus sit gibbosus, aut claudus, aut luscus, obesus, aut macer, aut aliquam habens in ore deformitatis notam. Verumtamen tales erunt, ut possint dignosci eos esse, qui in hoc seculo vixerunt. Et similiter dicendum est de coloribus, non enim necesse est, ut omnes aut rufi aut albisimi resurgant, sed ea erit colorum varietas, ut venustati & pulchritudini nihil officiat. Quare Aethiopes non sunt credendi nigri resuscitandi, aut Insulares subpalidi, salskem pij & iustina ille color, ut qui ex nimia exustione solis prouenit, vitio naturae tribuit. In summa, nullus in beatis reliquus fiet color, qui non sit nitidus, splendorisque & doti claritatis aptissimus. De impijs autem iam dictum est.

¶ Ad secundam respondetur, discrimen esse inter aetatem & staturam, ut illa debeat esse eadem, haec vero minime quonia cum tempus indiuidua ad illud

articulum perducatur, quo natura speciei venustior est festiuiorque; atque adeo perfectior, congruus est ut omnes in illo statu resurgant. At verò quonia illic diuersitas est indiuiduorum diuersaque corporis statura & habitudo, quae ad speciei pulchritudinem confert, non est cur non eadem diuersitas in resurgentibus eluceat.

ARTICVLVS. V.

Utrum omnes in sexu virili cum animalibus resurgent.

¶ Equitur tandem de sexuum discrimine & animali virtute, utrum in resurrectione redibit. Et arguitur, quod omnes in sexu virili resurgent. Primo quia omnia vitia, ut dictum est, defectusque naturae refarciendi sunt: si omne autem sexus praeter intentionem naturae occasione & defectu virtutis formatricis in femine, quae non potuit fecundam ad perfectionem virilem perducere, nascitur, ut. 16. de animalibus, autor est Philo sophus, ubi ideo feminam occasionatum mare appellat: atque adeo. 1. Physicorum, ait, quod sicut femina virum, ita materia appetit formam: nempe, tanquam res imperfecta suam perfectionem. ¶ Secundò. Si sexus illic uterque resurget, pari ratione & vita animalis locum habebit: scilicet, tanquam virtus nutritiua & augmentatiua, quam generatiua: omnes autem illae erunt superfluae: quia ut ait Christus Matth. 25. In resurrectione, neque nubent neque nubentur nec comedent nec bibent: (ut euangelico utamur testimonio) omnes ergo virtutes erunt superfluae, quod non est Deo auctori tribuendum.

Partis affirmatiue argumentum. 1.

2. Argum.

Matth. 25.

Partis negatiuae.

1. Conclusio

In viru perfectum.

Augustin.

¶ In contrarium est, quod Deus utrumque sexum, ut Gen. 2. legitur, tanquam de necessitate naturae creauit: in instauracione ergo eiusdem naturae utrumque restituet. ¶ Bimembris, ut superior, est praesens articulus expeditionis facillime, qui ideo duabus conclusionibus erit contentus. Prima. Uterque resurget sexus. Conclusio est Augustini. 22. de ciuitate Dei cap. 17. Dabitatiueula eam hanc inde ortum duxit, quod ait Paulus ad Ephesios. 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum. ¶ De secundo quidam comminisci cogitarunt, femineum sexum in resurrectione in virilem euasurum. Ait vero Augustinus verius eos sapere qui utrumque sexum resurrectorum non dubitant. Deus enim qui utrumque instituit, utrumque restituet. Et verbum Pauli non receditur.

Et fertur

fertur ad sexum corporis, sed ad animi robur & virtutem fidei: loquitur enim illic de corpore mystico ecclesie, quo ad perfectum influxu Christi prouehendum, ut paulo ante dicebamus. Ratio autem conclusionis est, quia proxime explicuimus. Est enim restituenda integra natura non solum quantum ad veritatem speciei, sed quantum ad veritatem & naturam cuiusque individui: vir autem & femina quamuis eiusdem sint speciei, pertinent tamen ad veritatem naturae individui, ut de diuersa quantitate & statura proxime dicebamus: diuersa enim quodammodo est complexio & virtus feminis ad progignendum masculum, quam ad gignendum foeminam: & ideo sunt membrata generationi quam nutritioni foetus diuersa.

Ratio cōcl.

Ratio. 2.

¶ Secundo, quia & ad naturam speciei illa diuersitas sexus spectat. Cum enim species humana sit secundum individua corruptibilis, quae ideo non nisi per generationem propagatur & conseruatur, vterque sexus ad eius veritatem & integritatem est requisitus: quare sicut in vtroque instituta est nostra natura, ita & in vtroque est restituenda.

Ratio. 3.

¶ Accedit etiam & ratione felicitatis & infelicitatis resurgentium nouum argumentum. Nam aliqua sunt merita ratione sexus: foemina enim, quae in sexu tenero & fragili aut molestias carnis aut traxem tyrannorum rabiem perpesse sunt, pulchriorē inde palmam reportabunt, sicuti e conuerso maiora supplicia quae in muliebri sexu ferocitatem & inhumanitatem virilem exercuerunt. Et super omnia intemeratae virgini, quae Christum concepit & peperit, quis ambigat, quin sexus conditio sit in gloriam & laudem accessura?

Nuditas.

¶ Neque verò nuditas quidpiam pudoris oculis offendet: nam si primos parentes ante peccatum nequaquam nudos esse pudebat, quanto magis in illo statu confirmatae gloriae, vbi nulla erit libido nec pudenda titillatio, nullus aderit pudor, sed Deum omnes de tam decora vtriusque sexus pulchritudine laudabunt. Quapropter Christus Matthaei. 2. 2. a Saduceis, qui resurrectionē negabant, interrogatus illa, quae septem fratrum fuerat vxor, cui esset tunc adhaesura, respondit, scripturas illos ignorasse: quoniam illic nullae essent futurae nuptiae. Si autē nec sexus differentia illic esset reditura, id profectō Christus facilius respondisset: nō autem negauit sexuum discrepantiam, sed eorū vsum.

Matth. 2. 2.

Solutio. 1. 4r.

¶ Ad primum igitur argumentum respondeatur, quod quauis foemina generatio sit praeter intentionem naturae particularis: scilicet, individui generantis, quae non potuit semen

ad perfectum perducere, est tamē de intentione vniuersalis naturae: nepe, totius speciei, quae ad sui conseruationem vtrumque requirit sexū.

Obiectio.

Dilutio.

¶ Quod si redarguas. Si illic vterque resurrexerit est sexus, consequitur, ut locum sit etiā habitura praeratio ut mulier sit subdita viro. Negatur consequentia, quia mulier in hoc seculo subdita est viro, propter imbecillitatem sexus & quantum ad virtutem animi & quantum ad robur corporis. Illic autē nulla huiusmodi erit imbecillitatu, sed quō quisque merita habuerit per Dei gratiā cumulatiore, alterutrius fuerit sexus, erit alius superior. Quamquam honesta charitas & reuerētia maritalis sumum etiam illic splendorem habebit. ¶ Secunda conclusio. Potentia animalis vitae: nempe, virtus nutritiua, augmentatiua & generatiua erunt illic absolutissima & perfectissima. Probat, quia illae, sicuti & sexum discrepantia, sunt de integritate & veritate naturae. At verò, ut cōtra illud mortaliū genus, qui vtri dediti ad has fluxas caducasque voluptates, quae brutis nobiscū sunt cōmunes, prouisi sunt, vnum addamus verbū. Virtutes istae nullū post resurrectionem sunt habiturae vsum: est enim duplex naturae nostrae perfectio: vna naturalis, quā per naturales causas generali Dei influxu adiutas in hoc seculo natura consequitur, quae ideo sagax natura, ut ad illum vsum vitae necessarium mortales alliceret, voluptatem illis actionibus indidit. Altera verò supranaturalis & perpetua: nam quauis anima postquam creatur perpetua sit, corpus tū nequit per naturā perpetuū durare: resurrectio igitur corporū nō fiet in illa priori curtaque naturae perfectione. Dicere nāque quod Deus debeat corporū vitam cōseruare perpetuā, eo modo, quo fluxa haec nostra per alimenta cōseruatur, ridicula opinio est. ¶ Illi ergo siue Sa raceni sint siue alij feri & agrestes homines, qui aiunt in altero seculo vsum alimentorum fore, & animalis vitae, nō sunt digni quibus respondeatur. Aut enim alimenta illa & semina corruptibilia erūt, aut incorruptibilia: si incorruptibilia, nutrire non poterunt, neque semina aliquid generare: nam nisi granā frumētī cadens in terram mortuum fuerit: nullum fert fructū: & pariter nisi semen animalis putrescat, nequit inde aliud gigni animal: quare neque alimenta, nisi corruptantur, transeunt in substantiam aliter. Si autem illa semina & alimenta fuerint corruptibilia, nequeunt homines nisi corruptibiles gignere & nutrire. Quocirca nomen ipsum, aeternae vitae, vbi cōtra in euangelio extat, plane admonet, nullis feminibus aut alimentis, quibus sustineatur, indigere. Sed non opus est pluribus

2. Conclusio

Potentiarū nullus illis usus.

Alimento rū usus.

Saducei.

August.

Qualitates primae a deo beat. resurgere.

Luc. 24.

Nota.

pluribus aduersus huiusmodi hebetes homines agere. ¶ Bene ergo Christus dementiam Saduceorum retundens, ait, Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur, sed erūt tanquam angeli Dei in caelo: vbi negas generationis vsum, negat subinde & nutritionem & augmentationem, ex quibus semen redudat. Et subdens, quod erunt sicut angeli in caelo, naturā perpetuitatis explicat: quod scilicet non erit terra, sed caelestis & angelica: videlicet, quod sicut angeli suapte natura absque cibo & potu perpetui sunt, ita sint per gratiā & virtutem Dei futuri sancti in caelo, vbi nec seminatio est nec germinatio. Vnde Aug. 13. de ciuita. Dei cap. 20. & 22. Neque tales, inquit, futuri sunt sancti in caelo, quales fuerunt primi nostri parentes ante peccatum: quoniam auilicet tunc morituri non essent, erant tamen alimentorū egentes, ut vitam alerent, & tandem ligni vitae, quo à senio praeseruari, in flore iuuentutis cōseruari, quorum similitudine nulla erit indigentia in caelo, neque verò in inferno. ¶ Per haec alia dubitatio clarescit, si quis quaerat, vtrum resurgentium corporibus restituētur qualitates primae, ut calor, frigus, humiditas, & siccitas. Respondeatur enim huiusmodi qualitatum binum esse vsum. Requiritur enim primum ad corporū complexionem ac perinde integritatem, quae vtiq; ratione in corporibus resurgētium redibunt, tam proborum quam reproborū. Ossa enim sicciora sunt quam carnes, & phlegma frigidius quam sanguis, & cholera calidior, & sanguis humidior. Rursus ex his constantur qualitates secundae: ut color & calor, lenis & asperum, quae sunt qualitates tangibiles, sicut color est visibilis. Et corpora resurgentium tangibilia erunt & suis coloribus affecta. Legitur enim Luc. 24. Christum postquam resurrexerat discipulis dixisse, Palpate & videte, quia spiritus carnē & ossa non habet, sicut me videtis habere. Alter autē eorū vsum est, ut se mutuo suis contrariis actionibus corrumpant, & perimant, quem quidem tunc vsum nequaquam habebunt: nam corpora gloriosa, quippe quae dote incorruptibilitatis fruuntur, non sunt vel forissecus vel intrinsecus passibilia. Corpora vero dānatorum quauis ab externo igne pati possint, & frigore: tamen cum sint etiam incorruptibilia, ut dist. 50. videbimus, nō habebunt complexionum alteritatem, quae corruptionem corporū machineatur. ¶ Hinc sit qualitates huiusmodi non fore tunc simplices, ut in elementis latitant, sed in suis complexionibus qualitatumque secundarum compositione commixtas. Cum ergo dicimus

qualitates secundas in corporibus tunc fore, intelligitur nisi per dotes gloriae impediatur. Haud enim patientur grauitatem, subtilitatis dote impediante. ¶ Contra hanc autem qualitatum assertionē obijcere quis posset verbum Aug. 22. de ciuit. Dei. c. 23. vbi ait, quod corpus tunc humanū dono caelesti tale erit, ut etiā caelo incolēdo, nō amissa natura, sed mutata qualitate conueniat: videtur enim fieri inde consequens, quod sicut in caelo nulla est primarū qualitatum, ita neque in corporibus gloriosis, vbi loco adaptetur locatū. Respondetur, non esse mentē Augustini, quod illa corpora sint resurrectorum caelestia, hoc est, ex natura caeli, alioquin nō essent illi veri homines, sed quia resurgent cum dotibus illis incorruptibilitatis & claritatis & subtilitatis, quae sunt caelestibus qualitatum similes, eisdemque superiores, quibus beati donati potuerūt ratione status in caelo viuere, cui licet nō per naturam, tamē per gratiam sunt coaptati.

Obiectio.

Dilutio.]

Comedere & bibere.

Solutio de bij.

Tobie. 12

Incubi.

Nota.

¶ Postrema tamē ambiguitas in calce articuli exurgit, vtrum resurgētēs in corporibus gloriosis vti possint hac animali vita, comedere scilicet & bibere & gignere. Diuus Aug. 22. de ciuit. Dei ca. 22. ait, quod si velint, possibilitate non necessitate vesci possunt. Et cōfert resurgētēs cum angelis, qui ut legitur Gen. 18. ab Abraham cōuiuio excepti sunt, & à Tobia, ut ca. 12. in memorio proditū est. Imò & Christus, ut Luc. 24. refertur, comedit, postquam surrexit, de fauo mellis & de asse pisce. Ad hoc autē respondetur cum D. Th. 1. p. q. 71. ar. 3. angelos proprie in assumptis corporibus nequaquam comedere quia comedere est actus vitae: & tamen angeli non insunt corporibus ceu animae, sed adsunt ut motores, quare cum corpora illa non sint propria ipsorum, non possunt in propriam substantiam cibum conuertere, licet possint illum sumere & applicato extrinseco calore illum corrumpere. Vnde Angelus apud Tobiam, cum esset, inquit, vobiscum, videbar quidem manducare & bibere, sed ego potulo inuisibili & cibo vtor. Et eadem ratione possunt incubi daemones semen aliunde euectum in matricem emittere. Resurgentes verò homines possunt verē comedere & bibere: quia habēt animas corporibus coniunctas. Quare Christus verē comedit. Imò possunt alimentū in substantiā corporis (si nudam eius naturam specularis) cōuertere, atque adeo semen decedere & proles gignere. Tamen quia per dote incorruptibilitatis, ut à corruptione praeserua tur, eadē ratione impediuntur ne quid possint in eorū substantiā cōverti. Quare quod Christus domi

DISTINCTIO

Quadragesima quinta, De animarum receptaculis, & suffragijs defunctorum, sanctorumque orationibus.



Ad hæc autem & alia ^{Text.} est de animarum re ^{Cap. 1.} ceptaculis adhibenda meditatio. Vt enim super Ioan. Augustin. ait, Omnes animæ cum de hoc seculo exierint, diuersas habent receptiones: bonæ habent gaudium, malæ autem tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorū gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur, fuerūt tamen ab orbe condito receptacula illa numero quinque: nempe, pro sanctorum animis ante Christi mortē limbus patrū, post vetō cælum empyreum, pro his verò, quæ purgantur, purgatoriū: sed his, quæ in lethali crimine de hac luce demigrant, infernus cum dæmonibus destinatus est: his verò, quæ cum solo originali, puerorum limbus. Vnum ergo est in cælo, & quatuor fuerunt sub terra. Iam verò modò limbus patrum vacuus est, sicut erit post resurrectionem purgatorium. In singula ergo horum receptacula singulæ pro suis meritis de

dominus comedit, non in suum corpus, sed in preiacentē materiā dissolutum emisit. Dicitur autē dispensatiuē Christus comedis: hoc est, præter legem, quæ resurgentibus cōis est: vide licet, vt testimoniū veri corporis, quod resurrexerat, exhiberet. Id autē in vniuersali resurrectione, quippe quæ cunctis erit manifesta, nō erit operepretiū. ¶ Ad secūdū igitur argumentum negatur cōsequētia, qua infertur, resurrecturos in vita aīali, hoc est in eius vsu: quia aī malis vita per vsū ciborū non est perpetua, qualis futura est vita resurgentīū. ¶ Quod si redarguas. Homines tūc Deus tam secūdū corpus quā secūdū animā beatus est: beatitudo autē cuiuscūq; vt. 2. Ethic. ait Philosophus, cōsistit in propria operatione eadēq; perfectā: ergo oēs potētix corporeæ vsū exercitiūq; habebūt suū. Præsertim quæ cum beatitudo sit status omnīū bonorū cōgregatione pfectus, & magna insit in vsu generatiuæ & nutritiæ virtutis voluptas, nō sunt illis corpora frustrāda. Respondetur ad primum, quod operationes corporeæ non sunt hominis inquantū homo, sed inquantum animal: est enim forma hominis specifica, rationalis, atq; adeo illæ operationes sunt ei propriæ, quas secūdum mentem exercet. Ob idq; in operationibus corporeis eius beatitudo nō consistit, imò sicut corpus animæ subditur, ita & per redundantiam gloriæ animæ sua fruatur beatitudine.

¶ Et pari modo respondetur ad secundum, quod illæ corporeæ voluptates, adhibite sunt in hoc seculo propter vsū, qui huic seculari vitæ necessarius est. Et ideo ad perfectam beatitudinē hominis non conferunt, imò vt. 7. & 10. Ethicor. author est Philosophus, quatenus ipsis homo præter rationis ordinem vititur, sunt ægritudines quædam animi. Si autem eis secūdum rationis normam vitamur, sunt medicinæ quædam ad leuādum fastidium laboris & molestiæ, quæ huiusmodi actionibus nutritiis & generatiuis insunt. At verò sicut Deus eminenter omnia continet, ita & eius visio, qua foelices illi sunt beandi, omnes voluptates, quas de actionibus naturalibus mortales captant, eminentiori gradu & altiori continebit. Et ideo satietas illa foelicissima per esum & potum Christus explicuit Lucæ. 22. dicēs. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Hæc de statu communi resurgentium. De peculiaribus autem beatorum & dānatorum distin. vt diximus. 49. & 50. reliquas habebitur sermo.

Christus comedit post resurrectionem.

Solutio. 2. ar.

Obiectio.

Solutio.

Aliud argumentum.

Nota.

ris defunctorum animæ cūprimū corpora exuūt, excipiuntur. Et quauis neque à paradiso, neq; communi lege ab inferno, neque à puerorum limbo possibilis sit exitus in perpetuum, nil tamē obstat, quominus, vt Hieron. aduersus Vigilantium, & 4. lib dialo. Gre. autores sunt, ex omnibus receptaculis Deo id vel disponente, vel permitte animæ ad nos exeant, illuc tādē reuersuræ.

Cap. 2. ¶ Cum ergo certa fide docti locum quo animæ expurgantur confiteamur, negandum non est, vt ait in Enchiridio Augustinus, defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cū pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elemosynæ in ecclesia fiunt. Sed eis hæc profunt, qui cū uiuerent, vt hæc sibi postea prodesse possent, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem, nec tam malus, vt ei non profint ista post mortem. Est verò talis in bono, vt ista non requirat, & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cū hac vita transierit, adiuuari. Quocirca hīc omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam vel grauari. Nemo autem se speret, quod hic neglexerit, cū obierit, apud Deum promereri. Non igitur ista, quæ pro defunctis commendādis frequentat ecclesia, illi apo-

stolicæ sunt aduersa sententiæ, quæ dictum est, Omnes enim ad stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundum ea, quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum: quia etiam hoc meritū sibi quisque, cū in corpore uiueret, comparauit, vt ei possent ista prodesse. Non enim omnibus profunt. Et quare non omnibus profunt, nisi propter differentiā vitæ, quam quisque gessit in corpore?

Cū ergo sacrificia siue altaris siue quaruncunque elemosynarū pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro non valde malis, propiciationes, pro valde malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunque viuorum consolationes existunt. Quibus autem profunt, aut ad hoc profunt, vt sit plena remissio: aut certe vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. Cū ergo, vt. 2. Machab. libro scriptum est, sancta & salubris sit cogitatio pro mortuis exorare, vt à peccatis soluantur, cura nobis semper pro mortuis gerenda est, vt idem Augustin. lib. eiusdem tituli latè differuit.

¶ Atqui quemadmodū iusti, qui à leuioribus reatibus purgantur, nostris egēt suffragijs: ita & sancti qui diuino cōspectu fruuntur, suis nobis orationibus opitulantur. Etenim cū Apostolus Romanos fratres per Iesum Christū, perque spūs sancti chari

Roma. 5.

charitatem obsecret, vt suis ipsum orationibus adiuuent, quis ambigat felices illos in diuinum confortium admissos, & in charitate, quae nos dilexerant, confirmatos, pro nobis iugiter interpellare? Vnde Petrus in 2. cano. Dabo, inquit, operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. de Hieremia. 2. libr. Machab. legitur, Hic est, qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate. Quocirca & ad ipsos nos nostras orationes fundere tum Deo gratum est, tum & nobis modum. iuxta illud Iob, Voca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Fuit ergo & de hoc Vigilantiushaereticus, qui orationes sanctis dirigendas negabat, quem Hieronymus sanctis verbis insectatus est. Enimvero cum visione illa diuinae substantiae cognitionem omnium hauriant, quae ad suum pertinent statum, credendum est illic nostras preces agnoscere. Ait, quippe in libr. de orando Deum Augustinus. Angelis, qui sunt apud Deum, innotescunt orationes nostrae, vt quodammodo eas offerant Deo, & de his consulant, & quod Deo iubente implendum esse cognouerint, hoc nobis euidenter vel latenter reportent. Ob idque angelus apud Tobiam, Cum oraretis, orationem vestram obtuli Deo. Imo vero, nisi nostra culpa obstaculum obijciat,

2. Pet. 1.

Ca. ultim.

Iob. cap. 5.

Cap. 1 2.

efficacissimae sunt apud Deum sanctorum preces, quod Hieronymus aduersus eundem Vigilantium comprobatur.

D I S T I N C T I O
nis Quadragesimae quintae.

Quaestio prima, De receptaculis animarum post mortem.

A R T I C V L V S. I.

Utrum animabus post mortem receptacula sint assignanda.



AD PLENAM RESURRECTIONIS corporum notitiam nosse oportet de receptaculis animarum, tum quod inde in iudicium euocandae sunt, tum quod eodem post latam sententiam sunt cum suis corporibus remittendae. Et ideo ante iudicij speculationem operapretium fuit de eiusmodi receptaculis sermonem praemittere. At quoniam & illi, qui in purgatorio detinentur, nostris egent suffragijs, & qui in caelo existunt sancti suis nobis orationibus suffragantur, tres quaestiones praesens distinctio postulat: nempe, de receptaculis omnium: de suffragijs pro illis qui purgantur, & de orationibus tam quas sancti pro nobis fundunt, quam quas nos ad illos dirigimus. Primus igitur articulus est, ytrum receptacula sint animabus post mortem assignanda. Et arguitur a parte negatiua. Boetius in libr. de hebdomadib. Communis, inquit, animi conceptio est apud sapientes, incorporalia in loco non esse: cui August. 12. super Gene. ad litteram cap. 32. verbis illis concinit, vbi interrogans, quo ferantur animae corporibus exuta. Cito, inquit, responderim, ad corporalia

Partis negatiuae argum. 1.

loca eas vel non ferri nisi cum aliquo corpore, vel non localiter ferri: subdit aut illico, animam non esse corpoream sed spiritualement: ergo ad locum corporeum non fertur.

2. Argum.

¶ Secundo arguitur. Si animae separatae corporis locis deputarentur, id esset propter aptitudinem & coactionem ad illum locum, sed animabus, cum sint spiritus, nihil cum locis corporis conuenit: ergo nullis locis recipiuntur.

3. Argum.

¶ Tertio, Si locis aliquibus adscriberentur, id praesertim ratione aut praemij esset aut supplicij, quo frui illic debent aut plecti: animae vero separatae a locis corporeis nihil vel recipiunt vel patiuntur: ergo superflua eiusmodi sunt receptacula. ¶ In contrarium est illud. 2. Cor. 15. Si terrena nostra habitatio dissoluatur, domum habemus non manu factam conseruatam in caelis: ergo dissoluta animae carnisque compagine, iustorum animae, qualis erat Paulus, in caelum recipiuntur, & eadem ratione iniustorum animae detruduntur in infernum.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quaestionem, quae digna est scitu, tribus conclusionibus respondetur. Primo autem circa nominis significatum notandum, quod cum duplex sit animarum status, vnus in hoc seculo militandi, nempe, merendi & demerendi, & alter in futuro retributionem suscipiendi, triumphandi aut supplicij, seculum hoc non dicitur receptaculum: quia non recipiuntur in eo animae nisi in corporibus per creationem, sed loca illa, quibus exuta corporibus excipiuntur, dicuntur earum receptacula. Quare receptaculum non est ad merendum, sed ad recipiendum retributionem pro praeteritis meritis. Enimvero quauis spirituales substantiae secundum suum esse a corpore non pedent, sed absque illo subsistere possunt, nihilominus, vt Aug. 3. de trinitate. & Greg. 4. dialogo. autores sunt, corporalia Deus per spiritua lia gubernat: & ideo substantiae spirituales per conuenientiam quandam & congruentiam ad corpora adaptantur, atque adeo praestantiores ad sublimiora: quemadmodum Philosophi secundum ordinem mobilium orbium substantias illis spirituales accommodarunt. Hac ergo ratione quauis animae corporibus nudatae non deputentur corporis locis, tanquam eorum formae aut motrices, adaptantur tamen eis secundum suorum meritorum dignitatem eo modo, quo plus Deo vel propinquiores sint vel elongatiores. Quapropter qualitate illorum locorum vel oblectantur, vt felices animae nobilitate, sublimitate & splendore caeli: & infelices vilitate abiectioe & tenebrositate. ¶ Sit igitur prima conclusio. Quiaque ab orbe condito fuerunt animarum receptacula: scilicet, caelum empyreum, infernus, purgato-

1. Conclusio

rium, limbus puerorum, & limbus patrum. Enimvero si sine quo Deus, dum angelos hominesque condidit, propositum suum retulit, contempleremur, non nisi vnicum omnium receptaculum euentis propositum, nempe, caelum: nam has duas creaturas eo sine condidit, vt sua ipsius felicitate eis in caelo impertiret, sed tamen per occasionem si forte a sua lege & voluntate deuiarent, infernum praeparauit, quo suos inimicos obruderet. Et quoniam angelus primus fuit transgressus, ait Christus Matth. 25. Ignem aeternum ab initio mundi paratum esse diabolo & angelis eius. Praeterquam quod angelis reprobis, vt alias diximus, quos suorum errorum poenitere non potest, infernus destinatus est. Homines namque etiam peccatores per poenitentiam illum cauere possunt. Duo ergo haec sunt extrema receptacula, alterum summa felicitate, alterum vero summa miseria plenum. Peccatum vero primorum paratum tria nobis ostendit alia receptacula media. Nam cum post illam prauaricationem cuncti mortales cum labe originali nascantur, neque vlli vnquam, nisi per fidem Christi, patuerit salus, necesse est, vt paruulis, quibus citra usum rationis antequam eis eadem fides fuerit applicata, ab hac luce decedant, neque in consortium filiorum Dei admittantur, neque vero, cum nullum actuale crimen commiserint, inter summos eius inimicos prorsus deputentur, decretus fuit limbus, vbi sic a regno exulent, diuinoque conspectu priuentur, vt tamen igneos inferni cruciatus non sentiant. Rursus quia ingressus caeli nemini conceditur, nisi eo sit nitore: quae in baptismo suscepit, aut olim in circumcissione, aut simili in iure nature, vt scilicet, sit quemadmodum ad Ephes. ait Paulus. non habens maculam neque rugam: scilicet, neque lethalem maculam, neque vero venialem aut vilius reatum poenae, fit vt non solum inimici Dei ab introitu caeli prorsus excludantur: verum & amici dum per purgantur, remorentur, quibus ideo purgatorius locus assignatus est. Tadem cum ante peractam per Christum redemptionem nemini apertum esse potuerit caelum, adhibitum est receptaculum quintum, quo patres tam legis naturae quam scriptae in amicitia Dei hac vita defuncti, postquam purgati essent, quasi in deposito recipientur, qui quidem locus & limbus patrum & sinus Abrahae, vt illic explicabitur, appellatus est. Vnde Augustinus super Ioannem tracta. 49. Omnes animae cum de hoc seculo exierint, diuersas habent receptiones: bonae habent gaudium, mala vero tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malo-

Caelum infernus.

Limbus puerorum.

Purgatorium.

Limbus patrum.

malorum tormenta grauiora, quando cū corporibus torquebuntur. ¶ Igitur ante Christi mortem quatuor tantum fuerūt receptacula quia in cœlo nemo recipiebatur. Post eadē vero passionem limbus patrum vacuus mansit, quoniam animæ inde in cœlum trāllatae sunt. Quare nec modo sunt nisi quatuor, siquidem pro illo limbo substitutum est cœlum. Sed tandem post diem iudicij purgatorium quoque euacuabitur: quapropter non erunt deinceps nisi tria, eademq; necessaria receptacula: nempe, cœlum, infernus, & puerorū limbus, vel qui cunque fuerit locus, in quo recipiētur, distin. 48. dicemus. Ex quo fit nec purgatorium esse nec limbum patrum fuisse humanorum corporum receptaculum.

Ratioquinā
rij numeri
receptaculo-
rum.

¶ Quod ergo numerus hic receptaculorū tum necessarius, tum etiam sufficiens sit, hac ratione colligitur. Anima, vt dictum est, in hoc seculo in statu est merendi & demerēdi: corpus verò egressa eo est loco excipiēda, quem in corpore commeruit: igitur vel merita est perpetuum primum, quod est hæreditas regni cœlestis, aut perpetuum exilium ab eodem regno: si primum, tunc vel aliquod habet impedimētum, quo ab eius ingressu retardetur, aut nullum: si nullam, destinatum ei receptaculū est cœlestis paradisi: si autem quodpiam habet obstaculum, aut est ratione personæ propter veniale, aut mortaliam reliquias, & tunc eius receptaculum est purgatorium, aut ratione naturæ, quia non erat redempta, & ideo olim adhibebatur limbus patrum: si verò anima est in exilium relegata, tunc aut propter mortale crimen, & propter hoc obtruditur in infernū, aut propter originalem labem, & tunc recipitur in limbum puerorum.

Obiectio. 1

¶ Quod si cōtra arguas. Receptacula non sunt nisi ratione meritorum præcedentium præparata: non sunt autem nisi duo meritorum genera: scilicet, bonum & malum: & non est nisi vnum receptaculum pro bonis: ergo non debet esse nisi alterum pro malis. Item. Non sunt nisi tria peccatorum genera, originale, mortale, & veniale: ergo non debent esse nisi tria receptacula. ¶ Ad primum respondetur, q̄ cum bonam, vt Dionysius. 4. cap. de diuinis nominib. & philosophus autores sunt, non nisi vno modo contingat, malum verò multifariē, nihil mirum si pro bonis vnum sit tandem finale receptaculum, pro exilibus verò sint plura. Ad secundum respondetur, q̄ quia originali culpa potest teneri aliquis vel ratione personæ, quia nō suscepit fidem, vel ratione naturæ, quia nō fuit redempta, assignatur illi duo limbi.

Obiectio. 2

Solutio pri-
mæ obiectio-
nis.

¶ Ad primum respondetur, q̄ cum bonam, vt Dionysius. 4. cap. de diuinis nominib. & philosophus autores sunt, non nisi vno modo contingat, malum verò multifariē, nihil mirum si pro bonis vnum sit tandem finale receptaculum, pro exilibus verò sint plura. Ad secundum respondetur, q̄ quia originali culpa potest teneri aliquis vel ratione personæ, quia nō suscepit fidem, vel ratione naturæ, quia nō fuit redempta, assignatur illi duo limbi.

Solutio. 2.

¶ Sed alia in contrarium extremum obijciuntur argumenta: scilicet, quod plura esse debeāt receptacula. Primum, q̄ si contingeret quempiam cum solo originali & veniali peccato de cedere, videtur illius anima in nullo istorū recipiēda: quia in purgatorium nullus recipitur nisi qui inde euolaturus sit in cœlū: & in infernum, nisi propter peccatum mortale, neque in limbum puerorum nisi ob solum originale.

1. Argum.

¶ Secundō. Quia multi in hoc aere puniuntur tam damnati quam qui purgantur, vt ex Gregorio. 4. libr. dialogo. colligitur: quare isti acri debet poni aliud receptaculum.

2. Argum.

¶ Tertiō. Sicut nonnulli in gratia decedentes, quibusdam fordescūt aut venialibus aut mortalium reatibus, ita decedētes in peccato mortali solent complura bona opera hinc secum ferre, quæ in hoc seculo præstiterunt: ergo sicut designatum est purgatorium, vbi priores purgantur, signadum est aliud receptaculum, vbi posteriores præmium suorum operum recipiant, vt suam illud obtineat axiōma veritatem. Nullum est malum, quod non punietur, neque bonum, quod non præmiatur.

3. Argum.

¶ Tandem Sicut ante orbem redemptum patres à plena fruitione cohibebantur, ita & modo animæ à fruitione gloriæ corporum: ergo sicut tunc consignatus illis erat limbus, ita & nunc debet aliud receptaculū animabus adscribi, vbi sint antequam recipiant corpora.

4. Argum.

¶ Ad primum autem respondetur, impossibile esse aliquem in originali cum solo veniali viuere: quia primum peccatū peruenientis ad rationis vsuram nō potest esse nisi mortale, si homo non se conuertat, vt D. Thomas autor est. Sed illo tamen admisso euentu respondetur, receptaculum illius animæ esse infernum: quoniam si venialis culpa in ingressu purgatorij deletur, & pœna tam venialisq; mortalis delicti illic persoluitur, id accidit propter gratiā, in qua homo decedit: quoniam nisi culpa prius per gratiā fuerit remissa, nō potest pœna persolui. Quare qui cū originali & veniali decederet, perpetuo in inferno pro illa culpa veniali puniretur. ¶ Ad secundum respondetur, q̄ et si nonnunquā, vt loco citato ait, Grego. anima separata in hoc nostro habitationis loco puniatur, hoc nō est, quia iste sit locus lege cōmuni destinatus ad supplicium, sed hoc fit vel propter nostrā instructionē, vt earū cruciatus vidētes à delictis abstineamus, vel propter fragilitatē, quæ à nobis exposcūt. Et ideo non est hic noster aer inter receptacula cōputandus.

Solutio. 1. ar.

Solutio. 2. ar.

¶ Ad tertium respondetur, q̄ summum bonum absque missione alicuius mali esse potest, vt Deus:

Solutio. 3. ar.

Deus:

Deus: & ideo qui in eius confortium admittēdi sunt, nihil debent mali admistum habere: quare conditus est purgandi locus. Malū autē non potest tantū esse, quin habeat fundamentum in bono, saltē naturæ: in illis ergo, qui in delicto decedūt mortali, si cōsideretur tantū bonū naturæ, nihil eis supra naturā debetur, sed seruātur in suis naturalibus. Si verò cōsiderentur opera bona, quæ per Dei gratiam fecerunt: quia tota ratio boni in eis, ex speciali auxilio Dei & diuina acceptatione inerat, ius per peccatū amiserunt, vt eorū retributio nem recipere: ob idq; tam opera illa q̄ moralia ex obiecto bona, quæ in peccato exhiberūt, nulla sunt digna remuneratione apud Deum, quæ proprie dicatur retributio. Sed nihilominus propter illa minus habebūt in pœnis & mitius patientur. Non q̄ pœnarū, quas meruerunt, quippiam eis remittatur, nam secūdum mensuram delicti erit & plagarum modus: aut q̄ vermis conscientie remittatur: nam & hoc ad pœnam attinet, vt dist. 19. q. 1. ar. 5. explicuimus. Sed q̄, vt illic dicebam, per eius modi opera impediūtur in hac vita plura maioraq; delicta, & fit ad bonum frequentior cōsuetudo: nam dum quis bene agit, nō agit per peram. Et per opera in peccato mortali exhibita possunt impleri mandata quantū ad substantiam, vt euitetur nouum peccatum.

Dente. 25.

Solutio. 4. ar.

¶ Ad postremum deniq; negatur, similitudinem cōsistere: nam gloria animæ est essentialis, & ideo patres, dum illa potiri non poterāt, deponabantur in limbo. Gloria verò corporū est animabus accidentaria, & ideo propter eorum defectum nō debent animæ detineri, quominus in cœlū euolent, vt ar. 3. dicturi sumus.

2. Conclu.

¶ Post hæc ergo operæpretium est loca rimari, quibus hæc sunt receptacula. Igitur quò à supremo exordiamur, subiungitur secūda cōclusio. Receptaculum felicitium animarum, in quibus nihil extat purgandum, est cœlum. Cōclusio hæc assertio est catholicæ fidei, quam negare esset hæreticum. Probatur non solum loco citato Pauli. 2. ad Corinthios. 5. quo asserit, domum æternam nobis in cœlo ædificatā, verum & ex illo Matthæi. 5. Merces vestra copiosa est in cœlo. Et Matthæi. 16. Tibi dabo clauēs regni cœloū. Et Ioan. 14. ait, Christus. In domo patris mei mansiones multæ sunt.

Testimonia
scripturæ.

Vnde subdit. Ego vado parare vobis locum: & loquebatur de cœlo, quò erat ascēsurus. Et ad Colossenses. 1. ait Pau. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Vnde. 4. dialogor. Gregor. infert, q̄ cum Christus sit in cœlo proculdubio & Paulus cum cæteris sanctorum animis. est

ibidem, quem quidem librum integrum exemplis referit animarum defunctorum, quæ de corporibus exeuntes in cœlum euolarūt: vel etiam ab angelis sunt deportatæ. De hac ergo veritate ambigere nefas est. At verò de cœlo illo, quod sedes est beatorū, non est per catholicam veritatem constitutum: sed tamen credendum est cum patribus vniuērsis, esse cœlū empyreum: nempe, decimum, omnium quæ sunt premium. Sūt enim, vt ab inferioribus inchoemus, septem planetarum orbes, super quibus eminent octaua sphaera: putā, firmamentum, a stris constitum & splendidum: cui superpositū est aqueum, quod ideo crystallinum appellāt. Legitur enim Genes. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: diuisitq; que aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Illudq; iā nunc temporis asseritur esse primum mobile, quod tempore Aristotelis firmamento tribuebatur, quippe quod tunc nona sphaera nondū philosophis innotuerat. Atqui cum Aristo. & philosophorum reliqui orbes cœlestes nō nisi de motu perpenderint, neque nisi propter generationes & corruptiones horum inferiorum eorum necessitatem rimati fuerint, nullū cœlum posuerunt immobile, sed primum mobile opinati sunt fuisse supremum. Et ideo vt D. Thom. 1. part. quæstio. 66. artic. 3. ait, cœlū empyreum non inueniri positum nisi per auctoritatem Strabonis, Bedæ, & Basilij Magni. 2. libr. hexameron, quod vtique immobile & quietissimum atq; ab omni motu & latrone semotissimum adstruunt: nempe, vt aptissimi beatorum sedes, & requies, altissima illi contemplationi accommodata, quæ ab omni motu & mutatione longissimè esse debet exempta. Quocirca, vt idem ait, Strabo, vt dictum est. In principio creauit Deus cœlum & terram, intelligitur non firmamentum, sed cœlum empyreum, quod vbi primum fabricatū fuit, spiritibus angelicis fuit repletum, vt illa esset inchoatio gloriæ, quæ postmodū hominum supplemento & consortio amplificanda erat & perficienda.

Cœlum em-
pyreum.

Genes. 1.

Primum
mobile.

Cœlum em-
pyreum.

Strabo.

Empyreū
quare sic di-
ctum.

¶ Dicitur ergo cœlum empyreū id est, igneū, non quidem ab ardore, sed ab splendore, vt locus sit locatis aptissimus. Consistit enim beatitudo, vt distinct. 49. videbimus, in illa oculari Dei visione & conspectu: qui summa gloriæ claritate beatos perfundit, amoreque rapit, vt immobiles tum cōtemplatione Dei, tum etiam charitate sint ei infixi, vt pace summa & tranquillitate fruantur. Quod si contra vtramque illius cœli qualitatem arguas. Omne

FF corpus

Obiectio. corpus sensibile, v. 8. Phis. ait Philosophus, est mobile illud autem cœlum, si est, sensibile esse oportet: ergo mouetur. Rursum, si lucidum est, cum omnes subtus cœlestes orbis sint diamani & transparentes: quapropter per medios Planetarum orbis astra firmamenti nobis promicant, sequeretur, quod cœlum illud aerē hūc nostrū perpetuō splendore noctu etiam illustraret. Respondetur autem ad primū axioma illud, omne corpus sensibile esse mobile, in de habuisse ortū, quod Philosophi nihil sensibile nisi per motū cognouerūt, & ideo id, quod nō moueretur, ociosum putabant. Neque intelligentias, nisi tanq̄ cœlorum motrices agnouerunt. At verō quia in cōsummatione mundi, quam ipsi ignorarunt, motus illi cœlorum cessabant, congruit vt ab initio supremū immobile crearetur, quod quietis aliorum esset exemplar. Ad secundum verō respondetur, non esse lucidum per cōdensatam lucem, quam possit emicando foras emittere, vt sol, sed per subtilissimam tenuissimamq; claritatem gloriæ beatorum simillimam, quam habet iubilantia. Quomodo autē post resurrectionem corpora ipsa glorificata illic existent, d. 49. uidebimus, ubi de dote subtilitatis act. r. sumus. Haud enim supra conuexum cœli erigetur in vacuo: quia vacuum nō est corporum locus: sed intra ipsum cœli solidum, cum quo se per dotē subtilitatis penetrabūt. Nunc enim interim de solis animabus, quæ spiritus sunt, agimus.

3. Cōclusio. Tertia cōclusio superiori similis. Infernum esse damnatorum carcerē fides catholica docet: quo autem loco sit situs, nondum tāta est certitudine compertum. Prior pars patet, quoniam inferni nomine damnatorum locum intelligimus, de quibus & Christus Ioan. 5. ait, Procedant, qui malauerunt in resurrectione iudicij. Et Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Et Matth. 11. Et tu Capharnaum nunquam in cœlum exaltaberis, vsque in infernum descendes: Et Dauid Psal. 54. de impijs. Veniet mors super illos, & descendet in infernum viuentes. Et Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno: vt vna habet lectio. Quod autem locus eius & situs non sit tanta cum certitudine notus, patet, tam ex Augustino. 20. de ciuitate. Dei. cap. 16. quā ex Gregorio. 4. libr. dialog. cap. 42. qui id in dubium reuocant. Et August. arbitratur, hominem scire neminem, nisi fortē cui spiritus diuinus ostendit. Gregorius verō ait, quod de hac re temerē definire non audeat. Nonnulli enim, inquit, in quadam terrarum parte infernum esse putauerūt: scilicet in superficie ter-

ra) nempe, in aliqua horrida valle, aut in tenebroso aere. Alij verō, ait ibidem Greg. sub terra esse æstimaunt. E hanc ipsē se sententiā libētius amplectitur. Chrysostomus verō sermo, quodam. 19. de gehenna. ait, quosdam dicere illam esse in valle Iosaphat cōstitutā, vbi atrocissimum bellum olim gestum fertur. Sed tamen potius ipse credit, in infernum & gehennā esse extra terrarum orbem. Scilicet, in aere caliginoso, vt alij volūt. Quō alludere videtur Paul. 1. Ephes. 6. dicens, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, cōtra spiritua lia nequitia in cœlestibus. Idemque ait, autor imperfecti Homilia. 53. super illud Matth. 25. Projicite eum in tenebras exteriores. In cuius alij cōfirmationem illud Iob. 18. cōmemorāt. Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum: quod de Antichristo Gregor. enarrat. Vnde sunt qui dicant esse in superficie terræ opposita nobis versus Antipodas sub orbe tristi: scilicet deo respectu nostri dici infernum. Quo alludit Iudorus dicēs, quod post finem mundi Sol & Luna in ordine; quo creati sunt (scilicet in Oriente & Occidente) stabūt, ne impij in tormentis fruuantur eorum luce. Si autem essent in visceribus terræ, quocumque ordine luminaria sita essent, absconderentur eis. Alij autem aiunt eodem loco corpora puniri, quo deliquerāt, sic illud intelligentes Sapiē. 11. Per quæ peccat quis per hæc & torquetur, atque adeo in eodem loco. Ad quod referunt historias Grego. in. 4. Dialogo. narrātis animas aliquorum in balneis & alijs diuersis locis cruciari.

Veruntamen ijs atque id genus alijs prætermissis, profecto quāuis hoc expressa sacrae pagine autoritate non conuincatur, minimē ambigendum est, quin infernus sit subter terram. Imō adeo hoc est & autoribus & rationibus subnixum, quin verō & sacris oraculis confirmum, vt crederim plus quā temerarium esse id negare. Primum enim nomen ipsum, infernum, id planē adinonet. Sonat enim locū infimum, non quidem tātum respectu nostri, sed simpliciter: infimus autem locus sub terra est. Vnde psalmo. 85. Libera sti animā meam ex inferno inferiori: vbi Grego. adnotauit, infernum quoque esse super terram, vbi animæ nonnunquā cruciantur, atq; alium subtus. Quāuis potius crediderim solam esse emphasim & epitheton inferni vocare cum inferiorē. Nisi inuis, vt infernus damnatorum dicitur inferior, respectu limbi patrum, qui est superior

Chrysosto.

Matth. 25

Sententia authoris.

Ratio. 1.

Nota.

Isaie. 14. perior. Et Isaia. 14. Infernus subtus conturbatus est in occursum tui. Et super illud Ione. 2. Posuisti me in profundo in corde maris, ait, glossa, quod illic intelligitur infernū, per quo Christus Matt. 12. dixit, quod sicut Ionas fuit in vētre ceti tribus diebus, ita filius hominis erit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Infernus ergo in corde terræ est. Et Numc. 16. de Dathan & Abiron legitur, quod descenderūt in infernum viuentes, eo quod aperta terra eos absorbit. Quō alludit Dauid psal. 54. Veniat mors super illos, & descendant in infernū viuentes.

Lucæ. 8. Item Lucæ. 8. eieci demones à corporibus obsessis rogabant Christum, ne mitteret eos in abyssum: scilicet, ne grauius illic torquerētur: abyssus autem profunditatem significat. Et simile illud est Apocaly. 19. vbi legitur de illis, qui adorauerūt bestiā, quod ijs missi sunt in stagnū ignis ardētis sulphure. Item Apocaly. 5. quod Greg. loco citato ad hoc propositum adfert, cum signatum librum septem sigillis vidisset, ait, quod nemo est inuentus dignus neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum. Et subdit, quod omnis creatura, quæ in cœlo est, & in terra & sub terra adorauerunt agnū, qui occisus est & angelos, & viuentes homines, & eos, qui sub terra degūt, spiritus designaret. Quemadmodum ad Philippē. 2. ait Paul. In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terre strum, & inferorum: quāuis damnati Christum nō adorant. Et Isaia. 7. Pete tibi signum à Dño, in profundū inferni, siue in excelsum supra. Ad hæc limbus patrū sub terra fuisse censentur quod patres antiqui descendere dicebantur, iuxta illud Genes. 44. de Iacob. Deducetis senectutē meam cū tristitia ad inferos. Quāuis Augu. 12. super Gene. c. 34. de inferno peccatorū id intelligat, quod art. seq. repetendū est. At verō quāuis lib. 20. de ciui. Dei. de inferno anceps fuerit, tamen hoc proximē citato loco ipsum sub terra delitescere affirmat. Primum, quod cum animæ amore carnis deliquerunt, consentaneum sit, vt hoc eis exhibeatur, quod mortuæ carni exhiberi solet: scilicet, vt sub terra condantur. Deinde, quod illud sit animabus tristitia, & lætitia, quod corporibus grauitas & leuitas. Et ideo sicut electorū gaudium conueniens est empyreum cœlū, sic & reproborū mœstitia & tristitia congruat locus sub terra infimus. Et quoniam illic sub distinctione dixerat, sub terris dicuntur inferi vel creduntur, post modum lib. 2. retracta, ca. 24. ait, quod potius debuisset docere, quod sub terris sint, quod rationem reddere, cur sub terris esse credatur.

Lucæ. 16. Illud verō Lucæ. 16. Mortuus est diues & sepul-

tus est in inferno, nō sic legit illic August. sed puncto præposito: scilicet, Mortuus est diues, & sepultus est. In inferno autem eleuans oculos suos, &c. sed parum refert.

Præ his autem omnibus ponderat, quod Christus, vt articulus Christianæ confessionis habet, descendit ad inferos, & ipse asserit fuisse in corde terræ. Et Paul. ad Ephes. 4. Qui ascendit, inquit, ipse est qui descendit ad inferiores partes terræ. Vnde actuum. 2. ait, Petrus, Quē Deus suscitauit solutus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo: siue dolorū nomine intelligatur anxietas, quæ patres in limbo expectantes affligebat, siue purgatorius ignis, à quo, vt supra diximus, Christus forte eos, qui purgabantur, eripuit, Cui applaudit loco proximē citato super Genes. Augu. Re vera his perspectius meditatatis, non video quomodo negari queat infernum esse sub terra, qui idcirco Græcè Τάρατος, profundissimus infernorum locū dicitur, est enim Τάρατος cum tremore quodam obrigere, horrere, & expauescere. Quare omnia receptacula dicuntur tartara.

Quin verō quā maxima sit probabilitate credibile existere in centro grauitatis terræ. Quod re vera Grego. loco citato sub his verbis insinuat. Si idcirco infernus dicitur, quod inferius iacet, quod terra à cœlo est, hoc esse debet infernus à terra id est, sicut terra centrū est respectu orbium cœlestium, ita & infernus centrum est terræ. Sed ratio præterea profectō id etiam persuadet. Nam si beati & damnati meritis & præmijs è diametro distant, cōgruens est, vt loco sint etiam quā maximē semoti & diuersi: cum ergo beati sint in supremo cœlo, sit vt damnati sint deorsum in puncto inde longissimē distanti: illud autem est centrum grauitatis terræ. Cum enim nō sit æqualiter vndequaq; ponderosa: nam qua parte aquas tangit, ponderosior est, & qua vsui nostro patet, leuior, non idem est punctum quā grauias cuncta ferūtur, maximē à Lunari orbe remotum est. Imō si à Philosophis sua placita mutuari licet, Pythagorici Itali, vt. 2. de Cœlo & mundo tex. 73. ait, Philosophus, in centro mundi aiebant, elementum ignis in clusum, quem Iouis custodiam appellabāt. Multa em̄ Pythagoras à Chaldæis & Ægyptijs inter quos Hæbrei commorati sunt, didicit, quæ suis dijs adscripsit. Et poetæ omnes fabulatur, in caernis terræ subesse, vt apud Virg. lib. 6. Æneid. qui Aenæam inducit ad inferos descēdisse. Et Ouid. lib. 4. Metamor. Est via decliuis funesta

Nota.

In centro grauitatis terræ.

Ratio.

Pythagore dogma.

funesta nubilat axo : Duxit ad infernas per multa silentia sedes.

Gehēna un de dicta.

¶ Illis ergo, qui putabant, infernum esse in valle Iosaphat: propterea quod campus illic patens dicebatur gehenna, & Christus infernū appellat gehennā ignis, respondetur, quia idolatraz filij Eunnon illic demonibus filios sacrificantes igne cōcremabant, vsu inter Hebræos fuisse receptum, vt infernum appellarent gehennam, quod est vallis Eunnon.

Iob. 18.

¶ Illud verò Iob cap. 18. Expellet eum de luce, & de orbe transferet eum, Gregorius sic interpretatur, quod Antichristus supremo apparente iudice de hoc mundo tolletur. Nam illud Christi, Projicite eum in tenebras exteriores, non aliud significat, quàm tenebras, quæ sunt extra cælum, quare quò sub terra profundius abduntur, eo plus exteræ censentur.

Aliud arg.

¶ Ad aliud de demonibus respondetur, quòd non sunt huic aeri, quo nos viuimus, eo deputati, quò illic pro meritis sint puniendi: quando quidem ad hoc deputatus est illis ignis æternus, iuxta illud Math. 25. Ite in ignem æternam, qui paratus est vobis, &c. Sed sunt in aere tanquam in loco ad colluctandum nobiscū idoneo, vt Paulus significat, quod propter nostram exercitium & meritorum augmentum permixtum est.

¶ Ad aliud tandem, quod aliqui aiunt, animas eisdem locis, quibus delinquant, apud nos cruciari, respondetur, non posse constare: quoniã anima pro diuersis peccatis, quæ diuersis locis & temporibus commisit, simul ponitur. Et secundum illos deberet successiue omnia loca discurrere. Præterea vsu venit, vt quâ plurimi eodem loco diuersis temporibus delinquant: deberent ergo illic simul puniri. Sed de pœnis inferni minus probabilitatis habet: nam illæ sunt perpetuæ, & in hac vita non sunt sempiternæ pœnæ. Item, quia asilignuntur nunc animæ, ubi postea cum corporibus torquebuntur: post resurrectionem verò non erunt hic damnatorum corpora. Neq; Sapiens ait, quod eodem loco, quo quis peccat, debet puniri, sed per quæ peccat: nēpe, per animam & corpus. Tametsi, vt ait, Augusti. ad pœnas potius huius vite id sit referendum, vt qui gladio perimunt, gladio percant, & qui adulterantur, eandem in suo toro patiantur iniuriam. Igitur si aliquæ fortè damnatorum animæ in hoc seculo torquētur, illud est extraordinarium & accidentarium, & in tempus, nam tandem in tartara sunt recludendæ.

Obiectio. 1.

¶ Alia verò obijciuntur argumenta. Primum de ignis natura. Nullum enim violentum esse

potest perpetuum: ignis autem, quippe cuius naturalis locus sursum est, Lunæ proximus, nequit sub terra nisi per violentiam detrusus esse: non ergo illic manere poterit perpetuo. Item cōtra loci capacitatem arguitur. Locus ille post resurrectionem vniuersa capturus est damnatorum corpora, quæ nulla erunt dote subtilitatis donata, sed vnumquodq; suum occupabit locum. Cum ergo illa numero sissima sit gentium turba, quia vt Ecclesiasti. 1. legitur. Scultorum infinitus est numerus, fit vt locus ille esse debeat capacissimus, atque adeo amplior & spaciosior, quàm in illo centro terræ fingi potest.

Obiectio. 2.

Ecclesi. 1.

¶ Ad primam autem respōdetur, quòd ignis illic non per naturam, sed diuinitas per ordinē diuinæ iustitiæ tenetur, neque est purè elementaris: est enim sulphure mistus, multoq; ardentior, propter antiperistatam terræ, qua vni diq; accingitur. Nec tamen nutritur consumptibili esca: quoniã nec animas nunc, nec corpora tūc consumet. Et similiter respondetur ad secundam, quòd virtute diuina ab initio relictum est concauum in centro terræ, quod esset omnium damnandorum capax, imò infatigabilis, iuxta illud Prouerb. 30. Infernus, & os vuluæ, & terra, quæ nō satiatur aqua: ignis vero nunquam dicit, sufficit.

Sol. 1. Obiectionis.

Solutio. 2.

¶ Vtrum verò infernus portis claudatur, & vectibus ferreis sit obferatus, vanū est percontari. Nulla enim est horum necessitas: quippe cum absque huiusmodi impedimentis Deus virtute sua potuerit illic miseros inuitos tenere. Sed per Metaphoram ad significandum impossibile esse inde regressum, dicitur infernus habere portas, vt in Psalmo. 23. Attolite portas principes vestras. Et Psalmo. 106. Eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum dirupit, contriuit portas æreas, & vestes ferreas confregit. Imò & hæreticos per quos infernus aperitur, appellauit Christus Matth. 16. portas inferi. Dicens, Et portæ inferi non præualebunt aduersus eā. Dicitur autem Christus erupisse vincula, vt educeret vindictos, quia ingressus ad inferos iniquis omnibus vltro patet, vt intrent, sed non vt exeant. Quod & Ethnici cecinerunt. Vnde illud Maronis. 6. Aeneidos, Facilis descensus auerni, Noctes atque dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras. Hoc opus, hic labor est.

Porte inferni.

¶ De modo autem, quo nunc animæ, & corpora sunt igne torquenda, non est hic locus disputandi proprius, quo de solis receptaculis agimus, sed distinctione. 50. quæ de statu & suppli

supplicio damnatorum instituetur.

Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, Boetium & Augustinum solum docuisse, spiritualia non esse in loco, modo nobis secūdum naturam consuetudo: id est, quod loco circumscribantur. Quare anima non est in loco nisi per accidens ratione corporis. Sunt tamē in loco, modo nobis nō planè manifesto: quia est supra naturam. Philosophi enim tantum intellexerunt, animam esse in corpore, & intelligentias ad motas esse cœlestibus orbibus.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum autem respondetur per distinctionē secūdæ præmissæ. Spiritualia enim non adaptantur loco, eo q̄ aliqua qualitate cum loco conueniant, vt calida inuicem conueniunt: coaptantur tamen per quādam proportionalitatem & metaphorā, qua quippiã a corporalibus ad spiritualia transfertur: veluti solis in nomine Deo transcribitur, eo quòd sicut sol corporibus luminis & vite fons est, ita & Deus spiritibus. Hac ergo ratione animæ fulgore gratiæ illuminatæ lucidis corporibus adscribuntur, veluti & illæ, quæ culpæ nubilo tenebescunt, tenebrosis mancipantur. At quemadmodum illic torqueantur, dist. 50. videbimus.

Solu. 3. ar. ¶ Vbi solutio tertij argumenti clarescet.

ARTICVLVS II.

Vtrum purgatorium, limbus patrum & puerorum loco cum inferno conueniant.

Partis affirmatiue argument. 1.



Vobis extremis receptaculis præstitutis, subsequitur vt de tribus medijs exploremus, an scilicet, loco & situ conueniāt. Et arguitur a parte affirmatiua, primò de limbo patrum. Limbus enim ille dicitur sinus Abrahamæ, quò medicus Lazarus ab angelis portatus est: fuit autem in infernum ductus, vt habet glossa Iob. 30. super illud, Vbi constituta est domus omni viuenti: ait, enim Glossa, quòd in fernus domus erat omnium viuentium ante aduentum Christi, atque adeò illic erat sinus Abrahamæ: cui consonat illud Gene. 44. Deduce tis canos meos cū dolore ad inferos. Itē, quia Christus dicitur descendisse ad inferos, & tamen non descendit, nisi ad liberandos patres. ¶ Secundò arguitur, quòd limbus patrum nō solum sit idē, quòd infernus, verum idē quòd

2. Argum.

infernus damnatorum. Christus enim dicitur, in fernū momordisse, iuxta illud Osee. 13. Morsus tuus ero inferne: mordere autē est partem capere: cum ergo Christus omnes sanctos patres eduxerit, & damnatos reliquerit, subsequitur sanctos patres fuisse partem inferni.

3. Argum.

¶ Tertiò arguitur, quòd limbus puerorum & patrum idem sit, atque adeò idem cum inferno. Pœna debet respondere culpæ: sed tam patres quàm pueri pro culpa originali detinebatur: quare & vtrique pœna damni: scilicet, carentia visionis puniebantur: ergo erant in eodem loco.

4. Argum.

¶ Quartò de purgatorio arguitur. Eodē igne purgantur electi a reatu pœnarum, quem de peccatis contraxerant, & cruciatur damnati, nisi quòd horū supplicia æterna sunt, illorum verò temporalia: ergo in eodem sunt loco.

Partis negatiue.

¶ In contrariū tamē est, quòd diuersis meritis & pœnis diuersa accōmodantur loca: damna purgandi in tēpus: pueri autem nullum percipiunt sensus dolorem: ergo loco distant. Præterea, patres in limbo spe beatitudinis fruebatur, ergo eorum limbus a limbo puerorum loco differebat.

Decisio ar.

¶ Quæstio præsens non mouetur, vt vel purgatorij aduersus Lutheranos adstruere hic meditemur, de quo superius dist. 19. q. 3. differuimus, & q. proxima verbū vnum repetemus. Neque verò de puerorum pœna locus est hic disputandi, vtrū, scilicet, sola pœna damni, an verò pœna sensus crucietur. Id enim lib. 1. de natura & gratia. c. 14. diffusè tractauimus. De qua re Aug. variè sentire videtur. Sed supposita veritate, quæ iā ab illo seculo receptissima est: videlicet, dūtaxat pœnam damni, hoc est, priuationem diuinę visionis pati, de solo loco & receptaculo hoc loco ambigitur, quod & Lutherani etiã negare contendunt, dicentes, originale peccatū etiã inferno dignū esse: imò nec per baptismū satis deleri, vt secūdus eorū articulus ad Leonē cōtinet. Quod nos lib. 1. de natu. & gratia. c. 9. expugnauimus. Ad rem ergo vt redeamus, quæstio quatuor exigit conclusiones. Primū autē de nomine sunt qui putent, quatuor illa receptacula subter terrā generaliter nomine vocari, inferos, locum verò damnatorum peculiariter vocari infernum. At verò certè infernus & inferi idem sunt. Paulus enim vbi ait, Omne genu flectatur cœlestiū, terrestrium & infernorum, cunctos sub terra degentes insinuat. Nomen enim tam inferorum quàm infernorum, & pro personis ipsis, nempe, pro demonibus & hominibus subtus

Inferi, et infernus.

Nota.

latentibus, & pro locis, in quibus abduntur, v-
surpatur. Infernus autem singulariter accipi-
tur pro loco. Limbus verò nomen Græcū est
idem sonās, quòd gulosus & in satiabilis, & vo-
rax. Quare & inferno quoque potest accōmo-
dari. Sed iā Theologorū vsū pro locis, vbi nul-
la est pœna sensus, sed tantum carentia diui-
næ visionis, vsurpatur. Nec desunt qui putent
limbum seu puerorum seu patrum aliam esse
concauitatem muro distinctam ab inferno, in
qua sunt pueri & fuerunt patres. At verò D.
Tho. hic ar. 2. eundem esse putat locum infer-
ni, & purgatorij, & vtriusq; limbi quantū ad
situm, licet qualitatibus discrepent. Et certè
est opinio longè probabilior. Et propter illas
diuersas qualitates & distantias diuersa dican-
tur receptacula. Atqui omnia illa subterranea
loca plus minusue tenebrosa sunt. Et cum te-
nebræ in imo loco sint, quo lux non penetrat,
secundū tenebrarū gradus perpeditur quis
nam locus inferior sit, quisq; infimus ac supre-
mus. Est autē lux duplex, spiritalis, scilicet,
gratiæ & gloriæ: quare tam priuatio gratiæ, q̄
gloriæ tenebræ dicuntur, quibus possunt & te-
nebræ infernalis ignis adhiberi.

Lux spiri-
talis du-
plex.

Tenebra-
rum tria
genera.

Igitur in damnatis tria sunt tenebrarum ge-
nera: sunt enim obducti tenebris gloriæ & gra-
tiæ: & nonnulli etiam fidei, & insuper crucian-
tur tenebroso igne pœna sensus. Sancti verò
patres per purgati solis tenebris gloriæ eiusdēq;
in tempus vsq; ad pœnionem Christi teneban-
tur. At verò iusti in purgatorio binas tenebras
patiuntur: scilicet, gloriæ, & cruciantis ignis,
Pueri verò nō nisi tenebras gloriæ & fidei ead-
dem tamen in perpetuum.

1. Conclusio
Ratio.

Ex his ergo colligitur prima conclusio hu-
ius articuli, q̄ in vniuersum est receptissima.
Limbus patrū supremus erat inter omnia sub-
terranea receptacula. Probatur, quoniā illic
minimum tenebrarū existit: scilicet, gloriæ: ne-
que enim illuc ignis inferni crucians pertinge-
bat, neque spes gloriæ tollebat: sed fide firma
& spe illam præstolabatur. Et hūc alludit
illud Luc. c. 16. Abrahæ ad epulonem diuitem,
quem epulo eleuans oculos à longè viderat.
In his omnibus inter nos & vos chaos magnū
firmatum est.

Purgato-
rii limbus
puerorum.

De reliquis verò duobus: scilicet, purgato-
rio & limbo puerorum, nondum inter Docto-
res satis constat, quo ordine disponantur. Nam
quidam, vt Paluda, distinct. præsent. quæst. 3.
atque alij, arbitrantur, quòd saltem post diem
iudicij pueri erunt in superficie terræ luce so-
lis fruente. De hoc tamen non nihil sermonis
distinct. 43. redibit. Interim tamen negandum

non est (asserente id Augustino in lib. de ba-
ptismo paruulorum, & refertur de consecrat.
dist. 4. cano. Nulla præter) esse in perpetuis te-
nebris, atque adeò sub terra. Videtur ergo ex
vna parte limbus puerorum esse inferior, tum
q̄ fide & amicitia Dei careant, tū subinde q̄
in perpetuum à regno exulare debeant. Quā
rationem D. Thom. secutus in. 3. distinct. 22. s. Thom.
quæstio. 2. art. 1. limbum puerorum sub purga-
torio collocauit. Et hanc opinionem Ricard.
dist. præsent. art. 1. quæstio. 2. atq; alij sequū-
tur. Sed ex altera videtur purgatorium esse in-
ferius, infernoq; dānatorum proximum: nam
qui pœnam sensus patiuntur, videtur inferius
subsistere, pueri naque illius expertes sunt:
imò videntur eodem igne, quodamnatū cru-
ciantur, purgari. Quam utique rationem idē
Doctor Sanctus amplexus in. 4. distinct. 21. q.
1. art. 1. ait, locum purgatorij esse inferno dā-
natorum coniunctum, quia eodem igne pur-
gantur. Et hac dist. præsent. q. 1. art. 2. ait,
limbum puerorum & patrum secundū situm
eundem esse locum, nisi q̄ patres sunt in loco
superiori. Igitur cum D. Thom. atq; alij de
hoc vane fuerint locuti, statuitur tāquam pro-
babilior secunda conclusio. Infernus damna-
torum infimus omnium est: locus verò purga-
torij, illi superioris cōiunctus: limbus autē pue-
rorum proxime inferior, sed limbus patrum
supremus. Quorum extremorum, scilicet, in-
ferni damnatorum & limbi patrum, ratio est
plana. Sed q̄ ordo hic purgatorij & limbi pue-
rorum cōiunctior sit, atq; adeò probabilior,
videtur ratio hæc modo tacta cōuincere. Quic-
quid absq; rerum multiplicatione satis intelli-
gi potest, vt superfluum eandem multiplicati-
onem respicit: potest autem & damnatorum
cruciatu, & iustorum purgatio ab eodē igne
cōmode fieri: ergo superuacaneum est diuersos
distingere. At verò si idem ignis vtroq;
attingit, necesse est loca esse coniuncta: nam si
puerorum limbus interstaret, nequiret ignis il-
le pueros prætermittere, & remotiores vren-
do purgare. Nisi quis fingeret, puerorum lim-
bum ex vna parte, & purgatorium ex altera
medium infernum circumcingere, quod nul-
lam habet veritatis similitudinem.

S. Thom.

S. Th. ibi.

2. Conclusio

Ratio opti-
ma.

Secundò idem ordo comprobatur: quia illo
constituto facile intelligitur quemadmodum
ignis inferni in profundo dānatos discruciet,
& sursum iustos compurget, & superius pue-
ros non attingat, & multo minus patres teti-
gerit: quare non opus est tunc diuersas cauer-
nas fingere, vt interpositus murus ignem à lim-
bis arceat, sed sint omnes quasi in eodem car-
cere.

Ratio. 2.

Ratio. 3. cere. Et tertio inde idē ordo aptissimus appa-
ret, q̄ cum duplex sit pœna: scilicet, & sensus
& dāni, locus suppliciorū sensus sit subtus, lo-
cus autē solius pœnæ dāni sit supra, & rursus
vterque sit bipertitus: nēpe, vt qui perpetuis
cruciatibus sunt addicti, in ima Tartarorū aby-
so sint obrusi, qui verò temporariis cū spē
beatitudinis purgantur, superstet. Et pari mo-
do in superiori loco pueri, qui diuino conspe-
ctu absq; vlla spē priuati sunt inferius subsint;
qui vero patres cum certa spē beatitudinis pō-
tiundæ eiusdem conspectus saluatoreū præ-
stolabantur, in supremo fuerint receptaculo.
¶ Quapropter ad argumentum in fauorē al-
terius opinionis factū respōdetur, q̄ recepta-
culorum ordo non est perpendendus tam se-
cundū accidentariam differentiam, quā
suecundū essentialiam. Essentialis verò est illa,
quæ sumitur secundū pœnarum genus: scili-
cet, sensus & damni: & ideo illi sunt subtus, &
isti supra. Accidentaria verò est illa, quæ sumi-
tur secundū tempus. Et ideo in vtroque lo-
co, illi qui perpetuam patiūtur, sunt inferius,
qui temporalem, superius.

Solutio ob-
iectionis.

Receptacu-
lorū distin-
ctio.

Vtrum uni-
ca sit cauer-
na.

At nosse hūc oportet quòd non cuncta in-
fernorum supplicia eos, qui purgantur, tor-
quent, vt dist. 50. monstrabitur, sed solus ignis,
cuius natura est purgare.
¶ Quomodo autē hic inferiorū & superiorū
ordo distinguatur, coniecturis explorandum
est. Nam cum à centro terræ quocunq; versus
fiat ascēsus: nēpe, ad superficiem, quæ rotun-
da est, appropinquatio: dubiū est versus quod
punctum cœli ascēsus illa locorum sit confi-
deranda. Et respōdere possumus, quòd versus
orientem aut versus angulū mediæ diei, quæ
puncta sunt cœli præstātissima. Vel aliter for-
tasse dicendum, quòd cum damnati sint in cē-
tro, in circulo quocunq; versus sunt illi, qui pur-
gantur: & superius, quòd ignis nō attingit, sunt
pueri, & in alio supremo circulo erant patres.
¶ Vtrum autem vna sit omniū cauerna, non
dum inter patres constitutum est, quia ex fa-
cris literis colligi non potest, sed ex coniectu-
ris. Atqui quantum ad nudas animas, non est
necessaria cauernarū distinctio: quia cum nul-
la grauitate deorsum feratur, possunt in subli-
mi quasi in aere esse suspēsa. Post resurrectio-
nem verò, quia damnatorum corpora nulla
erunt agilitate dotata, cuncta ferentur ad cen-
trum: quare tunc si cauerna est in imò centro
terræ, necesse est dicere, quòd erunt congesta
& aliud super alio conglomerata ad centrū,
& vt in acervo lapides, compressa, saxorum in-
star, quæ in camino ignis exuruntur, vt fiant

calix. Portentosa miserorum calamitas, altissi-
maq; meditatione exhorreda. Nisi fortè Deo
aliter disponente ita sint corpora illic pendu-
la, vt inuicem non se tangant. Qui autem dice-
re voluerit fore tunc in panimēto iacentia, ne-
cesse est dicat, cauernæ illius concauitatē non
esse circum centrum: nam aliās illuc corruen-
tia corpora coaceruaretur, sed citra centrum.
Et tunc distinguenda esset alia cauerna, quæ
esset puerorum cum suis corporibus recepta-
culū. Nisi forsan supra terrā sint deinceps ha-
bitaturi, de quo. d. 48. rursus dubitabimus.

1. Argum.

¶ At verò cōtra id, quòd de limbo patrum di-
ctum est, arguitur. Limbus patrum idem est,
quod sinus Abrahæ, vt Luc. 1. admonemur,
vbi legitur, quòd mortuus Lazarus portatus
est ab angelis in sinum Abrahæ: sinus autem
Abrahæ etiam nunc perseuerat: ait, enim Au-
gust. 9. lib. confesionum de Nebridio amico
suo, quòd in sinu Abrahæ viuebat: nūc autem
nemo purgatus descendit ad inferos: ergo nō
fuit illic limbus patrum.

2. Argum.

¶ Secundò idem August. 12. super Gene. ad li-
teram cap. 3. ait, nōdum inuenisse inferos ap-
pellatos vbi iustorum animæ requiescunt: &
inferius subdit, Nec mihi occurrit inferos alicu-
bi in bonum posuisse scripturam canonicam:
limbus autem Abrahæ in bonum sonat, vbi
iustorum animæ requiescunt: ergo nunquam
fuit sub terra.

3. Conclusio
Sinus Abra-
hæ.

¶ Ob hoc ergo statuitur tertia cōclusio. Sinus
Abrahæ est quicunq; locus, quo animæ cōpur-
gatæ requiescūt, qui ideo per se paradus cœ-
lestis est: accidit tamē ei ante orbē redemptū,
vt esset sub terra. Nō enim hoc, sinus Abra-
hæ, ex fide Abrahæ originē duxit. Nemo em̄
post peccatū Adæ, vt creberrimè diximus, ni-
si per vnus fidē Christi seruari potuit, iuxta il-
lud Actū. 4. Nō quā aliud nomē datū sub cœ-
lo, in quo oporteat nos saluos fieri. Primus au-
tem mortaliū, cū quo Deus de mysterio vētu-
ri Messie tractauit, fuit Abraham, cui pollici-
tus fuit, in semine suo omnes gētes benedictio-
nē suscepturas: & quia in senectute sua & vxo-
ris iam effectæ id credidit, fidei laudē meruit,
iuxta illud Gene. 15. Credidit Abraham Deo, &
reputatum est illi ad iustitiā, quod ad Roma.
4. refert Apostolus. Ob idque characterē cir-
cuncisionis accepit, quæ erat signaculum &
professio iustitiæ fidei, atq; adeò nomen hære-
ditauit, vt ait, Apostolus, vt esset pater om-
niū credentiū, & quia patris est filios in sinu suo
fouere & protgere, sicut gallina sub alis suos
complectitur pullos, inde sinus Abrahæ, vt
codē li. ait, Aug. locus ille, quicunq; sit, cœsetur,
Ff 4 vbi

vbinitore fidei & charitatis sine macula & sine ruga splendentes requiescunt. Et quoniã ante Christi mortem, quoniã pretium redemptionis solutum non erat, nemo in cœlum recipi poterat, sinus ille quò iusti recondebantur ab Hebræis apotheca & custodia iustorum dicebatur, à Christo autē appellatus fuit sinus Abrahæ, vt fidem significaret; in cuius virtute seruabantur. Itaque limbus ille bifariam est considerandus: nam quatenus spe certa patres illi recreabantur possidendæ regni hereditatis, sinus Abrahæ appellabatur; sed quatenus aliquid eis requiei deerat, quia nondum visione Dei fruebantur, dicebatur limbus inferni.

Dubitatio.

¶ Quapropter hæsitare quis posset, vtrū carētia illa visionis diuinæ aliquatenus eos affligeret. Respondetur, negari nō posse, quin ex natura rei in spē, desiderij, quo ardebant aduentus Messie, per quē ei at in possessionē hereditatis mittendi, affligerentur. Sed tamen certa spes, quam suæ foelicitatis habebant, & prætere rea quia cognoscebant, secundū diuinā dispositionem, quæ omni est equitate plena, cuiq; suam habebant voluntatem conformem; aduentum dñi non tardare, diuina consolatio ne eandem afflictionē, vel repensabant, vel cohibebat. Vnde illa suspiria, vt cœli iustum rorent, & qd Deus cœlos inclinaret, & descenderet, & similia, nō tā afflictionis erāt indicia, q̄ firmissimæ spei & ardētissimæ charitatis. Igitur post Christi mortē, resurrectionē & ascensionem, sinus Abrahæ cœlestis paradus est, qui nomē propter dignitatē fidei retinet. In quo sensu ecclesia in defūctorū exequijs Deū precatur, vt eos in sinu Abrahæ suscipiat. Atque illic Aug. suū putabat esse Nebridium. Et in sinu Abrahæ ait, animas sanctorū expectare resurrectionē, per quā sua recipiāt corpora.

¶ Ex quo fit tādē consequens, sinum Abrahæ significare per se locum, in quo Deus facie ad faciem videtur: nam visio illa est merces fidei Christi, quam professus est Abraham. Fuit nihilominus eidem Abrahæ sinui ante Christi mortem accidentarium, vt tunc illa visionē non illustraretur. In illis verò quadraginta diebus inter resurrectionem & ascensionem interiectis sinus Abrahæ erat in superficie terræ, vbi animæ illæ beatæ Deum videbant, iuxta verbum Christi ad latronē, Hodie inecum eris in paradiso. ¶ Vnde vt ad Augustinum respondeamus, quando dicit, inferos non appellari vbi iustorum animæ requiescant, neque in bono vsurpari, intelligit, ea ratione, qua inferi & limbus significant, nō qui

dem quietis rationem, sed quietis defectum. Nihilominus accidentariē fuerunt coniuncta infernus: id est, locus sub terra, & sinus Abrahæ. Sic S. Thom. respondet & alij: quāuis mēs illic August. non sit satis liquida. Fortasse nāque aliquādo ea fuit imbutus opinione (quā post deseruit) vt ar. proximo videbitur, quod animæ nō euolent in cœlū vsque ad diem iudicij, sed sint etiā nunc in limbo, qui non erat, nec est subter, sed super terram. Et idcirco ait, de sanctis patribus nunquā esse assertū, de scendisse ad inferos tāquam ad sinū Abrahæ: quare illud Gen. 44. de Iacob, Deducetis senectutē meā cum tristitia ad inferos, de loco dānatorum intelligit. Videtur enim, inquit, hoc magis timuisse, ne nimia tristitia sic perturbaretur, vt nō ad requiem beatorum iret, sed ad inferos peccatorū: que, re vera, interpretatio, nō est nisi docta. Quare & eodem pacto illud Iob. 17. intelligi potest, In profundissimum infernum descendent omnia mea. Tametsi & de limbo patrum ratione supradicta intelligi possit, quem in sinuauerat dicens. Infernus domus mea est. Vnde subdit, Putasne saltem ibi erit requies mihi? quia illic in limbo non erat plena.

¶ Ad primum igitur principale argumentum respondetur, cōcludere, quod loco & situ limbus patrū & infernus idem sint: nempe, sub terra: & quod probabilius duximus, in eadem concauitate. Sed nihilominus limbus patrum est in suprema parte, quo ignis inferni non attingit. ¶ Ad secundum cōmune ferē omnium responsum est, sic intelligentium articulum fidei de descensu Christi ad inferos, qd nō descenderit nisi vsq; ad limbum patrum, & quia illos inde eduxit, dicitur infernum momordisse, accipiendo infernum pro omnibus simul receptaculis, quorū pars erat ille limbus, qui relictus est vacuus: nam nec de limbo pueros, nec de inferno damnatorum vllum excepit. Et sic intelligitur illud Zachariæ. 6. Tu verò in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu. Neque verò vt cōis habet opinio, de purgatorio quem piā eripuit, nisi illos, qui secundū diuinam iustitiam essent purgati. Aut illos, vt. 3. p. q. 52. artic. 8. ait S. Tho. qui dum viuerent, per fidem & deuotionem ad mortem Christi meruerunt vt illum descendentē liberarentur. Ecce vera si rigorem iustitiæ Dei speculemur, ita dicendum est. Nihilominus profectò, vt superius dicebamus, nihil absurdi dixisse videtur qui dixerit, ex singulari priuilegio tunc Christum inde omnes liberasse, idq; virtute suæ passionis: nam

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

De purgatorio qui fuerint liberati. Sententia authoris.

si ea

si eadem virtute, qua indulgentiæ pontificiæ modò nitunt, propter aliquod celeberrimum factū aut festum conceduntur indulgentiæ, & nonnunquam liberationes animarū à purgatorio, nil mirum si in tanta festiuitate, quantam tunc inferis presentia Christi attulit, libertate omnes donarentur, qui filij Dei erant. Et videtur sententiā Augustini loco citato. 12. super Gen. c. 33. vbi ait, Christi animam descēdisse vsq; ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur: quos esse soluendo occultata sua nobis iustitia indicabat. Quo sensu intelligit illud Petri Actū. 2. Quē Deus suscitauit ex mortuis: solutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis. Et eadem videtur sententiā Damasc. in ferm. de fidei. defun. vbi ait, qd eduxit omnes illos, qui in fide formata discesserāt. Atque hoc pacto efficacior intelligitur morsus, quo infernū momordit: scilicet, vt ex quatuor receptaculis, duo euacuauerit. Sed hoc iudicio prudētū cōmittitur, dū ecclesia aliud nō definit. ¶ Tertium argumentū solutū restat, vbi concessimus ambos limbos esse in eodem loco, extra ignem tamen, licet ille puerorū sit ordine inferior. ¶ Et pari tādē proportione solutum restat & quartum.

August.

Solu. 3. ar.

Solu. 4. ar.

ARTICVLVS. III.

Utrum statim post mortem quoruncunq; animæ in istorum aliquem locorum deducantur.



Partis negatiue argum. mentū priimum.

2. Argum. mentum.

¶ Hoc ordine receptaculis dispositis, quaritur de modo, quo illuc animæ ingrediantur, & art. seq. de modo, quo exeāt. Queritur ergo, vtrum eodem momēto, quo anima corporis erga stulo liberatur, ad suū deducat receptaculū. Et arguitur à parte negatiua. Anima, vt. 1. de anima tex. 49. & subseq. autor est. Aristot. cū sit actus corporis, per se de loco ad locum nō mouetur, sed per accidēs ad motum corporis: quē admodū idē, ait, Philosophus, qd motis nobis mouētur ea, quæ in nobis sunt: ergo anima separata moueri localiter nō potest quandoquidē localis motus à corpore pēdere videatur: vnde colligitur, qd anima exuta corpore, si nō portetur, ad nullū valeat receptaculū cōmigrare: qd autem portetur ab alijs nō est necesse. ¶ Secūdo. Videtur iustorū animæ, in

quibus nulla reatus macula purgāda existit, in nullū protinus receptaculū euolare: nam si in aliquod euolaret, illud esset cœlū: qd autē illuc nō feratur, videtur sentire August. in glossa super illud Psalmi 36. Adhuc purillū & nō erit peccatū, dicens, qd licet sancti liberentur in fine vite, post hāc tamē vitā nō ibi erūt sancti, quibus dicitur, Venite benedicti patris mei. Et in Enchirid. c. 109. (quod refertur: 13. q. 2. cā. tēpus) ait, Tēpus quod inter hominis mortē & vltimā resurrectionē interpositū est, animas abditis receptaculis cōtinet: sicut quæ que digna est, vel requie, vel ærūna, pro eo, quod facta est in carne dū viueret. ¶ In cōtrariū tamē, qd de iustis ait, Pau. ad Philipp. c. 1. Cupio dissolui. Scisse cū Christo: ex quo Greg. 4. dialog. infert, Qui ergo Christū in cælo esse nō dubitat, nec Pauli animā esse in cælo negat: de dānatis habetur Lucæ. 16. Mortuus est diues & sepultus est in inferno, vt vulgo legitur.

Partis negatiue.

Anima se- fiones de- poscit. Primo enim argum. quæ parata an- stio. sub- mouetur. se mouetur localiter, quæ profectò quæstio. localiter. non est contēda: nā cū vnicuiq; rei actiones: Partis negatiue ar. 1. iuxta naturā suam congruant, & anima nō sit per se suppositū, sed forma suppositi, quamuis anima separata possit per se intelligere & velle, quia illæ sunt actiones à corpore nō dependentēs, nō tamē posse videtur secundū locum moueri, eo qd motus localis corporalis sit. ¶ Et secūdo arguitur, quia si anima mouere tur secundū locū, deberet moueri successiue secundū tēpus nostrū, quemadmodū mouetur in corpore, nā dicere quod mouebitur secundū angelorū instātia, quæ nō sunt nostri tēporis, esset cōcedere eidem rei duos diuersissimos mouēdi modos suapte natura competere: ne que rursus dicere, qd separata mouebitur secundū tēpus nostrū, videtur rationi cōsentaneū, propterea qd si tunc purus spiritus atq; adeo nullatenus à loco & tēpore pendēs. ¶ Tertio. Si anima separata se ipsam mouere valeret, cōsequēs fieret, vt possēt subinde mouere corp⁹ quē admodū angelus, postquā est pariter spiritus, cui corpora subsunt: cōsequens tamē ostēdit falsum. D. Tho. 1. par. q. 117. ar. 4. quia ob id, qd suapte natura est actus corporis, non habet nisi vnicū determinatū mediū ipsū mouēdi: scilicet, animādo & vltificando: quare nec mēbrū mortuum dum est in corpore mouere potest, neq; corpus egressū potest suū mouere cadauer. Item cōsequeretur quod possēt dū vellet corpus relinquere & abire nuda.

2. Argum.

3. Argum.

¶ Certē argumenta non sunt despicienda, nihilominus

1. Concl. nihilominus constituitur prima conclusio. Anima separata potest se ipsam localiter mouere. Conclusio in sententia Aristotelis non potest planum fundamentum habere, eo quod de anima separata nunquam fuit clare locutus, neque prater intelligere & velle de aliqua eius actione tractauit, nisi in corpore. Probat tamen hac ratione. Anima, vt distinctio ne. 43. articul. 1. monstrauimus, est per se subsistens: nempe, natura sua potens separata subsistere, cui tunc intelligere & velle competit: demus ergo prater legem animam sine culpa & gratia a corpore separatam, vt si homo in puris naturalibus conditus moreretur: qui negaret animam se posse mouere, fateri teneretur, quod eodem loco, quo corpus egreditur, deberet perpetuo manere: cōsequens tamē videtur absurdū, nā posset illa anima alia à se distincta loca agnoscere, ac subinde appetere: cum ergo suapte natura corpore nō indigeat, vt sit, videtur eadē natura ei tribuisse, vt possit de loco in locū migrare. Adde quod cum Aristoteles illa animalia, quæ de loco in locum se nō possunt cōferre, vt cōchilia, imperfectissima esse dixerit, non est animæ, cui perfectissimam vitam natura tribuit, illa deneganda mouēdi facultas.

Ratio. 2. Secūdo id probatur. Animæ separate possent gregatim vitā ducere, & Rēpu. suo ordine gubernare: possent ergo moueri, secūdo q̄ earū prudentia disponderet, possentq; vnaquæque incommodum fugere, si in vno loco ei immineret, atq; adeo inde fugiēdo recedere.

Ratio. 3. Itē, Anima virtutē motricē viuenti corpori imperitur, veluti alia quæcunq; vitæ operæ: ergo postq̄ motus localis non repugnat spiritui separato, non est cur non eandē virtutē separata retineat mouēdi se se.

Ratio. 4. Ad hæc, vt ar. subsc. videbimus, animæ separate possunt de suis receptaculis exire, & viuus apparere, vt Aug. lib. de curā pro mort. gerenda. & D. Tho. 1. par. q. 89. art. 8. ait: ergo potest localiter moueri: nā si dicas id non posse, nisi Deo eis supranaturalē virtutē tribuente, non est necessarium. Præsertim quod tunc sequeretur, animas dānatas non posse à tartaris exire, q̄ nulla ratione conuincitur.

Solu. 1. ar. Ad primum igitur argumentū in capite quæstionis propositū respondetur, ob id q̄ anima sic est actus corporis, vt tamen sit per se subsistens, ei conuenire non solum corpus mouere, verū & se ipsam separatā. Et pariter alia soluitur ratio, qua obijciebatur, animam nō esse suppositum, satis enim est per se subsistere, vt mouere se valeat.

¶ Vnde ad aliud respōdetur, nō moueri tūc ea successione, quæ tēpore nostro mēsuratur: ille em̄ motus à corpore pēdet, sed secūdo tēpus angelicū, cuius instātia possūt esse immediata: ita vt possit in hoc instāti anima esse in hoc loco, & in altero sine medio tēpore esse in alio loco: quemadmodū de angelis ait S. Tho. 1. p. q. 53. ar. 3. Neq; obstat postq̄ habet naturam quodāmodo duplicē, vt, scilicet, sit actus corporis, & præterea per se subsistens, quod habeat duos illos mouēdi modos.

Solu. 3. ar. ¶ Ad postremū respōdetur negata cōsequētia: nō em̄ si se animæ separate possunt mouere, sit cōsequēs, vt mouere valeāt corpora. Em̄ uero angeli, quia sunt substantiæ spirituales, quorū virtutes non determinātur per respectū ad corpus, habent vt corpora quæcunq; obedientia eis sint in locali motu: animæ verò nō habent virtutē motricem corporum nisi determinatam ad certa corpora, & certū modū: & ideo nequeunt illa nisi viuificando mouere. Et multo minus cōsequitur, ut possit dum eiliberit corpus egredi illudq; relinquere: quia cum sit actus corporis, sicut non potest illud ingredi nisi per generationē hominis, ita nec potest abire nisi per eiusdem hominis corruptionem. ¶ Contra hanc autem definitionem militare videtur illud Lucæ. 16. Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinū Abrahæ, quo verbo docemur, angelos animas defunctorū deferre: vnde videtur subsequi, q̄ non ipsæ se ipsas moueant.

2. Concl. ¶ Ad hoc per secundam cōclusionem respondetur. Animæ defunctorū nō quidem necessitate, eo q̄ in sua receptacula conferre se ipsæ nequeant, sed alijs de causis deferuntur vel ab angelis vel à demonibus. Et primò, vt à iustorum animabus exordiamur, quæ nihil habent purgandū, sed cū innocentia baptismali absq; macula & ruga, à corporibus liberātur, nullā habēt necessitatē, vt ab alijs spiritibus euehantur, sed ipsæ euolare possunt.

Nota. ¶ Ad intellectum autē huius & subsequentiū cōclusionum adnotandum, eodem momento quo anima corpus exiit, eodem loco iudicari: nam illas, quæ vel inferno vel purgatorio vel puerorum limbo sunt adigendæ, non est putandum in cœlum ad tribunal Christi prius aduolare, vt sententiam audiant, sed ex corporibus restā in sua quæq; receptacula mittuntur: cum ergo missio illa sit iudicij sententiæq; executio, & sentētia debeat executionem antecedere, tanq̄ causa effectū: iuxta illud Matthæi. 25. Quia dedistis mihi māducare, ite benedicti, & quia non dedistis, ite maledicti: con

sequitur

sequitur vt eodē protinus loco, quo quæuis anima à corpore expiratur, iudicetur. Fit autē iudicium illud mentaliter, reuelatur, inquam, cuique animæ, idque virtute Christi aut per Angelum custodem, aut certē per infusionem specierum aut cognitionis, quo statu quibusque meritis deccedat, adiecta sententia, quam inde statim anima ex equi pergit. Et quia ista iudicij reuelatio fit virtute & autoritate Christi, cui datum est iudicium facere, quia vt ipse ait, Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, in morte cuiusque dicitur idem dominus illuc aduenire. De quo aduentu, ait, Matthæi. 24. Vigilate, quia nescitis qua hora Dñs vester venturus sit, vt benè illic adnotauit Abulensis. q. 239. Non q̄ corpore illic adsit, sed virtute & effectu. Quemadmodum dicitur venire in cor nostrum dum illud suo numine tangit.

Anima iudicium male. ¶ Igitur, vt ad conclusionem reuertamur, iustorum animæ nihil purgandum habentes per se illico possunt in cœlū euolare, quia nec facultas eis deest, vt dictum est, mouendi se, neque loci, quo ituræ sunt notitia, & viam quoque sciunt: nam postquam in ipso exitu corporum iam sunt beatæ, quicquid ad earum beatitudinem attinet, illico noscūt, alioqui nō essent perfectē beatæ: & quando id non per se nosset, per iudicij sententiam agnosceret. Præterea auiditas eos tenet ingētissima in cœlū euolandi. Adhæc & summa obedientia obtemperandi Christo. Quare sola eius volūtas & iussio sufficeret, vt citissimè illuc se raperet. Nihilominus angelico ministerio euehantur honoris gratia, & præsertim vnaquæque anima à suo angelo custode eleuatur, quā Christo quasi suo munere functus offerat. Deinde & secundum meritorum cuiusque cumulum illic angeli aduentant, vt de Diuo Benedicto, Antonio & Martino Gregorius atque alij referunt: nam tanta est angelorum erga Deiseruos, sibiq; adeo conseruos charitas, vt non tantum in cœlo eos præstolentur, sed moriētibus adsint, & eorum animas tanquam Christi spūs ad eius thalamum deferant, & tanquam viatrices ad triumphum deducant.

Angeli animas in cœlū euehūt. ¶ De damnatis verò diuersa est ratio: nam et si per latam sententiam mente nouerint cui sint carceri mancipandi, tamen neque oportet eos viam scire, neque adnuunt, imò renuunt horrentq; illuc ire. Neque sunt iudici obedientes, vt eius iussa capeffant, sed odio & rebellionē recalitrant. Quare non sufficeret illas animas verbo mittere, nisi aliqua Dei potestas illas surriperet, instar secularis iustitiæ, quæ

Anima iudicium male.

Anima iustorum illi co in cœlū euolant.

Angeli animas in cœlū euehūt.

Gregorius.

Anima damnatorū demones rapiunt.

per suos ministros, reos in carcerem trudit. Præterq̄ q̄ potestates illę tenebrarum adeo sunt animas torquendi cupidæ, vt etiam si nō iuberentur, sed tantum permitterentur, eas, de corporibus egressas illico surriperent. Quare certum est illas prorripere, & secum importare. ¶ Atque idem est de puerorum animabus sine baptismo decedentium, quamuis non permittantur demones tam truces & feri eas rapere: quia nunquam se per propriam voluntatem illis submiserunt, sed tanquam executores sententiæ aduersus Adā latæ, & illius Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorum, illas vt conijcitur, ad limbum adspontant, vbi illas relinquūt: quia cum non debeant illas torquere, non est cur illas sua præsentia molestant.

Anima purgatorio destinata. ¶ De illis verò, quæ purgatorio deputantur, medio modo dicendum. Sciunt, inquam, in quem sint locum adigendæ. Et quamuis tormentorum conditio eas absterret, vt ire illic renuerent, tamen quia obedientes sunt diuinis mandatis, & sciunt ad patriam, cui destinatae sunt, non posse nisi per purgatorium transeuntes peruenire, absque alio spiritu, qui eas importaret, sua sponte irent. Vero similitudinem tamē est ab angelo saltem custode illuc deferri: tum vt Angelus animam viam ignorantem ducat, tum vt sua consolatione amicā confortet. Vt solent eos amici, qui in supplicium rapiuntur. At verò chorus Angelorum, qui solet sanctas animas in cœlum commitari, nō creditur eas in purgatorium deducere: quoniam iubilus ille angelicus solis purgatis debetur. At in purgatorio Angeli animas nō cruciant: quia nō est angelorū cœlestiū officium eas, vt carnifices torquere. Neque verò demones eas torquere existimātur, quia sunt filia Dei, eiusq; regni hæredes & cohæredes Christi, sed flamma ab inferno exultans eas compurgat.

Inferorum anime aut statim in cœlum euolunt. ¶ Materia verò secūdi argumēti in aliam meditationē mittit, vt exploremus, vtrū sanctorū anime illico de corpore absq; mora trāsferantur in cœlū. Et eadē est meditatio de illis, quæ sunt in purgatorio cū primū fuerint purgatae. Haud enim defuerunt qui opinione negatiua fuerint intinēti. Et sunt qui illā diuo Bernardo tanquā eius auctori impingere moliantur, qui sermone. 4. de festo omnium sanctorum videtur eā multis verbis affirmare. Fuit tamen lōgē antiquior: nā D. Hiero. super Ezechielē cap. 36. plures antiquorum eodēmq; catholicos in eadem refert sententiam. Et Vigilantius cōtra quem idem Hierony. scripsit, eodem tenore

Anima purgatorio destinata.

Anima purgatorio destinata.

Nota.

Inferorum anime aut statim in cœlum euolunt.

Opinio D. Bernardo impingitur.

Vigilantij error.

nebatur errore. Et si coniecturis agendum est, videtur à Papia Ioannis discipulo originē duxisse, ex illo, scilicet, supra memorato errore, quod Christus post sex annorū milliaria venturus esset instauraturusq; Hierusalē, vbi mille annis cum iustis regnaret: & postmodū futura esset generalis resurrectio. Inde enim, vt conijcio, in hunc sunt errorem collapsi, quod vsque ad illā resurrectionē animæ iustorū nō sint cœlum ingressuræ. Quā opinione Irinæus lib. 1. aduersus Valentinianos fuit sequutus, vt in eius prologo colligit Erasmus. Et Tertullia. lib. 4. aduersus Marcionem ait, q̄ sinus Abrahæ, de quo fit mentio Lucæ. 16. locus est non cœlestis sublimior tamen inferis: interim refrigerium animarum iustorum, donec consummatio rerum per resurrectionem omnium plenitudine mercedis cœlesti apparitura eas expungat. Vbi insinuat iustorū animas non statim in cœlum euolare, sed in limbum patrum, vt olim, descendere: quem ideolocum in Apologetico cap. vlti. paradysum appellat. Atque huius opinionis sine autorū nominatione meminit S. Thom. 4. contra gentes ca. 91. vbi de hac re differit. Et in eadē opinione fuit Lactantius lib. 7. Bernardus verò postmodū loco citato non profum cum illis antiquis consensit: quippe qui sanctorū animas in cœlo collocat, sed ait solū frui visione humanitatis Chrī. Sic illud exponens Apocalyp. 6. Sub altare Dei audiui voces occisorū, Vindica Domine sanguinem sanctorū tuorum, &c. Quo vtique altaris nomine Christi humanitatē designat, cuius sola nunc visione animæ recreatur. Sed postmodum resumptis corporibus exaltabuntur, inquit, super altare, vt diuinitatem conspiciant: quia tunc, inquit, Christus ostendet se non in forma serui, sed in forma Dei. Ostendet que subinde patrem & spiritum sanctum, Hęc Bernard. De hac re latē in nostris lectionibus, scripsimus super D. Thoma. 1. 2. quæst. 4. arti. 5. quo rem hanc etiam discutit.

Irinæus.

Tertulia.

Lactantius capit. 25. Bernard.

3. Conclu.

Conclu. catholica.

Pontificum decretum.

Ioānes Papa. 2. vt Marfilius refert in. 4. quæstio. 13. articulo. 3. errorem illum Lanctantij & Irinæi tenuit & publicē prædicauit, sed ex Decreto Parisiensis vniuersitatis illum retractauit, & tādē Benedictus. 12. in sua extrauag. quæ incipit. Animas purgatas, fanciuit tanquam catholicum, quod animæ sanctorum vtriusq; testamenti postquam Christus in cœlum ascendit cum primū fuerint purgatæ, antē corporum resurrectionem sunt in cœlo in cōsortio angelorum, & vident diuinam essentiam. ¶ Et ne cui Pontifex gratis id fanciisse videatur, testimonijs sacre scripturæ & sanctorum & rationibus comprobatur. Et primū omnium est illud testimonium Paul. 2. ad Corinth. 5. Scimus quoniā si terrena domus nostra huius habitationis dissoluatur, q̄ ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cœlis, vbi insinuat, nullum esse interuallum aut temporis aut loci, sed q̄ dissoluta habitatione corporis, illico commigramus in æternam cohabitationē, quæ est in cœlis. Ad quod alludit aliud Lucæ, 16. Facite vobis amicos de māmōna iniquitatis, vt cum defeceritis (scilicet per mortem temporalem) recipiant vos (id est protinus excipiant) in æterna tabernacula. Sed clariū eodē loco Paulus. Quādiu sumus, inquit, in corpore peregrinamur à Domino: & quia peregrinari idē est, quod absentem esse, rationem absentia explicat dicens: Per fidem enim cognoscimus & non per speciem: ergo per oppositum esse presentes Deo, est cognoscere per speciem Deum & intuitiue: sed animæ sanctorum corporibus exuta illico sunt Deo presentes: nam subiungit continuo Paulus, Habemus voluntatem peregrinari à corpore & esse presentes Deo: ergo animæ peregrinantes à corpore protinus sunt in cœlo, atque ad eō Deam per speciem non in ænigmate contuentes. Cui & illud consonat ad Philippenses. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo: quasi nulla intersit mora, si modo quisque talis sit qualis Paulus. Vnde Luc. 23. Christus ad Latronem; Hodie, inquit, mecum eris in paradiso, quod non potest nisi de visione beatifica intelligi. Et Actuum. 7. Stephanus, Ecce, inquit, video cœlos apertos & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Quasi illuc esset statim recipiendus. Et Apostoli, vt Matth. 21. 19. legitur, assessorii sunt Christo ad iudicandum, ergo ante diem iudicij in cœlo exillunt. Sunt & sanctorum testimonia, vt Augustin. 9. confessio. qui suū Nebridium, ait, esse in illo sinu Abrahæ, vbi bibit ad fontem quantam potest sapientiam sine

2. Cor. 5.

Ad philip. pen. 1.

Lucæ. 23.

Actuum. 7.

Testimonia sanctorum. August.

sine

Grego. 1. Dialog. 4. 5.

Origenes.

Ratio cœcl.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ca. Maior.

sine fine cœlix. Et in libr. supputatio. ait, ad sanctos, Fœlices sancti omnes de pulchritudine Dei iam satiamini, de cuius beatissima visione semper gaudetis. Et Gregorius. 4. dialogorum, id tanquam catholicum definit quā plurimis subiunctis exemplis animarum, quæ à corporibus recta in cœlum angelorum comitatu perductæ sunt. Vnde capit. 25. allegato loco Pauli, Cupio dissolui & esse cum Christo, collectionem hanc subiungit: Qui ergo Christum in cœlo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in cœlo negat. Et Origenes homil. 3. Is, inquit, qui de corpore exierit, si mundum habuerit cor, statim meretur diuina videre: quia spiritualia illa nō vidētur per corpus. ¶ Hic Origenes primam rationem conclusionis insinuat, quæ est hæc: Vera beatitudo in visione diuinæ essentia cōsistit in intellectu autem ad huiusmodi visionem corporeo phantasmate non indiget, quia diuina essentia, que purè spiritus est, per phantasma videri nequit, quo intellectus in corpore vtitur: ergo corpus ad perfectionem beatitudinis essentialē nō est necessarium, atque ad eō non est cur anima separata corporis resurrectionem expectet ad videndum Deum: nam diuina opera ordine & sapientia sunt disposita: quare si ex natura rei præsentia corporis ad visionem illam non est necessaria, error est dicere, absque corporibus animas non videre Deum. ¶ Quin uerò arguitur secundo. Beatitudo, vt Matth. 5. ait, Dominus, merces est operū, quæ per Dei gratiam fit: mandatum verò Dei Leuitic. 19. extat. Ne merces mercenarij maneret apud Dominum vsque mane: æquisimus ergo Deus nil moratur mercedem retribuere: cum ergo in exitu animæ à corpore finiatur merendi tempus, fit vt habenti cor mundū illico merces illa visionis tribuatur, iuxta illud Matth. 5. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deū videbunt, & Apocalyp. 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur, quo insinuat, illico à morte esse beatos. ¶ Et est tertium maximum argumentū, quod si sanctorum animæ non illico in hæreditatē gloriæ admittuntur, sed vsque ad diem iudicij expectat, non multū nobis profuisset, quod tanto tempore ante illum diem Christus nos redemisset: nam poterant animæ nostræ vsq; in illum diem veluti sanctorum patrum in limbum descendere: consequens tamen hæreticū est, contra illud Matth. 4. Pœnitentiā agite, & appropinquet regnū cœlorū: appropinquet enim nihil aliud est quā aperiri cœlū. Baptismus nāque vt cap. Maiores. de baptif-

mō & eius effectu decretū est, regnum cœlorum aperit: ob idq; lex nostra dicitur lex gratiæ, quæ iam adoptiuos filios nō ceu seruos, & vt ait, ad Galat. 3. Paul. tanquā paruulos sub pædago ab hæreditatis possessione cohibet, vt antiquos patres, sed tanquā liberis & prouectis eadem hæreditatem tribuit. Sumus enim, vt ad Roma. 8. ait idem Apostolus, hæredes Dei, cohæredes autem Christi, atque adeo vt ipse suam humanitatem in cœlum euexit, vbi diuina visione fruitur, sic & omnia sua mēbra nempe, animas, dum modò sint sine macula & ruga, ad eandem protinus hæreditatē admittit. ¶ Quarto arguitur. Deus longè propensior ad miserendū est largiendūque præmia, quā ad vindicanda crimina, reproborum autem animæ absque mora per suam iustitiā detruduntur in tartara: quia nulla fingi potest causa, cur debeant corporū resurrectionē expectare: & pariter puerorū animæ abducentur in limbum, & qui purgandi sunt, adducuntur purgatorio: ergo cum corpus, vt dictum est, ad visionē intellectualem Dei non sit requisitum, fortiori ratione animæ corpora exētes cœlum aduolant.

¶ Neque naturalis similitudo deest, quæ rem confirmet. Quod enim in corporibus grauitas est & leuitas, hoc in animabus est meritum & demeritum: ergo sicut graue corpus protinus deorsum fertur, & leue sursum, ita & anima lethali crimine onusta ad ima descendit, & que per gratiā Dei sublimē habet affectum, nisi aliquid impediatur quod sit purgandū, statim sursum ad Deū aduolat. ¶ At secūdū igitur argum. respondetur, primò, vt supra dicere cepimus, q̄ suspicione nō caret, aliq̄ August. illa fuisse tentū opinionem, quæ iustorū animæ ante finalem resurrectionem non sint in cœlo, sed in limbo patrū, qui erat sinus Abrahæ, quæ non putabat esse sub terrā, vt. 1. 2. super Gen. ad litteram ca. 33. insinuat, sed super terram in aliquo honorabili loco: nam expressè ait in glosa citata Psalmi, q̄ post hanc vitam nō erunt ibi, vbi erunt sancti, quibus dicetur, Venite benedicti patris mei, &c. Etenim eius mētem sic interpretari, quod duntaxat voluerit dicere, q̄ non habebūt duplicem stolam animæ & corporis, non plenē illi verbo satisfacit, Non erūt ibi, vbi erunt sancti. Et secundus locus in Enchiridio id præferebat, cum tempore inter hominis mortem & resurrectionem interposito dicat animas abditis receptaculis teneri: abditā nanque non cœlum, sed terrena habitacula designat. At verò certum est postmodum sententiam mutasse, atque ad eō cōfessum, animas

Ad Gal. 3.

Roma. 8.

Ratio. 4.

Simile.

Solu. 2. ar.

An. opinio.

In Enchiridio.

Aug. sentē in cœ-

in celo Deum videre, vt patet locis citatis, & libr. 9. confessio. vbi eum esse, ait, in loco, in quo Deum videt, atq; alijs locis frequētibus. Qui verò sustinere voluerit, Augustinū nunquam aliter, q̄ veritas habet, fuisse opinatum, glosset ipsum cum S. Thoma, q̄ cum ait, non esse nunc ibi, vbi erunt sancti, intelligat, non habere nunc vtranque stolam: & cum ait, inter mortem hominis & resurrectionē esse animas in abditis receptaculis, inter ipsa abdita receptacula cōnumerasse tam celum quam infernum: sed designauit illud tempus medium, quia tunc non habent completum affectum, quem habent ad corpora.

Glossa San Thom.

Obiectio.

¶ Et per hoc respōdetur ad aliud argumētum, q̄ Gre. 4. lib. dialogorū soluit. Pœna & premiū quæ per sententiā iudicij reddūtur, non debēt iudicium ipsum antecedere supplicia verò in ferni & gaudia paradisi reddentur per sententiā Christi in vltimo iudicio, vt patet Matth. 25. Ite benedicti, &c. ergo antea non sunt in illis locis. Respondet, inquam, Grego. quod tūc sententia mittet non solum animas, sed dānatos ipsos cum suis etiam corporibus, in quib⁹ illuc vsque nō erunt corpora.

Dilutio.

Ad fundamentū Bernardi.

¶ Ad illud verò, q̄ fuit Bernardi fundamentum Apocaly. 6. Vidi lūctus altare animas interfectorū, &c. respondet glossa interlinearis, illud nō intelligi de animabus existētibus in ecclesia triūphāte, sed in isto mūdo sub agone martyrij. Sūt enim tūc sub altari Dei id est, sub ptectione Christi. Vel dicuntur esse animæ sub altari id est, in templis, vbi condita sunt corpora, prænunciantes tyrānorum vindictam. Neque tamen credendus est Bernardus in illa opinione permanisse: nā alibi sēpē videtur veritatem cōfessus: scilicet, q̄ animæ visione beatifica fruuntur.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum animæ ex prædictis receptaculis aliquando egredi valeant.



Voniam constitutum est, animas statim post mortem ad sua transmitti receptacula, quæritur, an inde valeant exire. Et arguitur à parte negatiua, primū ex autoritate Augustini lib. de cura pro mortuis gerenda. capit. 13. dicentis, Si rebus viuentium vterentur animæ mortuorum, vt de alijs taceam, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra marique secuta est, vt mecum viueret: vnde colligit,

Partis negatiue argumentum primum.

git, mortuorum animas viuentiū rebus nō interesse.

¶ Secundo arguitur ex illo Psalmi, vt inhabitent in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: & Iob. 13. Qui descendit ad inferos non ascendet: ergo saltem ex inferno aut paradiso nulla potest egredi anima.

2. Argum.

¶ In contrarium est Hieronymus contra Vigilantium, ostendens, animas illis receptaculis nō sic esse mōcipatas, quin Deo sic disponēte, permittēte, vel iubente, egredi ad nos valeant.

Pars affirmatiua.

¶ De exitu animarū à suis receptaculis bifariam loqui possumus. Vno modo vt simpliciter inde exeant nunq̄ illuc reuersuræ, atque alio modo, vt in tempus egrediantur, iterū regressuræ. Præterea exire de receptaculis potest vno modo cōtingere citra corporum resurrectionē, scilicet, vt vel nūc exeant, vel sic corporibus assumptis, vt non sint in illis vita animalivsuræ. Sed alio modo per veram suscitationem, sicuti puer quem Elifæus suscitauit, & Lazarus atque alij, quos suscitauit Christus.

De exitu animarū à suis receptaculis.

¶ His prænotatis modis ad quæstionem quinque conclusionibus respondetur. Prima, Beatorum animæ, secundum beatitudinis positā legem, nequeunt inde exire nūquam reuersuræ. Cōclusio est liquida, quia beatitudo est vita æterna: æternū aut id sonat, quod nūquam habiturū finem. Item, beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: non autem esset status perfectus, nisi beatus suæ haberet beatitudinis certitudinem: hæsitatio enim, an homo possit perdere quod habet, non posset non anxium eum reddere, atque adeo nō esset ille simpliciter beatus: cum ergo beatitudo sit vita æterna, quicumq; beatus, est certus se habere vitam æternam, neq; ab illo statu cadere posse: quo vtique iudicio falli nequit. Si autem inde exire posset non reuersurus, falsum haberet iudiciū: repugnat ergo vt hoc pacto exire valeat. Atque hoc docuit Paulus. 1. ad Thessalonicen. 4. Rapiemur obuiam Domino in aera, & sic semper cū Domino erimus.

1. Cōclu.

Ratio.

¶ Secunda conclusio. Neque de inferno, neque verò de limbo puerorum possibilis est egressus, qui non sit regressum habiturus.

2. Cōclu.

Probatnr ratione per contrarium simili. Nam infernus suo pte nomine mortem etiam æternam significat, nullam habens redemptionem, iuxta illud Mathæi. 25. Ite in ignē æternum: quare secundum legem illius status nemo inde egredi potest non reuersurus. Et idem est de puerorum limbo: nam sunt in perpetuū

Infernus.

Limbo puerorum

perpetuū à regno coelorum relegati iuxta verbum Domini Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Nisi quod in damnatis est nota ratio, quod habent in odio Dei obstinatā voluntatem, iuxta illud Psalm. 73. Superbia eorum, qui te oderūt, ascendit semper: pœna autem remitti nō potest nisi deleta culpa: quare & eorum obstinatio facit, vt nulla esse possit ab inferno redemptio.

3. Conclu.

¶ Tertia conclusio. A purgatorio & limbo patrum constat possibilē, imo necessarium fieri in celum transitum.

¶ Contra secundā autem cōclusionem sit argumentū de Traiano, qui fertur precib⁹ beati Gregorij ab inferno, vbi multis annis egerat, exiisse liber. De hoc tamē quæst. proxima fiet sermo.

4. Concl.

¶ Quarta conclusio. Quauis secundum legē ordinariam animabus separatis congruētē neque ad nos exeant, neque vllum nobiscum habeant commercium, tamen secundum permissionem aut dispensationem diuinam & extra ordinariam legem, nil vetat quominus in quocūque sint receptaculo ad nos reuertātur. Prima pars inde probatur, quod animæ se paratæ eo quod corpora exuunt, & à vita præfenti & mortali decedunt, à nostra rebusq; nostris, officijs & moribus segregantur: & ideo ordinaria lege sicut nos mortales rebus earū non adsumus, ita neque immortales ipsæ nostris intersunt. Atque hanc communem ordinariamq; legem explicat illis verbis August. in argumento quod primo loco obiecimus. Si rebus viuentium interessent animæ mortuorum, vt de alijs taceam, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, vt mecum viueret: absit enim vt facta sit vita foeliciori crudelis. Et confirmat hoc ex illo. 4. Regu. 22. ad pientissimum Regem Iosiam, cui cum Deus exitium regni & gentis suæ prænucciasset, pollicitus est subinde dicens. Ecce ego apponam te ad patres tuos, & apponeris cum pace, & non videbunt oculi tui omnia mala, quæ ego induco in locum hunc, & qui commorantur in eo.

Probatio secundæ partis

¶ Secunda verò pars colligitur ex verbis Hieronymi contra Vigilantium, qui putabat apostolorum & martyrum animas in fortunatorum insulis & campis Elifæis, vt Ethnici de animabus philosophantur, detineri in quem Hieronymus sic inuehitur. Ais vel in sinu Abrahamæ, vel in loco refrigerij, vel subter arā Dei animas apostolorū & martyrum confedisse, nec posse suis tumulis, nec vbi voluerint adesse præfentes: Quasi dicat, falsus id ais. Et subdit, Tu

Deo leges ponis? Tu apostolis vincula iniicies vt vsque ad diē iudicij teneantur in custodia, nec sint cum Dño suo, de quibus scriptū est, Sequuntur agnum quocūque ierit. Et Aug. in li. de cura pro mortuis gerenda. ca. 19. ait, Fœlicem confessorem cum à barbaris Nola oppugnaretur, humanis aspectibus fuisse visū, nō in certis rumoribus, sed testibus certis. Verū ista, inquit, diuinitus exhibentur longè aliter q̄ se habet vsitatus ordo. Alij nāq; sunt, ait, humanarum limites rerum, alia humanarū signa virtutum, alia sunt, quæ naturaliter, alia, quæ mirabiliter fiunt. Ambas igitur conclusionis partes hisce verbis edocet August. nempe, q̄ secundum ordinariū & vsitatum cursum animarū è suis non exeunt receptaculis, sed tamē secūdum diuinam dispensationē exire & possunt & assolent. Id quod cumulatis exēplis Greg. 4. lib. dialogo. confirmat.

Probatnr conclusio.

Grego.

¶ Quapropter ex omnibus ferè exire solent: scilicet, ex paradiso, ex inferno, & purgatorio & ex limbo patrum, vt de Samuele, vt. 3. Reg. 28. legitur qui apparuit Sauli. Quauis vt Aug. eod. lib. de cura pro mor. geren. cap. 15. refert, nō desint, qui negent, verū fuisse Samuelem. Sed tamen Moyses, vt Matt. 17. legitur, in trāfiguratione Domini apparuit.

Samuel.

¶ Atqui & vsu apparitiones istæ accidere solent, vt ibidē August. cap. 16. autor est, siue ad viuorum qualescūq; solatiū, ad quos pertinent illi mortui, siue vt ijs admonitionib⁹ more humano sepulturæ cōmendetur humanitas. Animæ nāque beatæ Deo dispensante possunt apparere suis, vel vt eos consolentur, ostendētes se diuino conspectu frui, vel vt eos admo-neant, & ad eandem beatitudinem alliciant.

Mortui quare apparant.

De celo.

Vel vt suis reliquijs iustos honores deferant: vt de Ioāne Baptista & alijs legitur. Existētes verò in purgatorio solent præterea apparere suffragia sibi fieri deposcere. De limbo verò puerorum nulla est ratio cur egrediantur.

De purgatorio.

¶ Addit verò hic D. Thomas interesse inter sanctos & damnatos, quod sancti, cum voluerint, apparere possunt viuentibus, non tamen damnati. Meruerūt, inquit, sancti in hac vita, vt aliquando gratiarū dona sanitarum, quæ reprobis non conueniunt, ita vt post hanc vitam cum expedierit, possint hūc redire. Hęc D. Tho. At verò patentissima ratio est, q̄ beati nihil optare possunt, nisi quod rationi sit ac perinde diuinæ voluntati cōsentaneū: quicquid autem huiusmodi Deum possunt, obtinent: ergo quoties volunt exire exeunt.

De limbo puerorum.

Distinctio damnati.

S. Thom.

Ratio.

¶ Infernales tandem animæ exire nō permittuntur dum volunt, sed dū ob aliquod mysteriū nobis

Inferni animæ.

nobis occultum diuinitus permittuntur, velu
 tidæmones. Quare diues epulo, vt legitur Lu
 cæ. 16. rogare non audebat, vt lineretur ipse
 ad suos ire, sed rogabat Abraham, vt Lazarū
 mitteret. Neq; verò illi egredi cupiunt, vt ali
 quod beneficium nobis cōferant, eo q̄ nobis
 bonum optent, quia adeò à charitate longè
 distant, vt neque naturalem inclinationē per
 mittant, actus rectos elicere. Quocirca epulo
 ille non tam ex naturali amore, quo ferebatur
 in suos, q̄ ex superbia cupiebat, ne sui necessa
 rij in illum tormentorum locum veniret: mal
 lent enim damnati, vt omnes secū essent mise
 ri, sed quādo id nō possunt efficere, volunt in
 hoc alijs eminere vt sui alijs præferantur. Vel
 fortè illa petitio nihil aliud significat, quā rei
 ipsius infernalis naturam: nempe, tam trucem
 esse & atrocem, vt summ operè omnes debeāt
 illā cauere. ¶ Nescio tamē, an affirmare liceat
 miseris quādoq; animas officiū ipsorum dæ
 monū vsurpare, vt, scilicet, ceu ministri Sata
 ne ad tētādos homines tendendaq; illis retia
 & parandos laqueos veniant. Certū est tamē
 hoc non esse earū officium. Tamen si cum sint
 odio Dei obstinatæ ac subinde nostri, nil mirū
 si eodem odio id paratæ sint facere. An verò
 Deus id quandoq; fuerit, ipse nouit.
 ¶ Cæterum ita est possibile animas ex suis lo
 cis huc remeare, vt tamen non sit facilè credi
 tu toties id accidere, quoties nobis apparet.
 Primum, q̄ vt idē Augu. lib. de cura pro mor
 geren. ait, quādo inter somnia nobis videntur
 charorum animæ aut aliæ nobis infestæ ap
 parere, rarissimè accidit, vt sint ipsæ animæ,
 imò quā sēpissimè cōtingit, vt non nisi sub
 earum imaginibus in sensu communi propter
 nostras præcedentes cogitationes appareant
 illa phātasinata. Sed vanitas vulgi est, credere
 animas esse veras. Præterquā q̄ quā plū
 rimas eiuscemodi fallacias præstigiatores &
 præstigiatrices mulierculæ vulgo offerre so
 lent, quibus ignorantibus illudunt. Nam ani
 mæ scēlices rarò cupiunt ab illo cœlesti loco
 exire, & ad admōnendum viuos nō est neces
 sarium vt veniant. Quare nec Lazarus permis
 sus est venire: quia habemus leges & prophe
 tas, quib⁹ nos Deus satis edocuit, & indies cō
 monefacit, quibus nisi credamus, neque si dā
 nati neq; illi, qui purgantur, ea quæ illic sunt
 nobis, denuncient, fidem eis dabimus. Imò de
 hoc Deus offenditur, q̄ si m⁹ magis parati ap
 parentibus defunctis, quā suo euāgelio cre
 dere. ¶ Primum igitur argumentum, quod est
 aut oritatis Augustini, iam solutū est, q̄ loqua
 tur de lege cōmuni. Et pariter intelliguntur te

Solutio ar.

stimoniam alia secundi argumenti ex Psalmo
 & ex libro Iob accersita. ¶ Si verò tandē obij
 cias, q̄ animæ eò sunt suis receptaculis adscri
 ptæ, vt sua illic vel præmia vel supplicia ha
 beant: si verò ad nos venirent, interrumpere
 tur præmia & supplicia, negatur illatio, quia
 propterea quòd ab illis receptaculis egredian
 tur, neq; animæ beatæ desinunt videre Deū,
 neque quæ cruciantur à suis eripiuntur tor
 mentis. ¶ Superest autem vt de alio exeundi
 modo dicamus per resurrectionem vitæ mor
 talis, quæ admodum resuscitati reliquis ab Elia
 & Elifæo, à Christo, & Apostolis & deinceps
 sanctis è suis receptaculis prodierunt. Subiun
 gitur ergo conclusio quinta. Nullus vnquam,
 cuius foelix anima cœlestem paradysum in ha
 bitaret, in vitam mortālē resuscitatus est. Con
 clusio hæc quanuis in sacris Biblijs non sit ex
 pressa, efficaci tamē ratione illa probatur, qua
 primam asseruimus. Beatus enim nemo est,
 nisi qui certò scit se sempiternam vitam, hoc
 est indefectibilē possidere, quo utiq; iudicio
 falli nequit: nam si ambiguus hæreret, vel falli
 posset: nō esset plenariē foelix: si verò potest
 in vitam mortalem redire, beatitudo illa inter
 pollaretur, atq; adeò falsum fuisset iudicium:
 ergo illud fieri nequit. Nam si obijcias de Chri
 sto seruatore nostro, qui fuit beatus, & tamen
 naturam habuit mortalem, nihil ad rem affe
 ras, tum quia erat verè Deus & homo, & ratio
 ne vnionis anima visione fruebatur illam beā
 te, & ratione redemptionis corpus erat mor
 tale: tum præsertim quòd passiones, quas secū
 dum corpus pertulit, repugnant beatorū sta
 tuti, quo fruuntur in cœlo. ¶ Ex quo alia colli
 gitur ratio, q̄ Deus animæ iustorū, præcipuè
 qui sunt confirmati in gratia & gloria, nihil
 confert, nisi quod eis sit beneficium. At verò
 quanuis resuscitatu illum Deus confirmaret
 in gratia, priuaretur tamen illa beatifica visio
 ne, & esset multis molestijs peruius in corpo
 re, quæ anima illa non duceret pro beneficio,
 sed pro damno: quare ex natura rei non esset
 ei resuscitatio grata, vt vitam degeret morta
 lem. ¶ Atque idem protinus subsequi videtur
 de illis, qui sunt in inferno. Sunt enim damna
 ti ad æternam pœnam, quæ idē illis interpō
 lari nequit: cuius cōtrarium vsu veniret, si dā
 natus in vitam nostram resuscitaretur. Sed ta
 men hoc quæstio. sequen. emunctius exami
 nabimus contra Altisiodorensē, qui contra
 opinatus est. Et idem est de illis, qui in puero
 rum limbo tenentur.

¶ Fit ergo consequens, si hæc quæ diximus
 vera sunt, vt quotquot resuscitati sunt, vel ex
 purgato

5. Cōclusio

Ratio opi
ma.

Obiectio.

Ratio. 2.

Appendix.

purgatorio vel ex limbo patrum prodierint.
 Supponimus enim manifestam veritatem,
 quòd nemo vnquam verè fuerit resuscitatus,
 aut per naturam, aut dæmonum potestate, sed
 solo diuino miraculo. Quare si Samuel, de
 quo. 1. Regū. 14. legitur, verus fuit suscitatus
 Samuel, diuino numine fuit vitē restitutus: quo
 niam operis huius supranaturalis neq; homo
 neq; angelus per propriam virtutē potest esse
 causa: sed sola virtute diuina. Illi ergo, quos
 Elias & Elifæus suscitauerunt, in limbo patrum
 fuisse creduntur: erant enim circuncisi, & mi
 nores etate, q̄ vt possent mortaliter deliquisse.
 Et Lazarus vel in limbo erat patrū, vel in pur
 gatorio. In summa idem fortè de cunctis ere
 dendum est. ¶ Sed profectò nec satisfit ani
 mo vt quiescat. Arguitur enim sic. Quicumq;
 in limbo patrum erant, aut in purgatorio mo
 dō existunt, certi, vt supra diximus, in exitu
 corporum facti sunt prædestinatos se esse ad
 gloriam, quo utiq; iudicio falli non possunt,
 imò sunt & in gratia & amicitia Dei confirma
 ti: cum verò ad vitam mortalem redeunt, nul
 la apparet lex vt sint vel in gratia confirmati:
 vel suæ salutis infalibiter certi: ergo resuscita
 tio illa nullatenus illis potest esse expediens:
 nam à firmissimo statu salutis exire, & pericu
 lo perditionis subijci, summum profectò detri
 mentū est: præterea iudicium illud certum de
 serere, & hæsitacione, qualem nos de nostra
 prædestinatione habemus, torqueri, nemo san
 tæ mentis eligeret: quare nemo illorum vellet
 suscitari, neq; tamē concedendū, q̄ eos inuitos
 Deus ad nostras miseras remittat: præsertim
 illos, qui erant in limbo patrum, vbi omni do
 lore & pœna erant exempti.
 ¶ Imò & de illis, qui sunt in purgatorio, argui
 tur. Aut enim dum suscitantur debitas omnes
 pœnas luerant, aut secus: si luerāt, idem quod
 beatis, iudiciū illis patrocinaratur, quia inde iam
 euolant in vitam æternam: si vero non omnia
 debita persoluerant, non seruatur iustitia diui
 na, cum ante tempus inde eruuntur.
 ¶ Ad primum vt respondeamus, hæc primū
 veritas pientissimè credenda est, quòd nemo
 vnquam à morte fuerit in vitam nostram exci
 tatus, qui nō tandem fuerit saluus. Itaq; nunq̄
 fuit vllus resuscitatus nisi prædestinatus. Veri
 tas est, quam Abulensis sup. 4. Reg. 4. q. 56. in
 ter narrandam suscitationem pueri ab Elifæo,
 affirmat dicens, q̄ quanuis non habeatur in sa
 cris scripturis, est tamen piè credenda.
 ¶ Atqui præter eius auctoritatem hac ratione
 colligitur, saltem admissio quòd nemo nisi vel
 ex purgatorio vel limbo patrum fuerit vnquā

suscitati ab
Eliā.

Argum.

Aliud arg.
De animis
purgatorij.

Solu. 1. ar.

suscitatus. Nemo vnquam nisi Dei virtute re
 suscitatus fuit, neque verò aliunde, quā vel
 ex limbo patrum vel ex purgatorio: cum er
 go nemini Deus tantum, quantum est resusci
 tationis beneficium detrimentum sempiternæ
 salutis contulerit, certum est quòd illos, qui in
 via erant salutis certissima, in eandem vitam
 æternam tandem remittat.

¶ Accedit & ex eorum conditione ratio alia. Ratio. 2.
 Nam cum se viderint ad vitam æternam desti
 natos, in vigilia semper erunt & cautissima cu
 ra, ne inde decidant. Quin verò addiderim, in
 gratia & meritis cumulatioibus ab hac luce
 post demigrasse quā prius: præsertim illi, qui
 purgatorij tormenta fuerint experti, quā sint
 graua. Id cuius & Lazari egregia sanctimonia
 documentum est. Et illum viduē filium resusci
 tatum aiunt postea fuisse Diuum.

¶ Sed neque hac satis argumento facit, nisi tex. Ratio. 3.
 ¶ Sed neque hac satis argumento facit, nisi tex.
 Nam cum se viderint ad vitam æternam desti
 natos, in vigilia semper erunt & cautissima cu
 ra, ne inde decidant. Quin verò addiderim, in
 gratia & meritis cumulatioibus ab hac luce
 post demigrasse quā prius: præsertim illi, qui
 purgatorij tormenta fuerint experti, quā sint
 graua. Id cuius & Lazari egregia sanctimonia
 documentum est. Et illum viduē filium resusci
 tatum aiunt postea fuisse Diuum.
 ¶ Sed neque hac satis argumento facit, nisi tex.
 Nam cum se viderint ad vitam æternam desti
 natos, in vigilia semper erunt & cautissima cu
 ra, ne inde decidant. Quin verò addiderim, in
 gratia & meritis cumulatioibus ab hac luce
 post demigrasse quā prius: præsertim illi, qui
 purgatorij tormenta fuerint experti, quā sint
 graua. Id cuius & Lazari egregia sanctimonia
 documentum est. Et illum viduē filium resusci
 tatum aiunt postea fuisse Diuum.

¶ Et ideo respondetur ad primum argumen
 tum, quòd etsi existētes in limbo ad molestias
 huius vitæ fuerint reuersi, non id illis in dam
 num, sed certè in magnum cessit lucrum & me
 riti argumentum. Resuscitati verò ex purgato
 rio nō sunt credendi omnino fuisse per purga
 tos, sed nihilominus reliquum pœnarū, quas
 passuri erant, poterant reuiuiscere operibus
 satisfactionis persoluerent, aut si negligentiores
 essent, postmodum secundò defuncti illas in
 purgatorio luerent.

QVÆSTIO SECVN
 da, De suffragijs defun
 ctorum.

ARTICVLVS. I.

Vtrum suffragia à uiuis impersa defunctis
 prosint.



DVO DEFUNCTO-
rum genera duas nobis offerunt elucubrandas quaestiones: illi scilicet, qui sunt in purgatorio unam de suffragijs: atque illi, qui sunt in paradiso, de orationibus ipsorum pro nobis, & nostris ad ipsos. Et quidem quaestio prior, quae est haec secunda, longam nobis exhiberet disputandi rationem de purgatorio: hoc praesertim tempestatis articulo, quo perditis haeretici tam impudenter illud populo dissuadere contendunt. At verò non solum libr. primo. De natura & gratia capitul. 14. verum & hic supra distinctione. 19. quaestionem tertiam in tres articulos distributam in eadem elucidanda confirmandaque veritate totum insumpimus. Fuit enim Armenorum haeresis, ac subinde VValdensium, & Ioannis Hus, & VVitcleff, ac tandem pestilentissimi Lutheri in articulis ad Leonem exhibitis. 4. &. 37. & 38. Quem errorem inter alios in illo suo errorum fonte potarunt, quòd Christus in sua passione non solum quoad sufficientiam, verum quoad efficaciam, tam plenarie pro vniuersis nostris sceleribus satisfecerit, vt nihil nobis fiat poenarum reliquum, quas vel in hoc seculo per satisfactionem, vel in altero per purgationem, soluere debeamus. Hac inquam ratione confessionem purgatorij ab Ecclesia catholica exhibere explodereque contendunt. Contra illud Paul. 1. ad Corinth. 3. Si quis super fundamentum Christi super aedificat, ligna, scenum, stipulae, dies domini declarabit: quia in igne reuelabitur, & subdit. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sed permolestum esset quae locis citatis copiose congestimus huc accersere. Illa igitur, supposita veritate locus praesens nobis duntaxat offert de suffragijs dicere, quae ijdem haeretici tamquam rem confictam & ludicram irridentes abijciunt.

¶ Quatuor igitur se offerunt disputanda. Primum, scilicet, per quos debeant suffragia fieri, vt profint: secundo quibus profint: & tertio quae sint illa suffragia, ac demum quarto vtrum quae pro vno defuncto sunt tam alijs profint quam illi. Quaritur itaque primo, vtrum suffragia per vnum exhibita alteri profint. Et arguitur a parte negativa, ex illo Pauli ad Galat. 6. Quae seminauerit homo, haec & metet: si autem quisquam fructum suffragiorum alterius perciperet, meteret quid non propriam: sed aliena semina. ¶ Secundo. Ad iustitiam Dei pertinet, vt vnicuique pro meritis proprijs retributio

Haeresis Armenorum.

Partis negativae arg. 1.

fiat, iuxta illud Psalmi, Tu reddes vnicuique iuxta opera sua: ratio verò diuinæ iustitiae deficere nequit: ergo per suffragia vnius alteri non succurritur. ¶ Tertio. Eadem est in opere ratio meriti, satisfactionis & laudis: sed pro opere vnius alter non laudatur nec per illud meretur: ergo nec per satisfactionem alterius satisfacit.

¶ Sed peculiariter quòd viuorum suffragia defunctis non profint, arguitur quarto. Secundum Apostolum. 2. Corint. 5. Omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, vt accipiat vnusquisque propria corporis: prout gessit. & Apocalyp. 13. Opera illorum sequuntur illos: ergo vnusquisque defunctorum propria debita per se patiendi debet exsoluere. Praesertim quòd vt vnus pro alio satisfaciatur, requiritur, vt ambo sint eiusdem Reipublicae: & tamen defuncti non sunt ex nostra Reipublica vt supra dictum est.

¶ Quinto. Si suffragia vnius alteri seu viuenti seu vita defuncto prodesse, consequens fieret, vt si ille, qui suffragatur, nequam homo esset nihilominus eius suffragium sufficeret: alioquin cum non constet, sacerdotem esse in gratia, nunquam securi essemus & certi eorum sacrificia prodesse, atque adeò periret religio offerendi talia sacrificia pro defunctis: sed tam ex alia parte, cum vt Ioan. 9. legitur, peccatores Deus non exaudiat, videntur eorum suffragia nullius esse pretij apud Deum.

¶ Sexto denique, arguitur. Si vnus suffragia alteri subuenirent, sequeretur, quòd facienti ipsi nihil ad satisfactionem prodesse: nam si quis pecuniam suam alteri erogauerit, sibi amplius non potest, videtur autem hoc durum & contra illud Psalmi, Oratio mea in sinum meum conuertetur: ergo nemo alteri suffragari potest. ¶ In contrarium autem est illud Psalmi, Particeps ego sum omnium timentium te, vbi bonorum communicatio insinuat, & 2. Machabaeorum. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. ¶ Quaestio est praecipua, qua tamen multa submouentur, quae in superioribus sunt factis excussa, qua ratione breuior leuiorq; erit praesens disputatio. Sunt autem ad quaestionis solutionem septem conclusiones necessariae. Prima. Vnusquislibet potest pro altero satisfacere, ac proinde alteri suffragari. Ad intellectum autem terminorum ex his quae distinctione. 19. de satisfactione diximus, notandum est opera nostra bona, quae ex gratia procedunt bifariam esse apud Deum pretiosa, vno modo in ratione meriti, atque altero in ratione satisfactionis. Et meritum quidem duplex esset

Argum. 3.

Argum. 4.

Argum. 5.

Argum. 6.

Pars affirmatiua.

1. Conclus.

esse potest: scilicet, de condigno: nempe, quod ex gratia procedit, & ideo ratione iustitiae premium habet vitae aeternae. Quòd vti que pacto nemo potest alteri, mereri, sed solum sibi: praeter solum Christum, qui tanquam caput nostrum meruit nobis quicquid gratiae & gloriae confertur. Et ratio huius est, quia gratia non facit gratum nisi habentem, atque adeò illa nemini confertur nisi per sacramentum: aut per opera propria ipsius ex gratia hominem iustificante procedentia, iuxta illud Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Et hac ratione ait, ad Romanos. 2. Paulus, quòd reddet vnicuique Deus secundum opera eius: his qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem & vitam aeternam. Et. 2. ad Corinthios. 5. Vnusquisque recipiet secundum propria corporis prout gessit. Vnde vt patet Matthe. 25. Nemo mittitur in regnum aut in exilium nisi propter propria opera. Quia dedistis mihi manducare, Quia non dedistis &c. Isto ergo modo nemo alteri suffragari potest.

¶ Sed aliud est meritum de congruo, non quidem, vt aliqui fingunt, in peccatore dum disponitur ad gratiam, illud enim certè est contra Paulum dicentem, Si ex operibus iam non est gratia, vt. 2. lib. de natura & gratia. cap. 4. late demonstraui: sed in eo, qui est in gratia. Potest enim iustus alteri etiam existenti in peccato primam mereri gratiam de congruo, vt Stephanus meruit Paulo: id tamen fieri nequit, nisi merendo illi proprium actum in Deum, quo conuertatur: quia gloriam, vt dictum est, nemo potest nisi per proprium actum aut sacramentum assequi. Et fortiori ratione potest vnus iustus alteri iusto augmentum gratiae mereri de congruo, merendo scilicet, illi: vt per proprios actus proficiat in gratia. Et isto modo D. Thom. 1. 2. quaest. 114. articulo. 6. concedit meritum de congruo. Atqui ista ratione quicumque iustus potest alteri suffragari per suas orationes & bona opera. Et hoc negare esset haeticum contra articulum fidei, Credo sanctorum communionem. Sic enim intelligitur illud allegatum Psalmi, Particeps ego sum omnium timentium te.

¶ Sed est considerate speculandum discrimen inter rationem meriti, condigni, & congrui. Non enim ex radice estimatur: nam vtrumque procedit ex gratia, sed ex consecutionis necessitate aut contingentia. Per meritum enim de condigno certissima & inuitabili lege, ille qui meretur, consequitur proprium premium: sed tamen alteri de congruo, pro

Roma. 2.

Meritum de congruo.

Discrimen meritum.

quo orat, non eadem lege impetrat quod petit, sed secundum quod Deo placuerit annuere vel reuocare. ¶ Habent praeterea aliam virtutem iustorum opera, vt sint in virtute passio- nis Christi satisfactoria pro poenis, quae remissis culpis, siue mortalibus, siue venialibus fiunt reliquae, quae quidem opera in ratione satisfactionis potest quicumque iustus alteri iusto communicare. Et haec pariter veritas est catholica, quam qui negaret, haeticus esset contra eundem articulum fidei de sanctorum communionem. Atque hanc conclusionem diffuse distinctio. 19. quaestione. 2. articulo. 4. com- monstraui, vbi haeticorum technis responsum ire abundè pro captu nostro curauimus. Eò enim quòd eodem baptisate abluti sumus, eisdemque sacramentis participamus, & potissimum sacratissima altaris communione, quae inde nomen fortitur, quòd eodem sancto conuiuio communicantes eiusdem nos corporis. Christi membra profitemur, debemus, vt, ait, ad Galat. 6. Paulus, alter alterius onera portare, non solum in temporalibus, vt haetici subterfugientes, aiunt, verum & in spiritualibus. Imò in eis eo potius, quo in eis vicaria opera alter alterius magis indigemus. Quae enim onera grauiora sunt nobis, quam poenae, quarum obpraeterita peccata rei sumus? Atque haec potissimum impresentiarum appellamus suffragia: vt quoadmodum debet vnusquisque proximo indigenti de sua substantia opitulari, ita debet alter pro altero orationes, elemosynas, & sacrificia offerre, quibus poenarum obligationem soluat. Et re vera nemo hanc veritatem inficiari potest, nisi qui negat satisfactiones etiam proprias esse cuiquam necessarias. Et ideo cum istis haeticis non opus est pluribus contendere. ¶ Veruntamen considerandum est hic, fructus huius sanctorum communionis bifariam provenire, vno modo ex intentione generali existentis in charitate. Quicquid enim boni operis Deo iustus exhibet, hac ipsa generali ratione boni operis, omnibus Christi membris, quae ei charitate coniunguntur, prodest. Sed altero modo provenire potest ex particulari intentione orantis, aut sacrificantis, aut elemosynam largientis pro isto particulari. Qui quidem fructus caeteris paribus vberior est, vt in subsequetibus apparebit.

¶ Secunda conclusio. Haec viuorum suffragia non solum viuentibus profunt, si pro illis offerantur, verum & defunctis. Probat. Haec sancta communio in charitate fundatur, quae vt, ait, Paulus. 1. ad Corinthios. 13. nunquam excidit

Opera satisfactoria.

Suffragium nomen.

2. Conclus.

excidit, atq; adeo neq; per corporalem mortem interrumpitur: ergo sicut potest quis amico suo aut necessario viuenti officia sua tribuere & applicare, potest & defunctis: debent enim defuncti in memorijs hominum viuere, imò, eò eis accuratius ac diligentius opitulari debemus, quàm uiuis, saltem in ratione satisfactionis, quò plus nostris subsidijs egent: uiui enim possunt per propria opera satisfacere, defuncti autem nequaquam: sed patiendo. Hæc autem conclusio artic. proximo in meditatione existentium in purgatorio locupletius confirmabitur, vbi sacra oracula & sanctorum patrum testimonia perpendemus aduersus hæreticos, qui adeo hoc mordicus negant, vt propter testimonium citatum libri Machabæorum negent illum esse canonicum.

Explicatio
cōclusiōnis ¶ Interim verò opera pretium est eadem conclusionem meditationis euoluere. In primis subsidia hæc & suffragia nostra valere defunctis nequeunt, vel ad remissionem culpe, vel ad augmentum gratiæ, quemadmodum diximus ratione meriti de cōgruo. Primum, quia cum sint iusti, non possumus illis conuersionem mereritem nec remissionem venialis culpæ, quæ vt distinct. 15. quæst. 2. artic. 2. & distinct. 21. quæst. 3. artic. 3. diximus, in ipso ingressu purgatorij ratione confirmatæ charitatis eis dimittitur: vel fortè per patientiam, qua poenam illius culpæ qui purgantur tolerant. Neque verò eorum potest augeri meritum, aut gratia, quia vt Ecclesiastes. 11. legitur, vbi ceciderit lignum, illic erit: sed solum illis suffragia hæc nostra subueniant ad remissionem & alleviationem poenæ, per viam satisfactionis.

Ecclesiast.
11.

Per quæ autem opera & quot modis suffragia hæc viui possint defunctis impendere, artic. 3. docebimur.

¶ Subsequitur autem alius ambiguitatis responsio, vtrum illa, quæ per peccatores exhibentur suffragia, sint vltius valoris. Ad quam in eandem responsionem prænotandum est, in suffragijs, quæ per iniquos fiunt, duo considerari: scilicet, opus ipsum, quod vocant, operatum, quale est sacrificium altaris: & præterea opus operantis: scilicet, qua ratione ab ipso operante proficiscitur.

3. Cōclus.

¶ Est ergo tertia conclusio. Suffragium per viuosum ministrum exhibitum nihil valoris amittit, qui ex opere operato prouenit. Hanc conclusionem distinctio. 1. quæst. 5. artic. 5. vbi de malis ministris, quibus sacramenta dispensantur, egimus, exploratam probatamque reliquimus. Vbi ostendimus, quòd cum sacramentorum causa prima sit Christus, iux-

ta illud Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendentem ipse est qui baptizat, nihil impeditur effectui sacramenti ex ministri malignitate obijcitur, dummodò legitima intentione ipsius Christi & ecclesiæ, sacramentum dispenset. Docet enim Aug. tract. 5. super Ioannem illic Baptistam agnouisse, Christum auctoritatem & potestatem baptismi penes se retenturum, sed tamen ministerium transiturum in vanos & malos. Et confirmatur cōparatione ministri ad instrumentum: etenim quia instrumentum non agit per propriam formam, sed per illam, quæ est in artifice, opificium non assimilatur instrumento, sed idæ, quæ est in mente artificis. Et ideo dummodò ferra sit bene dentata, nihil refert aurea ne sit, an ferrea: & medicus infirmus, si bene artem calleat, tam bene sanare potest, quàm sanus. Id ipsum ergo quod de sacramentis quatum ad græ collationem diximus, de sacrificio missæ quatenus virtute operis satisfactorium est, postmodum sensimus dist. 13. q. 1. art. 6. cuius quæstio erat, vtrum missa mali sacerdotis tantum valeat, quantum bona. Id quod & latius ead. dist. q. 2. arti. 1. differere studuimus. Illis ergo locis visere quisq; potest, quæ hic molestè repeterentur.

4. Cōclus.

¶ Quarta conclusio. Si opus æstimetur ex virtute operantis: tunc perpendendum opus vel quatenus est principalis agentis, vel quatenus instrumenti vel ministri. Si principale agens Deo gratum est: nihil de eius meriti & satisfactionis propter iniquitatem ministri deperit. Exemplum cum primis patet in eodem sacrificio missæ. Haud enim in missa mali ministri id tantum satisfactionis integrum est, quod illic virtute operis existit, verum & illud quoque, quod virtute operantis: nempe, ecclesiæ, quæ per ministrum sacrificium offert, obuenit: quoniam sicut virtus sacramenti non vitatur per ministrum, ita neque sanctæ opus ecclesiæ. Consultò autè dixerim, nihil deperire illius, quod ab ecclesiæ intentione prouenit: nam præter illud augere aliquid potest probitas ministri, vt in art. citato. 6. dist. 13. q. 1. adnotauimus explicando illum canonem. 1. q. 1. Ipsi sacerdotes: vbi habetur, quòd quanto sacerdotes fuerint digniores, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Non enim de priuatis tantum orationibus sacerdotum verbum intelligitur: verum & de illis, quas nomine publico ecclesiæ in sacrificio missæ, & in canonicis psalmis fundunt. Et hac ratione certè missa boni sacerdotis plus prodest, quàm mali, non solò propter priuatas orationes, quas præter ecclesiæ iustum adhibet, verum & propter ip-

fas,

5. Cōclus.

fas, quas ecclesiæ iubet, quia dignius eas offert: nã licet indignitas ministri nihil tollat de eo, quòd est de intentione ecclesiæ, dignitas tamè non parum auget. Quare consilium est sacrificia per digniores sanctioresq; sacerdotes offerre. Pari forma dum herus probus per improbum seruum eleemosynam facit, nihil proprii meriti amittit, sed nihilominus si seruus esset etiam iustus, qui ex charitate mandatum exqueretur, opus ipsum esset apud Deum pretiosius. ¶ Quinta conclusio. Præter hos casus, quibus homo tanquam ecclesiæ vel alterius minister opera exhibet alieno nomine meritoria & satisfactoria, nemo suo nomine potest, suffragium vllum, aut satisfactorium opus quòd apud Deum sit meritorium vel vllius momenti præstare, nisi sit in gratia & amicitia Dei. Rationem huius supra multis in locis, & præcipue distinct. 19. quæst. 1. artic. 2. attulimus. Cum enim inter nos ex viribus nostris proprijs & Deum nulla intersit iustitiæ ratio, vt contra Pelagium decretum est, tum quòd opera nostra finita sunt, & meritum apud Deum infinitum, tum quòd iustitiæ nostræ quando in peccato sumus, vt Esaiæ. 64. legitur, quasi pannus menstruatus sint, fit vt nisi remissa culpa in gratia Dei sumus constituti, nostraq; subinde opera ex fauore Dei fiant, Deo accepta esse non valeant. Respexit enim Deus, vt nuperrimè dicebamus, prius ad Abel, deinde ad munera ei.

6. Cōclus.

¶ Et ex his fit alia sexta conclusio cōsequens. Nemini pro quo vel ecclesiæ vel alia quæuis priuata persona suffragia offerat, quicquam profunt, nisi in gratia ille quoque sit. Quoniam vt nulla cuiuspiam opera, nisi qui prius per charitatem fuerit filius Dei, grata sunt Deo, ita neque suffragia aut orationes, quæ pro illo qui non est eius filius, offeruntur, accepta Deo sunt, vt in ratione satisfactionis ei profint: licet ratione meriti de congruo, vt explicatum est, possit quis alteri, vt cōuertatur, mereri. Imò requiritur, vt tunc sit ille in gratia, dum suffragia pro illo offeruntur: nã licet postea cōuertatur, illa ei non proderunt, vt eadem distinct. 19. quæst. 1. artic. 5. monstratum est. Quare quæ pro aliquo viuo offeruntur suffragia, si ille in peccato extiterit, vel proderunt offerenti si indiget, iuxta illud Psalmi. 34. Oratio in sinu meo cōuertetur, vel in ecclesiæ thesauro reponetur. Et idem est si offeratur pro illo, qui creditur esse in purgatorio (vbi nemo est nisi Deo charus) qui tamen est in inferno, aut in celo.

Psalm. 34.

¶ Per hæc iudicare quispiam de hoc interrogato potest, vtrum sicut dum dominus in gra-

tia existens eleemosynam facit per seruum nequam, fructuosa est illa eleemosyna, ita si prælatus iustus iniquo subdito iniungat psalmos aliquos aut ieiunia in satisfactionem pro benefactoribus, orationes illæ & ieiunia sint apud Deum satisfactoria? Apparet enim sic habere propter vtriusque exempli similitudinem. Et ita credit, docetque Paluda. distinct. præsentiquæst. 1. Sed profectò mihi non satis persuasum est. Nam in eleemosyna pecunia ipsa est Domini, quare nil refert per quem illam pauperibus mittat: sed tamen orationes priuatae personæ & pariter ieiunia sunt propria opera ipsius. Quare licet prælatus meruerit iniungendo, opera tamen serui nequam non sunt Deo accepta. Accipe Paluda exemplum. Iubet Papa solennes vigilias pro defuncto summo Pontifice fieri, cap. vbi maius. de electio. lib. 6. si intelligatur, de vigilijs & missarum solennibus, quæ nomine publico ecclesiæ canonicè fiunt, tunc licet sacerdotes non sint in gratia, profunt: quia fiunt nomine ecclesiæ. Et idè est de processionibus & litanijs solennibus & canonicis. Sed si Papa, vel episcopus vel prælatus in religione orationes & ieiunia & eleemosynas iniungat, certè quæ à peccatoribus fiēt, non erunt satisfactoria, quia sunt peccatorum propria. ¶ Postremum denique dubium est, vtrum dum quis pro alio suffragia offert, sibi ipsi, qui facit, etiam profint. Ad quòd septima conclusio respondetur. Opus pro altero in subsidium eius erogatum, potest aut in ratione satisfactionis contemplari, aut in ratione meriti. Primo modo nisi opus satisfactionem superet, ad quam alter est obligatus: nihil eroganti prodest. Nihilominus de ratione meriti nihil ei deperit, imò plus ei potest meriti accumulari, quàm si pro se offerret. Probatur prima pars. Satisfactio fieri debet ad æqualitatem poenæ debitæ: si ergo tantum ille debet vel orationis vel eleemosynæ vel ieiunij, quantum ergo pro illo offero, nihil sit reliquum, quòd in meam cedat satisfactionem. Ex quo fit, quòd si illam eleemosynam non solum pro illo, sed pro me & pro illo offeram, minus vtriusque prodest, quàm si totum pro illo, vel totum pro me offerrem. An verò eadem de sacrificio & oratione sit ratio, videbimus artic. 4.

7. Cōclus.

¶ Posterior verò cōclusionis pars siquida est: quoniam opus quodcumque ex charitate profectum est illi meritorium qui facit: opitulari autem alijs vel orationibus vel eleemosynis vel ieiunijs est opus egregiæ charitatis: cum sit alterum alterius portare onera: ergo est id exhibenti meritorium. Imò tanta potest esse

Gg 3 alterius

alterius indigentia, vt magis sit meritorium, quam si ipse pro se faceret, nisi per hoc forte impediretur pœnitentiam soluere, quæ sibi in sacramento fuerat iniuncta.

Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, Paulum loco illo citato retributionem tantum docere condigni meriti: siquidem merita sunt opera, quæ per Dei gratiam seminamus: mensis autem est vita æterna, iuxta illud Ioannis. 4. Qui metet, fructum congregat in vitam æternam. Hæc autem nemini nisi pro eius proprijs meritis cõfertur, iuxta illud Psalmi, Eunt ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Quare dum quis pro alio suffragia offert, ille qui offert seminat meritum, & metet præmium: alter vero nec seminat nec metit, sed satisfacit per alterius suffragium.

Solu. 2. ar. ¶ Et hinc colligitur solutio secundi. Etenim cum opus satisfaciens fiat ex sua liberalitate, opus alterius pro quo fit satisfactio, nihil derogat diuinæ iustitiæ, vt illud in solutum referat, ac si ipse offerret, & sic quodammodo accipitur illud quasi opus illius.

Solu. 3. ar. ¶ Ad tertium vero respondetur, quod laus & meritum nemini tribuitur, nisi ratione proprii operis, & ideo qui suffragia erogat, meretur & laudatur, alter vero minimè, sed beneficium suscipit, quo expiatur. Nemo enim ex opere alieno laudatur, nisi vel consulendo vel adiuvando causa eius extiterit. Quod si rursus arguas. Par iustitia est reddere bona pro bonis & mala pro malis: sed neminem Deus pro alienis malis punit: ergo nec pro alienis bonis debet à proprio debito quæpiam absolueret. Respondetur, quod auferre alicui sine causa quod suum est, diuinæ iustitiæ repugnaret, quod contingeret, si innocentem quæpiam pro alieno delicto puniret, præsertim æterno supplicio. Acceptare autem bonum alterius pro altero sic diuinæ iustitiæ non repugnat, vt liberalitatem Dei & charitatem, quæ est inter proximos, commendat.

Solu. 4. ar. ¶ Ad quartum, quod defunctos respicit, respondetur, quod defuncti in gratia decedentes dum in corpore viuerent meruerunt, vt August. in enchiridio cap. 110. ait. In hac enim, inquit, vita omne meritum cõparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam vel grauari. Et ideo illa etiam ratione retribuetur eis prout in corporibus gesserunt. Vel forte prudentius dicendum, quod Paulus loquitur de retributione, quæ in die iudicij pro proprijs operibus

fiet, Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Id enim sententia illa significat, Opera illorum sequuntur illos. ¶ Ad aliud vero respondetur, quod quauis illi nobiscum non eandem constituant Rempub. nihilominus sumus charitate communicantes, in qua charitate nostra fundantur suffragia.

¶ Quod si rursus obijcias. Defuncti iam non sunt viatores: ergo neque sunt in statu satisfaciendi, sed satis patiedi: quibus illud adaptatur Job. 19. Semitam meam circûsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. Respondetur, quod quauis non sint in via merendi aut demerendi, vt respectu gloriæ ultra citraue progredi aut regredi valeant, nihilominus sunt in via, eo quod ab ingressu cœli remorantur. Et ideo licet simpliciter sit eorum via circûsepta suis gressibus, est nihilominus sic peruia, vt à nobis iuuari possint.

¶ Ad quintum per distinctionem responsum est. Peccatoris enim oratio & suffragium, quod non suo nomine, sed ecclesiæ vel alterius iustitiam facit, sunt quidem accepta Deo, non quia peccatoris, sed quia iustorum: nam licet per charitatem facientis, opus illud non viuat, viuunt tamen per charitatem illud mandantis. Quare licet sibi: scilicet, ministro, prodesse non possit, quia non est dispositus vt fructum charitatis suscipiat, prodest nihilominus alijs, qui diuina sunt charitate imbuti. Suffragia vero peccatorum, quatenus eorum sunt, Deo nec grata sunt, neque ad satisfactionem accepta, imò neque eorum orationes lege communi perinde ac illas Deus exaudit, quæ sunt de condigno meritorie. In quo sensu, ait, in Pastoralis Gregorius. Cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.

¶ Solet nihilominus Deus peccatorum preces exaudire, non quidem ob eorum dignitatem & meritum, sed si iusta petant, propter eius diuinam clementiam. Quare aliqui appellunt illud meritum de congruo. At verò vt. 2. libro de Natu. & gratia, capit. 4. dicebamus, profectò in peccatore nulla potest esse ratio meriti nec de cõgruo. Sed Deus illos ex sua benignissima largitate quâdoque exaudit: at verò pluries ex sua iustitia aures eorum precibus occludit.

¶ Sextum denique in septima cõclusionem per distinctionem dilutum est. In suffragio namque pro altero oblato satisfactio alteri tribuitur, sed meritum facienti referuatur.

ARTI-

Obiectio.

Dilutio.

Solu. 5. ar.

Gregor. 9.

Deus ex audit peccatores.

Solu. 6. ar.

ARTICVLVS. II.

Vtrum suffragia pro defunctis oblata quibuscumque defunctis prodesse valeant.

Partis affirmatiue ar. gum. 1.

Quaritur secundò prætermisissis suffragijs, quæ pro viujs offeruntur, quibusnam defunctorum profint, vt rtrum, scilicet, omnibus. Et arguitur à parte affirmatiua: & primùm, quod possint, existentibus in inferno prodesse, arguitur ex verbis Augustini in Enchiridio ca. 110. dicentis, quod quibus valent suffragia, vel ad hoc profunt, vt sit plena remissio, vel ad hoc, vt tolerabilior sit eorum damnatio: sed plena remissio non fit nisi in purgatorio, & damnati nulli sunt nisi in inferno: ergo illis prodesse possunt, vt tolerabilius crucientur. Accedit, quod vt in historia quadam vitæ Gregorij refertur, Traianus qui magno annorum numero in inferno cruciabatur, precibus eiusdem diui inde fuit liberatus. Qui uerò Damascenus in egregio illo sermone, De his qui in fide hinc migrarunt, id ipsum testatur dicēs, quod illius historiæ testis est Oriens omnis & Occidens. ¶ Secundò arguitur, quod etiam pueris in limbo profint: & verbis eodem loco Augustini dicentis, quod suffragia ecclesiæ pro non valde malis propitiationses sunt: pueri namque cum non propria voluntate peccauerint, sed aliena in Adam, non sunt valde mali æstimandi. Illis autem, qui non sunt valde mali, ait, ibidem Augustinus suffragia prodesse.

2. Argum.

3. Argum.

¶ Tertio arguitur, quod etiam quodammodo profint foelicibus animabus, quæ sunt in cœlo: nam suffragiorum potissima sunt missarum solennia, in quorum vna collecta habetur, Sicut sanctis tuis profunt ad gloriã, ita nobis proficiat ad medelam: quare in oblatione hostiæ, quæ in ratione sacrificij offertur, in tres particulas diuiditur, quarum tertia in calicem mersa beatos designat, vt distinctione. 13. quæstione. 2. artic. 5. diximus.

¶ Quod autem existentibus in purgatorio profint, ambigere non licet, secundum verbum Augustini loco citato, vbi, ait, suffragia ecclesiæ profunt his qui sunt mediocriter boni vel mali: hi enim sunt qui in purgatorio detinentur.

Partis negatiue

¶ In cõtrarium est verbum eiusdem sancti patris lib. de verbis Apostoli sermone. 32. Qui si nescit quæ per dilectionem operatur, eiusque sacramentis de corporibus exierunt, frustra il-

lis à suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, cuius (scilicet, pietatis) dum hic erant, pignore caruerunt. Et de beatis idem Diuus sermone. 17. de verbis Apostoli, & citatur capit. Cum Marthæ de celebratione missarum. In iniria, inquit, est orare pro martyre, cuius nos debemus orationibus commendari.

¶ Quæstio præsens iuxta receptaculorum numerum quatuor exigit conclusiones. Et quò à damnatis exordiamur, plures de illis olim nempe, quinque versabantur opiniones, quas hic Diuus Thomas refert, & aliquas tangit Augustinus in enchiridio capitul. 12. Origenis namque error fuit, quod suffragia existentes in inferno iuuant, atque adeò cum illa pœna sit secundum intentionem finita, tandem multiplicatis suffragijs finiri valet. Antiquus ille fertur Origenis error in libro Periarchon vt ad Auitum Hieronymus refert: scilicet, quod ex dæmonibus possint fieri homines. At verò homil. 9. super illud Matthæi. 19. Cum venerit filius hominis, &c. hanc opinionem remissionis suppliciorum inferni referens, nō ita firmiter videtur ei adhærere.

Quinque opiniones. Origenes.

¶ Alij verò & de tempore distinguebant, & inter personas. De tempore, inquam, aiebant, quod licet post diem iudicij omnia cessabunt suffragia: quare deinceps nullus in inferno existens illis iuuabitur, tamen ante illum diem quâ diu hoc seculum duraturum est, profunt nonnullis illorum. Ad cuius perpectionem inter personas illic oclusas sic discriminabantur, vt in fidelibus, qui nec fide Christi imbuti, nec sacramentis initiati de hac luce migrarunt, quia nunquam membra Christi fuerunt, neque ecclesiæ filij, nequaquam ecclesiastica suffragia profunt, quippe cum ecclesia non nisi pro illis, qui fidem professi sunt, oret. Et illos censebant appellari ab Augustino valde malos, de quibus in Enchiridio. capit. 110. ait, quod nostra suffragia nulla sunt illis adiumenta. Alij verò sunt, qui ecclesiæ gremio per fidem recepti fuerunt, & sacramentis imbuti, aliaque opera genere suo bona præstiterunt. Sed nihilominus in peccato mortali animam expirarunt atque hos arbitrantur appellari ibidem ab Augustino non valde malos, atque adeò illis nostra opera suffragari. ¶ At verò quoniã extemplo illis occurrebat ambiguitas: videlicet, inde consequi, eorum pœnam posse multiplicatis suffragijs tandem exhauriri, quòde rat in errore Origenis impingere, illi errorem cauere curantes bipertiti sunt. Præpositius enim, cuius est secunda opinio, concessit posse tandem totam pœnam extinguui, non

Præpositius.

tamen in perpetuum, vt Origenes cōsebat, sed vsque ad diem iudicij, quando resumptis corporibus retrudendi in eadem tartara sunt, abſque sine vllō & remedio cruciandi.

Hanc verò opinionem absurditas hæc conſequitur, quòd remittatur pœna ei cui non est condonata culpa, quòd tamen ordo diuinæ ſapientiæ non permittit. Etenim cum, vt ſupra diximus, opera noſtra nullam apud Deū fortiantur rationem iuſtitie ex viribus noſtris, ſed ex ſua gratuita acceptatione, ſit vt niſi perſona, quæ opus offert, grata ſit ei, opus ne queat eſſe acceptum.

Porretani.

Hoc ergo Porretani quidam nomine perſpicientes, aliam excogitarunt tertiam opinionem. Nempe, per noſtra ſuffragia illorum infernalium, qui in fide mortua Chriſti receſſerunt, ſupplicia minui: non tamen ſecundum æqualem quantitatem, ſed ſecundum partes, eadem ſemper proportione minores. Verbi gratia. Si per vnum ſacrificium dimidium pœnæ remittitur, per aliud æquale dimidium illius reſidui tollatur & per aliud itidem dimidium reſidui: & cum hac diuiſione quantitas ſit in infinitum diuiſibilis, nunquam tota poterit exhauriri pœna. Horum autem opinionem probè, ait, Diuus Thomas, multis modis deficere. Primò, quia huiusmodi proportionalis diuiſio non tam ſpirituali congruit quantitati, quàm corporali. Secundò, quia non eſt villa ratio cur ſubſequens æquale ſuffragium non tantundem pœnæ tollat, quantum præcedens. Tertio, quia cum pœna ſequatur culpam, & culpa non diminuatur, ratio non permittit pœnam minui. Quarto, quia licet in diuiſione lineæ procedatur in infinitum: deuenitur tamen ad tam exiguam partem quæ nõ ſit ſenſibilis. Pariter ergo in diuiſione pœnarum deueniretur ad inſenſibile, quòd ferè eſſet in errorem Origenis recidere.

Altiſtodoro opinio.

Altiſtodorensis, vt hic ait, Diuus Thomas, quartam meditata eſt opinionem, ſcilicet, quod per ſuffragia viuorum licet damnatorum pœnæ nõ remittantur, corroborantur tamen ipſi, vt minus eas ſentiant. Quauis libr. 4. capitulis duobus de damnatis opinionem Præpoſitiui prius ſuſtinens, probabilius arbitretur, quòd nullatenus damnatis proſint ſuffragia. Cuiuſcunq; tamen illa fuerit opinio, falſiſſima eſt. Nam cum pœna inſtigatur, vt ſenſu cruciet, & culpa damnatorum nullatenus remittatur, nõ eſt iuſtitie cõſentaneum leuamen illud, vt minus ſentiantur pœnæ: præſertim quòd ſi illud eſſet verum, tantum poſſet irroboratione, illa creſcere, vt pœnarum ſenſum adimeret.

Quinta demum opinio pluſculum prima facie probabilitatis præfert: nempe, quòd ſuffragia quauis non aliter, hoc tamen modo refrigerium damnatis afferant, vt conſpicientes nõ vsque adeò eſſe à ſuis amicis in hac vita deſpectos, quin pro eis orent, minus doloris ſentiant, quàm ſi viderent proſus eſſe obliuioni, & deſpectui habitos. Sed tamen hæc opinio legi cõmuni non conſonat. Quoniam, vt Auguſtinus in libro de cura pro mortuis gerenda author eſt, ſpiritus damnatorum non vident quæ apud nos aguntur. Quòd autem ſupra legem communem ſuffragia eis Deus viuorum reuelat, non eſt conſentaneum.

1. Cõcluf.

His igitur poſthabitis falſis opinionibus, ſtatuitur prima huius articuli conſuſio. Damnatis, qui in inferno cruciantur nihil eccleſiaſtica ſuffragia, ſecundum ordinariam legem prodeſſe valent, neque vllus eis poteſt opem ferre, ſed debent in perpetuum ad iuſtum meritum pœnas luere, quia eas nuſquam perſolue re valent. Dixerim ſecundum legem ordinariam, propter illos, qui arbitrantur per ſingulare præiulium poſſe ſecus contingere, quòd citò examinabimus. Ratio conſuſionis ex parte damnatorum eſt, quòd ratione ſua ſtatus ſunt in odio Dei obſtinati, Deum ſubinde continenter ſua mente blaſphemantes, quo ſenſu, ait, Pſalmo. 6. Dauid, Conuertere domine & eripe animam meam: ſcilicet, dum vita mihi ſuper eſt. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem quis conſitebitur tibi? Quæſi dicat, In mortis articulo, dum corpus quòd corrumpitur aggrauat animam, difficile eſt, vt homo ſit memor tui: in inferno autem, impoſſibile: & cum niſi eorum, qui ipſum conſitentur, Deum non miſereat, non ſunt illi miſericordiæ eius capaces, neque fructus paſſionis Chriſti, per quam ſolam & culpæ & earum ſubinde pœnæ remitti valent.

Secunda ratio ex parte noſtra eſt, quòd ſuffragiorum fundamentum eſt charitas, qua ſumus membra viuentia in Chriſto: cum ergo illi extra charitatem ſint, nullatenus noſtrorum, ſuffragiorum participes eſſe poſſunt.

Confirmatur hoc ex ſententia illa Matthei vigefimo quinto, qua vt beati in vitam æternam, ita & damnati in ignem mittuntur æternum. Nomen autem æternitatis hoc ſonat, quod res perpetuo ſine interpolatione, aut vilo cremento, vel decremento, pari modo duret. Ergo ſicut beatorum gloria, neque augeri, neque minui eſſentialiter poteſt, ita neque damnatorum tormentum.

¶ Imò

Orare pro dānatis peccatum. ¶ Imò verò adeò eſt hæc cõcluſio certa, vt pro damnatis orare peccatum ſit genere ſuo mortale. Quoniã petere à Deo non licet niſi quòd ſecundum eius legem impetrare ab illo poſſumus. Cum ergo de dānatis ſtet ſirma ſententia vim obtinens legis, qua ſunt ab eius miſericordia excluſi, peccatum eſt, pro illis orare. Vnde Auguſtinus. Si ſcirem, inquit, matrē meã eſſe in inferno, nõ magis pro illa orarē, quàm pro diabolo.

Auguſt.

Alind arg.

Atque hoc eſt aliud recens conſuſionis argumentum. Sunt enim animæ eadem quæ dæmones ſententia damnatæ: pro dæmonibus autem orare non licet: ergo neque pro dānatis hominibus. Quocirca idem Auguſtinus loco in Enchir. citato, vniuerſos infernales, ſiue inſideles fuerint ſiue Chriſtiani, appellauit valde malos, quibus noſtra ſuffragia auxilio eſſe non poſſunt.

Teſtimonia ſcra.

Quapropter etſi Diuus Thomas impræſentiarum moderate dixerit tutius eſſe ſimpliciter dicere quod ſuffragia nõ proſunt dānatis: nec pro eis eccleſiã orare, quæ ſuo tẽpore (vt ex Altiſt. colligitur) in opinionibus id veritatem aſſeuerantiis tamen iam nunc aſſerenda eſt conſuſio, vel tanquam catholica, vel tanquam catholice proxima, ſaltem de lege communis. Ille quippe eſt ſenſus illius Eccleſiaſtic. 1. 1. Vbi ceciderit lignum, illic erit: ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem: quaſi nulla ſit poſt mortem amplius, vel in celo vel in inferno mutatio. Et de damnatis præcipue intelligitur illud Deuter. 25. Pro menſura delicti erit & plagarum modus. Et Apocalypſis. 18. Quantum gloriſicauit ſe & in delicijs ſuit, tantum date illi tormentum & luctum. Et Job. 7. Sicut conſumitur nubes, & pertranſit, ſic qui deſcendit ad inferos, non aſcendit. Sed præ omnibus ponderat, quòd infernus appelletur ignis æternus. Quapropter canit eccleſia, quòd in inferno nulla eſt redemptio. Quoverbo omnes opinioniones contrariæ excutiantur. Non enim ſolum ait, Non eſt redemptio: ſed nulla. Videlicet, neque, vt poſſint inde exire, neque, vt poſſit eorum pœna remitti, nec vt vilo valeant refrigerio releuari. Quare in oblatione hoſtiæ nulla particula damnatis conſignatur.

Fidelium Deus, etc.

Sed aſſerebat pro ſe Præpoſitiuus, quòd eccleſia pro cunctis fidelibus deſunctis orat, in illa collecta. Fidelium Deus omnium conditor, &c. ſcilicet, pro omnibus, qui fidem ſuſceperunt. Iuxta verbum Auguſtini loco citato dicentis, quòd orat pro omnibus baptizatis. Adde, quòd ſaltem dānati, qui baptizati fue-

runt mereri potuerunt, iuxta verbum Auguſtini, vt eccleſia pro illis oraret.

Historia Brādani de Iuda.

Item orat eccleſia, ne animã deſuncti abſorbeat tartarus, quo nomine ſignificari videtur damnatorum infernus. Altiſtodorensis prætere loco citato inter defendendum Præpoſitiuum, aſſert hiftoriam de vita Sancti Brādani, qui vidit Iudam incedentem per prata, & rogatus cur non eſſet in inferno, reſpondit, quòd vsque ad aliquod tempus refrigeriũ habebat propter bona quæ fecerat.

Eccleſia nõ orat niſi pro iuſtis deſunctis.

Reſpondetur autem ad primum, quòd eccleſia non orat niſi pro fidelibus: qui diſceſſerunt cum fide formata, quibus ſcilicet, redemptio Chriſti proſuit: & ideo additur Cõditor, & redemptor, & collecta ſic concluditur. Vt indulgentiam quam ſemper optauerunt: ſcilicet, vique ad mortem: pijs ſupplicationibus conſequantur. Quare licet Chriſtiani in gratia exiſtentes mereantur, vt eccleſia poſt corũ obitum pro illis oret, tamen per peccatũ mortale meritum illud extinguitur: iuxta verbum Ezechielis. 18. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, omnes iuſtitie eius quas fecit non recordabuntur. Et ideo Auguſtinus in authoritate ſu præ citata de verbis Apoſtoli. Sermone trigeſimo quinto, ait, quod eis qui ſine fide, quæ per charitatem operatur, de corporibus exierunt, fruſtra impendantur ſuffragia. Idemque repetit in Enchiridio. capitul. 112. dicens. Fruſtra nonnulli damnatorum pœnam & cruciatum ſine intermiſſione perpetuos, humano miſerentur affectu: allegantes illud Pſalmi. Num obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit ira ſua miſericordias ſuas? Quia hoc, inquit, ſine vilo ſcrupulo de his intelligitur, qui vana miſericordiæ nuncupantur.

Solu. 2. ar.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd eccleſia ante obitum orare poteſt & ſolet pro inferno, vt ab inferno damnatorum liberetur: ſed poſt obitum nequaquam, niſi vt liberetur à purgatorio, vel ſaltem pœna ei illa remittatur. Quòd ideo purgatorium nomine Tartari intelligit, quia eſt locus horrendus: & animas quoque dicitur abſorbere. Quapropter licet iam tunc lata ſit ſententia, nihilominus eccleſia loquitur ac ſi tunc anima eſſet in iudicio, Et ideo in præces ait, Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo. Vel dicendum, quòd etſi ſententia lata ſit, rogat tamen, vt illam pœnam vel in totam vel in partem condonet. Quare vbicunque in exequijs orat, vt Deus pius & miſericors indulgeat & abſoluat quicquid homo peccauit, non intelligit de remiſſione culpæ: nam

si mortalis erat, iam anima est in inferno: venialis verò per propriam charitatem ei remittitur in purgatorio. Sed intelligitur de remissione peccati. Illa verò historia Brandani non est authentica. ¶ Quòd si arguas. Ecclesia orat pro viuis existentibus in peccato mortali: ergo potest orare pro existentibus in inferno.

Obiectio.

Dilutio.

Solu. argu. mentorum.

Sententia aut.

Negatur consequentia: quia viuentes possunt conuerti, & ideo orat ecclesia, vt cōuertantur: damnati verò minime. ¶ Quòd ergo ad argumenta respondeamus, auctoritas Augu. primo argumento citata interpretis iuris canonici conturbat super canonē Tempus. 13. q. 2. non intelligentes quidnam Augustinus intellexerit, per nonvalde malos, & per valde malos. Arbitrantur nanq; etiam in inferno esse non valde malos, pro quibus ideo orare licet: nempe, si fuerint Christiani: & ideo glossa incidit in illam confutatam Porretanorum opinionem, quòd damnatis remittitur poena, licet inæqualis per æqualia suffragia. Et ideo cum subdit August. quòd quibus profunt, aut profunt vt sit plena remissio, aut vt tolerabilior fiat dānatio, primum membrū referunt ad eos, qui sunt in purgatorio, secundum verò ad quosdam existentium in inferno. ¶ Sed hæc omnia sunt manifestè falsa: quare, vt bona venia dixerim, consultius isti facerent, si de ijs quæ alienæ sint facultatis nil definiret. Diuisio enim trimembris Augu. manifestè de tribus diuersis receptaculis intelligitur: appellat enim valde bonos cunctos foelices in paradiso existentes, & ideo, ait, quòd suffragia respectu illorum, qui illis non indigent, sunt gratiarum actiones: sed valde malos appellat per contrarium extremum, vniuersos qui sunt in inferno, tam Christianos, quàm infideles, etiam si minimo peccato mortali discesserint, idem enim est valde mali, quòd inimici Dei, & illis, ait, nullatenus suffragia nostra esse adiumentum, sed sunt quale scunq; viuorum consolationes. Et idem est de existentibus in limbo puerorum. Igitur per non valde malos, omnes, solusq; intelligit, existentes in purgatorio, qui dicuntur esse & mediocriter boni, & mediocriter mali: quippe, qui ita sunt amici Dei, vt tamen in tēpus arceantur ab eius conspectu. Et de istis duntaxat subdit suffragia illis, vt propitiationes prodesse, vel vt sit plena remissio, vel vt tolerabilior sit dānatio: non enim loquitur de damnatione inferni, sed appellat damnationem illam condemnationem purgatorij. Nam cum poenæ illæ sint longè inæquales, & pariter suffragia, quandoque contingit, vt per vnum suffragium tota poena tollatur, quā

doq; verò non, nisi quòd vna pars remittatur.

¶ Historia verò illa de Traiano, Diuum Thomam, Altisiodorensē, & Teologorum plerosq; non parum mouet. Nam quauis apud Gregorium ipsam non reperiatur, Damascenus tamen auctoritatem illi adrogat. Et primum omnes consentiunt non potuisse Traianum ab inferno eripi, & denique per eius contritionem & conuersionem: repugnet nanq; legi Dei aliter fieri. Et ideo aiunt precibus Gregorij resuscitatum in paruulum tempus, quo conuersus iterum defunctus est & saluus factus. Quinuerò Altisiodorensis in illo capitulo, de damnatis libro quarto, plures existimat ab apostolis ex dānatis infidelibus resuscitados. Qui ideo potuerunt salui fieri. Quod si ita est, necesse est subinde dicere conclusionem perpetuitatis inferni intelligi secundum legem ordinariam, sed ex priuilegio posse inde animas erui.

¶ Sed tamen primum omnium profectò de historia Traiani diffiteri non possum mihi fieri creditu durissimam: quoniam, vt supra diximus, certum est peccatum esse mortale orare pro damnatis. Quomodo ergo Gregorius hoc ignorare potuit? quòd si non ignorauit, quomodo secus fecit? Atqui Abulensis super quartum librum Regum quæstione. 57. fateatur Gregorium mortaliter peccasse orando, p Traiano, sed nihilominus fuisse exauditum, & in poenam peccati condemnationem fuisse vt dolore stomachi laboraret. Quod profectò nescio quis credat. Mallem dicere Gregorium dubitatem an esset in inferno orasse pro illo: sed neq; hoc facile credo.

¶ Item quòd aliqui fuerint ex inferno damnatorum resuscitati, qui postea in cœlum euoluuerint, videtur rationi prædestinationis aduersum. Consequitur enim quòd aliqui prædestinati fuerint in inferno damnati: non simpliciter, sed sub conditione nisi postea resuscitarentur. Id quòd auctores illarum opinionum facilius concedunt, fortè quàm valeant alijs persuasum facere. Nam verissimum est in obitu cuiusq; sententiam absolutè ferri, ite in ignem æternum, aut in vitam æternam: qualiter est in die iudicij ferenda.

¶ Fateor tamen hoc argumentum non esse contemnendum, quòd cum Apostolice deinceps alij Euangelij promulgatores plures inter gentes excitauerint mortuos, coniectura sit, quosdam sua gentilitate damnatos suscitasse. Respondere tamen possumus fortè non suscitasse nisi eos, qui inuincibili ignorantia Christianæ legis laborantes in legena

Historia Traiani.

Abulensis.

Argumentum.

ge naturæ seruari poterant: aut alios catechumenos aut Christianos, atq; adeò in purgatorio existentes. Quibus autem contraria opinio placuerit, non subinde dicere tenentur, vt de existentibus in purgatorio & in limbo patrum dicebamus, resuscitari cōfirmatos in gratia aut certos de sua salutē. Satis enim amplum beneficium Dei erat, quòd cum in inferno essent, restituerentur in vitam, in qua lege communi, possent saluari. At quauis hæc teneatur opinio, quòd ex priuilegio possunt aliqui ab inferno exire, nullatenus tamē pro illis orare licet: quia oratio non debet nisi secundum legem communem fieri.

2. Cōclusio.

¶ Secunda superiori similis conclusio est. Pueris non baptizatis in limbo suffragia viuentiū non profunt. Et ratio est similis: quia sunt in perpetuum a regno cœlorum relegati: neque in vita meruerūt, vt eis defunctis suffragia prodesse. Neque verò sunt in charitate, qua sumus defuncti & nos tanquam membra viuētia in Christo cōmunicātes: quibus iubet Apostolus, alterum alterius onera portare.

Solu. 2. ar.

¶ Vnde ad secundum argumentum respondetur. Quòd quauis pueri non damnentur nisi pro peccato, quòd aliena voluntate in Adam commiserunt: nihilominus sunt valde mali earatione qua sunt Dei inimici, & eius fide carentes. Quòd sufficit, vt eis nō profint nostra suffragia. Tameñ si non sint tam mali quàm qui in inferno cruciantur.

3. Cōclusio.

¶ Tertia conclusio. Neq; verò beatis nostra suffragia quicquā valent. Illos enim appellat Augustinus valde bonos, respectu quorum nostra suffragia non sunt inuamen, sed gratiarum actiones. Et ratio est patentissima: quoniam suffragia, vt nomen ipsum sonat, non sunt nisi auxilia, quibus miseris & egenis opē ferimus. Beati verò ab omni sunt miseria & egestate immunes. Neque quippiam habent de quo satisfacere debeant: neque verò eorum potest augeri foelicitas, & ideo, vt ait citatus Augustinus, iniuria fit sanctis, dum pro eis oratur.

Solu. 3. ar.

¶ Quapropter ad tertium argumentum respondetur, sacra altaris solennia prodesse sanctis ad gloriam, non quòd eis aliqua essentialis gloriæ ratio augeatur: cum obiectum illius gloriæ sit Deus. Sed nobis potius festa que illis feriamus, profunt ad gloriam. Dicuntur tamen eis quodammodo prodesse materialiter, & extensiuè. Quia cum illa sacrificia quæ nos facimus, videant in verbo, de illis gaudent. Nō quidem, quòd gaudium sit eorum intentus, sed extensus, quia gaudent de pluribus quàm

antea, quòd proinde appellatur gaudium accidentale. De quo gaudio intelligitur illud Luc. 15. Gaudium est Angelis Dei de vno peccatore poenitentiam agente.

¶ Ad aliud verò de particula mersa in calice pro beatis. Respondetur, quòd non immittitur ad significandum, quòd sacramentum & sacrificium, aliquid gratis, vel fati factionis eis impartiatur, sicut suscipientibus sacramētum: aut illis pro quibus sacrificium offertur, qui indigent adiuari. Sed ad significandum esse participes redemptionis Christi, & triumphare de victoria parta dum hic militarent.

¶ Quarta conclusio, quæ ex superioribus colligitur. Illæ defunctorum animæ, quibus suffragia viuentiū profunt, sunt omnes & solæ existentes in purgatorio. Illas enim appellat Augustinus non valde malas, quibus ait suffragia esse propitiati ones. Quare de his intelligitur conclusio præcedentis articuli, qua diximus suffragia prodesse defunctis. Habent enim qui sunt in purgatorio conditiones duas. Priorem, quòd suffragijs indigent, quo differunt à beatis: posteriorem, quòd sunt in charitate, qua meruerunt, vt illis viuentes suffragari possent, quo differunt à damnatis.

¶ Hanc conclusionem refutant hæretici dicentes, in sacris Biblijs non contineri. At verò in primis purgatorij confessione supposita, quæ locis supra citatis monstrauimus: quauis nullum esset sacrum testimonium ratio ipsa charitatis fati hanc veritatem edocet. Poenæ enim purgatorij adhibitæ sunt in supplementum satisfactionis, quæ in hoc seculo non fuerat plenè consummata: & ideo viuui, sicut viuuentibus, ita & isti modi defuncti suffragari possunt.

¶ Nihilominus extat testimonium supra citatum. 2. libr. Machabæorum cap. 12. Vbi legitur fortissimum Iudam mille drachmas argenti Hierosolymam misisse, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium: bene & religiosè de resurrectione cogitans mortuorum: scilicet, qui cum pietate dormitionem acceperāt. Vnde subdit sacra historia. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

¶ At verò hæretici qui aliter respuere tā apertū testimoniū nō poterāt: cogitarūt (quæ sua genuina vafriçies est) auctoritatē illorū librorū demoliri: dicētes non esse canonicos. At verò quauis in cōcilio Laodiceno relati nō fuerint, neq; Hier. in prologo galatæ eos retulerit, tamē ecclesia, quæ veluti aurora cōfurgēs successit tēporū magis ac magis spiritus sancti lumine in

4. Cōclusio

Probatio.

Libri Machabæorum.

ne in huiusmodi decretis suscipiendis, amplian disque perfunditur illos in canonem retulit, vt patet in concilio Carthaginensi tertio, cui Augu. subscripsit, qui ideo. 2. lib. de doctrina Christiana capitul. 8. eos inter canonicos recenset. Et Gelasius Papa cap. Sancta Romana. distinet. 15. & concilium œcumenicum Florentinum, ac subinde Tridentinum. Quibus adeo sacrosanctis decretis fidem abrogare aut iusfirmare nefas est. Et Tobia. 4. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue.

August.

¶ Veruntamen Augustinus in libro, De cura pro mortuis gerenda, capit. 1. postquam testimonium illud Machabæorum ad hanc veritatem allegauit, subiungit dicens. Sed etsi nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua hac consuetudine claret auctoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Et de verbis apostoli sermone. 32. Orationibus, inquit, sanctæ ecclesiæ & sacrificio salutari & elemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quàm sua peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditum vniuersa seruat ecclesia, vt pro eis qui in corporis & sanguinis Christi communionem defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, atque pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum vero eorum commendandorum causa operæ misericordiæ celebrantur, quis eis dabit suffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur? Non omnino ambigendum est ista pro defunctis, &c. Hæc ille.

Dionysius

¶ Hæc autem ecclesiæ sanctæ consuetudo ab ipso apostolorum æuo certum est originem ducere. Dionysius enim Pauli discipulus, in libro ecclesiasticæ Hierarchiæ capit. 7. Quemadmodum sacer præsul pro defunctis oret, commemorat dicens, Sanctorum preces in vita illa, & non tantum post mortem prodesse. Vbi dicens, post mortem, insinuat & defunctis prodesse: & subdit. Inter precandam igitur oratur diuina bonitas, vt cuncta peccata defuncti per humanam infirmitatem admissa dimittat: eumque in luce colloquet: & regione viuorum, in sinibus Abraham, Isaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor, tristitia, & gemitus. Vide quàm sit antiqua precatio hæc, qua ecclesia in exequijs vtitur defunctorum. Idem repetit antiquus ille Theologus Gregorius Nazanzenus in oratione funebri ad Casariū

Grego. Nazan.

fratrem de matre sua. Et Chrysostomus homilia. 41. super primam Epistolam ad Corinth. 15. ait Non est temerè hoc excogitatum, nec frustra memoriam mortuorum inter Sacramysteria celebramus, nec temerè, qui altari assistit, inter horrenda mysteria clamat, pro omnibus in Christo dormientibus: Vnde concludit dicens. Opitulemur igitur his fratres, & memoriam pro ipsis faciamus. Et homilia. 69. & 70. ad populum mirificè de suffragijs mortuorum loquitur. Ad hæc eloquentissimè simul, ac religiosissimè Damascenus totum illum citatum sermonem: de his qui in fide hinc migrarunt, hoc suffragiorum pro defunctis argumentum locupletat. Vbi, ait, Apostolos ipsos saluatoris discipulos memoriam eorum, qui fideliter obdormierunt habendam edidisse. Quod adhuc firmiter atque adeo sine contradictione obseruat Apostolica & catholica ecclesia Christi & Dei, à finibus vsque ad fines terræ, ab eoque tempore vsque in præsens, & in finem mundi vsque. Omnino hoc neque vanè, neque absurdè, neque temerè, fortuito ne ordinatum est. Quæ enim Christiana religio erroris nescia suscipit, & in tot secula seruat inconcussa, minimè vana sunt, sed vtilia, Deo placita, salutisque nostræ conducibilia plurimum. Hæc tenus ille. Operosum autem nimis esset aduersus istos hæreticos in suffragia oblatrantes vniuersa sanctorum patrum testimonia percerere. Consultissimè ergo simul ac sanctissimè, præter quotidiana suffragia & sacrificia, diem crastinum omnium sanctorum ecclesia dedicauit: quo viuentium pietas animabus purgatorij suffragaretur.

Chryso.

Damasc.

¶ Hinc fit verbum illud ecclesiasticum. In inferno nulla est redemptio, atque illud Psalmi, In inferno autem quis confitebitur tibi? binam expositionem admittere. Aut enim intelligitur de inferno damnatorum: aut si accipiat nomen, vt etiam comprehendat purgatorium, intelligitur (vt in prædicto sermone, ait, Damascenus) comminatorie, secundum causas inferiores, puta secundum exigentiam meritum animarum quæ purgatorio deputantur: vt, scilicet, ad iustum poenas luant, sed secundum diuinam misericordiam, quæ vincit humana merita, seditur Deus, vt sententiam mutet: cuius exempla in Niniuitis, Achab, & Ezechia extat. Quare tantum potest esse suffragium, vt tota expietur poena: quæ quidem expiatio vicè habet purgationis, quæ erat facienda per ignem.

ARTI-

ARTICVLVS III.

Utrum solo sacrificio altaris, & orationibus & elemosynis iuuentur defunctorum anime.



Vbsequitur articulus tertius de suffragiorum numero & genere, & arguitur quod non sint tantum tria illa suffragiorum genera quæ Augustinus sermone citato. 32. de verbis Apostoli. & lib. de cura pro mortuis gerenda, commemorauit. Scilicet, orationes sanctæ ecclesiæ, & sacrificium salutari, & elemosynæ, quæ pro defunctorum spiritibus erogantur. Et arguitur primò à parte negatiua. Gregorius ad Bonifacium, & refertur ca. Anima. 13. quæstione. 2. Anima, inquit, defunctorum, quatuor modis soluuntur: aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum elemosynis, aut ieiunio cognatorum. Non ergo sunt tantum tria.

Parisneg. 4. tunc arg. 1.

2. Argum.

¶ Secundo. Et cura funeris, & sepulturæ pompa, ad suffragia pertinere videntur. Refert enim Augustinus libro. 1. de ciuitate Dei, antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata, & exequias celebratas, & sepultura prouisa: & Tobias angelo id attestante, capitul. 12. suæ historiæ sepeliendo mortuos Deum promeruisse refertur. Sunt ergo hæc defunctis adiutoria, alioquin vana essent.

3. Argum.

¶ Tertio & indulgentiæ, quas ecclesia in subsidium mortuorum largitur, illis profunt. Ergo non sunt tantum tria illa suffragiorum genera. ¶ In contrarium videtur militare Augustinus allegata sententia.

Pars affirmatiua. Restitutio & satisfactio non sunt idem.

Imperitia vulgi.

¶ In introitu statim quæstionis presentis, hoc admodum operæ pretium est, quod distinctio ne. 19. prædiximus. Nempe, restitutionem, & satisfactionem, non esse rem vnã, sed diuersas. Restitutio namque opus iustitiæ est inter homines: vt vnusquisque quod debet reddat, quanuis citra iniuriam fuerit acceptum: satisfactio vero sit Deo ratione iniuriæ. Quare suffragia ad satisfactionem pertinent, non ad restitutionem. Hoc ob id dixerim, quod imperitum vulgus arbitrat animam defuncti in purgatorio deineri, quousque debitorum restitutio hic fiat, veluti, si teneretur apud nos in carcere seculari: quod quidem res est falsissima, diuinæque iustitiæ aduersa. Etenim si defunctus dum viuebat, in ære alieno soluendo fecit quod debuit, in suo scilicet, testamento

id mandauit hæredibus, quos bona fide credebatur suam executuros voluntatem, & aliud purgandum non habebat, illico euolabit in cœlum: quanuis debita nunquam soluatur. Quia culpa hæredum in illa restitutione facièda, nullatenus nocere potest defuncto: cum in sua potestatem non sit remedium adhibere. Deuse enim neminem punit nisi proprio culpis, quas egit in corpore. Anima ergo non purgabit in purgatorio, nisi illud satisfactionis quod supererat remisit culpis. Quapropter purgato illo peccatorum reatu, quanuis debita nunquam soluatur, anima de purgatorio transmigrabit in cœlum. Alioquin si exitus à purgatorio à voluntate penderet illorum, quibus hic restitutionem facere incumbit, sequeretur, quod si nunquam illam facerent, nunquam anima à poenis illis eriperetur, quod est cœcè su absurdissimum. E cõuerso si defunctus in restitutione hæredibus aut executoribus testamenti demandando non fecit quod debuit, vt pote, quia non bona fide existimabat esse faciendam, damnabitur quidem, quanuis illico post mortem fortè ad alienum soleatur. Itaque defuncto post mortem nihil refert quando fiat restitutio, nisi fortè exitus in cœlo suorum diligentiam agnoscat, quæ illi erit grata. Sed executores testamenti vel hæredes tenentur debita soluere: vbi cunque credant esse animam defuncti, siue in inferno, in purgatorio, siue in cœlo. Suffragia ergo sola sunt quæ existetes in purgatorio iuuat: siue quæ defunctus pro se fieri mandauit, siue quæ viui pro eis offerunt.

Nota.

Cœlestis.

Sacrificij.

¶ Hoc ergo supposito ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima, licet tria sint potissimum & maxime proprie suffragiorum genera: scilicet, sacrificium, elemosynæ, & oratio, nihilominus ieiunium quoque, & alia eiusmodi poenalia opera ad id muneris conferunt. Probatur prior pars. Viuorum suffragia ex duplici radice defunctis profunt: scilicet, & quia viui defunctis per charitatem compinguntur, & quia viuentium intentio, ad eosdem defunctos refertur. Quocirca ea viuentium opera suapte natura nata sunt defunctis præcipue suffragari, quæ ad communionem charitatis, vel ad directionem intentionis in alterum attinent: sacramentum autem altaris, quia Christum continet, quo tota ecclesia vnitur & consolidatur, est origo, & vinculum charitatis inter omnes qui hinc vna sunt membra eiusdem Christi. Et ideo illud est suffragiorum omnium princeps: & quod potissimè suo genere

nere defunctis prodest. Inter effectus autem charitatis, quæ est inter proximos, principem locum obtinet eleemosyna, quæ est miserorū subleuatio. Ob idque ratione eiusdem charitatis conuenit eleemosynæ propria ratio suffragij. At verò ratione directionis qua intentio in alterum dirigitur, oratio etiam propriè inter suffragia collocatur. Quippe quæ non solum respectum dicit ad orantem, vt cætera bona opera, sed ad illum pro quo oratur.

Eleemosyna.

Oratio.

¶ Non constituimus hic vtra suo genere præstantior sit, oratio ne an eleemosyna. Nam cū oratio ad Deum immediatius dirigatur, præstantior suo genere est. Sed rationes explicamus quibus hæc propriè suffragia censeantur. Ieiunium verò non tam propriè refertur ad alterum, quàm alia tria, sed ad ipsum ieiunantem in epe ad macerationem & afflictionem proprii corporis. Et ideo quauis propriè inter opera satisfactionis, quia poenale est, annumeretur: non tamen tam propriè inter suffragia quæ pro alijs offeruntur. Et ea propter Augustin. tanquam propria suffragia illa duntaxat tria recensuit. Gregorius verò laxius extenso nomine, ieiunium quoque comprehendit. Et eadem ratione flagella: & humi cubatio, & alia id genus tristitia molestaque opera, potest homo pro sua defuncto in ratione suffragij perferre & offerre.

August. Grego.

Solu. 1. ar.

¶ Et per hoc solutum est argumentum Gregorij. Ex quo sequitur quòd in ratione propria suffragij non tam æstimanda est ratio poenalis: quam patitur ille qui suffragatur (qualis est in ieiunio) quàm effectus, qui in aliam tranfit, qualis est in eleemosyna.

Cur alia sacramenta non sint suffragia.

¶ Eadem est ratio in sacramentis. Baptismus enim & confirmatio, & reliqua, quia non sunt nisi mera sacramenta: quorum effectus solum recipienti tribuitur, qui regeneratur, confirmatur, & ordinatur, suffragiorum rationem minime fortiuntur: sed eucharistia, quæ non solum sacramentum, verum & sacrificium est. Quauisquam virtute operis operantis possint reliqua sacramenta ad suffragia referri, quatenus homo vel baptizatur, vel confitetur, vel ordinatur, vt maiori cum dignitate pro suis oret defunctis. ¶ Autoritas verò illa Paul. 1. ad Corinthios. 15. Si omnino mortui non resurgunt, quid faciunt illi qui baptizantur pro mortuis: videtur insinuare quòd sicut eucharistia, ita baptismus offerri valeat pro mortuis. At verò illic Paulus imperitiam quorundam subnotat: qui dum ad fidem conuertebantur, postquam semel baptizabantur, vt fierent christiani, rursus baptizari contendebant pro

1. Cor. 15.

suis defunctis, qui sine baptismo decesserant, existimantes illis profuturum.

¶ At quoniam dictum est, sacrificium missæ, omnium suffragiorum esse potissimum, admonito hic opus est: quòd quanquam id verissimum sit: ex obiecto & genere suo, quia Christus illic offertur, nihilominus ratione necessitatis pauperum, quos nobis Christus tan toperè commendauit, dicens. Pauperes semper habebitis vobiscum, potest eleemosyna quandoque esse Deo gratior & acceptior in satisfactione pro defunctis, quàm longa missarum multiplicatio. Absit vt quis negauerit missas imprimis esse pro defunctis offerendas. Veruntamen postquam aliquo numero pro ratione qualitatis personæ offerentur, melius est largissimas eleemosynas in pauperes profundere: quàm centenarum aut millenarum missas accumulare. Necessitas enim pauperum etiam corporalis, efficere potest, vt verum sit tunc etiam verbum Christi. Misericordiam volo, non sacrificium. Et diuites iussit, vt de mammona iniquitatis amicos pauperes sibi conciliarent, qui eos reciperent in æterna tabernacula. Et in die iudicij non aliam rationem mittendi, alios in vitam æternam, atque alios excludendi, commemorat, quàm quia esuriui & dedistis mihi manducare. Nā quod vni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

Eleemosyna pro defunctis.

¶ Cæterum missæ, quæ pro defunctis offerri ordinaria lege debent, sunt illæ, quas ecclesia pro defunctis constituit dicendas: in quibus psalmos & collectas, ad rem propriè accommodatas optimo iudicio selegit cantandas, aut recitandas. Qua ratione huius ecclesiasticæ institutionis eiusmodi missæ sunt magis meritorie & satisfactorie pro defunctis. Nihilominus ratione singularis deuotionis, qua defunctus erat erga sacratissimam virginem vel erga aliū diuū affectus: potest fieri compensatio, vt aliæ missæ in honorem eorundem sanctorum offerantur, qui pro defunctis Deum exorantur.

Defuncto rui missæ.

2. Conclus.

¶ Secunda conclusio. Quauis sepultura per se nulla, rationem suffragij non induat, exequiæ tamen, quibus funus curatur, suffragia sunt. In sepultura enim tria est considerare: scilicet, officium ipsum humanditumulandi que cadaver. Præterea pompas & ornamenta, quibus funus honestatur. Et tertio exequias. Et de sepultura quidem fuit inter Ethnicos error, ob id cadauera cremari aut humari, vt animæ quietis sedem obtinerent, qua ante cadaverum sepulturam potiri negabant. In quam sententiam Augustin. illud Maroni Æneidos. 6. refert. Nec ripas datur horren-

Sepultura.

Ethnicus error.

August.

horren-

horrendas, nec rauca fluentia transportare, prius quàm sedibus ossa quierunt. Sed religio Christiana fabulosa illa figmenta execratur. Vbiunque enim corpora nostra cadant, siue in bello, siue in mare, vt cadauera siue auibus, siue piscibus esca sint: pollicitus est nobis Christus nec capillum capitis nostri periturum. Ob idque nos admonuit ne eos qui corpora tantum occidunt, timeremus: quippe, qui in animabus nihil amplius habent quid faciant. De hac re loco citato August. & libr. 1. de ciuitate Dei, & Chryso. super epistolâ ad Hebræos, & refertur can. Vbiunque. 13. q. 2. Vbiunque enim, inquit, sepeliatur: domini est terra & plenitudo eius. ¶ At nihilominus officium sepulture christianum obsequium est, idemque tum viuus, tum etiam ipsis defunctis vtile. Viuis quidem & quantum ad corpora ne cadauerum aspectu offendantur, & foetoribus afficiantur. Et speciatim quantum ad animas: quoniam per hoc officium fidem resurrectionis profitentur deponentes corpora, vnde postea cum dotibus gloriæ resurgant. Et præterea affectum ostendimus quo charos nostros & necessarios etiam a nobis decedentes prosequimur. Quare cadauera non ritu gentilico comburimus, sed humamus, profitentes de terra corpora nostra esse plasmata, atque iterum in terram esse resoluenda: iuxta illud, Terra es, & in terram ibis. Præterquam quòd humana corpora exurere horror est. ¶ Sed & defunctis quoque sepultura beneficium est. Nam sepulchra inspicientes eorum memoriam retinemus, & pro eis oramus, & alia offerimus suffragia. Quapropter & in locis sacris officiosa religio est, mortuos sepelire. Non quòd ex ipso opere & loco aliquid accrescat defuncto: sed ratione deuotionis, aut defuncti: qui præcipiens in aliquo sacello sepeliri, illius diui precibus se commisit, vel propter deuotionem viuorum, quidam sacrificijs sibi intersunt, in memoriam defunctos reuocant. Ob id nanque, vt eodem libro ait Augustinus, sepulchra & tumuli memorie vel monumenta dicuntur, quòd moueant mentem. Ad hæc cum caro sit pars naturæ, vnde Apostolus ad Ephes. 5. ait. Nemo carnem suam vnquam odio habuit: ex illo iustorum affectu, homines charorum funera curant. Vnde eisdem locis Augustinus, Si paternam, inquit, vestis, si annullas, ac si quid huiusmodi, tanto charius posteris est, quanto erga patres maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multo familiarius, atque coniunctius, quàm quælibet indumenta gestamus.

Officiū sepulture christiane.

Cadauera non cremantur.

¶ Quapropter sepultura vnum ex operibus misericordie est: quòd Tobias exercuit, & Christus etiam impendi sibi voluit: non tamè tantum, vt eius sit in die iudicij mentionem inter cætera facturus. Quin verò Matthæi. 8. Illi qui sequi ipsum recusabat, causatus quòd vellet mortem patris expectare quem sepeliret, Dimitte, inquit, mortuos, id est, mortalia curas, sepelire mortuos suos. Quauis illic eos potius increpare voluit, quos cura viuentium parientum a professione religionis cohibet vel remoratur. Cæterum patres antiquæ legis in terra promissa sepeliri curauant: vbi Meisias erat & nasciturus & moriturus. Qua vtique religione Abraham emit agrum, vbi sepeliuit Saram vxorem suam. Genesi. 23. vbi ipse postea tumulatus fuit, & Isaac, ac demum Iacob ex Ægypto illuc fuit deuentus.

Sepultura opus misericordie.

Popa funèrum.

¶ Pompa verò funerum nihil defuncto prodest, vt pulle vestes, & atræ, & lamentationes & plæctus. Nam vt ait Augustinus in eodem libro de cura pro mortuis, & Gregorius. 4. dialog. & refertur. 13. quæstione secunda, canon. Animæ. Curatio funeris, conditio sepulture, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorum. Si aliquid prodest in pio sepultura pretiosa, oberit pio vilis aut nulla.

¶ Quauis si luctus illa indicia cum moderamine fiant, non sunt Christianæ religioni aduersa, vt Ambrosius in libro de obitu Theodosij. 13. & refertur quæstione. 2. cano. Quia alij. Nam defuncto eodem Iacob, vt Genes. ultimo refertur, præcepit Ioseph patrem sepeliri, & septem diebus luxit eum. Et Deutero. 24. legitur: quòd defunctum Moysen filij Israel triginta diebus fleuerant. Et Dauid luxit mortem Amon filij sui multis diebus. 2. Regum. 13. Nam si de alijs temporalibus damnis, licitum est cum moderamine tristari: multo iustius de morte parentis aut alius necessarii, cuius vita chara nobis erat, atque aliquid afferebat emolumentum. Christus enim super mortem Lazari lacrymatus est, & Maria Magdalena plorauit & fleuit ad monumentum Christi: sunt hæc enim amoris indicia. Excessus tamen est vituperio dandus, vt ait Cyprianus: cano. Quam præpositis eorum eadem causa & quæst. Est enim aut pusillanimitatis: vt ait, Chrysostomus, aut certè eorum qui non habent certam spem resurrectionis, aut pluris hanc vitam, quàm illam perpetuam æstimationem. Vnde Apostolus. 1. ad Thessalonicen. 4. non simpliciter prohibet contristari de morte, sed contristari sicut gentes quæ, spem non

Excessus la mentorum.

Apostol.

non

non habent. Illæ enim resurrectionis fide ca-
rentes, existimant defunctos simpliciter in per-
petuum mori. Nos autem debemus existimare
eos quasi dormire, ob idque eo moderamine cõ-
tristari, vt certa resurrectionis spe cõsolemur.
¶ In exequijs demum sunt primùm sacrificia
& canonici psalmi, quæ propriè suffragiorum
rationem obtinent. Sunt & orationes, & pre-
ces, ad rem profectò aptissimæ, & in ordine
nostro deuotissimæ. Adhibentur præterea
& oblationes: nempe, cæra & oleû, quæ qui-
dem oblatio antiquissima fuit, vt Damascenus
in citato sermone refert: sunt enim luminis fo-
mentum, quod ante sacrificium & sacramen-
tum altaris ardet. Vnde Athanasius ibidem à
Damasceno allegatus. Licet in aerem, inquit,
qui in pietate consummatus est depositus fue-
rit, ne renuas oleum & cæras dominum inuo-
cans in sepulchro accedere: accepta enim ista
sunt Deo, & multum ab eo recipientia retribu-
tionem. Adhibentur nihilominus in sacerdo-
tum subsidium oblationes panis & vini, quæ
rationem elemosynarum repræsentant. Hæc
ergo officia religiosa sunt, nisi vbi vani excelsus,
qui ad captandum inanem gloriam adhibetur,
religionem obnubilant.

Solu. 2. ar. ¶ Secundi ergo argumenti solutio, per ea quæ
dicta sunt explicata est. Dictum est enim sepul-
turam per se nõ esse satisfactionem pro defun-
cto, sed resurrectionis testimonium: atque il-
lam ob causam Tobias in humanis hominibus
officiosus fuit. ¶ Tertia conclusio. Indulgentiæ
quas ecclesia defunctis impertitur, eis in ratio-
ne satisfactionis suffragantur. De indulgentia-
rum beneficio, satis superque distinctione. 2. r.
scriptum reliquimus. Quare impresentiarum
huius particulæ, quæ ad defunctos spectat, me-
minisse sat est. Indulgentiæ enim, quarum au-
toritatem penes ecclesiam esse, quarumque fru-
ctum nobis prouenire illic satis ostendimus, vel
viviis conferuntur, vel etiam defunctis. Igitur
quæ viviis conceduntur, illis tantum profunt,
qui faciunt quod indulgentiæ iubent. Vt cum
indulgentiæ sub hac forma conferuntur. Qui
cunque talem erogauerit elemosynam, aut
basilicas visitauerit, hos dies aut annos remis-
sionis obtineat: his duntaxat, qui id faciunt,
profunt. Cum verò in defunctorum subsidium
sub hac forma indulgentur: si quis pro suis de-
functis talem elemosynam erogauerit, aut
recitauerit psalmos, hæc aut illa remissio eis
fiat, tunc illud subsidium per modum suffragij
auxiliatur defuncto.

Notandum. ¶ Quòd sit, vt illo loco adnotauimus, non eod-
em prorsus modo, quo viviis posse pontificem

aut alium prælatum defunctis remissionem in-
dulgere. Nam viviis bifariam id potest: vno mo-
do per viam absolutionis, potestate clauium
qua in subditos vtitur. Quinverò, vt in sacra-
mento prælatus absoluendo à culpis, etiam à
pœnis vel in partem, vel nõnquam in totum
absoluit: ita & extra sacramentum, pro pia cau-
sa potest pontifex pœnas remissarum culpa-
rum absoluendo relaxare. Quæ quidem auto-
ritatem non habet in defunctos: eo quòd non
sunt iam sibi subditi, neque ad eos eius iurisdic-
tio extenditur. Sed alio modo confert indulgen-
tias per modum suffragij, & hoc pacto con-
fert defunctis, applicando illis thesaurum eccle-
siæ, quo defuncti ipsi censentur debitum solue-
re, vt expientur, sicut si personæ priuatæ pro il-
lis satisfacerent. ¶ At ambigere, vt illic etiam
diximus, fortè quis potest, non ea lege ordina-
ria & infallibili Deum acceptare indulgentias
pro defunctis, qua lege meritum condigni ac-
ceptat ad præmium merentis, eò quòd defun-
cti iam sunt non modò extra iurisdictionem
ecclesiæ, verum & extra viam: vnde sit conie-
ctura: non tam infallibiliter eas acceptare. Sed
veluti in merito de congruo, si ei placuerit, pre-
ces acceptat, quas vnus pro alio fundit. Nihilominus
tamen tutius est dicere, quòd semper,
certa lege easdem indulgentias acceptat, sicuti
& alia suffragia, & preces, quas ecclesia pub-
licitus offert, postquàm offeruntur pro illis qui
sunt in gratia. Et idè videtur dicendum de sa-
tisfactionibus priuatis, quòd suffragijs, quæ sin-
guli pro suis offerunt defunctis.

¶ Sed vnum est hic graue dubium. Vtrum si
ille qui indulgentiam pro suo defuncto susci-
pit, est tunc in peccato mortali, proficit defun-
cto: & apparet prodesse postquam defunctus
est in gratia. Ad hoc respondetur, vt eadem di-
stinct. quæstio. 2. artic. 3. dicebamus: suppo-
sita illa veritate, quòd existet in peccato indul-
gentia nõ prodest, quòd nihilominus si pecca-
tor sumat indulgentiam pro amico existenti
in gratia, videtur prodesse amico: quia sumens
indulgentiam non facit nisi donare illam pecu-
niam & pretium amico, quo indulgentia con-
stitit. Et isto modo etiam videtur prodesse de-
functis, non in ratione meriti, quia illa solutio
pecuniæ nullius est meriti. Sed quia indulgen-
tia applicatur à Pontifice quomodocumque; sol-
uatur pretium. Secus si conferretur indulgen-
tia sub hac forma. Quicumque recitauerit hos
vel illos psalmos: aut visitauerit altare, obti-
neat pro defuncto talem remissionem. Nam
tunc illa sunt propria opera faciētis, quæ ideo
si in peccato sunt, nullus sunt valoris. Et idè
est si

Dubium.

Dubium.

Solutio.

est si diceret Pontifex. Si quis dederit elemo-
synam pro suis defunctis: nempe, quòd si fieret
in peccato nihil prodesset.

Caictani o-
pinio.

¶ Eodem articulo quandam opinionem reci-
tauimus Caictani in opuscul. 2. r. quæstion. 5.
dicentis: indulgentias non prodesse defunctis
nisi illis præcisè, qui singularem deuotionem
habuerunt ad clauem ecclesiæ: per quas indul-
gentiæ conferuntur, & singularem curam ges-
serunt opitulandi defunctis. Est tamen opinio
singularis & infirmissimo fundamento subni-
xa. Augustinus enim, non ait, nisi quæ suffragia
profunt quibuscumque defunctis, qui in fide
per charitatem operante decesserunt: quicun-
que enim eiusmodi defuncti meruerunt, vt sibi
suffragia prodesse: quia decesserunt in chari-
tate in qua suffragia fundantur. Fingere ergo quæ
præter illud esentiæ meritum requiratur aliud,
quòd Caictanus appellat accidentale, est gra-
tis loqui. Cætera illic sunt reuisenda. Nempe,
quemadmodum, vt istæ indulgentiæ valeant re-
quiratur pia causa, eademque pro quæritate in-
dulgentiarum sufficiens, & reliqua.

ARTICVLVS. IIII.

*Vtrum suffragia quæ pro singulari defun-
cto sunt plus ei quàm alijs profint, aut plus
quàm si in genere pro pluribus fierent.*

Restremo eadem articulo, queritur
de modo & gradu quo suffragia au-
xiliatur defunctis. Et est bipertitus.
Vtrum, scilicet, suffragia quæ pro vno fiunt
omnibus æque profint. Et è conuerso vtrum
quæ pro pluribus in genere fiunt, tãtundè sin-
gulis profint, quàm si pro singulis offerren-
tur. Et arguitur à parte affirmatiua vtriusque
membrî. Suffragia, vt secundum August. di-
ctam est, illis sunt defunctis adiumenta, qui-
dam viuebant meruerunt, vt sibi post obitum
prodesse. Sed omnes in charitate ab hac lu-
ce demigrantes id meruerunt. Imò plus illi qui
auctiori charitate decesserunt: ergo illis cumu-
latius profunt.

Partis affir-
mativæ ar-
gument. 1.

1. Argum.

3. Argum.

¶ Secundo arguitur, quia nisi hoc esset verum,
cum pro pauperibus rariora offerantur suffra-
gia, deterioris essent conditionis, contra illud
Lucæ. 6. Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorum
est regnum Dei.

¶ Tertio altero membro arguitur. Suffragia,
præcipue orationum, diuina virtute nituntur
sed diuina virtuti non est difficilior multis

quàm paucis subuenire: ergo quãtum quis in-
uaretur oratione singulari pro eo oblata, ad-
iuuabitur, licet offeratur simul pro pluribus.

¶ In contrarium est exemplum quòd ab hu-
manis licet ad diuina transferre. Etenim quã-
do quis pro aliquo debitore peculiariter sol-
uit, non soluit pro alijs. ¶ Item, si oratio pro
pluribus oblata tantum prodesse singulis, quàm
si singulariter pro illis offerretur, vana ef-
set ecclesiæ cõsuetudo statuentis, vt pro singu-
lari defuncto, singulare fieret suffragium.

Pars nega-
tiua.

Præpositi.

¶ Ad quæstionem tribus cõclusionibus respon-
detur. De prima enim quæstione fuit Præposi-
tium, de quo supra meminimus, opinio, quæ suffra-
gia facta pro vno defuncto nõ plus ei quàm vniuer-
sis profunt, imò tanto plus alijs, quanto maio-
ri fuerint præditi charitate. Id quòd duobus
exemplis ostendebat. Primò, quæ si fax in aula ac-
cendatur regi, nõ plus ei quàm aulicis ibidem
astantibus lucet, imò plus alijs qui perspicacior
fuerint visu. Item, si prælate ad mæsam quip-
piam legatur, non magis ipselectionem audit,
quàm reliqui assidentes, imò reliqui eò magis,
quo acutiorem habuerint auditum. Alij verò
per oppositum dicunt simpliciter magis pro-
desse illi pro quo suffragia fiunt, quàm reliquis,
¶ Est tamen operæ pretium, & de suffragijs ip-
sis, ac subinde de eorum valore distinguere.

Suffragia enim, vt supra diximus, alia sunt in
genere oblata, quorum cuncti Christi fideles
sunt participes: alia verò quæ peculiariter pro
hoc aut illo offeruntur. Et hæc rursus in dupli-
ci differentia: quædam scilicet, quæ sua spõte
amici & necessarii pro suis defunctis offerunt:
& hæc sunt omnium maximè peculiariora. Rursus
suffragia trifariam prodesse possunt, vno mo-
do in ratione satisfactionis, vt hæc tenus dictum
est. Secundo in ratione orationis & impetra-
tionis, vt dum quis orat Deum, vt pœnas de-
functo condonet. Quæ quidè impetratio non
necessariò consequitur orationem, quia nõ est
meritum cõdignum. Tertiò modo per modum
meriti de congruo, quia omne opus factum in
charitate pro alio qui est in charitate potest ei
mereri de congruo: & ideo existenti in purga-
torio potest mereri aliquam remissionem pœnæ.

1. Conclus.

¶ His suppositis, fit prima cõclusio. Suffragium
peculiariter oblatum pro singulari defuncto,
licet ratione charitatis in qua fundatur, proficit
quibuscunque; in ea existētibus: nihilominus sim-
pliciter plus prodesse illi pro quo offertur. Quin-
verò sæpè in ratione satisfactionis illi soli. Sæ-
pius prioris partis est, quæ cum sit satisfactio pro
vno defuncto, omnes existētes in purgatorio,

H h qui

qui illud beneficiū nouerint, imò & uiui oble-
 etantur de illo beneficio alieno quod ille susci-
 pit: & quò sunt maiori charitate infusi, magis
 oblectantur. Sed nihilominus in ratione satisf-
 actionis soli illi auxiliantur pro quo offerun-
 tur. Siue indulgētiæ sint ecclesiasticæ, siue pri-
 uatæ eleemosynæ. Diximus autē saepe illi soli
 prodesse: quia sacrificia cōmunia & publica
 ecclesiæ licet pro singulari defuncto offeran-
 tur: etiam pro alijs quodammodo satisfaciūt.
 Quare collectæ communes intermiscantur:
 tametsi nō tantū quantū pro illo pro quo of-
 feruntur. ¶ Quocirca exempla illa Præpositi-
 ui nō sunt ad rem accommodata. Suffragia enim
 hæc peculiaria, non comparantur iunim aut
 lectioi quæ nō potest unilucere, quin luceat
 alijs assistantibus: neq; audiri ab vno quin audia-
 tur ab alijs. Sed comparatur solutioni: quam
 quispiam singulariter pro aliquo amico facit,
 & non pro alijs. ¶ Secunda cōclusio. Inter par-
 ticularia suffragia illa magis sunt singularia ac
 perinde cæteris paribus plus adiuuantia, quæ
 ab ipso defuncto sunt fieri iussa. Quoniā sunt
 veluti propriæ satisfactiones, quibus quispiā
 sua propria deuotione & opera pro se ipso sa-
 tisfacit. ¶ Ad primū igitur argumentū respon-
 detur, quòd iusti nō meruerunt in hac vita ab-
 solutē, vt omnia suffragia futura in ratione
 satisfactionis illis prodesse: sed cōditionaliter,
 si pro illis offerretur. Illud enim mereri nō
 fuit aliud q̄ facere se per charitatē capaces illo-
 rum suffragiorum quæ pro illis fierent, atque
 habiles ad eorum percipiendum fructum.

Dubium. ¶ Ad secundū uero quod de pauperibus sub-
 iungitur, respōdet hic Magister sententiarū
 duas referendo opiniones. Quidam enim dice-
 bant, q̄ pauperibus tantū suffragantur sola
 cōmunia suffragia ecclesiæ quantum diuiti-
 bus cōmunia simul cum specialibus. Alij uerò
 q̄ specialia auxiliantur diuitibus, vt celerius à
 pœnis liberentur, non tamen vt plenius. Sed
 sunt opinionēs deserte. Et ideo respōdetur cū
 Dico Thoma nihil obflare quominus diuites
 hac parte melioris sint conditionis: vt scilicet,
 cumulationibus eleemosynis, magis subleuen-
 tur à pœna purgatorij. Sed multo pretiosus
 est, q̄ pauperes, cum minori periculo, & maio-
 ri cumulo charitatis ad ampliōrē gloriā acce-
 ptētur: cum diuitibus neq; tā facilis sit ingres-
 sus neq; ad tantā gloriā. ¶ Circa secundam
 conclusionē est dubiū. Vtrum dum defunctus
 tanta pro se iussit sacrificia & eleemosynas at-
 que alia suffragia fieri, quæ toti pœnæ purga-
 torij persoluendæ sufficerent, mora postmo-
 dum eadē suffragia faciendi eidē noceat defun-

2. Cōcl.

Solu. 1. ar.

Dubium.

cto, ne tam citò pœnas euadat. Videtur enim
 nihil ei nocere: nam vt de mora restituēdi art.
 præcedēti dicebamus: id quod in potestate de-
 functi non existit, nullū debet ei nocumētum
 asserre. ¶ Respōdetur bifariā huiuscemodi suf-
 fragia cōsiderari, vno modo in virtute operis
 (vt aiunt) operati: atq; alio virtute operis ope-
 rantis. Atqui nomine operis operati nō tantū
 intelligitur sacrificiū missæ, sed quātitas ipsa
 eleemosynæ, & numerus missarū, quæ fieri &
 offerri iubentur. Et opus etiā operantis intelli-
 gitur, vel ipsius suffragia mādātis, vel ministri
 mandatū exequentis. Quātum est ex virtute
 operis operātis: nēpe, iubentis opus fieri, cum
 primū moritur? iubet hæc vel illa suffragia fie-
 ri, quæ bona fide faciēda credit, cōsequitur va-
 lorē ex opere operātis: scilicet, ipsius iubentis
 proueniētis: siue postmodū suffragia fiāt, siue
 nūquā. Itaq; si ratione illius affectus, & iussio-
 nis, dignū est, vt quatuor ei gradus pœnarū re-
 mittātur, nūquā illos in purgatorio patietur.
 Quod autē respōdet operi operato, & affe-
 ctui exequentis mandatū, nō assequetur vsq;
 dū suffragiū executioni mandatur. Exēpli gra-
 tia. Si in suo testamēto scripsit, vt decies sacri-
 ficiū missæ offerretur pro se: ualorē sacrificij,
 & illū qui deuotioni sacerdotis respōdet non
 cōsequetur: quousq; eadem offerātur sacrificia.
 Et si iussit eleemosynas erogari in paupe-
 res qui orēt p̄ ipso, neq; ualorem illarū precū
 obtinebit, quousq; fiat. Quapropter nō est ea-
 dē ratio quæ de restitutione: nam hæc sunt suf-
 fragia quæ oblata profunt, & secus minime.
 Quo fit multū referre, quòd statim demanda-
 ta suffragia opere cōpleatur. ¶ Tertia conclu-
 sio. Suffragiū pro multis oblatū, nulli eorū tā-
 tū prodest: quātū si p̄ illo dūtaxat offerret.
 In eleemosynarū exemplo, clarissima est con-
 clusio, quippe quæ ex superiorib; colligitur.
 dictū enim est suffragia & ex radice charitatis
 p̄desse, & ex intentione ad certā personā rela-
 ta. Ex radice charitatis nascit̄ gaudiū & oble-
 ctatio iustorū, sed ex intētionē pullulat satisf-
 actio. Igitur si quis decē aureos in satisfactionē
 decē defunctorū distribuatur: scilicet, pro singu-
 lis singulis: certū est pro nullo tantū satisfacere,
 quantum si pro illo decē omnes largiretur.
 ¶ De sacrosancto uerò sacrificio missæ supra
 dist. 13. q. 2. arti. 1. latē discussum reliquimus.
 Vtrum oblatū pro pluribus tantū pro singulis
 satisfaciatur, quantum si pro singulis offerretur.
 Et teni iudicio nostro pars negatiua p̄bata
 fuit. Quoniam offerentes: nēpe, assistants, qui om-
 nes suo ordine offerant, non quo plures sunt,
 eo quib; minus percipit fructus. Quoniā sin-

Solu. dubij

3. Conclu.

Valor sacri-
ficii missæ.

guli

D. Thom.

guli totum sacrificiū offerūt. Et eādē opi-
 nionem hic D. Thomas edocet. q. 2. art. 4. quæ-
 stiuncula. 3. in solutione secūdi, dicens. Quòd
 quauis virtus Christi quæ continetur sub sa-
 cramento eucharistiæ sit infinita, tamen deter-
 minatus est effectus ad quem illud sacramen-
 tum ordinatur. Vnde non oportet quòd per
 vnum altaris sacrificiū, tota pœna eorum, qui
 sunt in purgatorio expietur: sicut etiā nec per
 vnum sacrificiū quod aliquis homo offert, li-
 beratur à tota satisfactione debita pro pecca-
 tis. Quæ de causa, quandoq; plures missæ in sa-
 tisfactionem vnius peccati iniunguntur. Qui-
 bus uerbis manifestē D. Thomas confitetur
 opinionem hanc, quæ tandem more & vsu ec-
 clesiæ confirmatur: quippe quæ pro singulis
 personis singulas missas offerre consuevit, te-
 stata non tantum prodesse singulis, si in gene-
 re pro multis offerretur. At quoniam loco ci-
 tato etiam emunctius, quàm libr. 9. de iusti. &
 iure. quæst. 2. arti. 2. hanc quæstionem discuf-
 sam decidimus: molestum esset eādē impræ-
 sentiarum repetere.

¶ De orationibus ergo & psalmis eadē est ra-
 tio, q̄ si pro vno particulari offerantur, vt de-
 functorū uespertini & nocturni, & collectæ,
 plus illi profunt q̄ in genere p̄ multis oblata.

Hierony. ¶ Vnum autem Hieronymi uerbum de conse-
 cra. dist. 7. can. Non mediocriter. offert argu-
 mentū in contrariū. Ait, quippe. Cum procū-
 ctis animabus psalmus vel missa dicitur, nihil
 minus quàm si pro vno quolibet diceretur, ac-
 cipitur. Ad hoc autem respondimus loco cita-
 to. De iusti. & iure, per distinctionē quam hic
 secundum S. Tho. secuti sumus. Nempe, quòd
 ex radice charitatis non minus meretur, qui
 pro pluribus psalmum offert, quàm qui pro
 vno: imò maius præbet charitatis indicium. Et
 singuli eorū, qui sunt in charitate, equale oble-
 ctamentum & gaudium percipiunt. Sed tamē
 ratione intentionis quæ ad vnum dirigitur, nō
 tantum satisfactionis applicatur singulis, quā
 si peculiariter pro vno offerretur.

Q V Æ S T I O T E R T I A,
De orandis sanctis.

A R T I C V L V S. I.

Vtrum sancti sint à nobis orandi.



T E R T I A hæc quæstio, Quæst. 3.
 de orandis sanctis adhiberi
 hic solita est, vt simul cum
 suffragijs quibus nos exi-
 stentes in purgatorio iuua-
 mus, orationes compona-
 mus, quibus nobis vicissim
 sancti suffragantur. At uerò quoniam mate-
 ria hæc de oratione nō est loci huius propria,
 sed ad materiā spectat religionis, de qua ideo
 D. Thom. 2. 2. q. 83. locupletissimè disseruit,
 solam hanc particulam de orandis sanctis hic
 breuiter disputabimus. Est ergo primus arti-
 culus, vtrum sancti sint orandi. Et arguitur à
 parte negatiua. Vanum est illos orare qui no-
 stras non audiunt orationes: sancti uerò nec
 nobiscum cōuertantur, nec nos exaudire pos-
 sunt: ergo vanum est cum illis nos orando col-
 loqui. Minorem Augustinus in libro, de cura
 pro mortuis gerenda: multis id videtur proba-
 re. Inducens enim illud Isaia. 63. Pater noster
 es, & Abraham nesciuit nos, Israel ignorauit
 nos: hoc pacto colligit. Si tanti patriarchæ
 quid erga populum ab eis pro creatū ageretur
 ignorauerunt, quomodo mortui uiuorum re-
 bus atque actibus cognoscendis adiuuandis-
 que miscntur? Quasi dicat nullo modo. Idē-
 que confirmat ex historia iusti Iosif. 4. Regū.
 22. quem Deus morte præuenit, nemala gen-
 tis suæ uideret.

¶ Secundò arguitur. Nō opus est amicos prin-
 cipis adire, qui pro nobis interpellent, nisi
 quia eos, aut clementiores arbitramur quàm
 principē ipsum, in nos magis propētos: Deus
 autem infinitum clementior est in nos quàm
 omnes sancti, & paratior nobis suppetias ire:
 quippe, qui vt habetur Apocalyp. 3. ad ostiū
 nostrū semper assistit pulsans: ergo nihil opus
 est sanctos inter ipsum & nos interponere:
 imò uidemur iniuriam illi irrogare, dum per
 alios impetrare cogitamus, quod ipse paratif-
 simus est nobis conferre.

¶ Tertiò arguitur. Alium quemuis mediato-
 rem inter nos & Deum agnoscere, hæresis est
 cōtra illud Paul. 1. ad Timoth. 2. Vnus Deus,
 vnus & mediator Dei & hominū, homo Chri-
 stus Iesus, qui dedit redēptionē semetipsum
 pro omnibus. Quicumque autem diuum ali-
 quem precatur, qui pro ipso apud Deum in-
 tercedat, uidetur diuum illum facere mediato-
 rem: ergo illud hæreticum est, tantum abest,
 vt sit licitum. Et confirmatur ex uerbo ipsius.
 Quicquid petieritis patre in nomine meo da-
 bit uobis. Non dicit in nomine alius cuiuspiā,
 Sed in nomine meo.

Partis nega-
tiue ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Hh 2

¶ Quarto

4. Argum. ¶ Quartò arguitur. Sãcti iam sum extra viam merendi aut demerendi, ergo quanuis iusti in hac vita mutuis se inuicem apud Deum orationibus iuare queant, tamen postq̃ sunt in patria, minimè eandem habent potestatem.

Pers affir matiuã. ¶ In contrarium autem est illud Iob. 5. Voca si est qui tibi respõdeat, & ad aliquem sanctorum cõuertere. Super quo loco ait, Gregori⁹, Vocare nostrũ, est humili Deum prece deprecari: ergo ad propitiandam Deo, sanum est sanctorum interponere.

Hereticorã negã tiam. ¶ De hac quaestione vetustissima est hæresis orationes negantiũ, quibus sanctorũ charitatem pulsamus. Fuit enim vetustissimus Eustachius, qui prius reperitur huius hæreseos auctor, de qua fuit in concilio Gangrensi condẽnatus. Quæ subinde hæresis per Vigilantium reuixit, & contra ipsum de eadẽ re bis scripsit abunde Hieronym. Postmodũ verò Waldenses eandẽ hæresim suscitãrũt: ac subinde Wicleff protegit. Atque illa tandem hereticorũ progenies vsque ad Lutherũ propagata fuit. Et est hæresis hæc illius Germana, quæ contra venerationẽ sanctorum oblatrat. Bona enim pars venerationis sanctorũ est, illos, ceu patros nostros apud Deũ agnoscere. Quare qui sanctos orant, non possunt non eos venerari, neq; qui eos non venerãtur possunt precationibus adire. Sũma argumentorũ quibus vtuntur, est illa quadrifida, quã inter proponendũ attulimus. Sed est hæresis etiã ipsa, quadruplici nomine damnanda. Est, inquam, in sanctos contumeliosa, impia, blasphema, & temeraria: quippe, quos negat & miserias nostras cognoscere, & earum misereri, & illo esse apud Deum, tam honore tũ etiam facultate, vt pro nobis apud ipsum interueniant.

Cõclusio. ¶ Ad quaestione igitur vnica cõclusionẽ respõdetur, sanctos tanquã patronos nostros orare: qui apud Deum nobis suffragentur, religio est christiana: cui qui reclamatur, hæreticus est. Ad intellectu cõclusionis notandũ orationẽ bifariam alicui offerri. Vno modo, vt quasi per ipsum sit implenda: atq; alio quasi per ipsum impetranda. Et primo quidẽ modo cõstãtissimum est, soli Deo vnuerfas orationes nostras esse porrigẽdas. Et ratio est hæc. Omnes orationes ad gratiã & gloriã obtinendam relatas esse oportet. Quicquid enim Deũ poscimus, aut hic finis esse debet, aut mediũ ad huius cõsequutionẽ relatũ: hoc quippe est quod spiritus sanctus orare nos docet, vt ad Rom. 8. ait, Apostolus: & de quo ait, ipse. Quicquid petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis, quoniã gratia & gloria sunt, quas per suam nobis pas-

tionẽ mercatus est. Vnde Iacobus non ait, Si quis vestrũ re quacũq; indiget, postulet à deo, sed si quis vestrũ indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter: & nõ improperat: & dabitur ei: postulet autẽ in fide nihil hæsitans. Vbi nomine sapientiã intelligit virtutem & gratiã Dei, quã absq; hæsitatione petere debemus. Nã si quid aliud diuersum petamus, nescimus quid petamus. Gratia autẽ & gloria solus Deus est auctor, iuxta illud psalmi. Gratia & gloria dabit dominus: ergo vnuerfas orationes, si recte sint, soli Deo sunt porrigendæ ac dirigendæ, tanq̃ per ipsum adimplendæ. Quocirca de hoc orandi modo, nõ loquitur nostra cõclusio, sed de altero, quo preces ad quempiã dirigimus, tanquã per ipsum impetrãdas. Quo sensu probatur hæc veritas: nempe, q̃ religio sit sanctorum orare: non vt per ipsos orationes nostras Deo innotescãt: veluti aulicos precamur, vt petitiones nostras in regis noticia deferat, sed vt Deus, qui illas prius agnoscit, precibus & meritis ipsorũ annuens, id quod poscimus, largiatur nobis. Ordo nãq; diuinæ sapientiã secundum Dionysium. c. 4. de cœlesti hierarchia, est: vt per superiora inferiora dispense & gubernet. Quocirca, vt per cœlestes orbes terrena ista focũ dat: ita & per superiores angelorũ hierarchias, mysteria inferioribus reuelat: & per angelos docebat prophetas, qui populum erudirent: & in ecclesia per superiores prælatos influit in populum sacramenta gratiæ. Eadem ergo ratione per angelos & sc̃lices animas, quæ in patria triumphantes requiescunt, res nostras, qui inde in hoc seculo peregrinamur, nobis sepe dispensat. Et cum per eandem viam, qua à Deo gubernamur, debeamus in ipsum reduci: consentaneũ est, vt ad eosdem sanctos angelos atq; animas, qui diuina nobis, tanquã Dei famuli afferũt, per nostras orationes recurram⁹. ¶ In qua re: nõ modo nihil honoris Deo detrahitur, imò multa ei deferuntur, quippe q̃ eo honore seruos suos dignatur, vt quæ sua ipse autoritate facturus est, per ipsos, tanquã per veros amicos, velit dispensare. Id ipsum Dauid cõtemplatus aiebat. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Et Christus. Iam nõ dicã vos seruos, sed amicos, Et si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in cœlis est. Ioãnis. 12. Nõ enim ob id solũ gloriosus est Deus in sanctis suis, q̃ ab eo gloriam recipiunt, & ei vicissim gloriam decantant: verũ & quod tali eos honore extulit, vt tanquã nostros intercessores & aduocatos in suum conspectum admitteret. Pollicitus est illis Christus, qui relinquẽtes om-

Probatio cõclusionis

Dionysius.

Honor Dei

tes omnia sequuti sunt ipsum, quòd assessorii essent illi in regeneratione, & iudicaturi cũ eo tribus Israel, Quos ergo admissurus est, vt causas nostras secum iudicent, cur non admit tet, vt apud ipsum eas tractet, vt q̃ futuri sunt postea iudices nostri, sint prius nostri patroni? ¶ Secundò alijs sacris testimonijs arguitur, legimus enim Gen. 20. quòd Abraham pro rege Abimelech Deũ deprecatus, veniã illi obtinuit. Et Moyses, vt Exod. 32. legitur, veniam populo de conflato vitulo precatu obtinuit. Vnde illud citatum verbum, Eliphath, amici Iob. Ad aliquem sanctorum conuertere, indicat in more fuisse celeberrimo, vt iusti homines pro alijs orarent. ¶ Caullabatur autẽ hæreticus ille Vigilantius seu Dormitãtius, veluti nunc Lutherani faciunt, dicens, posse viros sanctos in hac lubrica vita orare pro alijs, quia sunt in via & statu meredi, cognoscẽdiq; alienas miserias: cæterũ postq̃ sunt in paradysum recepti, quoniam iam tunc iustum præmium suorum meritorum adepti sunt, nostra neq; cognoscere, neq; curare: quia neq; vindictam sui sanguinis martyres impetrare possũt, quãuis, vt Apocalyp. 6. legitur clament, Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Egregiè tamen Hieronymus in altero duorum librorum quos in ipsum edidit, sic eum redarguit. Dicis in libello tuo, quòd dũ viuimus, mutuo orare possimus: sed dum mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudiẽda oratio: præfertim cum martyres vltionem sui sanguinis orantes impetrare nequiere. Si apostoli & martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quãdo de se ad huc debent esse solliciti, quanto magis post victorias, coronas, & triũphos? Vnũ homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à domino veniã: & Stephanus imitator domini sui, & primus martyr in Christo, persecutoribus veniam deprecatur, & postquam cum domino esse coeperit, minus valebũt? Paulus apostolus Act. 27. ducentas sexaginta sex sibi dicit in naui animas condonatas, & postq̃ resolutus esse coeperit cũ Christo, tũc oratione clausurus est, & pro ijs qui in toto orbe ad suum euãgelium crediderunt, mutire non poterit? meliorq; erit Vigilantius canis viuens, quã illi leo mortuus? Hactenus Hieronymus.

¶ Sic ergo argumentũ cõtra istos instruitur. Radix mutuarum orationum inter amicos, est charitas, illa autẽ in beatis, nõ solũ permanet (quia charitas, vt ait, Paulus, nõquam excidit) verũ est in perpetuum confirmata: ergo nõ est cur nõ multo illic instãtius quam hic, orẽt

Testimonia sacra.

Heretico caullus.

Argum.

Hieronym.

pro nobis. Atq; ad eò cum possint Deo reuelãte nostras percipere petitiones, cõmodum est & cõgruum, vt illas nos eis offeramus.

¶ Accedit & illud Iacob Gen. 48. qui sic nepotibus benedixit, Angelus qui eruit me de cunetis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac. Vbi docemur tam angelos quã sanctos defunctos, inuocato eorum nomine, nobis esse subsidio. Eadem enim ratione Moyses loco supra citato merita Abraham, Isaac, & Iacob, ante Dei oculos proposuit, vt populo indulgeret. Et Daniel. 3. Azarias positus in fornace. Ne quẽsum⁹, inquit, tradas nos in perpetuũ propter nomẽ tuum, neq; auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuũ, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Si ergo sanctorũ merita nobis præsidio sunt & auxilio, cur & eorũ orationes nõ magnoperè cõferant? Hũc pertinet visio Iudæ Machabæ. 2. Machabæ. 13. qua vidit Oniam sanctũ sacerdotẽ, in limbo orantem pro omni populo Iudæorũ, ac subinde Ieremiam, de quo Onias dixit, Hic est fratru amator, & populi Israel, hic est, qui multum orat pro populo, & vnuerfa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei.

¶ Præterea, & ad honorem diuinæ maiestatis accedit, vt quas ipse nouit petitiones nostras, sancti angeli, ac perinde anime illis inserte eadem eidẽ maiestati offerant. Vnde Apocalyp. 5. Ioannes vidisse refert quatuor animalia, & viginti quatuor seniores, qui ceciderunt corã agno habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorũ, quæ sunt orationes sanctorũ. Et Apocalyp. 8. ait, vidisse angelum stantẽ ante altare, habentem thuribulũ aureũ, & data illi esse incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium, super altare aureũ, quod est ante thronum Dei. Et subdit quòd ascendit fumus incensorũ de orationibus sanctorum, de manu angeli coram Deo

¶ Testimonia sanctorum huc percensere im-mensum opus esset: ab antiquissimo enim Dionysio Arcopagita, qui cap. 7. de cœlesti hierarchia, de veneratione & oratione sanctorũ religiose scripsit, longa patrum series eandẽ veritatem cõtestata est. Et Hieronymus aduersus Vigilantium. Et Cirilius lib. 6. aduersus Iulianũ apostatã. Et Bernardus sermone. 66. super Cãtica, eos ceu hæreticos oburgant, qui orãdos sanctos denegant.

¶ Sed præ omnibus eiusmodi testimonijs rem stabilire sufficit ecclesiæ consuetudo celeberrima, plurimis concilijs constabuita. Non

Iacob Gen. 48.

Azarias Danie. 3.

Machab. 2.

Aliud arg.

Sanctorũ testimonia.

Ecclesiæ cõsuetudo.

enim solam inter sacra missarum solennia, sanctorum merita commemorat: qui pro nobis assistant apud Deum, verum & in solennibus litanijs, postquam sanctam trinitatem tanquam primum gratiae & gloriae omniumque bonorum fontem, precatur, ut miseretur nostri: diuorum subinde ordinem subiungit: quos tanquam nostris aduocatos obsecrat, ut orent pro nobis.

Concilia.

Quo verborum discrimine. Miserere nobis, & Ora pro nobis, declarat diuersos modos & gradus quibus Deum debeamus ac sanctos orare. Vnde in concilio Gangrensi cap. 20. condemnantur, qui basilicas martyrum earumque memorias contempserint. Et in concilio Aurelianoensi, & in concilijs Toletanis, 3. & 6. & in concilio Bracharensi, eiusmodi litaniarum, hoc est, rogationum ritus sancitur. De consecratio. d. 3. can. Rogationes. Accedit tandem, & festorum obseruatio in honorem sanctorum, quae tum in eorum uenerationem, tum ob eorum, quibus inuamur patrocina sanctae instituta sunt, vnde sancta consideratione duo sunt quotannis dies coniuncti: quorum altero sanctorum omnium, qui nobis suffragantur, altero uero animarum, quae nostris suffragijs expiantur, memoria celebraretur.

Solu. 1. ar.

Ad primum igitur argumentum iam supra responsum est, quod si natura tantum animarum se paratarum consideretur, nequeat, quae apud nos sicut agnoscere. Si tamen naturam diuinam essentiae, quam intuentur, contemplerur, illic uident quae ad suum attinent statum. Essentia quippe diuina speculum est suapte natura omnia representans. Ob idque Deus ipse, qui se comprehendit, uniuersa in se ipso conspicit. Creaturae autem quae ipsum non comprehendunt, non cuncta, quae in eo sunt uident: sed est illis uoluntariu speculum: eis scilicet, representans quicquid eis nosse congruit. Condecet autem sanctos, orationes quae ad ipsos legitime offeruntur intelligere: quae ideo illic perspicunt. Vnde Gregorius super illud Job. 14. Siue nobiles fuerint filij siue ignobiles, non intelligent. Hoc de animabus, inquit, sanctis sentiendum non est: quia quae intus omnipotentis Dei claritatem uident, nullo modo credendum est, quod sit foris aliquid quod ignorent. Ad eorum, scilicet, statum pertinens. Patres uero in limbo, quia non uidebant, non cognoscebant de rebus nostris, nisi quae Deus illis in proprio genere reuelabat. Et ideo Iosias illic exiitens, mala gentis suae non uidebat.

Solu. 2. ar.

Ad secundum respondetur, quod quamuis clementissimus Deus paratissimus sit nobis operare, non inde colligitur superfluum esse orare san-

ctos. Alioqui, nec nobis opus esset pro nobis ipsis orare. Vult enim ea quae nobis largiri percipit, ut ab ipso supplices flagitemus. Quia hoc & ad gloriam suam confert: ad nostram uilitatem, ut in eius amorem excitemur, & nostras miseras committentes humiliemur. Et eadem ratione uult, ut ad sanctos recurramus, qui in sua sunt amicitia confirmati. Nam per hoc & indignitatem nostram humilius confitemur: & cum non solum in se, uerum in suis sanctis glorificamus. Quod si redarguas. Oratio est religionis cultus, qui soli Deo debetur. Respondetur, quod per hoc ei soli impendimus patriae cultum, quod ad eum duntaxat orationes fundimus: tanquam ad eum qui solus potest illas implere. Interponere autem sanctos, qui pro nobis interpellent, non est eos colere, ut Deum, sed cultum dulciae, ut Dei amicos.

Et ideo ecclesia uniuersas collectas, etiam illas quibus in sanctorum celebratibus utitur, non ad ipsos, sed ad Deum ipsum dirigit: quia non sunt illi unde nobis auxilia, prouenit: sed Deus qui ob eorum patrocina nobis succurrit. Ob id quae non in sanctis, sed in Deo solo, in quem fides ac perinde spes nostra tendit, collocanda est nostra fiducia. Vnde Augustinus super illud psal. 120. Leuaui oculos meos in montes unde ueniet auxilium mihi. Nulli, inquit, praesumant de montibus, quia ipsi montes non a se lucet, sed ab illo de quo dicitur est. Erat lux uera, quae illuminauit omnem hominem uenientem in hunc mundum. Montes possunt intelligi homines clari, ceu Ioannes Baptista, quo nemo surrexit maior, & tamen confitetur, quod nos omnes atque adeo motes ipsi de plenitudine Christi accepimus.

Sic ergo sancti sunt orandi, ut tamen non in ipsis, sed in misericordia Dei, uicini salutis nostrae auctoris confitendum nobis sit: ipsum enim non sanctos precamur, ut miseretur nostri. Quare ab usas loquendi est: parcat mihi Deus & beata uirgo: hoc est enim, ipsam Deo aquare. In solum namque Deum peccamus, iuxta illud psal. Tibi soli peccaui, & ideo solus ipse est, qui peccata dimittit, ut Pharisei, Mar. 11. confessi sunt.

Ad tertium respondetur: quod si mediatoris nomine proprio significato usurpetur, solus Christus est, ut ait, Paulus, mediator Dei & hominum: eo quod solus ipse de condigno sic nobis gratiam & gloriam meruit: ut quicumque eius membrum fiat, sit patri ad vitam aeternam acceptus. Quo pacto nulla creatura esse potest mediatrix. Et ideo sancti potius dicuntur nostri, uel patroni, uel aduocati, uel intercessores. Quod si dicatur mediatores, in hoc sensu est nomen intelligendum. Quapropter Christum non ut ceteros sanctos oramus, ut oret pro nobis, sed ut nostri cum

Collecta deo omni diriguntur.

August.

In sola misericordia Dei confidendum.

Solu. 3. ar.

ARTICULVS II.

Utrum sanctorum preces, quae pro nobis Deo fundunt, semper exaudiantur.



VM de nostris orationibus ad sanctos dictum sit, subsequitur, ut de illis, quae ipsi pro nobis fundunt, indagemus, utrum semper exaudiantur. Et arguitur a parte negatiua. Primum ex illo loco Apocalyp. 6. quem supra diximus. Vigilantiu allegare. Si diuini pro nobis orantes exaudirentur, citius quae pro se postularet impetraret: clamaret tamen ad Deum martyres, ut vindicet eorum sanguinem, quod tamen non obtinent: ergo neque pro nobis exaudiantur.

Partis negatiuae.

D. Thom.

eum misereat. Ut enim ad patrem & spiritum sanctum dicimus Kyrie eleyson, ita dicimus Christe eleyson: hoc est, Christe miserere.

At uero, licet, quia ipse est proprie mediator nomine eius debeamus Deum orare, ut exortum habeamus: quae utique, ratione ecclesia omnes collectas concludit dicens. Per dominum nostrum Iesum Christum. Nihilominus, ut Deus gloriatur in sanctis filiis suis, per quos uult orari: ita & Christus gloriatur in membris suis, ut etiam suo ordine & loco, a nobis oratur, ut apud patrem, & apud ipsum, & apud spiritum sanctum pro nobis intercedant. Nam et si merita Christi, nostrorum sint causa, nihilominus & nostra, quae fauore suo & gratia nituntur, uere sunt merita: quibus in hac uita gloria mere mur, & sancti meruerunt, ut in patria sint quoque interpellatores pro nobis.

Solu. 4. ar.

Et per hoc solum restat quartum argumentum, quod nobis haeretici obijciunt, colligentes, quod cum sancti in patria mereri non ualeant, nequeat pro nobis orare. Respondemus, inquam, collectionem nullam esse. Eodem enim patet colligere, quod neque eorum merita nobis profunt. Igitur licet illic non mereatur, meruerunt tamen in hac uita, ut in patria tantum sua merita nobis prodesse, tum pro nobis orarent.

Obiectio

Quod si redarguas eadem ratione eos qui sunt in purgatorio, orandos a nobis esse, negatur consequentia. Quia cum non sint beati, orationes nostras non audiunt. Et fortasse tormentis quibus affliguntur, facultatem eis non faciunt orandi pro nobis. Sicut illi qui erant in limbo, credendi sunt orasse pro suis. Quae quam cum in purgatorio sint in charitate, fortasse non impediuntur quin orent pro nobis. Sed hoc est tenuissimis coniecturis agere.

Deuotio in Christi commendatur.

Vnum autem hic admonere non praeteribo, sic, inquam, in sanctos esse debemus affecti, ut in Dominum Iesum Christum per quem ipsi sunt sancti, praecunctis debeamus esse deuoti. Videas in repentinis necessitatibus sacrosanctam uirginem (quod sanctissimum est) atque alios diuos inuocare, nomen uero Iesus, quam rarissime. Cum tamen illud sit, in quo nos oportet saluos fieri, & in quo omne sit genuflectendum. Non enim sanctorum uilus, sed ipse pro nobis mortuus est, a quo subinde cuncta nobis bona proueniunt, quare nomen hoc Iesus, deberet in cordibus nostris esse sculptum, ut aspirando & respirando nunquam illud proferre desineremus, atque hanc religionem deberent concionatores plebis, & Magistri scholares, & patres suos natos docere, & omni cura ac diligentia admonere.

2. Argum.

3. Argum.

Partis affirmatiuae.

Conclusio.

Bisari di nit orant.

Prohibitio conclusionis.

citi fit: quicquid ergo illa ratione sancti postulant, dum voluntate diuinā norunt, impetrāt. Nos enim ideo nō quicquid petimus impetramus, quia ignoramus, & quid nobis expediat, & quæ sit volūtas beneplaciti Dei. Nō autem quicquid Deus vult voluntate antecedenti impletur: vult enim omnes homines saluos fieri, cum ad id assequēdum, & leges, & consilia, & cætera requisita nobis prouiderit: & tamē nō omnes salui sūt: quia in nostra volūate & arbitrio positū est, eisdē diuinis auxilijs non uti. Ea tē ego ratione, possunt sancti aliquid erga nos velle, nobisq; optare, quod nō impleatur.

Argumētū.

¶ Arguitur autē cōtra hoc. Sancti nihil vanē & inaniter possunt optare aut petere: si aut sciūt quæm piā nō affecurū quod petit, vanē & inaniter pro illo orarent: ergo nihil volunt aut petūt, quod nō sint impetraturi. Vnde colligitur quod pro præcitis & reprobis nō orāt, vt salui fiāt.

Responsio.

¶ Ad hoc respōdetur in primis, nō esse necessariū, vt beati in verbo numerū omnīū prædestinatorū ac reprobōrū videant. Et ideo possunt petere etiā absoluta petitione salute pro reprobis parēte suo aut filio, quousque illi Deus illius reprobationē detegat. Secundo, quia reprobi crebrō in gratiam Dei in tēpus recipiūt, possunt pro illis illa ratione orare. Tertio, possunt etiā reprobis bona tēporalia impetrare, quæ cedere possunt in bonū reipublicæ, & gloriā ipsius Dei. Quarto deniq; respōdetur, qd etiam reprobis ipsi possunt antecederē velle & optare salutē: si quidem reprobi etiā possunt saluari, quia nō sunt dānati, vt infernales, atq; adeo sub cōditione velle, vt Deus illis auxilietur, nisi per eos steterit. Quæ quidem est cōditionalis voluntas & quæ appellant velleitatem. Et ista ratione possunt quoq; sub cōditione orare, neq; oratio est vana & inanis: nam pertinet ad auxilia ipsa quæ Deus reprobis offert, si vellēt illis uti. Quippe cum & Christus sub conditione orauerit, vt transfret a se calix: licet oratio eius non fuerit exaudita.

Nota de oratione Christi.

¶ Imō verō quādo in cruce orauit dicēs. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt, nō est necessariū dicere sic fuisse orationē absolutā, vt in omnibus fortiter effectum. Sed qd pro aliquibus esset quasi antecedēs, nisi per eos stettisset. Absolutē enim & voluntate beneplaciti & cōsequēti, nihil orare potuit quod nō illico impleretur. Et ideo Ioan. 17. vbi pro apostolis rogauit patrē: de quibus ait. Tui erāt & mihi eos dedisti, ad significandū pro eis absoluta voluntate rogare, subiunxit. Ego pro eis rogo. Nō pro mūdo rogo, sed pro eis quos de-

disti mihi, quia tui sunt. Vbi nomine mundi, reprobos denotauit, & obstinatos, qui pretio sui sanguinis potituri non erant. Pro quibus ideo absolute non rogabat, ne inanis & quæsa sua esset precatio.

Solu. 1. m.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod verbum illud. Vindica sanguinem, &c. non significat martyrum desiderium, quo malum aliorum cupiunt: sed consensum in diuinam iustitiam, quam in voluntate Dei conspiciunt, qui decreuit obstinatam tyrānidem occidentium martyres æternis supplicijs vici sci. Significat quæ adeo desiderium, vt adueniēte suprema vindicta malorum, & retributione bonorum, secunda stola gloriæ resumptis corporibus vestiantur, & pleno fruantur sanctorum contubernio.

Solu. 2. m.

¶ Ad secundum respondetur, quod loquitur illic propheta de Moyse & Samuele, secundū statum vitæ præsentis, quo solebant ad placādam Dei iram pro populo orare, ne illum tēporalibus bellis & calamitatibus affligeret, & castigaret: & tamen quādoque tam iusta erat ultio, vt Deum non deceret, eorum precibus omnino flecti. In quibus casibus beati non orant pro nobis.

Solu. 3. m.

¶ Ad tertium, nōnulli respōdēt, certamē illud angelo custodi populi Israelitici non accidisse cum angelo bono Persis præfidente, sed cū malo. Historia enim erat, quod Daniel precabatur Deū, vt populus à captiuitate Babylonica eriperetur. Et demō persuadebat eidē populo, vt mallet illic manere, propter voluptates & delicias indecentes, quibus illic fruebatur: vel persuadebat Persis, ne populum dimitteret. Sed tamen Gregorius. 17. lib. moralium cap. 7. nō interpretatur pugnam illam nisi inter angelos bonos. Enimvero, vt singulis personis deputatur custos Angelus ex infima hierarchia, ita & singulis prouincijs præferūtur principes angeli ex illa hierarchia quæ inde nomen principatus fortitur. Quare Michael generalis erat princeps totius synagoge, sicut nunc est ecclesiæ Christianæ. Sed sub illo erat alias princeps illius plebis quæ tenebatur in Babylone captiua. Cum ergo Daniel pro liberatione populi deprecaretur, princeps Persarum orabat sub conditione Deū cōtrā, ne populū à Babylone & Perside dimitteret, qd nō satis expiata ei videbatur eorū iniquitas, vt ait Gregorius, vel sicut alij dicunt, propter fructum, quem illic populus faciebat, eo quod multi ex gentibus conuertebantur ad fidem: quæ quidem lis inter principem captiui populi & principem Persarū viginti & vno diebus dura-

Angelorū pugna.

existentibus in purgatorio non profunt nisi per modum satisfactionis, sit vt pro illis sancti non orent.

DISTINCTIO

Quadagesima sexta, De Antichristo, & iudicij signis.



POST hæc de supremo tremendoque iudicio sermonem inituri, de Antichristo reliquisque signis ac portentis, quæ diem illū sunt antecessura, mentionem præmittamus oportet. Enimvero, vt Apostolus Thessalonicensium ecclesiam admonuit, nisi venerit discessio primū, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquā sit Deus, non veniet dies dñi. Expedit enim, vt in cōsummatione præsentis seculi, antequā dominus rationē à nobis absolutæ militiæ nostræ reposcat, supremum nobis bellum idemq; acerrimum acerbissimūq; permittat: quo puri mortalium ab impuris dignoscatur, illiq; ceu per ignem excolati ad triumphum assumantur: atque isti fidem defringentes in ignem mittantur æternum. Quod Ioanni in Apocalypsi reuelatum est: nempe, quod

Textus. Cap. 1.

2. Thessalonicen. 2.

Hh 5 post

durauit. Sed tandem quia expedientior erat liberatio populi Michael princeps synagoge partes egit angeli liberationem procuratis, & obtinuerunt. At verò principes illi litigantes, non erant inter se simpliciter dissidentes: sed quia in diuina voluntate non nouerant, quid esset expedientiū, vterque arbitrabatur causam agere meliorem. Cum autem eadem Dei voluntatem intellexerunt, ambo cōsenserūt. Vnde Gregorius. Sublimes, inquit, spiritus gentibus principantes, nequaquam pro iusta agentibus decertant: sed eorum facta rectē iudicantes examinant: cumque vniuscuiusque gentis vel culpa vel iustitia ad supernæ curiæ solium ducitur, eiusdem gentis præpositus vel obtinuisse in certamine, vel nō obtinuisse perhibetur. Quorum tamen omnium vna victoria est, sui super se opificis volūtas summa: quā dum semper aspiciunt, quod obtinere non valent, nequaquam volunt, vnde neque petunt. Ex quo sequitur, quod illa quæ absolute petūt semper obtinent: sed quæ hæsitantes sub cōditione poscunt, non est necesse, vt cōsequantur.

Argum.

¶ Et per hoc aliud soluitur argumentum huiusmodi. Sancti semper habent suam voluntatem diuinæ conformem: quare neque volunt nisi quæ Deum velle noscunt: quod autem nobis largiri Deus vult, sine suis orationibus cōferet: ergo superuacanea & sine fructu est eorum oratio. Respōdetur, in quā, quod et si sanctorum voluntas, semper sit diuinæ conformis, nihilominus: quia nō cuncta cognoscunt quæ Deus vult: quia nec numerum prædestinatorum sciunt, possunt aliquā sub cōditione postulare. Præterea & quæ norūt Deum nobis statuisse donare etiam ab ipso efflagitant, quia intelligunt per suas orationes ea velle donare. Ait quippe August. in libro de prædestinatione sanctorum, orationes etiam prædestinatis prodesse, quia fortē prædestinatum est, vt orationibus intercedentium saluentur.

August.

ultima dubitatio.

¶ Ultima tamen hic restat dubitatio, vtrum sancti pro his oret, qui sunt in purgatorio. Apparet enim non minus pro illis quam pro nobis orare: quando quidem eos vidēt in charitate firmatos: quos subinde percipere videntur in suo ipsorum cōfortio esse recipiendos. Sed tamen ex altera parte arguitur. Quod tūc nō pro quibusdam, sed pro cunctis iuges fundent preces: & cum ecclesia illa triumphans, citius audiatur & efficacius quam militans, eorum orationes ad euacuandum purgatorium sufficerent. Respondetur, quod sancti nō sunt in statu satisfaciēdi sicut viui: & quia suffragia

ARTICVLVS. I.

Vtrum expediens sit, vt aduentui Christi ad iudiciū Antichristus antecedit.



In hac distinctione. 46. Magister Sententiarum tractare constituit de misericordia Dei, vtrum in damnatis etiam luceat, vt citra condignum puniantur. Atque huius occasione materiam de iustitia & misericordia Dei hic commiscuit. At verò cum de poenis damnatorum præpostera sit hæc tractatio, ineptum quoque est de misericordia Dei hic disputare. Distinctione enim. 49. enarrandum est, quemadmodum beatis Deus ultra condignum præmia largiatur: & in quinquagesima, quemadmodum damnatos citra condignum puniat. De misericordia verò, & iustitia Dei quæ eius sunt attributa, non est hic proprius dicendi locus. Est enim materia primi sententiarum, vbi de diuinis attributis disputatur. Quã idcirco speculationem D. Thom. 1. parte collocauit quæstio. 21. De his ergo, vt legitimè teneamus ordinem, nullus hic à nobis habendus est sermo. Sed cum resurrectionis tractatum in tria fuerimus membra partiti, & primum de Resurrectione & eius forma, & animarum receptaculis, de quibus eorum connexis hæcenus fuerit expeditum, iam modò secundum, quod est de finali iudicio, aggrediamur oportet. Hoc autem membrum, tribus distinctionibus absoluetur. In hac namque de antecedentibus iudicium: & in subsequenti de iudicio ipso: & in quadagesima octaua, de habitu & forma mundi, in qua post iudicium relinquetur, est differendum. Ceterum distinctio præsens, duas exigit quæstiones, primam de Antichristo, & secundam de signis iudicium præeuntibus. Quæritur ergo primum. Vtrum expediens sit, vt aduentui Christi ad iudiciū, Antichristus antecedit. Et arguitur à parte negativa. Quo homines debiliores sunt, & ad virtutem magis languentes minus expedire videtur, vt eos Deus acrioribus tentationibus concuti sinat: senescente autem mundo, propter maximam elongationem à primo aduentu Christi, abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum, vt Matth. 24. ait Christus. & Luc. 21. Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra: persecutio verò Antichristi, vt ibidem ait dñs, erit qualis non fuit ab initio mundi. Ergo non videtur expediens,

Partis negative ar. 1.

DISTINCTIONIS Quadagesimæ sextæ, Quæstio prima, De signis quæ sunt iudicio antecedentia.

post mille annos, scilicet, post peractum ecclesiæ tempus ab orbe redempto vsque ad mundi finem, quo Satan colligatus est, dissoluetur de carcere suo, & exibat & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ. Sed tandem, vt apostolus ait, eundem Antichristum diaboli antesignanum dominus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.

Cap. 2. Matth. 24.

Luc. 21.

Eundem tamen aduentum, vt dominus ipse ait, astrorum signa præcedent, sol enim obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur. Vnde Lucas euangelista. Erunt inquit, signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescētibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cælorum mouebuntur: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cū potestate magna & maiestate.

2. Arguitur.

diens vt illo temporis articulo fiat. ¶ Secundò arguitur. Nō minus videtur congruere, vt Christus veniens ad iudiciū præmitteret ante se nūciū, qui orbi poenitentiam prædicaret, quā dum venit ad redimendam nos: tunc autē præmittit Ioannem Baptistā, prædicantē fructus poenitentia: ergo venturus ad iudicandū, similē debuit præmittere nūciū: si nēpe, qui Christi fidē nō impugnare, sed persuadere cōtenderet.

Pars affirmatiua.

¶ In contrariū est illud. 2. ad Theilalo. 2. Nisi venerit discessio primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis &c. Scilicet, non veniet dies dñi. ¶ De aduentu Antichristi aliquid est certū, quod firma fide tenendum est, sed alia coniecturis colliguntur. Respōdetur ergo ad quæstionem vnica conclusione. Aduentum Christi præcellurus est Antichristus: id quod Deo optimè disponente. Atqui Antichristus, vt nomen sonat, & Aug. super epistolam Ioannis, tractatu tertio, interpretatur, idem est latine quod cōtrarius Christo. Nō enim quia ante Christū vēturus est illud fortitur nomē, sed quia aduersarius illi futurus est. Sicuti *ἀντιπαύλιος*, qui alteri cōtra pugnat. Vnde pseudopropheta, & quicūque fidei Christi aduersantur, Antichristi dicuntur. Verūtamē quia ille omnium membrorum diaboli acerrim⁹ erit Christi hostis,

Cōclusio.

Antichrist⁹

Concl. Catholica.

Tria aduentum domini antecedentia.

Prædicatio euāg. in toto orbe.

per Antonomasiā dicitur Antichristus. Et quid dē cōclusio hæc catholica est: cuius negatio esset heretica: quoniā assertio est Pauli loco citato. Sed quoniā Deus omnia suauiter disponit, cōgruentiam tam ingentis persecutionis illo tempore futura exploramus. ¶ Ad plenū autē intellectū percipiendū, animaduertendū est, Apostolum duo signa posuisse præcedentia diem dñi. Scilicet, discessionē primū, & reuelationē Antichristi. At verò cū Christus Matthæ. 24. tertium aliud cōstituerit, scilicet & prædicabitur hoc euāgeliū regni in vniuerso orbe i testimonium omnibus gentibus, & tūc veniet cōsummatio, necessariū est tria hæc certo ordine docere. De reliquis nāque cælorum astrorumque signis & portētis, quæ sunt sub idētemporis apparitura. q. 2. futurus est sermo. Et cū discessio, vt ait Paulus, sit proximē Antichristū antecessura, aut cū ipso simul ventura, operæpretiū est, vt prædicatio euāgelij primū consummetur: mox discessio fiat, ac demū Antichristus reueletur. ¶ Necessitas autē promulgandi euāgelij in vniuersam orbē ante diē iudicij fuit, quod cum vniuersi, qui illum nō receperint sint a regno excludēdi, iuxta illud. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnū Dei: necesse est, vt vniuersi tunc mortales omni sint excusatione nudati, ne quicquā

causari possint cur illū nō receperūt. At quā vt ait ad Rom. 10. Paul. nulli possunt credere nisi audiāt, neque audire sine prædicatōe, necesse est, vt ante mūdi cōsummatōnē sit prædicatū euāgelij in vniuerso orbe. Chryso. autē arbi- tratur illic cōsummatōnem referri ad destruc- tionē Hierosolymitanā, antequam prædicatō dum erat euāgelij, ob id quæ, ait, Paulū loco citato ad auferēdam Iudæis excusationē, citare illud Psalm. 18. In omnem terrā exiuit sonus eorum, quasi tunc iam esset vbiq; euāgelij prædicatum. At verò vt. q. 2. videbimus, negari nō potest, illic Christū de cōsummatōne quoque seculi habuisse sermonē, antequam euāgelij in vniuerso orbe enulgandū est. Et ideo August. super eūdem psalmū, & in epistola ad Esichium ait, apostolum citasse prophetiam, vt iacebat de præterito, propter certitudinē futurum: nihilominus nōdum esse omnino cōpletā, sed certissimē implēdam: quæ quidem opinio verōt similior est. Et in illo sēsu intelligitur illud verbum. Euntes in mūdum vniuersum prædicatē euāgelij: scilicet, per vos, vel per successores vestros. Nā profectō, vt super eundem locum Pauli scripsimus, si Æthiopiā & Indiā & Europam, atque alias regiones in quas apostoli dispersi sunt, cōsideres, nō omnē orbē peragraverunt: sed vix quartā eius partem. Quæ tunc in vfu erat appellari vniuersum orbē, vt Luc. 24. Exijt edictū à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Et ad Colof. 1. ait, Apostolus, veritatem euāgelij esse in vniuerso mundo. Et tamen non est vero simile, quod toto transmissio pelago in omnē mundi angulum peruolassent. Ad intētionē namque Pauli volentis obtendiculū excusationis Iudæis adimere & cognitis gentibus: satis erat, quod tunc euāgelij ca tuba, in Europam, Asiam & Africam intenuisset. Et quanuis Hieronymus super Matthæum, opinionones sic conciliet: quod tempore Apostolorum nulla remansisset gens: quæ Christum ignorasset. Nam saltem rumor, & fama, à gente in gentem delata, totum orbem compleuerat, non tamen hoc satis est ad intētionem Christi: sed requiri videtur, ante supremam diem mundi, sic euāgelium vbiq; gentium audiri, vt omnis eis tunc tollatur excusatio, qui ipsum non fuerint professi: licet modò in opinione versetur an quippiā excusentur ignorantia inuincibili, Ad quod non satis est rumor & fama, sed oportet, vt in presentia prædicetur, & explicetur, & catenus suadeatur, vt nisi audientium culpa obstiterit, persuaderi valeat. ¶ Haud ergo prædicationem euāgelij in vniuerso

Chryso.

August.

Hieronym.

uerso orbe Christus tanquam signum posuit, post quod statim futura est consummatio seculi, vt ad Esichium ait Augu. Hoc enim dumtaxat sibi voluit, quod non veniet finis mundi, antequam euangelium predicetur in vniuerso orbe. Hic namq; sensus ad hanc quam explicuimus rationem satis est. Atq; hoc sonat illa verba, Prædicabitur euangelium &c. in testimonium omnibus gentibus, id est, in testimonium veritatis, ne sibi mortales excusationem prætexant. Et tunc, id est, postea tandem erit consummatio. ¶ Eadē de causa Elias & Enoch, qui in paradiso terrestri esse dicuntur, ad illum ministerium euangelicæ promulgationis explebunt, iuxta prophetiam Malachiæ. capit. 4. vbi de aduentu domini vaticinatus, ait. Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens, quæ non relinquet eis radicem & germen. Et subdit. Ecce ego mittam ad vos Eliam prophetā, antequam veniet dies domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum (scilicet reliquias Israel ad legem quam eorum patres expectabant) ne forte veniant, & percutiant terram anathemate. Quod eodem loco Hieron. & August. 20. de ciuitate Dei, cap. 19. ad litteram interpretati sunt, de prædicatione Eliæ, qui Antichristum sunt anteuersuri. Ante enim quæ Deus filium illum perditionis permittat in ecclesiam grassari, præmittet Eliam, qui eandem ecclesiam illustret, atque irroboret. Quocirca verbo illo Christi Matth. 11. de Ioanne Baptista. Ipse est Elias, qui venturus est: non insinuat illū fuisse verum Eliam, sed eius imaginem. Credebant enim Iudæi Eliam aduentui Christi præuenturum: nescientes de secundo aduentu id intelligendum. Et ideo ait illis dominus. Ipse est qui id ipsum officium quod Elias in secundo suo aduentu facit in primo: nempe, mundum ad poenitentiam inuitare. ¶ Atque huc illud pertinet Pauli ad Rom. 11. Cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Primitiæ enim Israel conuersi fuerunt, vt apostoli, & nonnulli alij, ilico priusquam gentes euangelio auscultarent, reliquo verò populo ex cæcitate gentes in ecclesiam ingressæ sunt: sed in fine mundi, dispersi per orbem Iudæi ad prædicationem Eliæ conuertentur. Neque verò Iudæi soli, verum & gentes alijs quibuscunq; sectis infectæ. ¶ Imo vero sunt, qui autement vniuersos tunc

Elias & Enoch.

Hieron. & August.

Matth. 11.

Cecitas cõnigru. &c.

mortales Christianum nomen professuros: sic illud intelligentes Ioan. 10. vt fiat vnum ouile & vnus pastor. Nulla tamē apparet necessaria ratio quæ hoc cõuincat. Sensus enim illius, vt fiat vnum ouile, non est alius, quam quod nemo extra ecclesiam Christi seruari potest. Quod autem omnes re vera sint ouile ingrefsi, non est concessu necessarium: neq; quod ait Paulus, plenitudinem gentiū fidem professum ire, aliter intelligitur, quā quod vniuersi, qui prædestinati sunt per fidem Christi seruandi, intrabunt iuxta illud Danie. 12. In tempore illo (loquitur enim de fine mundi) saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Fit autem cõiectura, Eliæ prædicationē tribus annis cum dimidio, veluti quæ fecit Christus duraturam. ¶ Peracta ergo Euangelica prædicatione, ait Paulus non venturū diem domini, nisi venerit discessio primū, & reuelatus fuerit homo peccati. Siue discessio præcessura sit Antichristum, siue per ipsum facienda. Atqui receptissimum est atq; inter omnes cõstantissimum, de discessione ab imperio Romano, verbum esse accipiendum: nisi quod inter quosdam ambigitur, intelligatur ne de discessione ab imperio temporali & ciuili, an verò de discessione a potestate spirituali & ecclesiastica, cuius Romanus pontifex caput existit. Sed re penitus pensata, de vtraq; intelligitur: imò de spirituali potissimum. Rationem enim huius August. eod. 20. libro de ciuitate Dei. capit. 23. à visione Danielis bestiarum quatuor deducit, capit. 7. quæ quatuor futura regna designabant: nempe Chaldeorum, quibus Nabuchodonosor tunc regnabat: & Medorum ac Persarum: ac subinde Græcorum, ac tandem Romanorum. Quæ itidem regna idem sanctus Propheta in quadriformi statua illa, ex auro, argento, ære & ferro conflata, præuiderat: vt cap. 2. legitur. Vbi ait, quod lapis de mōte sine manibus abscissus eam percussit, & comminuit, ac subinde lapis factus est mons magnus & impleuit vniuersam terram. Ille enim fuit Christus, sine homine genitus: qui quatuor illos potentatus diabolica potestate subactos dissipauit: sed in imperio postremo: nempe, Romanorum, quod Propheta appellat terribilem, atq; admirabilem bestiam, ferream & fortē nimis, & omnia cõculcant, vicarium suū constituit, qui ceu caput ecclesiæ suæ illic sederet, fidem suā docens & protegens. Vnde quāuis ciuile Romanorum imperiū iam cessauerit, nō subinde finitus est mundus: quā temporale illud: vt in sermone de Apostolis, ait, Leo Papa, in spirituale

Vtrum sit totus orbis conuersurus

Discessio.

visio Danielis.

Quadriformis statua.

spirituale fuit cõmutatum. Quapropter quanto tempore est duratura euangelica fides, stabit Romana sedes. Atque adeo abscissio & defectio totius orbis ab illa sede signum erit consummationis seculi. Nam cū mundus, non nisi propter homines conditus fuerit, & homines nō nisi propter cœlestem gloriā, quam nemo nisi per euangelicam fidē valeat adipisci: sit vt mundus nō sit amplius duraturus, quā fides: nec fides quæ obedientia Romano pontifici debita. Huius exemplum in Tēplo Hierosolymitano præcessit. Illud enim Deus extruisti, vt locus esset quo sacrificia & oblationes, & celebritates synagogæ fierent: quod ideo nō erat amplius quā lex illa duraturum. Atq; hac de causa cum primum euangelium sanguine Christi confirmatū fuit, templum illud, vbi sanguis animalium fundebatur, destructum est, vt velut umbra in præsentia veritatis abolitum. Pari ergo modo, quia euangelium Christi nō in vno tēplo aut angulo, sed vniuerso orbe debet suscipi, & eius ecclesia coli, eiusq; sacramenta celebrari, extincta fide per discessionem ab apostolica sede, totus mundus vanus erit, ac deinceps in cassum processurus. Quapropter ceu deserta domus tunc protinus corruet. Et hæc fuit pollicitatio Christi, dum dixit Petro, Ora bo pro te, vt nō deficiat fides tua, scilicet, vsq; ad mundi terminum. ¶ Atqui rationem illius discessionis, nostris moribus tribuit Paul. 2. ad Timo. 3. videlicet, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amātes, cupidi, elati, superbi, &c. Duas quippe ciuitates Dei, & Babylonis, quas in libris de ciuitate Dei descripsit Augu. duo amores diuidunt in homine: nempe, amor Dei vsq; ad contemptū suum, & amor sui, vsq; ad contemptum Dei. Expauescant ergo mortales quāuis sit pestilens amor sui. Inde enim dimanat elatio & superbia: quæ sub ducatu tandem Antichristi ciuitatē Dei labefactabit. Sed tamē huius amoris cultores eo mittentur, vbi perpetuas poenas pendant. ¶ Tum demū, vt ad constitutam cõclusionem respiciamus, reuelandus est, vt ait, Apostolus, filius, perditionis. Cõclusio ergo præter autoritatē Pauli, probatur testimonio Christi Mat. 24. Erit tribulatio magna &c. quæ locū quæstione sequi enarraturi sumus. Sed cõmonstratur præterea ex loco illo Apoc. 20. quem dist. 43. enarrauimus. Vidit enim Ioannes angelū descendentem de cœlo, nempe Christum: habentem clauem abyssi: scilicet, potestatem infernorum: & catenam in manu sua, nempe, euangelium fidei illegibus, consilijs, & sacramentis, ceu nodis quibusdam consertam,

Romana sedes.

Templum Hierosolymitanum.

2. Tim. 3.

Probatio cõclusionis.

visio Apoclypsis.

qua draconem serpentē antiquam, qui est diabolus & Satanus ligauit per annos mille: ne scilicet, tātō impetu grassaretur in orbē, quanto illuc vsq; in gentes & synagogā seuebat, sed fineret euangelicam fidem, propagari. Quo quidem annorū perfecto numero, tempustum ab orbe redempto vsque ad finē mundi designatur. Vnde sequitur. Et cū consummati fuerint mille anni, soluetur Satanus de carcere suo, & exibat & seducet gentes, quæ sunt super omnes quatuor angulos terræ: nempe, super vniuersum orbem, quas nominibus illis, Gog, & Magog signant, vt eodem lib. c. 1. ait Aug. Et cõgregabit, inquit, eos in præliū, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascendent super latitudinē terræ, & circuiuerunt castra sanctorum & ciuitatē dilectam: nempe ecclesiam. Et descendit ignis à Deo de cœlo & deuorauit eos, & diabolus qui subducebat eos, missus est in stagnū ignis & sulphuris: vbi & bestia (videlicet Antichristus) & pseudopropheta eius administri cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Hic ergo graphicè bestia illa diabolico spiritu inuecta depingitur, quæ Christianam ecclesiam demoliri perget. ¶ Quod si roges. Quæ ratio sapientissimā clementiam diuinam adducere potuit, vt tā atrocem ac diram dæmonis rabiem in suam familiam debachari sinat? Re vera ratione non caret. Primam ergo, de similitudine duorum aduentū Christi venari possumus. Quādo enim ad suam prædicandam fidē sub habitu humilitatis cõtectus de cœlo venit, decuit, vt Baptista, ceu eius Angelus præiret faciē eius, poenitentia reus prædicando, per quā idonei fierēt ad eius suscipiendā misericordiā: sed illico nascēte fide in ecclesia, hæreticorum tyrānorumq; & pseudoprophetarū impetus irruit, qui illā debellarent, vt probarētur electi: cõgruentius ergo quādo venturus est ad exigendam factorum rationem ab hominibus, quemadmodū indultā sibi misericordiā moribus excoluerint, quosq; fructus ex illo diuino semine protulerint, trucem illā fidei persecutionē permittet priori truculentiorē, qua rursus selectissimi examinentur, & quasi aurum in fornace excollatur: nēpe, vt qui de fide deciderint, & ab eius militia defecerint, planē cõuincantur quā sint igne æterno digni in quem sunt demergēdi: & qui in eadem fide perstiterint & charitate, summo honore triumphum de parta victoria illico percipiant. Vnde. 2. ad Thessa. 2. Aduentus, inquit, Antichristi erit secundum operationē Satanæ, in omni seductione iniquitatis, his qui percunt, eō quod charitatē veritatis nō recepe-

Ratio persecutionis Antichristi

ceperunt, vt falui fierēt. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui nō crediderūt veritati, sed consererunt iniquitati. ¶ Secūda ratio sumitur ex parte dæmonum. Nam cū tunc coniecturis sint percepturi finem mundi pro opere, post quem nullus eis relinquēdus est locus suum virus eo omēdi, suamq; aduersus Deum exercendam tyrānidem, nouos assument animos, nouaq; exacuent arma, vt homines possint à cœlo cohibere, q̄b⁹ sua tartara impleāt.

Ratio. 2.

¶ Ad hæc & ex parte Christi accedit, quod cū militia Christiana, illuc vsq; sit sustinenda, tūc Christus, dum receptui canere iubebit, exercitus recēsebit suos, hostemq; lacesset, vt suopremio conferto prælio, de summa, aut foelicitate, aut miseria decertetur: vt coronatis victoribus, victos cum suo duce Lucifero, suoq; antesignano Antichristo: in inferorum baratrū igne & sulphure cōuolutos in perpetuum obtrudat. ¶ Quapropter vt eod. lib. 20. cap. 8. ait

August.

August. non solum quā plurimi tunc persistent in viua fide, verum & multi, constantiam martyrum aspicientes, eandem suscipient fidem: vt actus ille postremus ecclesiæ Christianæ suis primordijs respōdeat, quando cruenta timartyres plures persecutorū Christo lucificiebāt. Raros tamen credendum est, tūc euafuros Christianos, qui non martyrio coronentur.

Solu. argu.

¶ Argumenta igitur contraria per ea quæ dicta sunt dissoluūtur. Nam etsi propter mūdi seniu homines tūc fore credātur spiritu debiles, tamen ex altera parte clemētissimus Deus tum præuia Eliæ prædicatione, tū & singulari subsidio & auxilio corroborauit suos, vt possint contra hostilia tela persistere. Præsertim quod eam ob rem non finet diu persecutionē prolatari, iuxta verbū Christi Matth. 24. Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabūtur. Quē admodum in primo aduentu ante tyrannorū persecutionem, Ioā. Baptistā & subinde Apostolos misit, qui fidem propugnarent.

ARTICVLVS. II.

Vtrum Antichristus futurus sit omniū malorum caput.



Voniā Antichristum fore constitutum est, expedit eius ingeniū & mores nosse: ob idq; interrogamus, vtrum futurus sit omniū malorū caput

Et arguitur à parte negatiua. Vnius corporis nō sunt diuersa capita, malorū autē omniū diabolus est caput: qui primū primis hominibus suggessit crimē, ergo Antichristus nō est futurus ipsorū caput. ¶ Secūdo, caput influit in mēbra, sed Antichristus nullā influxit malignitatē in eos qui eū præcesserunt & sunt præcessuri: ergo non est omniū malorum caput: sed vnum præcipuē inter illos mēbrum diaboli.

Partis negatiua ar. 1.

2. Argum.

¶ In contrarium est glossa super illud Iob. 21. Interrogate vnum de viatoribus &c. quæ ait. Dum de omnium malorum corpore loqueretur, subito ad omnium iniquorum caput Antichristum verba conuertit.

Partis affirmatiua.

¶ Quæstiunculam hanc D. Tho. 3. par. quæst. 8. art. 8. mouit, quā breuissimè expediuit. Nos autem ea ratione proponimus, vt locū illum Pauli. 2. Thes. 2. enarremus, vbi Antichristum suis lineis effigiat. At ne morem deseramus nostrum, tribus conclusionibus respondetur. Prima iuxta quæstionis titulum sit. Antichristus modo quodā futurus est omnium malorum caput. Quatuor enim sunt quæ in capite respectu membrorum considerantur. Primum temporis antecessio, & secundum influxus, influit enim caput membra: & tertium est excessus & perfectio rei illius, secundum quā est caput. Ac demum quartum, quod omnia membra ad se ipsum veluti ad finē refert. His igitur quatuor modis Christus fuit caput ecclesiæ. Fuit enim primū angularis lapis eius: in quam virtutum charismata intrinsecis inspirationibus influit: eandemq; exterius gubernat: & dona quæ ecclesiæ ad mensurā largitur, plenissima redundantia in se continet: ac tādē membra sua ad se trahit. Atqui eisdē quodāmodo rationibus diabolus est caput omnium malorum: nam & antiquior fuit hominibus, quibus iniquitatem intus suggessit, & continēter suggerit, licet nō eo modo quo Deus virtutes, quia non est nra dñs voluntatis. Et quodā pacto iniquos homines gubernat: quare Iob. 41. appellatur rex super oēs filios superbiæ. Et ad suum proprium finem homines inducit: nempe, vt auertātur à Deo, iuxta illud Iere. 2. A seculo confregisti iugum, rupisti vincula, dixisti, Non seruiam.

1. Conclus.

Christus caput ecclesie

Diabolus malorum caput

¶ Antichristus ergo duobus prioribus modis nequibit esse malorū caput: quoniā neq; vniuersis mortalibus antecessit, neq; suos antecessores ad malum instigauit, duobus autē posterioribus rationibus hoc potest nomen fortiri: nempe, quia malignitate & scelerum immanitate iniquos oēs superabit: & cūctos quos poterit ad suam pertrahet nequitia, vt à Deo deficiāt. Vnde super illū locum. 2. ad Thes. 2. Ostēdens

Antichristus malorum caput.

dens se tāquā sit Deus, ait glossa. Sicut in Christo omnis plenitudo diuinitatis inhabitauit, ita, in Antichristo omnis malitiæ plenitudo. Non quidē ita, quod humanitas eius sit assumpta à diabolo in vnitatē personæ, sicut humanitas Christi à filio Dei: sed quod diabolus suā malitiam eminentius ei influet suggerendo, quā omnibus alijs. Quā vtique ratione & respectu præcedentium iniquorum fuit quodāmodo caput. Nā sicut omnes sancti & prophete imaginem quandam suis virtutibus Christi præferbant: ita & omnes pseudoprophete & tyranni, quasi quandam effigiem & vmbra Antichristi præmonstrabant: iuxta illud eiusdē apostolici loci. Mysterium iam operatur iniquitatis: quasi Nero iam tūc atq; alij subinde tyranni mysterium essent Antichristi.

Antichristi natiuitas.

¶ Quod autē ingeniū bestię apertius perpēdatur, fertur, vt Hiero. ait, super Dan. c. 11. ex Iudaica gēte in Babylone nasciturū, atq; alij addūt ex tribu Dan. quia verba Iacob patris eius Gen. 49. plurimū ad rem alludūt. Dā. colaber in via, cerastes in semita. Etenim sicut antiquus hostis sub forma colubri primos parentes ad ortus est, sic & Antichristus per fraudes & technas, vias sepit, vt vix se possint homines ab eius laqueis extricare. Est enim cerastes, vt ait, Solinus, serpētis genus calidissimū. Vnde subditur in prophetia. Mordēs vngula equi, vt cadat ascēsor eius retro, scilicet, vt à Deo recedat. Quapropter truculentia persecutionis cōtemplatus Iacob concludit. Salutare tuum exspectabo dñe. Atq; eam obrē suspicantur non nulli Ioan. in Apoc. c. 7. vbi Tribus Israel recē Tribum Dā. ¶ Quod autem à Babylone sit verus, coniectura sit non leuis, quod sicut Nebrot ædificās Babylonicā turrim, vt Gene. 11. legitur, bellū indixit Deo, à quo proinde Heber, pater Hebræorū populi Dei segregatus fuit, ita ab eadem Babylone sit supremus ecclesiæ hostis reuelandus. Erit autē vilibus despectifque parentibus ortus: quod verbo illo Dani. 11. de Antiocho Epiphane significatur. Et stabit in loco eius despectus, & nō tribuetur ei honor regius: & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulētia. Antiochus enim ille, qui vt libris Machabæorum memoriæ proditū est, populum Dei atrocissimis bellis denexauit: figura vt nostri tradūt, fuit Antichristi. Quapropter sicut ille ita Antichristus Ægyptum prius sibi suppeditabit: ac subinde potētissima inuadet Romanorū brachia. ¶ Non autē defuerunt, vt loco citato ait, Hiero. &c. 20. de ciui. Dei. c. 19.

In Babylone.

Vilis.

Antiochus.

Nero.

Aug. qui opinati fuerint. Nerone fuisse, qui resurrecturus est, vt sit Antichristus, propter verbum Pauli loco citato. Qui tenet nunc (scilicet Romanū imperium) teneat donec de medio fiat: hoc est, eius auferatur regnū: quæ quidem illic verba August. & in epistola ad Esichium ait, non intelligere. Attamen sensus est quod qui tenet imperium Romanum & tenebit spirituale, teneat quousq; in fide mūdi ab eo tollatur. Quare satis est dicere Nerone fuisse Antichristi vmbra & prælagium, in quo mysterium, hoc est, figura iniquitatis operabatur.

¶ Secunda cōclusio. Antichristus pessimus omnium futurus est mortalium qui hætenus fuerūt, & qui posthac futuri sunt. At ne quis peccatū siue Adæ siue Iudæ obijciat, nō cōferimus peccatū cum peccato: sed cū personis personam. Fuit enim peccatū Adæ tū ex alijs circumstantijs graue: tum ratione vniuersalis detrimenti, quod generi humano intulit, grauissimum: & peccatū Iudæ & eorū, qui Christū crucifixerunt ex obiecto sceleratissimū, simul ac impiētissimū, quia fuit occisio Dei. Sed tū nullam illorū fuit infinitæ malitiæ: sed illa cōmuni ratione omniū peccatorū, qua auersio à Deo dicitur infinita. Quocirca possunt tot scelera, sacrilegia, & impietates in vno homine ac cumulari, vt personam peiorem faciant illis, qui illa peccata Adæ & Iudæ cōmiserunt. Hæc conclusionem affirmat Apostolus, vbi eum ait, fore hominē peccati & filium perditionis: sunt enim Hebræis, quibus significatur malignitatis exundantia. Neq; tamē asserimus futurum infinitè malum: quia malum nequit totum bonum corrūpere. Quapropter nō quomodo in Deo plenitudo, virtutis, ita in eo plenitudo iniquitatis abūdabit. Attamē, vt Christus omniū fuit bonorum optimus, ita & ipse erit omniū malorū pessimus.

2. Conclus.

¶ Vnde vt ab eius statim conceptu cōtrarius Christo videatur, aiunt, quod sicut Christus opera spiritus sancti cōceptus fuit, ita eū spiritu diabolico ab vtero matris suæ occupādū: quin verò à diabolo ipso arreptam iri. Non quod eum profus, vt reliquos arreptitios demētet, sed sano iudicio quo peccare possit seruato, voluntatē eius omni replebit spurcitia & iniquitate. Et ideo fertur, vel per incestum grauissimum, vel per sacrilegium ex sacris parētibus concipiendum. Hoc autem nulla falsetur auctoritate, tamen cū Apostolus eū hominē peccati, & filiū perditionis appellat, certum est in hoc solū concipiendum, vt omniū sit scelerū ac flagitiorum sentina. ¶ Et primum eo superbiæ, quæ initiū est omnis peccati, eleuabit, vt non

Conceptus Antichristi

Superbiæ. Antichristi

non

nō solum Deo aduersetur, vt ait Paulus (quod nomen eius sonat) sed extollatur supra omne quod dicitur Deus, siue verē sit Deus, vt qui est, in cœlo, siue falso nomine colatur, vt Dii gētū: siue per adoptionē sic nominetur, quem admodum ait sanctis viris Dauid. Ego dixi Dii estis, & filij excelsi omnes. Similia enim de illo prophetauit Daniel sub figura Antiochi. Ait quippe cap. 11. Eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica. Quod certē de solo Antichristo dici potuit, cuius ideo figura præcessit in Cæsare, qui fertur statuam suam in templo adorandam posuisse: & in rege Tyrri, de quo legitur Ezechi. 1. Dixisti quia Deus ego sum. Nam vt Apostolus ait, sedebit in templo, ostendens se tanquam sit Deus. In quo videbitur, nō solum superbiam Adæ, qui voluit esse vt Deus, transcendere, verum & Luciferi, qui voluit esse æqualis Deo. Nam ob hoc potissimum nomen habebit Antichristi, q̄ Christum prædicabit fuisse falsum Deum, falsamq; prædicasse fidem, & iniquas condidisse leges, verumq; se esse Messiam illum filium Dei, qui fuerat Abrahæ patribusq; subinde promissus. Et reuera hoc est expauescendū mortaliū mōstrū, quod homini impuro, tamq; insolēter abfurdo, & impudico, possit quispiam vllam adhibere fidem, dicenti se esse aut Deū, aut probum hominem.

3. Cōclusio ¶ Tertia conclusio. Antichristus erit omni arte fallendi instructus, omniq; potestate huius seculi coarmatus, vt humanas mētes possit seducere humanaq; voluntates, tum quantum ad vim concupiscibilem allicere, tum & quantum ad irascibilem exterrere: vt alios per fallacias, aliosq; blanditijs, sed alios metu & pauore commoueat. Hac enim de causa in bestia illa Apoca. 13. quæ Coldroe filium designabat, delineatus fuit, quæ capita habebat septem, & cornua decem: scilicet, regna plura & potentatus plurimos: & nomina super capita blasphemie. Eratq; similis pardō versicolori: nam erit omnimoda vitiorū varietate intinctus: & habebit vngulam vrsi ad cōculcandam ecclesiam, & Leonis os ferocissimum: cui draco, id est, diabolus: virtutem suam magnā collaturus est.

Bestia Apoc. cap. 13 ¶ Haud tamen virtutem vllam supernaturalē habebit, quare nec vera miracula edere poterit. Miracula enim sola Dei virtute fieri possunt: quam nunquam neq; ipse exercuit, neq; vlli creaturæ commisit, nisi ad fidem catholicam afferendam, multo ergo minus illam Antichristo tribuet ad illam labefactandam. Erit tamen prompto paratissimōq; dæmonum sa-

Non faciet vera miracula.

tellitio cōstipatus, quo possit ficta seductoria que miracula ostentare: vel aerem immutando, vt præstigiatores faciunt, vel phantasticas species commouendo, vt res quæ nō sunt, aut quales non sunt appareant, quod diabolus facere potest: imō & perniciosissimo motu poterit agētia naturalia passis admouere: vt quàm citissimē res fiant naturales, quæ possit æstimari miracula. Quod in Magis Pharaonis secundum August. vsu venit, qui fecerūt serpentes, & reliqua.

¶ Vnde eodē loco Apostolus. Erit, inquit, aduētus eius secundū operationē Satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigijs, mēdacibus, & in omni seductione iniquitatis his q̄ pereūt. Atq; illis apparētib⁹ mirabilibus, homines vanos & ad credēdū faciles, demētabit: auaros verō opibus, & superbos honoribus, & voluptuosos voluptatibus, & meticulosos terroribus. Plerosq; tamē immanitate tormētorum exquisitissimāq; trucidandi arte euincet. Nam alia via quomodo poterit tam turpe tamq; nefandū hominis monstrum quempiam allicere, quem in suam amicitia conciliet? ¶ Dies autem persecutionis eius, vt Christus ait, breues erūt propter electos. Durabit enim illius persecutionis truculentia, vt supra diximus, & August. 20. de ciuit. cap. 8. refert, tribus annis cum quarto dimidiato. Tantum enim ferē durauit prædicatio Christi, præcessuraq; est prædicatio Elię, ac subinde Antichristi calamitas: de qua Daniel. cap. 12. vaticinatus est. Visio autem fuit quod cum interrogasset Angelum vsquequo finis illorum mirabilium? respondit quia in tēpus & tempora & dimidium tēporis: scilicet, in vnum annum atq; alteros duos & dimidiū quarti, idemq; inferius repetit dicens, A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, scilicet ecclesiæ, & cum posita fuerit abominatio, scilicet Antichristi, in desolationē dies mille ducēti nonaginta, qui idem ferē tempus reddunt. ¶ Finis autem eius erit quod Michael ecclesiæ princeps, qui diabolicum de cœlo deicit exercitum, illum extinguet, & vt fertur in mōte Oliueti, vnde Christus ascēdit. Id enim Daniel in initio eiusdē capituli insinuat dicens. In tempore illo confurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & veniet tempus quale nō fuit ab eo ex quo gentes esse cœperūt vsq; ad tempus illud: & multi ex his, qui dormiunt in terræ puluere enigilabunt, alij in vitā æternam, alij in opprobrium, &c. Et hoc est quod ait eodem loco Paulus. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione ad.

Paulus.

Tēpus persecutionis Antichristi.

visio Danielis.

Finis Antichristi.

Solut. argu-
mentorū.

ne aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanæ &c.
¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, Diabolum & Antichristum non esse duo, sed vnum caput: quoniam Antichristus virtute diaboli vtetur. Veluti Deus est caput Christi, & Christus caput ecclesiæ in virtute Dei. Et summus Pontifex dicitur caput ecclesiæ tāquam Christi vicarius, cuius virtute & auctoritate fungitur. Atque adeo nihil obstat, quominus sit, & mēbrū diaboli, & malorum caput.

QVÆSTIO SECVNDA, De signis iudicium antecessuris.

ARTICVLVS. I.

Vtrum iudicio finali aliqua sint signa antecessura.

Partis negatiue arg. 1.



SECUNDA QVÆSTIO est de signis iudicij, & ideo quæritur primò, vtrum aliqua sint illud præcessura. Et arguitur à parte negatiua. Dies iudicij, vt supra constitutum reliquimus, sic est nobis occulta, vt eam nosse minime nobis expediat: iuxta illud Pauli. 1. Thessalon. 5. Ipsi diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas, tunc crepentinus eis superueniet interitus, sicut de calor in vtero habētis, & non effugient. Rei autem occultæ non congruit iudicium antecedere: ergo nulla sunt antecessura signa.

2. Argum.

¶ Secundo arguitur. Aduentum primū in carne, quanuis fuerit plurimis prophetarum oraculis prænunciatus: nulla tamen antecesserūt signa: ergo neque præcedent secundum aduentum. Nam cum in primo occultus veniet, quare à suis ipsis fuit ignoratus: & in secundo, vt, ait, Pfaltes, manifestē veniet: si signa aliqua necessaria essent, potius deberēt primū antecedere. ¶ In contrarium, est illud Lucæ. 21. Erunt signa in sole & luna & stellis, &c.

Anteceptio questio.

¶ Quæstionē hanc ancipitem reddunt euangelica verba apud Matth. cap. 24. & apud Lucam cap. 21. vbi de signis Christus sic ambobus locutus est, vt vix occulatissimus dignoscere queat, vtrum de illis loquatur quæ excidij Hierosolymitani indicia fuerunt: an de illis

quæ aduentum vltimum domini indicabunt. Vnde nonnulli, ex quibus est Abulensis super Matthæum, contendunt non nisi de euerfione Hierosolymorum accipienda. At verò hæc fitari non debent quin de ambobus simul consummationibus: scilicet, ciuitatis illius & totius orbis, intelligatur, nempe, partim de vna, & partim de altera: vt in epistola ad Esichium ait, August. & 20. de ciuita. Dei, capitu. 5. Hoc certē Matth. 24. palam fit. Sermo enim obortus illic de clade Hierosolymitana fuit. Prospiciens enim structuram templi, ait, Christus. Nonne videtis hæc omnia? amen dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruat. Et tunc accesserunt ad eum discipuli seorsum, secretò interrogantes duos: primū quando futura esset ciuitatis subuersio. Dic nobis quando hæc erunt (quæ tu dicis) scilicet, templi subuersio: & quod signum aduentus tui & consummationis seculi, id est, dic præterea hoc quod subices, quæ signa erunt aduentus tui. Præsupponebant enim aduentum eius & consummationem seculi eodem tempore fore. Et hoc erat quod ipsi omnium potissimum scire cupiebant, quod ideo identidem illum interrogabant: vt Actuum. 1. legitur. Commiscuerunt autem ambas interrogationes, vel arbitrati excidium vrbs nō fore vsq; ad seculi consummationem venturum, vel fortē mysterium illud docti, cuius articulo præcedenti meminimus: videlicet, quod sicut templum illud sacrificijs illius legis dedicatum erat: ita & totus mundus templum erat futurus, in quo euangelium erat colendum: Ac perinde quod euerfio Hierosolymitana quæ in abolitione illius legis erat futura, prognosticum esset consummationis seculi: quæ, deficiente fide & cultu euangelij expectatur. Ob idq; Christus vtriusque signa promiscuè posuit. Quocirca, non solum quædam ad Hierosolymam referuntur, & quædam ad finem mundi, vt August. author est, verum aliqua vtrunq; simul ensum referunt.

De signis Matth. 24.

Duo interrogata.

1. Responsum.

¶ Illud ergo quod primū omnium responsum. Videte ne quis vos seducat, multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, auditori estis prælia, &c. oportet hæc fieri: sed nondum finis, manifesta responsio est ad secundum interrogatum de consummatione seculi. Non enim, ait, restrictè, nondum finis templi & vrbs: sed simpliciter, nondum finis. Vbi plane insinuat finis mundi. At verò non ponit illic signa propria finis mundi, sed communia: quæ ab eius passione vsq; ad illum finem sunt præcessura: tam in pleudo

ii pro.

prophetis & hæreticis: quàm in tyrannis, qui prælijs & falsis dogmatibus afflicti sunt ecclesiam. Atque hunc sensum explicatiùs refert Lucas cap. 21. dicens. Inijcient vobis manus suas, & persequentur, tradentes vos in synagogas & custodias, &c. Et propterea dicit. Nondum finis. Tametsi in fine mundi illa erunt omnibus præcedentibus acerbiora. Nam quavis hereses semper fuerint, & modò ob nostrorum peccatorum merita augeantur, & magna ex parte discessionem à Romana sede in hæreticis nostri seculi conspiciamus, quod est mysterium iniquitatis, vt ait, Paulus Antichristi: & quamuis prælia & seditiones, vt ait, August. semper fuerint: & quanquam multi se nominauerint Antichristos, vt Mahometus atque alij, hæc tamen quedam figura sunt illius veritatis quæ in Antichristo cumulatiùs complebitur. Quare hæc nò sunt signa, quæ punctim indicent finem mundi, sed prognostica illius temporis, quæ quanto auctius succreuerint, tanto tempus illud properantiùs aduenire proclamant. Et ideo concludit Christus. Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.

Et prædicabitur hoc euange. &c.

Abominatio desolationis.

Danic. 9.

¶ Item quod continuò subsequitur. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio, palàm ad finem mundi refertur. Non enim, ait, tunc erit consummatio templi aut ciuitatis, sed simpliciter consummatio. ¶ At quod subinde subiungitur. Cum ergo videritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele propheta: reuersio esse videtur ad respondendum primo interrogato de subuersione templi. Nam licet hoc Matthæus, non tam planè explicet, Lucas tamen explicatiùs eodem loco illud commemorat, dicens. Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote: quia appropinquabit desolatio eius, tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & qui in medio eius discedant; & qui in regionibus non intrent in eam, quia dies ultionis hi sunt. Et ideo vterque euangelista subiungit. Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: quia, scilicet, non poterunt fugere. At qui si in hoc sensu sumantur Matthæi verba, scilicet, de Hierosolymorum clade, necesse est prophetiam ibidem allegatam Danielis referri ad cap. 9. non quidem ad. 79. hebdomadas illic relatas, quæ proculdubio in primo aduentu Christi fuerunt completæ: sed ad præcedentia ibidem verba, quibus vrbs subuersionem per Romanos faciendam prænuñciauit, Quamuis & in eadem strage fines mundi fuerit præsignatus, quem diem Propheta

etiam descripsit. capitu. 12. vt supra distin. 43. quæstio. 1. artic. 2. explicauimus. Nihil ergo vetat vtrumq; sensum Christum insinualle: idcirco enim subiunxit. Qui legit intelligat. Exstat autem verbum ab ipso allegatum apud Daniëlem cap. 9. vbi post enarratam occisionem Mefsia subdit. Et erit in templo abominatio desolationis. Quam quidem abominationem nonnulli, vt etiam August. meminit referunt ad idolum quod Antiochus tempore Machabæorum, vt libro eorum. 1. capitu. 1. scriptum est, in templo erexit super altare Dei: quod nominauit idolum desolationis. Et propterea aiunt dixisse Christum abominationem stantem in loco sancto. Sed re vera verbum Christi non alludit nisi ad desolationem quæ Romanorum impetu post eius passionem facta fuit: de illa quippe prophetauit illic Daniel dicens, nunquam sub omni cælo tam magnum fuisse malum. Vel ad desolationem mundi illic designatam. Et ideo non, ait, Idolum desolationis, sed abominatio. Dixit autem Christus stantem in loco sancto, vt alluderet ad verbum Danielis, in templo, quod per Romanorum abominationem desolatum fuit.

Idolum Antiochi.

¶ At quod apud eundem Matth. ab illo verbo subsequitur. Erit enim tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet: certè ad propria signa consummationis seculi regressio est. Quare ad quæstionem hac conclusione respondetur. Signa futura sunt aduentus domini prænuñtia, atque ipsi proxima. Et primum quidem verbum ipsum postremo citatum hoc denotat: quare particula, enim, nò refertur ad proximam orationem precedentem, saltem si de excidio intelligatur Hierosolymitano, sed ad aliud superius antecedens verbum. Et tunc erit consummatio, scilicet, mundi. Nam quod de illo redeat illic sermo, patet ex predicto verbo. Erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. Daniel namque de clade Hierosolymitana loquutus, non, ait, nisi, quærit magnum malum, quale non fuit sub omni cælo, scilicet, vsque ad subuersionem vrbs & templi: non tamen includit futuram sub Antichristo: Christus verò adiecit neque fiet illud vsque tametsi græca lectio nò habeat nisi, neque fiat deprecatiue: sed consonantior est latina. ¶ Secundo id constat ex subiuncto verbo. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Non dicit cum modo, omnis caro Hierosolymitana, aut Iudaica, sed omnis caro simpliciter. Quare abbreviando ait, propter electos, scilicet, totius ecclesiæ.

Responso de fine mundi.

Cælu. principali.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

¶ Quo.

Quocirca id quod subditur. Surgent enim pseudo Christi, & pseudo Prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia: palam de Antichristo, & de eius auxiliariis ducib⁹ intelligitur. Quare subinfert. Ita, vt in errorem inducantur si fieri potest, etiam electi. Atque id ipsum subsequens particula confirmat. Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Vel forsitan legendum est, fulgor, vt referatur ad solem, qui subitò dum oritur, videtur in occidente. Quamuis Luc. 17. Sicut fulgur, inquit, coruscans de sub cælo in ea quæ sub cælo sunt fulget, ita erit filius hominis in illa die. Et subdit apud Matth. Vbi fuerit corpus congregabuntur & aquilæ: fit enim allusio ad illud Pauli. Rapiemur in nubibus obuiam domino in aera: aquilarum namque volatu, sanctorum merita diuino numine suffulta denotantur. Super omnia demum re confirmat, conclusio illa. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis in cælo, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate. Et tandem subdit de die illa nemo scit, &c. Et similia ferè verba habetur Marci. 13. & Lucæ. 21. proculdubio ergo certissima est conclusio, quòd ante diem iudicij apparebunt in cælis expauescenda signa.

Præcipua confirmatio.

¶ Et confirmatur præterea ratione ex his vltimis verbis collecta. Est enim Christus dominus cum potestate magna & maiestate venturus ad authoritatem autem iudicis confert, ali qua signa præcedere, quæ iudicandos ad reuerentiam & terrorem commoueant, vt supplices in eius tribunali stantur. Cum ergo maiestas Christi, & potestas sit supercœlestis, cõdecet, vt signa quoque cœlestia eius aduentum repræsentent.

Quindecim signa.

tum corruentia. Septimo, omnia sydera errantia, fixa spargent ex se igneas comas, sicut cometa. Octauo, erit magnus terræ motus, & omnia animalia prosterantur. Nonno, omnes lapides tam magni quàm parui diuidentur in quatuor partes: vnaqueque aliam collidentem. Decimo, omnes planetæ sanguineum fluent rorem. Vndecimo, omnes montes, & colles & ædificia in puluerem redigentur. Duodecimo omnia animalia venient ad campos de syluis & montibus rugientia, & nihil gustantia. Tredecimo, omnia sepulchra ab ortu solis vsque ad occasum patebunt cadaueribus ad resurgendum. Quartodecimo, omnes homines de habitaculis suis recedent non intelligentes: neque loquentes, sed discurrentes. Quintodecimo, omnes morientur, & resurgent cum mortuis longè ante defunctis. Hæc autem Hieronymus non tanquam ex propria sententia cõstituit: sed dixit se in annalibus Iudæorū inuenisse. Sunt autem vt apparet conficta. Posuit enim Christus signa illius diei, & tamè nulli istorum meminit: neque omnia videntur rei esse conuenientia.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, bitariam eiusmodi signa posse intelligi antecedere. Vno modo, quod aliquantulo tempore aduentum domini præueniant: ita vt nò monstrent diem certum, neque mensem, imò forsitan, quòd antecedant per annum vel amplius. Et tunc, vt ait, ad Eschium August. erit inter probos & improbos dissensio & discrimen: quod homines veteri & luxui dediti erunt, vt ait, Paulus, in pace & securitate, veluti mortales illi, dum arcam Noe fabricabat: sed corda tiores & Dei cultores, non erunt in illa tranquillitate, imò de illis, ait, Lucas, quòd arescent præ timore. Quare non obstat diem iudicij fore sic occultam, vt planè non constet, & nihilominus antecedere signa quæ diem illam comminentur.

Simile ab arbore fici.

¶ Atq; huc alludere videtur similitudo Christi. Ab arbore fici, discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas: ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote, quia prope est inianuis. At verò similitudo illa non videtur signis iudicij proximis appositam, sed cunctis à tempore passionis Christi illuc usque procedentibus. Prædicationem enim suam & mortem, comparauit germinantibus arboribus, & virescentibus: nam illic iacta sunt semina spiritualium fructuum. Dixit autem, prope esse æstatem, sicuti, ait, in sua Canonica Ioannes, nunc esse nouissimam horam.

¶ Secundo ergo modo & melius dicendum si-
 gna illa vatura esse in eadem nocte vel die præ-
 cedente iudicio: vt quod, ait, Paulus. Dicturos
 tunc homines pax, & tranquillitas, referatur ad
 tempus antequam signa eos conterritent, &
 quod, ait, repentinum superuenturum interitum,
 sicut dolorem in vtero habentis, referatur
 ad signorum præsentiam, quæ non permit-
 tet eis ad cor redire. Et de illo tempore, ait, Lu-
 cas, quod tunc arescent præ timore. Et tunc,
 quod, ait, Christus diem illam esse occultam, in-
 telligendum est, quousque signa illam diem
 iam præsentem demonstrent: & ideo dicitur
 ventura sicut fur. Etenim quod iste modus di-
 cendi sit rei congruentior, probatur. Nam se-
 cundum priorem dicendum esset, obscuritate
 solis & lunæ non duraturam vsque ad articu-
 lum & momentum iudicij: non enim credibile
 fit, tanto tempore in summis tenebris totum
 fore mundum: sed secundum hunc modum
 posteriorem, tenebræ durabunt, quousque ig-
 nis præcedens faciem Domini, & splendor ip-
 sius iudicis, cœlum serenet.

Solu. 2. ar. ¶ Ad secundum respondetur. Quod primus ad-
 uentus Christi debuit esse per Prophetas, quã-
 tum ad tempus prænunciatus: ipse tamen de-
 buit venire occultus: & vtraque ratione non de-
 cuit, vt signa præcederent: præsertim quod pri-
 mus aduentus fuit pacificus, secundus vero e-
 rit terrificus.

ARTICVLVS. II.

*Virum Sol & Luna circa iudicium, secun-
 dum rei veritatem contenebrescent, &
 virtutes cœlorum mouebuntur.*



Onstituto quod aduentum
 iudicis, debent signa cœlestia
 præuenire, quaritur quem-
 admodum illa debeant con-
 tingere signa. Quaritur er-
 go primo, virum prope iudi-
 cium, obscurabitur Sol & Luna, & virtutes cœ-
 lorum mouebuntur. Et arguitur à parte nega-
 tiua. Sol & Luna simul priuari sua luce nequeunt,
 nam Luna eclipsatur per interpositionem ter-
 ræ inter ipsam & solem, quare debent esse in
 oppositis cœli partibus. Sol vero obscuratur per
 interpositionem lunæ inter ipsam & nos: ad
 quod requiritur esse luminaria coniuncta.

2. Argum. ¶ Secundo arguitur. Sicut dicitur, quod sol &
 Luna obscurabuntur, subiungitur, quod stellæ

cadent de cœlo: stellæ autem cum sint cœli par-
 tes, ac perinde incorruptibiles, cadere inde nõ
 possunt: ergo omnia per metaphoram intelli-
 genda sunt, & non secundum rei veritatem.

¶ Tertiò, virtutes cœlorum intelligi nequeunt
 nisi angeli: illi autem moueri non possunt, pri-
 mò quia sunt beati, quibus mutari repugnat;
 secundò, quia neque timere possunt neque ad-
 mirari, cum admiratio ex ignorantia causarum
 proueniat: quæ in angelis esse nequit: tertiò,
 quia circumstantur domino in iudicio, iuxta
 illud Apocalypsis. 7. Omnes angeli astabunt
 in circuitu throni.

¶ In contrarium est textus euangelicus. Sol
 obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum,
 & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum
 mouebuntur.

¶ Ad quæstionem quatuor conclusionibus re-
 spondetur. Opera pretium autem est primò
 de tempore distinguere: scilicet, ante aduentus
 Christi articulum, aut in ipso articulo, aut
 post. In ipso enim temporis articulo, non so-
 lum nulla erit obscuritas solis & lunæ, verum
 multo fulgentius quam modò splendescunt:
 quia adueniente domino totus innouabitur
 mundus. Iuxta illud Isaia. 30. Erit lux lunæ si-
 cut lux solis, & lux solis septemplex. Quæ
 etiam luminaria peracto iudicio lucentia per-
 manebunt: Luna, scilicet, in occidente opposi-
 ta soli. De qua re distinct. 48. recurret sermo.
 Loquimur ergo de tempore, quod erit iudi-
 cio proximum, vt articulo præcedenti expo-
 situm est. ¶ Sit ergo prima conclusio. Sol
 tunc & Luna obscurabitur. Conclusio habetur
 in euangelio, & ideo probari non indiget: sed
 tamen de modo dubitatur, qui potest vnus ef-
 se trium: scilicet, aut per eclipsim, aut per sub-
 tractationem radiorum, aut per interpositam
 nubem. Nam quod Hieronymus præfati lo-
 co insinuat, videlicet, luminaria tunc non esse
 absolutè remissura lumen, imò quod debent
 fulgentius promicare, sed quod respectu exi-
 mij splendoris iudicis dicentur obscurari, tex-
 tui euangelico non vsque ad eò consonat, vbi
 tanquam exhorrendum signum obscuritas il-
 la denotatur. Idque iudicio antecedens: cum
 tamen claritas solis nõ sit vsque ad iudicij mo-
 mentum augenda. Per eclipsim autem obscu-
 ritas illo non fiet, primò propter rationem fa-
 ctam, quia Sol & Luna simul eclipsari non pos-
 sunt. Item, quia sol tunc erit in oriente, & Luna
 in occidente. Deinde quia obscuratio illa erit
 in vniuerso orbe, tamen vniuersales eclipses ef-
 fe non possunt: & ideo obscuritas solis, qui ex-
 pirante Christo tenebras fecit in vniuerso mû-
 do, non

3. Argum.

Partis affir-
mativa.

Decisio.

Sub tempus
iudicij non
erit obscuri-
tas.

1. Conclus.

Eclipsis nõ
erit.

do, non potuit esse eclipsis.

¶ Tertiò ad rem proprie arguitur. Eclipses sunt
 res naturales, quæ cum per naturam accidunt,
 non dicuntur signa, neque verò terrorem incu-
 tiunt, neque admirationem generant: at verò ob-
 scuritas tunc solis & lunæ commemorantur
 tanquam signa supernaturalia aduentus domi-
 ni, qui etiam supernaturalis erit, terrore & ad-
 miratione plena: ergo non per causas natura-
 les, sed supernaturaliter contingent. Et confir-
 matur, quia similiter dicitur de stellis, quod ca-
 dent: scilicet, à suo lumine: & tamen hoc fieri
 non potest per eclipsim.

Per radio-
rum subtra-
ctionem.

¶ Potest ergo obscuritas illa fieri per radiorum
 subtractionem: nimirum per hoc quod Deus
 concursum generalem suspendat: ne cum illis
 luminariibus ad lucendum concurrat: sicut so-
 lem in tempore Iosue suspendendo eundem
 concursum ne moueretur sistere gradum fe-
 cit. Atque hoc pacto sole nondum mittente ra-
 dios Luna & reliqua astra, quippe quæ solo ful-
 gore solis lucent, cõtebrescent. Quapropter
 modus hic non est nisi valde conueniens. Ve-
 runtamen, quia in miraculis id quod minoris
 admirationis existit asserendum est, fortasse
 obscuritas non nisi obtensa nube aliqua fiet:
 quæ totum orbem obnubilet.

2. Conclus.

Dubitatio.

Ratio potiss.

¶ Secunda conclusio. Pari modo vniuersa a-
 stra obscurabuntur, vel quia sol ad illa fulgo-
 rem nullum mittet: vel quia nubes totum cœ-
 lum contegit. Atque hoc pacto dicuntur ca-
 dere: quia suum cessabit lucendi officium. Iux-
 ta illud Iohelis. 3. vbi de eadem die propheta
 locutus, ait. Sol & Luna obtenebrati sunt, & stel-
 læ retraxerunt splendorem suum. Sic enim sol
 dum sub terrâ cadit obscurari videtur: & quan-
 do manè astra occultantur, cadere vulgo appa-
 rent. Quocirca quauis verborum varietate
 euangelistæ tatur dicens. Sol obscurabitur, &
 Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent:
 eandem obscuritatem significat, nisi quod va-
 rietas illa maiorem emphasim habet ad incu-
 tiendum terrorem.

¶ Hæsitabit autem quispiam, esto oporteret
 apparere cœlestia signa iudicij, cur hæc potius
 quam alia: poterant nanque, vel stare, vel retro-
 cedere, vel augere lumen. Respondetur, illa esse
 congruentissima. Primò, quia clementum lu-
 minis, nõ erat ad terrorem & moerorem aptu:
 & statio solis & retrogressio tempore Iosue, &
 Ezechia, vt. 4. Regum. 20. legitur, accidit. O-
 portet autem, vt in fine mudi signa dentur in-
 solita, & inaudita. Sed potissima ratio est, quod
 cum ille futurus sit obitus quidam mundi, &
 potissimus effectus luminarium sit lucere, con-

decet, vt astra luctus & moeroris documenta
 substracto lumine præbeant. Illa enim ratio-
 ne sol quasi necem sui creatoris lugens in mo-
 mento passionis Christi lumen subduxit orbi.

¶ Ex his colligitur obscuritatem illam astro-
 rum, non esse qualemcunque futuram: vt in
 noctis crepusculo, aut in tempore eclipsis, sed
 omnimodam, absque villo profus splendore,
 acsi nullum esset astrum in cœlo.

¶ Tertia conclusio. Non solum in cœlo, verum
 in elementis, vt in aere, & in mari. & in terra, e-
 runt signa. Sic enim legitur Luca. 21. Erunt si-
 gna in sole & Luna & stellis, & in terris præsu-
 ra gentium, præ confusione sonitus maris &
 fluctuum. Quemadmodum enim dum fabrica-
 quædam & moles magna minatur ruina, &
 columna omnes & tigna, stridore concutiun-
 tur. Sic tunc elementa quæ tunc mundi colun-
 na, contremescent, quasi sint à suo ordine di-
 uellenda. Quare & mare in modicis eisdemque
 insuetis fluctibus intumescet & fremet, vnde
 & terræ motus insurget, & animalia cuiusque
 generis conterrita expauescent: & arbores cõ-
 uellentur, & ædificia corruent. Quapropter

Astrorum
obscuritas.

3. Conclus.

Exemplum

Homines a-
rescent.

4. Conclus.

Virtutes.

Lucæ. 21.

scuritatis aërorum, quã fluctus maris, & presuræ gentium, sit futura mutatio virtutum, influxumque cœlestium.

Angeli.

¶ Nihilominus secundo modo possunt virtutum nomine angeli subintelligi. Cui sensui germanior est textus copulatiuus apud Matthæum. Et virtutes cœlorum mouebuntur. Quasi alia sit res noua præter præcedentia signa. Et Marcus significantius, ait. Et virtutes, quæ sunt in cœlo mouebuntur. Imò Chryso-

Chrysof.

stomus, videtur ad quendam eorum metum verbum referre. Ait quippe. Virtutes cœlicæ mouebuntur, quauis consciæ non sint: videntes enim infinitas multitudines condemnari, non intrepidè stabunt illic, quibus verbis nõ insinuat, timore propriæ damnationis concutiendos. Nam cum sint beati, nequit eiuscmodi timor eos tangere. Sed quòd trepidabunt tantam mortalium cladem aspicientes. Neq; verò ille erit propriè timor, qui est de malo futuro: neque verò admiratio, quæ ex ignorantia causa nascitur: quia resistere non possunt in angelos illos scœlices cadere, quippe qui diuino conspectu fruuntur. Sed ad exaggerandam rei magnitudinem, dixit more nostro, illos trepidaturos. At verò Christus, non loquebatur de illo iudicij momento, sed de antecedenti tempore. Ob idque ad Esichium Augustin. sic inquit. Non solum mortales fluctuabunt cum alterabitur mundus, sed & angeli stupebunt in tam terribilibus mutationibus vniuersi: hoc est, stabunt immoti sicut solent, qui stupore corripuntur. Cui alludit Iob. 26. Columnæ cœli contremiscunt & pauent ad nutum eius. Vnde colligit Beda. Quid ergo faciēt tabulæ: hoc est, mortales homines cum tremunt columnæ? Et re vera sola lectio & contemplatio tam terribilium rerum, tamque exhorrendi spectaculi, deberet nos modò commouere, ne tunc aspectus pauidos obrueret.

August.

Iob. 26.

Alio sensus

¶ Fortasse verò, non ad commotionem mentis angelorum, sed ad mutationem eorum operationum, hoc significantius refertur. Vnde aliqui dicunt cessationem angelorum ab operibus consuetis, in quibus requiescunt, appellari hic motiones. Cessabunt enim iam inde tum orbes mouere, tum & homines custodire, atque alia erga nos officia exhibere. Attamen cessatio illa non tam aptè dicitur angelorum motio: præsertim quòd illa requies ab articulo temporis iudicij debet incipere. Et tamen Christus loquitur de tempore præcedenti. Dicendū ergo, angelos tunc sic mouendos quòd in sueta opera & officia exercent: tam in collectione puluerum, quam in alijs ministerijs illic

Sententia authoris


necessarijs. Vnde virtutum nomen vel vniuersos Angelos designat, qui dicuntur virtutes: hoc est, spiritus, qui non sunt corpora, sed meræ virtutes. Vel fortasse significatur quintus angelorum ordo: scilicet, medius secundæ hierarchiæ, qui ob id virtutes dicuntur, quòd sunt miraculis ædenis tanquam ministri deputati: proferentur enim illic miracula maxima.

¶ Per hæc ergo argumentorum solutiones liquido constant.

DISTINCTIO

Quadragesimaseptima.

De finali iudicio.



HIS ITAQUE Text^o. de Antichristo & Cap. I. de signorum consideratione præiactis, ad meditationem generalis iudicij descendamus, quod in consummatione seculi nos manet. Hanc enim catholicam veritatem sacra nos oracula docent, vt illud Ioannis, Sermo què loquutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Et apud Matthæum. Væ tibi Corozain. Dico vobis, Tyro & Sidoni remissiùs erit in die iudicij quam vobis. Et rursus. Viri Ninivitarum surgēt in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Vnde 20. de ciuitate Dei Augu. euidentissimè, inquit, testimonia sacra diè iudicij prædicāt esse venturā. Enimuerò, vt in rerū cōditione primò cōsideratur generalis illa qua mundus fuit cōditus: p̄terea vniuersi uq; hominis.

Text^o. de Antichristo & Cap. I.

La. 4. 12.

Matth. 12.

Aug. 20. de ciuit. Dei cap. 5.

minis alia singularis, ita præter peculiare iudicium, quo vnusquilibet dum vita defungitur iudicatur, congruit aliud in fine seculi celebrari, quod primè vniuersali creationi respondeat.

Cap. 2.

¶ In illo verò iudicio Christus dominus quatenus homo, cui quæ ratione humanitatem assumpsit pater contulit vt rex esset regni cœlorum, iuxta illud Lucæ. 1. Dabit ei dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, sedebit iudex, iuxta illā eius confessionē apud Ioannem. Pater nõ iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificāt patrem. Et rursus. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Alij nihilominus beatorum, qui relictis omnibus sequuti sunt ipsum, ei erunt assessores iudices: ait quippe apud Matthæum discipulis suis. Amen dico vobis, quòd vos qui sequuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes, duodecim tribus Israel. Hoc est gentium vniuersitatem. Super quæ verba August. lib. 20. de ciuit. Dei, ait, Nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse, ait, solos duodecim homines cū illo iudicatos putare debemus: alioqui Matthias, qui in locum Iudæ apostolatum accepit, & Pau-

Ioannis. 5.

Matth. 19.

Aug. 20. de ciuit. Dei cap. 5.

lus, qui plus alijs laborauit, vbi ad iudicandum sedeant, non habebunt. Vnde duodenario numero significata est vniuersa iudicantium multitudo, eorum, scilicet, qui Apostolorum fuerint sectatores. Hos insinuauit Isaias, dicens. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Et Iob. 36. Non saluat impios, & pauperibus iudicium tribuit.

Isaie. 3.

Cap. 3.

Matth. 25.

Paul. 2. Corinth. 5.

Grego. 26. lib. Moralium cap. 24.

¶ Atqui in illo generali iudicio, vniuersi mortales comparebunt, iuxta verbum Christi apud Matthæum. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Et ad Romanos, Paulus. Omnes stabimus ante tribunal Christi, vniuersique iudicio vel approbationis, vel condemnationis iudicabuntur: vel illam sententiam audientes, Venite benedicti patris mei percipite regnum: vel illam, Ite maledicti in ignem æternum. Iudicio tamen discussionis neueq; omnes electos neque verò cunctos reprobos opus erit iudicare. Imò, vt Gregorius. 26. libro moralium, ait. Cum duæ sint iudicandorum partes, electorum, scilicet, & reproborum, bini ordines in singulis continentur, vt quatuor resultent ordines. Alij enim iudicantur, & pereunt: nempe, iniqui Christiani, quibus dicitur, Esuriui & non dedistis mihi manducare, &c. Alij iudicantur & regnant, vt boni Christiani, qui

ni, qui non omnia reliquerunt, quibus tamen dicitur. Esuriui & distis mihi manducare, &c. Alij non iudicantur & percunt: nempe infideles, quibus, ait, Christus. Qui non credit iam iudicatus est. Alij verò non iudicantur & regnant, vt qui non solum quod lex præcipit implere contenti sunt, sed & quod ad perfectionem consulitur, adhibere student. Iudiciū autem vt Iohe. 3. assertum videtur, in valle Iosaphat futurum existimatur, ait enim propheta. Congregabo omnes gentes & deducā eos in valle Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis.

Cap. 4. ¶ Apparebit ergo dominus ad iudicandum in forma humana, sed tamen dotibus gloriæ fulgentissima, Videbunt enim filium hominis, vt legitur apud Lucam (id est in forma humana) venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. Et apud Matthæum. Cūm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, &c. Videbitur autem ab vniuersis tam bonis quàm malis. At verò pij non solum formam serui, verum & formam Dei conspiciēt.

Aug. 1. de trinit. c. 13. Iniqui verò. vt. i. de trinitate, ait, Augustinus, proculdubio eum videre non poterunt, nisi secundum formam, qua filius hominis est: sed tamen in claritate in qua iudicabit, non in humilitate in qua iudicatus est. Cæterum il-

lam Dei formam, in qua æqualis est patri, non videbūt. Non enim sunt mundi corde, & beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

¶ Tunc ergo, vt est apud Daniel. in iudicium sedebit, & libri aperientur in quibus vnusquisque propria corporis quæ gessit, vt ait Paulus, legat: vt iustitiam intel ligat sententiæ quam est auditorus. De quibus libris in Apocal. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu Throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum: liber autem vniciquæ propria erit conscientia, quæ, vt ait, ad Romanos Paulus, testimonium reddet ipsis, inter se inuicem cogitantibus, accusantibus, aut etiam defendentibus in die cūm iudicabit dominus occulta hominum: Credibile nanque est iudicium illud aut totum, aut plurima ex parte, mentis potius significationibus, quàm externis vocibus celebrandum.

¶ Tandem rex, vt ipse apud Matthæum, ait, separabit gentes ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis, & statuet quidem oves à dextris suis: hœdos autem à sinistris. Ac subinde his, qui à dextris existent, dicet, Venite benedicti patris mei, possidete para-

Cap. 5. Daniel. 7.

Apocal. p. 20.

Paul. Ro. ma. 2.

Cap. 6. Matth. 15.

paratum vobis regnum à constitutione mundi: esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere, &c. His autem qui à sinistris. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius: esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum, &c.

DISTINCTIO

nis, Quadragesimæ septimæ, Quæstio prima, De iudicantibus & iudicandis.

ARTICVLVS. I.

Virum iudicium finale sit futurum.



Ost quam superiori distinctione eorum, quæ iudicium antecedent, tractatum absoluius, subsequitur, vt in hac quadragesimæ septimæ de iudicio ipso dicamus. Cuius duæ erunt quæstiones, prior de iudicantibus & iudicandis, ac posterior de eiusdem iudicij forma & modo.

Partis negat. ¶ Quæritur ergo primò tãquam omnium fundamentū, vtrū generale iudiciū sit futurū. Et arguitur à parte negatiua. Legitur enim Naū. 1. Nō cōsurgēt duplex tribulatio. Et secundum septuaginta interpretes. Nō iudicabit dñs bis in idipsum. Vnusquisq; autem in suo obitu iudicatur, & secundum merita retributionem suscipit: Dixit quippe dominus latroni, Hodie mecum eris in paradiso, Et de epulone, vt vna habet lectio. Mortuus est diues & sepultus est in infernum: ergo nihil alio generali iudicio opus est. Præsertim cū iudicium debeat

sententiam antecedere: quæ tamen in particularibus iudicijs ad singulos profertur.

¶ Secundò arguitur. Si necessarium esset generale iudiciū, id maximè propter corpora quæ tunc resurgent: ad corpora verò non pertinet meritum & demeritum, quia non sunt nisi animarum instrumenta: ergo cū iudicium futurum sit, vt pro meritorum ratione præmia, aut supplicia reddantur, non est vsque ad corporum resurrectionem dilatandum. Quod per illud Ioannis. 12. Nunc iudicium est mundi, confirmatur.

¶ In contrarium autem est, illud Ioannis eodē capite. Sermo quē locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.

¶ Nomen iudicij vno modo vsurpatur pro intellectu assensu vel dissensu, quo enunciatio nem cognoscimus esse veram, vel falsam: atq; hoc modo impresentiarum non accipitur. Sed altero, vt est actus iustitiæ, quem admodum, secunda secundæ quæstione. 60. ait Diuus Thomas. Est enim recta definitio iusti, quæ perpen sis rei causis colligitur. Vnde Philosophus quinto Ethicorum. Homines, inquit, ad iudicem sicuti ad quandā animatam iustitiam con fugiunt. Et ideo quæstio præsens est de iudicio, quo Deus de meritis nostris iudicat, seu bonis, seu malis, vt vniciq; secundum opera sua retribuatur.

¶ Et quidem Philaster in suo hæreticorum catalogo quosdam refert Barbaronos, atq; alios Floranos, qui iudicium vllum fore negabant. At verò August. in lib. de hæresibus, vbi illorū meminit hæreticorum, hunc errorem non commemorauit. Quicunq; tamen illo fuerint commaculati, indigni sunt, quorum mentio fiat: adeo est eiusmodi hæresis absurda. Præsertim si & particularia singulorum iudicia negabant. Cū enim diuinis legibus subditi simus, quis tam mentis inops esse potest, qui neget, eidem nos Deo rationem nostrorum morū exhibituros: Sed quæstio præsens non est nisi de generali iudicio, quod post cuiusque singulare expectamus.

¶ Hac ergo catholica conclusione, quæ negare hæreticū esset, respōdetur. In seculi cōsummatione venturus est Christus, qui generali iudicio iudicaturus est viuos & mortuos. Hūc etenim inter alios articulū in simbolo cōfitemur. Et est assertio Christi loco citato apud Ioānē, Ille iudicabit eū in nouissimo die. Et Ioā. 3. Nō misit Deus filiū suum, in mūdū, vt iudicet mūdum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vbi duos subnotauit suos aduentus. Primum, scilicet, ad saluandum per misericordiam mūdū,

Ii 5 & secun-

2. Argum.

Partis affirmatiua.

Iudicij nomen.

Hæresis Barbaronum.

Conclusio.

Testimonia sacra.

& secundum ad iudicandum ipsum rigore iustitiae. Et ideo subdit. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Quasi illa sit futura materia iudicij, quemadmodum homines fidem susceperint & coluerint. Et Ioannis quinto. Procedent, qui bona fecerint, in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. Et Isaia tertio. Dominus ad iudicandum veniet cum senioribus populi sui. Et. 1. ad Corinth. 4. Apostolus. Nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. Et. 2. ad Corinthios quinto. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. Vide Augustinus. 20. de ciuitate Dei, capit. quinto. Euidētissimè, inquit, testimonia sacra diem iudicij prædicant esse venturum, Vt illud apud Mattheum capit. 11. Væ tibi Chorozaim. Dico vobis Tyro & Sydoni remissius erit in die iudicij quam vobis. Et rursus ad Capharnaum. Dico vobis, quia terra Sodomorum remissius erit in die iudicij, quam vobis. Et Matthæi. 12. Viri Ninivitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia poenitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quam Ionas hic. Et regina Ausri surget in iudicio cum generatione ista & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon hic. Et Matthæi. 13. in zizaniorum parabola, ait, quod in consummatione seculi mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno suo omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorū. Qui habet aures audiendi audiat. Hic, ut ait, Augustinus, iudicium, vel diem iudicij non nominauit, sed vel multo cum clarius ipsis rebus expressit: & in fine seculi futurum esse prædixit. Et Matthæi. 19. discipulis, ait. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Est ergo conclusio, sacris eisdem que manifestis oraculis constabilita. Vnde idem Augustinus eodem libro capit. 30. recensitis id genus diuinis oraculis, sic concludit. Nul-

Ioan. 5.

1. Corint. 4.

August.

Alia testimonia sacra

lus igitur, vel negat vel dubitat per Iesum Christum tale quale istis sacris literis prænucciatur, futurum esse nouissimum iudicium, nisi qui eisdem literis incredula animo sitate seu cecitate non credit.

¶ Neque verò rationes desunt optimæ, quibus conclusio congruenter demonstratur. Enimvero homo bifariam æstimari potest: vno modo, ut singularis persona: atque altero, ut pars Christianæ Reipublicæ. Rursus & quatenus est singularis persona, considerari potest aut in se præcisè, aut in effectibus suarum actionum, qui quotidie inserpunt: & ad alias ac subinde alias personas profunduntur.

¶ Ex his ergo quatuor colliguntur rationes. Prima, finis rei suo debet congruere principio: in hac autem mundi machina consideratur, tum vniuersalis eius creatio, tum & vniuersaliusque hominis generatio: singulari autem cuiusque generationi respondet peculiare vniuersaliusque iudicium, dum moritur: ergo congruens est, ut præter hæc particularia iudicia fiat in seculi consummatione vnum generale, quo de toto humano genere iudicetur: cui & angeli, qui nostri fuerunt custodes, ceu nostri patroni compareant, & dæmones, qui fuerunt nostri hostes, ut criminatores assistant.

¶ Secunda ratio est Sancti Thomæ tertia parte, quæstione quinquagesima nona articulo quinto. Quauis homo secundum suam personam per animæ separationem moriatur, permanet tamen ex rebus futuris pluribus modis dependens. Vno modo in filiis, secundum illud Ecclesiastici trigesimo. Mortuus est pater eius, & quali non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se. Et similiter persistit in sua familia & in suis subditis, quos debuit integris moribus instituere. Secundo modo, etiam permanet in suis effectibus seu bonis seu malis. Perseuerant enim & martyrum aliorumque sanctorum exempla, & sapientium doctrina, quibus homines in dies proficiunt & promouent. Rursus hæreticorum dogmata quotidie germinant, ut modo Lutheranorum, quorum pestem vti nam Deus nostris seculis restinguat. Item manent in suis effectibus quæ in rebus istis caducis & lubricis defixerunt, amplificando res suas quæ perpetuando nomina. Tertio, & quantum ad corpora, quæ vel honorificè fuerunt sepulta, vel nulla sepultura donata. In summa permanent in hominum memoria. Cū ergo vniuersaliusque iudicium ex his omnibus pendeat,

Rationes.

1. Ratio.

2. Ratio.

quæ

quæ quauis Deus antequam fierent non erant, hominibus tamen ante faciem mundi non defecere satis nequeunt, quia in se non congruus est, ut tunc Deus mortalium vniuersitate, eodem tribunali iudicet: ut qualis vnusquisque fuerit, non solum per eius actus, sed per omnes subsequentes effectus & perfructus quos in alias personas protulit, aut per damna quæ illis intulit, vniuersis palam fiat.

3. Ratio.

¶ Tertia ratio inde sumitur, quod legitimum operum pretium, ex intentione quæ intus in corde latet æstimatur, ex quo, ut ait Chastus, exeunt cogitationes, siue bonæ, siue malæ. Quo fit, ut quam plurimum subsit fallaciæ in iudicandis hominibus de externa facie & operibus. Sunt enim plurimi, qui lupinum perdetus ouina pelle contegunt: & vice versa multi pectoris sanctimoniam externe dissimulant. Est ergo rei maximè consentaneum, ut in generali hominum angelorumque conuentu, abditæ cordium propalantur, ut legitimum personarum iudicium notum fiat vniuersis: atque adeo hypocritæ summo confundantur opprobrio, & Dei filij publicis honoribus honestentur. Vnde Paulus. 1. ad Corinthios. 4. Nolite, inquit, ante tempus iudicare, quousque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo.

2. Cori. 4.

4. Ratio.

¶ Quarta demum ratio sumitur ex similitudine sementis & messis. Tempus enim præsentis seculi tempus sementis est, ubi grana cum paleis mixta concresecunt, & zizania cū tritico. Conuenit enim, ut ait super psalmum 54. Augustinus, probos in hoc seculo cum reprobis commixtim viuere, ut mali consilij exempli que bonorum in viam redeant: & boni peruersa iniquorum opera caueant. Est ergo operæ pretium, ut dominus messis, quem admodum ait Baptilta Matthæi. 2. ventilabro suo, hoc est, discretionis iudicio, permundet arcam suam, triticumque in horreum suum congreget, & paleas igne comburat inextinguibili.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod Deus non iudicat bis in idipsum, contra sensum prophetæ, hoc est, pro eodem delicto non congeminat poenas. Attamen secundum rationes diuersas iudicia duplicata: scilicet, ut qui occultè tanquam singularis persona iudicatus fuit, publicitus, quasi pars Reipublicæ iterum iudicetur: & præmium aut supplicium quod secundum animam suscepit, suscipiat etiam in corpore, nihil iniustitiæ præsert, sed

plurimum sapientiæ lumen. Et ideo ad postremam argumenti particulam respondetur, non quemadmodum illi, quorum errorem, distinctione. 47. refutauimus, quod animæ ante diem iudicij, nec donentur præmijs nec supplicijs plectantur, monstratum enim illic reliquimus, quum hoc sit falsum. Sed respondetur primo, quod licet sententia in iudicio particulari præcedat generale in parte, nihilominus per iudicium postmodum generale, non solum confirmatur, verum ampliatur. Ut deinceps boni alijs accidentarijs præmijs fruantur, tam in corporibus, tam sanctorum auctiori consortio. Et pariter damnati truculentius cruciabuntur.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum respondetur, quod corpus non est, ut instrumentum animæ separatim, sed coniunctum, tanquam pars suppositi: & ideo sicut fuit particeps laboris & voluptatis, debet esse & præmijs & supplicij. Atque ad hoc animæ, quæ per se subleuit, in ipso statim exitu à corpore suam suscipiat retributionem, corpus tamen, quia manet mutabilitati obnoxium, in fine mundi est illam recepturum.

Verbū Christi sicut Ioan. 12.

¶ Verbum autem illud Christi Ioannis. 12. Nunc iudicium est mundi, non accipitur in eo quem nunc tractamus sensu, sed ut tractatu. 52. super Ioanem, ait, Augustinus, loquebatur de iudicio quod fecit dum per suam passionem, de diabolica tyrannide liberabitur genus humanum.

ARTICVLVS. II.

Utrum Christo sint alij assessuri iudices.



ONFITEMUR iudicium futurum, exploremus ergo de iudicibus, vtrum alij sint assessuri Christo. Et arguitur à parte negatiua, ex illo Ioanis quinto. Pater non indicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Igitur cum honore illo filij nulla sit creatura digna, fit ut nullas sit cum eo futurus iudex.

Partis negatiue ar. 1.

¶ Secundo arguitur. Quicumque sessurus est de re aliqua iudex, debet potestate in id quod iudicat fungi: illa autem de quibus in eundem est iudicium illud sunt merita demeritaque humana, quæ soli diuinæ subsunt autoritati & cognitioni: ergo nullus alius erit iudex. Præsertim

2. Argum.

Præsertim si (quod quæstione sequenti probabilius censebitur) forma illa iudicij tantum in mente sit perficienda, consequi videtur, quod solus Christus, cui patula sunt hominum corda, debeat totum iudicium absolueret.

Pars affirm. ¶ In contrarium est illud Matthæi decimonono, quod Christus est Apostolis pollicitus. In regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Cui illud consonat, Isaia. 3. Dominus ad iudicandum veniet cum senioribus populi sui.

1. Concilium. ¶ Ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima, Christus etiam quatenus homo, & in quantum redemptor humani generis, constitutus est a Deo iudex vivorum & mortuorum. Verba sunt Petri Apostoli, Actuum. 10. Neque conclusionem hic præfigimus ceu ex professo locupletius ampliandam, pertinet enim ad tractatum de vita Christi.

Notandum. ¶ Quare de iudicaria eius potestate disseruit diuus Thomas tertia parte quæstione. 59. Sed eam tãquam reliquarum caput, præponimus. Vbi notandum, quod si loquamur de Christo quatenus Deus est, & de iudicio diuino vniuersarum rerum, non dixisset Christus. Pater nō iudicat quemquam. Quia per proprietatem, idem est iudicium omnium trium personarum: licet per attributionem quodammodo competatur potestas, quæ attribuitur patri, & rectitudo, attribuitur spiritui sancto: tamen quantum ad formam, qua formatur iudicium, requiritur sapientia. Iuxta illud Ecclesiastici. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum, sapientia vero attribuitur filio. Christus autem non loquebatur, nec nos loquimur de illo iudicio, sed de generali, quod facturus est in forma humana. De hoc ergo asseruit, quod pater non iudicat quemquam, sed hanc potestatem dedit filio, quia filius hominis est.

Chrysosto. ¶ Quauis Chrysostomus arbitratus Christo, hanc iudicis facultatem, non quatenus homini, sed quatenus Deo per generationem æternam esse communicatam: non sic legit, sed interiecto puncto. Omne iudicium dedit filio. Vt alia oratio sit. Quia filius hominis est,

Cætra Chrysost. nolite mirari hoc. At vero profecto lectio hæc non tam textui consonat, quàm alia Augustini, quæ est communis. Alioqui non negasset patrem illo modo iudicare, quo iudicat filius. Est ergo sensus, quod in iudicio generali pater non iudicabit, sed filio hoc dedit, quatenus homo est: tamen si primæna iudicandi au-

thoritas in patre ipso resideat. Et ratio est, quia iudicium illud futurum est in forma visibile, vt etiam damnati, qui diuinitatem conspiciere nequeunt, videant nihilominus ipsum iudicem. Vnde cum pater non sit homo, quia neque humanitatem assumpsit, non iudicabit. Ait enim Augustinus in libro de verbis Domini. Rectum erat, vt iudicandi viderent iudicem, tam boni quàm mali. Et ideo formam serui iudex ostendit malis: bonis vero, etiam formam Dei.

¶ Altius tamen ratio huius contemplanda est. Eo enim, quod Christus dominus nostram sibi vnitatem vniuit, ratione illius ineffabilis vnionis, competit ei esse regem regni cælorum, iuxta illud Lucæ primo. Dabit ei dominus Deus, sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Hunc ergo tunc titulum absque meritis ratione diuini suppositi obtinuit. Sed præterea & quatenus suo nos pretioso sanguine redemit, ius suis meritis acquisiuit, vt esset caput nostrum, ac subinde iudex. Nempe, vt qui pro Dei iustitia pugnavit & vicit, & iniuste iudicatus est, secundum Dei iustitiam iudex esset. Vnde Iob trigessimosexto. Causa tua quasi impij iudicata est: iudicium causamque recipies. Et Augustinus in libro de verbis Domini. Sedebit iudex, qui stetit sub iudice, damnabit vero reos, qui falso factus est reus. Et super auctoritatem quam tractamus, Ioannis quinto. Potestatem dicit ei iudicium facere, quia filius hominis est, ait. Non quidem propter conditionem naturæ: alioqui omnes homines eandem haberent potestatem: sed propter gratiam capitis, quam Christus in humana accepit natura.

¶ Secunda conclusio. Alij etiam cum Christo iudicabunt. Vbi adnotandum est, iudicare, multifariam contingere. Vno modo, quis dicitur iudicare tanquam causa & obiectum, cuius comparatione iudicium alterius accipitur. Qui enim iustorum opera intuetur, iudicat quàm sint impij culpandi. Atque hoc pacto Matthæi. 12. ait, Christus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquam Ionas hic. Pluris enim illi Ionæ comminationem æstimarunt, quam Iudæi disciplinam Christi. Et similiter Regiam Austri plus mouit Salomonis fama, quàm illos præsentia Christi. Sed isto modo non solum sancti, verum & nequam homines iudicabunt. Iuxta illud

Altiore ratio.

Iob. 36.

August.

Ioan. 5.

2. Conclusio.

Multiplex iudicandi modus.

Matth. 11. ta illud Matth. 11. Væ tibi Corozain, quia si in Tyro & Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere penitentiam egressi. Et ideo per comparationem erunt illi reprobis causa condemnandi in æros oblationes illis.

Modus. 2. ¶ Secundo modo dicitur quis iudicare, quia iudicandi cõsentit, quasi ei sententia placeat. Atque hoc pacto iusti omnes ac soli quodammodo iudicabunt, Christi sententiam approbantes. Iuxta illud Sapient. 3. Iudicabunt sancti nationes. Sed illud nondum est propriè iudicare, quasi per actionem & facultatem quæ illis competat. Quare conclusio nostra alium asserit iudicandi modum, quo Christus non iustis vniuersis, sed peculiariter Apostolis, qui relinquentes omnia secuti sunt eum, pollicitus est. De quibus legitur, Isaia. cap. 3. Dominus ad iudicandum veniet cum senioribus populi sui. Et Prouerb. 3. 1. ait Salomon de ecclesiæ sponso, Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Et Iob. 36. Non saluat impios, & pauperibus iudicium tribuit. Et Apocalypsis. 3. Qui vicerit, dabo tibi sedere mecum in throno meo sicut & ego vici & sedi cum patre meo in Throno eius. Quauis hoc ad vniuersos iustos referri videatur, qui sedebunt in Throno cum Christo, nō in Throno iudicandi, sed regnandi.

3. Modus. ¶ Hanc verò Apostolicam iudicandi actionem, Magister sententiarum non putat ante posse sciri, quàm videatur, nisi per reuelationem. Nihilominus sunt, qui non aliter interpretentur, quàm quod iudicabunt per honorabilem confessionem prope Christum: veluti assessores iudicare dicuntur, quia superiores cæteris apparebunt in iudicio occurrentes Christo obuiam in aera. At profecto hoc nō sufficit, vt propriè dicantur iudicare. Nam magnates assidentes Regi dū iudicat, si nihil aliud, vel in causæ cognitione, vel in sententiæ prolacione operentur, neutiquam appellantur iudices.

Ricardus. ¶ Et ideo Ricardus de sancto victore plusculum eis tribuit dicens, quod viri eximie sanctitatis, qui diuinæ contemplationi assunt, ea quæ in libro Sapientiæ quotidie legunt, veluti in cordium voluminibus transcribunt. Vnde subdit. Quid verò sunt iudicantium corda diuinitus in omnem veritatē edocta, nisi quædam canonum decreta? Itaque iudicare non fit nisi in corde tanquam in libris habere scriptam Dei sapientiam.

Versus sententiam iudicandi. ¶ Hæc autem speculatio egregia est: non tamen satis vim manuque iudicandi exprimit. Et ideo, vt impræsentiarum ait Diuus Tho-

mas dicendum tãdem, quod cum iudicare propriè sit sententiam in alium ferre, hoc bifariam contingit. Vno modo per propriam auctoritatem, & hæc est propria Christi sententia, qui ex meritis iudicandorum mente sententiam colliget. Sed altero modo contingit sententiam proferre, auctoritate illius, qui id munus ministro committit. Et hoc modo iudicabunt Apostoli & apostolici viri, sententiam, scilicet, Christi auctoritate latam in notitiam iudicandorum proferendo. Quod est quasi illam pronunciare: hoc est, eos docere quid cuique iustitia Dei pro suis meritis retribuatur. Atque hoc inferius videtur idem Ricardus his verbis explicare. Iudices coram iudicandis decretorum suorum libros aperire: est ad cordium suorum inspectionem inferiorum quorumlibet visum admittere, sensumque suum in his quæ ad iudicium pertinent reuelare. Debet enim illa esse locutio, aut vocalis aut mentalis, vt quæstione sequenti videbimus.

¶ Tertia conclusio. Honorificum hoc iudicandi munus non quibilibet sanctis ob quacunque merita, sed solis Apostolis eorumque sequacibus propter perfectum paupertatis statum concedendum est. Duplex namque est consideranda paupertas. Vna quidem communis, quæ sæpè solet esse coacta: & illa non nominatur status paupertatis, quauis si æquo animo per Dei gratiam toleretur, suo non careat egregio merito. Sed alia est paupertas, de qua impiæ sententiarum loquimur, videlicet, dum quis cuncta quæ habet, vt Christum sequatur, relinquit, & trino voto religionis proficitur: firmitas enim voti status dicitur. Probatur ergo conclusio ex verbis Christi, eodem Evangelico loco, vbi præmissa historia illius adolescentis, cui sciscitanti quid ageret, vt vitam æternam possideret, affirmanti que subinde seruasse mandata, respondit dominus, vt si vellet perfectus esse, cuncta quæ haberet relinqueret, & sequeretur ipsum, mirantibusque discipulis quisnam posset saluus esse, percontatus est Petrus. Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te quid ergo erit nobis? Cui dominus. Amen dico vobis. Quia supremum erat quod pollicebatur præmium, credituque subinde difficile, vt affirmatiuè illud assereret, ait. Amen dico vobis, quod vos, qui sequuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis, & vos super sedes duodecim. Id est, nō stabitis inter illos, qui iudicandi sunt: sed alsidebitis iuxta sedem maiestatis meæ. Non promiscuè in vno communi sedili, sed singuli in sedibus

3. Conclusio.

Duplex paupertas.

Probatio conclusionis.

Matth. 19.

sedibus singulis, quod ad maiorem honoris cumulum accedit. Nec tamen sedebitis honoris gratia, ut propè me sitis, sed quod mea ego auctoritate facturus sum, id vos tanquam mei ministri facietis: iudicabitis, inquam, duodecim tribus Israel, id est, totum iudicandorum vniuersitatem. Quanquam, quia ex illo populo erant assumpti, cui Christus peculiariter fuerat promissus, illum solum populum nominauit. Et quo rem explicatius doceret, subiunxit. Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut agros, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit. Quasi dicat, propter singularia merita peculiariter recipiet vnusquisque præmia. Sed propter omnimodam omnium bonorum abiectionem, ut liber se homo totum obsequio meo tradat iudex erit.

Paupertatis dignitas ¶ Et re vera huic altissimo paupertatis status accomodatissima est iudicandi facultas. Primò propter congruitatem. Nam qui de rebus quibuslibet iudicaturus sedet, ab eorum profusus affectu debet esse purus: quia utique ratione Philosophus. 2. & 3. de anima, ait, quòd visus debet esse omni colore nudus, aliàs nequirit colores omnes percipere: veluti lingua amaro humore infecta, gustare saporis nequit. Eadem ratione, intellectus probatur esse incorporeus, quia omnia cognoscit corpora. Iudices ergo, qui Reipublicæ oculi sunt & lumina, rerum omniam affectione debent esse nudi & purissimi. Hac ergo congruentissima ratione statui paupertatis, quo omnia profusus abijciuntur, iudicandi de omnibus potestas accomodatur. Vnde quia spiritualis homo per corporalium spoliationem fit, ait. 1. ad Corinthios 2. Apostolus, quòd spiritualis iudicat omnia. & ipse à nemine iudicatur. Quo circa, ut infideles, quia sunt manifestarij Reipublicæ hostes non iudicabuntur iudicio discussionis, sed condemnationis, quia qui non credidit iam iudicatus est, ita per alterum extremum, quia iudicium de operibus misericordiae explicandum est, Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. illi qui per erogationem omnium bonorum statum paupertatis elegerunt, quia manifestum est vno religionis actu, & voto cuncta misericordiae opera exoluisset, non iudicabuntur sed alios iudicabunt, qui partem dederunt, & partem retinuerunt: atque eos præcipuè, qui nihil dederunt.

1. Corin. 2

Ratio. 2.

¶ Secundo, id etiam conuenit ratione meriti. Abiectio enim & contemptus mundi excelsæ humilitatis officium & iudicium est: præmium autem humilitatis est exaltatio, iuxta

illud. Qui se humiliat exaltabitur. Cum ergo, qui statum paupertatis profitentur, ab omnibus suppeditentur, despectique cunctis habeantur, æquissima sapientia diuina est, ut super omnes exaltentur. Nulla verò est exaltatio maior, quam alios iudicare.

¶ Tertiò, & potestas hæc paupertati, tanquam proprio ipsius præparamento congruit. Ob id enim, ut paulò antè dicebamus, conuenit sanctorum quibuspiam iudicare, quod per contemplationem cor habent diuinam veritatem edoctum, quam alijs valeant enunciare.

¶ Prima autem omnium dispositio ad statum perfectionis, ac perinde contemplationis est paupertas: quæ ideo in capite beatitudinum à Christo est collocata: ob idque pauperibus iudicare congruit. Vnde in verbis illis Christi, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, hoc mihi inspicere videor. Promittitur, inquam, pauperibus regnum cælorum, non ea tantum generali ratione, quia iustis omnibus propositum est: sed singulari, qua regum est ciuium causas iudicare ac definire. Et ideo post consiliorum narrationem conclusit Christus dicens. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum, qui autem fecerit, magnus vocabitur. Consilia namque etsi quantum ad necessitatem sint minima, tamen mandatis adiecta sunt maxima. Et ideo, qui mandata absque illis seruauerit, erit quidem in regno cælorum; sed tamen ratione status erit ex minoribus, nisi aliunde clementiam fecerit charitatis. Qui verò consilia mandatis adiecerint, erunt magni, nempe, proceres & magnates: apud Deum, atque adeò assessores iudices.

¶ In hoc ergo iudicium ordine professione pauperes vtriusque sexus includuntur, in quo sacratissima virgo principatù obtinebit. Omnes, inquam, etiam si in sanctorum canonem non fuerint per ecclesiam adscripti, dummodo instituta suæ religionis legitime seruauerint, vel si pro humana fragilitate lapsi fuerint, per diuinam clementiam fructus egerint penitentiae, & tandem in sua professione vitam abfoluant.

¶ Ex his colligitur Angelos non esse futuros assessores iudices Christi. Sicut enim pater quia inuisibilis est, non iudicabit, sed filius in humana natura, ut ab omnibus tam malis, quam bonis conspiciatur: ita neque inuisibiles Angeli. Debent enim iudices omnes in eadem apparere natura, atque adeò homines esse quanuis iudicabunt, ut cæteri iusti, sententiam approbando.

¶ Præterea

¶ Præterea quia angeli non sunt à terrenorū affectu liberi & puri suapte sponte per meritum, sed suapte natura absque vilo merito.

¶ Quapropter nullum inconueniens est licet illo priuentur honoris titulo, quo donantur Apostolici homines, sicut & aureolis quibus virgines donantur, propter spontaneam virginitatem, & martyres propter victoriam in martyrij. Item quia illic mero ministrorum officio fungentur, quos ut habetur Matthæ. 13. mittet filius hominis ad colligenda scandala. Itè apparebunt tanquam testes, ut ait, glossa super illud Matthæ. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, Ministrorum autem & testium non est iudicare.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, illum honorem iudicandi propria auctoritate neminem esse consecuturū præter Christum, cui conuenit propter eminentiam capitis. Et per hoc itidem respondetur ad secundum: scilicet, quòd soli Christo subsunt nostra merita & demerita tanquam retributoria. Sed alijs iudicibus per eius reuelationem innotescunt. Et quanuis iudicium sit mente citra vocem transigendum, nihil obstat quominus quibusdam specialiter sanctis illa fiat sententiæ reuelatio, quæ non fiat omnibus.

Cōtrarietati conclusio.

¶ At verò contra tertiam conclusionem super sunt nonnulla dubiola dissoluenda. Arguitur ergo, quòd non omnes professione pauperes iudicaturi die illa sint: quoniam Christus duodecim præcisè apostolis duodecim spondit iudiciales sedes. ¶ Sed & quòd non eis duntaxat eadem potestas congruat, arguitur secundo. Qui dignitate & merito inferior est, non debet superiorem iudicare: sunt autem complures, qui quanuis paupertatem professi non fuerint, cumulatiore tamen habent apud Deum per eius gratiam merita: præsertim candidati martyres, quia licet bona externa non abiecerint, propriam tamen vitam quæ diuitijs cunctis pretiosior est, Deo sacrificarunt, in quo & Christum ipsam imitati sunt, qui ob id quòd iniuste iudicatus est, iudex esse meruit.

¶ Et tandè arguitur. Qui verbis & doctrina exhortatur ceteros, ius habet contemptores verbi, iudicandi, iuxta illud Ioannis. 5. est qui accusat vos Moyses in quo vos speratis: nempe, quæ eius documentis: (ut ait glossa) non creditis: & iuxta illud iam citatū Ioannis. 12. Sermo què locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die: ergo citra paupertatis professionem erunt sancti iudices. ¶ Ad primum respondet Augusti. 20. de ciuitat. Dei capit. 7. his verbis. Ne quoniam super duodecim sedes sessuros esse

Solutions

ait, solos duodecim homines cum illo iudicatos putare debemus. Alioquin quoniam in locū Iudæ traditoris apostolum Matthiam legitimus ordinatum, & Paulum, qui plus alijs laborauit postmodum apostolatu donatū, vbi ad iudicandum sedent non habebunt. Vnde duodecim numero significata est vniuersa iudicantium multitudo, propterea, quod duodecim apostolis loquebatur, in quorum persona hoc omnibus eorum sectatoribus promittebat.

¶ Ad secundum respondetur, quòd qui meritis superiores fuerint, perfectius præmiū essentialiale, quòd in Dei visione consistit, obtinebunt: nihil tamen obstat quominus vltroque pauperes illo accidentario fungantur honore iudicandi etiam superiores, auctoritate sibi à supremo iudice indulta.

¶ Ad id autem quòd de martyribus obiectum est: non defunt, qui arbitrentur, ut Abulenſis super Matthæ. capitu. 15. quæstio. 324. quòd vniuersi sancti, qui in catalogum & sanctorum canonem ecclesiæ auctoritate relati sunt, sint cum apostolis iudicaturi, eo quod ecclesiæ testimonio iam iudicati sunt. Veruntamen hoc, quanuis probabilitate non careat, tamen euangelio non satis consonat, quòd Christus non nisi illis, qui reliquerunt omnia, hanc dignitatem pollicitus est. Nisi dicas etiam martyres simul cum vita reliquisse omnia. Nihilominus opinio cõmunis, quam sustinet hic Sanctus Thomas est, quòd non iudicabunt nisi pauperes. Et ideo respondetur, quòd martyrio non vsque adeò rationes supra factæ coarctantur, ut sint iudices. Quanuis ob feruorem charitatis: præmium essentialiale cumulatiùs affequantur, & aureolas, quibus alij non donantur. Qui autè secundum aliam opinionem dixerint fore iudices, cum probabilitate etiam loquentur. De Christo verò diuersa est ratio. Primò quia tanquam capiti conuenit ei iudicare. Secundo, quia heroicè statum paupertatis seruauit. Et tertio, quia non solum iniuste iudicatus est, sed per eminentissimam humilitatem humiliavit semetipsum vsque ad crucem: & in actu humilitatis professores paupertatis similius eum imitantur: Virgines verò per solenne votum statum etiam paupertatis, ut dictum est, profitentur. ¶ Sed rogas, nunquid ex sanctis patribus antiquæ legis aliqui iudicabunt: argues namque inde à parte negatiua, quòd tunc non vigeat votum solenne paupertatis. Nihilominus affirmatiua probabilior est, multi enim tunc sic vitam instituebant, ut omnia profusus abijciantes, solitariam vitam monachali similem ducerent, ut Essenorum collegium, qui,

vtr.

vt refert Iosephus eremum colebant, in quo fuit Ioannes Baptista, & prophetæ, atque alij, de quibus, ait, ad Hebr. Paulus, quod erant in solitudinibus errantes in montibus, & in cauernis terræ, melotis induti & pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.

Solu. 3. ar. ¶ Ad tertium respondetur, quod qui alijs aut leges ponunt, aut exhortatione aut cōsilio auxilio sunt; iudicabunt illos per modum cause: scilicet, ostendendo in iudicio quemadmodū eos iuuerint, neq; quicquam profecerint.

ARTICVLVS. III.

Vtrum mortales vniuersi debeant in iudicio comparere, vt iudicentur.

Partis negatiue. 1. ar.

Iertio quæritur de iudicandis, vtrū tota mortalis vniuersitas debeat ante tribunal Christi sibi. Et arguitur à parte negatiua. Tota vniuersitas diuiditur in duo: scilicet, in infideles, qui non crediderunt, & in eos qui crediderunt: sed vt Ioannis tertio, ait, Dominus, qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: ergo nulli iudicabuntur. Atque adeo neque opus habent illic comparere. Quod si prius membrum de fide viua intelligatur, saltem consequitur nullos iustorum esse iudicandos. Idque præterea inde confirmatur, quod cum sint certi de sua beatitudine, & quod certum est iudicium non reuocetur: non videntur iudicandi. ¶ *Secundo arguitur.* Legitur in psalmo primo. Non resurgent impij in iudicio: sed omnes iniqui qui Deum aut fide aut moribus non sunt confessi, impij censentur: ergo nulli mali iudicabuntur, atque adeo neque comparebunt. Et præsertim arguitur de pueris ante vsum rationis defunctis, qui cum nulla propria merita aut demerita haberint, nihil habere videntur de quo iudicari possint. ¶ *Tertio arguitur.* Si homines tam beati, quàm damnati resurgent in iudicio, vt iudicentur, eadem ratione consequitur, angelos tam bonos quàm malos fore iudicandos: angeli vero non iudicabuntur, quia boni non habent quid plus recipiant, & de malorum principe, ait, Dominus, Ioannis. 1. 6. Princeps huius mundi iam iudicatus est: ergo neque homines iudicabuntur. ¶ In contrarium autem est illud. 2. ad Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis quæ gessit: seu bona seu mala.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Vniuersi mortales nemine excepto comparere habent in iudicio: hoc enim affirmavit Christus Matthæi. 25. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Idque ipsum resonat verbum Pauli ad Romanos. 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi: scriptum est enim (scilicet, Isaia. 45.) Viuo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.

¶ *Et ratio conclusionis est,* quod Christus fuit vniuersalis omnium redemptor: eo quod quantum ad sufficientiam vniuerso humano generi pretio sui sanguinis mercatus est gratiam & gloriam apud patrem, licet redemptio illa non fuerit in omnibus efficaciam sortita, propter obicem humanæ voluntatis. Et ideo, quia vsque ad ignominiam crucis humiliavit, datum est illi nomen, vt, ait, Paulus ad Philipenses 2. quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu, omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Atque hæc fuit visio Ioannis Apocal. 19. vbi, ait, quod agnus habebat in vestimento & in femore scriptum, Rex regum, & dominus dominantium. Ob idque totum humanum genus comparebit, vt exaltationem illam redemptoris secūdum humanitatem aspiciant, alij in gaudium, atque alij in confusionem. Imò & angeli, quorum etiam dominium acquisiuit, tanquam ministri, vt illico dicemus.

¶ Veruntamen quatenus ad iudicium res attinet, distinguendum est duplex. Est enim aliud discussionis, quo, scilicet, merita & demerita, vt vniciquæ iusta fiat retributio, æstimantur. Alterum verò est iudicium seu approbationis, seu condemnationis: nempe, sententia, qua vel præmium confertur ad gaudium, vel infligitur supplicium ad confusionem.

¶ Subijcitur ergo secunda conclusio. Vniuersi homines, absque vlla exceptione iudicabuntur: approbationis iudicio, aut reprobationis, per sententiam quæ Christo tanquam proprio iudici competit. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, aut. Ite maledicti in ignem æternum. Atque hanc ob rem iudicium illud dicitur, eritque vniuersale & generale. Quoniam quotquot ab orbe condito homines salui facti sunt, non nisi per eius fidem & gratiam seruati sunt: iuxta illud Actuum quarto. Non est aliud nomen datum sub cœlo in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde Paulus ad Romanos. 3. Quem præposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum

Duplex iudicium.

2. Conclus.

Roma. 3.

rum

rum suscitatione Dei, &c. Itaque tam præcedentes ipsum quæ subsequentes, per eius viam si dem seruati sunt. Quocirca & qui illam neglexerunt: in eundem ipsum fuerunt iniurij atque adeo iudex, vt ait, Petrus, factus est viuorum & mortuorum. Quare & qui ante vsum rationis in baptismo gratiam suscipiunt, per eum admittuntur ad regnum, & qui sine illa moriuntur, qui in Adam peccauerunt, per eum excluduntur.

3. Conclus. ¶ Tertia conclusio. Iudicio discussionis neque vniuersi iusti, neque omnes iniqui iudicabuntur. Discussio enim locum non habet nisi vbi quædam est meritorum cum demeritis commixtio. Vnde illi, qui, quemadmodum. 1. ad Corinthi. 3. ait, Paulus, super fundamentum fidei ædificat aurum, & argentum, & lapides pretiosos: nempe, qui mundo & omnibus eius pompis & rebus abrenūciates, crucem suam tulerunt, & se prorsus addixerunt Christo: quia notabilem non habet admixtam malitiæ partem, ratione status quales sint ostendunt, non indigent discussione iudicari, sed approbatione: vt quemadmodum articulo præcedenti diximus, alios iudicet. Illi verò, qui super idem fidei fundamentum, lignum, scœnum, & stipulam extruunt: videlicet, qui terrenis negotijs non prorsus extricantur, sed nihilominus sic res seculares tractant, vt earum cupiditas vel à Dei gratia non deiciat, vel sinat, in ea tandem ab hac luce decedere, illi quidem discussione meritorum præmissa, suo premio donabuntur.

Itaque in istis vtrumque iudicium: scilicet, discussionis & approbationis exercebitur: quia licet commixtionem habuerint bonorum, ac malorum operum, elemosynis tamen peccata sua expiarunt, iuxta illud. Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. Vel per ignem expurgati sunt. Haud tamen huiusmodi discussionem sic intelligas, vt tunc sint culpas cum meritis simul habituri permixtas: nam iam tunc omnino erunt perpurgati: sed discutietur quemadmodum poenitentiam egerint, & de Deo fuerint benemeriti.

De reprobis. ¶ Simili ergo modo & de reprobis dicendum: iudicio siquidem condemnationis vniuersi tam infideles quàm fideles iudicabuntur. Discussionis verò non item omnes, sed tantum fideles. Etenim cum nullum opus nisi supra fidem extructum, rationem habeat boni meriti apud Deum, illi quibus fides Christi, vel explicita vel saltem implicita non illuxit, nullum præstiterunt bonum opus, sed omnia sua opera vel mala fuerunt vel nullius pretij apud Deum. Quare absque vlla discussione inter bonum & malum, tamquam manifestarij Reipublicæ ho-

stes, expellentur in tenebras exteriores. Fideles autem absque charitate defuncti, quia fundamentum fidei suo vitæ instituto iccerunt, qui saltem actus laudabilis quodammodo est, & ad meritum ratione sua ordinatus, tamen si absque charitate non sit meritorius, iudicabitur iudicio discussionis, non quod eorum opera siqua fecerunt bona, referantur, vt præmietur, quia per finale peccatum mortua fuerunt: sed reddetur eis condemnationis ratio. Quia esuriui & non dedistis mihi manducare &c. Ille enim mos obtinuit in republica, vt externi hostes inaudita causa damnentur, ciues autem non nisi audita & discussa. Egregia ergo est Gregorius diuisio. 26. libro mora. capitu. 24. vbi ait, duas fore tunc partes: scilicet, electorum & reproborum, sed & binos ordines eisdem singulis contineri, ita vt quatuor resultat membra. Alij namque iudicantur & pereunt, vt mali Christiani. Alij non iudicantur (nimirum discussione) & pereunt, vt infideles. Alij iudicantur & regnant: vt boni Christiani, qui apostolicam vitam non duxerunt. Sed alij non iudicantur & regnant, vt viri apostolici.

Gregorius nadinsio.

¶ Quarta conclusio. Angeli neque boni neque mali sententia Christi iudicabuntur, quantum ad præmiū vel supplicium essentiale: scilicet, neque iudicio discussionis, neque approbationis, aut reprobationis. Ad cuius intellectum adnotandum, quod Christus non fuit angelorum redemptor: & ideo Lucifer cum sua caterua nulla expectata redemptione, quia non erant poenitentia ac perinde nec redemptionis capaces, in infernum detrusus fuit. Et hoc est, quod ait, ad Hebræ. 2. Apostolus. Nunquam angelos apprehendit, sed semen Abraham. Confessio est eiusdem Christi, Lucæ. 19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat: nempe, humanum genus, quod alibi appellat ouem quam relictis non agnata nouem in cœlo, quæ situm venit ad terras. Quare in symbolo cōfitemur. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis.

4. Cœlus.

¶ Quam ob rem, vt Diuus Thomas docet, si homo non peccasset, Christus carnem non assumpsisset. Ait, quippe Apostolus. 1. ad Timothæ. 1. Venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Vbi August. Nulla causa veniendi fuit Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est medicina causa. Quocirca illud ad Coloss. 1. Pacificas per sanguinem crucis eius siue quæ in terris siue quæ in cœlis sunt: non intelligitur quasi angelos redemerit, sed quod pacem

August.

Kk inter

inter homines & angelos composuerit.

Hinc ergo fit, ad Christum, in quantum homo est & redemptor, non spectare, angelorum merita discutere, aut premium essentialis, aut supplicium eis rependere, sed in quantum, Deus. Ab initio enim antea quam homo conderetur, & boni angeli donati sunt gloria, & mali supplicij additi. Eapropter demonibus non dicitur. Ite in ignem aeternum, sed hominibus, ite in ignem aeternum, qui ab initio mundi paratus est diabolo & angelis eius. Et pariter electis hominibus. Venite benedicti percipite regnum, quod scilicet, angeli ab initio possident. Unde fit angelos illic potissimum in ministerium comparituros. Hoc enim ministerium debetur Christo etiam, in quantum, homini & redemptori. Acquisiuit namque virtute vnionis humanitatis ad verbum, eatenus angelorum dominium, ut illos quem admodum ad Hebraeos ait, Paulus, mittat in ministerium hominum propter eos qui hereditatem capient salutis. Et propterea, ait, ipse datam ei potestatem in caelo & in terra. Comparebunt ergo tunc angeli, ut scilicet, boni, administrent ei, ut dictum est, in preparatione iudicij & in patrocinium iustorum, mali vero ut accusatores & executores aduersus iniquos.

Christus acquisiuit angelorum dominium.

Quomodo angeli iudicabuntur.

Nihilominus & quantum ad accidentarium premium, aut supplicium iudicabuntur auctoritate Christi, non quidem pro meritis proprijs, aut demeritis, sed quod alienorum causa fuerint. Boni scilicet, custodiendo protegendoque nos, & mali nobis infestando. Quare & boni amplius tunc gaudebunt de salute eorum, quibus causa promerendi fuerunt. Ac perinde mali multiplicata iniquorum ruina acrius torquebuntur.

Iudicium ad homines pertinebit.

Colligitur ergo ex his omnibus iudicium illud generale tam ex parte iudicantium quam iudicandorum ad homines duntaxat directe pertinere: consequuntur tamen ad angelos tanquam ad ministros.

Solu. 1. ar.

Facile ergo ex his argumentorum solutio colligitur. Quod enim, ait, Christus, qui credit in eum non iudicatur, intelligitur de fide viua, & de iudicio condemnationis. Nam cum praemiatio effectus sit misericordiae, & punitionis effectus iustitiae, saepe nomen iudicij pro condemnatione usurpatur. Est ergo sensus, quod qui fide viua credit, non condemnatur. Nihilominus multi eorum, licet non omnes iudicabuntur iudicio discussionis. Illa tamen discussio non minuet certitudinem ipsorum, quippe qui iam beatitudine tuto fruuntur, quam citra summam certitudinem habere non possunt.

sent. Quapropter neque villo metu concutentur, sed intrepidè stabunt.

Quod si obijcias verbum Gregorij super illud Iob. 4. Cum sublatus fuerit tremebunt angeli, dicentis. Consideremus quomodo tunc iniquorum conscientia concutitur, quando etiam iustorum vita turbatur. Respondetur. Gregorium loqui de iustis in hac vita, qui consideratione illius dici vehementissime turbantur. Unde colliget quanta erit tunc damnatorum concussio.

Grego.

Ad secundum respondetur. Quod si resurgere intelligatur ad iudicandum, vel ad suscipiendum premium, nulli impij resurgent, quantumvis impiorum nomen ad omnes iustos extendatur. Si autem, ut iudicentur, & nomine impiorum intelligantur infideles, non resurgent, ut iudicentur iudicio discussionis.

Solu. 2. ar.

Redarguet quis forsan. Ergo remissius agatur cum infidelibus quam cum fidelibus: nam infideles secundum hanc rationem & concessionem diui Gregorij loco citato, lib. 26. super Iob, infideles non audient iudicis vocem, neque eius increpatione: sed iniqui fideles, vox autem iudicis, atque increpatione perquam terribilis erit: ergo terribilius erit iudicium aduersus fideles quam aduersus infideles. Negatur contentia. Nam etsi fideles increpatione terreatur, non nihil tamen increpatione illa remissionis rigoris habet quam neglectus infidelium. Tum quod Christus non dedignabitur eos alioqui & eorum demerita discutere, in quibus saltem fidei sibi quodammodo placentem inueniet. Cum infideles eo usque despectui sit habiturus, ut ratio nem ab illis non exigat, praeterquam quod & sententiam damnationis in eos crudelius est prolaturus. Similiter respondetur de pueris ante usum rationis defunctis, quod non iudicabuntur discussionis iudicio, sed vel approbationis vel condemnationis.

Redargutio.

Solu. 3. ar.

Ad tertiam denique iam responsum est, ubi ratio non perhibuimus cur angeli non iudicentur. At vero illud quis forte obijciat. 1. ad Corinthios 6. & illud Marc. 1. ubi demon à Christo depulsus exclamasse legitur. Venisti ante tempus perdere nos, ubi glossa ait, quod demones in terra dominum cernentes, se continuo iudicandos credebat. Et. 2. Pet. 2. Deus angelis peccatibus non pepercit: sed rudetibus in infernum detractos in Tartarum tradit cruciandos in iudicium referuari. Respondetur ad primum, Paulum illic loqui de iudicio per respectum & comparisonem: quoniam quidam homines, ut Apostoli, & alij, quibusdam angelis superiores erunt in gloria. Ad secundum vero respondetur, quod quantum ad essentialis supplicium demones non mittentur, ut dictum est, tunc in infernum, quoniam de caelo illuc fuerunt praeci-

Dubitatio.

Solutio.

praecipiat: sed quantum ad accidentale tormentum mittentur cum vniuersa damnatorum turba cum maiori ignominia: & sic mittentur, ut non amplius illis liceat ad seducendos delibandosque homines, aut ad negotium aliud inde exire. Et eodem pacto intelligitur verbum, quod est apud Petrum.

enim, quod Christus sessurus sit in aera, colligit non fore in valle illa: haec autem collectio in firmissima est. Nam etsi Christus sit appariturus in aere, damnati vero stabunt in terra: quippe quorum corpora grauiora erunt, ut modo. Secundum quoniam concederetur omnes eleuandos in aera, nihilominus super aliquo terrae loco eleuabuntur, quare dicentur esse in valle, sicut aues dicuntur per vallem volare.

ARTICVLVS III.

Utrum iudicium in valle Josaphat sit futurum.



Vdicandorum considerationi annexum est quærere, quo loco ille celebrandus sit celeberrimus conuentus. Nam de tempore & hora, quae est altera rei circumstantia, dist. 43. dictum est. Utrum in valle Josaphat. Et arguitur a parte negativa. Iudicandorum vniuersitas longe auctior erit & copiosior quam vallis vna possit tantam multitudinem capere: praecipue damnatorum, quorum corpora non habebunt subtilitatis dotem qua se valeant penetrare, neque dotem agilitatis, ut eleuetur in aera, sed omnes stabunt in terra: non ergo illic erit iudicium.

Partis negatiuae ar. 1.

2. Argum.

Partis affirmatiuae.

Secundo. Videtur ibi Christus iuste iudicaturus, ubi iniuste iudicatus est: sed in praetorio Pilati fuit morti adiudicatus, & in Caluarie loco eidem passioni addictus: ergo illic iudicabit. In contrarium est, illud Ionel. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eos in valle Josaphat, & disceptabo ibi cum eis.

Cum de loco non sit in Euangelio expressum testimoniū, solis est coniecturis agendum. Unde Magister senten. dist. sequenti referens quamdam glossam in locum citatum Ionelis quae ait, pueriliter eundem locum à quibusdam sic intelligi, quod in valle Josaphat sit celebrandum iudicium: cum tamen dominus non in terra, sed in aeri spatio ad iudicandum sedebit, opinatus est cum illa glossa locum Prophetarum non esse intelligendum in sensu literali de illa valle, sed secundum nominis etymologiam. Josaphat quippe, interpretatur domus iudicij. Et ideo tantum sonat, Deducam eos in valle Josaphat, ac si dixisset, in domum iudicij, quicumque ille fuerit locus.

Conclusio principalis

Hac tamen non obstat opinione, tanquam longe probabilior, statuitur conclusio, quod iudicium celebrandum sit in valle illa Josaphat, quae iacet ad pedem montis Oliueti versus urbem. Et primo quod illa opinio quam Magister refert sit magis firmuola quam haec nostra quae à cunctis suscipitur, patet ex ratione sua. Ex eo

Probatur ergo conclusio ex loco citato Prophetarum: nam quando locus quicumque scripturae in sensu literali sustineri valet, non est ad metaphoram, vel etymologiam distrahendus. Propheta vero loquebatur illic quasi futuram historiam praenuncians: quare videtur non usurpasse nomen generaliter secundum commune significatum quo significat domum iudicij, sed singulariter pro illo loco. Alio qui non fuisset opus latine transcribere. In valle Josaphat, sed in domo iudicij. Et certe verborum ipse contextus. Congregabo eos & deducam in vallem, admonet singularem locum designari.

Probatio conclusiois

1. Ratio.

Ratio. 2.

Argum.

Mox & ratio haec id videtur suadere. Christus de monte Oliueti ascendit in forma gloriosa, & maiestate, quo ascendente angeli admirantibus Galilaeis dixerunt. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet quem admodum vidistis cum eunte in caelum. Si ergo in illa forma venturus est, coniectura fit magna, quod in eandem sit quoque locum descendurus. Et re vera, quod in illa Hierosolymitana provincia sit venturus, nemo cum aliquo probabilitatis colore negare potest. Nam cum illam terram Deus venturo Messiae destinauerit, & ad illum populum fuerit peculiariter promissus, ibidemque adeo natus fidem suam & legem promulgauerit, cunctaque ecclesiae mysteria peregerit, ac demum illic passus, inde fuerit in caelum eleuatus, quam maximè sit probabile, illum fore ad iudicandum remigraturum. Quod si in eadem regione est iudicaturus, ubi congruentius, quam ad muros Hierusalem, ubi fuerat templum, atque adeo iuxta locum unde ascendit? Inde enim, ut ait, Apostolus, ascendens, captiuam duxit captiuitatem: illic ergo reuersurus est, ut reliquam captiuorum partem inde sursum ducat. Sed ais, mons Oliueti & vallis Josaphat, non sunt idem locus. Respondetur, quod cum vallis ad pedem monticuli extendatur, coniecitur, quod Christus in latere, vel in cacumine montis in aere sedebit, unde à cunctis electis conspici possit, qui itidem circa ipsum in aere sublimes erant, & in valle subter erant damnati in terra.

Ad primum igitur argumentum responde


tur, quod quantum ad electos nulla est difficultas, cum enim per dotem agilitatis sunt in aerem subleuandi, poterunt alij alijs sublimius eleuari. Qua utiq; ratione in paruo spatio respectu terrae possunt omnes aerem replentes existere. Damnatos vero non est necesse omnes intra vallis spatium intercludi, sed erit vallis plena, & circumiacentia loca quata illis capiendis sufficiant. Nam etsi humanitate Christi visuri sint omnes, tantus tamen erit splendor supernaturalis Christi, vt a qua maxima distantia videri possit.

solu. 4. ar. ¶ Ad secundum respondetur, quod Christus passus est in forma passibili, & humili, venturus tamen est cum maiestate & gloria splendore: & ideo non descendet in locum quo passus est & condemnatus, sed ad illum, vnde gloriosus ascendit.

QVÆSTIO SE- cunda. De forma iu- dicij.

ARTICVLVS I.

*Utrum Christus in forma humana glorio-
sa iudicabit.*



HANC questionem Petrus Lombardus in distinctionem sequente reiecit. Non tamen satis videtur lucē ordinis obseruasse: ob idq; nos in hac distinctione cuncta quę in iudicio sicut absoluemus, vt in subsequenti subsequētia ipsum subijciamus. Constitutis ergo iudicantibus, & iudicandis, & loco, quæratur in hac secunda questione de forma iudicij, & primo de aduentu Christi: vtrum scilicet, adueniet in forma humana, eademque gloriosa. Et arguitur a parte negatiua. Iudicium & potissimum illud supremum summam auctoritatem in iudice requirit, iuxta illud Ecclesiasti. 7. Noli fieri iudex nisi valeas virtute ruperē iniquitatem: ergo iudicabit in forma suprema supremi domini. Forma autē humana est forma serui, iuxta illud ad Philippen. 2. Formā serui accipiens: ergo non iudicabit nisi in forma Dei, quę est inuincibilis. ¶ Secundò, pater vt Ioā. 5. legitur, omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium sicut honorificat patrem; ho-

*Partis negati-
tiue. 1. ar.*

2. Argum.

nor autē æqualis non debetur patri & filio nisi secundum diuinitatē filij: ergo iudicabit non in forma humana, sed in diuina. Quò illud Dani. 7. alludit. Aspiciēbā donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet, nam throni iudicandi potestate significant, & dierū antiquitas Deo ratione æternitatis, vt in libro de diuinis nominibus ait, Dionysius, competit.

¶ Tertio arguitur, quod non veniet in forma gloriosa. Legitur enim Ioan. 29. Videbunt in quem transixerunt. Et Matth. 14. habetur quod apparuit signū filij hominis in celo, id est, signū crucis. Vbi ait, Christus oñis, quod veniet non solum vulnerū cicatrices, sed etiā ipsam mortem exprobratissimam ostendens. Quę omnia minime videtur formę gloriosę cohærere. Præsertim, quod est etiā a malis cõtuendus, & tamen oculus non glorificatus ineptus videtur, vt splendorem gloriosi corporis cernere valeat.

¶ In contrariū est illud Luca. 21. Videbunt filium hominis (id est in humanitate) venientē in nube cū potestate magna & maiestate. Quod utiq; maiestatis nomē fulgorē glorię importat. ¶ Ad questionē tribus cõclusionibus respõdetur. Prima. Christus veniet ad iudicium in forma humana. Cõclusio partim ar. 2. probata est, vbi monstrauimus ipsi in quātū homini & redēptori, atq; ad eē ecclesię capiti cõpetere iudiciariā potestatem: iuxta illud Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est. Etenim cū maxime sit cõgruens, vt in ea forma iudicet secundū quam ei cõuenit esse iudici, sit vt in eadē sit forma ad iudiciū sessurus. Quia utiq; a cūctis tā malis quā bonis perspicere valeat. Præsertim quod cū iudicandi, vt dictum est, præcipue non sint nisi homines, cõueniēs est, vt ab homine humanis oculis visibili iudicetur. ¶ At verò ratio potissima quę legitimā exprimit causam, est hæc. Iudiciū, quodcūq; dominū in iudice præsupponit, aut dñi facultatē, iuxta illud ad Roma. 14. Tu quis es qui iudicas alienū seruū? Et ideo Christus in illa forma secundū quam est dñs humani generis iudicatus veniet. Est autē in quantū Deus iure creationis dñs vniuersorū quę cõdidit, iuxta illud psalmi. Dñs ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Obtinuit tamē & in quantū homo iure redemptionis dominium in totū humanum genus. Vnde eodem citato loco Paulus. In hoc Christo mortuus est & resurrexit, vt & viuorū & mortuorū dominet.

1. Cõclu.

Quare Petrus Act. 2. illud Psalm. Dixit Dominus dño meo, sede a dextris meis, in Ascensione dñi impletum testatur. Et Marcus. Assumptus est, in coelū, & sedet a dextris Dei. Itaq; virtute

3. Argum.

1. Cõclu.

Legitima ratio.

Actu. 2.

virtute vnionis humanitatis ad verbum cõuenit Christo esse dñm: sed nihilominus & merito passionis id ipsum ei debetur. At verò beneficium creationis bonaq; naturalia, quę per ipsum acquisiuimus, non sunt nobis ad præmiū vitę æternę, quod supernaturale est, sufficientia: præsertim post quod in Adā peccauimus, per quod peccatū ingrati facti sumus Deo. Sūt ergo ad homini præmiū assequendū nobis necessaria bona quę per beneficium redemptionis donata sunt nobis. Igitur cū iudicium illud generale eo referatur, vt electi ad præmiū illud cœlestis regni assumantur, reprobi verò inde excludatur, cõgruū est, vt Christus in ea forma iudex tunc sedeat, secundū quam redemit nos, illisq; bonis donauit, quibus regnū illud promeremur: quę quidē est forma humana. Nēpe, vt illis, qui eiusmodi beneficijs & donis bene vsi sunt, causā illi suę salutis adoret: reliquis verò opprobrio & improperio detur, quod eadē beneficia neglexerint. Et eā ob rem non solum in forma humana venturus est, verū & cū crucis insignibus: tūc em̄ inquit, patebit signū filij hominis in celo, nēpe, vexillū crucis cū reliquis improperij signis, & vt ait, Chryso-casticibus, quibus coronatus & flagellatus & despectui habitus ius nobis regni meratus est. Quę quidē insignia electis immenso glorię fulgore retulancia apparebunt, reprobis verò pauore & terrore plena. ¶ Accedit, quod eius est, iudiciū morum exigere, cuius est leges viuendi condere: Christus autē quatenus redemptor, fuit etiā legislator noster: ergo eadē ratione futurus est iudex. Vnde Aug. tract. 23. super Ioannē. Iudicat, inquit, & suscitatur corpora non pater, sed filius secundū dispensationem humanitatis. In eo quod est filius Dei, est vitā quę viuificat animas: in eo quod est filius hominis, iudex. ¶ Secūda cõclu. Christus tūc apparebit iudex in forma gloriosa. Vnde Aug. loco citato de trinita. Mali, inquit, non videbunt Christū nisi secundū formā qua filius hominis est: sed tamē in claritate in qua iudicabit, non in humilitate, in qua iudicatus est. Hoc Christus Matth. 24. illis nos verbis docuit, dicens. Videbunt filium hominis venientē in nubibus cœli cū virtute multa & maiestate.

Alia ratio

2. Conclu.

Ratio cõcl.

Ioan. 17.

¶ Et ratio cõclusionis ex discrimine ducitur inter primū & secundū aduentū. Est enim, vt supra diximus, Dei & hominū mediator: nēpe, quia pro nobis quo ad sufficiētiam satisfecit, & cõtinuò interpellat ad patrem, & vicissim ea quę patris sunt, nobis impertitur. Iuxta illud Ioan. 17. Claritatem quam dedisti mihi dedecis. At quibus muneribus secundū duas quas

habet naturas fungitur. Nam secundum humanam, qua nobiscū cõmunicat, pro nobis apud patrem intercedit: secundum verò diuinā, qua cõmunicat cū patre, eius nobis dona repedit. Igitur cū in primo aduentu in hoc apparuerit, vt pro nobis apud patrem satisfaceret: in forma nostra infirmitatis & miserię, cui subuētū venerat, apparuit. At quia in secūdo aduentu descensurus est, vt iustitiā patris, atq; ad eē eius potestatem in nos exerceat, necesse est, vt suā humanitatē diuinā maiestate vestitā iudicandorum oculis obijciat.

¶ Atq; hoc est, quod, vt Matth. 26. legitur, principē illū sacerdotum docere voluit. Fuit enim hallucinatio illius populi, Messia non nisi cum regio maiestatis splendore venturū: nimirū nescientes inter primū & secundū aduentū discernere. Cuius discriminis illos Ioā. 3. admonuit, dicens. Misit Deus filium suū in mundū, non vt iudicet mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum. Igitur cū sub articulū passionis iam iudicandi tepidassent, suspicantes illū esse Messia, adiurauit eū princeps, vt responderet si esset Christus filius Dei viui. Cui respondens Christus. Tu dixisti, subiunxit. Veruntamen dico vobis. A modo (id est postmodū) videbitis filium hominis sedentē a dextris virtutis Dei, & venientē in nubibus cœli. Quasi diceret. Propterea non me cognoscitis, quia sub habitu infirmitatis humanę me cernitis: videbitis me tamē postea in eō habitu, vt in filio hominis filium Dei latere cõfiteamini.

¶ Ex his sequitur tertia cõclusio. Non solum in corporis glorioso splendore demonstrabit se Deū, quo præ cæteris eminentius splendebit, verū in virtute se esse filium Dei. Hoc em̄ designat verbū. Sedet a dextris virtutis Dei. Dextera enim Dei duo significat. Primū beatitudinē ipsius, iuxta illud psalmi. Delectationes in dextera tua vsque in finē. Et sedere est illic requiescere: atq; hoc pacto Christus in quātū Deus sedet ad dexteram Dei patris: quia eadē cū ipso beatitudine immutabili æternitate fruitur. Et in quantū homo etiā sic dicitur ibidē sedere: quia secundū animā in eadē requiescit beatitudine: licet non æquali per essentiā deitatis, neq; ab æterno, sed per creatā in tēpore visionem. Veruntamen alio modo accipitur dextera Dei, pro regia virtute, & iudiciaria potestate, quę plenissimē data est Christo in celo & in terra. Et isto modo in quātū homo, dicitur sedere a dextris Dei, quia omne iudiciū dedit filio. Et de ista sessione, ait, Marcus. Assumptus est in cœlū, & sedet a dextris Dei. Et sic eum sedentem vidit Stephanus in agone. Et David, Stephanus.

Matth. 26.

Ioannis. 3.

3. Conclu.

Dextera duo significat.

Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Illud enim, donec, significat tempus ab Ascensione vsq; ad diē iudicij, quādo omnes, qui Christo in hoc seculo aduersantur, subiecti erunt pedibus eius. Et ideo in symbolo tres ex ordine articulos cōfitemur. Ascēdit in cœlum, sedet ad dexteram Dei patris, & inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Quali secundus ad primum, atque ad secundum tertius consequantur. Igitur venire cum potestate & maiestate, est venire cum virtute Dei.

Maiestas. Quod si roges quæ nam est illa maiestas & virtus: respondet Remigius, nihil aliud quàm deitas ipsa. At verò plus voluit Christus asserere: nempe, quòd veniet cum illo exteriori habitu, & apparatu, vt intelligatur esse filius Dei. Simile enim dixit apud Matthæ. cap. 16. veniet filius hominis in gloria patris sui: id est, omnipotentem patris virtutem representans, per absolutum imperium, & promptissimum obsequium, quo cuncta obedient eiantquam pedibus suis subiecta. Hoc enim est quod ipse precatus est patrem, Matthæ. 17. Ego te clarificauit super terram: opus consummaui quod dedisti mihi, vt faciam. Hoc est: in carne mortali passus sum cuncta quæ opus erant, vt te clarificarem, id est, vt fidem promulgarem tuam, ostendens te esse patrem meum, vt tibi orbem lucrificarem. In cuius testimonium nunc mortalis mori adorno. Tu ergo deinceps clarifica me apud te ipsum, claritate quam habui priusquam mūdus fieret apud te. Id est, ostende me esse verum Deum naturalem filiū tuum, vt illa potestate refurgam & in cœlum ascendam, & ad dexteram tuam, sedeam, & tandem ad iudicium reuertar.

Ego te clarificauit. Ad hanc ergo maiestatem accēdet tunc & angelorum comitatus, quorum dominium, vt dictum est acquiuit Christus, tam vnione humanitatis ad verbum, quàm merito redēptionis. Vnde loco citato Matthæ. 16. Veniet, inquit, filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis, id est, suo ipsius obsequio mancipatis.

Omnes angeli veniet. Neque verò aliquantus eorum numerus eū circundabit, sed vniuersi in eius venient comitatu. Sic enim legimus, Matthæ. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli cum eo. Vbi nomen, omnes, non licet coarctare, ad omnes huius aut illius hierarchiæ, sed in sua amplitudine relinquere. Tota ergo cœlestis curia tam animarū quæ iudicanda sunt, quàm angelorū, qui iudici famulatū

debent, illic aderunt. Quare eo ordine, quo eorum hierarchiæ dispositæ sunt in cœlo, veniet Angeli vt iudiciū enūciēt. Principatus, vt ceteris presint. Throni, vt veluti iudicaria sedes sint Christo, quibus quasi subnixus veniat: illis enim propriū est iudicij sententiam præferre tim erga electos exequi.

Angelorum officia. Veniet autem in nube, vt ait Lucas, aut in nubibus, vt ait, Marcus, quia etiam sancti venient in nubibus. Tamen si disceptatio sit inter interpretes, tum de substantia nubium an erunt naturales ex vaporibus, an verò supranaturales, quā de necessitate & officio eius. Et re vera quauis qui miraculum excusare cōtenderint, asserere cogitauerit, nubes illas fore naturales vix tam id defen. si potest. Nam illo resurrectionis momento motus cœli cessabunt: quare neq; vapores eleuari poterūt. Itē, quia cū conuētus ille supernaturalitē celebrandus sit, cū tāq; illic supra naturā peragēda, nubes illas verisimillimum est, virtute supra naturalis cōdensandas, vt diuina filij Dei virtus eidentius appareat, & maiori sit spectantibus admirationi. Sic enim tum in transfiguratione nubes lucida, quæ, vt Matth. 17. legitur, obstravit eos, & in ascensione, vt Actuum. 1. relatum est, nubes quæ suscepit Christum ab oculis discipulorum supernaturalis creditur: siue ex nimio splendore corporis Christi fuerit genita, siue angelorum ministerio. Fuit enim Christo eritq; tunc solēne eximīa gloriæ maiestatem in nube demonstrare. Vnde Actuum. 1. aiunt angeli. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eū euntem in cœlū. Et vt. 1. Thessal. 4. ait, Paulus electi tunc etiam rapiētur in nubibus obuiam Christo in aera.

Veniet in nube. Necessitas ergo eiusmodi nubium nō est sustinere aut euehere seu Christi seu aliorū sanctorū corpora, quippe quæ per dotē agilitatis propria virtute per aerē mouētur: imo virtus Christi nubes ipsas sustinuit & sustinebit. Sed in transfiguratione vnum nubis officiū fuit, tēperare eminentē corporis Christi splendore, vt posset mortalibus oculis intueri. At verò in Ascensione non dicitur simpliciter, qd nubes suscepit eum, sed qd suscepit eum ab oculis eorum. Videbant enim eum cum eleuaretur de terra, sed post à longa distantia non videbant nisi lumen splendoris eius: sicuti ex nimio splendore quē sol reliquit, apparet in nocte via lactea in cœlo. At verò in die iudicij oculi gloriosi beatorū non egebunt temperamento nubis ad cernēdū Christi corpus, quādo quidē in cœlo sine nube illud cōspiciēt: sed reprobi illa indige-

Angelorum officia.

Veniet in nube.

Supernaturales nubes.

Matth. 17. Actuum. 1.

1. Thess. 4.

Necessitas nubium.

digebunt. Quocirca illæ nubes nō erunt ex solo splendore Christi manantes, sed cōdensatione aeris factæ, vt sint quodāmodo sedilia iudicium honoris gratia, & quasi vehicula eorū quia surgent Christo obuiam.

Solu. 1. ar. Primum igitur argumentum solutum illo locorestat, vbi ostēdimus, quòd licet Christus in quantum Deus primæuum, idemq; natura le habeat vniuersarū rerū dominū, nihilominus & quatenus homo inest sibi participatum acq̄sistumque dominium, quia vt. 1. Corin. 12. & Hebr. 2. ait, Apostolus, omnia subiecta sunt pedibus eius, & eadem ratione habet inexpugnabilem iudicandi potestatem, quam nemo detrectare valet.

Solu. 2. ar. Ad secundum respondetur. Ex hoc qd Christus genus humanum fuit redimere sufficiens, documentū suæ diuinitatis exhibuit, quia purus homo id prestare nequiuisset: & ideo quia iudicaturus est tanquàm redēptor, equalis debetur ei honor cum patre.

Ordo iudicij apud Daniēlem. Ordinem verò rei huius graphicè Danielo citato expressit. Ait, quippe. Aspicebam donec throni positi sunt: nempe, patris & filij, quatenus homo est. Et antiquis dierum sedit: nempe pater primum, quia est prior origine, & in quo tanquàm in fonte luminum primum residet iudicandi auctoritas. Quæ ideo à patre emanat in filium, tum in quantum Deus est per generationem æternam, tum in quantum est homo, tam virtute vnionis, quàm merito passionis. Quare subdit propheta. Aspicebam ego in visione noctis (nempe, appetente aurora qua celebrandum est iudicium) & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & dedit potestatem (scilicet pater filio) & honorem & regnum: & omnes populi, & linguæ ipsi seruiant (scilicet, in quatum redemptori) & potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur.

Solu. 3. ar. Ad tertium respondetur, qd quauis crucifixores Christi visuri sint formam, quam trāsfixerunt, non tamē in illa ignominia qua illam affecerunt: sed in gloria, per quam cōfusione repleātur. Et idem est de signo crucis & cicatricibus sentiendum. Est enim in potestate habētis corpus gloriosum, & præsertim Christi, illud quibus voluerit ostendere, etiam damnatis, qui dotibus his gloriæ careant: vt viuentes quemadmodum Isa. 26. scriptum est, confundantur, & ignis eos inuidiæ deuoret. Gloria enim quæ amicos delectat, inimicos contristatur. Igitur dum asseritur Christus in eadē forma iudicaturus, qua iudicatus est, non accipi-

tur forma pro eadem qualitate, sed pro eadem natura, qualitate mutata.

Ad augmentum, tum representationis maiestatis iudicis, tum & spectantium admirationis, accessionem faciet tunc ignis, qui vt est in psalmo, ante ipsum iudicem præcedet: de quo locus præfens alterum articulū videbatur exigere. Attamen quia illius ignis duplex erit effectus, vnus quidem mūdum expurgare, quare dicitur ignis conflagrationis, quod quidem faciet ante ipsum iudicij momentum: alter vero effectus erit conuoluerē dæmones cū vniuersis condemnatis hominibus, in infernumque eos obtrudere: qui quidem effectus subsequetur iudiciū tanquam sententiæ executio, vt de ambobus simul luculētius dicamus, tota huius ignis disputatio in subsequente distinctione reponitur. In qua de habitu & aspectu orbis, quo post iudicium in perpetuum relinquendus est conuenit disputare.

ARTICVLVS. II.

Verum diuinitas Christi ab iniquis tunc sit conspicienda.



Noniam dictū est Christum in forma visibili venturum, subsequitur, vt inquiramus, vtrem eius diuinitatem etiam reprobi sint cōspicuri. Et arguitur à parte affirmatiua. Primo. Damnati cognoscent Christum esse Dei filium: ergo videbunt eius deitatem postquam erit eis præfens. Probatur consequētia: quia si reprobi diuinitatem videre non poterunt, ratio est, quia illa sine beatifico gaudio videri nequit: hæc autem ratio, nō videtur solida: quoniam quæ sunt in affectu, non de necessitate ad ea quæ sunt in intellectu consequuntur. Solet enim, vt ait, Augu. præcedere intellectus, vbi sequitur aut tardus, aut nullus affectus. Imò videntur, posse illā videre & de visa tristari: nā vt sensus ad sensibile, ita se habet intellectus ad intelligibile: sed in sensibus, vt, inquit, Augu. palato non sano pœna est panis, qui sano est suavis: ergo pari modo dānati deitatem intuetes possunt ob eius odiū tristari: quicquid em recipitur ad modum recipientis aptatur: quare licet visio per se sit effectrix lætitiæ, potest in odiēte ipsam molestiā gignere: nulla ergo est ratio car non illam videant.

Secundò arguitur. Damnati videbunt humanitatem Christi gloriosam, quæ suapte natura

Partis affirmatiuæ argum. 1.

2. Argum.

tura Ingentissimæ voluptatis est causa, & tamen nullam inde voluptatem captabunt: ergo similiter res dispensari possunt, vt diuinitate intuentes, nulla afficiantur lætitia: imò ingentior in cerore, quàm solam humanitatem vidēt. Si quidem maiori odio Christū, quatenus Deū prosequatur iniqui, quàm quatenus hominem. Vnde colligitur diuinitatem visuros. ¶ In contrarium est, quod in visione diuinæ essentia beatitudo consistit, iuxta illud Ioā. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deū &c. sed de essentia beatitudinis est, vt delectet, & illa delectatione dānati sunt indignissimi: ergo diuinitatem non videbunt.

Pars negatiua.

Decisio ar.

Conclu. 1.

¶ Quæstio hæc duo videtur implicare mēbra, scilicet: vtrum diuina essentia absq; gaudio videri possit: & secundum, vtrum damnati eam videbūt. Et posterioris solutio, ex prioris decisione colligitur. Tribus ergo cōclusionibus respondetur. Prima. Reprobis non videbunt deitatem in seipsa. Cōclusio est Aug. 1. de trinita. ca. 13. vbi ait, qd cum boni & mali visuri sint iudicem bonorum & mortuorū, mali tamen eū videre nō poterunt, nisi secundum formā quasi filius hominis est. Ceteram illam Dei formā, in qua æqualis est patri, proculdubio non videbunt. Non enim sunt mūdi corde, & tamen beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et in libro de verbis domini. Resū, inquit, erat, vt iudicādi viderent iudicem: iudicādi autē erant boni & mali: restabat, vt in iudicio forma serui & bonis & malis ostēderetur, forma verò Dei solis bonis seruaretur.

Ratio cōcl.

¶ Ratio tamen prima cōclusionis est, qd deitas naturaliter videri nō potest, sed lumen gloriæ requiritur quod eleuetur potentia, vt ad id fiat idonea: nam ad tam excelsum veritatē cōtuedam habet se intellectus noster veluti ad lumen solis oculus noctuæ. Et si aliqui lumē illud gloriæ negāt, exigi saltem fatentur cōcursum aliquem diuinum supra naturam: damnatis verò nō est cur illad donetur, aut gloriæ lumen aut singulare auxilium.

2. Ratio.

¶ Secundo arguitur, quia cum beatitudo, vt argutum est, in illo deitatis cōspectu cōsistat, nequirent miseri deitatem cōspicere, nisi tunc saltem per modum transitus essent beati, vt Paulus in raptu: quod perditos illos maximē dedecet. Ait, enim Ioan. cap. 3. suæ canonicæ. Cum apparuerit, similes ei erimus: videbimus enim eum sicuti est. Tanta ergo similitudinis excellentiam non nisi illis conuenit, qui mundo sunt corde. Tertiò arguitur. Diuina essentia absq; gaudio suapte natura videri nequit: iniqui autē nullo vnquā poterunt gaudio, tantū

Ratio. 3.

abest, vt diuino illo sint digni, ergo minimē deitatem videbūt. At verò ad intellectū maioris animaduertendū, id quod est per participatio nē delectabile, quia potest habere aliquid admixtū quod nō sit talē, posse quidē quādoq; sine delectatione possideri, vt sunt diuitia, honores, & reliqua temporalia bona: quæ plurimum laboris & periculi, & anxietatis habent admixtum: sicut aqua calida potest frigidificari. Id autē quod per se ipsum sic est delectabile, vt sit ipsa delectationis ratio, nequit absq; delectatione possideri: sicut ignis nō potest nō esse calidus. Essentia verò diuina, quia ad eō per se est bona & per se vera, vt sit ratio ipsa bonitatis & veritatis, cuius participatione quæcunq; bona & vera illam habent qualitatem, sit ad eō esse delectabile, vt sit ipsa delectationis ratio: atq; ad eō sine delectatione possideri nequeat. Secus in hac vita obscure & sub ænigmate apprehensa. Potest enim quispiam quia adeptu difficilis est, & alias cohibet seculares voluptates, eam non appetere.

¶ Quæ d si arguas. Deus potest concurrere suspendere ne visio in vidente vllum gignat gaudium, hoc minimē inficiamur: esset tamē illud supernaturale miraculū de potētia eius absoluta procedens, quod in dānatis nō est affirmandum. Loquimur ergo de ipsa rei natura secundum quam visio ad eō est voluptatis ac lætitiæ genitrix, vt nullā secū tristitiam admittat, sed omnem omnino procul pellat.

¶ Secunda conclusio. Damnati videbunt doctes gloriæ humanitatis Christi: nempe, claritatem & reliquas. Probatur, quoniam, vt supra dictum est, videbūt Christū in forma humana: quia videbūt in quem trāsixerunt: sed humanitas, vt articulo præcedēti cōstituiimus, appareret eū dotibus gloriæ, ergo talem eam videbunt. Nam, vt supra diximus, in potestate habentis corpus gloriosum est illud oculis etiam non gloriosis subdere, & dum voluerit, subducere. Quæadmodū de Christo post resurrectionem legitur, dū discipulis se ostēdere volebat.

¶ Tertia conclusio. Non solum per excellentiam claritatis corporis, vt dictum est, verum & per maiestatem imperandi, & promptitudinem in angelis & sanctis obsequēdi: per alium que apparatus ac terrificas signa agnoscent illum esse verē filium Dei. Ad quam vtiq; cognitionem vsque ad eō erunt cōuicti, vt id neququam negare valeant. Angelos autem non videbunt, quia visui corporeo non patent, nisi fortē Deus dispēsauerit, vt intellectu eos percipiant, sicut videbunt dæmones. Sed satis est dicere, quod per rerum circumstantias intel-

2. Conclu.

3. Cōclu.

tel

telligent esse præsentēs.

Solu. 1. ar.

¶ Primum igitur argumētum solutum restat. Consequentia nanq; nulla est, quod si damnati Christum cognoscent esse filiū Dei, videbūt ipsius diuinitatem. Conceditur quē illam sine gaudio videri non posse. Quod enim ait August. intellectu quādoq; præuolare, quē affectus non subsequitur, intelligitur in bonis temporalibus, quæ licet sub aliqua ratione delectabiles apprehendantur, habēt nihilominus, alias propter quas non delectāt. Prætereā respectu bonorum temporalium sæpè potentia proportionē caret, vt illa possit satis percipere: & ideo palatum nō sanum nequit dulce gustare. Sed tamen dispositio damnatorū praua non tollit proportionem ad essentiam diuinam quæ est per se bona, ad quā idcirco natura inclinatur: ob idq; si illam viderēt, nō possent nō oblectari, neq; odiū, quo illā prosequuntur, vim tunc haberet ad generandū tristitiā, quia odiū est finitæ efficacitæ, essentia verò diuina infinite ad illud deuincendum. ¶ Ad secundum demū respondetur non esse rationem parem de visione gloriosa humanitatis: tum quod sine lumine gloriæ potest naturaliter videri, tū quod cū nō sit per se ratio ipsa delectationis sicut diuinitas, neq; sit infinitæ actiuitatis, sed res participata & finita, non est necessarium, vt odium damnatorū extinguat. Et ideo ipsam videntes inuidia & liuore cōtabescēt: & vehemētius cōtristabuntur, quod eum, quē oderunt, in tanta honoris & gloriæ sublimitate perspiciant.

Solu. 2. ar.

ARTICVLVS. III.

Vtrum tunc vnusquisq; tam electorum, q̄ reproborum, vniuersa bona, & mala, tam propria quæ fecit, q̄ aliena videbit.



Partis negatiua ar. 1.

2. Argum.

¶ Vbi ad iudicium merita causæ sint cognitu necessaria, quæritur vtrum omnium operam bona quàm mala erunt vniuersis patentia, vt singuli & propria videant & aliena. Et arguitur à parte negatiua. Quicquid factorum cognoscimus, aut per sensum præsens accipimus, aut per thesaurū memoriæ depromimus, tūc autem peccata præterita, quia elapsa sunt, non poterūt sensu percipi, neq; verò quæ memoria exciderunt cognosci: ergo nō tunc cuncta videbunt. ¶ Secūdo. Resurgentium cognitio nō erit tūc perspicacior quàm nūc est angelorum, quippe cum hominibus Matthei

22. æqualitas cum angelis promittatur: angeli verò nō possunt alienas conscientias scrutari & cognoscere ipsis inuitis, imò aliorum locutione opus habēt, vt eorum corda cognoscāt: ergo multò minus illic vnus quispiam poterit alterius conscientiam inspicere.

3. Argum.

¶ Tertiò arguitur. Aut omnia quisq; vnointuitu videbit, aut sigillatim: nō sigillatim, vt facta sunt: quia id immensum exigeret spacium temporis: neq; verò simul vnointuitu, nam vt. 2. Topicorum, ait, Philosophus, non possumus simul plura intelligere: ad eō, vt neq; angeli possint simul intelligere nisi quæ per vnā speciem intelligunt: ergo nullus tūc cuncta viderit.

Pars affirm.

¶ In contrariū est illud. 1. ad Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare quousq; veniat dñs, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

1. Conclu.

¶ Ad quæstionem quatuor conclusionibus gradatim respondetur. Prima capitalis. In illo articulo futuri illius iudicij libri aperiētur quibus causarum merita legantur, vt cunctis iusta appareat sententia. Sic enim de illa die vaticinatus est Daniel. capit. 7. post illa verba supra relata. Aspiciēbā donec throni positi sunt & antiquus dierum, &c. Et continuo subsequitur. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Et Apocaly. 20. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in cōspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui & ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Huiuscemodi

Dan. ca. 7.

Apoc. 20.

Aug. 20. de ciui. Dei ca. 14.

autem libros Aug. 20. de ciuit. Dei cap. 14. sic interpretatus est, vt libri priori loco positi intelligantur sancti & veteres & noui, vt in illis ostendatur, quæ Deus fieri sua mandata iussisset: in alio autem libro vitæ, intelligatur vita vniuscuiusq; quid, scilicet, horum quisque nō fecisset siue fecisset. Est hinc tamen animaduertendū, quod isti libri, vt ibidem subiungit August. non possunt esse materiales, quia eorum magnitudinem & lōgitudinē vix vllus posset locus capere, aut tēpus sufficere, vt legerētur. Et respondendum esset, quando essent scripti, aut vbi, aut cuius opera. Itē quia Dei omnipotentia hac rerum mole non indiget, vt iudiciū peragat suū: sunt ergo spiritualiter intelligēdi scripti, vel in mente Dei, vel in mētibus hominum. Prætereā meminisse oportet in iudicio binam esse cognitionem necessariam: nempe, iuris & facti. Cogitauit ergo Aug. sanctos diuinarum legum custodes scriptas habere in pectore diuinas leges & iura, quæ per eorū opera alijs innotescunt: de quibus supra citatus Ri

Klc 5 cardus

uis ingentia & foeda, quae illa sunt virtute deleta, omnibus essent comperta: quo enim grauiora erunt, eo poenitentiae potestas diuino fauore suffulta, maiori splendore fulgebit. Huic enim quodammodo accommodari potest verbum Pauli, Roma. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Absit autem, quemadmodum illico nos Apostolus admonet, vt peccatis compliceamur, vt gratia abundet, sicut illi blasphemii aiebant, Faciamus mala, vt inde veniant bona. Neque enim nos Deus condidit nec Christus redemit, vt poenitentes essemus, sed vt eius mandata sic obseruaremus, vt nulla nobis opus esset poenitentia. Quare ceteris paribus longe copiosior laus erit innocētibus quam poenitentibus, nisi poenitentia, quemadmodum in Magdalena, excellentes fuerit vires sortita.

Roma. 5.

Solutio ar.

¶ Ad argumentum ergo popolare respondetur, quod delicta iustorum, quia non erunt tunc patentia Deo ad vindictam, sed tanquam materia poenitentiae, nulla in oculis iustorum erunt operis probrii, aut pudoris causa, sed laudum, quibus Deum efferant, qui tantam virtutem poenitentiae, & fidei, spei, & charitati quibus nititur, tribuit, vt deleta peccata, nullo sint amplius vituperio aut exprobratione digna. Quauis fuerit vel peccatum Adae si poenitentiam egit, vel persecutio Petri, vel turpitudine Magdalene, vel negatio Petri, vel impietas crucifigentium Christum: imò & proditio Iudae si eum facti poenituisse, non esset tunc foedum. Hunc ergo sensum exhibent testimonia illa citata apud Isaiam, & Dauidem, & Petrum. Sunt enim iustorum peccata contestata apud Deum, quia quantum ad ultionem, obliuioni ea tradit, iuxta Ezech. 18. Si impius egerit poenitentiam, omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. ¶ Obijciat verò quispiam illud Chrysostomi hom. 2. in psal. 50. Nunc si recorderis peccatorum tuorum, & pro eis depreceris, citius illa de labijs: si verò obliuisceris, tunc eorum recordaberis nolens, quando publicabuntur in conspectu omnium amicorum, & inimicorum, sanctorumque angelorum: ergo illa sola peccata tunc proferentur in publicum, quae propter negligentiam non fuerunt hic remissa.

Chrysost.

¶ Item, si omnium delicta essent cunctis iniquis comperta, inde solatium aliquod reciperent: nam solatium est, plures habere delictorum socios, indeque eis verecundia & pudor minuitur. ¶ Respondetur ad primum, Chrysostomus id docere, quod peccata, quae hic non fuerint deleta, proferenda tunc erunt ad ignominiam: quae verò fuerint extincta proferentur ad gloriam.

¶ Ad aliud negatur, quod aliquod sint inde solamen, aut verecundiae remissionem damnati habituri. Illud enim in iudicio hominum accidit, inter quos propter multitudinem delinquentium fit leuior pudor. Secus in estimatione Dei, quae tunc erit omnibus manifesta, qua, scilicet, res aestimantur secundum veritatem, secundum quam nihil est peccatum minus, propterea quod plurimum sit in consuetudine: imò ob id est peius.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod omnium mortalium opera quauis memoria exciderint manent in suo effectu, vt bona manent in acceptatione ad praemium. Et si fuerint per peccatum mortificata, manent in ingratitude. Et quae non fuerint per poenitentiam deleta, manent in reatu aeterni supplicij. Et si fuerint deleta in virtute poenitentiae. Quocirca, quia cuncta ex his effectibus pendunt, perinde habent, vt valeant in memoriam remigrare. At verò, vt citatus Aug. ait, tam repentina tantorum operum recordatio diuinae tunc virtuti tribuendum est, qua Christus per iudicandum potestatem in omnium memoriam reuocabit.

¶ Sed redarguitur contra. Aucta causa effectus crescit, charitas in hac vita est causa doloris peccatorum & gemitus: charitas autem illic erit confirmatio & perfectio: ergo si tunc peccata memoria iustorum recurreret, non possent non dolere: contra illud Apoc. 21. Absurget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & non erit vltra gemitus, neque clamor, neque dolor. Respondetur, quod licet illud sit charitatis ingenium in hac vita, latitia tamen in patria erit potentior, vt omni dolori obstitat; ne occupare animam possit beatis: imò potius de diuina clementia gaudebunt, per quam ab illis malis liberati sunt. Sicut solent post praelium milites laetari de illis quae euaserunt periculis: atque illi qui post grauissimos morbos conualuerunt. Veluti e contrario, damnati, bonorum memores quae fecerunt: nullum inde oblectamentum suscipient: imò plus eis augetur moeroris. Iuxta illud Boetij. 2. de consolatione. Summum infortunij genus est, fuisse foelicem. ¶ Ad secundum respondetur, quod cum & bona iustorum opera, & iniustorum iniqua, aliquod illic incrementum gloriae & misericordiae efficiant, inde poterunt alij aliorum merita, aut demerita, saltem in genere perspicere: speciatim verò per virtutem diuinam, vt dictum est, singulorum conscientiae cunctis pendunt, vt ab omnibus legatur. Quapropter non solum in suis effectibus, vt dictum est, sed in se ipsis, merita demeritaque; cuiusque deprehenduntur. ¶ Ad tertium bipertitus est respondendi modus. Quidam enim aiunt, eodem instanti tunc omnes singulorum

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

merita

merita & demerita visuros. Quod quidem quantum ad beatos facile est creditum si illa sunt visuri in verbo. Secus in proprio genere, puta in singulorum conscientijs. De damnatis verò, qui non in verbo, sed in proprio genere videbunt, non ita facile creditur. Et ideo alij opinantur, quod non videbunt sigillatim cuncta, sed in genere. Hoc tamen est contra verbum Augustini loco supra citato. 20. de ciuit. Dei. vbi ait, quod omnia mentis intuitu cernentur, & quasi in libro recitabuntur. Imò ad conditionem illius iudicij non satis est cuncta in genere cognoscere, sed & singula perpendere. Alioquin non aestimarentur personae ad iustum quales essent. Dicendum ergo, vt hic ait D. Tho. quod singula considerabuntur in proprio genere, non tamen in instanti, cum non sint videnda per eadem speciem. Sed tamē subito per diuinam virtutem: hoc est, in exiguo tempore. Et vt ait ibidem Augustinus. mira celeritate cernentur. Vnde super illud Iob. 8. Induetur confusio, ait glossa. Viso iudice omnia mala ante oculos mentis versantur: hoc est, singula quemadmodum commissa sunt occurrunt.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum iudicium illud, scilicet, tam disceptatio, quam sententiae prolatio, sit vocaliter, an non nisi mentaliter representanda.

Partis negat.

Partis affirmat.

AD haec quae dicta sunt attinet, vt breuiter exploremus vtrum iudicium illud, sit externo verbo, an sola mentis locutione perficiendum. Et arguitur, quod fiet voce. Ait, quippe Augustinus. 20. de ciuitate Dei. Per quot dies hoc futurum iudicium tendatur incertum est, non autem incertum esset, nisi vocis prolatione esset celebrandum. Et Gregorius libro etiam citato. 26. Morali. ait, quod illi saltem verba iudicis audiet, qui eius verbo fidem tenuerunt.

¶ In contrarium autem videtur stare Paulus. Roma. 2. vbi ait. Testimonium illis redente conscientia ipsorum &c.

¶ De hac quaestione nihil habetur sacris literis compertum. Et ideo hoc Magister. Sententiam tanquam problema vtrinque; anceps relinquit. Dicebant enim quidam quod iudicium mentaliter fit faciendum propter verbum Apostoli. 1. Cor. 15. In momento, & in ista oculi. Illud autem non ad iudicium, sed ad resurrectionem refer-

tur: & ideo alij dixerunt vocaliter exprimentum. Ricardus verò hic arti. 1. q. 2. ait, quod sicut Christus est Deus & homo, ita partim mentaliter, & partim vocaliter iudicabit.

1. Conclus.

¶ Duas autem conclusiones possumus ex cōiecturis & vero similibus rationibus colligere. Prima sit. Discussio & examinatio operum, & accusatio aut excusatio, quae ad conuincendum iniquos, & ad praemiandum iustos sententiam antecedit, mentaliter dūtaxat perficietur. Conclusio est cūctis receptissima. Et ratio est: quia accusatio illa, & singulorum operum enarratio, & examinatio, si voce seriatim esset peragenda, immensum temporis spacium exigeret, & ferè esset in illud absurdum recidere quod Augu. de libris repellit, qui apud Danie. & in Apocalyp. commemorantur. Nempe, quod si essent materiales, vix tempus sufficeret, vt legeretur. Idem enim propemodum accideret, si omnia essent voce percensenda. Vnde eodem lib. ca. 26. ait, quod conscientias reproborum conuincet sine vlla sermone prolixitate. Et sapien. 4. dirumpet illos inflatos sine voce. Accedit, quod cum illa Deus nouerit, & sua virtute sit cūctis reuelaturus, nihil vocali prolixitate operis erit. Et certè hoc videtur. Roma. 2. Paulus illis verbis docere. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit deus occulta hominum. Quibus utique; verbis insinuat nullos fore accusatores aut testes praeter conscientiam cogitatus, qui omnibus erunt in propatulo.

Roma. 2.

2. Conclus.

¶ Secunda conclusio. Quauis non omnino cum certitudine, tamen neque absque probabilitate affirmari potest, sententias illas Christi, quae Matthae. 25. referuntur. Venite benedicti, &c. Ite maledicti. sensibili voce esse proferendas. Opinio fuit Abulensis super eundem locum. q. 333. Et quae merito in hoc inducit est illa, quae solet: nempe, quod vbi cūque; euangelicus textus admittere sensum potest literalē quem sonat, secundum illum est audiendus: possumus autem sententias illas ad literam, vt vocales interpretari: nam licet accusatio & examinatio intellegi nequeat nisi cum magno temporis decursu: sententiae tamen ille citissimè enunciari valent: quoniam non ad singulos singulatim sunt proferendae, sed vna ad electorum chorū, qui erunt à dextris, atque altera ad reproborum turbam, qui erunt à sinistris: non ergo est cur negetur voce esse proferendas.

2. Ratio.

¶ Secundò arguitur. Christus iudicare debet in quantum homo, vterusque; est in forma humana visibili, & vniuersi in eundem locum in suis corporibus

poribus sunt conuocadi: & quod probabilius supra diximus, voce, & sono tubæ: & re vera sunt ad dextram & ad sinistram loco separandi: ergo pari ratione audibili voce sunt per sententiam approbandi vel reprobandi. Etenim si omnia in mēte duntaxat perficienda essent, non tanta apparet ratio celebritatis illius cōcilij. ¶ Præterea & Christo ad honoris excellentiam vox illa, Venite benedicti percipite regnum, & Ite maledicti in ignem æternum, accedet & iustis ad augmentum gaudij, & iniquis ad terroris vehementiam, causa illa eius voce prolata. Esuriui, & dedistis mihi māducare, & Esuriui, & non dedistis mihi manducare: ergo sono vocis enuntiabuntur. Neq; necessarium est, vt quidam arguant, sententiam hac ratione examinationi & accusationi respōdere: nā accusationi & examinationi sufficiunt singulorum conscientiarum cunctis mente perspecta, sententia verò debet maiestatem iudicis secundum humanam vocem repræsentare.

Ratio. 3.

Solutio ar.

¶ Argumēta ergo in capite obiecta, quatenus probant sententiam voce esse proferendam, cōceduntur. Si autem fiant ad probandum examen quoq; & testificationem, similiter esse ex primendam. Respondetur ad primū, propterea August. incertum dixisse quanto tempore iudicium sit protendendum, quod neque com pertum habebat sit ne voce an verò mente ex primendum. Gregorius autem sententiam nostram tenuisse videtur. Ait quippe, quod vniuersi Christiani tam beati, quam damnati audient vocem iudicis: sententiam, videlicet illam, Esuriui, & dedistis mihi manducare, & Esuriui, & non dedistis mihi manducare: quia in delictis illa ius condemnationis ratio minime reddenda est.

ARTICVLVS. V.

Vtrum electi & reprobi sint ad dextram, & sinistram Christi separandi.

Ost hæc queritur de dispositione iudicandorum, vtrum sint separandi ad dextram & ad sinistram Christi. Et arguitur à parte negativa. Videtur separatio illa nec sine magno negotio fieri posse, neque esse tam necessaria: ergo non nisi per metaphoram intelligenda est, vt iusti dicantur esse ad dextram, quia sunt ad beatitudinem destinati, & reprobi ad sinistram, quia sunt destinati ad supplicium.

Partis negativæ ar. 1.

2. Argum.

¶ Secundò Paulus dicit. Omnes stabimus ante

te tribunal Christi, ergo omnes erunt ante faciem eius, electi quidem sursum in aere, vt ait idem Apostolus: miseri verò in terra, grauedine suorum corporum pressi: ergo non erunt à dextris neque à sinistris.

Pars affirmatiua.

¶ In contrarium est illud Matth. 25. Cū venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit in sede maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ad iudicium; sicut pastor segregat oves ab hœdis, & statuet oves quidem à dextris suis, & hœdos à sinistris.

Origenes.

¶ Locus iste euangelicus erunt fortè à quibus non nisi per metaphoram exponatur, vt sedere Christū, quia in aere requirit esse sedes: & separari bonos à malis. Imo Origenes super Matth. in eundem locum videtur huc alludere, quod dextra nihil aliud sit quam beatorum cognitio, qua videbunt se, miserante Deo seruatos. Et sinistra iniquorum notitia, qua suis se delictis supplicia meruisse intelligunt. Ait quippe, quod quandiu iniqui: nempe in hac vita, neque se cognoscunt, neque Christum, & iusti per speculum & in ænigmate vident, tandiu nō sunt segregati boni à malis: cū autem propter manifestationem filij Dei, omnes ad intellectum venerint suum, tūc saluator segregabit bonos à malis, quia peccatores cognoscant sua delicta, & iusti manifestè videbunt se minima iustitiæ suæ ad qualem eos perduxerint finem. Quare per dextram & sinistram nō videtur intelligere nisi differentiam præmiorū & suppliciorū. Sancti enim, inquit, qui dextera opera operati sunt, acceperunt mercedem suorum laborum, dextram regis, in qua requies & gloria est: multi verò propter opera sua pessima & sinistra ceciderunt in sinistram & in tristitiam tormentorum.

1. Conclusio

¶ Quicquid autem vel Origenes, vel alij quicumq; senserint, ad questionem tribus conclusionibus respōdetur. Prima. Credibile est Christum iudicatum ire in forma sedentis. Nam postquam hoc ipse asserit, & potest ad litteram sustineri, non tam castè & sincerè seruetur assertio per metaphoram: præsertim cū non solum dicat se sursum se in sede maiestatis suæ, verum & discipulis, vt dictum est, duo decim pollicitus fuerit sedes in quibus tunc sedeant.

2. Ratio.

¶ Secundò, quia cū inquātū homo, atq; in forma humana sit iudicaturus, cōsequitur, vt etiā sit ostensus formā iudicis, quæ est sessio. Hoc enim plurimū ad maiestatem cōfert. Et ideo ait quod sedebit in sede maiestatis suæ, sicut dum nos redemit pepēdit in cruce ignominia suæ.

Sedes

Sedes enim non solum honorem contra ignominiam, verum & requiem à laboribus significat: vt sicut stans ipse à sedentibus pontificibus & iudice ludibrio habitus fuit, & iniustæ neci adiudicatus: ita sedens stantes suos hostes ante scabellum pedum suorum, iudicio condemnet. ¶ Sedes autem illa non est existimanda fore aut ex terra, aut ex aliqua terrena materia, quia non sunt absq; necessitate cumulada miracula: sed erit nubes illa in qua se ipse asseruit venturum. Itaque quod alibi se dixit venturū in nube, hic dixit in sede maiestatis suæ. Aer enim virtute diuina cōdensabitur in nubem lucidam sub forma sedis. Et pari modo de alijs iudicantibus dicendum. Præterq; quod throni ipsi angelici apparebunt ipsum, nō necessitatis, sed honoris gratia vehentes.

Sedes ex nube.

2. Conclusio.

¶ Secunda conclusio. Tunc re vera inter felices & miseros segregatio fiet localis. Nā postquam assertio Christi in hoc literali sensu optime audiri potest, sic est auscultanda. Enimverò cū Christus vtrumque dixerit: scilicet, congregabuntur ante eum omnes gētes, & segregabit oves ab hœdis, diffiteri realem nequeunt segregationem, nisi qui pariter cōgregationem negauerint: quod esset negare iudicium in forma visibili per congregationem in eundem locum. Præsertim cū iniqui igne ardebunt: felices verò minime: vt distin. sequenti videbimus. ¶ Et est præterea æquitatis ratio quæ eadem segregationem persuadet. In hac enim seculari militia, quia prædestinati & reprobi non planè discernuntur, neque constat qui nā sint in vno, qui ve in altero ordine permittuntur permixtim viuere, vt sint quasi triticū inter zizania. In illo verò resurrectionis momento, luce plusquam meridiana illa manifestabitur differentia. Quare non est æquitati cōsentaneum, vt simul filij lucis, cum filijs Beeliam cōmiscantur. Non ergo congregatio omnium gentium, & segregatio omnium ab hœdis sic intelligendæ sunt, ac si prius tempore fiat cōgregatio, quam segregatio, sed quemadmodum ait, Christus Ioan. 5. quod resurgent alij in resurrectionem vitam, atq; alij in resurrectionem iudicij, sic in ipso regenerationis articulo, exurgent electi ad dextram, & reprobi ad sinistram: vt congregatio sit simul segregatio. Sed propter faciliorem humanum modum intelligendi, dictum est, congregabuntur, & segregabit. Terribilior namq; erit, longeq; plus nobis pauoris offeret meditatio, si quemadmodum hinc viuimus, quando nostræ salutis, aut perditionis incerti sumus, meditemur nos esse sicut in diebus Noe, securè comedentes & bibē

Congregatio & segregatio.

Meditatio.

tes, ac lubricis huius seculi voluptatibus frutes. Tunc enim si de repente apparenti ad iudicium Christo presentati, audiremus ipsum segregare iubētem bonos à malis, quo nam pauore & stupore vnusquilibet corripere, hęsitans vtrius nā esset fortis. Igitur quod Matth. 13. ait, Christus, in consummatione seculi exituros angelos, qui separabunt malos de medio iustorum: de hac separatione à dextris ad sinistram, intelligendum est, vt inde illico mitantur in caminum ignis.

Dextra & sinistra.

¶ Nōmine dextrę in Deo misericordia eius intelligitur, & sinistrę, iustitia. Enimverò vbi mēbra hæc non inueniuntur, ratione virtutis dignoscuntur. Vnde Arist. in orbe cœlesti, illic dextrum posuit, vnde motus eius inciperet, si post quietem moueretur: nempe, in oriente. Proprius autem primūq; motus Dei est per misericordiam. Non quod iustitiæ virtus non sit etiam ei propria, sed quod misericordix actio non habet in nobis proprie causam, sed à solo ipso dimanat. Dum enim vniuersum cōdidit, nullū erat in rebus illius beneficij meritum, quia neque vlla res erat: neq; verò in impio dum illum iustificat: iustitia verò eius propter nostra merita aut demerita operatur in nobis: & ideo dum in iniquos animaduertit, à sinistris operatur, quia ex eorū delictis vltio illa procedit. Atq; hic est sensus ecclesiasticæ illius collectæ. Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Quasi illud sit proprium in genij eius prima & beneficiorū radix. Hac ergo ratione electi collocadi sunt à dextris Christi, & reprobi à sinistris.

2. Ratio.

¶ Præterea quia dextra prosperitatē designat, atque adeo sempiternam felicitatem: sicut sinistra extremam miseriam. Igitur electi tum propter merita quæ ex misericordia procedunt, tum propter præmiū, quod recepturi sunt, collocabuntur à dextris: iniqui verò, & propter demerita quæ ex sua sinistra voluntate procedunt, & propter iustum supplicij quod sunt plectendi, statuentur à sinistris.

Christus pastor.

¶ Caterum quia Christus pluribus se muneribus functum asseruit in euangelio, pluribus modis segregationem hanc explicare possumus. Est enim ecclesiæ spōsus iuxta illud Pauli. Respondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo, prudentes virgines, præparatæ ad nuptias confluentur à dextris, & fatuę quæ in hoc seculo, dū oleum misericordie grati vebatur, malignè illud emerūt depelluntur ad sinistram. Et quia regnum cœlorum cum sagena contulit missa in mare, boni pisces custodientur à dextris, & mali eijciuntur in sinistram.

Prudent. et imprudent. virgi.

stram. Et quia se quoq; comparabit agricolæ per mundanti aream suam, illi qui sunt in horreum condendi, vt grana, siti erunt à dextris, paleæ verò & zizania semouebuntur ad sinistram, vt inde proiciantur in ignem.

Oues hæc.

¶ Inter omnes autem similitudines illa Christo maximè placuit, vt se pastorem prædicaret, & suam familiam ouium gregem. Descendit enim de cælo ouem quæsitum, quam perdidit, & ideo ait. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Ob idq; ait impræsentiarum, qd statuet oues quidem à dextris suis, hædos autè à sinistris. Ouis etenim obedientissimum animal est, & in grege sub cura pastoris semper viuēs: ex cæteris enim animalibus syluestria feraque inuenias, etiam capros, oues verò minimè: ob idq; maximè Christianam ecclesiam repræsentat. Sunt & inter animalia maximè frugifera, lana quippe, lacte, & caseo, & assidu o fœtu, & carnibus ipsis sunt nobis frugi, & vberes. Et tales debent in spiritualibus esse christiani. Sunt humillime, paucissimis contentæ, inermesque, & nulla fallendi arte instructæ, & mansuetudine insignes. Quâ ob rem dñs discipulos suos ceu oues in medio luporum esse iussit. Sunt denique innocentia candore præstâtissimæ, ad eod, vt Christum ipsum quasi agnum dominatorem terræ expectarent Prophetæ, & velut agnum tollentem peccata indiceret Ioannes, & tanquam agnum coram tondente se obmutescentem se ipse tradiderit in sacrificium.

Capri.

¶ Capri verò contra instructi, cornibus & mento feritatem superbiatq; præferunt: & cum oues demisso capite tenellis cõtentæ pascantur, capri in duos semper pedes erecti dum orum cacumina decerpunt. Sic enim filij huius seculi ad summos semper honores inhiant, vixq; pastoribus obsequuntur. Atqui ad maiorem emphasim, oues fœmineo genere expressit, quia mitiores sunt frugilioresq; quam arietes: hæc dos verò, nempe barbato capsgenere masculino, quoniã ferociores sunt quam capræ. ¶ Hinc fit, vt dæmones nõquam formam ouium, sed semper caprorum induât. Atqui capropter in lege veteri capri pro delictis populi sacrificium erāt, & ideo quasi ipsa peccata foras emittebātur. Agnorum verò sacrificium innocentiam Christi præsignabat.

Dæmons.

¶ Tandem & hoc consideratione dignum est, quanto, scilicet, copiosior numerus à sinistris erit quam à dextris. Si enim ab orbe condito sub lege naturæ oculos ad gētes conijcias, quibus fides Mesiæ nõ effulsit: deinde ad gentes quæ in odò euangelium nõ agnoscunt, in cõpa-

Copiosior numerus à sinistris.

rabilis est infidelium numerus respectu anguli, quo verus Deus colitur. Imò si infidelium multitudine prætermissa Christianorum ecclesiam contemplerur, vtinam tot dextram quot sinistram occuparet. Quod enim ait Christus, tunc duo erunt in agro, vnus assumetur & vnus relinquetur: duæ molentes in mola, vna assumetur & vna relinquetur, duo in lecto, vnus assumetur & alius relinquetur, non significat electorum ac reproborum paritatem, sed quòd ex omni statu, sexu, etate, conditione, officio, & arte, erunt prædestinati & reprobi. Nã quia præmiserat aduentum iudicis de repente futurum sicut in diebus ante diluuium, quando securi erant homines, comedentes, bibentes, nubentes & nuptui tradetes, ne quis cogitaret nõ esse tunc plures saluandos quam illic in arca, dixit ex quocunq; statu aliquos seruandos, aliosq; reijciendos: videlicet, vt neq; in vllò quispian statu & conditione, aut officio tuto se viuere arbitretur, nisi Dei gratia præsidio ei fuerit, neq; verò desperet si eius voluerit fauere vti. Ob id nanque dixit. Vnus assumetur, & alius relinquetur: ne quis suis viribus naturalibus suam salutem adscribat, sed præuenienti Dei gratiæ. Non enim ex operibus, vt ait Paulus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Duo in agro.

Vnus assumetur.

¶ Ad primum igitur argumentum negatur, aut magno negotio opus tunc fore, vt separentur ab iniquis electi, aut nõ esse necessarium: imò resurgendo separabuntur, & erit operæpretium, vt beandi sicut meritis, ita & loco sint ab iniquis disgregati. ¶ Ad secundum respondetur nihil situi obstare quominus omnes sint ante faciem iudicis, electique in aere, reprobiq; in terra: & nihilominus illi sint à dextris, & isti à sinistris.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

ARTICVLVS. VI.

Utrum generale iudicium per sententiam iudicis concludetur.



ostremus actus iudicij est sententia, & ideo tãdem quæritur, vtrum per sententiam iudicium generale concludetur. Et arguitur à parte negatiua. Si aliqua esset illic sententia futura maximè illa, Venite benedicti patris mei &c. aut, Ite maledicti &c. illæ verò non habent sententiarum formam, quæ est absolutio aut condõnio vos, aut quid simile, imò potiùshabet executionis

Partis negatiue ar. 1.

2. Argum. tionis sententiæ figuram. ¶ Secundo potissimum arguitur. Sententiã debet examinatio cause antecedere, vt secundum merita proferatur, illis verò verbis non exprimitur tota causa legitima approbationis aut condemnationis: ergo nõ est sententiã. Probat minor. Regnum cœlorum pro legis & mädatorum obseruatione confertur, & pro eorum transgressione auferitur, iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitã ingredi serua mädata, & copiosior eius possessio illis promissa est, qui consiliorum vota obseruatia mädatorum adiecerint: iuxta illud Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, Beati qui lugēt, &c. quorum custodibus promittitur, qd erunt magni in regno cœlorum: illic autem nulla fit aut mandatorum aut consiliorum mentio: ergo nõ est legitima sententiã. ¶ Tertio arguitur. Nemo à regno nisi propter vel originale, vel mortale crimen excluditur: opera verò misericordiæ genere suo raro, nimirum propter extremã, aut grauem necessitatem obligant sub reatu mortalis criminis: ergo nõ videntur tot condẽnandi, quia esuriens non pauerunt, aut nõ poterunt sitientem. Potissimum, qd opera misericordiæ spiritualia præstantiora censentur, quorum tamen illic nulla habetur memoria. ¶ In cõtrariũ est Christi autoritas, cuius nullam iudicio alia referunt verba qd illa, Venite benedicti, & Ite maledicti, &c. quæ cum sint iudicij conclusio, eius habent imaginem sententiæ.

3. Argum.

Partis affir.

Conclusio catholica.

Tria ad iudicium requisita.

Sapientia iudicis duplex.

¶ Ad quæstionem hac vna catholica cõclusionem respondetur. Verba illa Christi, Venite, & Ite, legitima est sententiã eademq; iudicio illo accommodatissima. Vbi adnotandum est, qd cum ad iudiciũ, vt supra diximus tria sint potissimum requisita: nempe potestas in persona, sapientia in intellectu, & rectitudo in voluntate: quæ quauis per proprietatem in tribus personis existant, attribuitur tamen primum patri, secundum filio, tertium spiritui sancto, hæc omnia in summo gradu relucet in illo iudicio: quia Christus quantum ad potestatem, vt ait, Petrus, constitutus est iudex vniuersalis viuorum & mortuorum: est autem ipse vt summa sapientia, ita & summa bonitas, & ex vno falli non potest, & ex altero nec potest fallere, neque alicui iniuriam irrogare. ¶ Sapientia autem iudicis duplex est: scilicet, iuris & facti, inde ergo primum tum extimescendum est illud iudicium, tum cõprimis adorandum, quòd iudex neq; per testes falli poterit in facti, neq; per aduocatos in iure, quia oia sunt etiã cordium intima suis oculis patentia: & leges secundum quas iudicaturus est ipse cõdidit.

Itaque ipse simul est, & legum summus conditor, & factorum oculatissimus testis, ac perinde omnium æquissimus iudex. Nam quemadmodum secundum intellectum falli non potest, ita neque secundum voluntatem flecti, neque prece neque pretio, neq; (quod expauescendum in Deo est) vllò commiserationis affectu. Etenim tempus miserendi illucisque protenditur, illic verò sola iustitia dominabitur meritorum iudex, quæ hic vel de misericordia eiusdem Deiprocesserit, vel de nostra peruersa voluntate. Misericordia ergo & benignitas Dei, & longanimitas qua homines hic ad poenitentiam adducit, dum per duritiam cordis excluditur, in iram tũ ipsius iudicis conuertetur. Iuxta illud Pauli Roma. 2. Per duritiam tuã thesaurizas tibi iram in die iræ. Hoc ergo grauius erit miseris, multoque tremendum: nempe, diuinum peccus sic occlusum videre, vt nullus eis pateat ad eius clementiã aditus. Et quemadmodum neq; secundum intellectum decipi, neque secundum voluntatem flecti, ita neq; præ eius omnipotentia poterit vllò pacto superari. Quare nec ad alium superiorem locum habebit appellatio, neq; executio moram: sed sicut in mundi fabrica ipse dixit & facta sunt, ita in illo iudicio ipse iubebit & facta erunt.

Roma. 2.

¶ Quo ergo ad primum argumentum respondeamus, negatur verba illa, Venite, & Ite, non esse sententiã Dei aptissima. Homines quippe dum iudicant, quia non semper prolata sententiã protinus executioni mandatur, mitiorem aliam pronuntiandi formam habent: in Christo autem, quia sententiã proferre est ipsam executioni mandare, appositisimè electis dicet. Venite percipite regnum, & reprobis. Ite in ignem æternum.

Benedicere.

¶ Et quia in Deo benedicere est benefacere, & summum beneficiũ est collatio regni cœlestis, ait. Venite benedicti, hoc est, summa benedictione donati. Adijciẽt autẽ, patris mei, quia cum iudicaturus sit in quantum homo per potestatem quam à patre recepit, illam præmij collationem patri adscribet. Præsertim cum illi sit supremus prædestinationis effectus, quæ quidem prædestinatio fuit æterna, quæ Christo non secundum humanitatem, sed secundum diuinitatem, quam per generationem habet à patre competit. Quibus de causis filijs Zebedæi, Matthæi. 20. ait. Calicem quidem meum bibetis: nempe, meritum meã baiulando crucem præstabitis: præmium verò, scilicet, sedere ad dextram & ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratũ est à patre meo.

Matth. 20

Miseros autē reprobos maledictos appellans, non adijciat, patris mei, quia peccatorum, que sunt condemnationis causa, Deus non est author, sed nostra deprauata libertas.

Percipite regnum.

¶ Possidete regnum, nam quanuis iam tunc omnes electi sint illud possessuri secundum animas: percipient tamen illud tunc secundum corpora: & cum omnium beatorum consummato consortio. Quanuis fortasse explicet illud Christus ad nostrum intelligēdi modum: quasi tunc primū, ut sit in cuiusque particulari iudicio, recepturi essent regnum. Ait autem possidete, hoc est percipite, quasi illud electi concupiuerint, & corda inclinauerint, ut ait, David, ad faciendas iustificationes propter illam retributionem. Quocirca damnatis non ait, Ite, percipite aut possidete ignem: quia sua intentio nō fuerat illud adipisci, sed ex transfuso inuiti in illud malum impingent.

Venite.

¶ Et quoniam meritum regni consistit in appropinquatione ad Christū, ait, Venite. Nam quanuis tunc nō erit in cœlo empyreo, quod sedes est beatorum, ait, tamen. Venite mecum, quod ego sum remigraturus: sicut alibi dixit. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Et quia peccata consistunt in recessu à Christo, ait iniquis. Ite, sicut Matthæi. 7. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

Dubium de regno.

¶ Vnum autem hic se offert dubium circa intellectum illius verbi. Percipite regnum, percipere nanq; regnum nō est nisi regis, cuius est regni dominium & gubernatio: rex autem regni cœlorum nō est nisi Deus secundum primā auctoritatem, & Christus secundum eam quæ sibi collata est. Respondetur autem, quod regni possessio per ius dominandi & regendi non est nisi regis: sed nihilominus & ciuibus, qui ius habent viuendi in regno, & in pace & tranquillitate possessiones suas ibidem possidendi, & iuribus eius fruendi, competit etiam regni possessio. Itaq; regnum est regis tanquā regentis, & ciuium tanquam eorum qui reguntur. Et isto secundo modo Christus traditurus est vniuersis electis regnum cœlorū. Quamquam emineat quedam excellentia in cœlestibus ciuibus præ terrarū incolis: videlicet, quod ciues in hoc seculo non ad nutum toto vtuntur regno, sed per partes: in quo ideo multa illis aduersa contingunt, vt paupertas, infirmitas, atque alia calamitates, per quas non licet eis animum suum concupitis explere. Foelices autem cœlicolæ non per partes, sed totum possident regnum, vniuersi, inquam, diuinam essentiam vident, qua ratione Deum possident

Regni possessio.

Regnum cœlorum.

qui est totum regnum. Atque adeo quicquid optant, obtinent: nec quicquam est quod illis aduersetur, sed omnia pro votis sunt eis subdita. Atque hac ratione regnum etiam nomine suo gradu illis adscribitur. Iuxta illud Apocalyp. 3. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. & ca. 5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Et. cap. 2. 2. Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum. ¶ Paratum vobis regnum à constitutione mundi. Nam etsi paratum: hoc est, prædestinatum, non à constitutione mundi, sed ab æterno fuerit: tamē quia à constitutione mundi angeli illud possidere cœperunt, & tunc homines ad illum possidendum fuerint conditi, ait, paratum à constitutione mundi. Quasi diceret. Inde iam vos expectat. Differentibus autem verbis, ait, damnatis. In ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. De regno nāque non dixit, quod paratum est hominibus, est angelis, quā aqua forte præparatū est hoibus cū angelis. Neque merita quibus regnum homines promerentur, contingunt eis per angelorum gratiam & fauorem, sed per auxilium & gratiam Dei, quæ æqualiter hominibus atque angelis opitulatur: peccatum verò primum hominis diaboli suggestionem ingressum est in orbē, quā causa est condemnationis in ignem æternum: & ideo ad maiorem exprobrationem, ait. Qui paratus est diabolo, & angelis eius. Quasi homines per peccatum facti sint Satanæ angeli. Præterea, vt alibi diximus, quia infernus propriè non videtur nisi angelis decretus: eo quod ne queant per poenitentiam à peccatis liberari: hominibus nāque ad terrorem deberet infernus feruire, vt inde se per poenitentiam eriperent. Quocirca humanū quidem est peccare, sed diabolicum in peccato perseverare.

Paratum vobis, etc.

Qui paratus est diabolo.

Solu. 2. ad 7.

¶ Secundum verò principale argumētum, diffucillimum vulgo existimatur: tanquam miraculum enim ducitur, quod in causam præmij & supplicij æterni, non nisi impletio operum misericordiarum, & eorum omisio afferatur. Veruntamen, qui de hoc mirantur, supponunt nullum aliud illic futurum meritum, demeritorumque examen, eo quod non aliud illic Christus verbo expressit, sed est ipsorum præsuppositum falsum. Nam, vt iam satis expositum est, vniuersa merita ac demerita, vnicuique in memoriam redibunt, eademque erunt cunctis comperta: vbi quemadmodum iniqui mandata defregerint vniuersis constabit. atque adeo palam erit vnusquisq; conuictus, quāto

Matth. 12.

quāto sit supplicio dignus. Nam vt ait, Christus Matth. 12. Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddet rationem de eo in die iudicij. Ob idq; Matth. 18. assimilauit regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cū seruis suis. In qua vtique parabola conclusit, quod vnusquisq; reddet omne debitum vsq; ad nouissimum quadiatem, vt ait, alibi. Imò & in illo mentali iudicio aggrauabitur eorum culpa, qui poenitentiam non egerunt, Niniuitarū exemplo, qui in prædicatione Ionæ illam fecerunt, Cū tamen Christus longissimè maior fuerit quàm Ionas, quippe qui speciale supernaturale auxilium continenter offert peccatoribus, instigando eos ad poenitentiam. Et infidelium cecitas itidem exprobrabitur comparatione reginæ Aultri, quam fama Salomonis ad ipsum perduxit. ¶ Similimodo & iustorum merita erunt cunctis propatula, tam in consilijs quàm in mandatis, vt cunctis compertum fiat, quàm sit vnusquisq; foelici illa retributione dignus.

Cur mentio operū misericordiarum facta.

Due causæ

Eleemosynarum commendatio.

¶ Hinc autē emergit dubium, cur mentio duntaxat operum misericordiarum, quæ aut completa sunt aut neglecta, singulariter fuerit facta. Aliqui forsan cogitabūt, illam esse causam, quod non nunquam opera misericordiarum vim obtinent præcepti, nempe, ingruente extrema aut graui necessitate. Sed re vera causa hæc nō apparet legitima: quoniā alia sunt præcepta maiora: quæ efficaciori ratione deberēt exprimi. Præterea, omisio illa & impletio misericordiarum in casu necessario, inter alia merita, & demerita, per mentale conscientiarum examen, in illo iudicio liquebit. Adde, quod commendatio illa impletorum operum misericordiarum, & omisorum impropertio, non habet in verbis Christi illam effigiem, vt solum ad casus extremæ aut grauis necessitatis referatur, sed vt protendatur ad omnes supererogationis misericordiarum. ¶ Dux ergo sunt causæ, ob quas illa misericordiarum mentio fiat, quæ propemodum in eandem incidunt. Prior hoc habet fundamentum, quod adulti Christiani ratione vtentes, ad quos illa commemoratio refertur, vix communi lege possant sine peccato viuere, imò si confirmatos excipias, rarò sine aliquo mortali. Inter fructus autem poenitentiarum egregium locum habet eleemosyna: nam licet oratio ex obiecto sit præstantior, eleemosynas tamen necessitas publica pauperum commendatiores reddit. Enimvero ieiunium macerationi potius proprii corporis confert. Vnde Tobia. 4. Eleemosyna ab omni peccato & morte liberat. Et cap. 12. Bona est oratio cum

ieiunio, & eleemosynam magis quàm thesauros auri recondere: quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam. Quo alludit illud Christi, Luca. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cū defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Et Ecclesiast. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & Deus prospector est eius, qui reddidit gratiam. Et Luc. 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Plurima sunt quæ Christus in hanc pietatis commendationem contulit. Et certè illud. 1. Petri. 4. Ante omnia mutuam in vobismet ipsis charitatem continem habete: quia charitas operit multitudinem peccatorum, eleemosyna potissimum coaptatur. Dum ergo Christus opera misericordiarum allegat iustis in causam suæ beatitudinis, non vult negare quim impletio mandatorum fuerit causa potissima, sed demonstrare, quemadmodum, si peccata commiserint, poenitentiam tamen egerint, eademque peccata, vt Daniel. 4. habetur, eleemosynis redemerint, suaque perinde merita per gratiam Dei illis beneficentiæ muneribus auxerint: quippe quibus egregium amorem erga Deum, qui pauperum personam agebat, declarauerint. Et è conuerso reprobis omisionem operum misericordiarum impropertans, non vult negare quin propter delicta mortalia in supplicium ignis mittantur, sed ostendere quæ admodum peccata sua per poenitentiam delere neglexerint, & per illos poenitentiarum fructus, amorem eius colere, ipsumque adeo sibi reconciliare. ¶ Secunda causa, illius misericordiarum commendationis, & quasi eadem est commendatio pauperum. Demonstrat enim Christus quantanta ei cura sit pauperum, quantaque eius gratia per eleemosynarum beneficium concilietur: primum in hoc quod in die iudicij nullam se habebiturum memoriam expresserit aliorum mandatorum, aut consiliorum, aut sacramentorum, aut denique officiorum, quàm benignitatis & largitatis in pauperes. Deinde, & in hoc præsertim, quod nō satis dixisse putauit. Quod vni de his fecistis, pro me fecistis. Sed in getissimè emphasis grā, quādiu fecistis, inquit, vni de his fratribus meis mihi fecistis. Stupenda Dei clementia dum sederit in sede maiestatis suæ cū angelis Dei, tūc vt eleemosynarū merita eximio extollat honore, nihil cunctabitur se pauperem fuisse & egenum confiteri: nempe, qui in persona pauperis, ad ianuas esurierit nostras, illic plagas nobis ostenderit, & ærum

Pauperum commendatio.

Extollitur diuina clementia.

DISTINCTIO

Quadragesimo octava, De purgatione & inuouatione mundi.

POST hæc quem admodum sit mundus in sempiternum speciosior permanens rimandum nobis superest. Enimvero cum non nisi in hominis obsequium conditus fuerit, quippe cui ut Genes. 1. legitur, dominium eius fuerit concessum, consentaneum est diuinæ que providentiæ condecens, ut humano generi perpurgato, & per gloriam inuouato, mundus quoque lustratur, purgatusque inuouetur, illud autem ministerium ignis, qui eidem muneri accommodatam habet naturam exhibebit. Vnde in Psalm. In conspectu eius exardescet ignis, & in circuitu eius tempestas valida. Atque cum duos sit habiturus effectus, nempe, & mundum expiare, & damnatos cum dæmonibus conuolutos in infernum obtrudere, prioremque ante, posteriorem vero post iudicium, consequens sit, ut faciem iudicis sit accessurus. Vnde in alio Psalm. Dauid, Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et Ioelis. 2. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma.

¶ Primum

Solu. 3. ar.

Opera misericordie spiritualia missa.

Timot. 4.

nas cum rubore detexerit. Igitur quibus mendicus Christus, nobis in pauperibus præsens, viscera aperire non suffecerit, eosdem saltem sufficiat vel ad illum inenarrabilem incitare honorem, quando coram angelis Dei confitebitur, se pauperem ab ipsis alitum, potatum, vestitum, vel illo maledicto absterreat, quando exprobraturus est illis seipsum medicum, esurientem & nudum, a suis ianus abactum expulsumque fuisse.

¶ Ecce ergo secundum argumentum solutum. Antecessura enim est meritorum, hoc est preceptorum mentalis examinatio sententiam. At vero sententia, ut supra diximus, forte sono vocis propter causas iam relatas exprimitur.

¶ Ad tertium denique respondetur, quod quantum nemo nisi propter peccatum vel originale vel mortale à regno sit excludendus, nihilominus quia potuit vnusquisque illud per penitentiam delere, & per misericordiam fratris extingui, datur miseris improperio, quod eadem misericordiam opera neglexerint.

¶ Missa autem fecit opera misericordie spiritualia, eo quod licet sint ratione obiecti cum latioris meriti, non sunt tamen tam omnibus nota quam corporalia, neque ad tam multa hominum genera se extendunt. Non enim tam multi sunt, qui consilio, aut doctrina, aut correctione alios iuuare possint, neque tam frequentes, qui illis indigeant. Imò vero (quæ potissima causa est) neque sunt illa auxilia tam necessaria. Illa quippe spiritualia opera, quæ ad salutem sunt homini necessaria vique adeo sunt cunctis peruia, ut quicumque possit, nisi sua culpa obstiterit, sibi sufficere, licet ab alio non corripiatur, neque emendetur. Sed tamen corporalia subsidia non cunctis suppetunt: & ideo maiori obligatione ligant. Hoc autem examinare non est præsentis loci, sed illud admonere, ut timorem aduersus dominum Christiana excoltaque nobis vita adimat, eiusque amorem ingeneret. Ait enim Paulus. Coronam iustitiæ illis esse propositam, qui aduentum Domini diligunt: nempe, qui non tam supplicia timeant, quam præstolantur præmia. Vnde ad Titum. 2. Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magis Dei & saluatoris nostri Iesu Christi.

Cap. 2. ¶ Primum igitur electos, quos viuos repererit purgationis egentes, citissima morte perpurgabit: deinde elementa tria nobis attigua, quæ nobis subinde vsui sunt: nempe, terra, aqua, & aer eodem igne conflagrantia expurgabuntur: ac perinde ignis, qui apud nos in aliena ardet materia. Hoc nos Petrus Apostolus docuit dicēs, quod cæli, qui prius erant, & terra & aqua, aquarum inundatione perierunt. Vbi palam cælorum nomine, ut. 20. lib. de ciuita. Dei, ait, Augustin. ventosi acerei que cæli intelliguntur, non ætherei cælestes. Quos subinde cælos, ait, igni reseruos in diem iudicij. Ac demum de eisdem subdit, quod cum venerit dies domini ut fur, cæli cum magno impetu trāsibunt, & ardentis soluentur, & elementa ignis ardore tabescent, & opera nempe mista, quæ in terra sunt, exurentur. Ascendet ergo, ut inde colligitur, ignis ille, veluti aqua diluuij, cubitos quindecim super montium cacumina: quare ad elementum ignis, quod purgatione non indiget, non pertinget. Tandem prolata sententia iudicij complicatos cum dæmonibus miseros homines in infernum rapiet.

Cap. 3. ¶ Eiusmodi ergo purgatione peracta speciosior mundus inuouatus permanebit: iuxta illud Apocalyp. 21. Vidi cælum nouum & terram nouam: primum enim cælum & prima terra abiit. Vnde diuus Pe-

trus, nouos, inquit, cælos, & terram nouam secundum ipsius promissionem expectamus, in quibus iustitia inhabitet. Nempe, ut secundum hominis gloriam, cuius gratia mundi machina fabricata est, mundus ipse noua pulchritudine donetur. Et creatura quæ, ut ait, ad Roman. Pau. 8. reuelationem filiorum Dei expectat, liberetur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ ipsorum.

Cap. 4. ¶ Igitur cum cæli non in aliud moueantur officium, quam ut humano generi propagando alendoque seruiant, illa tunc necessitate cessante, à suo motu requiescent, ut nec dies amplius noctesque distinguant aut menses & annos: lucem autem non amittent: imò iuxta verbum Esai. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter: non autem diei & noctis vicissitudine. Ac perinde elementa suo ordine & gradu cælorum amoenitatem imitabuntur. Nepe, ut terræ superficies, peruia ut vitrum sit: aqua sicut crystalus: aer veluti cælum: ac denique ignis ceu luminaria cæli. Animalia verò & mixta, quia suapte natura corruptibilia etiam in totum existunt, non inuouabuntur, sed profus & ignis conflagratione, & cælorum motu cessante interibunt: ut quemadmodum homo, qui corpus seminat corruptibile in incorruptionem resurget, ita cunctis corruptibilibus peremptis, soli cæli,

Ll 3 qui

qui suapte natura incorruptibiles sint, atque elementa quæ in totum non sunt corruptioni subiecta, perseuerent.

DISTINCTIONIS 48. Quæstio prima, de igne conflagrationis, & eius effectibus.

ARTICVLVS. I.

Utrum aliqua sit futura mundi purgatio per ignem.



tractatū iudicij pertinet mundi purgationem, & in nouationem, quæ post diē illum in eternū est permānens speculāri. Quare præ sens distinctio duas habebit quæstiones, vnā de purgatione mundi, atque alteram de eius innouatione. Quæritur ergo primū vtrum mundus sit per ignem purgandus. Et arguitur à parte negatiua. Purgatio rei vel ab eo sit quod impurū suū; natura commissum habet, vt expurgatur aurum: vel secundum diuinam iustitiam, ad abstergendam culpæ sordes: cui muneris locus purgatorij destinatus est: at verò in elementis huius mundi nil immundum commissū est, iuxta illud actū. 10. Quod Deus creauit, tu ne commune (id est immundum) dixeris: neque in rebus inanimis vlla existere potest culpa: ergo neque vlla indiget purgatione. Secundò arguitur, quod etiam si mundus sit purgandus, id non sit per ignem faciendam: tū quod aqua non minoris virtutis est ad purgandum quàm ignis, imò plura aqua quàm igne permundantur. Et prima mundi emundatio per diluuij inundationem facta fuit: tū etiam quod si per ignē mundus purgaretur. Ille esset eiusdem speciei cū elemēto ignis: hoc autē inde apparet falsum, quod omnia quatuor elementa illo sunt igne consumenda, vt. 2. Petri. 3. illo verbo secundū glossam significatur. Coeli ardentēs soluentur, & elementa ignis ardore tabescēt: ignis autē nō pōt se ipsū cōcremare.

Partis negatiue argum. 1.

Secundū argum.

In contrariū est illud. 2. Pet. 3. Aduenit dies dñi vt fur, in quo cœli inagno impetu transiet, elementa verò calore soluentur: terra autē & quæ in ipsa sunt opera exurētur. Quæstio hæc quatuor cōclusiones quæ argumētis propositis insinuantur exposcit. Prima. Mundus in die iudicij purgandus est. Cōclusio hæc, quæuis sub his terminis in sacra pagina non inueniatur expressa, sicutamen ex illa colligitur, vt sit cea catholica suscipienda. Legitur enim Apocal. 21. Vidi cœlū nouū, & terrā nouam. Primum em̄ cœlū & prima terra abiit, & mare iā nō est. Et loquitur de vltima mūdi cōsummatione: omnis autē rei innouatio, per aliquam sit purgationē: vt in metalloū purificatione cōspicitur. Cui alludit Paul. 1. Cor. 7. vbi, ait, Præterit figura huius mundi. Præterire nāq; figuram est per purgationē immutari. Ratio verò cōclusionis sic colligitur. Mundus propter hominē cōditus est, nā vt Aristo. 2. Physic. habet, licet mundū factū negauerit, cognouit tamen esse propter hominē. Vnde Gene. 1. post mundi fabricationē, ait, dñs. Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, & præsit piscibus maris & volatilibus cœli, & bestijs, &c. Et psalm. 8. Oīa subiecisti sub pedibus eius. Locus autem debet, locato proportionari: ergo quādo homo secundum corpus est ad statum gloriæ assumendus, condecet, & mundi corpora in statum meliorē mutētur, vt. f. locus cōuenientior sit ad gloriā, & aspectū pulchrior. Immundities autē quæ hominis gloriā impedit, est culpa. Nam vt. 1. Corinth. 15. ait, Paul. corruptio incorruptelā nō possidebit. Et Apoc. vltim. in ingressu ciuitatis gloriæ, foris, inquit, manēt venefici, impudici, homicidæ, &c. Quare homines quousq; & ab omni culpa, & ab omni reatu poenæ inde relicta purgētur, gloriā nō possidebūt. Creaturæ verò corporales homine inferiores, quæ res nō sint, quæ culpa sic infici possint, vt eā cōmittant, tamē quatenus sunt hominū seruitū, quandā incōgruitatem atq; indecentiā ex eorum culpis contrahunt: qua ideo indecentia, & sordibus expurgari debent, vt gloriæ fulgore resplendeāt: quæ admodum banilicæ dum aliqua foeditate polluantur, nō sunt sacris faciēdis idoneæ, quousq; lastrētur. Res verò quæ hominib; delinquentibus seruiūt ac perinde eorū delictis cōtaminātur, sunt mixta, & elemēta, quæ generationibus, atque alijs humanis vltibus pollūuntur, sunt ergo omnia elemēta purgāda: nā mixta omnia peribūt. Hanc veritatē Paul. Rom. 8. quem locū illic locupletius enarrauim; edisserit. Etenim post quā gloriā quæ reuelabitur in nobis longē passio

Partis affirmatiue.

Prima cōclusio.

Ratio cōclusionis.

Roma. 8.

passiones nostras superaturā adstruxit, subiūxit. Nā expectatio creaturæ reuelationē filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est nō volens, sed propter eū, qui subiecit eā in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatē gloriæ filiorū Dei. Quo loco, vt bene, ait, Chrysof. Omnem corporeā creaturā designauit, quæ cū in seruitū hominis cōdita fuerit, cui si in originali iustitia perstitisset, absq; aliqua turpitudine in feruere, postq; ab eadē iustitia per præuaricationē diuini mādati homo cecidit, duplici vanitate subiecta fuit nō volens. Primā. f. quia terra cœpit tribulis spinetisq; & id genus herbarum nocuentis syluescere, aerq; nobis esse inclemens, & animalia nobis esse infesta, omnifque perinde creatura nobis cœpit mortem intētare, quam ante peccatū posset homo nō ex periri. Et quia vanū est, quod suo frustratur fine, dictus est homo, ac perinde omnis creatura illi vanitati humanæ mortis subiecta, non volens, quia non fuit illa eius primæua institutio. Sed & alteri peiori vanitati, nempe, culpæ, ab illo vsq; peccati momento subiectus fuit mundus, quia homini in suis patradis sceleribus in seruit. Lux quippe solis, ei seruit, vt illa videat quæ ipsum turpiter alliciat: seruit & noctis vmbra, vt impudenter eadē perpetraret: seruiunt & elementa quæ fructus ei proferūt, atq; alia temporalia bona quibus ad ambitionē, luxū, atq; alia id genus flagitia & scelera vtatur. Est autē creatura illi seruitio subiecta, propter eum (scilicet Deum) qui subiecit eam in spe: id est, qui iussit rebus huius mundi, vt homini ad nutum seruirent, quousq; in eiusdē mundi innouatione ab hac seruitute liberarentur. Hæc ergo ratio futura est cōpurgationis mūdi, vt deinceps innouatus permaneat, statuiq; gloriæ sit idoneus. Quomodo autē purgabitur, articulus sequens declarabit. Nā sunt elementa à mixtione depuranda, & à contagione per humanos vsus cōtracta expianda. Primū igitur argumentū partim solutū restat. Nā etli per se elementa nō sint culpa subiecta, ex hominum tamen flagitijs quodāmodo contaminantur. Et ad priorē partem respōdetur, eo pacto nullā esse creaturā immundā: quo Manichæi dicebant, bonū & malū esse duas substantias, alteram à bono, alterāq; à malo Deo creatas, & in vnaquaq; re permixtas: in quo sensu illud allegatum intelligitur Actū. 10. Nihilominus elemētū quod sua natura est purū habet quādiu generationes durāt, aliquid admixtū extraneæ & peregrinæ naturæ à qua debet purificari & defæcari, vt art. proximo mōstrabitur. Secū

Solutio. 1. arg.

da cōclusio. Purgatio illa faciēda est per ignē. 2. Cōclusio. Probatum primò ex illo psalm. 46. Ignis in cōspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Et quod loquatur de extremo iudicio, probant & præcedentia, & subsequētia verba. Ait quippe, Deus manifestè veniet, id est, non occultè sicut in primo aduentu. Ignis in cōspectu eius exardescet, &c. Aduocauit cœlum de sursum (hoc est, vt angeli & animæ de superno cœlo descendant) & terrā decernere populū suum. i. vt iudicet populū suum. Quāuis Aug. 20. lib. de ciuit. Dei. ca. 2. non legat nisi. Aduocauit cœlū sursum, id est, vt sursum ascendat. Quare nomine cœli intelligit iustos, qui, vt, ait, Paul, ascēsuri sunt Christo obuiam in aera. Et nomine terræ intelligit dānatos. Sed prior lectio cōgruetior est. Et super illud. 1. Cor. 7. Præterit figura huius mundi, ait, Aug. 20. de ciuit. Dei. c. 16. Pulchritudo huius mundi mandanorū igniū cōflagratione peribit. Sicut factū est mandanorū aquarū inundatione diluuij. Et subdit in ferius. Vt. f. mundus in melius innouatus, apertè accōmodetur hominib; etiā carne in melius innouatis. Et. 2. Petri. 3. Mūdus, inquit, aqua inūdatu perijt: cœli aatem, qui nunc sunt & terra eodē verbo (hoc est eadē sententia) repositi sunt igni reseruatj in diem iudicij, & perditionis hominū. Et subiungit verba illa quæ iam supra citata sunt: scilicet, quod elementa & cœli ardentēs soluentur. Nouatos autem cœlos & nouā terram & promissa expectamus in quibus iustitia habitat. Ratio autē cōclusionis ex effectu & modo quo ignis purgabitur sumitur. Tria enim sunt, ad illam mūdi purgationem pertinentia: nempe expurgatio ab illa indignitate, & vt sic loquamur irregularitate: qua mandus per humana delicta infectus est vt idoneus maneat beatorum gloriæ. Mox purificatio & defæcatio elementorū ab impuritate & cōmixtione aliarum rerum, ac deniq; dispositio ad gloriæ perfectionē. His autem operibus perficiendis aptissimus est ignis. Primū propter suam nobilitatem, quia est qualitibus gloriæ similis, præsertim in luce. Atq; hac ratione accōmodatus est ad abstergendas sordes ex delictis humanis relictas: vt sicut ignis purgatorij poenas peccatorum delet: sic & reliquias illorum in elemētis admittis ille ignis extinguat, & mundum suo creatori conciliet. Secundo, propter suam puritatē: quoniā ob eximiā effusaciam actiue suæ virtutis, nullā extranei permixtionem admittit, sed citissimè illud absumit. Qua præterea virtute potentissimus est impuritatē elementorū extrahere. Nā vt. 2. de

Ratio cōcl.

genera. tex. 8. autor est Philoso. calidū congregat homogenea, hoc est similia, ab æterogeneis ea segregādo. Est quippe ad rarefaciendū & extenuādū efficacissim⁹. Quavtiq; ratione metalla per ignē excolātur. Tertiō ignis dignitas est, q̄ inter elementa à nostris est vsibus lemotissimus: qua de causa minimè inter omnia ipsis inficitur. Quartò, quia purgatio illa citissimè faciendā est: nō sicut pristina quæ p̄ aquas diluuij quadraginta diebus durauit, ignis autē velocissimæ actiuitatis est. ¶ Deinde & p̄pter alterū eius effectū, qui est dānatos in infernū rapere, nō potuit aliud organū ad illā exequēdam sententiā comodius assumi: quādoquidem igneis cruciatibus sunt perpetuò torquēdi. Præterea, quia eodē igne illi iusti, q̄ aliquid poenarū habebunt purgandū expurgabūtur, vt art. proximo explicabit. Adde q̄ & ad maiestatem iudicis efferendā, splendoreq; gloriæ iustis terroremq; inferni iniquis representandū, apta est ignis demonstratio. ¶ Ad secundū igitur argumentū respōdetur, q̄ quāuis aqua aptior sit ad fordes abluēdas, non tū ad eorū purificationē, quæ de extraneis naturis sunt cōmixta. Ob idq; cū sub ætatē Noe, nō fuisset orbis postrema expurgatione innouādus, sed tantū à peccatorū ffordib⁹, & præsertim à carnalib⁹ flagitijs, quibus tunc mūdus potissimū forebat, expiādus, aquarū officio mūdatus fuit, illo flagitiorū ardore restincto: instar quodammodo baptismi quo peccata suffocant. Et quē admodū in mari rubro submersi fuerūt Egyptij: & veluti in antiqua lege pāni & vasa quæ line sui cōsumptione mundari per ignem nequiuērant, aqua abluebātur. In die autē iudicij expurgādus est mundus non modò ab infectione peccati, verum & à cōmixtione & impuritate elementorū per separationem alienæ naturæ quā habent admixtā. Cui quidē negotio accommodatissimus est ignis, quo liquefcūt, excolāturq; metalla: præterea vt proximè dicebamus, tū & damnatorū supplicio, tū & iustorū gloriæ similis. Præterq; q̄ tunc propter nimiam cupiditatē, & propriū amorē refrigescet charitas, vt Mat. 24. legitur, cuius frigoris antidotū est ignis. ¶ Ad secundā verò partē eiusdē argumenti respōdetur, q̄ ignis, q̄ purgatione tunc indigebit, est iste, q̄ in nostros venit vsus: qui quidē est in aliena materia, putā in carbone & flāma, cuius esca & fomentū est lignū, & aer: qui ideo ignis poterit ab his alienis materijs, per illū alium purissimū expurgari. Ligna enim & aer, & omnia, illo conflagrābunt igne. Quare non sit cōsequēs, vt ille seipsum aut purificet, aut consumat. ¶ Quod si rursus arguas,

Solu. 2. ar.

Inundatio diluuij.

In prima mundi fabrica rerum distinctio & segregatio nō fuit per aliquod corporeū instrumentū facta, sed à Deo ipso immediatē. Vnde illa fortē philosophorum dimanauit opinio, qua fuit Anaxagoras imbutus: nēpe, q̄ rerum segregatio esset actus diuinæ mentis: ergo eodem modo cōdecet, vt illa elementorū purificatio per segregatiōē fiat à solo Deo. Negat cōsequētia. Quoniā illa prima rerum distinctio fuit per productionē formarum in distinctis materijs, quas solus Deus, vt autor nature producere tunc potuit, cū nō essent alia agentia quę sibi similia gignerent. Purificatio verò elementorū in fine mundi, erit rerū reductio ad illam puritatē in qua cōditæ sunt. Ad q̄ opus perficiendum poterit ignis Deo ministerium exhibere. ¶ Tertia cōclusio. Ignis ille erit eiusdem speciei cū elementari & nostro. De hac enim re tres circūferūtur opiniones. Prima fuit, q̄ elementū ipsam in illud sit tunc officii descendurum. Nō q̄ locū suum debeat vacuū relinquere, q̄ hoc rerū nature aduersatur, sed q̄ per cōbustionē aeris multiplicabit vsq; ad terram propter exerescentē tunc eius virtutē. Pugnare autē cū hac opinione videtur testimonium Petri, insinuantis, q̄ quantū aqua ascendit mundū emundans tantū sit ignis ille ascensurus, vnde doctores colligunt prope nos fore generandū. ¶ Et ideo alij cogitant ignē illum vehementibus solis radijs in nubes densas congestis progignendū: quē admodum in speculo eorum reuerberatione solet ignis accendi. Veruntamen neq; opinio hæc cōueniens est: quā tam ingens radiorum cōgestio nequiret, nisi ex certo situ & aspectu aliorum fieri: q̄ ideo aspectus & situs posset astrologis esse competus: cū tamē profus sit ignotus: quia nō erit nisi supernaturalis, veluti cætera quæ illa die sunt euentura. ¶ Rei ergo veritas est quā D. Petrus insinuare & Augu. loco proxime citato explicare videt: nēpe, q̄ eiusmodi ignis sit veluti olim diluuii fururus. Aquę verò diluuij per causas fuerūt naturales genitæ: sed tamen causæ illę virtute supernaturali Dei fuerūt cōadunatæ. Fecit em̄ Deus, vt vniuersæ causæ aquarū genitrices, tā cœlestis quā terrenæ tunc præter suum naturālē ordinem coirent. Simili ergo modo vniuersæ causæ quæ sunt caloris ignisq; effectrices, tā quæ in cœlo quā quæ in terra existunt, cōuenient ad inflāmādū omnia quæ possūt esse ignis materia. Quocirca ignis ille, vt genituram habebit supernaturalē, ita & eadem virtute erit purissimus, atque adeò reliquis rebus expurgandis aptissimus. ¶ Hinc ergo colligitur nostra conclusio. Ignis enim

Aliud arg.

Responsio.

Tertia conclusio.

Prima opinio.

Secunda opinio.

Vera respō.

Probatio conclusiois enim

em̄ ex quacunq; materia genitus, eandem tamen speciem seruat: vt patet in igne ex radijs solaribus prolato, qui eiusdē speciei est ac si ab altero generet igne, & vterq; eiusdē speciei est cū elemento. Nisi q̄ iste quo nos vtimur ratione crassioris materię non est tam purus. ¶ Atqui per hæc liquet argumenti solutio q̄ supra insinuauimus, scilicet, q̄ cū omnia elementa, etiam ignis purganda sint, non sit purgatio faciendā per ignem. Respōdetur, inquā, quod ille ignis tanquā vehementior & purior purgabit ignē, qui nobis est vsui: experimur enim ardentē facem ad motam exiguæ candelæ illam extinguere: quia aerem quo eius flāma nutritur, ocyus consumit. Elementum verò ignis nil habet admixtum extraneū, quod sit purandū, vt articulo proximo videbimus. ¶ Veruntamen aliud exiit fortius argumentum. Virtus indicat rei naturam: virtus autem illa diuersa apparebit à virtute ignis elementarij & nostri, quia mundum, nempe, aquā terram & aerem purificabit, quod facere nequit noster ignis. Litera respōsionis huius apud D. Thom. in dōsa est, vbi legitur nō esse incōueniens, q̄ ignis ille sit alterius speciei: cuius contrariū & in quæsti. docuit & in respōsione ad. 1. Legedū ergo quod virtus illius ignis, cū sit supernaturalis specie differet à virtute ignis nostri & elementi, licet ignes ipsi omnes sint eiusdē speciei. Et ideo quia virtus illa non fluet ex principijs substantię ipsius ignis, non indicabit naturam eiusdē ignis: qui eiusdē speciei est cum nostro: siquidē illa virtus ampliores effectū habebit, adeò vt sit admirabilis quē admodum inundatio diluuij. Quapropter non solū ascendet secundū naturam ignis, sed circumquaque in serpet sequendo cōbustibilem materiam veluti in igne totam inflammāte, aut domū aut syluam cōspicimus.

ARTICVLVS. II.

Utrum ignis ille ante iudicium veniet.

Partis negatiue ar. 1.

2. Argum.

Veritur subinde de aduentu illius ignis: præcedet ne an verò subsequetur iudicium. Et arguitur, q̄ nō præcedet. Deus enim dicitur orbē per ignem iudicaturus: ergo executio sententię erit vt impetu illius dānati cū dæmonibus rapiātur in infernū, atq; adeò erit iudiciū subsequuturus. ¶ Secundo arguitur. Si esset antecessurus, nulli in aduentu dñi reperirētur viui: quia omnes concremaret: contra illud Apostoli. 1.

ad Thessal. 4. Nos qui viuimus, &c. rapiemur obuiam Christo in aera.

3. Argum.

¶ Tertiō arguitur. Si veniret ante iudicium illud in medio eiusdē ignis celebraretur, quod fieret, vt sanctorū corpora cū corporibus dānatorum tunc arderent. ¶ In contrarium est illud psal. 96. ignis ante ipsum præcedet.

Pars affirm.

¶ Ad quæstionē vnica cōclusionē respōdetur. Ignis ille iudicium præueniet: nēpe faciē aduentus iudicis antecedens, vt in psal. citato ait David. Et in alio. Ignis in conspectu eius exardescet. Et Ioelis. 2. Ante faciē eius ignis vorās.

Conclusio, Ratio. 1.

Ratio autē cōclusionis est, quod ignis illius duo erunt effectus. Vnus mundi purgatio, atque alter cōplicitio damnatorū in infernum. Primus autē antecedit iudicium, & secund⁹ subsequetur sententiā iudicis: quia eiusdē sententię executio: sit ergo cōsequens, vt iudicē antecedit. ¶ Quod autē prior effectus præueniet iudicium, probatur. Resurrectio mortuorum præcedet iudiciū: nam vt. 1. Thess. 4. ait Apostolus, illi qui tunc reperientur viui, rapiemur obuiā venienti Christo, atque adeò iam tunc mortui erunt, & excitati. Beati verò resurgent in gloria, itaq; terminus & finis resurrectionis erit gloria animarū & corporū. Iuxta illud. 1. ad Corinth. 15. seminatur in ignobilitate, surget in gloria: ergo in illo temporis articulo in nouabitur mundus: quādo quidē innouatio illa sit propter hominū innouationē: nimirū, vt quē admodū ait loco supra citato Aug. nouus mundus innouato nomini seruiat. Quod verbo illo Paul. ad Roma. 8. confirmatur. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertate glorię filiorū Dei. Igitur cum orbis cōflagratio ad eius expiationē & innouationem referatur, sit vt subito ante iudiciū sit futura. ¶ Veritas hæc præterea hinc colligitur, q̄ in momento resurrectionis, vt supra diximus, cessabit tēpus ac p̄inde cœli motus, quæ quidē cessatio ad eandē mundi innouationem spectat. ¶ Augustin. verò loco citato lib. 20. de ciuit. Dei recensens illa quæ tunc contingant, cōflagrationem mundi post iudicium connumerat: imò post missos damnatos in ignem æternum: non tamen cogitabat eo ordine illa referre, quo sunt euentura. Et ideo subdit. Quæ omnia quidē ventura esse credendū est: quib⁹ autē modis & quo ordine veniant, magis tūc rerum experientia docebit, quā nunc ad perfectum hominis intelligentia valeat cōsequi.

2. Ratio.

3. Ratio.

August.

¶ Primū igitur argumentū solatū est: quoniā solum probat q̄ ille ignis aliquē sit effectū post iudicium habiturus. Cæterum circa solutionem secundi & tertij adnotandum, quod

Solutio ar.

ignis ille in illo momento quo resurrectionē antecedit, virtutem naturalem exercebit in omnes quos viuos repererit, tam probos q̄ reprobos vniuersos in cineres resoluendo. Quapropter opinio tenentium quod iusti tunc viui nō morientur, sustineri nequit, nisi dicēdo q̄ Deus virtutē illius erga prædestinatos suspendet, quod nō est vero simile. At verò quis oēs hac ratione interficiat, cum aliquo tamen discrimine. Iniquos nāq; exurēdo cruciabit: electos verò qui tūc inueniant, qui nihil prorsus purgandū habeant, nullū, vt ait, hic D. Th. & Doctores, in illa cōbustione habebunt doloris sensum, Deo sic sua virtute disponente: quia nulla est ratio cur crucientur. ¶ Sed profectō hoc nō est dictu necessariū. Etenim cum mors illa sit p̄ causam naturālē futura, non est cur nō habeat suū doloris effectū: quādoquidē adueniet viatorib⁹ in termino viæ sicut martyres in hac vita habent, & sanctissimi viri si cōburantur. Et sicuti illi sancti si arescentes prætimore, vt ait Lucas, exanimarentur, sentirent mortis aculeum. Aug. nāq; lib. 20. de ciui. Dei cap. 18. dicens, quod illē ignis nil tunc nocet iustis, intelligit postquā resurrexerint. At qui voluerit dicere, q̄ præseruabūtur à dolore, veluti tres pueri in camino ignis, cū probabilitate loquetur. Ricard. dist. præsentiarbitratur illos, qui viui reperiētur, nō esse ab illo igne interficiēdos, sed morituros propter cessationē celestis motus quā putat illi igni antecessuram. Sed profectō opinio nō videtur veritati germana, quoniā motus & tēpus nō cessabunt, vt supra diximus, nisi in momēto quo angeli officium absoluent colligendi cineres: quare iā omnes erūt per ignem in cineres resoluti. ¶ Iusti autē qui aliquid habebant purgandum, cruciabuntur illo igne nō solū in obitu, verū secundū animas in illo perexiguo tēpore quo erūt mortui. Cruciabūtur, inquam, veluti in purgatorio plus minusve pro qualitate & quātitate pœnarū quarū rei sunt, vt Aug. & patres docēt. ¶ Quod si redarguas, mors illa nō nisi tantillum tēporis tenet animas à corporibus separatas: quomodo ergo tā citō purgari poterunt oēs? ¶ Respōdetur triplicē esse causam. Prima est, q̄ terroribus & persecutionibus præcedentibus adeo erunt electi purgati, vt perparū eis fiat reliquum expurgandum. Secunda, quia cū viui & vitronei illā inflictam mortem patiātur, permultum erit eis satisfactoria. Veluti de Cypriano martyre, ait, Aug. q̄ passionis falce sunt citissimē perpurgatus. Tertia deniq; causa est, q̄ tormētum illud tanto erit intentione truculentius, quanto

Discrimen inter probos & reprobos.

Adnotatio auctoris.

Infortū purgatio.

minus protensum. ¶ Per hac ergo solutum restat argumentū secundū. Intelligit em̄ Paulus aliquos tunc viuos reperiendos dum ignis aduenierit: quo cōsumpti resurgent, assurgentq; obuiā Christo. ¶ Ad tertiū verò respondetur, q̄ ignis ille statim post resurrectionē virtutem exercebit supernaturalē, qua ideo dānatos in suis corporibus cruciabit, electis verò nullatenus nocebit. Ob idq; hanc inter alias superiori distinctione cām adduximus, cur in ipso resurrectionis articulo fiet separatio, vt iniqui resurgant ad sinistram, iusti verò ad dexterā. Quapropter licet omnes sint in igne, alij tamē ardebunt: alij verò, minimē. Tametsi Aug. loco citato. ca. 18. hæsitando dixerit, q̄ forte iusti altiūs erūt in aera subleuati, q̄ vt possit ignis ille illos attingere. Sed nō est necessarium.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

ARTICVLVS. III.

Vtrum ignis ille & cœlos & omnia elementa perpurgabūt.



Vbsequitur de illius ignis duobus effectibus. Quorum prior est mundi purgatio. Et ideo quæritur, vtrū totum sit orbem purgaturus, scilicet, cœlos & elementa & mixta. Et arguitur quod sit purgaturus cœlos. Ait enim Dauid. Opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes. Et Petrus. 2. capit. 3. Cœli ardentē soluentur, & elementa ignis ardore tabescēt, cœli autem ab elementis distincti sunt orbēs cœlestes.

Partis negatiue arg. 1.

¶ Secundō arguitur, quod non purgabit quatuor elementa. Ait quippe Beda super illud citatum verbum Petri. Quod ex elementis duobus prorsus ille maximus ignis consumet, duo verò in meliorem restituet faciem.

2. Argum.

¶ Tertio arguit, quod nec omnia mixta purgabit. Quoniam tam infernus, quā terrestris paradīsus in terra continetur, & tamen neuter purgabitur: quandoquidem nec aquas diluuij illaculq; ascendisse fertur.

3. Argum.

¶ In cōtrarium est, quod cœli non sunt ignis recipiendi capaces, atque adeo nec sunt per ignem expurgandi, sed illa elementa & mixta quæ vsui nobis fuerunt.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Prima est. Cœlestes orbēs ab igne non attingentur atque adeo nec per ipsum purgabuntur. Ad cuius intellectum meminisse illius oportet, quod supra diximus, nempe, binam fore corporalium re-

rum.

rum purgationē, videlicet, & ab extranea per mixta natura, & à fecibus & contagione delictorū. Quod aut prior purgatione cœli per ignem non indigeant, probatur. Quia in ipsis nil est extraneæ naturæ admixtū: imò neq; cōtrarium quidquam habent, q̄ ipsis aut in hærere aut nocere possit: sed solo motu locali nobis seruiunt & influentijs quæ ad eundem consequuntur motum: nulla ergo purgatione indigent, qua eorū substantia aut intrinseca quantitas aut qualitas demutetur, sed sola motus cessatio, vt requiescāt. Motus autē illa cessatio nō fiet per aliquam agētis applicationem, sed Dei numine & nutu cessantis orbēs illos mouere: quæ ideo quies supernaturalis erit eis. Quo fit vt neque à contagione & infectione peccati alio sint modo expiandi: quia nō peccamus in illis, sicut in loco, quæ admodū in terra, aere & mari. Quare nullas inde contraxerunt fordes, nempe, aut cruorem per violentiā & iniuriā infusum, aut aliud quippiā quo terrā, aerē, vel aquā tangentes inficim⁹. Sed solo illo motu nobis seruiunt, à quo cessabunt.

Cœli Em-pyreum.

¶ Quod si de cœlo Em-pyreo nos redarguas, in quo angeli deliquerūt, respōdetur, nullius eger purgationis, eo quod protinus inde fuerūt deiecti. Præterquā quod vbi Deus se beatis ostendit, nulla est alia opus lustratione.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primū igitur argumentū. s. ad locū psal. mi, respōdetur, vel q̄ cœlorū noīe intelligūtur nō cœlestes orbēs, sed pars illa aeris, vt. 2. li. de ciui. ait Aug. quæ ignis quoq; conflagratione purgabitur. Vel si designētur orbēs dicuntur perire quātum ad suas actiones in hac inferiora: quia eorū motus peribit. Petrus autē appellatione cœlorum aerem significauit, vt se ipse in verbis antecedentibus exponit. Dicens em̄ q̄ cœli erant prius & terra quæ per aquam inundationē perierunt, planē cœlo nominat regionē aeris, in significatione dicitur cœli pluuia, & rorare cœlos. Et ideo dicens q̄ cœli igni reseruati sunt in diem iudicij, eundē aerem designauit: & vbi subiungit arduos cœlos.

2. Cœclusio

¶ Secūda cōclusio. Tria elementa, nēpe, terra, aqua & aer citra sui corruptionē ignis cōflagratione in sua substantia permanentia purgabūtur. Quod autem conclusio intellectu percipiatur, duæ sunt differendæ de hac re opiniones. Prior illorum, qui arbitrati sunt, omnia quidē elementa suam retentura materiā, mutanda verò quātum ad imperfectionē, diuersimodē tamen. Quoniā duo eorū, nimirū aerem & terrā: aiebant, suas cōseruatura formas substantiales, alienis naturis, quæ sibi cōmiscerentur, abiectis. Sed ignis & terra, vt putabant, in formā cœli

transibunt: quoniā ignē propter suā lucem, & aquam propter suā diaphanitatē, facillē cessabant posse in cœlestes substantias transformari. Quæ utiq; ratione fieret, vt non nisi cœlum & terra permanerēt. Nā aer, licet suā retineat formā, cœlū tamen nūcupatur. Hanc sibi opinionem illo verbo persuadebant Apocal. 21. Vidi cœlū nouū & terrā nouā. Vbi duntaxat cœlum & terrā permanura notantur. ¶ Est tamen opinio, & rei Physicæ & Theologicæ omnino dissimilis: quā neque cœlū corruptibile est aut generabile, cū nō habeat cōtrariū, neq; elementorū materia potentia habet cœlestē formam suscipiendi. Itē cū Ioā. loco citato & secundū eum Aug. nos doceant totū mundū in cœlis & elementis innouandum, cōsequens fit vt debeant elementa secundū substantiam cū suis formis perdurare. Quare super verbum Pauli. præterit figura huius mundi, nō ait Aug. quod substantia, sed q̄ pulchritudo eius peribit. Adde quod cū mundus sit tūc purgandus per ignem, sicuti olim per aquā, fit, vt sicut tūc omnia elementa seruata fuere, ita & in fine mundi salua consistant. ¶ Præterea totus orbis debet permanere perfectus, duobus tamen elementis secundū substantiā de medio sublatis, nō esset perfectus, sed trūcus. Iam denique absurdum est in loco aquæ verū esse cœlū & ipsi eminere sursum aerem, suā retinentē formā. ¶ Ioānes ergo in Apo. nomine terræ quicquid sub orbe lunæ cōtinetur comprehendit. Veluti Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terrā. Et in psal. Laudate dñm de terra, Ignis, grandis, nix, glacies. &c.

Reprobatio opinionis.

2. Opina.

Reprobatio opinionis.

Probatio cōclusionis.

fit no

fit nostra cōclusio: nēpe, q̄ elementa & in suis substantijs & cū suis quatuor qualitatibus perdurabunt: expurgabunt tamē ab alienis naturis quæ fuerint cū ipsīs cōmixtæ. Videlicet, ab impuritate, quā per mutuā actionē & passionem cōtraxerant: vt pote per vapores & exhalationes, perq̄; rigore & frigiditatis. Cessante enim motu cœli, omnia illa cessabunt.

Atq; hic est sensus Aug. dicentis, qualitates illas penitus interituras. ¶ Purgabunturq; per eūdem ignem ab impuritate & infectione nostrorum delictorum. Hæc autem purgatio nil aliud erit quàm quædā per illum ignem recōciliatio, vt Deo homine recōciliato, mundus etiam sit ei gratus, atq; adeo statui beatorum idoneus. Quemadmodū quæ immunda sunt aqua & igne & hyssopo lustrantur, vt antiquitus vasa & nunc violata templa. ¶ Ad secundum igitur argumentū respōdetur quod dicitur elementa absumenda, propterea q̄ aliquo modo purgabūtur. Ait, verò Beda quod duo ex toto cōsumuntur. Non quod secundū substantiam sint corrūpēda, sed quod cum sint plus alienis substantijs permixta, penitus sunt purificanda. Hæc autē quidā dicunt esse ignē & aquā, quæ qualitatibus actiuis, scilicet, calore & frigore reliqua exuperant. Etenim cum actiones istæ tunc sint penitus cessaturæ, dicuntur illa elementa prorsus consumēda. Sed alij dicunt esse aquam & aerem propter varios motus & impressiones cœlestes, quibus præ alijs elementis alterantur: vt patet in fluxu & refluxu maris, & in ventorum cōmotionibus. Et hæc opinio verisimilior est: quoniam elementum ignis nullas habet fēces quibus emūdetur. Quauis & terra profectō cum in cœtro subsideat, vbitam crebro generationes & corruptiones fiunt, nō minus quā reliqua elementa purgatione indigebit.

Dubitatio. ¶ Similiter respōdetur ad illud Apoca. 2. 1. primum cœlum & prima terra abiit & iam mare non est. Vbi cœlum, quia componitur non solum cum terra sed etiam cū aqua, videtur vsurpari pro aere, vt loco citato, ait, Aug. Respondetur, inquam, quod solum signatur eorum innouatio. ¶ Sed aliter forsā quis de illa purgatione sic ambigat. Natura ignis est materiā quæ ei admouetur prorsus corrumpere & in suam substantiam conuertere: ergo non poterit res aliter mundare, q̄ illas in cineres aut in seipsum transformando. Et confirmatur. Elementa tunc sunt in nobilissimum statum effe rendat: ignis autē est omnium nobilissimus, & reliqua possunt in illum cōverti: ergo ita fiet.

Solutio. ¶ Respondetur ad primum, q̄ ignis ille aget,

vt instrumentum diuinæ virtutis & prudentiæ. Et ideo non aget vsq; ad elementorum consumptionem, sed vsq; ad purificationem. Præsertim cū neq; virtute naturali quicquid purificat consumet, vt in metallorū eliquatione & purificatione experientia docet. ¶ Ad secundum verò respondetur, elementa esse perficienda: res autem dum corrūpitur nō perficitur: quia nō est superflua. Præterq̄ quod sunt perficiendæ: nō in se tantum, sed veluti mundi partes, qui vno elemento extincto, imperfectus esset. ¶ Tertia cōclusio. Ad elementū ignis in suo proprio loco existens ille purgatorius ignis nō pertinet. Nō defuerunt, qui huic cōclusioni aduersarētur, astruentes illū ignē vsq; ad summitatē quatuor elementorū ascensum ire: nam D. Petrus absq; exceptione ait, q̄ eius ardore elementa contabescunt. Nihilominus probatur conclusio autoritate eiusdē apostoli & interpretamēto Aug. lib. 2. de ciui. ca. 18. Conferunt enim purgationem finis mundi cū illa quæ per diluuium facta fuit: igitur cum illæ tūc quæ non ascēderint nisi cubitis quindecim super montium cacumina, vt Genes. 7. refertur, sit vt neq; ignis ille altius sit progressurus, vt, ait, glo. super illud. 2. Thess. 1. In flamma ignis dantis vindictā, quā magist. sentent. & theologo amplexi sunt. ¶ Præterea & ratio ne id cōprobatur: quoniam elementū ignis, vt supra dixim⁹, nō habet permixtiones aliquas à quibus purgetur, & à nostris vsibus & iniquitatibus semotissimū est: elementa ergo lustranda & emundanda sunt terra, aqua, & aer vsq; ad mediā regionem, quæ nomen sortitur cœli: hæc enim & eiusmodi cōmixtionib⁹ subiecta sunt, & nostris vsibus polluat. Vnde Petrus Apōst. cū noie ardentiu cœlorū aerē intellexerit, sit vt subiuncta elementorū appellatione quæ eodē calore tabescunt, duo inferiora subinde designauerit. vnde Aug. eod. loco cœlos, inquit, ardētes, Petr⁹ istos imos aereos, nō illos supremos æthereos appellat. Quocirca loco citato Apoca. nō sit nisi tantū cōmemoratio. s. cœli, terræ, & maris: ignis. n. nō nisi existens in aliena materia apud nos purgabitur. ¶ Quarta cōclusio. Mixta nō purgabūtur sed cuncta illo igne consumuntur. Enimverò quis cessante cœlorū motu generationes cessabunt, nihilominus tamen mixta quæ tunc genita erant, & plantæ, metalla, & saxa, atque id genus reliqua non illico deperirent, nisi illo igni cuncta cū animalibus inflammante absumerent. ¶ Ad tertiu igitur argum̄ cōceditur, infernum nō esse purgandū, imò erit omnium purgamentorū sentina, quo ignis ille cūcta cōiiciet.

3. Concluf.

Ratio cœl.

4. Concluf.

Solutio. 3. argum.

De pa-

De paradiso autē terrestri quem in lib. 2. sentent. dist. 17. Magister sentē. & reliqui Bedam & Strabonem secuti aiunt esse in loco eminentissimo sub æquinotiali, quò aquæ diluuij nō ascenderunt, dicendum subinde est, neq; purgatorium ignem illuc vsq; euolaturū. At verò quauis necessarium sit dicere, contra quā Origenes sensit, paradisi locū fuisse in terra arboribus confitam: tamen quod modo sit sub æquinotiali superflua, nō vsq; adeo certū est. Etenim cum iam per omnē ventū totum pelagus fuerit tranatum, neq; talis fuerit repertus locus, in dubium vertitur vbi nam fuerit. Fortasse fuit, in terra: quæ post fuit promissionis. Nil ergo de hoc hic definitur, nec de loco vbi Elias & Enoch latitant.

ARTICVLVS. III.

Vtrum ignis ille inuoluet reprobos in infernum.



Secundus effectus, qui illi adscribitur igni, est damnatos in infernum post latam sententiam rapere. Et ideo quaritur vtrum hoc verum sit. Et arguitur à parte negatiua. Super illud Malachi. 3. purgabit filios Leui, ait glossa. Duos ignes legimus futuros: vnum quo purgabit electos, & præcedet iudicium: alterum, qui reprobos cruciat. Hic autem est ignis inferni, qui vt habetur Matth. 25. ab initio paratus est diabolo & angelis eius: ergo cōuoluere damnatos nō erit illius ignis, quia ille nō fuit ab initio: sed alter, qui animas nunc cum demonibus cruciat. ¶ Secundo. Ignis ille purgatorius erit instrumentū Dei honorificū, quippe qui eius virtute mundum perpurgabit: ergo non est cum infernali commiscendus. ¶ In contrariū illud est citati psalmi. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. ¶ Ad quæstionē breuissimè conclusione affirmatiua respondetur. Ignis ille, lata sententia iudicij protinus damnatos corripiet, & cōuolutos in infernum obtrudet. Propterea nāq; in altero psalm. 49. dicitur, in conspectu eius ignis exardescet & in circuitu tēpētas valida. Et Danie. 7. Igneus fluuius rapidus qui egrediebatur à facie eius. Vbi ait vna glossa: vt bonos purget & malos puniat, atque altera. Vt peccatores trahat in gehennā. Et loco proxime citato. 2. Thessal. 1. ait Apostolus: in reuelatione dñi Iesu de cœlo cū angelis virtutis eius in flāma ignis dantis vindictā his, qui nō no-

Partis negatiue arg. 1.

2. Argum.

Partis affirmatiue.

Concluf.

uerunt deū, &c. ¶ Ratio autem cōclusionis sic colligitur. Tota mundi purgatio & renouatio, propter homines purgationē & renouationē, vt prædiximus, est faciēda: purgatio autē humani generis fiet per separationē electorum à reprobis, quemadmodū grana à paleis segregantur: iuxta illud Matth. 3. Cuius ventilabrū in manu sua, & permundabit arcā suā: ergo quia officium illius ignis erit purgare orbē ac subinde mortaliū genus, reprobos ceu paleas à iustis quæ scēlicia sunt grana, separabit, proicietq; in tenebras exteriores. Vnde Basilius super illud psalm. Vox dñi intercedentis flammam ignis. Quoniam in igne (inquit) & calidū vsuūq; & grossum reperitur, & præterea subtile & lucidū, in illa die sic ille ignis intercedet, vt quod vsuū est & grossū, ad inferos in pœnam dānatorum descendat, quod autē in eo subtile est & lucidū, superius ad gloriā electorum remaneat. Igitur vbi primū Christus protulerit illud, Ite maledicti, & demones homines surripient, & ignis vtroq; in tartara concludet. Prudentissimè ergo simul ac sanctissimè D. Petrus post illam cœlorū ardorem, elementorūq; calorem, ac mixtorū exustionem cōcludit dicens. Cū igitur hæc oīa dissoluēda sint, quales oportet vos esse in sanctis cōuersationib⁹ & pietatib⁹, expectātes & pperātes in aduētū dñi. ¶ Re vera nunq̄ aut de auribus nostris cadere illa verba deberent. Venite benedicti, & Ite maledicti, aut ab oculis spectaculum illud dimoueri, pientissimi simul ac feuerissimi iudicis, ventilabro permūdantis arcam suam. Fac mortales vnuerfos in aceruo, veluti in hoc seculo fumus ceu grana cū paleis commixta, cōgestos esse, & terribilē Dei maiestatem manu ventilabrū tenentē ad eundē ventilandum aceruū: atq; à dextris horreū situm, quò immittenda sunt grana, & à sinistris hiantem inferni voraginē, flāmas expirantēmi paleas voraturā. Contēplare tunc ergo dño ventilante quot in illo aceruo latent, ceu grana in hoc seculo æstimati, quos in altum ventilatos ventus Aquilo, à quo pādetur omne malū, ab ira Dei insuffilatus, in illas inferni flāmas tā quàm paleas miserandas subripiet. Videas illic euolantes magnates, antistites, reges, sacerdotes, monachos, doctores, ac magistrōs cum summa ignominia aerem sua multitudine dēfantes, & flammis ardentes, in illam tartarorum voraginē præcipites. Videatq; contra q̄ plurimos in hoc seculo nullo pretio habitos, velut grana proditores, suorum meritorum pondere, quæ per Dei gratiam compararunt, ad dexteram cadere, vnde in super cœlestibus horreis

Ratio cōclusionis

Basilius.

2. Petr. 3.

Meditatio egregia.

horreis recondantur. O nimium stupendum, miserandumque biuiū, quo fratres à fratribus, à parentibus liberi, & mariti ab vxoribus difsecabuntur, cunctisq; id genus arctissimis vinculis dissolutis, alij ibunt in vitam æternam, at que alij in ignem æternum.

Solutio. 1. argum. ¶ Ad primum igitur argumētū respondetur, eundem fore ignem conflagrationis mūdi, & qui dānatos cōuoluet: dicantur tamen duo, tū propter officia diuersa: quia purgauit electos, eisq; lucebit: & cruciabit iniquos: tum subinde propter quandam substantiæ vel qualitatum diuisionē, quia, vt ait Basilius, quod grossum est cadet in infernum, quod verò lucidum & subtile, manebit in aere. Qua utique ratione ignis ille sic non carebit honore suo, vt etiam cum infernali commisceatur.

Solutio. 2. ar. ¶ Et per hoc respondetur ad secundum, quòd sicut electorum gloria post iudicium erit per accidens cumulator, tum propter corporum resumptionem, tum propter plenum beatorum consortium, ita & damnatorum cruciatus erunt eadē ratione truciore: quapropter non inconuenit dicere, quod igni quo ab initio cruciabantur dæmones & animæ torquebantur, alius adhibeatur nouus.

QVÆSTIO SECVNDA, De mundi inno- uatione.

ARTICVLVS. I.

Utrum mundus sit innouandus.



OST mundi purgationem sequitur de eius innoatione, quæ erit eius effectus. Quaritur ergo vtrum sit innouandus. Et arguitur à parte negatiua. Legitur Genes. 1. quòd Deus die septimo requieuit ab omni opore, quod patrarat. Vbi sancti interpretes requieuisse aiunt à nouis cōdendis creaturis: mundus autem innouatus noua videtur creatura, quòd esset incidere in dogma illud Empedoclis què secutus fertur Orige. quòd videlicet, post hūc mundū futurus sit alius. ¶ Secundo, dispositio quā nunc mūdas habet est ei naturalis: ergo si in alterā post innouandus est, illa dispositio erit innaturalis, ac perinde violenta: violentum autē vt. 1. cœli, ait, Philos. nequit esse perpetuum. ¶ Tertio arguitur. Innouatio creaturæ est propter gloriæ præmiū: creaturæ autē

Partis negatiue argum. 1.

Secundū argumen.

3. Argum.

homine inferiores nō sunt gloriæ capaces: ergo non sunt innouandæ. ¶ In contrarium est illud Apoca. 21. Vidi cœlū nouū & terrā nouam: primum enim cœlum & prima terra abijt. ¶ Ad quæstionem hac vnica cōclusione affirmatiua respōdetur. Mundus est innouandus, vt perpetuò maneat innouatus. Vnde Isai. 66. Ecce ego creo nouos cœlos & nouam terram, & nō erunt in memoria, priora. Id quòd disserit Diuus Petrus loco citato dicens. Nouos cœlos & terram nouā secundū ipsius pmissionem expectamus, in quibus iustitia inhabitet. Vbi ratione ipsius conclusionis insinuat: videlicet, vt mundus aptus fiat beatorū gloriæ, quā p opera iustitiæ, ex diuina misericordia profecta, meruerūt. Enimuerò cū mundus, vt supra dictū est, propter homines fuerit cōditus, cōgruens est, diuinæq; sapientiæ condecens, vt secundū varios humani generis status variè disponatur: quandiu autem vita hæc humana mortalis durat, duplex nobis mūdus obsequium exhibet: seruit enim nobis primò ad alendum propagandumq; genus nostrum per terræ nascentia & animalium auxilia: præterea ad Dei cognitionem: per hæc enim visibilia, vt ait Paul. sempiternā Dei virtutē cōtemplamur: ergo his transactis necessitatibus humanoq; genere innouato, congruit, vt mūdus quoq; innouetur. Iam enim inde à resurrectione carnis, neq; homo mundo indigebit ad viuendum, neq; ad Deum cōtemplandum, quippe cum in illa æternitate Deum facie ad faciē cōtemplabitur. At verò cū corporeus oculus diuinam essentiā cōtueri nequeat, oblectabuntur beati, visu tum corporis imprimis Christi, ac subinde aliorum beatorum, tum & aspectu diuinorū operū, atque hac de causa oportebit totū orbē speciosum esse & aspectu pulcherrimum. Quocirca innoatio mundi non erit solū purificatio, sed nobilitatio, tam in perspicuitate elementorū quàm in lucis cremo astrorum cœli, vt illico artic. 4. videbimus. ¶ Ad primū igitur respōdetur, q Deus quieuit die septimo à creatione nouarū specierum, imo neq; deinceps indiuidua creauit pter aīas rationales: innoatio autē mūdi nō erit creatio, quādoquidē cœli & elementa secundū substantiam permanebūt: quæ admodū in sex diebus creata fuerūt, q si arguas, ad minus erit res noua cōtra illud Ecclesia. Nihil sub sole nouum. Quid est quod fuit, ipsum quod futurū est. Respōdetur, sapientiē sibi de ijs rebus loquitur, quæ orbū circulationi subiectæ sunt: ppter ea em dixit, Nihil sub sole nouū. Quæ quidē res in circulo secundū eandem speciem, numero differentes

Partis affirmatiua.

Conclusio.

Solutio primi argum.

rentes cōtinenter per generationes reuertuntur. Illa autem mundi innoatio non fiet per causas naturales, quæ solis orbiumq; circulationibus gubernantur, sed super naturam, & ideo nihil mirum, si futurum fuerit nouum.

Solutio. 2. ar. ¶ Et per hoc ad secundum respondetur. Innouationem illam, non fore naturalē, sed tamen neque innaturalem, seu contra naturam, atq; adeò neq; violentam, sed supernaturale, qualis est gratia, & gloria. Quapropter erit perpetua, quemadmodum & Dei virtus.

Solutio. 3. ar. ¶ Ad tertium denique respondetur, q quauis mundus illam innoationē non fuerit cōmeritus, homo tamen per Dei gratiam illam meruit, quippe qui ad eius gloriam pertinebit.

ARTICVLVS. II.

Utrum motus cœlestium orbium per illam innoationem sit cessaturus.



T innoatio illa per partes melius innotescat, quaritur primū de cœlis, vtrum ad eorum innoationem attineat, vt à motu requiescant. Et arguitur à parte negatiua. Motus cœli est finis creationis eorum: etenim propter motum cōditi sunt: frustra ergo erunt superstitēs, si sunt à motu cessaturi: ea siquidem sunt frustra quæ suo orbantur sine: nihil autē tunc erit frustra, ergo perseverabunt in suo motu. Præsertim cum illa innoatio sit rerū perfectio & de perfectione cœlorum sit moueri.

Partis negatiue arg. 1.

2. Argum.

Partis affirmatiua.

Conclu.

Duz opin.

¶ Secundo arguitur. Sol indifferens est, vt hac vel illa plaga mundi persistat, ergo nulla est si gnabilis ratio cur potius in vna parte debeat gradū sistere quàm in alia, atq; adeò in nulla quiescet. Eo vel maximè, q si in oriente persistiterit, pars terræ occidentalis orientis erit in perpetuū tenebris, quod illi scelici statui orbis minime congruit. ¶ In contrarium est q cum tēpus sit mēsurā motus, quādiu durabit motus, durabit tempus: sed Apoc. 1. iurauit angelus per viuentem in secula, quod postquam septimus angelus tuba cecinerit: scilicet, vt mortui resurgant, tēpus amplius non erit, ergo neque erit amplius circulatio cœli.

¶ Quæstionis huius solutio propemodum ex superioribus colligitur: bimēbris ergo conclusione respondetur. Motus cœli in mundi innoatione cessabit: non quidem suapte natura, sed per Dei voluntatem motrices causas suspendentis. Duz nanque per extremū sunt de hac re errantiū opiniones, Prior Philosopho-

rum, tam eorum, qui Peripatetici sunt, Aristote. sequuti, quàm Academicorum sub Platone philosophantium. Isti enim cum non nisi causas naturales fuerint perferutati, nullam in cœlis causam quietis rimati sunt: quia cū sint substantiæ incorruptibiles, lassari motu illo nequeunt, aut deteri. Rursus cum eorum motus sit orbicularis, nō habet terminum, quo debeat finire. Quòd autē Deus suo arbitratu motum illum interrumpere valeat minimè cognouerunt. Alij verò Philosophi per aliud extremum somniarunt, mundum infinites posse, & interire, & redire. ¶ Cōtra hæc verò dogmata statuitur nostra cōclusio. Disciplina enim illa philosophorum theologæ veritati è diametro contra pugnat. Est enim certus finitus que prædestinatorū numerus, qui scripti sunt in libro vitæ, vt in libro de correctione, & gratia, ait Augu. qui quidem numerus neq; augetur, neq; minuetur. Iuxta illud Paul. ad Roma. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes sibi imaginis filij sui: quos autem prædestinauit, hos & vocauit. Si autem mundus esset perpetuus, numerus ille certus esse non posset. ¶ Altera verò opinio rei physicæ aduersatur: quoniā neq; in cœlis, neq; extra vlla esse naturalis potentia, quæ eis esse valet quiescendi causa, sit ergo consequens, q cessabunt suspendente Deo concursu, qui est ad illum motū necessarius interdicenteq; intelligentijs mouēdi mūdus, ob rationes supra expositas, scilicet, quoniā finis illius in motu est humanū genus, quādiu corruptibile est, conseruare. Quapropter cum diuina opera non sint frustra, illa necessitate cessante, cessabit motus, vnde palam fiet nobis propter nos mundi machinam esse fabricatam.

Probatio cōclusionis

Rom. 8.

2. Ratio.

¶ Secundo luminaria cœli, vt Gene. 1. refertur edita sunt, vt sint in dies menses & annos, quibus nostras nos metimur actiones: post diem verò iudicij non alia vtemur mēsurā, quàm diuina æternitate: neque opus erit dierum notiumq; vicissitudine.

¶ Ac per hoc respōdetur ad illud Gene. 8. Cum diebus terræ frigus & estus: estas & hyems, nox & dies nō requiescent. Intelligitur enim de terra quādiu vicissitudine illarū rerū indigebit: nā post iudicium, ait Isai. cap. 60. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur. Circa illam verò insinuatam rationem, quòd cum finis cœlestium motuum sint generationes horum inferiorum, cessante illo sine frustra permanebit motus: solet hic disputari vtrū cessatio motus cœli sit sufficiens causa, vt generationes cessent. Ricardus enim, atque alij arbitran-

Disputatio Ricardus arbitran-

arbitrantur nō consequi, nec sufficere celestis motus cessationē, vt generationes cessent: quoniam vt Iosue. 10. legitur. Sole motam sistente minimē generationes cessarunt: imō pugnavit ille cum suo exercitu strenuē.

¶ Deinde arguitur. Coeli nō tantū per motū, verū & per lucem, atq; alias occultas influentias in hac agunt inferiora: ergo cessante motu nō fit consequens, vt generationes cessent. ¶ Accedit verbum August. 1. 1. cōfessio. dicentis, q; si corpora celestia starent, adhuc figuli rota posset moveri. Quare Stephanus Parisiensis episcopus hunc anathemate condemnauit articulum, dicentiū, q; si cœlum staret, ignis in stupam non ageret.

Artic. Parisiensis.

Responsio.

¶ Ad hæc autem primū respondemus potissimam causam cessationis generationum fore post diem iudicij, q; Deus ad id nullum generale præstabit auxilium, atq; hæc ad nostrum propositum sufficiens est respōsio: nam inde fit cōsequens motum cœli fore deinceps superuacaneum. Sed respondetur secundo, & eiusmodi motus cessationis causam esse sufficientem, non quidem, vt omnia mixta illico interirent: quare supra diximus cuncta esse, vt ait, Petrus Aposto. exurēda per ignem, sed tamē vt nulla fieri postea posset naturalis generatio imō neq; actio: quanuis de actionibus liberis, de quibus loquitur Augu. non id omnino cōsequatur. Et rationem docet primo de genera. Aristoteles: nempe, q; per accessum & recessum solis ad nos alternantur hyems, & ver, & æstas, & autumnus, atq; adeo cuncta generantur.

Responsio.

¶ Quocirca ad argumentū respondetur, q; etsi cœli per alias quoq; influentias & lucē in hunc mundū inferiorem operentur, tamen per motum stellarum influentiarum applicatio. Quocirca saltem hoc manifestē sequitur, q; sine motu cœli fructus terræ nec crescere nec maturefcere possent. Imō neque animalia neq; plantæ vllō temporis spacio possent viuere, quippe quorū vita consistit in continuo motu, & præcipuē animalium vita in actione caloris in humidum: quapropter illico animas expirarent. Secus de lapidibus & metallis. Quæ autē Aug. ait, est q; si aliquis impelleret rotam figuli moueretur. ¶ Episcopus autē Parisiensis nō est Romanus Pontifex. ¶ Ad illud autem miraculum tempore Iosue nō defunt qui respondeant: q; etsi orbis solis quieuerit, non tamen primū mobile motam paucauit suū, quo generationes fiunt. Responsio tamen hæc nō est cōueniens: nam tunc sequeretur motum solaris orbis proportionem aspectumq; amisisse, quem habet ad alios orbis. Quare cōuenien-

Ad miraculum Iosue.

tius est dicere, oēs tunc orbis pausam fecisse: sed tamen Deus qua virtute id fecit, subsequēter curauit rerum generationes seruare, vicem supplendo cœlorum. ¶ Ad primum igitur argumentum in capite propositū respondetur. Cœlorum finem alterum esse proximum, qui est motus, alterum verò superiorem, qui est homo: iuxta illud Deute. 4. Ne fortè oculis eleuatis ad cœlum videas solē & lunā, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea quæ fecit dominus Deus tuus in ministeriū gētibus, quæ sub cœlo sunt. Iudiciū ergo ex superiore sine sumendum est. Quāobrem cum quiescentes orbis seruiant Deo, & beatorū gloriæ, non erunt frustra, quāuis careant motu. ¶ Et eodē modo respondetur ad aliud, q; motus cœli nō est de perfectione eius essentiali, sed quatenus causa est influendi in hæc inferiora. Imō verò simpliciter requies præstantior est motu: quia similior est Deo. Ob idq; quiescens cœlum, quicquid philosophi dixerint, digniorē statum habebit, gloriā referens beatorum.

Solu. 1. ar.

Requies præstantior motu.

Solu. 2. ar.

Oriens.

Isidorus.

Labor cœli

¶ Ad secundum respondetur, q; quāuis secundū naturam particularem solis indifferens ei sit punctum quodcunq; celestis circuli, tamen secundū illū finem, qui est hominis gloria, propter quam quiescit, aptus est in nobilissimo puncto quiescere: illud autem secundum Aristot. est Oriens, & luna quiescet in opposito puncto occidentis. Non quidē in linea ecliptica, vt eclipsim patiatur, sed vt sit lumine plena. In illo enim aspectu luminaria illa creata esse censentur. Sic, ait, Isidorus super illud Isaie 60. Non occidet vltra sol tuus. Ait, quippe, q; post diem iudicij sol recipiet mercedem laboris sui, & non veniet ad occasum. Nomen autem illud laboris cœlorum, quo vtitur etiam Ambrosius sup illud ad Rom. 8. Omnis creatura ingemiscit, non accipitur proprie: quoniam cœli, vt incorruptibiles sunt, ita nullā possunt lassitudinem pati, sed intelligitur per metaphoram, vt quod Paulus, ait, ingemiscere: quia cum motus cœli ordinatione diuina referuntur ad complendum electorum numerū, censentur illud desiderare: ac perinde per similitudinem fatigari, expectantes mundi inuolutionem.

¶ Alia verò obiectio, quod tunc plaga occidē talis erit sub perpetuis tenebris, negatur: quoniam luna quæ tunc lucebit, vt sol, in illo erit aspectu. Præterea beati, quorum statui luminaria tunc seruiant, cum sint fulgore gloriæ rutilantes, neq; emendicato illo lumine indigentes, aspectu illius varietatis oblectabuntur.

ARTI-

ARTICULVS. III.

Virum astris corporibusq; celestibus lux in illa inuolutione sit augenda.

Partis negativæ ar. 1.

¶ Veritur de altera cœlorum qualitate quæ est lux. Et arguitur a parte negativa. Oēs illi natura sua nullius sunt mutationis capaces, neque purgatorius ignis ad illos vsq; pertingēt, vt aliquam inde valeant mendicare lucem: ergo non augebitur eorum lux.

2. Argum.

¶ Secundo arguitur. Quemadmodum motus cœli, ita & lux in obsequium nostrū propter generationes condita est: nō enim solum motu, sed etiam luce cœlum ad eandem generationes concurrat: ergo qua ratione cessabit motus, cessatura est lux. Quod si dicas seruaturam tunc ad gloriam beatorum, in contrarium est quod ipsi nulla egebunt tali luce: iuxta illud Isa. 9. Non erit tibi amplius sol ad lucendū per diem, neque splendor lunæ illuminabit te. Et Apocaly. 2. scriptū est. Quod ciuitas illa beatorū non egebit sole neq; luna, vt luceat in ea.

Pars affirmatiua.

¶ In contrarium est illud Isaie. 30. Erat lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septemplex. ¶ Ad quæstionem Rabbi Moyses negatiuē respondet, haud enim sibi persuadere potuit sapientissimum Deum tantam orbis machinam inuoluerum, cœlorumq; splendorem auctū ire propter vnā exiguam creaturam: qualis est homo. Negat tamē Hebræus ille mundum factum propter hominē, nō intelligēs ipsum, qui ad imaginem Dei efformatus est, & ipsius diuinæ gloriæ capacem, ea dignitatis excellentia pollere, vt mundus propter ipsum fuerit cōditus, & ideo testimonium illud Isaie & similia, quæ de mundi inuolutione loquūtur, per metaphoram exponit, sed nulla est in hac parte authoritas dignus.

Cōclusio.

¶ Respondetur ergo ad quæstionē breuissimā conclusionē. Astra corporaq; celestia creata ad lucis in illa inuolutione decorabūtur. Probat. Inuolutio mūdi eo refertur, vt illic gloriā repræsentent, & cognitionem qua beati Deum vidētes fruuntur: mundus autem propter decorem speciei, quæ luce resplendet, in accessam illam Dei gloriā præferunt: iuxta illud Sapientia. 13. Amagnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri: ergo congruentissimum est, vt cōpleto beatorū numero lux celestium orbium augeatur: luce nanq; species decorq; mundi refulget, iuxta illud Ecclesia. 1. 43. Species cœli

gloria stellarum mundū illuminans in excelsis dominus.

Dubium de cœlorū luce

Ricard.

¶ Dubium autem erementū illud lucis vnde corporibus celestibus sit proventurum in purgatorius ignis neque illuc pertinet, neq; tam lucidus erit, vt cœlorum lumē augeat valeret. Nonnulli, quorum est Ricardus dicit. præfenti arbitrati sunt augmentum illud lucis cœlorū ex radiatione multitudinis corporū beatorum effluxum iri: neque verò probabilitate careat. Quāuis tunc sequeretur, q; nūc cœli per radiationem corporis Christi influxū aliquem lucis recipiāt, quod non habet tantū probabilitatis, sed responderi posset q; vnū corpus, quātūuis lucidū, non potest tantū funderē lumen, secūs vbi innumera fuerit multitudo: Vel dicendum, q; augebitur diuina virtute, quæ reliquæ partes orbis inuoluerunt, quod significat illa prophetica verba, Lux lunæ, sicut lux solis, & lux solis septemplex.

Erit luna, etc.

¶ Sensus autem verborum non est cunctis omnino peruius: sunt enim, qui autumant ob delictum Adæ solem & lunam plurimum suæ lucis amisisse, imō glossa eiusdem loci, ait, q; cū omnia facta sint propter hominem, in eius lapsu peiorata fuere, solq; & luna in suo lumine minorata. Atq; eadem ratione in mundi cōsummatione debet eis lumen restitui: quare illud septemplex solaris lucis dictū putant, quia restituetur ei lux qua septem illis diebus ante hominis casum promicauit.

Reprobatio.

¶ At verò minimē credendum est quippiam reale luminis illis luminaribus fuisse ademptū: quoniam per naturā id fieri nequiuerat: quod autem Deus propter peccatum Adæ illorum lumen extenuaret, non est credibile, vt toto mūdi decursu præter suam essent naturā quodammodo truncata.

Ratio. 2.

¶ Adde quod lumen hoc, quo nunc lucēt, est totum, quod suæ naturæ conuenit, alioquin astra non essent idonea & sufficientia ad conseruandum humanum genus. Quod si hoc est naturale: non habuissent in statu naturæ integre aliud vehemētius. Nam aliās illud fuisset supranaturale: essetq; nimium excellentius, q; vt homines illud ferre possent: neque ad aeris temperamentū esset idoneum. Imō sequeretur, quod luna tunc, vt ait Propheta, tantum luceret sicut modò sol, atq; adeo quando esset in oppositione solis in nullo hemispherio fieret nox: contra illud Genes. 1. luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti. Igitur nullo modo illa fuerūt propter peccatum minoris lucis. Sed in gratiam illius glossæ, intelligendum est respectu huma-

Genes. 1.

Mm ni

ni visus, quia in clementia aeris quæ propter frigus vel æstus accidunt, sunt nobis in pœnâ peccati, quæ antea fuisset naturalis. Quemadmodum terra maledicta fuit in opere suo, vt spinas, & tribulos germinaret. Non quod eodem antea non germinasset, quia sunt naturales, sed quia non essent in pœnâ peccati hominibus molesti. Fit ergo ex his consequens, quod augmentum lucis, quod habituri sunt cœli in die iudicij, non erit restitutio illius, quod perdiderunt, sed ornamentum illius: in nouationis. Quocirca non consequitur, quod si nihil propter peccatum astra illa perdiderunt, nihil sit eis accessurum propter gloriam. Vnde sic illud, quod Propheta ait, septemplex non habere aliud mysterium, quam quod ingens eis luminis accessio fiet: quoniam septenarius numerus perfectionem denotat. Et forte in illa septenaria proportione super lunam fiet illud crementum. Etenim si tunc luna erit sicut sol, nihil mirum si in illa proportione lumē solis excreseat.

Hinc consequitur, quod lumen lunæ non erit tunc aliud quam quod veluti modò, à sole recipiet, quâlibet ipsa per se fiet amplioris luminis capax.

Solu. 1. ar. Ad primum igitur iam responsum est, quod illud lucis incrementum non fiet a tione purgatorij ignis, sed virtute Dei: nam quamuis cœlestes orbis non sint per naturam mutabiles, sunt tamen omnipotentia Dei obediētes, eiusq; supernaturalis effectus capaces. Neque illa erit propriè mutatio, quia non machinabitur eorum correctionem, sed potius erit eorum perfectio, sicuti beatorum gloria.

Solu. 2. ar. Ad secundum respondetur, quod motus suapte natura non pertinet ad rei perfectionem, cum sit actus imperfecti, quamuis esse causam generationum, perfectionem dicat: lux autem secundum naturam suam dicit perfectionem: & ideo cessante generationis necessitate, cessabit simpliciter motus, non tamen lux, quamuis fuerit generationis causa: nã licet desinat esse causa, permanebit tamen quatenus est cœlorum perfectio.

Ad id autem quod obijcitur, quod tunc beati non indigebunt lumine aut solis aut lunæ. Respondetur, bifariam aliquid posse in usum hominū venire. Vno modo ob necessitatem, & isto modo beati nulla vtētur creatura: quia Deus erit eis sufficientissimus: nam sicut ait prima ad Corinth. 3. Paulus, erit omnia in omnibus. Sed alio modo creatura potest venire in usum hominis propter eius honorem & accidentariâ perfectionem: & isto modo tunc ser-

Nulla erit beati creatura necessaria.

uient cœli hominibus: nam et si essentiale eorum gaudium futurum sit, essentiam Dei videre, oblectabuntur tamē in contemplatione operum eius tanta pulchritudine resurgentiū. Siue in essentia diuina opera illa contemplantur, siue in proprio genere: quandoquidem à cœlo, empyreo poterunt oēs orbis prospicere. Imò forsitan corporalibus oculis, saltem virtute diuina. Et quando illos visu corporeo non ceruerent, ipsi tamē illa pulchritudine canerent gloriâ Dei, qua suam curiam beat.

A R T I C V L V S III.

Utrum elemēta per aliquod claritatis augmentum sint innouanda.

POST cœlorum considerationem subsequitur de elementis etiam explorare an sint per aliquam claritatem innouanda. Et arguitur à parte negatiua. Sicut claritas est cœlorū propria, ita & calidum, frigidum, humidum, & sic cum sunt elementorum qualitates: ergo sicut cœli per claritatis, ita elementa per istarū qualitatum augmentum sunt innouanda.

Secundò. Rarum & densum, sunt qualitates elementorum propriæ, quæ idēo in ipsis permanent: claritas verò aeris, quia non habet opacitatem, non est apta ad recipiendum claritatem per modum relucētis corporis: neq; verò densitas terræ, propter nimiam eius impuritatem introrsum claritatem admittit.

Tertiò. Si elementa aliqua erūt claritate donanda, eadem ratione deberent & plantæ atq; alia mista innouata, & claritate ornataq; permanere: tum quod ad ornatum eorundem elementorum attinent, tum quod sicut elementa, ita & mista propter hominē facta sunt, cui etiam seruiunt: quare par illis, vt elementis debetur, honore gratia, innouatio: atque adēo si mista non innouabuntur, sit vt neq; elementa sint innouanda.

Quartò. Elementa si permātura sunt, superuacanea tunc videbuntur: nisi aliqua rationalis creatura, illis, ceu domicilio vtatur: nulla autē rationalis creatura in illis habitabit: nã beatis cœli sufficient. Nisi cum quibusdam opinemur, pueros qui absq; baptismo decesserunt, de limbo esse tunc educēdos, qui super faciem terræ spaciētur, cœlorum aspectu fruētis. Hæc autem opinio non est rationi consentanea: ergo elementa non permanebunt, claritate illustrata.

Incon-

Partis negativæ argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

Pars affirmatiua. ¶ In contrarium est illud sæpè citatum Apocalyp. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam. &c.

1. Conclusio.

¶ Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Elementa per receptationem amplioris claritatis innouabuntur. Probatur. Cum corporalis creatura propter spirituales sit condita, per illamq; ad eò gubernetur, oportet vt perinde atque spiritualis dispositio, sit ergo consequens, vt sicut ordo se habet spirituum terrenorum ad cœlestes, ita se habeat & corporum terrestrium ad cœlestia. In illa autem vltima rerum innouatione spirituum terrenorum hominum ad honorem & dignitatem angelorum promouebuntur: quia vt Matth. 22. legitur, homines erunt sicut angeli Dei, quatenus humanus spiritus cum angelicis conuenit: nempe in intellectu & voluntate: ergo simili modo substantia corporea, nepe, elementa in eo quod cum cœlestibus conueniunt, ad cœlorum exemplum innouabuntur: illud autē, vt. 2. de anima ait Philosophus, est natura lucis & diaphani: ergo eiusmodi corpora ampliore claritate donabuntur. At quia non omnia eandem habent lucis capacitatem, quoniam non sunt æquè diaphana, illa eorum claritas non erit in omnibus æqualis, sed suis cuiusque gradibus distincta. Nempe, vt terra secundum exteram superficiem sit vt fertur, peruia sicut vitrum, aqua etiam in partibus interioribus, velut crystallus: aer tanquam nunc est cœlum: & ignis qualis est modò luna. Quocirca crementum illud lucis elementorum nihil auferet de proportionē vniuersi, nam sicut modò in luce & qualitibus quas continent, proportionem habent, eandē seruabunt, propterea quod singula in suo gradu & ordine respectu alterius augmentum suscipient. Hæc non sunt sacris oraculis tam exactè secundum has differentias constituta: nihilominus sancti interpretes optimis cōiecturis illa colligūt. Ex illo Esai. 66. Ecce ego creo nouos cœlos & nouam terram. Et ex Apocalyp. Vidi cœlum nouum, & terram nouam. Et ex diuo Petro, Nouos cœlos & nouam terram, & promissa ipsius expectamus, no mine enim terræ illa quæ sub cœlo sunt elemēta comprehenduntur.

Ratio. 1.

¶ Accedūt & testimonijs rationes. Nam cum elementa in hac mortali vita sua obsequia hominibus exhibuerint, à qua seruitute, vt ad Roma. 8. ait Paulus in illa reuelatione filiorum Dei liberabuntur, congruens est, vt aliquo premio donentur, quo illam referant glorificationem corporum claritatem: nempe, vt amplio

re splendore fulgeant. ¶ Ad hæc tandem cum humana corpora ex elementis constant sit vt partes quæ in electorum corporibus latitant, cum lata luce innouentur: ergo cum eadem sit ratio totius & partium, tota ipsa elementa simili modo innouabuntur. ¶ Secunda conclusio. Mistra non innouabuntur, sed prorsus interibunt. Hæc conclusio quæst. præcedenti præmissimus inter loquendum de purgatione, nunc tamen iterum comprobatur. Mundus vt propter hominem plasmatus est, ita & propter ipsum, at que ad eò instar ipsius est innouandus. Innouatio autem hominis ea erit, vt de statu corruptionis in incorruptionem, perpetuamque quietem transcendat, iuxta illud. 1. ad Corinthios. 15. Oportet corruptibile hoc induere in incorruptionem: ergo illa quoq; erit innouatio mundi, vt omni abiecta corruptione, illa duntaxat, quæ ordinem habent ad incorruptionem, incorrupta maneat, hæc autem sunt cœli, quæ suapte natura sunt incorruptibiles & perpetui, tam secundum partes, quam secundum totum: mox elementa, quæ licet secundum partem corrumpantur, sunt tamen secundum totum incorruptibilia: deinde homines, qui quâuis sint generabiles, & corruptibiles, hoc tamē habent secundum materiale partem: nam anima incorrupta manet, quæ tandem, cum corpus propter ipsam cōditum fuerit, ipsum resumet incorruptibile. Reliqua verò brutæ animantes ac subinde plantæ & inferiora mistra, vt metalla & lapides, & id genus reliqua, nihil in se continent incorruptibile: sed simpliciter sunt corruptibilia, tam ex parte formæ, quam ex parte materiæ. Quapropter cum nullum habeant ad incorruptionem ordinem: sunt prorsus absumenda. ¶ Item si animalia & plantæ deberent permanere, cum par sit omnium ratio, deberent & illa quæ corrupta sunt resurgere, quod est concessu absurdum. Nam cum anima brutum moritur, in nihilum abeat, non posset animal illud resurgere nisi eius anima, crearetur. ¶ Quod si dicas, illa saltem quæ in illa die reperientur viua, fore permātura, hoc nulli rationi congruit: nam igne conflagrationis omnia exurentur, vt Diuus ait Petrus. ¶ Item quia cum tunc cœlorum motus cessare debeat, protinus illa interirent, ne que alia procrearentur. ¶ Ad hæc tandem cum plantæ, & animalia, vt Gene. 1. legitur, in subsistū vitæ animalis hominum producta fuerint, cessante illo fine, omnia disperibunt.

Secunda conclusio.

Ratio. 3.

¶ Ad primum igitur argumentum respondeatur, quod cum mundus sit propter hominem

innouandus, debet illa innouatio eiusdem hominis gloriæ accomodari: scilicet, vt sensuetiam in corporibus indicia dignitatis percipiat. Omnium autem sensuum præstantissimus est visus, cuius obiectum est lux: ob idq; luce elementa innouabuntur: qualitates verò primæ quæ sunt actiue & passiue nõ seruiunt nisi generationibus, & fomento & recreationi sensus tactus. Generationes autem tunc cessabunt, sensusque tactus nõ habebit vsum circa elementa, & quanuis haberet, qualitates illæ essent molestæ, quare illæ cessabunt.

¶ Quod si redarguas. Multiplicatio lucis etiã est calor is causa: ergo elementa erunt in temperatè calida. Respondetur, quod lux illa nõ erit calor is genitrix, sicut feruentes radij solis, sed sicut lux cœlestium corporum, quæ ipsa non alterat. ¶ Ad secundum respondetur, quod aer non fiet clarus quasi radios emittens: sed sicut illuminatum diaphanum. Terra verò virtute diuina fiet in superficie lucis capax. In inferno tamen nulla erit lucis innouatio, quanuis fiat ignis multiplicatio, per accessionem ignis conflagrationis: ille quippe nõ erit lucidus, sed tenebrosus, vt sit damnatis tenebræ exteriores, quæ hoc habent nomen respectu culpæ, quæ sunt in anima interiores tenebræ.

Solu. 2. ar.

Solu. 3. ar.

¶ Ad tertium verò respondetur. Quod mixta non pertinet ad elementorum ornatum, nisi quatenus actiue & passiue elementorum qualitates ad particulares actiones contrahuntur. mixtis, quibus ideo actionibus cessantibus, mixta non sunt amplius elementis, ornatu. Et ad aliud membrum respondetur, quod neq; elementa neq; mixta innouationem merentur, sed hominis meritum est, vt innouentur. At quia mixta non sunt innouationis capacia, nõ cadunt sub eodem merito.

Solu. 4. ar.

¶ Sed arguitur rursus. Ad perfectionem vniuersi pertinet etiam mixta, & vniuersum debet manere perfectum: ergo & mixta debent perdurare. Secundo: Animalia, & plantæ nobiliores formas habent, quàm elementa, cum sint viuientia: ergo fortior ratio persuadet, vt sint permansura. Iam verò & mixta omnia habent naturalem perpetuitatis appetitum, qui per generationes impletur: naturalis autè appetitus non debet frustrari: ergo permanebunt. ¶ Ad primum respondetur. Quod perfectio vniuersi, sicuti & hominis, alia est quandiu hoc seculum durat, atque alia secundum statum gloriæ. Ad perfectionem ergo vniuersi secundum hunc statum pertinet mixta, non tamen secundum illum futurum.

¶ Ad secundum respondetur, quod & si for-

me viuientium mixtorum similla ratione perfectiores, quàm elementorum, nihilominus ab illis in hoc deficiant, quod nihil habent in se perpetuitatis. ¶ Ad tertium deniq; respondetur, quod appetitus perpetuitatis mixtorum determinatus est & taxatus secundum cœlorum motum, quo sunt generationes. Illo ergo cessante in motu non frustratur mixtorum appetitus, licet intereat.

Respon.

¶ Ad quartum principale argumentum nonnulli respondent, post diem iudicij pueros qui sunt in limbo, solo originali maculatos educendos in fine mundi in superficie terræ, qui ideo elementorum amoenitate fruuntur. Imò arbitrat, fore scientijs naturalibus insigniter illustrandos. At verò vt lib. 1. de natur. & grat. capit. 14. dicebamus, imprimis nulla ratio videtur suadere, qd sint tunc resumptis corporibus scientijs naturalibus imbuedi, quas nunc ignorant. Eni uero cum in hac vita nullam acquisitionem scientiam, neq; suis meritis debeatur, vt in limbo discipulis diuinitus infundantur, nõ solum vanum, sed temerarium est asserere quod tunc scientijs pollere debeant: alioqui & nunc illi potuerunt, quod non est optabile. Neque verò vlla apparet causa asserendi, qd sint tunc à limbo in faciem prodituri. Quod enim nunc sint in limbo, atque adeò in tenebris, receptissima, vt supra explicauimus, est patrum omnium sententia, & præcipue Aug. in libro de baptismo parualorū. Et refertur de cōsec. distin. 4. cano. Nulla præter. Si ergo nunc sunt in tenebris, que nam ratio fingi potest vt inde post eruantur in lucem, quandoquidè verè sint dei inimici, quia in Adâ peccauerūt, atq; adeò in perpetuum ad illud ergastulū sint perinde condemnati, atq; illi qui sunt in inferno, licet poenas sensus non patiantur. Quare Ioannes Papaj suo decreto, Ad lumina. 30. quæstio. 1. statum librorum perpetuam mortem appellat. Adde qd cum exlim moti sint pmanebunt, in nullam viuentiam vsum permanebunt, præterquam in testimoniū gloriæ beatorum. Quare August. hypognostico. 5. nullum tertium post finem mundi ponit locum, sed duo, scilicet, vitæ perennis supra cœlum, & mortis æternæ sub terra, nepe infernum, & paruulorū limbum,

Solutio quarti de pueris limbi.

DISTINCTIO

Quadragesimanona, De statu Beatorum.

Fœli-

Text. Cap. 1.



Elicitatem verò & gloriam Beatorum lingua nõ valet humana referre, de quorum nihilominus statu, & habitu non decet omnino silere. Beatitudinè ergo hominis palam constat in affectione, possessioneque supremi eius finis sitam esse: tunc siquidem res vnaqueque perficitur, dū ad suum redit principiū: est autem Deus, vt est in Apocalypsi, « & », principiū & finis, Deus verò qui intelligibilis substantia est, non nisi mentis oculis percipitur, & possidetur. Vnde fit consequens in visione illa qua Deus facie ad faciem conspicitur, nostram esse beatitudinem collocaram. Vnde Ioannes. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et veritas ipsa. Pater venit hora, clarifica filium tuū, vt filius tuus clarificet te, &c. vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Vita enim æterna vna est, quæ hinc per fidem inchoatur, & in cœlo per visionem confirmata perficitur. Atque adeò, vt spe & amore in hac seculari militia ad

Apoca. 2. 2.

1. Ioan. 3.

Ioan. 17.

illum conspectum per fidem in enigmate properamus, ita & illic apprehenso obtentoque Deo amore inheremus, atque in illo sic possessio per summum gaudiū conuiescimus, illoque perinde fruimur. Iuxta illud Augustini. 10. confess. Beatitudo est gaudium de veritate, quia scilicet, gaudium est beatitudinis consummatio. Vbi enim ait Paulus. Sic currite vt comprehendatis: insinuat, per fidem nos in hac uita spe currere, sed visionem eum postmodum comprehendere, ac perinde in ipso, quem amamus comprehenso per gaudium conuiescere. Est enim, vt idem ait Augu. ille beatus qui habet quicquid vult & nihil mali vult.

Augu. 10. confess.

2. Cori. 13.

13. de trin. capit. 5.

Cap. ij.

¶ Ad hanc verò fœlicissimam beatitudinem etsi homines naturali inclinatione ferantur & pondere, iuxta illud Augustini, Fecisti nos domine ad te, & inquietū est cor nostrū donec veniat ad te, minime tamen per nostras naturæ vires illam consequi sine speciali Dei fauore & auxilio valemus: secundum illud apostoli primæ ad Corinthæ. 2. Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se. Quasi diceret. Nulla homini facultas à natura suppetit, illam fœlicitatem vel corde cogitadi. Quin uerò nisi lumine gloriæ mentis no-

2. Cori. 2.

stræ oculus diuinitus subleuaretur, ad visum illum non sufficeret. Vnde Dauid, gratiam, inquit, & gloriam dabit dominus. Et alibi. In lumine tuo videbimus lumen. Rationem etenim felicitatis in genere nemo nõ appetit. Rem verò illam in qua verè consistit naturale lumen ostendere non sufficit. Vnde. 13. de trinit. Augusti. Si vnus dixisset. Omnes beati esse vultis, miseri esse nõ vultis, dixisset aliquid quod nullus in sua non cognosceret voluntate. Ob idque cum capeßendæ beatitudinis vna sit omnium voluntas, de ipsa tamen beatitudine magna est voluntatum diuersitas: non quæ eam aliquis nolit, sed quòd non eam omnes norint.

Cap. 3. Igitur cum Deus felicitibus illis cœlicolis speculum sit, non naturale, sed spontaneum, quanquam omnes iuxta verbum Pauli eum sic comprehendant, vt visu teneant, nemo tamè sic vt ipse comprehendit, sed plura pauciora ve in ipso contuentur, vt secundùm singulorum merita per eius misericordiam comparata iustitia requireret. Erit ergo cunctis Deus, vt in parabola vineæ, ait Dominus, denarius vnus, & veluti ait Paul. Omnia in omnibus: quia vniuscuiusque voluntatè explebit suã. Sed tamen non omnes parem gloriam sortientur: nam in domo patris mei (ait idem redemptor,

Aug. 13. de tri. c. 3.

Matth. 20.

Ad Colos. 3.

Ioan. 14.

mansiones multæ sunt: quia multæ erunt præmiorum differentiar. Domus ergo vna, sed mansiones multæ. Sicuti & claritas vna, sed tamen, vt ait Apostolus, stella differt à stella in claritate. Post diem verò iudicij amplior erit electis accidentaria gloria: tum propter resumpta corpora, tum propter amplificatum electorum numerum. Vnde super Oseam Hieronym. illud explicans verbum, Viuifica nos post tres dies. Peracto, inquit, iudicio ampliorè gloriam suæ claritatis Deus demòstrabit electis.

¶ Caterùm vt animæ tribus dotibus, secundùm numerum Theologarum vitutum dirabuntur: nempe, visione, quæ respòdet fidei, cõprehensione firmaque per eadem visionem tentione, quæ terminus est spei, stabili que dilectione, & delectatione quæ consummatio est charitatis, ita & in corpora quatuor inde effluent dotes, quæ sunt impassibilitas contra corruptionem, subtilitas contra animalem naturam, corporis agilitas contra eius grauedinem, & claritas cõtra obscuritatem. Iuxta illud Pauli. 1. Corin. 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale.

1. Cor. 29

Hieronym.

Cap. 4.

1. Cor. 15

¶ His

Cap. 5. ¶ His demũ aureis beatitudinis coronis, quibus per diuinum conspectum beati omnes decorantur iuxta illud Apoc. 5. fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, adhibetur & aureolæ, illis propositæ, qui per quasdã singulares virtutes Dei numine adiuti, de nostris hostibus: nempe, de carne, mũdo, & diabolo triumpharunt. His nãque per quãdam excellẽtiam illud Pauli de his qui in agone certant accommodatur. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Virginibus ergo ob insignem aduersus carnẽ victoriã, & martyribus, quia strenuè contra mundi turbulentam rabiem depugnantes morti occubuerunt, atque adeò catholicæ veritatis Doctoribus, qui succincti gladio spiritus, qui, vt ait Apostolus, est verbũ Dei, tentamenta diaboli, non solũ à se ipsis, verum ab alijs propulsarunt, eiusmodi aureolæ decretæ sunt.

2. Timo. 2.

Ephesios.

DISTINCTIONIS
Quadragesimæ nonæ, Quæstio
prima, In quo Beatitudo
consistat.



¶ Tertiam tandem, postremaque paratractatus, de statu resurgentium in disputatio ne versatur, de statu Beatorum ac damnatorũ: quæ ideo duas continet distinctiones. Hæc ergo quadragesimanona, in contemplatione beatitudinis posita est: digna profectò materia, quæ quartum hunc librum sententiarum concludat, atque adeò quæ attentissima speculatione differatur. Explicere autem videtur quæstio-

nes quinque. Prima enim interrogabit, in quo beatitudo consistat. Secunda, quibusnam viribus eam adipiscamur. Tertia, de visione, quæ essentia est beatitudinis. Quarta, de beatorum omnium dotibus. Ac demum quinta de quorundam aureolis.

ARTICVLVS. I.

Vtrum beatitudo in aliqua re corporea, aut sensibili consistat.



¶ VM res primũ in spirituales, & corporales diuidantur, inde initium huius præsentis speculationis sumendum est, vt videamus, vtrum beatitudo in re aliqua corporea aut sensibili consistat. Et arguitur à parte affirmatiua. Id quod pluribus in opinionem est, non videtur falsum esse omnino: nam vox populi vox naturæ videtur. & 7. Ethico. ait Philosophus, quod opinio non perditur, quam populi multiformant. Sed populi opinio in rebus corporeis felicitatem collocare videtur: nempe, aut in diuitijs, aut in voluptatibus, vt. 1. Ethicorum, ait idem Philosophus: quippe quas & auidissimè cupiunt, & solertissimè insectantur: & elegantiores in honoribus: ergo in illis beatitudo consistit.

Partis affirmatiue. ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

¶ Secundo arguitur. Beatitudo cõsistit in illo bono, quod optimũ est, bonũ autè corporale videtur optimũ: quia quo aliquod bonũ communius est eò diuinũ, vt. 1. Ethic. ait Philosophus: corporale autè bonũ videtur cõmunius quam spirituale: nã spirituale nõ conuenit nisi homini secundũ animã, corporale verò ad alias etiã inferiores creaturas proteraditur. Imò spirituale non potest esse corpori cõmune: corporale verò potest esse cõmune animæ, vt pote quæ de rebus corporeis voluptatem capit: ergo videtur beatitudo in bonis corporalibus esse posita. ¶ Tertio, sicut prima causa inter efficietes est illa quæ in omnes influit, ita & vltimus finis in quo beatitudo consistit, est illud quod primum omnium affectum mouet: illud autem est esse, quod vt ait Aristote. in viuentibus est viuere: ergo beatitudo hominis cõsistit in vita, quam totam sine salute corporis seruare, nequimus: ergo in ijs quæ ad corporis cõseruationè attinent, collocatur beatitudo. Vnde ecclesiastici. 30. Nõ est census supra cẽsum salutis corporis.

Paras affir. ¶ In contrarium est, q̄ beatitudo hominis consistit in eo, quod sibi quatenus animali rationali, est peculiare: & proprium, vt. 1. Ethicorū. ca. 7. Philosophus, quo, scilicet, cunctis animā tibus praestat, quippe quibus beatitudo proprie nō cōuenit: corporea verò bona sunt brutis cōia, ergo in illis beatitudo nō consistit.

Beatitudo. ¶ Primum omnium hoc est de nomine adnotandum, q̄ hominis beatitudo idem est, quod vltimus eius finis, quo cuncta sua desideria refert, & in cuius cōsecutione conuiescit. Quocirca distingui solet inter beatitudinē, seu foelicitatem, obiectiuē, & formaliter, Obiectiuē namq; est res ipsa, quā homo possidere cupit, sed formaliter est ipsa possessio. Vt foelicitas auari, obiectiuē est pecunia, formaliter verò eius possessio. Et foelicitas gulosi est cibus, formaliter verò est gustatio, qui est actus gustus. Quare obiectum illud dicitur bonū hominis extrinsecum, actio verò qua possidetur, intrinsecū, & inherens homini. ¶ At verò quauis tam finis vltimi q̄ beatitudinis nomē promiscuē pro vtroq; usurpari soleat, vt tam res, quā possessio dicatur beatitudo, & vtrūq; dicatur vltimus finis: Deus scilicet, extrinsecus & visio intrinsecus, tamē ad hāc amphibologiam cauendam, si nōminum proprietatem obseruamus, dum simpliciter dicimus, vltimus finis, rem ipsam quā cōsequi cupimus significamus: sed dicim⁹ beatitudo, vbi possessio rei illius intelligitur. Nam beatitudo est abstractū huius quod est, beatus, atq; adeo nominat inherētē formā, qua homo est beatus, sicut albedo est forma albi: finis verò vltimus dicitur bonū quod propter se amamus & cupimus. Quare vltimus finis est res quae nos per sui possessionem beat. Igitur cum quærimus in quo beatitudo consistat, exploramus rem illam quae vltimus finis est, cuius possessione beamur.

Quaestio sensus. ¶ Atqui si rē à prima linea exordiēda hic nobis fuisset, debuissēmus seriatim per singula bona corporalia discurrere, vt D. Thom. fecit. 1. 2. quaestio. 2. nēpe, vtrum cōsisteret in diuitijs, aut in voluptatibus, aut in honoribus &c. Illa tamen disputatio ad moralem philosophiam spectat, & rationibus naturalibus secundū Aristotelem. 1. Ethic. procedit: & ideo non curamus hic peculiariter de singulis rebus singulos cōstituere articulos. Nihilominus, quia rei etiā Theologicae praesenti inseruit, summam hoc primo articulo cuncta complecti instituiamus.

Cōclusio. Triplex bonum. ¶ Ad quaestionem ergo vnica conclusionē respondetur. Beatitudo in nulla re corporea consistit. Bonū enim si ratione suae formae, & naturae diuidatur, triplex est, scilicet, honestum,

utile, & delectabile. Honestum enim est quod propter se est expetibile, vt Deus imprimis, ac subinde virtutes. Diciturq; honestum, quia honore dignum: quoniam honor est virtutis premium. Vtile verò bonum est, quod habet bonitatem ad alterius boni consecutionem ac commodam. Vt sunt medicinae respectu sanitatis. Bonum autem delectabile est quod de rei concupitē consecutione dimanat. Itaque honestum bonum, vt utile antecedit, ita & delectabile subsequitur.

¶ Si verò bonū ex parte subiecti discernatur, tūc alia ratione est etiā triplex. Est enim bonū animae, vt sciētia & virtutes, & bonū corporis vt sanitas, ac bona deniq; externa, vt pecunię & alię facultates. Quā vtiq; distinctionē Ioannes in. 1. Canonice insinuauit dicens, Omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. ¶ His ergo suppositis, conclusio hac ratione sub compendio probatur. Beatitudo hominis, vt nomen ipsum iam à nobis expositum admonet, est id quod ab hominibus vniuersis secundū suam bene institutam naturam, tanquam vltimū eorum finis concupiscitur: finis autem rei est vel operatio ipsius, nā res est propter operari, vel assecutio finis vltimi per suam operationem: operatio verò hominis propria est quae à propria forma eius emanat: nam res per formam, à qua recipit esse, habet operari: forma verò propria hominis per quam est rationalis, est anima: ergo beatitudo hominis in operationibus animae consistit, & in illo vltimo fine quē per illas operationes cōsequitur: nempe, in operatione formaliter, & in re obiectiuē. Operationes autem animae propriae non sunt corporales, sed spirituales: ergo beatitudo minimē in rebus corporis constituitur. Quod si arguas, Homo constituitur ex anima & corpore ergo finis debet esse vtrique commune: spirituale autem non est commune corpori, Respondetur, quod quia corpus est propter animam sicut materia propter formam, vt ait. 2. de Anima. Aristotel. Beatitudo consistit in bono animae, & redundat in corpus.

¶ Secundo, quod eodem ferē recidit, Beatitudo nō nisi in bono honesto consistit, quod, vt diximus, per se est expetibile, quoniam proprium beatitudinis est animum, omni expleto desiderio, quietare, quod non faceret si propter aliud cōcupisceretur: bona autem corporalia non sunt honesta, sed utilia, quia vt corpus est propter animam, ita & omnia bona corporis ad animam referuntur, propter

3. Ratio.

pter quam condita sunt. ¶ Tercio & id preterea sic demonstratur. Tam homo quā angelus ad imaginem Dei fuit fabricatus, vt Genesis. 1. legitur: ergo vltimus finis vtrique est idem communis: beatitudo autem angeli esse nequit corporalis: ergo neque finis hominis. Atqui rationes istae non solum theologae sunt, sed etiam morales ex principijs naturalibus de prompta. Quauis tertia plus theologiae redoleat.

Beatitudo indiuisijs nō consistit.

¶ Quod verò istae sub compendio demonstrant, alia sigillatim de rebus quibuscunque creatis ostēdunt. Enimverò quod in bonis externis tēporalibus, nempe, diuitijs & facultatibus, quas Ioannes nominauit concupiscentiam oculorum, beatitudo sita non sit, probauit Aristoteles ex eo, quod diuitiarum aliae sunt naturales, atque aliae artificiales. Naturales autem exquiruntur, non propter se, sed ad sustentandam hominis naturam, & vitam, vt cibus, indumenta, vehicula, & cetera. Non ergo possunt esse vltimus finis. Artificiales verò, vt nūmi, quippe qui propter naturales expetuntur, multominus sunt vltimus finis.

Foelicitas & fortuna

Præterquā, q̄ beatitudo consistit in rei possessione firma, & stabili: bonū autem diuitiarum non est possessio, sed earū vsus & consumptio: sunt enim bona non per se honesta, sed utilia. Adde, quod beatitudo, si naturalem rationem consulas, debet propria virtutis operatione acquiri, diuitiarum autem comparatio temeritati potius, atque alicę fortunae subdita est, quā prudentiae, & virtuti. Quod si illud Aristotel. obijcias. 2. Physic. vbi ait, quod foelicitas & fortuna circa idem esse videtur. Respondetur, quod intelligit foelicitatem & fortunam subiecto conuenire: nam solus homo qui est foelicitatis capax: est fortunae subiectus: non tamen versantur circa idem obiectum & materiam: nam fortuna est eorum quae referuntur ad alium finem, est namque eorum quae accidunt præter intentionem finis. Beatitudo verò est illius rei quae ab omnibus amatur & intenditur tanquam finis. Ob idque fortuna res est à foelicitate diuersa. Licet nō nunquam illi feruiat, nam res quae præter intentionem accidit, tum prospera tum praesertim aduersa cōferre quandoq; homini assolent ad emendandam vitam.

¶ Iā verò cū beatitudinis sit appetitū satiare, nulli hoc minus rei quā diuitijs conuenit, nam vt Eccle. 5. admonemur, auarus nō implebitur pecunia. Qua de causa quādā infinitatem eius auaritas habet: ratione beatitudini contraria. De vera quippe beatitudine ait ipsa sapientia

Ecclesiastic. 24. Qui edunt me adhuc esuriēt: nam quanto perfectius possidentur, tanto eius perfectio suauius gustatur, atque adeo tanto vehementius amorem ad se rapit, diuitiae verò contra, quo plures possidentur, eò illarum insufficientia euidentius percipitur, & ideo illis contemptis, aliae affectantur. Vnde Ioānis. 4. Dominus ait, Qui biberit ex hac aqua, scilicet, ex temporalibus bonis, sitiet iterum.

¶ Neque verò in honore, quod est bonum animae appellatum à Ioan. superbia vitæ, consistere potest beatitudo. Est enim honor virtutis praemium, qui idcirco non expetitur nisi tanquam virtutis testimonium: hac enim ratione homines à sapientibus honori haberi percipiunt. Quocirca virtus praestantior res est, quā honor. ¶ Præterea beatitudo in potestate hominis saltem per Dei auxilium esse debet, honor autem non est in honorato, sed in honorante, hoc est. In potestate cuiuscunque est per Dei fauorem dignum fieri honore, honorari verò minimē, sed in aliorum potestate. Quocirca, vt supra diximus, praestantior est honoris dignitas, quā ipsa honoratio. Atq; adeo non debemus honorem, vt aiebat Cato, quia umbra virtutis est, insequi, sed virtutem, vt honor nos subsequatur. Fac virtutem solā esse. Versus virtutem ire perge, & te fugietem persequetur umbra, sicuti illum, qui versus solem graditur, At si terga virtuti vertas, quantumuis honorem insequareis, nunquam legitimum consequeris, sed vanum. Ob idque verus honor, qui expeti nobis debet, est ille quē Dominus Lucę. 12. suis dilectoribus pollicitus est, Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei.

¶ Multo autem minus collocanda foelicitas est in bonis corporis, nempe, in voluptatibus, quas Ioannes nuncupauit concupiscentiam carnis. Oblectatio namque non est per se bona, sed alteri bono tanq̄ accidēs, adiuncta ad allicendū affectū. Delectatio, in quā, ciborū non est per se bonum, sed nutritio, cui sagax natura delectationem adiunxit propter illius necessitatem. Delectatio ergo, vt. 1. & 10. Ethicorum, author est Philosophus, non est per se aut bona, au mala, sed id à re illa fortitur, ad quam eonsequitur. Vt si cibatio est iusta & bona, delectatio erit laudabilis, sin min⁹, vituperio digna. Igitur bonum illud à quo voluptas bonitatem fortitur praestantius est ipsa. Quare in voluptate non potest beatitudo consistere, & lōgē minus in voluptate sensus. Nā bonū quod sensu percipitur, non est perfectū

hominis bonum: vt pote cuius propria species fit esse animal rationale, quod vtique habet ab anima. Ex quo, fit quod bonum corporis non attingit hominis perfectionem: atque adeo sensibilis voluptas multum ab hominis foelicitate degenerat. Quapropter eos, qui in honoribus foelicitatem collocabant, elegantiores appellauit Philosophus: nam sensualis voluptas cum brutis animantibus communis est homini. ¶ Tres istas sectas absurdas visus est profligasse Christus dñs Matthæi. 5. quasi mundus totus eis esset imbutus, vt legis viâ sterneret. Beati pauperes spiritu. Beati mites. Beati qui lugēt. Ac si dixisset. Tantum abest, vt beatitudo in ijs bonis que mundus admiratur, fit collocanda vt in eorum prorsus abiectioe fit posita.

Matth. 5.

In gloria non consistit beatitudo.

¶ Neq; verò beatitudo consistit in gloria aut fama humana. Gloria enim vt ait Ambrosius, est clara cum laude notitia: at verò notitia humana, quia sumitur à rebus apparētibus, fallax est, & ideo dicitur vana, sed pēdet nostra foelicitas ex notitia Dei, que cum sit causa rerū, nō fallit. Quare illa est vera gloria nostra, q̄ merita nostra per eius gratiā nobis cōparata, & ipse laudet, & alijs manifestet. Iuxta illud psalm. Eripia eū, & glorificabo eum.

Epilogus.

¶ Colligamus ergo in bonis corporalibus nō consistere beatitudinē, imò quatuor habere qualitates beatitudinē cōtrarias. Est etenim vera beatitudo, summū bonum, q̄ ideo nullū secum cōpatitur malū: est q̄; per se sufficiens, quæ idcirco nullius extrinsecus indiget. Est præterea perfectū bonum q̄ propterea nulli potest nocere. Atque adeo comparatur ex principijs ipsius beati diuinitus adiuti. Bona verò temporalia, & multa habent sibi mala permixta, neque vllum illorum per se sufficit, imò neq; omnia simul, & crebrò ipsis possessoribus sunt perniciofa, ac demum extrinsecus nobis obueniunt. Fit ergo ex his consequens neque beatitudinem hominis in aliqua operatione corporali consistere, neque eius vltimū finem aliquā rem esse corporalem.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur capitale argumentum respondetur, non semper multorum opinioē esse in totum veram, sed in partem. Populi autem opinio huic nititur syllogismo. In eo consistit foelicitas quod optimum est, bona autem temporalia sunt optima, Atqui in istarū priori præmissa non fallitur, quia id natura magistra vniuersi docti sunt: in illa tamen subsumpta estimatione, nil mirum, si vulgus fallatur, eo quod sensu de rebus iudicat.

¶ Et eadē ratione soluitur argumētū fieri soli-

tum. Id enim videtur esse summum bonum, q̄ prius concupiscitur: & tamē ab amore rerum corporalium incipit affectus noster, & inde, vt ait Gregorius, ad amorem inuisibilem manuducimur. Sed negatur inde consequi esse summum aut præstantius: sed quoniam cognitio nostra, vt. 1. Phisicorum habetur, ab vniuersalioribus inchoatur, fit vt quod primum amamus, fit in genere id quod nobis videtur optimum: ob idq; primum omnium amamus nos ipsos, deinde corporalia quæ ad nostram conseruationem & quietē attinent. Sed tamen inde assurgimus ad spiritualium amorem, que cognoscimus esse perpetua, & ad animam proprie pertinere.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum respondetur, quod bonum corporale est quidē communius in genere per prædicationem: tum quod corporalia plura sunt quàm merè spiritualia: tum quod & corporalia etiam ab angelis cognoscuntur: spiritualia verò non percipiuntur sensu. Sed tamē si loquamur de re vna singulari, res spiritualis est bonum communius per participationem & continētiam plurium bonorum. In re enim spirituali virtute continentur corporalia, vt in speciebus ad intelligendū, & in affectu ad amandum. Et omnium potissimum in Deo, quia eminenter continet omnia, ac perinde est finis omnium supremus. Et eadem ratione virtus quæ est res spiritualis se extendit ad corporalia quantum ad finem suæ operationis: per virtutem siquidem temperantiæ & fortitudinis homo se protegit à nocentis etiam corporum, quia omnia illa sunt materia virtutis: sed tamen finis intentionis, quo virtus tendit & in quo homo quietatur, non est nisi bonum animæ, que nobilior est corpore.

Solu. 3. ar.

¶ Ad tertium denique respondetur, quod esse simpliciter acceptum præstantius est rebus cæteris vniuersis: quia omnia fundantur in esse rei: sed tamen esse participatum in hac vel illa re particulari, vt esse hominis in corpore, licet sit præstantius rebus alijs corporalibus, nō tamē est perfectius, quàm esse spirituale, quod in Dei possessione & contemplatione consistit. Vnde Dionysius capit. 5. de diuinis nominibus. Esse inquit est melius quàm viuere (quia vniuersalius) sed viuētia sunt meliora existentibus: & intelligentia viuētibz sine intellectu.

ARTI-

ARTICVLVS II.

Utrum beatitudo consistit in aliqua operatione.



VO ex superioribus habemus collecta, & definita, nempe, finem vltimum hominis non esse bonum aliquod corporale, neque verò eius beatitudinem in operatione eius corporali consistere, vnde sit cōsequens, quod sit bonum anima: sed restat explorare. Vtrum beatitudo, saltem in aliqua consistat operatione, secundum sensum, voluntatem, vel intellectum. Et arguitur à parte negatiua. Ait Paul. ad Roma. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam: vita autem non est operatio, sed ipsum viuētium esse: ait enim. 2. de anima. te. 37. Philosophus, q̄ viuere viuētibus est esse: ergo beatitudo nō consistit in operatione.

Partis negatiue ar. 2.

2. Argum.

Partis affirm.

Prima conclusio.

¶ Secundò, Boetius. 3. de consolatione. Beatitudo, inquit, est status omnium bonorum cōgregatione perfectus, status autē non dicit operationē, sed esse. Quod si operationē includeret, cōprehenderet etiam sensitiuā, à qua intellectiua depēdet, & per quam multa cognoscimus, sine qua ideo nō posset omnium bonorum cōgregatio consistere: sensitiuā autem cognitio cum sit tēporalis, nō potest ad essentiam beatitudinis pertinere. ¶ In contrariū verò est illud Arist. 1. Ethic. cap. 7. quod foelicitas consistit in operatione secundum virtutem.

¶ Ad quæstionē tribus cōclusionibus respondetur. Prima. Beatitudo consistit in aliqua operatione. Ad cuius intellectum illa semper habeatur præ oculis supra explicata distinctio inter vltimum finem, & beatitudinem, quod beatitudo sit affectio vltimi finis: & ideo si quis interroget. Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo bono creato, & consistere in aliquo bono dicat rationem obiecti, in quo homo quietatur, quem sensum in rigore facit eiusmodi propositio, negatiue respondendum est, vt. 1. 2. quæstione. 2. articulo. 8. respondet D. Thom. quoniam illud bonum in quo beatitudo sic consistit, est vltimus finis, atque adeo Deus. Vnde August. 19. de ciuit. Dei. Vt vita, inqt, carnis, anima est, ita beata vita hominis, Deus est, de quo dicitur. Beatus populus cuius dominus Deus eius. Nihil enim voluntatem quietare valet, eiusque desideria plenè cōplere, nisi sit bonum vniuersale quod est propriū voluntatis obiectum: bonum autem vniuersa-

le, omnia bona continens, quæ affectari possunt, solus Deus est. Quādo ergo dicimus beatitudinem in operatione consistere, loquimur in sensu (vt aiunt) identico: nam beatitudo est ipsa operatio, qua homo formaliter est beatus.

Probatio cōclusionis.

¶ Probatur ergo in hoc sensu conclusio, scilicet, quod beatitudo sit operatio hominis. Est enim in homine considerare primum omnium, esse & vitam, & præter ea in anima potētiam, habitum, & actum, vt. 2. Ethicorum ait Philosophus: beatitudo autem non potest esse nisi operatio. Quod sic probatur, Beatitudo est vltima hominis perfectio: nihil autem perficitur quatenus est in potentia, sed quatenus est in actu, quippe cum potentia sine actu imperfecta sit: quoniam vt. 2. de celo. tex. 17. ait Philosophus, vnum quodque cuius est aliqua operatio sit propter eius operationem, vt coeli sunt propter generationem, & oculus propter visionem: consistit ergo beatitudo in actu hominis. Philosophus autem. 2. de Anima, tex. 2. & 5. duplicem actum ponit in anima, nempe, habitum, & actum. Habitus verò non est purus actus, sed medium quid inter potētiam & actum, nempe, perfectio potētiae ad operandum: sed quia per habitus denominamur sapientes, studiosi, prudentes, &c. appellauit habitum, actum primum: operationem verò, actum secundum. Igitur si perfectio rei in actu consistit, necesse est, vt vltima perfectio consistat in vltimo actu. Quo enim domus cum ædificatur plus habet de actu, eò forma domus perfectior est, & quod foetus in vtero plus habet de vita. Quocirca Aristoteles. 1. Ethicorum capit. 7. foelicitatem in operatione collocauit, quæ est secundum virtutem.

2. De anima actus. 2.

¶ Quod si arguas, Bonū quo diuturnius, vt. 1. Ethicorum habet, eò perfectius, habitus diuturnior est actu, ergo perfectior atq; adeo in ipso consistit beatitudo. Ad primā præmissam respondetur, comparisonem faciendam esse in eadem specie, vt. 10. Metaphys. textu, 13. ait Philosophus: habitus verò & actus sunt diuersæ speciei: & ideo quia cætera non sunt paria, habitus nō est perfectior: quoniam est propter actū. Præsertim q̄ actus beatitudinis, vt infra videbimus, est magis diuturnus: nempe, perpetuus. At verò cum operatio, vt. 9. Metaph. ait Philosophus, duplex sit: vna, scilicet, trāsiens, vt vrere & siccare, quæ in externam transit materiam, atque altera permanens, vt intellegere & velle, beatitudo non potest esse illa trāsiens: quippe cum non sit forma perueniens subiectum, sed perficiens opus effectū. Est ergo operatio permanens. Omnis qui-

Beatitudo est actio inmanens.

dicim

dem operatio perficit operantem : illa verò quæ tranſit in exteram materiam, vt ædificatio, perficit quidem operantem in ratione finis ipſius artis: ſed permanens perficit ipſum in ratione formæ, vt amor & cognitio, in qua ergo conſiſtit beatitudo.

¶ Eadē cōcluſio demonſtratur apud Ariſtotele loco citato. 9. Metaphy. tex. 15. & 16. ex eodē principio, q̄ res eſt propter ſuam operationē: vnde cōcludit felicitatem eſſe vitam, quæ conſiſtit in operatione perfectiſſima. Idemq; concludit. 10. Ethic. ca. 7. & 12. Meta. tex. 39. Hæc autē cōcluſio perfectior fiet articulo proximo inter diſputādū de viſione beatifica, vtrum ſit operatio ipſius intellectus.

2. Cōcluſio

¶ Secunda cōcluſio. Operatio ſenſitiua ſiue ſit potētiae apprehenſiuae, ſiue appetitiuae, non poteſt eſſe beatitudo: quauis ſit beatitudinis accidētaria. Triplex namq; ad beatitudinē quippiam attinet. Nempe, aut eſſentialiter, aut accidentaliter, aut cōſequenter. Atqui eſſentialiter operatio ſenſus beatitudo eſſe nō poteſt. Beatitudo enim noſtra, vt dictū eſt, cōſiſtit in cōſecutione vltimi finis, qui vt modò dicebamus, eſt bonum increatū, nempe, Deus. Senſu autem, quippe qui materialis eſt, nequimus Deum, puriſſimum actum percipere, atque ad eō neque ipſum appetitu ſenſitiuo concupiſcere.

¶ Sed cōtra. Contritio nōnūquam ſenſu percipitur: adeo, vt & lachrymas exprimat: ergo appetitu ſenſitiuo timere poſſumus Deū, atq; ad eō aliquo modo amare. Reſpōdetur, q̄ ſenſu non poſſumus Deum videre, vt queſtione tertia monſtrabitur. Sed nihilominus ſuppoſita cognitione intellectus abſtractiua Dei poteſt ſenſus interior, nempe æſtimatiua, aliquam rationem amicitiae vel timoris Dei percipere, ſicut auicula & matris amicitiam & lupi inimicitiam percipit. Et per illā poteſt appetitus dolere vſque ad lachrymas. Poſſunt præterea operationes ſenſus beatitudinem tum antecedere, tum etiam ſubſequi: quoniam in hac vita intellectualis cognitio à ſenſu proficiſcitur: quare per hæc viſibilia, vt ait Paulus, inuiſibilia Dei contemplantur. Et corporibus per reſurrexerunt reſumptis, vt ad Dioſcorum, ait Auguſtinus, fiet in æterna beatitudine quædā redundantia beatitudinis animæ in corpus, & in corpore oſenſus, vt quaſtio. 5. per amplius explicabitur. ¶ Fit ergo ex hac proxima cōcluſione conſequens beatitudinem in operatione duntaxat ſecundū animæ partem rationalem, nempe, intellectum & voluntatem conſiſtere. Adhibetur nihilominus. ¶ Tertia

cōcluſio. Beatitudo non conſiſtit in operatione hominis, quæ in hac vita caduca haberi poteſt. Probat. Beatitudo eſt vltima hominis perfectio: ergo vnicuiq; ſecundū modum ſuæ naturæ, quo perfici poteſt, contingit. In Deo namque quia eſſe & eſſentia & operari idem ei ſunt, beatitudo eſt eius eſſentia, neque alio quàm ſe ipſo fruitur, ſed alia propter ſe ipſum diligit. Angeli verò per vnicam operationē qua Deo coniungitur, ſunt beati: per illam namque operationem qua ſe cum Deo per eius gratiam coniunxerunt, meruerunt beatitudinem, quam in termino illius operationis adepti ſunt. Quare in via vnicum tantum habuerunt meritorum actum. In homine verò, quia diutius eſt in via, multæ ſunt operationes quibus ſempiternam beatitudinem promeretur: nulla tamen eius eſſe poteſt beatitudo. Felicitas namque, vt Ariſtotele. 1. & 10. Et hic oram auctor eſt, in duas diſtinguitur: altera enim eſt actiua quæ conſiſtit in operatione ſecundū virtutem, atque altera ſpeculatiua, quam in contemplatione ſubſtantiarum ſeparatarū collocauit. Haud enim naturaliduntaxat lumine aſſuſus ad veræ notitiæ beatitudinis pertingere valuit, quæ in intuitiua Dei contemplatione conſiſtit.

Felicitas contemplatiua & actiua.

¶ At verò q̄ in hac vita neutra eſſe valeat perfecta, atq; ad eō nec rationē induere beatitudinis, inde cōſtat q̄ cōtinua eſſe nequit, neq; firma & ſtabilis: quoniam neceſſe eſt, tum ſopore, tum & alijs officijs, quibus interdum vacare neceſſe eſt, interpollari. Neque contemplatio euidens eſſe poteſt, quia neq; Deū, in quo beatitudo conſiſtit, præſentem habemus. Quocirca Philoſophus. 1. Ethic. Beatitudinē huius vitæ imperfectā cēſuit, neq; noſ ſimpliciter beatos efficiere, ſed beatos vt homines: nepe, quæ ratione eſſe poſſumus in hac vita foelices.

Probatio cōcluſionis

¶ Contemplatio verò proprius veræ beatitudini appropinquat, quæ erit in cælo: quoniam foelicitas ſecundum virtutem moralem, tum circa res corporeas & temporarias ſæpè verſatur: tum præſertim in plures operationes diſpergitur, neq; in altero ſeculo eius neceſſitas perdurabit. Attamen contemplatio, & digniſſimæ potētiae eſt, nimirum intellectus, & obiectorum magis nobilium, ſcilicet, rerum ſpiritualium. Et eſt actio magis vna, quia veritatis ſpeculationi incumbit. Vnde Chriſtus Martha foelicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum eſt neceſſarium. Et quandam habet perpetuitatis imaginē, eo quòd in promptu ſemper homo habet contemplationis materiam: & ſi quando illam ſomno vel alia recreatio

creatione interrumpit, id facit, vt organa vegetiora ſint, & animus plus ad ipſam inſtaurandam vigeat. Nihilominus quauis contemplatio genere ſuo & obiecto excellior ſit, tamen proximorum neceſſitas ſæpiſſimè efficit, vt officia actiuae vitæ ſint cumulatoris meriti. Veram ergo beatitudinē in vnica Dei præſentis contemplatione conſiſtere neceſſe eſt.

Solutio primi argumti.

¶ Ad primum igitur argumentum reſpondetur, q̄ vita vno modo accipitur pro eo, quòd eſt eſſe viuētis: & ſic beatitudo non eſt vita, niſi in deo, cuius eſſe eſt operari. Sed alio modo accipitur p̄ operatione, ſicut diuiditur in actiuam & contemplatiuam: & dicimus viuere ſapienter eſt ſtudere. Et iſto modo beatitudo eſt vita: iuxta illud Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te verum, &c. vt illico explicabimus. Et ideo Paul. contulit meritum cum præmio dicēs. Habetis fructum, &c. quoniā in hac vita per opera ex fide & gratia per liberū arbitrium germinantia debemus ſanctificari, hoc eſt purificare cor. Et illi ſunt ſpirituales fructus: iuxta illud ad Galata. 5. Fructus ſpiritus ſunt, charitas, pax, gaudiū, &c. Atque hoc pacto promeremur præmiū, quòd eſt vita æterna. Vnde Matt. 5. Beati mūdo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

Roma. 9. Habetis &c.

Solu. 2. ar.

¶ Ad ſecundum reſpōdetur Boetium nil aliud docere voluiſſe quàm beatitudinē eſſe bonum perfectum atq; omnium bonorū complementum, ob idq; operationē illam per quā illud bonum poſſidetur appellauit ſtatum. Sed tamē de eſſentia illius nō eſt operatio ſenſus: ſed hoc probat argumētum, quòd operatio ſenſus antecedit ſubſequiturq; beatitudinē. Vt in ſecūda cōcluſione expoſitum eſt.

ARTICVLVS III.

Utrum beatitudo ſit potius intellectus quàm voluntatis operatio.



Vt cuſq; rem hætenus deduximus, quòd beatitudo eſt actus animæ ſecundum partem rationalem. Subſequitur ergo indagatio inter duas potētias rationales, quæ ſunt intellectus, & voluntas, in cuius illarum actu conſiſtat. Et arguitur, quòd in actu voluntatis, Beatitudo hominis, vt. 9. de ciuita. Dei, ait Aug. in pace conſiſtit, iuxta illud Pſal. Qui poſuit fines tuos pacem: pax autem in voluntate conſiſtit: nam eſt charitatem conſequens: ſecundum illud. ad Galat. 5. Charitas gaudiū, pax, &c. ergo ob ea-

Partis negatiue ar. 1.

titudo conſiſtit in actu voluntatis.

¶ Secundo. Beatitudo eſt ſummum bonū: ſed bonum eſt obiectum voluntatis: ergo beatitudo eſt eius operatio. 2. Argum.

¶ Tertio. Beatitudo, vt nomen inſinuat, eſt operatio omnium nobiliſſima, hæc autem eſt charitas, iuxta illud. 1. ad Corinth. 13. Horum autem maior eſt charitas: ergo in illa beatitudo conſiſtit. 3. Argum.

¶ In contrarium eſt illud Ioannis 17. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolū Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: vita namq; æterna eſt finis vltimus vbiq; in euāgelio, tanquam ſummum præmiū nobis propoſitus: ergo beatitudo hominis in cognitione Dei conſiſtit, quæ eſt actus intellectus. Pars affir.

¶ Quaſtio hæc multam & in Scholis celebrata atque eam ob rem compluribus opinionibus frequentata. Sunt enim tria in vera beatitudine coniuncta, nempe, viſio Dei, qui vltimus eſt finis noſter, & eiſdem Dei amor ac demum delectatio, quæ inde conſequitur. Tria in beatitudine.

Vnde opinionēs quot modis poſſant variantur: adeo vt ſint quinque. Quidam enim dicunt in nullo illorum actuum beatitudinē conſiſtere, ſed in omnium aggregatione. Alij in delectatione. Atque alij in amore, & alij in cognitione. Quinq; opinionēs.

¶ Prima opinio fuit Henrici Gandenſis, quæ ſecotus diſtinctione præſenti quaſtione. 1. refert ex eius quodlib. 13. quaſti. 12. Commentus enim ille fuit neſcio quam meditationem, quæ olim fuit celebris: nempe, quòd beatitudo conſiſteret in quadam circumin- Henrici prima opinio.

ceſſione, & illapſu Dei in eſſentiā animæ beatæ, ad modum quo ignis circumincedit illabiturque in eſſentiam candentis ferri, quòd trāſ formatur in ipſum. Qui quidem illapſus fiebat ex vi amoris. Nam vt Dionyſ. cap. 7. de celeſt. hierar. contemplantur: amor eſt virtus trāſ formatiua & conuerſiua amanti in amatum: quaſi à ſe exeat & in alio eſſe incipiat: iuxta illud euangelicum, vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt cor tuum. At quia creatura non poteſt naturæ diuinæ illabi, conuerſo Deus ipſe & beatum diligēs, & ab ipſo dilectiſſimus, per illum amoris feruorem ſit tanquam ignis, quo inſiſtā matus beatus ſit ſicut Deus. Quapropter ſecundum illum doctorem, beatitudo non eſt operatio perficiens potētiam, ſed illapſus dei primò perficiens eſſentiam, atque inde redundans in potētias. Tametiſi illapſus ille per operationem fiat voluntatis.

¶ Et probat ſuā opinionē primò, q̄ cum beatitudo ſit nobiliſſima perfectio, debet in nobiliſſimo ſubiecto recipi: eſſentia autē animæ perfectior eſt quàm potentia.

¶ Secundo

¶ Secundo. Quia cū beatitudo sit vltima perfectio rei, debet esse perfectissima coniunctio beati & beatantis: perfectissima verò cōiunctio fieri non potest per operationem, cum sit accidens, alioqui beatitudo esset accidentaria: ergo debet illa coniunctio fieri per essentias ipsas, vt Deus essentia beati illabatur, quam in se transformet. Item, quia gloria quæ est beatitudo, est gratia consummata: gratia autem, vt S. Thomas docet, est in essentia animæ, gratū reddente Deo. Et potissimè arguitur. Beatitudo nostra cōsistit in vltimo fine, qui est Deus, & non in aliquo accidente: ergo nō erimus beati quousq; ipse Deus sit nobis per essentiā coniunctus, & non per operationem. Et ideo Philosophi, aiebat Hēricus, quia nō cognoscebāt rationem verā beatitudinis consistere in Deo, ipsam in operatione collocabant.

Reprobatio opinionis.

¶ Hæc autem opinio licet quandam præferat imaginem veri, quia certè ita est, quod amor quoddammodo transformat amantem in amatum, illa tamen transformatione non est, quia vnum simpliciter fiant, sicut ex materia, & forma sit suppositum, sed quia amor infigit amantem in amatum: & ideo per metaphorā dicitur, & exaggerationis causa transformatione. Quare illa coniunctio non potest esse immediate per essentias, sed per illam amoris actionem. Illo enim pacto ait Christus Ioā. 17.

Ioā. 17.

pro eis, qui credituri sunt in merogo: vt omnes vnum sint. Sicut tu pater in me: & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, nō enim rogabat vt essemus vna essentia cum Deo, sicut filius est cum patre, sed quod quemadmodum pater & filius se mutuo amore diligunt, ita & nos semper esse cum ipsis per amorem conglutinati. ¶ Potissima ergo reprobatio opinionis est, quod illa circumscriptio, & illapsus per essentiam non est intelligibilis: duæ enim essentia nunquam fiunt vna nisi per in- firmationem, quod Deo est impossibile, neq; immediate coniunguntur, nisi per visionē hypostaticam, qualis fuit in Christo.

2. Argum.

¶ Et ideo bene arguit Scotus. Deus cum sit beatus præfens non aliter se habet q̄ prius, si essentiam vtriusque consideres: ergo nō potest coniunctio aliter intelligi, quam per operationem, seu intellectus seu voluntatis, quæ ideo operatio erit forma creaturæ qua sit beata.

3. Argum.

¶ Item creatura non potest Deum, vt formā recipere à quo ipsa denominetur beata, quia Deus non est in subiecto receptibilis: ergo recipit eum per accidens, scilicet, per operationem qua eum coniungitur.

¶ Postremò arguitur, Deus ipse, quauis sit beatus

per suam essentiā, ratio tamē est, quia essentia, & operatio, nēpe cōprehensio, qua se comprehendit, sunt idē, atque adeò ratione saltem differt beatitudo ab essentia: ergo in creatura, similiter beatitudo est eius operatio.

Argument.

¶ Quod si arguas. Ergo anima facit se beatā. Negatur consequentia. Si intelligatur, vt tota aut prima causa: quia non potest illam operationem, nisi Deo authore elicere, iuxta illud Psalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Præterea, ipsa sibi videtur opinio contradicere, dicens illapsum fieri per amorem, & nihilo minus prius fieri in essentia.

Solutio.

¶ Ad eius ergo primum argumentum respondetur, quod et si beatitudo sit nobilissima perfectio, tamen quia formaliter accepta, non est nisi operatio, non potest primum recipi in essentia, sed in nobilissima potentia, quam infra monstrabimus esse intellectum.

¶ Et eodem pacto respondetur ad secundum. Conceditur namque beatitudinem esse coniunctionem perfectissimam cum vltimo fine, possibilem tamen: nō autem est possibilis nisi per operationem.

¶ Ac perinde conceditur quod beatitudo nostra consistit in vltimo fine, qui est Deus tanquā in obiecto: formaliter tamen in operatione perfectissima qua nobis cōiungitur.

2. Opinio.

¶ Secūda opinio est Ricardi distinctione præfenti, artic. 1. quæstio. 6. quod beatitudo consistit complexim, & aggregatim in actu intellectus, simul, & voluntatis. Quocirca nomina les, vt Maioris quæstione. 3. dicit, quod beatitudo accipitur dupliciter, vno modo collectiue, & sic consistit in aggregato visionis amoris & delectationis: & alio modo diuisiue, quo pacto in quolibet illorum actu consistit: nam vt ait quæstio. 5. tanquam problema sustineri potest, quod actus intellectus sit præstator vel actus voluntatis.

Durandus.

¶ Durandus verò quæstio. 4. ait, quod si beatitudo accipiatur pro eo quod omnem beati perfectionem includit, supponit aggregatiue pro omnibus perfectionibus animæ & corporis quæ sunt in ipso, iuxta illud August. 13. de Trinita. ca. 5. Beatus est illē qui habet quicquid vult & nihil mali vult. Et iuxta illud citatum Boetij. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Si autem accipiatur pro eo, quod est omnium optimum, beatitudo est visio. ¶ At verò iste modus loquendi de aggregatione, quanquam prima facie quidpiam referat claritatis, nō tamen nervum rei attingit. Nomine enim beatitudinis non nisi cōiunctio cum vltimo fine designatur: quapro-

Reprobatio opinionis.

quapropter vnicam nominat, eandēque consummatissimam operationem, qua quidem vnica actio in ipsa omnia aggregatim bona. Eū uerò, vt rerum omnium vnica est operatio, quæ cum suo fine coniungitur, vt descensus grauis & ascensus leuis, & ignitio ignis, & visio oculi, &c. Ita & vnica esse debet actio, per quam homo suum vltimum finem possideat, quæ idcirco eius sit perfecta per essentiā beatitudinis, cui actiones aliæ sint annexæ: atque hæc est quam indagamus. Ineptum est ergo dicere, quod beatitudo consistat in plurium aggregatione.

3. Opinio.

¶ Tertia opinio fuit Aureoli, qui collocavit beatitudinem in gaudio, & delectatione. Ait quippe August. 10. confess. capit. 2. quod beata vita est gaudium de veritate. Et re vera opinio hæc nonnullum habet probabilis coloris: quia beatitudo videtur esse quies beati, & fructus eius vltimus: gaudium autem est vltimum, quod consequitur ex visione, & amore, in quod ideo beatus quiescit in Deo viso & amato, atque adeò est fructus quem ex illa visione capit.

Quarta opinio Scoti.

¶ At verò Scotus. q. 4. ait, beatitudinem consistere in amore, qui est actus voluntatis, quem ipse putat esse fructum: ob idque occasione ab eodem doctore sumpta, solet quæstio sub his terminis proponi. Vtrum beatitudo consistat in visione, an verò in fruitione. At verò Diuus Thomas & antiqui non interrogat, nisi vtrum consistat in actu intellectus, an verò in actu voluntatis, & sic certè est disputandum: nā de fruitione, qui nam actus sit, alia est quæstio. Et ideo nos claritatis gratia in duas quæstiones eam partiti sumus.

Principalis conclusio.

¶ Ad præsentē ergo vnica cōclusione respondetur, quæ est sancti Thomæ. 1. 2. q. 3. artic. 4. Beatitudo est actus intellectus: nempe, visio Dei. Ait quippe, quod essentia beatitudinis in actu intellectus consistit, sed ad voluntatem pertinet delectatio beatitudinem consequens.

Beatitudinis explicatio.

¶ Quod dialecticorum more sic explicare possumus. Nomen beatitudo supponit pro visione cōnotando amorem & delectationē: est enim visio Dei quæ amamus, quam delectatio consequitur. Probat. Primo sententia illa Christi citata, hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c. Hunc tamen locum sic cauillatur Scotus dicens, quod illic non accipiatur vita æterna pro vita beata, hoc est, pro vita in qua consistit beatitudo, sed est sensus, quod cognitio Dei est quedā vita quæ nunquā finitur, sed in perpetuum durat. Philosophus namque 1. 2. Metaph.

tex. 39. ait. quod cognoscere est viuere; & ideo si cognitio est æterna, qualis est Dei visio, erit vita æterna, non tamen inde sequitur, quod illa sit beatitudinis essentia.

Improbatio opinionis.

¶ Hanc tamen interpretationem, vt cum bonæ ueniam egregij doctoris loquimur, textus non grauer admittit: eadem enim ratione dānatorum cognitio, quippe quæ perpetua est, diceretur vita æterna. Adde, quod Christus non simpliciter dixit, vt cognoscant te, sed vt cognoscant te solum Deum, verum & quem misisti Iesum Christum, ubi Deum ipsum quæ ratione est finis noster, expressit, vt explicaret cognitionem illam esse perfectissimam eū illo coniunctionem, tanquam cum vltimo fine. Et ideo adiecit, Iesum Christū: qui in quantum Deus est eiusdem beatitudinis obiectum, & in quantum homo causa & medium ipsius consequendæ.

et cetera

Vita æterna

¶ Sed quid pluribus opus est? Nomine enim vitæ æternæ, vbicunque in euangelio nomen datur, designatur summum illud præmiū creatoris Dei, primò positum, quod à morte inferni distinguitur. Iuxta illud Pauli, ad Romanos. 6. Stipedium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Vnde Matthæi. 16. Quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Et infra. Qui reliquerit patrem aut matrem: &c. Ceterum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et Marci. 9. Bonum est tibi claudum intrare in vitam æternam, quam duos habentem pedes mitti in gehennam ignis. Et Ioannis. 3. Vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Vnde ante illa citata verba apud Ioannem, ait, Christus. Clarifica filium tuum, &c. vt omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est enim vita æterna, &c. Ecquis ergo colore vllō ambigere valeat, quin illic vita æterna pro æterna beatitudine usurpetur?

Alius cauillus.

¶ Aliter tamē solent Scoti discipuli locū illū interpretari, vt à sensu Sancti Thome illū diuertant: nempe, quod ibi cognitio nō accipiatur pro visione beatifica, sed pro cognitione fidei, quæ dicitur vita æterna, eò quod sit primum fundamentum quo itur ad vitam æternam.

Redargutio.

¶ At verò cum nulla illic fiat cognitionis restrictio, sed simpliciter Christus dixerit, vt cognoscant, planè denotauit totā Dei cognitionē, quæ est vita æterna. Illa etenim vita hinc incipitur per ænigmaticā fidei cognitionē, & in patria perficitur, & cōsummat per visionē, & nihilominus est vna, nisi quod in hoc seculo nō est cōfirmata. Nā vita gratiæ quæ hinc fundatur in fide, suapte natura & ingenio, nisi nostra obstat

obstet culpa; perpetua est; quippe quæ neque per corporis mortem interrumpitur, sed permanet in anima, in qua loco fidei succedit visio, eandem perpetuans vitam. Dicens ergo Christus; hæc est vita æterna, vt cognoscatur te, nō solam fidem, verum & præcipue visionem significauit, per quam Christus clarificatus est patrem, cum offerat ei in patria beatorum regnū, q̄ hic acquisiuit, nēpe sponsam suam ei reddens sine macula & sine ruga, qualis vniscuiusq; anima de fonte baptismatis resurgit. Quocirca Augusti lib. 1. de trini. Et Magister sententiarum, in hoc sensu tāquam certissimo & receptissimo tractant hunc locum de vita æterna.

Ratio Sancti Thomæ.

At verò ratione S. Thomæ profectò conclusio planè dilucidata; cōstabilitur, quæ est hæc. Beatitudo (q̄ nemo negare potest) est cōsecutio vltimi finis, quæ, scilicet, Deū possidemus & cōprehēdimus iuxta illud Matt. 2. 5. Venite benedicti patris mei possidete regnū. Et secundū illud Pauli. 2. ad Corint. 9. Sic currite, vt cōprehēdati: Deū autē non per actū voluntatis, sed per visionem consequimur, possidemus, & tenemus, &c. ergo visio est beatitudo. Probatur minor. Voluntas fertur in finem, & absentem dum ipsum desiderat, & præsentem dum in ipso quiescens delectatur; desiderium autem finis absentis constantissimum est, non esse finis cōsecutionem, sed motum in ipsum, quod idcirco desiderantem cruciat: delectatio verò quæ habetur, dum finis est præsens, nō potest eius esse cōsecutio: imò potius illum iam obtentum & possessum supponit: non enim finis possidetur ex eo, quod delectat, sed ex eo potius quod possidetur, delectat: non ergo cōsecutio finis est actus voluntatis, Ex quo fit vt sit actus intellectus. Hæc tamē ratio Sancti Thomæ nonnullis videtur lubrica, & manca, quia dū de solis desiderio & delectatione probet non esse cōsecutionem finis, infert cōsecutionem nō esse actum voluntatis: & tamen deberet probare non esse amorem Dei præsentis, in quo eam Scotus constituit. Veruntāmen si ratio penitus inspiciatur, est profectò efficacissima. Supponit enim quod actus voluntatis, qui est amor, cum sit indifferens ad rem præsentem & absentem: non est rei comprehēsiō: quia cōsecutio rei est actus per quem res habetur præsens: & ideo excluso desiderio quod est rei absentis, si aliquis actus voluntatis deberet esse affectio Dei, ille deberet esse delectatio, quæ non est nisi rei præsentis: cum ergo illa nō sit, fit vt neq; vlla voluntatis operatio sit finis adeptio & possessio.

Impugnatio.

Sed arguitur. Pariter cognitio Dei est indifferens ad absentem & præsentem, & nihilominus per cognitionem consequimur Deum. Respondetur, id verum esse de cognitione in genere, tamen visio nō est indifferens, sed natura sua est rei præsentis, inō Deas per visionem fit præsens, atq; adeo apprehenditur.

Et per hoc confirmatur superior ratio. Si aliquis amor esset cōsecutio Dei, maximè esset ille qui est rei præsentis: ille autem præsupponit iam rei præsentiam per visionem: ergo visio ipsa per quā Deus fit nobis præsens est Dei affectio, apprehensio, & tentio. Imò amor, vt dictum est, idem erat licet nō tam firmus antea rei absentis, visio verò minime. Itaque idem argumentum, quod probat de delectatione, probat & de amore, quod nō sit cōsecutio Dei, Ob idq; Diuus Thom. 3. contra gēt. ca. 2. 6. vtrunq; probat, sed in summa quia vtrunq; idē erat omisit tanquā superfluum de amore multiplicare argumenta. Quin verò, quæ non suspicabatur aliquem constiture finis cōsecutionem in amore. Nam, vt aliud instruamus argumentum, profectò quanuis deberet beatitudo in actu voluntatis constitui, non esset in amore collocanda, sed in delectatione, quæ est visionis fructus, atque adeo fruitionis terminus, vt illico articulo, proximo monstrabimus: est enim sui voluptatē de re obtempa captare. Sed ait nihilominus Scotus, q̄ beatitudo non consistit simpliciter in amore, sed in amore Dei visi, ac si dicas in amore Dei habitū, vt præsentis, non ergo amor est actio, per quam Deum habemus, sed illa visio quæ præsupponitur ad illum amorem: & in eius obiecto includitur, cum dicitur in amore Dei visi.

Alit verò rursus per vtrāque potentiam nos consequi Deum: scilicet, per visionem, & per amorem: sed visio præcedit, & ideo amor, qui subsequitur est perfectior, iuxta doctrinā Aristot. 9. Metaphy. tex. 15. dicentis, quod posteriora sunt perfectiora. Verūtāmen hoc, q̄ affirmat nō probat: scilicet, q̄ amor sit cōsecutio: imò contrariū, vt ait D. Tho. circa fines sensibiles cōpertum est. Cupidus nāq; pecunię nequaquam per eius amorē illam consequitur, sed illo amore incitatur ad conquirendum illam, quam tandem manu assequitur, vel alio possessionis genere. Et auid? cibi certè non consequitur per amorem cibū, sed per gustum, & auidus musicę per aurem, & amicus pulchri per visum. Et dum per illos sensus rem possidet, tunc delectatur in re habita & obtempa. Simili ergo modo in Deo à principio per desiderium cupimus ipsum consequi: cō

Redegitio.

S. Tho. 3. cō. gēt.

Aliud arg.

Scoti cogitationes re futatur.

Sententia Scoti.

Sensibilium exempla.

qui: consequimur autem per hoc, quod sit nobis præsens: fit autem præsens per actū intellectus, eo quod res est intelligibilis, quæ aliter nō potest attingi. Et tunc voluntas quæ illā possessionem optabat, illum firmius diligit, atque adeo iam in ipso habito delectatur. Igitur ineptum est duas fingere cōsecutiones, nam post quā rem semel cōsequimur, nō opus est alia cōsecutione, sed subsequitur nō in re amata & habita delectatio: quis enim rem adeptā ad piscitur? Atqui hic est sensus verbi Augustini supra citati. 10. confessio. quod beatitudo est gaudium de veritate, hoc est, beatitudo est cōsecutio veritatis, quam consequitur gaudium. Præterea ad maiorem horum explicationē arguitur. Hoc differt cognoscitiua potentia ab appetitiua, q̄ cognoscitiua est apprehensiuā rei, quippe cuius actus consistit in eo quod est obiectum recipere: per species em̄ quas recipit ab obiecto ipsum cognoscit, & cognoscendo apprehendit, appetitiua verò potentia nō est apprehensiuā, sed eius agendi modus est ferri in obiectū: ergo certè per amorē nō apprehēdimus Deum, sed per visionem: & cum beatitudo sit Dei comprehensio, vt, ait, Paulus, atq; adeo eius possessio, fit vt non sit amor, sed visio. Item beatitudo est sufficiens bonum: hoc autem cōsistit in hoc quod Deus ostendat se nobis, secundū illud Ioan. 14. Qui diligit me ego diligam eum, & ostendam me ipsum illi. Et Philippus. Ostēde nobis patrem, & sufficit nobis. Manifestum autem est Deū non se nobis ostendere per amorem nostrum, sed certè per visionem. Glossat autem Scotus dictum Philippi, quod loquebatur de sufficientia quantum ad credendum per fidem, si ostenderetur ei pater. At profectò in hoc quod, ait, ostende, non significat, nisi desiderium vidēdi ad quod ducimur per fidem: & ideo Augustinus libr. 1. de trini. per illam ostensionem, visionem intelligit, vt statim videbimus.

August.

Optimū argumen.

Aliud argu mentum.

Præterea. Beatitudo cōsistit eo per quod efficiamur Deo similes: nam ratio filij in similitudine consistit, iuxta illud. 1. Ioā. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus: quia cum apparuerit, inquit, similes ei erimus: per quid autem efficiamur similes, declarat subdens, videbimus eum sicuti est. Eodemq; alludit Paul. 2. Corinth. 7. dicens. Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, & non per speciem: sed habemus voluntatem peregrinari à corpore, & esse præsentem ad dominum &c. ergo esse præsentem est videre faciem ad faciem: atque adeo id ipsum est illum consequi,

habere, tenere, & possidere. Præterea. Beatitudo est præmiū quod Deus nobis confert in patria, id autem, quod nobis confert, est visio: ad quam non modò concurrunt specialiter, vt ad amorem, sed in ratione speciei, vniendo se intellectui nostro, ipsumque subinde per lumen glorię eleuando, vt ipsum cōspiciamus: amor verò ille firmissimus consequitur illam visionem: quasi voluntas in Deum visum naturaliter feratur. Adde denique, quod summa miseria, & poena damnatorum est poena damni, quæ est carentia diuinæ visionis: ergo in visione consistit beatitudo.

At verò quoniam Augustinum Scotus & August. fui in suam ipsorum sententiam cogere con tendunt, consulatur ipse vbiq; & potissimū lib. 1. de trinita. & constabit multo euidentius hanc suam fuisse sententiam, quā S. Thom. Etenim capit. 8. tractans illud ad Colossem. 3. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ante, inquit, quā id fiat, videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Hæc enim, inquit, nobis contemplatio promittitur actionum omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum, Vbi visionem appellat contemplationem finis, & præmiū nostrorum operum. Vnde subdit illud Ioannis iam à nobis citatum. Scimus quia cū apparuerimus similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et subdit. Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, de qua contemplatione & visione intelligit illud Pauli. Cum tradiderit regnum Deo & patri: quasi illa sit regni possessio: quid clarius? Et capit. 9. In Dei, inquit, visione merces tota promittitur delectationis, & desiderij nostri. Nunquid non merces idem est quod meritum præmiū? Glossat tamen Scotus, quod visio sit merces intelligentiæ, non tamen hominis. At verò Augustinus non ait, quod sit nisi merces quæ promittitur omnium nostrarū actionum & desiderij nostri præmiū. Et capit. 10. In illa cōtemplatione Deus erit omnia in omnibus: quia nihil ab illo aliud homo requirit, sed solo ipso illustrari perfruique sufficiet. Mirandum est quomodo Scotus hūc locum pro se afferat, cum aperte dicat in illa contemplatione Deum esse omnia in omnibus, quod est esse omnium præmiū. Sed & capit. 13. pluries, quā quinquies id explicatissimè inculcat. Beati enim, inquit, mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt, quia summum præmiū promittitur iustis. Et rursus. Hæc vita æterna

est illa visio, quæ non pertinet ad malos. Et rursus. Visio formæ Dei solis pijs exhibebitur, quorum dilectioni hoc ipsum promittit, quia seipsum ostendet eis. Et ut alia missa faciamus, circa finem enarrans illud Ioan. 14. Qui diligit me, ego diligam eum, & ostendam me ipsum illi, visio, inquit, sola est summum bonum nostrum, cuius adipiscendi causa præcipimur agere quicquid rectè agimus. Perspice quod ubi dixit Philippus. Ostende nobis patrem & sufficit nobis, de visione loquebatur, quæ est sufficiens bonum. Et libr. 13. cap. 5. Beatus, inquit, non est nisi qui & habet omnia, quæ vult, & nihil vult male. Non ergo, ait, beatitudinem esse, velle seu amare ea quæ habes, ut Scotus glossat, sed habere & possidere ea quæ vis, & amas: ergo visio per quam Deum quem amamus habemus, est beatitudo. Sed nihil malè velle requiritur ad beatitudinem, sicut quædam dispositio voluntatis, nam qui mala vult, in fœlicior est possidendo, quàm si ea consequi nequiret. Certè qui hanc veritatem negant, non tam Diuo Thomæ, quàm Diuo Augustino bellum indicunt.

Scoti arg. ¶ Accersit verò Scotus in suum patrocinium. Augustinum lib. 1. de doctri. cap. 32. dicentem, quod hæc est summa merces, ut Deo perfruamur. Hunc autem locum tractabimus articulo proximo.

August. ¶ Sed nunc dicimus visionem ipsam qua Deus possidetur, esse fruitionem, nempe actionem qua capitur delectatio. Ait namq; idem Aug. in lib. de moribus eccle. ca. 3. Quid est aliud quod dicimus frui, nisi præsto habere quod diligis?

¶ Arguit præterea Scotus, quod beatitudo debet esse nobilioris potentie, voluntas autem est nobilior, & præstantior, quia obiectum eius est bonum. Veruntamen quavis hic locus non vacet ad amicum disputandi de collatione hac voluntatis cum intellectu, certum est tamen Philosophum. 10. Ethico. ca. 7. expresso probare intellectum esse potentiarum perfectissimam, ac diuinitissimam: qua de causa, summam hominis fœlicitatem in vita contemplatiua collocavit, quo nihil potuit euidentiùs in nostrum fauorem asserere, licet religione Christiana non esset imbutus. Ecqua enim est summa contemplatio, nisi illa Dei visio?

Omnis homo naturaliter scire desiderat. ¶ Imò illud primi metaph. Omnis homo naturaliter scire desiderat ad id ipsum pertinet. Haud enim desiderium illic naturale hominis qualecūque insinuat, ut est desiderium comedendi, ambulandi &c. Sed summum desiderium, quod est hominis suprema fœlicitas. Quemadmodum grauis appetitus est quiescere in cœ-

tro, & leuis sursum. Nempe quia est rationale animal, & rationis est sapere. Ob idque in visione illa qua summa veritas conspicitur, ex quo fonte veritates omnes quæ in hac vita sciuntur, deriuantur, beatitudo consistit. ¶ Quapropter ait. 10. Metaph. tex. 29. Præstantissimam omnium diuinitissimamque operationem esse contemplationem, quam, ait, esse deorum vitam. Quin uerò idèò videre Deum est vita æterna, quia est visio, ac perinde possessio vitæ æternæ. ¶ Atqui quod intellectus sit præstantior potentia quàm voluntas, inde D. Tho. 1. part. q. 82. art. 3. demonstrat, quod ratio obiectiua intellectus, nempe, verum, spiritalior sit, quàm ratio boni: nam verum cognoscimus abstractendo à materia, ut. 3. de anima docet Philosophus. Bonum autè sumitur per respectum ad subiectum, quia alicui est conueniens. Et ideo intelligere abstrahit ab existentia rei: intelligimus enim simpliciter res quæ non sunt, nec sub ratione existentie. At verò licet velimus ea quoq; quæ non sunt, non tamen ea cupimus & amamus nisi referendo ad existentiam, quia cupimus ea habere: quod autem abstractius est à materia & ab existentia, altius est, & purius. ¶ Fallax ergo est ratio Scoti quod intellectio, quia prior est amore sit imperfectior. Non enim est prior in genere causæ materialis, de quibus loquebatur. 9. Metaph. Philosophus, sicut imperfectior est anima sensitua qua prius viuit embrio, quàm intellectiua qua viuit posterior, sed est prior in genere causæ efficientis, & ideo est perfectior, sicut causa prima quàm secunda. Lumen enim rationis est voluntatis lux, & intellectus dux eius, quare certè intellectio natura sua præstantior est, ut Aristote. docuit. ¶ Contra hæc autem obijcit Scotus illud Pauli. 1. ad Corinth. 13. Horum autem maior est charitas, & dictum Anselmi lib. 2. Cur Deus homo capi. 1. Peruersus ordo est velle amare propter intelligere, imò intelligendum est, ut amemus. Tertio, quia corruptio actus voluntatis, nempe, velle malum, peruersius est quàm corruptio actus intellectus, nam intelligere malum non est malum: ergo velle bonum perfectius est, quàm intelligere bonum. ¶ Ad hæc autem respondetur primum, quod hoc arguendi genus est res ab vno proposito in aliud diuertere. Cum enim ratione naturali probamus actum intellectus esse perfectiorem, non loquimur in genere moris, sed in genere entis, quare indifferens est huic proposito quod velle bonum sit magis meritorium, quàm intelligere & quod charitas sit hoc pacto præstantior. Secundò, Paulus non comparauit charitatem

Intellectus est præstantior potentia.

Obiectio Scoti.

Argumentorum distinctio.

ritatem ad actum perfectissimum intellectus, sed ad finem & spem, quæ sunt actus viæ, & non manent in patria. Non autem dixisset, quod charitas patriæ est præstantior visione Dei, per quam Deum comprehendimus, & ei similes efficiamur, & per quam se nobis ostendit, & ad sui amorem nos necessariò trahit.

Alius ordo in via quæ in patria.

¶ Tertiò deniq; annotandum est maximè, quod alius est ordo in via inter charitatem & cognitionem Dei ænigmaticam, atq; alius in patria inter visionem, & confirmatam charitatem. In via namq; perfectior est charitas, quàm fides & spes, ut, ait, Paulus: nam fides ordinatur ad charitatem, ut, ait, Anselm⁹, imò omnes naturales scientias ad hoc debemus referre, ut per visibilia, quemadmodum, ait, Paulus, Deum cognoscamus, ac subinde amemus: sed tamen visio beata non ordinatur ad amorem tãquam medium ad finem, imò ipsa visio est finis, in qua voluntas conuiescit. Igitur vita beata incipit à cognitione fidei, quod progreditur per amorem ad Deum, qui est per visionem possidendus. Itaq; debemus Deum hic intelligere, & intelligendo, ut, ait, August. amare, & amando possidere. Hoc est, sicut per intellectum promouemur ad amorè, ita per amorem perducimur ad comprehensionem.

Alia Scoti argumenta.

¶ Tandem, ut finem faciamus arguit Scotus. Vltimus finis intrinsecus hominis est illud quod est summè volendum, sed velle ipsius voluntatis magis est volendum quàm intelligere, quia vnaquæq; res plus appetit suam perfectionem, quàm alterius: velle autem est perfectio voluntatis, & intelligere perfectio intellectus. ¶ Item velle voluntatis propinquius est sibi, quàm intelligere, ergo, propinquius per velle tendit in suum finem, quàm per intelligere.

¶ Item tertio arguunt discipuli eius. Vltimus finis est summum bonum, sed bonum est obiectum voluntatis: ergo immediatius per actum voluntatis assequimur finem quàm per actum intellectus. ¶ Ad primum respondetur, non esse loquendum de voluntate & intellectu ac si essent duo supposita distincta, quia non sunt nisi duæ potentie eiusdem suppositi, & actiones proprie sunt suppositorum, ut. 1. de anima ait, Philosophus, & ideo respondetur legitimè, quod voluntas non appetit magis suum bonum quàm bonum intellectus, sed homo per voluntatem appetit summum sui ipsius bonum, putà Deum possidere: & quia id non possumus nisi per visionem, illud est quod summè per voluntatem appetit. Imò id ipsum est summum bonum voluntatis. ¶ Ad secundum verò respondetur, primò, quod siue voluntas immedia-

tiùs vniatur Deo per suum velle, quàm per intelligere, siue fecus: nihil ad rem, quia ille actus voluntatis non est affectio obiecti, qua, scilicet, homo vel anima ipsum comprehendit. Quin uerò ille amor præsupponit consecutionem. Secundò respondetur, quod non est ad hoc attendendum, an velle sit immediatior actus voluntatis, sed quod sit immediatior actus fini, per què anima finem ipsum consequitur, & ille est visio quæ ponitur in obiecto amoris: nam amor patriæ est Dei prius visio. ¶ Pro solutione tertij notandum est, quod verum & bonum, cum sint transcendentia, de se mutuò prædicantur: omne enim bonum est verum, & omne verum est bonum: voluntas autem beati non fertur in rationem boni in abstracto, sed in bonum hoc singulare: bonum igitur summum voluntatis est Deus visus. Est ergo sophisticum argumentum. Conceditur enim, quod vltimus finis est summum bonum, & quod bonum sit obiectum voluntatis, negatur verò consequentia cum infertur: ergo consequimur præstantius vel immediatius ipsum per actum voluntatis: quoniam illa ratio boni quod homo per voluntatem appetit consistit in Deo, què homo vel anima tanquàm intelligibilem veritatem per intellectum assequimur.

Verum est bonum.

Aliud argumentum.

¶ Aliter arguunt alij. Si ille qui Deum videt non haberet amorem eius, & gaudiū Dei, non esset beatus: ergo beatitudo non in visione sola, sed in omnium congregatione consistit. Respondebitur articulo proximo. Quoniam res hæc (& ut arbitror sine causa) nimium est apud quosdam in controuersia posita, boni consulat lector quod tam multis eam tractauerim.

Solutio primi argum.

¶ Ad primum igitur argumentum in capite quæstionis positum respondetur, quod pax non est essentia beatitudinis, sed ipsam antecedit, & consequens: quia omnia perturbantia in hac vita pacem per Christum, qui fuit princeps pacis remota sunt, & forsitan de hac pace ecclesiæ militantis vaticinabatur Psalmista. Sed nihilominus est pax alia cœlestis, de qua ait, Paulus, quod exuperat omnem sensum, & illa est consequens beatitudinem: est enim tranquillitas & quies animæ in Deo viso. ¶ Ad secundum negatur consequentia, quod si beatitudo est summum bonum, & bonum est obiectum voluntatis, beatitudo consistat in actu voluntatis. Nam si consistere accipiatur tanquàm in obiecto & vltimo fine, potius, ut, ait S. Thom. sequitur contrarium: nam actus voluntatis non potest esse eius primum obiectum, sicuti obiectum primum visus non est visio. Si autè consistere accipiatur tanquàm in operatio

ne per quam assequimur vltimum finem, iam monstratum est, quomodo bonum illud vltimum quod voluntate cupimus, non per eius operationem consequimur.

Aliud argumentum.

¶ Quod si quis sic redarguat, primo mouentis respondet vltimus finis, veluti vltimus finis exercitus est victoria, quæ est finis ducis mouentis omnes: primum autem mouens est voluntas, quæ omnibus viribus vitur: ergo beatitudo est operatio voluntatis. Respondetur ad maiorem, quod si intelligas vltimum finem respondere primo mouenti, id est, quod per actum primi mouentis apprehendatur, falsum est: sed respondet ei, quia primum mouet ad illum assequendum. Potentia enim quæ primo ostendit finem est intellectus: sed voluntas mouet & intellectum & reliquas potentias ad illum assequendum, & tandem homo assequitur ipsum per alias potetias: vt dulce per gustum, & Deum per visum. Veruntamen voluntas, vt fuit primum mouens, ita postea in obiecto comprehenso quietatur ipsoque fruitor. ¶ Tertium verò argumentum iam solutum est, vbi ostendimus, quod intellectio in genere entis est præstantior, quia est prævia dilectioni, & lux eius, & ideo per ipsum primum attingimus rem quia nihil diligimus nisi præcognitum, vt. 10. de Trinitat. ait. August. Quamquam volitio sit nobilior in mouendo, præstantius tamen est simpliciter dirigere, & attingere quam mouere.

ARTICVLVS. III.

Vtrum fruitio sit actus appetitiuæ potentie.



¶ Quoniam constitutum est beatitudinem in actu intellectus consistere. Queritur de fruitione quæ est fructus perceptio, quam habeat cum beatitudine connexionem. Vtrum, scilicet, sit actus appetitiuæ potentie. Et arguitur à parte negatiua. Fruui, vt nomen ipsum plane sonat, est fructum de re capere: sed fructus humanæ vitæ, idem esse videtur, quod eius beatitudo & finis, quem per intellectum, vt dictum est, assequimur, in cuius actu beatitudo formaliter, vt ostensum est, consistit: ergo fruui non est appetitiuæ potentie, sed intellectus.

Partis negatiue argumentum. 1.

2. Argum.

¶ Secundò. Quelibet potentia habet proprium finem, qui est eius perfectio, sicut finis visus est videre: & finis auditus sonos percipere: & sic de alijs: sed finis rei est fructus eius: ergo fruui

est potentie cuiuslibet, & non solius appetitiuæ. ¶ Tertio arguitur. Fruitio est delectationis perceptio: sed delectatio sensibilis pertinet ad sensum apprehensiuum, vt delectatio cibi ad gustum, & delectatio pulchri ad visum: ergo ea de ratione delectatio intellectualis (qualis de Deo percipitur) pertinet ad intellectum.

3. Argum.

¶ In contrarium est sententia illa celebris August. 1. de doctri. ca. 4. & 10. de Trinit. Fruui est amore inhærere alicui rei propter se ipsam, sed amor est actus voluntatis: ergo & fruitio, imò videtur fruitio idem esse amor.

Pars affirmatiua.

¶ Quæstionem hanc ad literam cum istis argumentis proponit & tractat D. Thom. 1. 2. q. 11. artic. 1. Quam sic moueamus duximus, vt eius mentem pro captu nostro exponeremus: imò, ni fallor, vt planissimam veritatem vix intellectam curarem explicare, quæ plurimum ad beatitudinis notitiam refert. Respondetur ergo ad quæstionem quinque conclusionibus.

Decisio ar.

Prima statuitur sub eodem verborum tenore, quo illam statuit S. Tho. Fruitio est actus appetitiuæ potentie. Ad intellectum autem huius conclusionis, videlicet, ad intelligendum quomodo sit actus voluntatis, elicita ne, an imperatus, supponenda est nominis significatio latina, ab illis qui de nominibus tractant. Apud Latinos enim (vt omnes consulti compertum fiet) fruui est voluptatem de re captare: nomine autem voluptatis intelligitur, delectatio & gaudium. Enimvero vt D. Tho. 1. 2. q. 31. disertè docet, quies, delectatio & gaudium differunt, vt magis commune & minus commune. Quies enim est generale nomen ad res vniuersas. Est enim perfectio, quam res consequitur ex eo quod suum finem vltimum attingit: vt cum terrea moles descendit ad centrum, & ignis ad locum sui elementum. Et dicitur illa quies, hoc est, naturalis cessatio motus, & consecutio loci ad quem naturalis appetitus rei propendet. Res autem cognitione pollentes hoc differunt ab alijs cognitione carentibus, quod cognoscunt & sentiunt illam finis adeptionem, & ex illa cognitione resultat in eorum appetitu motus qui dicitur delectatio, quæ est passio eiusdem appetitus. Itaque delectatio est res inferior quam quies, omnis enim delectatio est quies, quando est cum cognitione: non autem omnis quies est delectatio, vt patet in rebus insensibilibus.

1. Conclusio

Fruui.

Quies, delectatio & gaudium.

¶ Rursus quia cognitio alia est sensitua, & alia intellectiua & rationalis, cognitionem sensituiam consequitur mera delectatio, quæ non habet altius nomen: cognitionem verò rationalem consequitur delectatio, quæ sortitur nomen gaudij. Vnde Auicena, libr. suo de anima,

Auicena.

ma. gaudium, inquit, est quedam delectationis species. Et Damascenus, & Gregorius Nicenus aiunt. Delectamur in his quæ naturaliter etiã secundum corpus concupiscimus, ea adipiscetes, & in his quæ concupiscimus secundum rationem. Gaudiũ verò illa sola delectatio est, quæ ratione sequitur. Ex quo fit, quod dum homo secundum appetitum sensituum de re aliqua delectatur, quam, quia mala est aueratur ratio, delectatio illa nomen gaudij non fortitur.

¶ Hinc fit, quod gaudiũ proprie non in appetitu sensituo, sed in intellectu, nempe, in voluntate suscipitur. Est ergo motus voluntatis quæ non est volitio, sed passio seu affectus. Nam etsi dicatur passio, profectò non tam proprie hoc nomen meretur, quam delectatio sensualis. Quoniam in appetitu sensituo fit delectatio cum aliqua transmutatione corporali, vt eadem. q. artic. 4. ait, D. Tho. sicut dum aqua calefit. Delectatio verò appetitus rationalis nihil aliud est quam simpliciter motus voluntatis, nempe passio: sine aliqua tamen corporali transmutatione. Vnde Aug. lib. 4. de ciuit. Dei. Cupiditas, inquit, & lætitia nihil aliud est, quam voluntas in eorum consecutione quæ volumus.

August.

Gaudium & lætitia.

Cicero.

Psal. 15.

Fruui.

¶ Veruntamen inter gaudium & lætitiã secundum nominum proprium significatum, hoc interest, quod Gaudium est affectio animi, dum ad mensuram rationis exhilaratur, neque ultra modum foras effunditur. Lætitia vero cum ita mouetur vt exterius, præcipue in vultu immodicè egrediatur. Quare Stoici, passionem repellentes, gaudium sapienti permittebant, non tamen lætitiã. Vnde Cicero. 4. Tuscul. Cum ratione, inquit, animus mouetur placidè atque constanter, tunc gaudium dicitur: cum autem inaniter & effusè exultat, tunc illa lætitia, gestiens vel nimia dici potest: quæ est animi elatio sine ratione. At verò in sacris hæc non obseruatur differentia. Imò illa gaudij beatorum exuberantia, & delectatio, & lætitia etiam nuncupatur: iuxta illud Psal. Delectationes in dextera tua vsq; in finem. Et rursum, adimplebis me lætitia cum vultu tuo.

¶ Igitur quò ad rem reuertamur. Fruui est voluptatem seu delectationem & gaudium captare de re. Id quod D. Tho. pro constantissimo supponit. Ait quippe, quod fruitio & fructus ad idem pertinent, & quia nomina ab ijs quæ sensui patent imponuntur rebus, & fructus est sensui patentior, fruitio dicitur à fructu, sicut cibatio à cibo, & ædificatio ab ædificio. Est enim fruitio per quam percipitur fructus sicut cibatio, actio, qua sumitur cibus. Et ideo sub distinctione concludit, quod fruui pertine-

re videtur ad amorem vel delectationem quã aliquis habet de expectato, quod est vltimus finis: non, ait, esse amorem, sed pertinere ad ipsum. Imò quanuis sub distinctione dicat, videtur, affirmare tamen apparet fructum non esse nisi delectationis captionem, quã aliquis percipit de vltimo fine expectato, & possesso. Nam certè nomine fructus id intelligitur iuxta verbum Augustini loco citato. 10. de Trinita. ca. 10. Fruimur cognitis in quibus voluntas ipsa propter se ipsa delectata conuiescit. Et ideo idem Diuus Thomas quæstio. 4. artic. 4. vbi definiuit beatitudinem consistere in visione, subdidit, sed ad voluntatem pertinet delectatio, beatitudinem consequens: iuxta verbum Augustini, beatitudo est gaudium de veritate: quia gaudiũ est consummatio beatitudinis. Fruui ergo profectò non est nisi voluptatem capere de fine expectato, & obtento. At quia finis, ait, D. Thomas, & bonum est obiectum appetitiuæ potentie, manifestum est, quod fruitio est actus appetitiuæ potentie. Hætenus Diuus Thom. ¶ Ex his subsequitur secunda conclusio. Fruitio, si accipiatur effectiue pro actione per quam captatur voluntas, & delectatio, non est actus elicitus voluntatis, sed intellectus, nempe ipsa visio, qua ratione est obiectum voluntatis, sed si accipiatur formaliter pro ipsa receptione gaudij, est motus voluntatis. ¶ Prior pars patet imprimis apud S. Thomam in verbis proximè præcedentibus. Colligit enim fruitionem esse actum voluntatis, quia finis, vnde captatur voluptas, est obiectum voluntatis, obiectum autem voluntatis est visio, nempe, Deus visus: ergo non aliter intelligit fruitionem esse voluntatis, nisi quia per illam visionem quam expectauit voluntas, & presentem amat, capit voluptatem & gaudiũ: illa autem visio non est actus elicitus voluntatis, sed volitus: ergo operatio per quam voluntas capit voluptatem, non est actus eius elicitus, sed intellectus.

August.

Secunda conclusio.

Probatio.

Secunda etiam dicitur plana probatio.

volita à voluntate, est fruitio, & subdit. Finem hunc intellectus consequitur tanquā potētia agens, voluntas autem tanquam potentia mouens ad finem: nempe, quia mouet intellectū: & tanquā fruens sine iam adepto, id est, tanquam percipiens fructum, & gaudium ex illa visione. Ecce ergo quomodo fruitio est actus elicitus ab intellectu, sed volitus, & imperatus à voluntate, quare expressè quæst. de potentia Dei, quæst. 5. articu. 1. ad. 15. ait, quod visio est fruitio.

Roma. 6.

Hæc doctrinam explicuimus super illud ad Roman. 6. Habemus fructum in sanctificationem, sed visa fuit noua, & nonnulli Diui Thomæ discipuli propterea existimant durā, quia cum Diuus Thomas in cap. quæstionis. 8. proponat prius agere de actibus voluntatis immediate ab ipsa elicitis, & in eorum numero. quæstio. 1. 1. collocaet fruitionē, nequeūt sibi aliud persuadere, quā quod est actus elicitus à voluntate. Cum tamen verba eiusdem doctoris modò relata expressissima, & planissima maius afferant pondus ad probādum esse actum elicitum intellectus, nempe, visionem, quatenus obiectū est voluntatis mouētis intellectū.

Exponitur D. Thom.

Ratio autem ob quam fruitionē inter actus voluntate elicitos collocauerit, est, quam in secunda parte cōclusi. explicuimus: quoniam licet per visionem in genere cause efficiētis percipiatur delectatio, illa tamen, vt supra explicuimus, est motus voluntatis: & ideo delectatio recipitur tanquā in subiecto in voluntate, quippe quæ potentia est, per quam formaliter gaudemus, & tristamur, eo quod isti sint voluntatis affectus, & quodāmodo passiones. Quare captatio voluptatis formaliter sumpta est (non dicam actus elicitus) sed motus voluntatis, quia nō est propriè actio, sed passio: licet fiat, vt diximus, sine trāsmutatione, & ideo dicatur affectus. Actio verò per quam suscipitur, est visio, sicut per actionem ignis calefit aqua. Illi autem qui de voluntate & intellectu sic diuisim existimant, ac si duo essent supposita, non possunt intelligere quemadmodū per actum intellectus in voluntate percipiatur delectatio: qui vero veritatē penetrāt, atq; adeò intelligunt esse potētias eiusdem suppositi, & actiones esse suppositorum, faciliè subinde intelligent quemadmodū homo, vel anima per vnā potentiam delectationem recipiat quæ est passio alterius.

Probatio alia.

Hæc verò doctrina, ne videar illam dūtaxat tanq̄ S. Tho. susbinere; probatur ratione physica. Voluntas enim est per quam res appetimus: atque adeò ipsa est primum mouens po-

tētias omnes & corporis organa ad suos consequendos fines. Vtitur enim intellectu ad huius vel illius rei contemplationem & studium: oculis ad videndum, pedibus ad ambulandū: manibus ad capiendum &c. ergo eadem ratione per illas potētias, quibus vtitur, fines eosdē adipiscitur: & in ipsis adeptis delectatur & quiescit: vt cibum quem gulosus affectat, adipiscitur per gustum: & pulchrum per visum: atque adeò per eandem sensuum actiones voluptatem captat: quæ est eiusdem voluntatis affectus & passio. Simili ergo modo anima voluntate cupiens Deum assequi, per intellectum assequitur: atque adeò per eius visionem delectatur, hoc est, delectationem capit, licet in voluntate recipiatur. In summa neque Augustinus neque vllus vnquam priscorum patrum aliud nomine fruitionis intellexit, q̄ adeptionem rei concupitæ. Et in hoc sensu dicimur rebus frui & amplexibus concupitis. Quocirca vsq̄ ad Scotū nemo legitur amorem existimasse fruitionem. Quare mirandum est, quomodo illa opinio vsq̄ adeò inserpserit, & increbuerit in scholis.

Fruitio.

Sed arguis. Nunquid non August. idem clare adstruxit, dicens, Frui esse amore inherere alicui? Respondetur. Illud non inde colligi. Nam eodem testimonio vtitur Diuus Thomas. & tamen non inde colligit, quod fruitio sit amor. Sed quod ad ipsum pertineat. Sensus ergo ille non est quem vocant identicum: quasi amor sit fruitio: sed est causalis. In hoc sensu, quod nō fruimur nisi illis rebus, quas propter se ipsas amamus. Itaque amore inherere non est formaliter ipsa fruitio, sed causa requisita, vt re aliqua fruamur. Posuit enim illam definitionem ad differētiam huius, quod est vti. Est enim vti rem. vsurpare ad id obtinēdum quod amamus. Quare res quibus vtimur, amamus propter illas quibus fruimur. Sed illas quibus fruimur amamus propter se. At quia frui contingit non solum rebus præsentibus, quæ est perfecta fruitio, sed etiā absentibus in spe, quæ quidem fruitio est imperfecta, vt ambas completeretur, dixit in genere, frui est amore inherere: id est requiritur sic eas amare, vt ultra non progrediamur. Si autem perfectam fruitionem definiret, quæ non est nisi de re obtenta & possessa, certe dixisset, vti est, de re, cui amore propter se ipsam inheremus, dum possidetur, delectari. Iuxta verbum eius citatum. lib. 10. de Trini. c. 10. Fruimur cognitis in quibus voluntas ipsis propter se ipsas delectata conquiescit, & capit. 1. 1. Frui est vti cum gaudio: non adhuc spei, sed etiam rei. At locus ille

Amore inherere.

ille supra citatus lib. de moribus eccle. ca. mētē Augustin. aperit. Quid est quod dicimus frui nisi præsto habere quod diligis? Non, ait, frui est amare, habere quod auas, quod fit in Deo per visionem.

Scot. 1. sent. te. d. 1. q. 3

Et re vera Scot. 1. sent. dist. 1. quæst. 3. multū vacillando hæsit ambigens amor ne, an delectatio esset fruitio: plura hinc inde August. testimonia conferens. Sed tandem ob id decreuit esse amorem quod frui construitur cum ablatiuo significanti obiectum ex vi transitio nis. Quasi idē sit frui Deo, quod amare Deum. Veruntamen, vt probè articul. præsentis. 1. 2. Caietan. annotauit, constructio illa id non suadet, imò disfluadet: frui enim deo non est amare Deum, sed conspectu Dei delectari. Nam illud Prouerb. Veni & fruamur cupitis amplexibus, non est, vt amemus amplexus, quoniā in hoc quod ait, concupitis, præsupponit iam amari absentes. Sed est re ipsa amplexado delectari. Et quod, ait, in Adelphis Terentius. Agellum huic demus, qui fruatur, non est sensus, Qui amet, sed qui possidendo fructum capiat, quo delectetur.

3. cōclusio

Tertia conclusio. Beatitudinem in visione consistere, & in fruitione adeò non sunt res diuersæ, vt sint idem. Non quod consistat in amore, quem Scotus arbitratur fruitionē, sed quod consistit in visione, quæ in sensu iam exposito est fruitio, nempe actio per quā voluntas in se delectationē recipit. Hanc conclusionem expressè docuit Aug. Ait, quippe. 1. de trin. ca. 9. q̄ in visione patris, & filij, ac subinde spiritus sancti merces tota pmittitur delectationis, & desiderij nostri, & nihilominus lib. 1. de doctri. Christiana. c. 3 2. Hęc, inquit, summa merces est vt Deo fruamur. Hoc secūdum testimoniu assertit pro se Scotus, sed discipuli S. Thomæ obijciunt aliud: & glossant hoc, quod sit propositio causalis, nēpe quod visio sit causa fruitionis. Ista tamen controuersia inde nascitur, quod supponitur amorem esse fruitionem. Augustinus verò planè loquitur de visione, & fruitione quasi sint idem. Quod illo bis citato loco lib. de mor. eccle. cap. 3. confirmatur. Quid est aliud quod dicitur frui, quā præsto habere quod diligis? Non dicit quā diligere, sed quā habere. Vnde cum D. Th. hic & quæst. 5. de pot. dei. citata, concedat q̄ fruitio est ipsamet visio, per quam voluntas capit voluptatem, nunquā negasset, beatitudinem consistere in fruitione.

August.

Ob idq; 1. 2. q. 4. art. 2. non confert visionē cum fruitione, sed cum delectatione, interrogans vtra sit præstantior. Quam utiq̄ quæ-

stionem Arist. 10. Ethico. insolutam reliquit. Apparet enim delectationem esse digniorem, eo q̄ est perfectio ipsius operationis. Sed tamen respondet. D. Tho. operationem esse perfectiorem, atq; adeò visionē, eo q̄ totum bonum delectationis, in quo volūtas quietatur, est ipsa operatio: præstantius autem bonum est illud, in quo voluntas quietatur, q̄ quietatio ipsa quæ est delectatio.

Respondetur illis qui beatitudinē ponunt in delectatione.

Atque hæc est responsio qua Aureolo sit factis, atq; alijs qui tenent beatitudinem consistere in delectatione: delectatio quippe perficit operationē, non quidē in genere cause efficiētis, imò è conuerso, sic operatio perficit delectationem, sed tanq̄ consequens & concomitans: veluti decor perficit, hoc est, adornat & decorat iuuentutē: cum tamē iuuentus sit perfectior. Quarta conclusio. Fruitio est duplex, quædam in re, atq; altera in spe: iam enim constitutū est fruitionē non esse nisi vltimi finis, quæ propter se ipsum diligimus: alioquin nō esset de se sufficiens voluntatē satiare & explorare. Qua utiq; de causa, vt Aug. lib. 83. quæstionū. q. 30. ait, Omnis humana puerio est fruētis vti velle, atq; vtendis frui. Non ait, q̄ velle sit fruitio, vt Scotus colligit, sed q̄ velle frui vtendis est voluntatis peruersio. Est enim amare creaturas propter se: vt auari videntur amare pecunias, & voluptuosi voluptates: quia amant illas sine vllō, aut termino, aut modo, quasi essent finis vitæ. Atque alia peruersio est vti fruētis, vt si quis Deum non propter ipsum, sed propter aliud bonum diligeret, quod non protinus in Deū ipsum referret: igitur sicut in ordine temporalium rerum medicinis non fruimur, sed vtimur, sanitate verò fruimur quam propter se diligimus, & propter ipsam medicinas, ita in ordine simpliciter rerum solo Deo fruendū est, & creaturis vtendum, quas propter ipsum, à quo eas recipimus, debemus diligere.

Quarta cōclusio.

Aug. Frui utendis & vti fruētis.

Probatio cōclusionis.

Matth. 5.

Psal. 29.

Probatur ergo concludio. Frui, vt ait, Aug. est alicui amore propter se inherere, hoc autem contingit nō solum dum res habetur, sed dum speratur. Vnde idē Aug. lib. 9. de trini. ca. vlti. appetit, inquit, inhiantis sit amor fruētis: ergo in spe etiam possumus Deo frui. Id quod Christus Matth. 5. edocet, dicens. Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cœlorum, &c. Vocat enim ibi pauperes beatos in spe, qui postea futuri sunt in re. Et idem sentiendū de alijs beatitudinibus vidē subiunctis: iuxta illud Psal. 29. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius. Et ad Roma. 5. Gloriamur in spe gloriæ eius. Et ca. 13. Spe gaudētes. At verò fruitio illa Na 4 in spe

in spe imperfecta est, & illa duntaxat perfecta, quæ ut ait. 10. de trinit. cap. 10. August. est uti cum gaudio nõ adhuc spei, sed iam rei. Vtraq; verò fruitio solis creaturis rationalibus, nõpe, angelis, & hominibus propriè conuenit, quippe qui possunt media in finem referre, quod à brutis animantibus alienum est.

Quinta cõclusio.

Beatitudo practi. cõ.

Ex his demum colligitur quinta conclusio. Beatitudo est intellectus cognitio speculatiua per se sufficiens: est enim Dei cõtemplatio, vt mõstratũ est. In hoc em̄ seculo Philosophus, vt. 1. & 10. Ethic. docuit, duas distinxit foelicitates, practicã, scilicet, quæ cõsistit in operatione secundũ morales virtutes, & speculatiuã quæ cõsistit in contẽplatione substãtiarũ. Et Spec. hanc dixit esse digniorẽ, & præstantiorẽ. Primò, quia est optimæ potentix & optimi obiecti. Licet inter intelligentias, non expresserit Deum, qui est omniũ summũ. Secundo, quia quæritur propter se, nam operatio virtutũ moralium creberrimè posita est in ope egenis ferenda. Tertio, quia per ipsam communicamus Deo, eiq; assimilamur. At verò visio Dei quã Aristoteles non agnouit, simpliciter est contẽplatio speculatiua, quia nullatenus circa mores versatur, inò per ipsos iã exactos cõparatur. Tamen si, quia per illam actionem elicitur dirigiturq; amor in Deum, quo omnes beatæ voluntatis affectus componuntur, dici quodãmodo potest practica. Quod autem sit sufficientissimum bonum, simili ratione fit notũ. Ad vtranq; enim huius vitæ beatitudinẽ corpus requiritur, ac perinde bonæ valetudo, & habitudo, atq; adeò in eius subsidium requiruntur exteriora bona, ac subinde amicis, non quibus indigeat, sed apud quos foelix sua beneficia collocet. Quauis plus sit indigna foelicitas actiua, q̄ contẽplatiua. At vero beatitudo patriæ corporibus ex necessitate nõ indiget, vt supra diximus: cũ visio illa nõ per abstractionẽ à phãtasmatibus corporalibus producat, requiritur tamen corporum resumptionem tanquam accidens, veluti pulchritudo aduenit iuuentuti. Illam verò corporum resumptionem cum optima eorum valetudine, & pulchritudine, & ornamento, visio in se ipsa quodammodo continet, quoniam ratione illius status Deus resuscitabit corpora nostra. At verò externorum bonorum ad eorum corporum perpetuitatem, nequaquam. Amicos autẽ habet eadem foelicitate fruẽtes, atq; ista ratione visio illa beata & beatus status est omniũ bonorum aggregatione perfectus, perq; illam adeò vnica beatus habet quicquid vult, & per eandem nihil malè vult: nam inde

deriuatur in voluntatem amor, qui summa est eius rectitudo: & delectatio quæ est omnium desideriorum expletio, atq; adeò summa requies. Et per hoc illis respondetur qui foelicitatem in aggregato visionis, & contẽplationis collocant. Cõceditur enim, qd si videns Deum per absolutam Dei omnipotentiam ipsum nõ amaret, aut eius visione non oblectaretur, nõ esset beatus, sed tamen ex natura rei ex visione fluunt, & amor firmus, & delectatio plena: & ideo quia visio virtute continet reliqua, ipsa est bonorum omnium aggregatio, atq; adeò vera beatitudo.

Respondetur illis qui foelicitatem ponunt in aggregato.

Primum igitur argumentum satis solum est, vbi explicuimus quemadmodum fruitio fit quodammodo ipsa visio, quia est actio per quã percipitur voluptas & delectatio. Quauis recipiatur in voluntate, tanquam motus, hoc est passio vel affectio eius. Ad secundũ respondetur, qd cum sola volũtas sit appetitus rationalis, per illã appetit homo & anima separata omnia sua bona, ac proinde omnes fines aliarum potentiarum cõprehenduntur & continentur sub obiecto voluntatis, quæ appetit intelligere, audire, & videre &c. Ob idque omnes potentias ad eosdem fines consequendos mouet. Ex quo sequitur visionem ipsam esse obiectum & finem voluntatis: quare ipsa est, quæ cõsequitur finem, quoties quolibet aliarum potẽtiarum suum proprium attingit: verba sunt in forma Sancti Thomæ. Quibus idcirco docet voluntatem, per visionem intellectus cõsequi suum vltimum finem.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Ad tertium denique ipse respondet, qd in delectatione sunt duo, scilicet, perceptio conuenientis boni, nempe, finis, & hæc pertinet ad apprehensiuam potentiam, atq; adeò ad intellectum in delectatione cõlesti, & complacentia eius quod offertur, vt conueniens. Et hæc pertinet ad appetitiuam potentiam: vbi ratio delectationis completur: quia illa delectatio est motus (vt diximus) hoc est passio vel affectus eius.


Solu. 3. ar.

QVÆSTIO SECVNDA, De adeptione beatitudinis.

ARTICVLVS. I.

Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

IN



In hac quæstione de beatitudinis consecutione ordinem D. Thomæ præter meum ingenium. 1. 2. q. 5. non seruo. Imò postremo eius articulo primum locum tribuo: quia cum assecutionem rei motus præcedat, quo ad ipsam tenditur, & primũ fundamentum motus sit appetitus, hic ordo naturæ videtur germanior, vt ab appetitu beatitudinis exordiamur. Et ideo primò quæritur, vtrum omnis homo appetat beatitudinem. Et arguitur à parte negatiua. Nullus id appetere valet, quod ignorat, cum vt. 3. de Anima auctor sit Philosophus. bonum apprehensum fit appetitus obiectum: multi autẽ sunt, qui beatitudinẽ ignorat. Vnde vt Augu. 13. de Trinit. ca. 4. adnotauit, tanta diuersitas censendi de beatitudine oborta est: alijs, scilicet, in voluptatibus corporis eam collocantibus, atq; adeò in virtute animæ, & alij in rebus alijs: ergo non omnis homo beatitudinem appetit. Secundo. Essentia beatitudinis est visio essentix diuinæ (vt iam constitutum est) sed aliqui opinantur hoc esse impossibile: alijsq; illud existimant difficile & labore plenum, quia necesse est illius gratia à voluptatibus huius vitæ abstinere: quibus inescatur mortales: ergo nõ omnes illam appetunt. Tertio arguitur. Beat. est (vt ait Au.) qui habet quicquid vult, & nihil malè vult: complures autẽ malũ, etiam consultò volunt: ergo nõ omnes beatitudinem appetunt. Pars affirm. In cõtrariũ autẽ est illud Aug. lib. 13. de tric. 3. Si minus ille dixisset, Omnes beati esse vultis, miseri esse nõ vultis, dixisset aliquid, quod nullus in sua non cognosceret voluntate. Hæc quæstio multa digna scitu in hac materia continet. Ad quam ideo tribus præmissis distinctiõibus quinque cõclusiõibus respondet. Distinctione quippe impræsentiarũ opus est, & ex parte beatitudinis, & ex parte appetitus, ac deniq; ex parte appetitionis. Beatitudo nanq; bifariam considerari potest. Non dico duplicem esse beatitudinẽ, quã non est nisi vnica vera, nempe visio illa beata: sed illa inq; bifariam consideratur. Vno modo secundum eius generalẽ rationẽ, nempe secundũ nomen hoc beatitudo: atque altero modo secundum specialẽ singularemq; eius rationẽ, videlicet, Hæc beatitudo, vt visio illa designetur. Itẽ appetitus, alius est naturalis, atq; alius liber, seu electiuus. Atqui naturalis ille, qui est in rebus inanimis & in animantibus brutis, nihil ad nostrũ attinet propositũ: quoniam ille nõ

Partis negatiue ar. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirm.

Distinctio trina.

Appetitus duplex.

fertur in vltimum finem per eius cognitionẽ, eo modo quo hic loquimur: sed in solo appetitu rationali, scilicet, voluntate distinguuntur rationes due. Est enim in ea quædam inclinatio naturalis, quatenus res quædam est naturalis, atq; alia inclinatio libera quatenus est indifferens ad vtrumlibet.

Appetito dupliciter.

Quocirca dũ percõtatur, vtrum omnis homo appetat beatitudinẽ, potest appetitio alterum duorũ significare, videlicet, aut inclinationem duntaxat naturalem voluntatis: quæ est propensio & pondus in rem aliquam ante actum elicitum: quæ nimirum inclinatio à natura homini inest, ceu rebus vniuersis, etiam cognitione carentibus, quæ actum elicitum habere nequeunt. Veluti grauitas inest lapidi atq; igni leuitas: quæ cũ cognitione careant, actus non habent elicitos, sed motus naturales per modũ passionis, vt ascẽsum & descẽsum. Aut potest nominare actũ elicitũ appetendi, nempe amorem. His præhabitis, vt ab eo quod natura altius imprimi exordiamur. Quæritur primò de appetitu, videlicet, de inclinatioẽ ante actũ elicitum, vtrum naturalis nobis inest ad vltimũ finem. Et ne omnia in litẽ deferamus, cõpertissimũ omnibus & confessissimũ est naturalem in nobis inesse appetitũ ad beatitudinem generaliter consideratã, nõpe, ad bonũ, qd homini optimũ est: iuxta illud philosophi in fronte. 1. Ethic. Bonum est quod omnia appetunt. Sed ambiguitas nostra est. Vtrum naturalis appetitus hominis in illã tẽdat beatitudinẽ veram quæ est videre Deum. Huius enim par-

Questio.

Scotus.

Caietanus.

tem affirmatiuã tenet Scotus in prologo sententiarũ, vbi ait, qd Deus est finis naturalis hominis, & in. 4. d. 49. q. 9. quo loco ait, naturale desideriu ferri ad videndũ Deum. Et cum Scotus sentit Durand. q. 8. Partem verò negatiuam amplexus est Caietanus. in. 1. par. q. 1. ar. 1. & q. 12. Ait quippe, qd si natura & voluntas humana cõsideretur in puris naturalibus lumine fidei destituta, nõ habet naturale desideriu videndi Deũ, sed si cõsideretur lumine fidei illustrata, præsupposita, scilicet, cognitione, qd beatitudo cõsistit in visione, naturaliter illã desiderat. Fundamentum eius est hoc. Finis naturalis hominis est quem naturaliter potest attingere: nequimus autem Deum naturaliter, vt artic. proximo monstrabimus, videre: ergo Deus visus non est nobis naturalis, sed supernaturalis finis: atq; adeò neque appetitus ipsius est nobis naturalis. Secundo. Naturale desiderium & appetitus est ille qui naturaliter potest actũ elicere circa suum obiectum: sed non possumus naturaliter actu elicitu appetere visionẽ Dei, quia

Nn 5 vt ait

vt, ait, Augu. Nihil est volitū nisi præcognitū: & cognoscere illum finem nō possumus naturaliter, quia est reuelatio fidei: ergo neque appetitus est naturalis. ¶ Nihilominus prima conclusio huius articuli sit affirmatiua. Homini inest appetitus naturalis ad illam veram beatitudinem, quæ in Dei visione consistit. Non dico appetit per actum elicatum: sed habet appetitum, hoc est, inclinationem naturalem & pōdus naturæ, quo in illum finem propendit: sicut est grauitas in lapide, & pōdus in cētrum. At Durandus, ait, hunc naturalem appetitū & inclinationē nō esse volūtatis sed intellectus, cuius est finem cognoscere & apprehendere. Sed pfectō potius est voluntatis, nam homo est, qui beatitudinē appetit, & proprius appetitus hominis nō est intellectus, neq; alia potētia, sed sola volūtatis. Non negamus intellectui suā inclinationē ad cognoscendum, sed tamen hominis per voluntatē est appetere, finem vltimū videre, apprehēdere, & possidere. ¶ Conclusio imprimis est S. Tho. in suo prologo super. 1. sent. vbi, ait. Vnūquodq; suauiter est dispositum, quādo collocatur in suo fine, quem naturaliter desiderat, & hoc, inquit, nobis collatū est per Christum, quando nos in gloriam æternam induxit. Inductio ergo in gloriā æternam per visionem est finis quē naturaliter homo desiderat. & 1. par. q. 1. 2. art. 1. ait, inesse nobis naturale desiderium ad cognoscendum causam cognitio effectū: quare per cognitionem creaturarū naturaliter appetimus cognoscere causam, nempe, Deum. ¶ Respondet autem Caietan. q. intelligit de desiderio cognoscendi causam sub ratione causæ, nempe, cognoscere quomodo hæc efficit: nō autem de desiderio videndi essentiam. At verò hoc planē est mentem D. Tho. detorquere. Quærit. n. illic, vtrum intellectus creatus naturaliter possit videre Deū per essentiam. Cū ergo partem affirmatiuam per illud mediū cōcludat, manifestum est intelligere de desiderio videndi essentiam. At verò 1. 2. q. 3. art. 8. absq; ænigmate hoc explicatiffinē affirmat. Probat enim illic, quod vera beatitudo non potest consistere nisi in visione diuinę essentię: quia vniuscuiusq; perfectio attenditur secundum rationem sui obiecti, obiectum autem intellectus, vt. 2. de anima, ait, Philosoph. est quod quid est, id est, essentia rei: & ideo ex cognitione effectus dei remanet, inquit, naturaliter homini desiderium, vt cognoscat de causa quod quid est, scilicet, essentiam ipsius Dei sicut cognita eclipsi habet naturale desiderium cognoscēdi essentiam causę: essentia autem Dei nō potest nisi per visionem

cognosci: iuxta illud Ioannis, videbimus, eum sicuti est: ergo homo ex creaturis naturale colligit desiderium videndi Deum.

¶ Sed probatur præterea conclusio ex communi animi conceptione. Nemo enim est mortalium cuiuscunq; religionis aut sectæ, qui interrogatus an cupiat Deum videre, non respondeat, se id percipere. ¶ Mox arguitur auctoritate Aug. in lib. de præde. sancto. vbi, ait. Possē habere fidem & charitatē, naturæ nominis est: habere autē, gratiæ Dei. Respondet autem Caiet. q. possē habere est naturæ. i. homo, est illius cognitionis capax. Sed pfectō plus aliquid voluit Augu. tribuere naturæ, nempe, inclinationē ad fidem charitatem & gloriam. ¶ Et vt arguit Scot. trinus est appetitus, nempe naturalis, & violentus, & neuter. Tamen si de appetitu neutro nihil modo approbem: quia forsā nullus est, nisi dicas oculū corporalem habere appetitū neutrum ad videndū Deum, quem certē potius appellarem repugnantem. Appetitus autē noster ad videndū Deum non est violentus, neque verò neuter: ergo est naturalis. Ait Caiet. esse tamen obediētialem: sed re vera plus quippiam videmur habere. Cadaver enim solū habet obediētialem potētiā, vt animam resumat: quod verò homo recipiat gloriam, aliquid superaddere videtur.

¶ Potissima verò ratio quæ me persuasum habet est hæc. Quod homo sit imago & similitudo Dei, est naturale: nam quando dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, naturam ipsam nostram designauit. Similitudo autem & imago Dei certē non solum capacitatem dicit Dei videndi, sed naturalem etiam inclinationē: nam simile naturaliter appetit suum simile. Atq; hic alia colligitur ratio. Appetitus naturalis hominis in nulla re mundi, quā obtineat, quiescit, sed semper in aliud fertur: quousq; ad illum foelicissimum Dei cōspectū perueniat: iuxta illud August. 1. confess. Feciisti nos dñe ad te, & inquitum est cor nostrum donec perueniat ad te: ergo hoc manifestum indicium est eundē appetitū naturalem in illum finē tendere: siquidē extralium nō satiatur. Hæc enim ratione probatur, q. materia omnē appetit formā: nempe, quia nulla satiatur. Nisi q. ille appetitus est vagus ad omnem formam: noster verò est determinatus & destinatus in rem aliquam.

¶ Præterea arguitur. Vna quæqueres suapte natura in rem aliquam determinatam fertur: sicut terra ad centrum, & ignis ad concavum lunæ: at verò nulla res potest designari in quam naturalis appetitus hominis ceu

Alia ratio.

August.

Ratio potissima.

Alia ratio.

in vltimum finem tendat citra illā visionem: ergo illa est noster naturalis finis in quē ideo naturaliter ferimur. Nam si dixeris q. naturaliter illam desideramus in genere desiderando bonū, nequaquā rei satisfeceris: quoniam hoc vagum desiderium in bonum; necesse est in rem illam naturaliter tendat, in qua summum hominis bonū situm sit. Et tandem conclusio confirmatur ex illo. 33. Ostende faciem tuam & salui erimus, vbi certē inclinatio naturalis exprimitur. Cui illud consonat Io. 14. ostēde nobis Patrem & sufficit nobis, vbi insinuat q. citra illud nihil appetitū sufficit naturali. ¶ Tandem arguitur ex dictis Caiet. Si cognitio illo sine vltimo per fidem tunc naturaliter homo illum appetit, colligitur illā inclinationem naturalem semper esse naturam in sitam, eam ante illam cognitionem: nam cognitio illa non attulit inclinationem, sed fecit eum potētem elicere actum suum.

Solutur ad 24. Caiet.

¶ Respondetur ergo ad argumēta Caietani, nō benedē finisse finē naturalem esse illum quē potest homo naturaliter consequi, neq; appetitum naturalem illum qui naturaliter potest habere actum elicatum: quoniam appetitus naturalis non debet definiri per effectum, sed per causam. Est ergo appetitus naturalis quē nobis natura inseruit: & eo ipso quod creatum ad imaginem Dei, insitum habemus appetitum naturalem ad ipsum videndum. Atq; adeo finis naturalis est quem naturaliter appetimus: licet consecutio eius & adeptio non sit nobis naturalis. Hæc enim fuit nostre magnificatio naturæ, quod ad illum finem fuerit condita, quem nisi per auxilium speciale Dei consequi non valeamus. ¶ Et per hoc respondetur ad aliud eius argumētum ex 2. Cœli. vbi ait Philo. q. si astra haberēt vim progressiuā, natura dedisset eis organa opportuna, nempe pedes: sed quia non dedit talia organa, signum est quod neq; dedit vim. Similiter nāq; arguit Caieta. quod postquam non habemus naturalia instrumenta ad videndum naturaliter Deum, nō habemus naturalem inclinationem. Respondetur autem q. Aristot. non dixit si haberent inclinationem, sed si haberēt vim, haberent instrumenta. Nos autem non dicimus, q. natura nra habet vim, id est potestatem naturalem videndi Deum, sed inclinationem. Præterea Aristot. nil de supernaturalibus nouit: & ideo nō concederet rem aliquam habere naturalem inclinationem ad aliquid nisi haberet potestatem & naturales vires ad illud assequendum, nos autem concedimus naturam nostrā adeo esse sublimē, vt ad illum finē na-

turaliter inclinēt, quē nō nisi per auxiliū Dei assequi possumus. Est tamē paratissimus nobis subuenire: & quæ per alios possumus, per nos ipsos posse censetur. ¶ Hoc supposito de appetitu, qui est potentia, subsequitur, vt de appetitōe dicamus, quæ est actus elicitus.

Beatitudo ergo, vt dicebamus, considerari potest aut sub generali ratione, aut subspeciali & singulari. Sit ergo secunda conclusio. Beatitudinem sub generali ratione omnis homo suapte natura appetit, nō solum naturali inclinatione, sed etiam actu elicitō dum illi mente offertur. Probat. Beatitudo sic considerata nil aliud est q. bonū perfectum: bonum autem est obiectum voluntatis, atq; adeo bonū eius perfectum est illud quod eam satiatur eiusq; desideria complet, eiq; perinde satisfacit: ergo beatitudinem appetere id ipsum est q. appetere in genere vt voluntas expleatur, eiusque desiderijs fiat satis. Hoc autem nemō est, qui non appetat, quantumuis sit corruptæ vitæ. Nam etiam iniqui dum voluptates suas explere volunt, eas sub ratione boni apprehendunt, quānis in rei veritate a vera beatitudine sint alienæ, imò ei sint aduersæ. Atq; hoc est quod Augu. loco citato docuit, vbi facetiā mimi cuiusdam refert. Qui cū in theatro pollicitus esset enunciatū se quid quisq; habeat in animo, eūētis magna expectatione suspensis cupientibus miraculam audire, quomodo, scilicet, posset arcana cordi detegere, tandem dixit, vultis oēs emere, & carē vendere. Irridet verò merito Augu. scenici illius ineptā facetiā. Quā plurimos enim videas, qui vt suis animis obsequantur, & fruuntur concupitibus voluptatibus carissimē emunt, & vilissimō pretio vendunt, atq; adeo sua bona diuapidant. At verò si quispiā ille esset ex lapientibus, dixisset. Omnes beati esse vultis, miseri esse non vultis: & tūc certō cōfessisset, quid quisque in animo gereret. Scot. in 1. sentent. quæ 4. non vult Augustinū loqui de actu elicitō, quo, scilicet, omnes appetant beatitudinē, sed de inclinatione naturali. Sed hoc illico monstrabimus non esse menti Augustini consonum. ¶ Ratio autē cōclusionis est, quā D. Th. 1. 2. q. 10. ar. 1. sapienter docuit. Quicquid em rei nō necessariō cōpetit, fundatur in eo quod sibi à natura est necessariū. Intellectui nāque prima principia cognitionis sunt per se naturaliter nota, vt quodlibet est vel nō est: atq; in de deducuntur alia plus minusue nota, quæ cū nō sint tam euidētia, necessitatē intellectui nō inferunt, vt eis assentiat. Quod autē in intellectu est primū principium respectu omnium cōclusionum

2. Cōclusio

Mimi ineptia faceta.

Ratio cōcl.

clufionū, est involūtate vltimus finis, ad quē omniū referuntur electiones mediorū: ergo e- qua ratione in vltimū finem sub illa generali ratione cognitum sic fertur naturaliter, vt ne queat illud nolle, sed necessariō, si aliquem il- lius actum habeat, sit volitio. ¶ At verō quan- tus conclusio hęc sub hoc verborum genera- li tenore nequeat legitima ratione negari, ma- iori nihilominus indiget explicacione. Est si- quidem dubium vtrum beatitudo, & sum- mum bonum sub hoc genere cognitū, sic vo- luntas naturaliter appetat, vt nequeat nō vel- le, an verō duntaxat sic, vt nequeat nolle. Tra- ctant enim quęstionē Scotus in primo. q. 1. 4. dist. & impręsentiarū. q. 9. & Durand. q. 8. Ad cuius intellectum annotādum, q̄ voluntatem ferri naturaliter in bonum, bifariam potest in- telligi, videlicet, aut quantum ad specificatio- nem actus, aut quantum ad exercitium. Quan- tum ad specificacionem sensus est, quōd volū- tas non potest nolle beatitudinē sub generali ratione cognitam summi boni, sed si aliquem actum habeat, ille necessariō est volitio, & ap- petitio. Appetere autē naturaliter quantū ad exercitium, est non id solū, sed q̄ obliato obie- cto sub illa cognitione, necessariō voluntas ha- bet volitionem. Itaq; non valeat ab exercitio cessare. ¶ Et quidē Henricus Gandensis quod- lib. 3. quęst. 7. opinatur volūtatem necessitari respectu vltimi finis sic cogniti, non solū quan- tum ad specificacionem, sed etiam quantum ad exercitium, vt non possit illam in genere cognitam non velle. Quę quidem sententia in beatis euidenter cognoscentibus beatitudinē in particulari verissima est, vt quęstio. sequen- monstrabitur, nō enim possunt ab amore desi- stere. ¶ Verūtamen de eadē beatitudine in via in genere cognita solū sub ratione summi bo- ni statuitur tertia conclusio. Beatitudo sic in genere cognita necessitatem infert voluntati quantum ad specificacionem, non tamen quā- tum ad exercitium. ¶ Probatur prior pars, pri- mum ratione iam facta. Quia inclinatio natu- ralis voluntatis est ad bonum quo satiare eam possit. ¶ Secundo, sic planius explicatur. Ob- iectum proprium voluntatis est bonum. Itaq; sicut intellectus nō potest alicui assentiri nisi appareat ei verum, neque visus quidpiam nisi sub ratione coloris videre, ita & voluntas nul- lam valet rem appetere, aut amare nisi ei offe- ratur sub ratione boni, atque adeo nec potest quidpiam nolle & respuere, nisi sub aliqua ra- tione mali. Veluti intellectus, nulli potest pro- positioni dissentiri nisi appareat ei falsa. In bea- titudine autem sub illa ratione generali cogni-

Explicatio
cōclusionis

3. Conclus.

Probatio.

ta nulla apparet ratio mali: ergo neque potest voluntas eam odisse aut nolle.

¶ At verō nonnulli ex neotericis quorum est Maio. dist. presentis. q. 7. quia cuncta cōtendūt in litem euocare, inficiantur illam maiorem, nempe, solum bonū esse obiectum voluntatis. Imō potest, inquit, velle aliquid sub ratiōe ma- li, ac proinde nolle sub ratione boni. Et pro- bat. Quia possunt damnati voluntatem suam diuinę voluntati accommodare, & (vt aiunt) cō- formare: potest autem Deus eis præcipere, vt suam ipsius nolint beatitudinem: quia nec eis vult ipsam cōferre: ergo possunt eam nolle, at- que adeo sub ratione boni, quia in beatitudi- ne nulla apparet ratio mali. Idemque asserunt de illo cui Deus suam reuelaret dānationem: posset enim eam velle, beatitudinemque sub- inde nolendo respuere. ¶ Nescio tamen quis- nam possit hoc quod isti contendunt per sua- rum habere. Profectō tam impossibile est vo- luntatem id velle in quo nulla apparet ratio boni, aut nolle in quo nulla apparet ratio ma- li, q̄ est impossibile visui id videre, quod nullo indutum est colore. Sciscitarer enim ab istis, cum vnicuique potentia suū sit proprium na- tiuumq; obiectum, quodnam consignare pos- sunt voluntati si bonum non est eius obiectū? ¶ Sed forsā quis fingat, quōd quemadmodū obiectum intellectus sit hoc disiunctum verū vel falsum, ita & obiectum voluntatis sit bo- num vel malum. At verō responsio hęc vera est, si quę latet fallacia detegatur. Intellectus quippe est potentia, tum apprehensiuā, tum iudicatiua, & ideo apprehendit quidem æqua- liter verum & falsum, sed tamen iudicatiuus af- sensus non est nisi veri, & dissensus nō nisi fal- si. Voluntas verō nō est nisi tantū appetitiua, cuius ideo tantū bonum est obiectum respe- ctu volitionis, ac subinde malum respectu no- litionis. ¶ Ad argumentū ergo eorum respon- detur, quōd dānati nolunt quidem beatitudi- nem, nō vt voluntatē suam diuinę subijciant, imō quāuis eis præciperet, nō ollen- obtempe- rare, sed illam respuunt, propter odium quo Deum prosequuntur, quem ideo videre no- lunt, atque id sub aliqua ratione mali nolunt, scilicet, sub ratione inimicitia. Atq; adeo eius inimicitias sub ratione boni appetunt: nempe quia se volunt de suo hoste vindicare. Ille ve- rō cui in hac vita reuelaret sua dānatio (quod de lege ordinaria fieri non potest) non ideo il- lam cuperet. Sed si Deus ei præciperet, vt eam vellet, & ei obtemperaret, id faceret sub illa ra- tione boni, quę est obedire Deo.

¶ Eadem conclusio confirmatur auctoritate Augusti.

Neoterica
opinio.

Reprobatio

Obiectio.

Dilatatur ob-
iectio.

Augusti.

Aug. in Enchiri. ca. 104. vbi ait. Neq; volūtas non est, aut nō libera dicta est, quia sic beati ef- se volumus, vt miseros nos esse velle non pos- sumus. ¶ Verūtamen Scotus quāuis loco ci- tato fateatur nobiscum, q̄ circa vltimū finem oblatum sub illa ratione nequeamus actum elicere voluntatis nisi velle, nō tamē omnino nobiscum couenit, q̄ ille amor beatitudinis in genere cognita sit naturalis. Naturale enim vno modo dicitur, vt distinguitur contra libe- rum, atque alio modo, vt sit ex inclinatione naturali, quāuis liberē. Scotus ergo non con- cedit esse naturalem primo modo, sed secūdo, scilicet, quia oritur ex inclinatione naturali, & sit absq̄ue electione. At verō S. Thom. intelli- git voluntatem moueri naturaliter, id est, non liberē, vt. 1. 2. quęstione. 10. articu. 2. se planē exponit, dicens, q̄ voluntas ab aliquo obiecto mouetur naturaliter, vt ab vltimo fine, ab alijs non, scilicet a medijs.

Scotus.

S. Thom.

Argum.
Scoti.

Reprobatio.
Scoti.

Cōtra Sco-
tum.

¶ Argumentū autē Scoti quo vtitur in primo dist. 1. quęst. 4. est, q̄ vnus potētia nō potest esse nisi vnus modus agēdi: cum ergo volūtas suapte natura sit potētia libera, nō potest ha- bere aliū modū, vt scilicet, aliquando respectu alicuius finis moueatur naturaliter: quoniā a- gere liberē & naturaliter sunt cōtraria. Itē qa- si est actus voluntatis, est voluntarius: omne autem voluntarium est liberum.

¶ At profectō eadem ratione probaret, quōd cum intellectus respectu aliquarum conclusio- num non moueatur necessario naturaliter ad assensum, inde consequatur, vt neque respectu primorum principiorum moueatur necessa- riō. Respondetur ergo, quōd licet libertatis ar- bitrium, idem sit, quod voluntas, ratione tamē differunt: quicquid enim est à voluntate po- test dici voluntarium, sed tamen ratio liberta- tis addit indifferentiam ad vtrumlibet. Et ideo quāuis voluntas suapte natura sit libera, ni- hilominus respectu finis vltimi mouetur, vt na- tura quantum ad specificacionem, ita vt respe- ctu illius non possit habere actum nisi volen- di. Itaq; sicut graue suapte natura descendit quia est talis natura, ita voluntas suo pondere fertur in beatitudinem sibi in genere cognitā, vt nō possit eam respuere. ¶ Alio qui si sua argumētatio efficaciam haberet, cōcluderet sub inde nec beatos posse deum visum amare per modum naturę, vt ibidem concedit: quod est falsissimum. Imō eum non amant libere licet per voluntatem, sed naturaliter: vt quęst. seq. videbim⁹. Et est quodāmodo exemplū in Deo licet non sit omnino equiparatio. Amat quip- pe se ipsum spiratq; spiritum sanctum certe

non liberē, sed naturaliter, tamē si Scot. disti. 10. videatur illud subobscure negare. Nihilomi- nus quāquam spiratio illa sit spontanea vt voluntaria, non tamen est libera, sed tam natu- ralis quā generatio filij, quia non potest se Deus non amare aut non spirare spiritum san- ctum, quāuis omnia extra se amet liberē. Re- spondetur ergo, quod voluntas amat vltimū finem non propriē, quia liberē vult, sed quia est talis naturę, quia non est in sua potestate, si habet erga ipsum actionem, non amare.

¶ Secundum cōclusionis membrū cōtra Hen- ricum assertum est, qui censet beatitudinē sub illa generali ratione cognitam necessitatē vo- luntati inferre, etiam quoad exercitium. Id quod prius sic probat. Sicut prima principia in intelligibilibus, sic & in operabilibus vltimus finis: prima autem principia necessitatē intellectum mouent ad assensum: ergo & vlti- mus finis voluntatem ad eius amorem. Secū- dō, voluntas necessariō illud amat, cuius gratia cetera cupit: cuncta verō quę concupiscit in vltimum finem refert: ergo illud necessariō a- mat. Tertiō, voluntas nequit quippiam non velle, nisi in quo sit vel aliquis defectus boni, vel aliqua apparētia mali: in vltimo autem fi- ne sic cognitio neutrum istorum inest: ergo non potest ab amore vltimi finis cessare.

¶ Scotus verō inter alias impugnaciones, istas vt præcipuas ponit. Primum arbitrat contra dictionē inuoluere vltimum finem sub ratio- ne generali cognitum necessitate trahere vo- luntatem, & tamē cognitum sub ratione parti- culari, nempe visionis Dei, non idē facere, quā- uis abstractiuē & enigmaticē, vt in hac via nos- citur. Huius autem rationis infirmitatē illico monstrabimus.

¶ Secūdo id redarguit. Potētia inferior nequit superiorem vincere: ergo intellectus ostēdens vltimū finē nequit voluntatē sic vincere, vt ne- cessariō illū amet. Hac verō ratio pluribus e- rat modis. Primō supponens intellectum esse volūtate inferiorē: cuius cōtrarium supra de- monstrauimus. Secūdo, quia maior illa in sensu ipsius falsa est: imō sensus ostendens prima principia intellectui, vt à quolibet pū- cto in quodlibet punctum lineam ducere, ip- sum vt assentiat euincit. Tertiō, quia hęc vi- ctoria non est potentia ostendētis obiectum, sed ipsius obiecti. Etenim dum intellectus o- stendit vltimum finem voluntati, non est ip- se, qui voluntatem pertrahit, sed obiectum ipsum cognitum: intellectus enim non facit nisi obiectū applicare, veluti qui ignem stupe admouet non exurit, sed ignis ipse. Et hac ra- tione

Secūda mē-
brū conclusi-
onis.
Probatio-
nes Henrici.

Scotus.

Reprobatio
Scoti.

tione quaest. seq. comonstrabimus Deum clare visum voluntatem non modo allicere, verum necessitate ad amorem mouere, etiam quoad exercitium. ¶ Aliter probatur conclusio ex illo August. 1. retracta. Nihil tam est in potestate voluntatis quam ipsamet voluntas: sed tamen haec autoritas non reprobatur voluntatem quoad specificationem necessitari in hac vita, & in futura etiam quoad exercitium: & ideo non est tam efficax. ¶ Ratio ergo legitima est, quod beatitudo in hac vita sub illa generali ratione cognita non est potens voluntati necessitatem imponere, ut sit illo obiecto attenda: nam cum ipsa sit reliquarum potentiarum motrix, potest quaecumque cognitio in intellectu existat, ad aliud se diuertere. Imo & intellectum ab illa cognitione repellere. Solus namque Deus, qui est autor naturae potest necessitatem voluntati inferre quoad exercitium: id quod in patria per suam ipsius visionem facit.

August.

Legitima.

Durandus.

Contra Scotum.

4. Conclusio.

¶ Durandus autem in allegata questione. 8. haec sic moderatur conclusionem, quod saltem homo cognita beatitudine in genere necessitatur quoad velleitatem, quae non est voluntas efficax, scilicet, velle. Sed re vera ratio facta hoc etiam falsum esse demonstrat: quia cum voluntas possit existente illa cognitione illam amovere, ad nullum actum necessario mouetur.

¶ Non tamen propter hoc debuisset Scotus mentem Augustini detorquere, dicens, quod illis verbis, Omnes beati esse non vultis, miseris esse non vultis solum appetitum designauerit qui est naturalis inclinatio, nam etiam actum ipsum elicatum significauit. Non quod necessario quantum ad exercitium semper habeatur, ut patet in dormiente, sed quantum ad specificationem, ut expositum est. ¶ Quarta conclusio. Veram beatitudinem in particulari cognita, sub illa, scilicet, ratione quae est visio, apprehensio & possessio Dei, nemo naturaliter potest appetere actu elicitio nisi supernaturali cognitione praesupposita. Conclusio est liquida, quia nil est volitum nisi praecognitum: cognitio vero haec beatitudinis sicut & res ipsa, vires excellit naturae: quia supernaturalis est. Non nego, quin per vires naturales possit talis appetitio elici, supposita reuelatione supernaturali in ipso, qui appetit, vel in alio. Enimvero si Christianus lumine fidei perfusus infidelem doceret, veram beatitudinem in solo Dei conspectu & possessione consistere, posset quidem illi veritatem hanc persuadere, atque adeo posset infidelis ille assensum praebere, atque adeo eundem Dei conspectum appetere & concupiscere, quantum nolle alios fidei articulos recipere.

re. Illa tamen appetitio non esset grata Deo: quia non dimanaret a fide catholica, neque finem illum sine tali fide posset consequi: posset nihilominus appetere. ¶ Quinta conclusio. Cognitio fidei obscura, qualis est in via, non imponit voluntati necessitatem, neque quoad exercitium, neque vero quoad specificationem. Prior pars iam satis probata est. Sola enim clara visio vim illam habet necessitatem inferendi voluntati quoad exercitium. Posterior vero contra rationem Scoti supra relatum statuimus. Nam ista obscura cognitio beatitudinis in particulari non tantum vigoris habet ad trahendam voluntatem, ut bene, ait quaestio. cita. Durandus, quantum cognitio in genere. Nam cum in genere nil aliud sit quam si dicas bonum & optimum, nullam praese fert appetendi difficultatem: quoniam & iniqui hoc cupiunt, cum quicquid affectent sub ratione boni eis apparentis concupiscant. Si vero alicui proponatur beatitudo vera in particulari, ostendaturque via ad ipsam perueniendi, quae est ab illicitis voluptatibus abstinere, & diuina mandata officij colere, profecto difficultatem corruptis hominibus offert: adeo ut illam nolint, imo malint suis voluptatibus oblectari. Fateor neminem non habere velleitatem quandam, nempe, vellem illa beata vita angelorum potiri, nisi tanti mihi costaret: sed tamen quod omnes habeant efficacem absolutumque amorem eius & desiderium experientia docet esse falsum. ¶ Atque hoc est aduersus lutheranos ineluctabile argumentum. Tribuunt enim eam vim virtutemque & energiam fidei, quam habet visio in patria. Sicut enim illa foelices voluntates absorbet, ut nequeant non Dei amore conflagrare: ita contendunt fidem, necessariam habere connexionem cum charitate, ut qui credit non possit non amare, atque adeo interunt, quod per quodcumque peccatum mortale, quo amittitur charitas, perdat fides: quae quidem haeresis absurdissima est.

5. Conclusio.

Contra Scotum.

Aduersus Lutheranos.

Diluitur argu. Scoti.

Solu. 1. ar.

¶ Quo ergo Scotus respondeamus, negatur vltimam conuoluerit contradictionem, beatitudinem in genere cognitam necessitatem imponere voluntati quoad specificationem: non autem si speciatim cognoscatur in particulari. Imo ambo haec sunt sibi cohaerentia. De visione autem Dei, quae etiam negat beati voluntatem necessario moueri quoad exercitium, quaestio ne sequenti disputabimus.

¶ Primum igitur argumentum in capite propositum iam dilatum est. Probat enim eos, qui ignari sunt verae beatitudinis non posse illam appetere, quemadmodum quarta conclusio explicatum

tum est. Illam vero sub ratione generali nullus ignorat: atque adeo nemo non appetit. Quantum vis possit voluntas aliorum attendens ab actu appetendi desistere, ut secunda, & tertia conclusio demonstrabant.

Solu. 2. ar. ¶ Ad secundum vero per quintam conclusionem respondendum est, quia ostendimus cognitionem vltimi finis in particulari adeo nulla necessitate mouere voluntatem, ut possit propter difficultates, quae in illa obtinenda offeruntur, eius consecutionem non appetere, imo renuere.

Solu. 3. ar. ¶ Ad tertium respondetur, quod illi etiam, qui male aliqua appetunt, concupiscunt illa sub generali ratione boni, ut in secunda conclusio dicebamus, & ideo appetunt beatitudinem in genere, nempe, bonum sub illa ratione apprehensum. Ille tamen appetitus non est naturalis, sed corruptus: quia non est verae beatitudinis. Neque ille homo est vere beatus, imo adeo a vera beatitudine deflexus, ut eius impedimenta appetat. Quapropter sapienter Augustinus, addens, nihil male vult, vulgarem plebis opinionem condemnauit: existimantium illum esse beatum, qui habet quicquid vult, & cui omnia pro votis succedunt: imo male volens inferior sit, dum ei pro votis succeditur. At vero qui diceret beatum illum esse, qui habet omnia quae vult appetitu naturali, veritatem pronunciat, licet nil aliud adderet. Quoniam appetitus naturalis in ea daturatur fertur, quae ad normam recte rationis expetibilia sunt. Sed Augustinus explicatius loquitur.

ARTICVLVS. II.

Virum homo naturalibus viribus possit beatitudinem consequi.



ostquam de appetitu beatitudinis dictum est, subsequitur, ut de eius assecutione dicamus. Queritur ergo primo, utrum homo per suam naturalem facultatem possit beatitudinem assequi. Et arguitur a parte affirmatiua. Natura nunquam in necessarijs deficit: nihil autem tam necessarium homini est, quam in suo vltimo fine conquiescere: ergo a natura illi sic prospectum est, ut possit per eius vires suum adipisci finem.

Partis affirmatiuae. ar. gum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

¶ Secundum. Homo irrationabilibus creaturis nobilior est & praesentior, atque adeo plus sibi sufficiens: irrationales autem creaturae proprijs viribus suos fines attingunt: ergo & homo id ipsum potest. ¶ Tertio. Beatitudo (vt. 1. & 10.

Ethic. autor est Philosophus) est operatio perfecta, & cuius est rem incipere, est ipsam perficere, officia vero, quae vocant moraliter bona, naturalis hominis potestati subduntur, iuxta illud Pauli ad Roma. 2. Gentes quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt. & illa sunt perfectae vitae inchoationes: ergo & ad illam vitam pertingere, in hominis positum est naturali facultate.

Pars negativa.

¶ In contrarium est illud Esai. 64. Oculus non vidit deus absque te (id est nisi te autore) quae praeparasti expectantibus te. Et. 1. ad Corint. 2. addidit Paulus, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit. Quasi nulla naturalis potentia hac vigeat virtute ac facultate.

Decisio ar.

¶ Quae ratio praesens alia praesupponit, atque alia quaerit. Ob idque ad omnia quaeque conclusionibus respondetur. Supponit enim, quod homo suam possit supremam beatitudinem, & foelicitatem consequi, & quaerit subinde quibus id viribus valeat. Cui & alia adiungitur quaestio cula, utrum in hoc seculo, id sit deo possibile.

Notandum.

¶ Ad notandum tamen in quaestiois vestibulo, quod nihil hic de merito sciscitatur, vtrum, scilicet, homo suis viribus naturalibus valeat beatitudinem promereri: haec enim alia quaestio est, ad tractatum de gratia dei pertinet: quo aduersus Pelagianos pars negativa, seu catholica veritas definitur. Gratia enim dei (vt ait ad Ephesios Paulus) sumus saluati per fidem, & hoc non ex nobis, dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur: sed sciscitatur vtrum seclusa ratione meriti homo possit illam obtinere, scilicet, vtrum postquam beata virgo vel alius quispiam meritis est beatitudinem, vel si per impossibile daretur sine meritis nostris aut Christi, posset beatitudinis suae fieri copos.

Ad Eph. 2.

1. Conclusio.

¶ In hoc ergo sensu statuitur prima conclusio. Homo potest suam consequi beatitudinem. Nihil modo asserimus, quibus viribus id possit, sed absolute, quod possit. Conclusio est de fide, iuxta illud. 1. Ioan. 3. cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. & 1. ad Corint. 13. Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Ratione vero naturali probatur conclusio nem hanc duobus locis Diuus Thomas, prima enim part. quaest. 1. 2. artic. 1. quaesit, utrum homo possit deum per essentiam videre: absque disputatione vtrum in illa visione beatitudo consistat: hic vero, scilicet, 1. 2. quaestio. 5. disputat vtrum possit homo suam beatitudinem consequi, quae est illa visio. Et vtrouique assertiuè respondet. Probatio est illa, quam articulo praecedenti explicauimus. Cognitio enim est

1. Conclusio Ratio.

fectu

2. Ratio.

Cōfirmatio

Obiectio.

Responsa.

fectu desiderii homini naturale inest cognoscendi causam, nō quomodo cunq; , sed per eius essentiam: ergo cognitio huius machinæ mundi desiderium naturale nobis ingenerat cognoscendi causam in sua ipsius essentia, qđ nisi per visionem, fieri non potest: naturale autem desiderium non est frustra: ergo ad illum finem potest homo peruenire. ¶ Secunda ratio est. Beatitudinis nomen ad perfectionem perfecti boni significat: ergo quicūque capax est perfecti boni, ad eandem beatitudinis perfectionem peruenire potest: homo autem est illius capax: ergo potest illuc pertingere. Minor vero probatur. Homo suapte natura ad imaginem & similitudinem Dei, vt Genes. 1. legitur conditus est: imago autem & similitudo Dei capacitatem quandam & aptitudinem designat eius essentiam cognoscendi amandiq; ac perinde ea fruendi. Est enim similitudo illa veluti cœlatura in annulo aureo instar lapilli figuræ excauata, qui illic cœlatus est: sic enim intellectus & voluntas capaces sunt quibus Dei visio & amor imprimatur. ¶ Et confirmatur hac ratione physica. Intellectus, quia immaterialis est, potest bonum vniuersale apprehendere abstrahendo ab hoc & ab illo bono naturali, atque adeo illud sic in genere cognitum amare & appetere: ergo suapte natura est capax consequendi rem illam quæ eminenter continet vniuersa bona. Cuius indicium, vt supra diximus, est, quod citra illius cōsecutionem naturalis noster appetitus nequaquam sedatur & conquiescit. ¶ Veruntamen aduersus hanc conclusionē videntur militare argumenta hæc. Sicut natura rationalis est supra sensibilem, ita rationali præeminet intellectualis, qualis est Deus, vt Dionysius, ait, in lib. de diuinis nomi. sed brutæ animantes solo sensu polentes nequeunt ad finem rationalis creature, nempe, hominis peruenire: ergo neque homo ad supremā beatitudinē naturæ intellectualis. ¶ Item infinitum, vt. 3. Physic. ait, Aristotel. non est cognoscibile: Deus autem est infinitus: ergo non potest à nobis cognosci.

¶ Propter primum argumentū nō defuerunt, qui negarent posse Deum à creatura rationali videri, propter eius excellentiam & eximiā puritatem. Veluti sol qui est maximè visibilis à vespertione cerni non potest, vt Aristot. 1. Metaph. ait, nempe, quod sicut oculus noctuè ad lumen solis, ita & intellectus noster ad manifestissimā naturæ. Igitur si recondita naturæ intelligere non possumus, multo minus inaccessibleē splendorem Dei, qui totius est fons naturæ conspiciere valeamus.

¶ Veruntamen adnotandum est, quod aliter intellectualia excedunt sensum, quam supernaturalia & Deus intellectum nostrum. Intellectualia nāque sic excedunt sensus omnes, vt sub eorum obiecto non cōprehendantur: nā obiectum sensus non est nisi materiale & corporeum, quemadmodum obiectum visus est coloratum. ¶ Atq; hinc colligitur secunda conclusio. Neque Deus neq; Angelus corporalibus oculis videri possunt, vt. 1. part. quæst. 12. articu. 3. ait, D. Thom. Imò neq; per absolutā Dei omnipotentiam id fieri potest, plusquam quod aut per aures videas, aut per oculos audias. Quoniam licet Deus se solo possit producere entitatem illam quæ est visio sui, non tamen est in oculo aut in sensu corporeo receptibilis eo modo, vt per ipsam valeat immutari: eo quod res intelligibilis non est obiectum eius, veluti coloratum non est obiectum auditus. Vnde Augu. in libr. de videndo Deum ad Paulinam, Deum, inquit, nemo vidit vnquam, & in hac vita sicuti ipse est, & in Angelorum vita sicut visibilia ista quæ corporali visione cernunt. Quocirca illud Iob. 19. In carne mea videbo Deum saluatorem meum, nō sic intelligitur, qđ oculo carneo possit videri essentia Dei: sed qđ homo existens in carne post resurrectionem videbit Deum, & per oculum carnis videbit Christum. Illud autē ca. 42. Oculus meus videbit te, de oculo mentis intelligitur.

¶ Quod si arguas. Saltim per sensum interiori imaginatiuæ potentiæ potest Deus videri: legitur enim Esai. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & c. illæ autē prophetiæ visiones imaginariæ erant. Respondetur. Per illam visionem Deū non fuisse à Propheta conspectum secundum eius essentiam, sed sub aliqua forma corporea, imaginationi oblata, Deum per similitudinem representante: vt putā sub imaginæ regie maiestatis in throno sedentis. ¶ Supernaturalia verò qualis est Deus non vsque adeo intellectum nostrum excedūt, vt intralinear obiecti eius non comprehendantur. Imò cum obiectum intellectus sit ens, deum ipsum suo ambitu continet. Sed solum excedit captum nostrum quantum ad modum cognoscendi, propter eius excellentiam, ad quam intellectus in puris naturalibus non habet proportionem. Hoc enim pacto sol exuperat vespertionis visum. Comprehenditur enim sub obiecto visus, quia est lucidum: sed tamē excellentia lucis obstat ne ipsum possit vespertilio intueri. Quare p Dei potentiam posset eius sensus sic roborari & acui, vt eundem posset solem conspiciere. Pari ergo

Notandum

Secunda cōclusio.

Augu.

Obiectio.

Super naturalia sunt à nobis intelligibilia.

3. Cōclusio

Ad Tit. 2.

Probatio.

ergo modo intellectus noster eleuari per lumen gloriæ potest (vt articu. 4. videbimus) vt Deum intueri queat. Nam etsi anima mortali corpori immersa species intelligibiles à phantasmatibus abstrahat, tamen ad videndū Deū (vt articu. proximo videbimus) Deus ipse in ratione speciei intelligibilis erit foelicibus intellectibus coniunctus.

¶ Ad aliud verò respondetur. Quod Aristoteles, quando, ait, infinitum non esse cognoscibile, intelligit de infinito ratione materiæ, scilicet, quod est infinitum in potētia, vt numerus partium continui & moles in infinito protensa: quia non habet formam, aut certū numerum per quam cognoscatur, & res non est cognoscibilis, nisi quatenus per formā fieri potest in actu & in propria specie. Deus autem est infinitum in actu, infinitaq; subinde perfectio, atque adeo nō solum est cognoscibilis, verū & in finitè cognoscibilis, vt à se ipso cognoscitur.

¶ Tertia cōclusio. Homo in hac vita nequit supremā suam foelicitatē cōsequi. Duplex enim est beatitudo, quædam, scilicet, imperfecta atq; alia perfecta. Imperfecta verò beatitudo duplex etiā est. Alia, quæ, vt, ait, Aristoteles, cōsistit in operatione secundū virtutem: qua (vt ipse, ait) beati sumus, vt homines. Quæ quidem est dispositio quædam ad cœlestem foelicitatē obtinendam. At verò charismata ipse supernaturalia nō cognouit, atq; adeo neq; infusam charitatem, per quam solam, officia nostram omē & rem obtinet virtutum. Et ideo alia est, licet non omnino perfecta & confirmata, beatitudo, quæ consistit in spe futuræ gloriæ. Et illa quidem (vt supra diximus) potest esse in hac vita. Quippe qua sancti viri abnegantes, vt, ait, Paulus, impietatem & secularia desideria, sobriq; & iustè & piè viuēt in hoc seculo, quodammodo fruuntur, expectantes beatam spem, & aduentū gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi. ¶ Veruntamen, qđ perfectam beatitudinē in hac vita cōsequi homo non valeat, probatur argumento primū sumpto à peculiari ratione veræ beatitudinis. Dictū quippe est in visione Dei esse positam. Quæ utiq; visio in hac vita obtineri nō potest. Nisi quis obijciat, illam Deum posse ex peculiari priuilegio alicui cōcedere, vt fecit Paulo. Attamen loquimur secundū ordinariam legē. Præterea, illa nisi firmum haberet perpetuumq; statū, ratione completa veræ beatitudinis careret. Imò, vt suo appendice ornamento decora esset, corpus etiā immortalitate, & reliquis dotibus insignire deberet.

¶ Conclusionem verò ob id impræsentiarum

Augu.

Probatio cōclusionis.

Meditatio

De animi bonis.

Tria vitæ genera.

Temperantia.

Prudentia.

O o ¶ Dein-

Iustitia. ¶ Deinde iustitia, cuius munus est sua cuique tribuere, in hoc munere persolvendo quamplurimum laborat, tantum abest, ut beatitudinis requie fruatur. Imò hæc virtus est inter omnes quæ à Repub. maximè exultat. Ad eò propriè vniuersusque amor, propriorumque bonorù cupido iura alijs debita solvere vetat.

Fortitudo. ¶ Tandem fortitudo, metus, audaciæq; moderatrix patientiæ parens, qua mala huius vitæ tolerantur, tam multa malorù turba nonnunquã concutitur, ut etiam Stoici, qui docebant nullam passionem in virù sapiëntem cadere, dicere cogentur, quò quando eo visq; mala illa succrescerent, ut sapiens, vel nõ possit, vel non deberet ea sustinere, tunc mortè, si neque naturaliter, adueniret, neq; aliunde accederet, deberet ipse sibi inferre, ut ab illis eriperetur. Vide quo cæcitatibus illi sapientes existimati præcipitarètur, qui ut vitam quam beatã ducebant, fugerent, mortis auxilium implorabãt, strenuamq; fortitudinis virtutem homicidam faciebant.

Misericordia. ¶ Adde quòd nonnullæ virtutes, ut pietas in parentes atq; in ciues misericordia, in condolendis miserorum aduersitatibus laudem merentur suam. Cùm tamen dolor à legitima beatitudine alienissimus sit.

Contemplatio. ¶ Neq; verò veritatis contemplatione veritatis collocabãt, quietem suam & otium nancisci in hoc seculo valet: quippe cùm multis rerù turbis perturbetur, quousq; in cœlestem Hierusalè, conscendamus, cuius seras portarù nullus malorù impetù abrupere valet, sed posuit Deus suos fines pacè: ubi adipe frumèti per illã beatam visionem perfruemur. Præterquam quò qui in hac vita addit sciëntiam, addit sibi laborem, & indignationè: quia indignatur videns indignos magistratus administrare.

4. Cõclusio. ¶ Quarta conclusio qua superior cõfirmatur sit. Perfecta beatitudo semel acquisita amitti nõ potest. Origenes fertur quorundã Platoniorù errores sequutus, asseruisse de vltima beatitudine hominè posse in miserã recidere. Quòd verè beatitudini q̄ maximè repugnat. Enimverò cùm sit bonum sufficiens, oportet (ut diximus) ut omne malũ excludat, omneq; desiderũ explicat, inter alia verò foelix præcipuè desiderat bonũ quòd obtinet, securè & tutò retinere, alioqui amittendi metu angeretur, & si amitteret, doleret. Requirit ergo ad beatitudinè, ut possidens certam habeat opinionè nunquam suã amittendi foelicitatè. Si autè opinio est vera, inde fit cõsequens beatitudinè amitti non posse. Si verò falsa, falsitas ipsa rationè verè beatitudinis tollit. Igitur cū in hac vita, quæ caduca & labilis, atq; adeò pe-

ritura est, nihil sit perpetuũ, fit ut nec infit in ea perfecta beatitudo. Sed illa tantum eius inchoatio, quæ in spe consistit, de qua Roma. 8. ait, Paulus, spe salui facti sumus. Quæ quidem beatitudo quantum genere suo perpetua sit, sicuti diuinus amor, nihilominus ratione subiecti, quia in hoc seculo nõdum sumus cõfirmati in gratia, per liberum arbitrium nostrum est amissibilis, nisi in beata virgine & Apostolis, qui ex priuilegio fuerunt cõfirmati. Dum verò rationem verè beatitudinis in particulari questione sequenti speculemur, altiore rationem eandemq; legitimã contemplantur, cur illa beatitudo amitti nequeat. ¶ Quinta demũ cõclusio, quæ ad titulũ questionis respõdet, est. Quauis beatitudo imperfecta, quæ in hac vita per cultum virtutum moralium obtinetur, viribus naturalibus possit acquiri, nõ tamen perfecta & suprema. Imò visio Dei in qua consistit, super naturam nõ solum hominis, verum & omnis creaturæ existit. Prior pars per ea quæ dicta sunt demonstrata est. Duas enim distinxim⁹ in hac vita imperfectas beatitudines. Vnam secundum philosophos, vel actiuã, quæ consistit in operatione secundũ virtutem, & cõtemplatiuam substantiarũ separatarũ. Atq; ad has asserit prior pars nostræ conclusionis viribus naturalibus posse hominem pertinere, scilicet, per opera moraliter bona. Quauis opera illa nec digna sint absq; charitate infusa proprio nomine virtutum. Alterum verò beatitudinis genus, quòd in spe cœlestis beatitudinis positum est, absq; speciali Dei concursu cõsequi homo non potest. Veruntamen impræsentiarum de officijs quibus beatitudinè promeremur, nõ habetur sermo. Sed de eius cõsecutione, quæ habet rationem præmij.

¶ Quòd autem visio illa beata sit nobis atq; angelis supranaturalis, est catholica veritas, cuius contrarium fuit Bigardorum hæresis, in concilio Viënsi sub Clemète quinto clemèti. Ad nostrum. de hæret. inter octo illorum errores condemnata. Assertio enim eorum erat, quòd intellectualis natura in se ipsa est beata: neq; indiget lumine gloriæ ipsam eleuante, atq; adeo neq; alia supranaturali virtute ad videndum Deum. Imò aiebant prænetici illi & stupidi, quòd cùm Deus vbiq; sit præsens, atq; adeò quantum est de se semper sit intellectui nostro applicitus, solum delictorum nostrorum obstaculum, est nobis impedimento, ne eum cernere valeamus. Ex quo subinferebant, visq; adeò posse hominem in hac vita cor à culpæ sordibus emundare, ut in hoc immortalis corpore Deum valeat (quemadmodum de Paulo

5. Cõclusio

Bigardorũ error.

Testimonis sacra.

Paulo fertur) per essentiam videre. ¶ Sed erat illa insignis dementia. Contrarium nos enim fides Catholica docet. Legitur enim in psalm. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Hoc est, sicut gratia, quæ est semen gloriæ, ita & gloria ipsa solo Deo fit authore. Cui cõcinit ad Roma. 6. Apostolus, dicēs, Gratia Dei vita æterna. Quæ quidem vita (ut monstratum est) in illa Dei beata visione consistit. Accedit & locus citatus Esaia, Oculus non vidit absq; te quæ præparasti expectantibus te. Cui. 1. ad Corin. 2. concors Paulus, Oculus, inquit, nõ vidit &c. Et Matth. 11. Nemo nouit Filium nisi Pater, & Patrè quis nouit nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare. Vbi simpliciter de Dei cognitione loquebatur, ut doceret, tam fidè, qua cognoscitur in via, quam visionè, qua cõprehenditur in patria, opera esse Dei supernaturalia. Eodemq; illud alludit Ioan. 14. Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam illũ, & manifestabo me ipsum illi. Quasi munus propriũ eius sit manifestare se amicis suis; quòd fiet per eius intuitum in cœlo. Est ergo Catholica fides. ¶ Rationem verò, qui rem in cortice dũtaxat cernunt, nõ aliam referunt, q̄ quòd cùm creatura sit finita, Dei verò substantia infinita, nulla sit proportio, ut homo naturaliter possit videre Deum. Vt verò ratio hæc minime satisfacit. Aliud enim est quarere de proportione rerum quatenus sunt res naturales, atq; aliud de proportione obiecti & potètiæ in ratione cognoscendi. Enimverò cùm ens sit intellectus obiectum, cuius amplitudine cõprehenditur Deus, disproportionis inter eius infinitatem & nostram capacitatem, non est sufficiens causa tollendi proportionè in ratione potètiæ & obiecti ne cognoscatur à nobis. Nã per hæc visibilia, ut ait, Paulus, potest ipse cognosci in quãtũ causa. Vnde posset quis argumentum ducere, quòd si Deus fieret nobis præsens, possemus ipsum naturaliter videre, saltem animã à corpore separata in puris naturalibus absq; peccato & gratia exillens.

Ratio legitima.

¶ Rationem ergo, quæ certè sola inter naturales legitima est, exponit D. Thom. 1. 2. q. 5. artic. 5. Sed explicatius. 1. par. q. 12. art. 4. Ratio verò fundatur in hoc, quòd cognitio fit per abstractionem à materia, secundum diuersos gradus: eo quòd cognitio, est spiritualis actio: saltem modo aliquo, Supponit autem alia fundamenta tria. ¶ Primum, cognitio cuiuscunq; rei fit ad modũ cognoscētis: eo quòd est receptio in potètia. Nã, vt. 2. & 3. de anima, ait, Philosoph⁹, cognoscere atq; adeò intelligere est quòd dã pati. Et ideo veluti aqua dũ vasi infunditur

Primum fundamentum.

eius figurã suscipit, ita cognitio recipitur iuxta naturam cognoscentis. Vnde (ut in libro de causis habetur) intelligentia cognoscit tam ea quæ sunt supra se, quã ea quæ sunt infra se, secundum modum suæ substantiæ. Homo enim quia habet intellectum materiæ infusum, nõ cognoscit Angelos, qui sunt supra se, per species tam puras tamq; spirituales q̄ sunt Angelicæ, sed per illas intelligibiles, quas de phantasmatibus materialibus deducit, & per easdẽ itidem genera & species intelligit naturarũ materialium, quæ sunt infra se.

¶ Hac ergo supposita veritate, quòd cognitio fit ad modum cognoscentis, tanquã secundum fundamentum distinguenda sunt, tam potètiæ cognoscentiæ quã obiecta cognoscibilia. Et quidè potètiæ quanta nõ sint nisi duæ, nempe, intellectus & sensus, reperiuntur tam in creatura in triplici differentia. Angeli enim solo intellectu viget: bruta vero solo sensu, sed homines utroque. Obiectorum verò cognoscibilium tria similiter sunt genera. Infimum est eorum quorum natura non habet esse nisi in hac individuali materia. Ut sunt omnia merè corporalia. Alia verò sunt quorum natura, nec materialis est, nec receptabilis in materia, ut Angeli. Homo verò est medius, quia licet habeat formam, nempe, animã immaterialem, recipitur tamen illa in materia.

¶ Sensus ergo siue hominis siue brutorum nequeunt nisi singularia materialia & corporea cognoscere. Tametsi, ut in eorum patet speciebus, non nihil præ se ferant immaterialitatis & spiritualitatis: eo quòd quodammodo sunt à materia abstractæ: ob id nanq; species visibiles tam subito mouentur, nec videntur ipsæ, nec sentiuntur. Intellectus verò noster, quia in se est immaterialis, potest quidem cognoscere naturas & quidditates rerum, sed tamen quantum diu est in materia, nequit illas cognoscere nisi per species à materialibus phantasmatibus abstractas. Quare proprium eius munus est cognoscere naturas in vniuersali: nempe, genera & species, atq; earum quidditates: quòd facultatè sensus excedit. Angelico verò intellectui connaturale est quidditates & substantias creaturarum spiritualium cognoscere. Quòd quidem facultatem intellectus humani pro isto statu excedit, qui illas substantias nõ nisi abstractiue cognoscit ex corporalibus ratiocinando.

¶ Tertium fundamentum sit, quòd esse creaturarum non est de intrinseca ratione substantiæ & quidditatis & essentiæ ipsarum. Nam antequam mundus esset, verum erat hominè esse animal rationale, & Angelum esse substantiam

Secundum fundamentum.

Tertium fundamentum.

tiam spiritualem, licet non existerent. Quare omnes creaturæ habent esse receptum. Quod quidem vel per creationem vel per generationem recipiunt. Deus autem est suum esse: nam de intrinseca ratione eius quidditatis est existere: quoniam nisi, esse, suæ esset naturæ intrinsicum, nullatenus esse posset, quia non posset illud ab alio recipere. Ex quo fit, quod cum omnis creatura habeat esse receptum, siue in materia corporali siue in indiuiduo, ut Angelus omnis est quodammodo materialis. Nam id ipsum quod est recipi, est materialis conditio. Solus autem Deus est purissimus actus.

Colligitur ratio.

¶ Ex his ergo colligitur propria ratio quare Deus nequeat à creatura per essentiã cognosci. Sensus ob id nequit spiritualia cognoscere, quod est potentia materialis, & spiritualia sunt immaterialia: & intellectus noster pro isto statu ob id nequit Angelos per essentiã cognoscere, quod ipse est in materia receptu, & Angeli habent esse actu à materia semotù. Sed in hac spiritualitatis ratione Deus plus omnem creaturam cognoscitiuam potentiã exuperat, quam vel spiritualia sensum: vel Angeli mortalium intellectum: ergo nullus intellectus creatus potest naturaliter Deum per essentiã cognoscere, atque adeo nec videre. ¶ Sed statim hoc loco quis ambiget, cum quæstio sit an Deus possit naturaliter videri, quidnam referebat probare, quod non possit per essentiã cognosci? Respondetur, quod sicut in creaturis, tunc res per essentiã cognoscitur, quando cognoscitur per eius definitionem quidditatis, ita Deus, quia cum sit in finitè definiti non potest, cognoscitur per essentiã dum videtur: quia tunc cognoscitur sicuti est, ut ait, Ioannes, atque adeo in sua essentiã.

Obiectio Scoti.

¶ Scotus distinctione præsentis quæst. 1. quãuis conclusionis veritatem confiteatur, rationem tamen negat esse istam S. Thomæ: quia nullus in ea informatur syllogismus, sed solū huic innititur collectio, quod quia Deus excellentioris naturæ est quam creatura, non possit ab ipsa naturaliter videri, quæ tamē collectio nulla est. Quoniam Angelus inferioris speciei videre potest superiorem. Ratio ergo, inquit, non est alia quam quod nulla creatura virtutem habet faciendi Deum sibi præsentem in ratione obiecti.

Reprobatio.

¶ Sed profectò ratio hæc nullius est prorsus energiæ. Imò hæc aliam priorem causam desiderat: nam cum Deus sit ubique præsens, quæritur ratio cur animæ separatæ sine culpa & gratia in puris naturalibus existenti fieri nequeat præsens in ratione obiecti. Scotus ergo sicut asseclat ob id Diuum Thomam redarguunt, quod mentem eius inspectam non ha-

bent. Diuus enim Thomas non inde argumentum ducit quod Deus sit altior, imò infinitus in genere rei. Haud enim negat quin brutum possit videre hominem, aut Angelus inferioris superioris: sed inde quod Deus sit immaterialior. Nec verò inde colligit, quod non possit naturaliter cognosci à creatura, sed quod non possit per suam quidditatē & essentiã à creatura cognosci, quod est ipsum videre. Et quauis D. Tho. non fuerit sollicitus syllogismum struere, intendit tamē illam gradationem, facere quam nos in forma elucidauimus.

Solutio primi argum.

¶ Ad primum igitur argumentum respondet optimè D. Tho. quod sicut natura homini non ideo fuit deficiens, quod non dederit ei naturalia tegumenta & arma, sicut tauris & leonibus, quia tribuit ei rationem qua illa sibi conquiret, ita nec fuit maligna & insufficientis, quauis ei principia non suppeditauerit, & facultatem veniendi per se ad beatitudinem, quia non erat possibile: dotauit tamen eum libero arbitrio, quo per Dei fauorē adiuto, qui nobis semper est fauere promptissimus, ad eandem posset beatitudinē promoueri. Nam quæ per amicos possumus (ut. 3. Ethicorū Philosophus aut hor est) per nos ipsos possumus.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum respondetur, quod nobilitas naturæ (ut. 2. de Cælo, ait, Philosophus) ex dignitate supremi finis, ad quem instituta est, debet perpendi: & ideo præclarius cum natura intellectuali & rationali actum est, quod ad tam excelsum finem fuerit creata, ut vires eius excedat, quam cum alijs naturis, quæ ad inferiores tendunt fines, quos suis viribus assequi valent. Quemadmodum melius est ad sanitatem dispositus, qui perfectam potest medicorum ope consequi, quam qui non nisi imperfectam absq; alieno auxilio valet comparare.

Solut. 3. ar.

¶ Ad tertium respondetur, quod quando rei inchoatio & dispositio est eiusdem speciei cum forma perfecta introducenda, eiusdem est potentia illam incipere & perficere. Illa autem dispositio quæ fit per opera moraliter bona, non est in genere rationis eiusdem speciei cum illa quæ fit per auxilium speciale Dei, & est ad beatitudinem requisita. Et ideo homo habet prioris facultatem, non autem posterioris.

ARTICVLVS. III.

Utrum essentia Dei ab intellectu creato per aliquam creaturam similitudinem videri valeat.

EX



X determinatione superioris articuli nascitur alia quæstio: vtrum Deus licet non nisi supranaturaliter sit à nobis cognoscibilis, videri tamē per

Partis affirmatiue argum. 1.

aliquam creaturam speciem possit. Et arguitur à parte affirmatiua. Intellectus in actu (ut docet Philosophus. 3. de anima) est intelligibile in actu, hoc est obiectum fit actu intelligibile per species sui, quæ in intellectu recipiuntur, per quas ipse fit etiam intellectus in actu: nempe, in potentia propinqua ad intelligendum. Igitur cum hic fit intellectui naturale, pariter ad videndum Deum requiritur species, quæ sit ipsius similitudo in intellectu recepta.

2. Argum.

¶ Secundo id probatur ex illo. 1. Ioã. 3. scimus quoniam cum apparuerit similes eierimus: vi debimus eum sicuti est. Cui consonat Aug. 9. de trin. dicēs, quod cum Deum nouimus fit aliqua Dei similitudo in nobis.

Pars negatiua.

¶ In contrarium est Aug. 15. de trin. ubi ait, quod cum Apostolus, ait, Videmus nunc per speculum & in ænigmate, speculi & ænigmati nomine quæcūq; similitudines ab ipso significata intelligi possunt, quæ accommodatæ sunt ad intelligendum Deum: visio autem Dei per essentiã non est specularis, & ænigmatica, sed contra eum diuisa: ergo diuina essentiã non videtur per similitudines. ¶ De ista quæstione variæ sunt opinionum differentiæ: ad quã tribus conclusionibus respondebitur. Primum autem ad notandum est duas esse quæstiones similes: vna est, vtrum homo possit per actionem alicuius creaturæ beatitudinem consequi, quam disputat D. Tho. 1. 2. q. 7. art. 6. Hic autem altera peculiariter inquiritur, vtrum per aliquam creaturam speciem possit Deus videri: quam disputat. 1. par. quæst. 1. 2. arti. 2. Prior, inquam, quærit, vtrum in genere causæ efficientis creatura possit hominem beare. ¶ Ad quam, quia facillime expeditionis est, respondetur prima conclusione.

Due similes quæstiones.

1. Conclusio

¶ Nulla creatura potest hominem vel angelum in genere causæ efficientis beatum facere. Et loquimur de perfecta beatitudine: nam de illa imperfecta huius vitæ, quã diximus viribus naturalibus posse acquiri, qualis est operatio moraliter bona secundum virtutem moralem, diuersa est ratio. Quoniam virtus moralis non solū naturaliter ab ipso studio, verum & aliorum ope, qui eum consilio aut doctrina iuuat, potest comparari. Sed de perfecta probatur conclusio. Illud quod totam naturam creaturam excedit, nequit actione propria fieri alicuius creaturæ, quæ admodum suscitatio mortui & cæci illuminatio, atque id genus alia miracula. Consecutio autem perfectæ beatitudinis, quæ

Probatio.

in Dei visione consistit, quia supranaturalis est, totam excedit naturam, ut articulo proximo monstrauimus: ergo nullus actione creaturæ potest attingi: sed solius Dei immediate agentis. ¶ Nihilominus peculiaris quæstio est de specie, quæ proprie occurrit in ratione obiecti, per quam, scilicet, recepta in intellectu obiectum illi vnitur ad producendam notitiã. Duo enim ad cognitionem, tam sensitiuã quam intellectuam sunt necessaria: scilicet, & virtus potentia, & vnio obiecti cum ipsa. Et ideo de visione Dei duo sunt disputanda. Vnum ex parte intellectus: nempe, vtrum lumen eius naturale sufficiat ei ad videndum Deum, an verò aliud altius exigatur gloriæ lumen, quo ad illud opus eleuetur: de quo articulo proximo subsequens erit quæstio. Disputatio verò præsens est ex parte obiecti de specie qua coniungitur intellectui. ¶ Atqui Okam. 1. senten. d. 1. q. 3. & in. 4. q. 13. vsq; adeo beatificam visionem existimat esse supranaturalem, ut arbitretur nequaquam ab intellectu, sed à solo Deo produci: quare neq; vllò opus est gloriæ lumine, neq; verò specie. Probatio eius potissima est, quod cum visio illa sit supremum præmium, quod à Deo expectamus, ab ipso solo immediate confertur: nam sicut meritum à merente, ita præmium est à præmiante. Aliàs creatura seipsam bearet, atque adeo per nullam speciem produceretur. Item quia cum visio Dei sit supernaturalis (ut proxime probatum est) à nulla potest creatura produci, atque adeo neq; ab intellectu ipso. ¶ Hæc autem opinio nullus habet probabilitatis specimen: & ideo statuitur prima conclusio. Intellectus beatus ad Dei visionem concurrat. Quoniam adeo naturale est potentia cognitionem, ut id ipsum sit cognoscere, quod cognitionem producere. Quid enim aliud est videre, quod visum visionem rei in se producere? Veluti amare, idem est quod amorem elicere. Nam quauis Philosophus dicat intelligere esse quoddam pati, hoc propterea dixit, quod fit per receptionem specierum ab obiecto, per quas utiq; intellectus fit in actu primo, ut potens fit notitiam proferre, quæ est actus secundus. Ob idque idem Philosophus intellectiõnem appellat actionem immanentem, quia, scilicet, in eadem potetia permanet, à qua ingignitur. Vnde Aug. 2. de doctrin. Christianatã quãquam axioma ab omnibus receptissimum asserit, quod à cognoscente & cognito paritur notitia. Atque hac ratione Pater in diuinis per intellectum generat Filium. Potest quidem Deus alias formas se solo in subiecto producere, ut calorem, &

Duo ad cognoscendum requisita.

Okam.

Conclusio prima.

alborum &c. Et tamē notitiā per quā poten-
tia cognoscatur, aut amorem per quā appeti-
tus amet, nequit sine concurso ipsius potētia.

Canillus.

¶ Sed dicitur Okam, Quāvis visio à Deo solo
producat, satis est, vt intellectus cognoscat,
quod ab eo conferuetur. At verò visionem tā
quā actū vite videndo conseruare, est agere.

Redargu-
tio.

¶ Nihilominus rursus quis redarguat: non po-
test creatura producere charitatē aut gratiā,
aut aliquam ex virtutibus infusis, quia sunt su-
pranaturales, ergo eadem ratione nequit intel-
lectus visionem producere. Negatur conse-
quentia. Quia habitus, qui sunt supranaturales
potētiæ & facultates ad agendū, creatura nō
valet, sed solus Deus, producere: illis tamē po-
tētia informata producit actus. Sicut intelle-
ctus nō producit species, sed per ipsas producit
notitiā. Et ideo lumen glorię nō potest produ-
ci ab intellectu, quia est quidā habitus & facul-
tas ad videndum, sed post q̄ suffunditur, potest
Deum videre.

Responde-
tur argum.
Okam.

¶ Ad argumentū igitur Okam
superius factum respondetur, q̄ quāuis præ-
miū sit à præmiāte, sicut meritū à merente, nō
tamē inde sublequitur q̄ visio nō producat
ab intellectu: aut q̄ ipse se ipsum beet, vel ani-
mā. Quoniam visio illa nō producit nisi spe-
ciali auxilio Dei supranaturaliter infundentis
lumen glorię, & concurrentis cum intellectu
in ratione speciei: veluti si Deus in pramium
alicuius meriti conferret cæco visum, per ipsum
ille visionem eliceret. ¶ Supposito ergo, quod
visio beata ab intellectu ipso eliciatur, quæri-
tur quæstione præsentī per quid Deus ipsi in
ratione obiecti vnatur, vtrum, scilicet, per ali-
quā speciem. Dum enim coloratum aliquod
videtur, nō per se sed per suam speciem recipi-
tur in visu. ¶ Subiungitur ergo secunda cōclu-
sio. Nulla creata species potest Deū per essen-
tiam repræsentare. Sentētia est S. Tho. loco ci-
tato. 1. part. quæst. 1. 2. art. 2. Creaturę quidem
per modū vestigiij aut imaginis repræsentant
Deum abstractiue, nō eius essentiam, sed in se
ipsis eius virtutem. At loquimur de specie que
repræsentet Deum sicuti est: velut species visi-
uæ obiectum, tanquam eius similitudo.

2. Conclu.

Probatio il-
legittima.

¶ Et quidem prima facie satis inde videtur pro-
bati, q̄ essentia est infinita, species autē creata
est finita. Sed iam supra diximus huiuscemo-
di rationem non esse efficacem, vt pote quæ
de proportionem loquitur creaturæ ad Deum
in quantum sunt res naturales: quod non suffi-
cit ad excludendum proportionem creaturæ
in præsentando essentiam Dei. Et ideo ex pro-
prij arguitur, primo autoritate Dionysij. 1.

cap. de diuinis nomi. dicētis, per similitudines
inferiores ordinis nullatenus posse superiora
cognosci: veluti per species sensibiles non co-
gnoscitur essentia rei incorporeæ: multo ergo
minus per speciem creatam, essentia Dei.

Probatio le-
gitima.

¶ Sed ad rem etiam proprius probatur cōclu-
sio eadem ratione, quam articulo præcedenti
faciebamus, Species quæ repræsentat obiectū
debet esse plus spiritualis & immaterialis quā
obiectum ipsum repræsentatum, vel saltem tā
immaterialis: vt patet, quia species seu sensibi-
les seu intelligibiles magis sunt spirituales quā
obiectum corporale per ipsas cognitū: & ideo
species inintelligibiles nostræ in hac vita non
possunt angelorum essentias repræsentare, ob
id q̄ cum sint à phantasmatibus abstractæ, nō
sunt tam spirituales. Nulla autem species aut
similitudo creata esse potest tam spiritualis q̄
Deus: quia omnis creatura eo ipso, quod ha-
bet esse receptum, est quodammodo materia-
lis. Deus autem quia nō habet esse receptum,
sed est de sua essentia, est purissimus actus.
Quocirca nulla species in ratione similitudi-
nis potest ipsum repræsentare.

¶ Tertiò. Omnis creatura in suo genere est li-
mitata: etenim species humana ad certam per-
fectionē limitatur, ita & virtus, vt fortitudo ad
certā materiam, & prudentia ad aliam, & simi-
liter quæcunq; scientia aut sapientia ad certū
rerum genus, vt species albedinis ad vidēdam
albedinem, & species nigredinis ad nigredinē
&c. essentia verò diuina non est limitata: imo
eminenter cōtinet quicquid per omnem spe-
ciem creatam significari potest. Atque adeò
nulla ad id pertingit, vt eum per essentiam re-
præsentet. Quinetiam (vt aliud adhibeamus
argumentum) Deū videri per speciem est nō
videri per essentiam.

¶ Accedit ijs tandem, quod si aliqua creata
species Deū posset intuitiue repræsentare, se-
queretur, q̄ aliqua creatura virtutē haberet sa-
ciendi Deū præsentem intellectu, atque adeò
quodāmodo beandi hominem in genere cau-
sæ efficientis. Nam licet species cōcurrat in ra-
tione obiecti, & formaliter sit in intellectu, ni-
hilominus concurrere ad notitiā est quodā
modo agere. Etenim licet Scot⁹ dicat propter
ea naturaliter hominem nō posse Deū videre,
quia non potest creatura Deū facere præsen-
tem, nō tamē supremā rei causam assert: quæ
certe est hæc, quod nulla species creata potest
eū repræsentare. Nā sicut non stat species visi-
biles esse in oculo, quin obiectum ei præsen-
tent, idem de illa specie fieret consequens.

¶ Quò verò conclusio explicatius elucidetur,

Obiectio-
argui-
nes.

arguitur primò contrarationē Dionysij. Crea-
turæ (vt ad Roma. 1. ait, Paulus) repræsentant
Deum, & tamen sunt ipso inferiores. Secudò,
species intelligibiles significāt substantias, sub-
stātiarumq; naturas, & tamen cum sint accidē-
tia, sunt inferioris ordinis, q̄ substantia. Tertiò
species quæ sunt in Angelo inferiori represen-
tant superiorem: ergo nihil obstat quominus
species inferioris hominis possint superiora re-
præsentare, atq; adeò species creata Deum.

Solutiones

¶ Hæc verò argumenta per ea quæ facta sunt
facile diluuntur. Cuncta enim in hoc peccant,
quod mentem D. Tho. detorquent. Res enim
esse inferioris ordinis stat dupliciter, vno mo-
do in essendo atq; alio in representādo. Nihil
enim obstat quominus res inferiores in essen-
do superiores repræsentent. Quo pacto crea-
turę repræsentant Deum tameti nō eius essen-
tiam, sed eius virtutem, per quā est rerum cau-
sa. Et pariter species intelligibiles quæ sunt ac-
cidentia repræsentant substantias, & species in-
ferioris angeli superiorem. Veruntamen hoc
nihil ad rem. Nos enim non dicimus nisi, q̄ spe-
cies inferioris ordinis in representādo, quæ il-
la ratione debēt esse immateriales, nō possunt
repræsentare res superioris ordinis: putā min⁹
materiales & magis spirituales, & hac ratione
creatura Deū repræsentare nequit, vt satis su-
perque expōsitum est. ¶ Potissimum autē ar-
gumentum est de visione ipsa. Illa enim, cum
sit creatura, habet esse receptū, atq; adeo quid-
piam immaterialitatis, & nihilominus repræ-
sentat Deum. De lumine glorię dicemus arti-
culo proximo. ¶ Capreolus distinct. præsentī
quæst. 7. huic argumento succumbens, negat
visionem esse Dei similitudinem, sed ait, nomē
similitudinis obiecti soli speciei cōpetere. Et ar-
bitratur esse opinionem S. Thom. eo quod hic
in solutione ad primum illud Ioan. 1. Cum ap-
paruerit similes ei erimus, nō de visione, sed de
similitudine, quæ est per participationem lu-
minis glorię interpretatur. ¶ At verò profe-
rō minime negandum est visionem esse simi-
litudinem. Imò ob id requiritur species, quæ
est similitudo obiecti per modum habitus, vt
potens sit intellectus notitiā producere, quæ
est actualis (vt aiunt) eiusdem obiecti imago.

Potissimū
argu. de vi-
sione.

Capreo-
lus.

Reproba-
tur. Capre-
lus.

Vnde Augu. 14. de trini. cap. 17. Tunc, inquit,
perfecta erit Dei similitudo in mente quando
Dei perfecta erit visio. Vbi visionem appel-
lat similitudinem. Et Anselmus Monologiō.
38. nulla, inquit, ratione negari potest cog-
nitionem rei esse imaginem eius. Glossa autem
Capreoli, scilicet, quod dicatur imago in suo
principio, nempe, in specie à qua producitur,

est verborū mētem inflectere. Imò vero Ioan-
nes, vbi ait. Similes ei erimus, de visione loqui-
tur. Atq; illam D. Thomas appellat participa-
tionem luminis glorię. Præterea Capreolus
nequit vim argumenti declinare. Nam gratis
admissō visionem non esse similitudinem, sal-
tem euitari non potest quin representet Deū:
& tamen est creatura, atq; adeo min⁹ spiritua-
lis q̄ Deus. ¶ Respōdetur igitur aliter ad argu-
mentum, q̄ aliter species quāvis visio est simili-
tudo obiecti ipsum repræsentans. Nam repræ-
sentare speciei est efficere rei cognitionē: mo-
dus autē representandi notitiæ nō est efficere,
sed esse cognitionē ipsam & repræsentationē
formaliter. Et S. Thomas, nō contēdit creaturam
nō posse esse repræsentationem Dei. Sed
quod non posset creatura sic repræsentare
Deum: vt eius cognitionē efficiat, qua cogno-
scatur per essentiam. ¶ Quod si discriminis dif-
ferentiam scisciteris, respondetur planā esse.

Solutio legi-
tima.

Quoniam species tenet se ex parte obiecti, vi-
cem eius gerens. Et ideo impossibile est, quod
illa quæ est magis materialis suppleat vicē ob-
iecti minus materialis. Visio vero non se tenet
ex parte obiecti, sed est ipsa eius apprehensio.
Et ideo licet nequeat esse species creata Deum
repræsentans, nihilominus Deus ipse concu-
rēs in ratione speciei producit visionē sui quæ
est ipsa repræsentatio. ¶ Et similiter respōde-
tur ad aliud argumentū supra factum, q̄ crea-
tura posset beare hominem. Si enim daretur
species Deū repræsentantis, hominē bearet in ra-
tione causæ efficientis: visio autem nō beat ni-
si formaliter, quod est esse ipsam beatitudinē,
per quā Deus qui illam producit, creaturas fa-
cit beatas. ¶ Tertia conclusio. Deus in ratione
speciei vnatur intellectibus beatis ad producē-
dum eius visionem. Probatur cōclusio ex su-
periori. In intellectus solus nisi ei obiectum vnatur,
vt cōstituatur eum in actu primo, hoc est in
potentia proxima ad intelligendū, intelligere
ipse, aut videre nequit. Quēadmodū neq; vi-
sus corporeus nisi obiectū ei per species visibi-
les coniungatur. Hæc enim veritas adeò fuit
semper vniuersis philosophis perspicua, vt
quemadmodū primo de Anima, ait, Philoso-
phus, propterea priscorum scholę philosopho-
rum docerent intellectum esse omnia: nempe,
ferum, terram &c. vt omnia posset intelligen-
re. Neque illos aliter potuit idem Philosophus
refutare, quā docendo obiectum vniri intel-
lectui, nō per se realiter, sed per suam speciem
quæ est eius similitudo. Igitur, cum vt iam pro-
batum est, nulla esse possit creata species Deū
repræsentans, consequens sit vt Deus ipse eidē

Discrimen
inter spectē
& notitiā.

3. Conclu.

intellectui in ratione speciei vniatur.

Explicitio Sed ad rei huius explicationē arguitur. Vni
conclusio. ri in ratione speciei est recipi in intellectu, aut
in quacūq; alia apprehēsiua potentia, Deus
aut nō est receptibilis formaliter, per seipsum
in aliquo: nam sicut non habet esse receptum,
ita nec potest in alio recipi: alioquin non esset
simplicissimē immaterialis.

Ad hoc autem respōdetur illo negato, quod
assumitur. Negatur, inquā, vni in ratione spe-
ciei esse recipi in potētia: hoc enim non cōue-
nit per se speciei, sed per accidēs specieb⁹ crea-
tis, quia sunt accidentia: per se enim ratio spe-
ciei nō dicit aliud quā vni potētia, & facere
cum ea vnum principium ad cognoscendū fa-
ciendo potētia cognoscitiuam in actu primo:
verū quia creaturæ non possunt per se hoc pa-
cto vni potētia, accedit eis, vt per species
quas in potentia proferunt, ei vniatur. Deus
autem quia eminenter cōtinēt vniuersalem ra-
tionem essendi, à quo ideo esse omnium rerū
deriuatur, per se ipsum vniatur intellectui, esto
ipsi non inhæreat, quia est cōpletissima substā-
tia. Itaq; cum dicimus, Deum vni in ratione
speciei intellectui, non solum asserimus quod
concurrat in genere causę efficientis veluti cū
omnibus causis secundis concurrat ad agendū:
sed q; concurrat peculiari ratione speciei faciē-
do intellectum intelligibilem in actu primo.

Solu. 1. ar. Et per hoc solum restat argumentum pri-
mum. Concedimus enim quod intellectus &
sensus, non sit in actu nisi quando obiectum il-
li vniatur: sed tamē obiecta creata vniuntur po-
tentijs per accidentales species quæ in ipsa re-
cipiuntur, Deus autem se ipso.

Redargutio Sed redarguitur hæc solutio. Sequeretur in
de nō sō. de quod etia Deus ipse posset vni in intellectu
in ratione notitiæ & visionis atq; eadeo nulla
opus esset alia creata. Negatur consequentia:
quoniā visio de intrinseca ratione sua dicit for-
mam in hærentem oculo, & notitia formam in
hærentem cognoscenti. Nam cognoscere, &
intelligere, vt ait, Aristot. est quoddā pati: qua-
re intellectū videre, est in se habere visionē, si-
cut aquam calefieri, est recipere calorē: & pa-
pyrum esse albam est in se habere alborē. Inō
in omnibus actionibus simile est exemplum.
Etenim sicut hominē scribere est actionem il-
lam ab homine emanare, ita & hominem am-
bulare est ambulationem (vt sic loquamur) fa-
cere & recipere. Et idē est de, nutrire, atq; adeo
de, videre & intelligere. Ad autoritatem ve-
ro Ioannis, Similes ei erimus. Respondet San-
Thomas, quod non intelligitur de similitudi-
ne speciei, quæ recipiatur in intellectu, sed de

participatione luminis gloriæ, quo eleuatur
potentia ad producendam visionem, quæ est
similitudo Dei. Et eodem modo intelligitur
August. si loquatur de intellectu beata. Vi-
detur tamen loqui de intellectu in via per
quam quodammodo assimilamur Deo.

ARTICVLVS. IIII.

*Vtrum intellectus creatus ad videndum
Dei essentiam aliquo creato lumine su-
pranaturali indigeat.*



oniam dictum est duo ad cogno-
scēdum esse necessaria, & virtutem
potentiæ, & vniōnem obiecti per
speciem, & ab hoc secundo expedi-
ti sumus, subsequitur, vt de priori inquiramus.
Vtrum requiratur lumē supranaturale, ad vi-
dendū Deum præter naturale quo intellectus
viget. Est quæstio S. Thom. 1. part. q. 12. ar. 5.
Et arguitur à parte negatiua. In rebus creatis,
id quod per se lucidum est (vt sol) alio nō eget
lumine quo videatur: Deus autem est ipsissi-
ma intelligibilis lux: ergo alio, vt videatur, nō
indiget lumine.

*Partis ne-
gatiue ar-
gum. 1.*

Secundò. Quando Deus per aliquod mediū
videtur, vt putā per creaturas, nō videtur per
essentiā: quia videri per essentiā, est videri im-
mediatē, hoc est, sine alio medio.

2. Argum.

Tertiò. Quicquid est creatū non repugnat
alicui creaturæ esse naturale: igitur si essentia
Dei per lumē creatū videri pōt, possēt lumē il-
lud alicui creaturę esse naturale, atq; adeo De⁹
esset naturaliter a creatura visibilis, cui⁹ cōtra-
rium cōstitutum est. Nulla ergo luce opus est
supranaturali ad Deum videndum.

3. Argum.

Quartò redarguit Durand. D. Thom. cōtra
dictionis. Ait enim dist. præsent. q. 2. art. 7. q;
in hac vita miraculosē fieri potest diuina vir-
tute, q; intellectus creatus non habens nisi di-
spōsitiōē vie, eleuetur ad videndum Deū per
essentiā: ergo & in patria id fieri potest.

4. Argum.

In contrarium autem est illud psalmi. 35. In
lumine tuo videbimus lumen.

*Partis affir-
matiuæ.*

In introitu quæstionis huius notandum est,
quod cum vniuersalis sit omnium confessio
Deū à creatura nō posse naturaliter per essen-
tiam cognosci, atq; adeo nec videri, de modo
tamen quo supranaturaliter videatur variant
doctores, suntq; perinde in triplici differētia.
Opinio enim ferē communis est, quod neque
vlla requiritur species ex parte obiecti, neque
vero

Decisio ar.

*Triplicis o-
pinio.*

verò lumen ex parte potētia. Hæc enim sen-
tentia nominalibus per placet. Enimvero vt
sunt Metaphysicę scientiæ parū amici, ita ne-
que in huiusmodi speculationibus multū in-
sulant. Veruntamen in eadem sententiam vi-
detur & Scotus declinare distinctione præsen-
ti quæstione. 1. eandemq; affirmat Durāndus
quæst. 2. Alij dicunt requiri speciem superna-
turalem ex parte obiecti, quæ Deū faciat po-
tentiæ præsentem. Hæc tamen opinio satis ar-
ticulo præcedenti explosa fuit. Quo autem ad
priors reuertamur, si ab illis scisciteris cur ne-
queat Deus à creatura naturaliter videri. Nam
si naturaliter videri non potest, supernatura-
lis virtus ad id requiritur. Respondet Scotus,
non aliam requiri virtutē præter Deum qui
se faciat præsentem intellectui.

*Scoti impu-
gnatio.*

Sed primū nō satis respōdet nisi addat, q; v-
niatur in ratione speciei obiecto. Nā hoc est
se facere præsentē. Præterea, nō satis est respō-
dere ex parte obiecti quomodo se vniatur intelle-
ctui, verum & ex parte intellectus, vtrum vir-
tutem habeat sufficientem concurrēdi cum
Deo naturalem: nam certē corporeus oculus
illam virtutem non habet. Quocirca Durā-
ndus respōdet, non aliam virtutem ex parte in-
tellectus requiri: quā status mutationē. Nem-
pe, quod corp⁹ hoc mortale exuat, in quo ne-
quit intelligere nisi per species à phantasmati-
bus abstractas. Anima enim, inquit, separata
quæ illis phantasmatis nō indiget, Deū po-
test naturaliter videre.

Durandus

At verò opinio hæc generalē confessionem
diffidet tenentiū Deum nō posse naturaliter
videri. Nā si anima separata id suis virib⁹ natu-
ralibus assequitur, cū status ille, quo separata
est, sit ei naturalis, colligitur, q; possit Deus à
creatura per naturā videri: cōtra illud Psalmi,
Gratiam & gloriam dabit dominus, & contra
id genus recitata testimonia.

Conclusio.

Est ergo tertia opinio S. Thomæ secundum
quā ad quæstionē vnica cōclusiōe affirmati-
ua respōdetur. Ex parte intellectus nō sufficit
lumē naturale, sed requiritur eius eleuatio per
lumē gloriæ, vt Deum cernere & videre possit.
Quo verò rationis ius euidentior fiat, arguitur
statim cōtra. Deus (vt dictū est) in ratione spe-
ciei intellectui cōiungitur ad visionem ipsius
eliciendam: ergo lumen gloriæ, vt superfluum
redundat. Probatur consequentia. Quia vt in-
tellectus intelligat, sufficit vt per species obie-
cti fiat in actu primo. Imò Deū vni in intelle-
ctui in ratione speciei est cū ipso vnā cōcurre-
re: ergo hoc absq; alio lumine satis est. Et cō-
firmatur ratio. Lumē ad id solum ponitur ne-

*Obiectio-
nes.*

cessarium, vt eleuetur potētia. Sed per Deum
ipsum in ratione speciei cōcurrētem satis ele-
uatur: ergo nullo opus est lumine.

*Fundamen-
tum.*

Ad rei ergo huius intelligentiā illud funda-
mentum pro fixo habendū est, q; articulo præ-
cedēti, tāquam ab omnibus receptissimū, præ-
dicimus. Nempe, duo esse ad cognitionem ne-
cessaria, scilicet, virtutem potētia, & obiecti
vniōnem. At qui prius requiritur virtus poten-
tiæ q; vniō obiecti. Imò ad hoc requiritur vir-
tus, vt possit species obiecti recipere. Etenim
quia potentia sensitua nō habet virtutem co-
gnoscēdi spiritalia & vniuersalia, nequit spe-
cies intelligibiles recipere: per quas obiecta il-
la vniatur ei. Et quia oculus vespertilionis vir-
tute non viget cernēdi solem, sit vt neq; eius
visibilis species suspicere valeat.

*Probatio
cōclusiōis*

Hoc supposito probatur cōclusio. Visio bea-
tifica est intellectui supranaturalis (vt supra
probatū est tū sacris oraculis tū etiā ratione)
ergo lumē naturale nō est ad illū intuendū suffi-
ciēs. Cū ergo intellectus ipse (vt supra probatū
est) debeat cōcurrere ad eliciendā visionē, lumi-
ne alio supranaturali indiget, quo fiat videndi
potēs: hoc est idone⁹, cui Deus in ratione spe-
ciei vniatur. Lumē enim glorię nō cōcurrat ex
parte obiecti veluti species, sed ex parte poten-
tię, vt eius acies quodāmodo acuat. Et con-
firmatur ratio ex illo Ari. 1. Metaph. Sicut o-
culus noster ad lumē solis, sic intellectus nos-
ter ad manifestissimam naturę. Etenim cū inter
prima principia nature, quę Aristoteles appel-
lat manifestissima, Deus sit supremus, multo
minus intellectus noster lumine naturali vide-
re Deum potest q; oculus noster solē. Non so-
lum pro isto statu, quo anima est corpori col-
ligata, verum & simpliciter. Cū ergo Deus mē-
tis oculis sine aliquo intellectuali lumine cer-
ni nequeat, veluti, nec coloratū videri sine sen-
sibili, subsequit, vt supranaturali lumine sit ad
id muneris illustrāndus. Profectò posita illa ve-
ritate, q; Deus à creatura naturaliter videri ne-
quit, planē colligitur nostra cōclusio. Nā inde
consequitur q; intellectus nō habet talem vir-
tutem neq; sufficiēs lumē (nā lumen nil aliud
est q; intellectus virtus) atq; adeo q; indigeat
alio supranaturali. Ad hæc accedit exemplū
fidei. Nā quia in hac vita lumen nature ad co-
gnoscendū Trinitatis mysteria nobis nō suf-
ficit, lumen fidei supranaturali donamur: ea-
dē ergo ratione si lumē naturale nobis ad vidē-
dum Deū non est satis, consequens fit, vt per
aliud debeamus diuinitus ad id muneris eleua-
ri. Vnde ad argumentū proximē factum re-
spondetur, quod si Deus posset vni in intelle-

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Solutio ar.

Etui creato in ratione speciei sine lumine gloriae, non esset illud necessarium, sed tamen non potest sicut oculus nocturne recipere lumen solis nisi supranaturaliter acutior fiat: & ideo lumen praequiratur, vt Deus illi vniatur & cum Deo ad visionem concurrat. Cur autem non eleuet intellectum Deus absque lumine, sicut per se concurrat in ratione speciei, liquida est ratio. Quia lumē eleuans tenet se ex parte potentiae: est enim virtus ei superaddita: & ideo debet in ipso esse formaliter inherens ei: species autem tenet se ex parte obiecti. Hinc facile quisque; vsu luminis gloriae colligit. Haud enim ponitur, vt sit dispositio mere passiva ad suscipiendam visionem, quemadmodum dispositiones ad suscipiendam formam. Sed tanquam actiua virtus cum Deo concurrente in ratione speciei ad eandem eliciendam visionem coagat.

Visus luminis gloriae.

Nota discrimen.

Quo circa non est eum similitudo aut imago obiecti quemadmodum species, aut notitia, sed potius simile est habitibus quibus potentia perficitur ad agendum. Tametsi quodammodo ab illis discriminetur, quod apprimē est animaduertendum. Nam habitus naturalis non ponitur simpliciter ad agendum, sed ad bene & facile agendum: potest enim intellectus sine habitu scientiae aliqua rerum habere iudicia, non tamen ita bene & facile, quam per habitum. Et ideo dicitur dispositio perfecti ad optimum. Lumen verò gloriae non ponitur solum ad bene videndum Deum, sed simpliciter ad videndum, vt pote sine quo intellectus nullatenus ipsum videre valet: ob idque; potius assimilatur illi speciei qualitatis, quae est potentia, quam illi quae est habitus. Quamquam & similis quoque sit habitus fidei infuso sine quo supranaturalia credere non possumus.

Decretum clementinae.

Bifaria de lumine gloriae loquitur.

Sententia haec S. Tho. Vel est determinatio ecclesiae, vel ei quam simillima & proxima, in Clementina supra citata. Ad nostrum, de haereticis. Vbi error condemnatur dicentium quod anima non indiget lumine gloriae ipsam eleuante ad Deum videndum & ipso beate fruendum, Quo circa qui sub his verbis hoc negaret, in heresim impingeret. Est tamen adnotandum, quod de lumine gloriae bifariam sentire possumus. Vno modo, quod sit qualitas distincta sicut lumen in aere, atque; altero modo, vt sit Dei concursus, intellectum eleuantis, atque; hoc secundo modo glossant Scot. Durandus, & nominales Clementinae. Scilicet, quod specialem Dei concursum appellat lumē gloriae. Priori verò modo sentit de illo lumine Diuus Thomas. Atque; in hoc sensu censet Caietanus illic esse ab ecclesia decretum. Et profectò est quam maxi-

mè verò simile. Similiter enim in eodem concilio Viennensi sub eodem Clemente definitum est habitus per baptismum infundi, etiam paruulis: qui cum non possint actu à Deo moueri, consequens fieri videtur definiri, quod infundantur habitus, qui sunt qualitates à potentibus distinctae. Item cum lumen in creaturis sit qualitas, videtur idem ibidem decerni.

Quod si arguas. Lumen naturale intellectus non est necesse, vt sit ab ipso distincta qualitas: ergo nec de lumine gloriae id asserere cōstringimur. Respondetur primum antecedente negato. Nam lumen naturale est virtus intellectus agentis, qui est qualitas. Et praeterea consequentia non valet. Nam cum lumen supranaturale sit virtus naturae superaddita, vrgentius ratio conuincit distingui à potētia quam lumen naturale. Arguit veruntamen Scotus cōtra, Quidquid Deus potest facere cum causa secunda potest facere se solo: ergo si per lumen gloriae eleuat intellectum, potest absque illo id ipsum efficere.

Caiet. quidem loco praesenti & Capreolus quaestio. 2. nihil cunctantur negare Deum per suam omnipotētiam efficere posse, vt intellectus absque lumine gloriae ipsum videat. Et quāuis eorum olim opinionem nimis rigidam censebam, iam verò modò mollior & verior mihi censetur. In illo enim consuetissimo syllogismo cauendum est ne variatio appellationis, quam sic vocant, delitecat: nam & si quancūque entitatem quam Deus per causam secundam profert, possit & se solo proferre, non tamen sine causa secunda efficere potest, vt ipsa faciat. Potest, inquā, entitatem quae est meritum, nempe, orationē sine me proferre, non tamen potest ipse se solo mereri, quia mereri est actio creaturae. Sicuti potest entitatē quae est visio sine oculo meo producere: facere tamen non potest, vt ego videam nisi virtutē mihi videnti tribuerit. Quemadmodū nec facere valet, vt lapis videat, aut quodaqua absque calore aut alia simili virtute calefaciat. Ad propositum ergo, lumen gloriae est virtus & facultas intellectus ad videndum Deum: ergo quauis possit illam entitatem se solo producere, imo producit, non tamē potest absque illa facere, vt intellectus videat visione beata: quia hoc esset facere, vt intellectus sine virtute vidēdi videret. Sicut potest visionē solis se solo producere, non tamen intelligit quomodo possit facere, vt noctua videat solē nisi altiorem illi virtutē suppeditauerit, quā modò habet. Profectò vix potest intelligi quomodo possit facere quod intellectus ipsum videat, nisi tribuēdo illi virtutē quā nos

Obiectio.

Caietanus.

Deus sine lu. glo. uideri nequit.

voca-

vocamus lumen gloriae.

Obiectio.

Quod si arguas. Deus potest conseruare formam substantialem, puta ignis, sine dispositionibus in subiecto, veluti è cōuerso cōseruat in sacramēto altaris qualitates panis sine eius substantia, ergo similiter potest visionē in intellectu cōseruare sine lumine gloriae. Negatur consequētia, nam dispositiones solum cōcurrūt ad cōseruandam formam, quam Deus sine illis conseruare potest. Lumen verò (vt dictum est) non est dispositio passiva ad recipiendam visionem, sed virtus actiua. Et ideo licet entitatem illam possit Deus se solo conseruare, non tamen facere, quod intellectus absque illa videat: sicut non potest facere, vt aqua absque calore calefaciat. Valide tamen argumentum, quod aduersus hoc obijci potest, est de auxilio speciali, quo Deus mouet peccatorem ad sui conuersionem: quod quidem est supranaturale: & tamen non est qualitas, sed motus Dei.

bonū argu.

Responsio.

Attamē neque; hoc cōcludit. Est enim ratio diuersa: quoniam liberum arbitrium quantum ad substantiam operis, facultatem habet naturalem mouendi se in Deum, saltem supposita cognitione fidei: sed indiget à Deo specialiter moueri, vt sit dispositio ad eius gratiam assequendam. Et ideo potest moueri à Deo, vt se disponat, sine alia qualitate gratiam praecedente. Veluti ferra, quia formam in se habet secandi, non indiget alia forma ab artifice impressa ad arcam fabrefaciendam, quā, vt ab ipso secūdum artem moueatur. Videre autem Deū per essentiam omnino excedit naturales vires etiam quantum ad substantiam operis. Et ideo sine virtute supranaturali intellectui inherente non videtur quomodo possit cōcurrere ad visionem.

Sufficiens re sponsum.

Sed quo supremum respōsum adhibeamus: quauis gratis largiremur Scoto, Deum per suam omnipotentiam intellectum posse absque lumine eleuare: nulla tamen inde fit cōsecutio, vt sic faciat. Non enim solam abolutam Dei omnipotentiam rimari decet: sed quid debitus rerum ordo deposcat. Disponit enim Deus (vt est apud Sapientem) omnia suaviter. Igitur cum res naturales suis potentibus & virtutibus instruxerit, & respectu supranaturaliū nos etiā habitibus infusis donauerit, quibus debitas valeamus actiones exercere, cur negandū est, cum intellectus naturaliter Deū videre nequeat, lumine aliquo & virtute supranaturali ad id muneris diuinitus perfici?

Solutio. 1. ar.

At quauis sententia haec de lumine gloriae, & rationibus suffulta, & ecclesiae auctoritate sit subnixā, à pluribus ceu peculiaris S. Tho. impugnatur. Et primò arguit Scotus argumen-

to quod nos primo loco proposuimus, quod quia Deus per se lucidus est, imò totius tons luminis, non indiget alio vt videatur. Ad quod optimè Diuus Tho. respondet, lumen illud non requiritur ex parte Dei, vt per illud fiat ipse intelligibilis, sed vt potētia fiat potēs: per modum quo potentia fit potentia ad operandum per habitū. Quauis, vt diximus, non solum requiritur, velut habitus acquisitus, vt potentia sit potētior, sed vt simpliciter sit potēs. Hunc enim in modū lumen corporale necessarium est visui, nempe, vt medium actu transparentis fiat, vt possit à calore moueri, qui per se est visibilis. Quod si arguas, Sol per suum lumen videtur: ergo & Deus. Conceditur argumentum, pari enim modo & Deus videtur per illud lumen ab ipso emanans, iuxta illud citati Psal. In lumine tuo videbimus lumen.

De' ut Sol.

Solutio. 2. ar.

Ad secūdū verò itidē respōsum est, lumen illud non requirit, vt Dei similitudinē, in qua videatur, achi esset eius species: tūc enim non videretur per suā essentiā, sed per modum. Sed ponitur quasi intellectus perfectio, ipsum corroborans, atque; eleuans, quare non per ipsum tamquam per medium videtur Deus, sed sub ipso, id est, virtute ipsius, quod non tollit, quin essentiam videatur.

Durand.

Redarguit verò Durandus interrogans, quomodo lumine illo corroboretur intellectus: aut enim virtus eius intēditur, & hoc non: quia virtus illa non est intensibilis, neque suscipit magis & minus: aut veluti duo agentia imperfecta inuicem se adiuuāt, vt duo pondus aliquod importātes, cui neuter per se sufficeret, & neque hoc est verum: quia non est dicendum, quod intellectus faciat partem, & lumē aliam partem. Respondetur autem, quod neutro illorum modo, sed quia est virtus intellectus ipsius, sicut habitus fidei. Ad tertium denique; respōdetur, quod quauis lumen illud sit creatū, nequit tamen connaturale esse creaturae, nisi creatura esset naturae diuinæ, cuius lumē illud est participatio, sicut splendor solis non potest esse connaturalis nisi soli, neque; calor, nisi igni.

Solutio. 3. ar.

Dubitatio

Dubitatur hic autem, vtrum saltem intellectui per lumen illud sibi infusum sit naturale videre Deum? nam & hoc Scotus ex opinione Sancti Thomae, ceu absurdum elicit, quod quidem Caietanus illi concedit, scilicet, quod supposito lumine intellectus naturaliter videat. Crediderim tamen hoc esse falsum, & contra mentem Sancti Thomae: nam negans lumen illud posse fieri naturale creaturae, negare videtur, & vide ipsum esse naturale. Quo circa dicendum, quod nunquam actus sit naturalis, nisi quando potentia est naturalis, licet sit supranaturaliter

raliter recepta. Cæcus, inquã, per visum supra naturaliter receptum, naturaliter videret, quia natura eius est habere visum, sed tamẽ quia nõ est naturale intellectui habere illud lumẽ, sit vt neq; videre sit ei naturale.

Aliud arg. ¶ Aliud verò fieri solitum argumentum, nempe, q; pari modo Deus posset visum corporeũ per lumen eleuare, quo ipse videretur, iam supra ar. 2. solutum est. Vbi diximus, quòd quia Deus (sicut neq; vlla res spiritalis) non comprehenditur sub obiecto sensus, neq; per Dei potentiam eleuari, vt spiritalia videat, Deus tamen cõprehenditur sub obiecto intellectus, quod est ens, sed tamen propter eius excellentiam nequit à creatura per essentiã videri, aut cognosci. Nihilominus quemadmodum Deus potest vespertilionis oculum acere, & perficere, vt possit solem videre, potest & intellectu per lumen subleuare, vt ipsum videat.

Durandus. ¶ Et per hoc soluitur argumentum quod hie obmolitur Durandus. Quando virtus potentia se ad aliquod obiectum extendit, illo presentato statim illud cognoscit sine alio iuuamine: obiectum verò intellectus est ens quo comprehenditur Deus: ergo sine alio iuuamine potest illum anima separata videre, vel in corpore glorioso. Negatur, inquã, maior, quãdo excellentia obiecti separat virtutem potetia, vt patet in sole respectu oculi noctur.

Argumentũ celebre. ¶ Aliud verò item argumentum facit idem Durandus, quod ceu Achilles existimari solet, neq; solutũ satis videas, quia ex falso intellectu procedit. Arguit quippe hoc pacto. Lumen glorie ob id ponitur à Diuo Thoma, vt intellectus, qui per se cũ Deo nõ habet proportionem altius eleuetur, & fiat ei proportionabilis: at verẽ tã sine proportione manet lumine illo donatus, quã sine illo: ergo lumen illud est superuacaneum. Probat minor, quia disproportion illa in hoc consistit, q; Deus est infinitus, intellectus verò est finitus: lumen autem illud, cũ sit creatura, non vsq; adeò intellectum eleuat, vt Deo adæquetur: quoniã semper manet finitus. ¶ Argumentum verò re perspecta nullius est roboris. Respondetur enim ad minorem, nempe, q; etiam cum lumine illo intellectus non habeat cum Deo proportionem: si enim intelligatur de proportione rerum in esse naturæ, eam cofitemur, sed nihil ad rem. Nõ enim Diuus Thomas intelligit, quòd intellectus per illud lumẽ efficiatur infinitus, quia neq; est necessariũ nec possibile, sed q; fit proportionabilis Deo in ratione cognoscendi: quemadmodum potentia proponatur obiecto. Videlicet, quod cũ per lumen naturæ non

Solutio.

possit Deum intelligere, per illud lumen super naturale efficiatur ad id potens, quanuis sit finitum. ¶ Quod si redarguas. Propterea intellectus naturaliter nõ erat potens videre Deum quia in infinitũ Deus excedit creaturam: ergo ad videndũ ipsum deberet fieri infinitus, vt tolleretur ille excessus. Negatur consequetia: nã ex hoc quòd Deus est infinitus, solũ sequitur quòd intellectus ipsum naturaliter nõ potest videre, nullatenus tamen subsequitur quòd id non possit supernaturaliter, etiam si maneat finitus. Quare cũ illud lumen sit virtus supernaturalis, per quod intellectus acquirit esse supernaturale, & quãdam Dei participationem fati est. Exemplum est in habitu fidei. Enim verò quia mysteria fidei sunt supernaturalia & infinita, non potest illa homo satis credere naturaliter, sed supernaturaliter per habitũ infusum, licet nõ faciat hominem infinitum. Eui deniusq; id inspicitur in gratia. Nequimus enim viribus naturalibus opera exhibere quæ Deo sint grata: sed quia per gratiã eleuamur, & vt ait, Petrus, efficiamur diuinæ cõsortes naturæ, eadẽ potest opera præstare. ¶ Aliud adhibet idem Durandus argumentum, nempe, q; lumine gloriæ posito sterneretur via processui in infinitum: nam qua ratione illud requiritur, ceu dispositio ad suscipiendam visionem, cũ ipsum sit etiam forma supernaturalis, alia requireretur ad ipsum suscipiendum dispositio, & sic in infinitum. Ad hoc autem respondetur primum, quòd lumen nõ requiritur tanquam dispositio ad eam suscipiendum, sed tanquam virtus ipsam producendi: & quia lumen non producitur ab intellectu, nõ exigitur alia virtus ad ipsum producendũ. Secũdo respondetur, quòd etiam si consideraretur, vt dispositio ad suscipiendum visionem, vt Durandus falso opinatur, argumentum eius nullum est: quia ad formam quæ est vltimus terminus actionis requiritur dispositio, vt ad formam ignis, sed ad illam, quæ est via, & inchoatio alterius, vt ad calorem, non requiritur alia dispositio. At prior solutio est magis legitima. ¶ Circa quartum argumentum quod fuit Durandi tria sunt notanda. Primum, q; in hac vita lege cõmuni nemo potest Deũ videre, quæ quidem catholica veritas est in Clemen. ad nostrum, de hæreticis, contra Bigardos, quos superius retulimus, decreta, secũdum illud Exod. 32. Non videbit me homo, & viuet. Vbi glossa. quãdiu hic mortaliter viuitur, per quãdam imagines Deus videri potest, sed per ipsam naturæ suæ speciẽ non potest. Et. 2. ad Corinth. 5. Apostolus. Per fidem ambulamus, & non per speciẽ: aude-

Redargutio.

Aliud arg.

Solutio.

Solu. 4. ar.

mus

mus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad dominum, scilicet, per visionem.

Ratio.

¶ Rationẽ verò affert D. Thomas. 1. par. q. 12. ar. 1. q; cognitio sequitur reinaturam: anima autem in hac vita, quia est corpori alligata, cuius cognitio, vt ait Philosophus à sensu incipit, nihil cognoscere valet nisi per species à materia abstractas, atq; adeò non cognoscit nisi formas quæ sunt in materia, aut substantias separatas quatenus per has possunt abstractiue cognosci, Deus autem, vt monstratum est, non est secundum suam essentiam per aliquam speciem cognoscibilis, & multò minus per speciẽ abstractã à materia, cognoscitur ergo in hac vita non per se, sed per suos effectus, vt ad

Ex priuilegio uiator potest Deũ uidere.

Roma. 1. ait Paulus. ¶ Veruntamen lege hac ordinaria non obstante, potest Deus in hoc seculo ex priuilegio singulari visionem sui suis dilectis impartiri: vt August. 12. super Gene. ad literam, & ad Paulinam de videndo Deum. & D. Tho. 2. 2. q. 175. art. 3. de Moyse, & Paululo affirmat. Idq; cõgruentissima ratione: nã vt ille doctor fuit synagoga, ita & Paulus ecclesie. Quibus ideo se se Deus suaq; arcana expãdit. Præter hos autem nemini concessum legitur. Prophetis nanq; solũ per imaginarias similitudines fuit ostensus: iuxta illud Esaiæ. 6. Vi di dominum sedentem super solium. Aut per extasim & mentis excessum in contemplatione. Quemadmodum ait psalmista. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Et Actu. 10. de D. Petro legitur, q; cecidit super eũ mentis excessus. Et sic intelligendum est illud Gene. 32. de Iacob, Vidi Deum facie ad faciẽ. Dixit enim facie ad faciẽ, non q; videret sicuti est, vt ait Ioan. sed ad exaggerandum suæ contemplationis eminentiã. ¶ Tertio deniq; nos se oportet, q; neq; in hac vita per priuilegium Paulus aut quibus alius videre potuit Dei essentiam, nisi lumine gloriæ perfusus. Vt rationibus superius probatum est: quoniã licet Deus entitatem, quæ est visio, se ipso producere queat, faceretamen quòd intellectus ipse videat, non potest nisi tribuendo ei virtutem supernaturalem: quando quidem naturaliter nõ potest. Virtus autem illa supernaturalis est lumen. Potest tamẽ lumẽ hoc dupliciter inesse, scilicet, aut per modũ habitus permanenter: & hoc ad beatitudinem requiritur qualis est in patria: aut per modum transeuntis dispositionis, atq; hoc pacto fuit in Paulo, Sententia est D. Tho. loco citato. 2. 2. in solu. ad 3. Quare tãdem ad argumentum factum respondendum, q; S. Tho. præfenti distinctione dicit, q; in hac

Lumen glorie in via necessariũ.

Solutio ar.

vita potest miraculose diuina virtute intellectus creatus nõ habens nisi dispositionem viæ eleuari ad videndum Deum per essentiam, nõ negauit requiri lumen, vt non solũ Durandus arbitratur arguendo contra sanctum Thomam, verũ & Capreolus respondendo. Quare ait, q; postea se retractauit & corripuit in. 2. 2. Sed certè non opus habuit retractatione: quia hic nõ negauit requiri in via. Imò in hoc q; dixit, Virtute diuina, intellexit lumen gloriæ per modum transeuntis requiri. Quod quidem lumen simul esse potest cum dispositione viæ, nempe, cum habitu fidei. Quinetiam lumen ipsum per modum transeuntis est dispositio viæ ad videndum Deum.

QVÆSTIO TERTIA, De visione.

ARTICVLVS. I.

Verũ videtes Deum per essentiam ipsam comprehendant.



Tertia quæstio additur de qualitate, & potestate visionis. At qui Diuus Thomas. 1. parte quæstione. 12. aliã rationem sequutus, prius disputat vtrũ videntium Deum alius alio perfectius videat, ac deinde vtrũ ipsum, comprehendant. At verò quia si comprehenderent omnes æqualiter viderent, si verò nõ comprehendunt, possunt videre in æqualiter, à comprehensione initiũ sumimus. Vtrum, scilicet, omnes beati Deum comprehendant. Et arguitur à parte affirmatiua ex illo Apostoli ad Philipenses. 3. Sequor autem si quomodo comprehendere. & ad Corinthios. 9. inducto exemplo in stadio currentiũ, vbi omnes quidẽ currant, sed non omnes accipiunt brauium, admonet Corin. dicens, Sic currite, vt cõprehendatis. Et de se ipso subdit. Ego igitur sic curreo nõ quasi in incertum, quasi diceret. Sed vt comprehendam. ¶ Secũdo arguitur. Augustinus in Epist. 112. de videndo Deum ad Paulinam. c. 9. Illud inquit, comprehenditur, quòd ita totum videtur, vt nihil eius lateat videt: sed si Deus per essentiam videtur, cũ sit simplex, necesse est, vt totus videatur, neq; quippiam eius lateat: ergo comprehenditur.

1. Argum.

2. Argum.

In contra.

Fortissi

Fortissime magne potens, Dominus exercituum nomen tibi & incomprehensibilis cogitatu.

OKaquin que modis accipit comprehensionis nomen.

Inter respondendum ad hanc questionem multis OKa in. 4. quaest. 13. & si sequaces distinctionibus vtuntur, ad rem nota multum pertinentibus. Quinque enim, inquit, modis comprehensionis nomen vsurpatur. Primo, scilicet, idem est comprehendere, quod rem taliter videre, vt nihil eius videntem lateat. Et secundo modo idem est, quod singulas rei partes distincte cognoscere. Et tertio est rem perfectissima cognitione qua cognoscibilis est cognoscere. Quarto, est rem cognoscere sub omnibus praedicatis ei conuenientibus. Ac denique, quinto, tunc res comprehenditur quando talis est proportio cognitionis illius ad cognitiones aliarum reru, quanta est inter rem ipsam & alios. Tunc igitur dicit quod primo modo beatus comprehendit essentiam, quia cum Deus nullas habeat partes, nulla latet videntem. Et eadem ratione neque a se neque a creatura potest comprehendi. Reliquis vero tribus comprehenditur a se ipso, sed non a creatura.

Reprobatio.

Is vero modus coaceruandi distinctiones profecto neque theologus est, neque ad scientiam admodum conducens. Nomina enim non sunt ad libitum distinguenda, nemo quippe nescit, quod si capiatur hoc modo, vt vniciuilibet placeat, Deus comprehendatur. Si vero aliter vt alteri lubet, non comprehendatur. Sed certa ratio docendi est ex proprijs nominum significatis doctrinam instituire, & rerum veritates rimari.

Comprehendere dupliciter.

Duobus ergo duntaxat modis vsurpatur in sacro eloquio comprehensionis nomen. Rem enim cognitione comprehendere primo eodemque proprio, & perfectissimo modo est ipsam tantum cognoscere, quantum est suapte natura cognoscibilis. Verba sunt sancti Thomae praesenti articulo. Dixerim, Quantum suapte natura est cognoscibilis: vt cognoscibile dicat conditionem obiecti, non autem conditionem subiecti cognoscentis, puta quantum potest ab alio cognosci, vt in tertia acceptione fingit Okam, scilicet, quod comprehendere sit rem perfectissima notitia cognoscere qua potest cognosci. Tunc enim fieret consequens, quod nulla creatura posset ab alia creatura comprehendi: puta quod angelus non posset formicam comprehendere: quia nulla creata cognitio est perfectissima, qua res potest cognosci, cum a Deo, perfectius cognoscatur. Quod quidem consequens, licet Okam concedat, est nihilo minus absurdum, & rei physicae contrarium: nam cum quaecunq; natura creata sit finita, gratis negat posse ab alia creatura comprehendi. Imo vero sequeretur tam incomprehensibile esse creaturam quam Deum: nam sicut Deus a se ipso solo comprehenditur potest, ita neque creaturam posset nisi ab ipso comprehendere: consequens tamen est concessu longe absurdissimum: quandoquidem solum ipse praedicatur incomprehensibilis, eo quod est infinitus. Igitur comprehensio in hoc stat, quod notitia sit obiecto adaequata, nepe, quod quantum est in ipso cognoscibile; per tantum ipsa cognoscatur. Hoc enim plane hominis significatio admonet. Neque vero satis est rem totam cognoscere ad comprehensionem, siue partes habeat, siue indiuisibilis sit, sed requiritur praeterea, vt doctet, ait, D. Thomas, quod ea notitia cognoscatur, qua res ipsa secundum naturam suam est cognoscibilis. Quocirca si quod per scientiam demonstratiuam scibile est, opinio ne duntaxat cognosceretur, non esset comprehensum. Quare omnem triangulum habere tres angulos aequales duobus restis, nemo comprehendit, nisi qui id per demonstrationem cognoscit: nam qui solum sapientibus mathematicis citra demonstrationem id dicentibus fidem adhiberet, veritatem illam non comprehenderet. Atque adeo nec sufficit ad rem comprehendendam illam in alio cognoscere, sicut cognoscit Deus per creaturas, sed debet per essentiam cognosci, qualiter est cognoscibilis. Vnde August. episc. citata. Aliud, inquit, est videre, aliud est totum videndo comprehendere. Quandoquidem id videtur, quod praesens, vt cunq; sentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circumscribi possunt, &c. 12. de ciuita. Dei cap. 18. Quicquid scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur. Ad quaestionem ergo tribus conclusionibus respondetur Prima. Deus est simpliciter incomprehensibilis. Veritas est catholica, vt patet oraculo illo prophético citato. & Job. 11. Forsitan vestigia Dei comprehendes? & vsq; ad perfectum omnipotentem reperies. Quasi dicat, nequaquam, Cuius vtique ratione subdens, ait, Excellentior caelo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari. Vbi graphice rationem explicat cur sit incomprehensibilis: nempe, quia infinitus, cuius infinitatem describit ad sensum per excessum super omnes creaturas, quae sint oculis subiectae. Eadem enim phrasi, ait, Salomon. 3. Regum. 8. Si caelum & caeli caelorum te capere non possunt, quanto magis domus haec quam aedificauit Idem Paulino confirmatur eloquio ad Roma. 11. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. &c. 1. ad Timot. 6. Qui solus habet immortalitatem & lucem inhabitat inaccessibile, id est, incomprehensibile. Ratio vero conclusionis colligitur ex definitione, Deus est substantiae, & essentiae infinitae, nempe, quae non limitatur ad aliquod certum genus, vt homo, leo, equus, &c. Sed eminenter omnia continet, atque adeo eius esse est infinitum. Sed vnumquodque est ratione cognoscibile, qua habet esse naturale: quia sicut ait Arist. sicut res se habent ad esse, ita & ad cognosci: ergo suapte natura est infinite cognoscibilis, nulla autem notitia creata potest esse infinita: ergo a nulla creatura potest comprehendi: quia nec eius fines, vt ait Augu. possunt ab ea circumscribi. At qui eadem ratione & vnumquodque eius attributorum est incomprehensibile: nam qua ratione essentia Dei, eadem & bonitas, & sapientia, potentia, & iustitia sunt infinita. Et confirmatur ratio ex ijs quae art. praecedenti definita sunt. Intellectus siquidem creatus non potest per sua naturalia Deum videre, nisi virtute supernaturali luminis gloriae sibi donati: illud autem cum sit creatura, est finitum, neque adaequatur Deo: ergo nullus potest beatorum ipsum comprehendere.

Soluntur arg. Caiet.

Contra OKa. Duobus ergo duntaxat modis vsurpatur in sacro eloquio comprehensionis nomen. Rem enim cognitione comprehendere primo eodemque proprio, & perfectissimo modo est ipsam tantum cognoscere, quantum est suapte natura cognoscibilis. Verba sunt sancti Thomae praesenti articulo. Dixerim, Quantum suapte natura est cognoscibilis: vt cognoscibile dicat conditionem obiecti, non autem conditionem subiecti cognoscentis, puta quantum potest ab alio cognosci, vt in tertia acceptione fingit Okam, scilicet, quod comprehendere sit rem perfectissima notitia cognoscere qua potest cognosci. Tunc enim fieret consequens, quod nulla creatura posset ab alia creatura comprehendi: puta quod angelus non posset formicam comprehendere: quia nulla creata cognitio est perfectissima, qua res potest cognosci, cum a Deo, perfectius cognoscatur. Quod quidem consequens, licet Okam concedat, est nihilo minus absurdum, & rei physicae contrarium: nam cum quaecunq; natura creata sit finita, gratis negat posse ab alia creatura comprehendi. Imo vero sequeretur tam incomprehensibile esse creaturam quam Deum: nam sicut Deus a se ipso solo comprehenditur potest, ita neque creaturam posset nisi ab ipso comprehendere: consequens tamen est concessu longe absurdissimum: quandoquidem solum ipse praedicatur incomprehensibilis, eo quod est infinitus. Igitur comprehensio in hoc stat, quod notitia sit obiecto adaequata, nepe, quod quantum est in ipso cognoscibile; per tantum ipsa cognoscatur. Hoc enim plane hominis significatio admonet. Neque vero satis est rem totam cognoscere ad comprehensionem, siue partes habeat, siue indiuisibilis sit, sed requiritur praeterea, vt doctet, ait, D. Thomas, quod ea notitia cognoscatur, qua res ipsa secundum naturam suam est cognoscibilis. Quocirca si quod per scientiam demonstratiuam scibile est, opinio ne duntaxat cognosceretur, non esset comprehensum. Quare omnem triangulum habere tres angulos aequales duobus restis, nemo comprehendit, nisi qui id per demonstrationem cognoscit: nam qui solum sapientibus mathematicis citra demonstrationem id dicentibus fidem adhiberet, veritatem illam non comprehenderet. Atque adeo nec sufficit ad rem comprehendendam illam in alio cognoscere, sicut cognoscit Deus per creaturas, sed debet per essentiam cognosci, qualiter est cognoscibilis. Vnde August. episc. citata. Aliud, inquit, est videre, aliud est totum videndo comprehendere. Quandoquidem id videtur, quod praesens, vt cunq; sentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circumscribi possunt, &c. 12. de ciuita. Dei cap. 18. Quicquid scientia comprehenditur, scientis comprehensione finitur. Ad quaestionem ergo tribus conclusionibus respondetur Prima. Deus est simpliciter incomprehensibilis. Veritas est catholica, vt patet oraculo illo prophético citato. & Job. 11. Forsitan vestigia Dei comprehendes? & vsq; ad perfectum omnipotentem reperies. Quasi dicat, nequaquam, Cuius vtique ratione subdens, ait, Excellentior caelo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari. Vbi graphice rationem explicat cur sit incomprehensibilis: nempe, quia infinitus, cuius infinitatem describit ad sensum per excessum super omnes creaturas, quae sint oculis subiectae. Eadem enim phrasi, ait, Salomon. 3. Regum. 8. Si caelum & caeli caelorum te capere non possunt, quanto magis domus haec quam aedificauit

Ratio comprehensionis

August.

1. Conclus.

ta: quia habuit quicquid ad rationem gratiae pertinere poterat: quonia non fuit ei data gratia ad mensuram, sicut lux solis potest dici infinita, quia habet quicquid ad rationem lucis attinet. At vero per illam gratiam non meruit suam gloriam, sed nostram, si per eius auxilia, & nostra opera nobis applicetur, quare gloria ei collata est non per merita, sed ratione vnionis, sicuti & gratia ipsa. Non ergo argumentum vincit visionem qua anima Christi fruitur Deo esse simpliciter infinitam, quod requiritur ad comprehendendum, sed est quodammodo infinita, vt gratia quia continet quicquid ad rationem creaturae visionis pertinere potest: infinita enim simpliciter neque per Dei omnipotentiam esse potuit, quandoquidem est creatura. Secunda conclusio. Esse incomprehensibile hoc perfectissimo modo, est proprium attributum Dei nulli competens creaturae. Et ratio est liquida. Quonia incomprehensibile est attributum ad id consequens, quod est infinitum, & immensum: nulla autem creatura est infinita: nulla ergo est incomprehensibilis. Imo omnis potest non solum a Deo, verum & ab alia creatura comprehendi. Potest enim Angelus naturas rerum creaturarum cognoscere, quantum in se sunt cognoscibiles. Tamen a Deo perfectius comprehendatur. Dum enim ego auellanam aut nucem, tota manibus, aut ore concludo, vt nihil eius appareat, re vera illam comprehendo, licet alio ampliori vase melius concluderetur. Secundo vero modo rem comprehendere idem est quod attingere, & tenere, & consequi, quae quidem consecutio est insecutionis terminus. Dum enim rapax accipiter auem, quam insequitur, unguibus tenet, & canis leporem, praedam vered dicuntur comprehendere, quauis totam neque unguibus, neque ore ambiant. Et secundum hanc acceptionem subnectitur tertia conclusio. Creatura intellectua lis, & rationalis, nempe angelus, & homo Deum videntes eum hoc secundo modo comprehendunt, quia attingunt ipsum, tenent, & possident, licet non totam eius essentiam cognoscendo circumscribant. Hoc probatur testimonijs illis citatis Pauli, & Cantic. 3. ait sponsa, tenui eum neque dimittam. Et Ioannes. 1. can. c. 3. Cum apparerit similes ei erimus, videbimus eum sicuti est. Id est non videbimus solum sub humanitatis velamine, quem admodum nobis apparuit, sed in se ipso quatenus Deus est, quod est ipsum attingere, & comprehendere. Et August. eadem epistola citata. Comprehendere, inquit, Deum impossibile est cuiusque intellectui creato, attingere vero mente Deum qualitercunq; magna est beatitudo.

Deus se comprehendit.

Interrog.

Anima Christi utrum Deum comprehendat.

Gratia Christi infinita.

2. Conclusio

Secunda acceptio comprehensionis.

3. Conclusio

Videmus eum sicuti est.

August.

Hinc

Non fat est Deum, non fat esse Deum videre, sed oportet ipsum tenere, hoc est, cum perpetuitatis securitate eum videre. Quapropter Paulus licet Deum viuens viderit, non tamen comprehendit, quia non per modum perpetui habitus, sed transcursum eum fuit intuitus. Est enim comprehensio, spei terminus: spes autem non solum dicit amorem rei, sed motum ad ipsum consequendum. Quocirca ubi per visionem tuto tenetur, spes cessat, atque hoc est, quam vehementissimum argumentum contra Scotum tenentem beatitudinem consistere in amore. Beatitudo enim non est nisi comprehensio obiecti in quod spe tendimus: non autem comprehenditur per voluntatem, quia non est potentia apprehensiva, sed per intellectum. Quapropter visio quatenus est clara notitia, actusque ab intellectu elicited, est deus animae respondens fidei, sed quatenus est intentio obiecti per voluntatem concupita, est comprehensio, atque adeo deus, quae est spei terminus, delectatio vero, fructio & quies in ipso comprehensio, est tertia deus respondens charitati. Sed de hoc quaest. sequenti latius.

Primum igitur argumentum Pauli testimonij instructum solutum est. Accipit enim illic comprehendere Deum secundo modo, quo tertia conclusio asserit posse a creatura comprehendere. Ad secundum vero quod ex autoritate Augustini colligitur, respondetur, quod non ideo Deus incomprehensibilis est a creatura, quod aliquid eius sit quod non videatur: quicunque enim beatus, ut artic. sequenti videbimus, omnia attributa Dei intuetur, sane cum omnia sint ipsa simplicissima essentia, sed ob id quod non adequatè videtur, ut sensibilis est, hoc est cum illa claritate & euidencia, qua ipse se cognoscit: quemadmodum diximus de conclusione demonstrabili, si non nisi per probabilem rationem cognosceretur, tunc enim cognosceretur tota, sed non perfecte. Sic enim & beatus cognoscit & essentiam Dei, & sapientiam, potentiam &c. Sed nullam perfecte. Quae utique ratione duo posuit Augustinus in comprehensionis definitione, nempe, quod sic res tota videatur, ut nihil eius videtur lateat, aut cuius finis circumscribi, & circumscribi possunt. Tunc enim & fines rei circumscribuntur, quando in modo cognoscendi ad finem peruenitur, quod creatura non potest respectu Dei.

Et hoc est, quod solent antiqui dicere Deum videri a beatis totum, sed non totaliter. Ad huius autem intelligentiam arguitur, quod non possit videri totus, quin totaliter. Aut enim id quod dicitur totaliter, significat modum rei vi-

sa, aut modum videtis. Si modum rei visae, certum est videri totaliter quia cernitur totus. Si autem significet modum videntis, itidem apparet totaliter videri quia quicumque beatus tota sua virtute eum videt. Respondetur, quod illud totaliter dicitur conditionem obiecti, non quidem, quod modus obiecti non cadat totus sub cognitione, sed quod modus obiecti non sit modus cognoscentis. Quod est dicere. Quicumque beatus videt Deum esse infinitum, eiusque potentiam, & sapientiam esse infinitam, infinitamque perfectiōnis, & ideo quale est obiectum, tale cadit sub cognitione, iuxta verbum Ioan. Videbimus eum sicuti est. Tamen modus obiecti non est modus cognoscentis. Hoc est cognoscentis non cognoscit infinite perfecte sicut ipse est cognoscibilis. Quemadmodum potest quis per rationem probabilem, & per fidem quam adhibet mathematico cognoscere illam veritatem, triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis esse demonstrabilem, licet non cognoscat ipsam demonstratiue sicuti ipsa est cognoscibilis.

ost quam visum est, videntes Deum ipsum non comprehendere, subsequitur, ut exploremus utrum omnes aequaliter videant: an vero vnus alio perfectius. Et arguitur, quod omnes videant aequaliter. Omnes, ut ait proxime citatus Ioannes, videbimus eum sicuti est: ipse autem non est nisi vno tantum modo: ergo omnes eodem modo eum videbimus, atque adeo nullus alio perfectius.

Secundo. Vna res ut Aug. lib. 83. questionum autor est, non potest ab vno plusquam ab alio intelligi. Nam intelligere est totam rem intus legere: quare aut tota intelligitur, aut nihil eius: omnes autem videntes Deum intelligunt eius essentiam: quoniam intellectu, ut dictum est videtur: ergo nullus alio perfectius videt. Tertio. Quod aliquid ab vno quam ab alio perfectius videatur, aut prouenit ex parte obiecti, quod non se aequaliter representat, aut ex parte potentiae visivae, quae non est in omnibus aequalis: ex parte quidem Dei id non videtur accidere. Nam cum non videatur per aliquam speciem creatam, ut dictum est, quae sit in

fit in vno perfectior quam in alio, non appareat quomodo inaequaliter representetur. Si autem id proueniat ex parte potentiae: tunc consequitur, ut cuius intellectus naturaliter sit sublimior, perfectius videat, atque adeo angeli, qui sunt sublimioris naturae, perfectius quam homines viderent, quod videtur Evangelio contrarium Matth. 22. ubi hominibus pollicetur Christus, quod erunt sicut angeli Dei in caelo. In contrarium autem est. Quod si omnes aequaliter viderent, cum visio illa sit vita aeterna, iuxta illud apud Ioannem, supra expositum, Haec est vita aeterna, ut cognoscant te &c. consequens fieret, ut omnes essent aequales in vita aeterna: contra illud. 1. ad Corint. 15. Stella differt ab stella in claritate.

Ad quaestionem duabus conclusionibus respondetur. Inter beatos vnus alio perfectius videt diuinam essentiam. Et quidem conclusio omnibus est in confesso. Imo quauis non sit in sacra pagina expressa, est tamen habenda tanquam catholica secundum illud Pauli citatum. Aut enim, stella differt ab stella in claritate, & subdit, sic & resurrectio mortuorum. Enim vero quemadmodum astra omnia lumen a sole secundum cuiusque naturam recipiunt, ita beati in Dei praesentia eius gloria secundum diuersa merita promerent.

Et Christus ipse Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multae sunt. Vbi non solum loquitur de ecclesia militanti, in qua sunt diuersae functiones, ut episcoporum, sacerdotum &c. sed de locis, quibus beati collocabuntur in caelis: ut patet ex subiunctis continuè verbis: quia vado vobis parare locum. Ibat autem per mortem ad patrem. Coelum enim, ubi requies est beatorum, optime aptissimeque dicitur, & est domus per metaphoram. Imo vero ad rei proprietatem videtur accedere. Domus namque hoc distinguitur a diuersorio, quod in diuersorio peregrini in transitu recipiuntur: domus autem est in qua permanenter habitatur. Vnde 2. ad Corint. 5. Apostolus, Scimus quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod edificationem ex Deo habemus, donum, non manufactam, aeternam in caelis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quae de caelo est, superindui cupientes. Dicitur ergo caelum ubi sedes est Dei: domus, id est, perfecta habitatio, ad differentiam huius seculi, quod est diuersorium, in quo peregrinamur a domino. Igitur, qua ratione receptaculum illud, quo vniuersi beati recipiuntur, ob id dicitur vna domus, quod omnes sub eodem patrefamilias vnus Dei visione, & hereditate, ceu

1. Argum. 2. Argum. 3. Argum.

ARTICVLVS. II.

Utrum videtur Dei essentiam vnus alio perfectius videat.



ost quam visum est, videntes Deum ipsum non comprehendere, subsequitur, ut exploremus utrum omnes aequaliter videant: an vero vnus alio perfectius. Et arguitur, quod omnes videant aequaliter. Omnes, ut ait proxime citatus Ioannes, videbimus eum sicuti est: ipse autem non est nisi vno tantum modo: ergo omnes eodem modo eum videbimus, atque adeo nullus alio perfectius.

Secundo. Vna res ut Aug. lib. 83. questionum autor est, non potest ab vno plusquam ab alio intelligi. Nam intelligere est totam rem intus legere: quare aut tota intelligitur, aut nihil eius: omnes autem videntes Deum intelligunt eius essentiam: quoniam intellectu, ut dictum est videtur: ergo nullus alio perfectius videt. Tertio. Quod aliquid ab vno quam ab alio perfectius videatur, aut prouenit ex parte obiecti, quod non se aequaliter representat, aut ex parte potentiae visivae, quae non est in omnibus aequalis: ex parte quidem Dei id non videtur accidere. Nam cum non videatur per aliquam speciem creatam, ut dictum est, quae sit in

fit in vno perfectior quam in alio, non appareat quomodo inaequaliter representetur. Si autem id proueniat ex parte potentiae: tunc consequitur, ut cuius intellectus naturaliter sit sublimior, perfectius videat, atque adeo angeli, qui sunt sublimioris naturae, perfectius quam homines viderent, quod videtur Evangelio contrarium Matth. 22. ubi hominibus pollicetur Christus, quod erunt sicut angeli Dei in caelo. In contrarium autem est. Quod si omnes aequaliter viderent, cum visio illa sit vita aeterna, iuxta illud apud Ioannem, supra expositum, Haec est vita aeterna, ut cognoscant te &c. consequens fieret, ut omnes essent aequales in vita aeterna: contra illud. 1. ad Corint. 15. Stella differt ab stella in claritate.

Ad quaestionem duabus conclusionibus respondetur. Inter beatos vnus alio perfectius videt diuinam essentiam. Et quidem conclusio omnibus est in confesso. Imo quauis non sit in sacra pagina expressa, est tamen habenda tanquam catholica secundum illud Pauli citatum. Aut enim, stella differt ab stella in claritate, & subdit, sic & resurrectio mortuorum. Enim vero quemadmodum astra omnia lumen a sole secundum cuiusque naturam recipiunt, ita beati in Dei praesentia eius gloria secundum diuersa merita promerent.

Et Christus ipse Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multae sunt. Vbi non solum loquitur de ecclesia militanti, in qua sunt diuersae functiones, ut episcoporum, sacerdotum &c. sed de locis, quibus beati collocabuntur in caelis: ut patet ex subiunctis continuè verbis: quia vado vobis parare locum. Ibat autem per mortem ad patrem. Coelum enim, ubi requies est beatorum, optime aptissimeque dicitur, & est domus per metaphoram. Imo vero ad rei proprietatem videtur accedere. Domus namque hoc distinguitur a diuersorio, quod in diuersorio peregrini in transitu recipiuntur: domus autem est in qua permanenter habitatur. Vnde 2. ad Corint. 5. Apostolus, Scimus quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod edificationem ex Deo habemus, donum, non manufactam, aeternam in caelis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quae de caelo est, superindui cupientes. Dicitur ergo caelum ubi sedes est Dei: domus, id est, perfecta habitatio, ad differentiam huius seculi, quod est diuersorium, in quo peregrinamur a domino. Igitur, qua ratione receptaculum illud, quo vniuersi beati recipiuntur, ob id dicitur vna domus, quod omnes sub eodem patrefamilias vnus Dei visione, & hereditate, ceu

eius filij fruuntur, ita & propter diuersos gradus beatitudinis dicuntur, in eadem domo multae esse mansiones. Vnde Luc. 16. pluratiue dixit. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, qui recipiant vos in aeterna tabernacula.

Ratione autem probatur conclusio, non solum esse veram, sed esse catholicam. Non erunt omnes aequaliter beati: beatitudo autem consistit in visione: ergo visio illa non erit in omnibus aequaliter perfecta, atque adeo nec secundum eandem perfectionem omnes Deum videbunt. Posterior quidem praemissa non est de fide: licet, ut monstratum est, sit verissima opinio: ad nostrum autem propositum nil refert vtrum in visione, an in amore, vel in delectatione beatitudo consistat. Satis quippe est veritatem esse fidei, quod non omnes erunt aequè beati, & visionem ad beatitudinem pertinere: inde enim plane colligitur non omnes aequaliter videre, aut amare, aut delectari: quando quidem in illis actibus vel in eorum aliquo beatitudo consistit. Quod autem catholica sit veritas non oēs nos esse aequè beatos, probauimus aduersus Lutheranos. De natura & gratia. ca. 26. Gloria enim respondet gratiae, quae illius est seminariū & artha. At verò quod non omnes iusti sint pari modo grati Deo, neque eundem apud ipsum habeant locum, probatur: quia non omnes de Deo aequaliter bene merentur.

Sed vide Lutheranos errorē, Quia putant nullam in nobis inesse iustitiam: sed per solam iustitiam Christi nos iustificari, quae vna fuit, colligunt oēs esse Deo aequè gratos, pariterque amicos, atque adeo aequali sanctitate pollere. Audi quā sit absurdum, quod Lutherus inde elicit, nempe omnes esse tam sanctos, quam fuit sanctissima virgo. Certè animus audire exhorret. Veritas autem catholica est, quod et si Christus quo ad sufficientiam omnibus plenissime satisfecerit, applicatur tamen nobis illa satisfactio & meritum quo ad efficaciam per sacramenta, per quae nostra opera liberi arbitrij, eius ope, & fauore suffulti. Quapropter licet infantes ante usum rationis ex fonte baptismatis, ubi Christo commorientes eius efficiamur membra, in gratia aequali resurgant, tamen postmodum rationis luce adueniente tanquam Dei filij per eius gratiam merita nostra accumulamus, plus minusue secundum curam & diligentiam quam eius cultui impendimus: iuxta illud Apocalyp. 22. Iustus iustificetur adhuc.

Colligamus ergo rationem. Deus ut Roma. 2. ait Paulus, reddet vnicuique secundum opera eius: opera autem non sunt aequalia neque in viris probis neque in reprobis: ergo sicut alijs inaequalia

1. Conclusio. In contra.

Mansiones. Domus patris.

Ratio colligitur.

Ratio colligitur.

Ratio colligitur.

Ratio colligitur.

Ratio colligitur.

eius filij fruuntur, ita & propter diuersos gradus beatitudinis dicuntur, in eadem domo multae esse mansiones. Vnde Luc. 16. pluratiue dixit. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, qui recipiant vos in aeterna tabernacula.

Ratione autem probatur conclusio, non solum esse veram, sed esse catholicam. Non erunt omnes aequaliter beati: beatitudo autem consistit in visione: ergo visio illa non erit in omnibus aequaliter perfecta, atque adeo nec secundum eandem perfectionem omnes Deum videbunt. Posterior quidem praemissa non est de fide: licet, ut monstratum est, sit verissima opinio: ad nostrum autem propositum nil refert vtrum in visione, an in amore, vel in delectatione beatitudo consistat. Satis quippe est veritatem esse fidei, quod non omnes erunt aequè beati, & visionem ad beatitudinem pertinere: inde enim plane colligitur non omnes aequaliter videre, aut amare, aut delectari: quando quidem in illis actibus vel in eorum aliquo beatitudo consistit. Quod autem catholica sit veritas non oēs nos esse aequè beatos, probauimus aduersus Lutheranos. De natura & gratia. ca. 26. Gloria enim respondet gratiae, quae illius est seminariū & artha. At verò quod non omnes iusti sint pari modo grati Deo, neque eundem apud ipsum habeant locum, probatur: quia non omnes de Deo aequaliter bene merentur.

Sed vide Lutheranos errorē, Quia putant nullam in nobis inesse iustitiam: sed per solam iustitiam Christi nos iustificari, quae vna fuit, colligunt oēs esse Deo aequè gratos, pariterque amicos, atque adeo aequali sanctitate pollere. Audi quā sit absurdum, quod Lutherus inde elicit, nempe omnes esse tam sanctos, quam fuit sanctissima virgo. Certè animus audire exhorret. Veritas autem catholica est, quod et si Christus quo ad sufficientiam omnibus plenissime satisfecerit, applicatur tamen nobis illa satisfactio & meritum quo ad efficaciam per sacramenta, per quae nostra opera liberi arbitrij, eius ope, & fauore suffulti. Quapropter licet infantes ante usum rationis ex fonte baptismatis, ubi Christo commorientes eius efficiamur membra, in gratia aequali resurgant, tamen postmodum rationis luce adueniente tanquam Dei filij per eius gratiam merita nostra accumulamus, plus minusue secundum curam & diligentiam quam eius cultui impendimus: iuxta illud Apocalyp. 22. Iustus iustificetur adhuc.

Colligamus ergo rationem. Deus ut Roma. 2. ait Paulus, reddet vnicuique secundum opera eius: opera autem non sunt aequalia neque in viris probis neque in reprobis: ergo sicut alijs inaequalia

1. Conclusio. In contra.

Mansiones. Domus patris.

Ratio colligitur.

Ratio colligitur.

Ratio colligitur.

Ratio colligitur.

Ratio colligitur.

supplicia, & ita & iustis imparem gloriam est redditurus. Gloria verò & beatitudo in visione Dei consistit: ergo non æqualiter, sed cum quadã disparitatis æquitate ipsum videbunt.

Matthæ. 5

Huc accedit illud Matthæi. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cor nãque per charitatis officia, quæ ex fide procedunt emundatur. De corde enim exeunt cogitationes prauæ Matth. 15. ac perinde aliæ munda: ergo quo quisq; mudiùs habuerit cor, per spicaciùs Deum videbit.

Redargutio.

Sed redarguet quis fortè hanc veritatem ex illa Christi parabola Matthæ. 20. De operarijs vineæ, qui quanuis nõ paribus diei horis neq; pares operas impendissent, nihilominus pater familias eundem cunctis rependit denarium diurnum. Respondetur pei illam parabolam id tantum Christum admonitos nos curasse, vt intelligeremus, quòd in Dei cultu tantum solertissimus quisq; potest in breui tẽpore proficere, quantum in maiori. Item, docere voluit, qd omnia nostra merita ex sua voluntate & gratia valore fortiuntur: & ideo dixit. Quia huic volo dare. Cæterum in suprema retributione gloriæ quanuis cunctis idẽ cõferatur denarius, qui erit Dei essentia ab omnibus clarè conspecta & possessa, nihilominus visio illa & possessio non erit in omnibus æqualis: atq; adeò, licet Deus in se denarius sit infinitæ ælimationis, non tamen in omnibus erit eiusdem pretij. Mirabile auditu, quòd sic in hominis potestate per Dei gratiã positum, vt possit suis meritis pretium immutabilis Dei sibi augere: & tamen non sit eis tantæ curæ illud procurare, cordisq; oculos exacuere & purificare, quibus ipsum euidentius videant.

Denarius diurnus.

Contemplatio.

Conclusio igitur catholica est, & à catholicis confessã, sed inquirẽdi ratio inde exurgit, quoniam modo & per quid variẽtur beatorum visiones, vt sint alię alijs perfectiores. Enimverò, qui rationibus de superficie ductis contenti sunt, non aliam tribuunt, quã qd cum Deus sit speculum, non naturale, sed (vt in epistola ad Paul. ait, August.) spontaneum, id est, quo gradu se sibi placet repræsẽtans, ostendit se unicuique pro cuiusq; meritis. At verò quanuis hoc verissimum sit, non tamẽ per hoc creditur causa quam hãc exploramus. Non ambigimus diuersos beatitudinis gradus Deum sua spõte pro ratione distributiũ iustitiæ distribuere, sed cum illa beatitudo in visione consistat, quarimus causam & modum ex natura rei eius varietatis, vt in vno sit in repræsẽtando perfectior, quã in alio. Illa enim differentia non potest nisi aut ex obiecto prouenire,

De modo varietatis visionum.

aut ratione potentie.

¶ Diuus ergo Tho. 1. par. q. 12. ar. 6. supponit Ratio.

in primis, vt conclusum est, nõ id euenire propter speciem & similitudinem creatam, quæ in vno sit perfectior, q̃ in alio, cum non sit visio illa per talẽ speciẽ gignẽda, atq; adeò nec euenire ex parte obiecti. Nec sufficit quidem in causam reddere qd Deus perfectiùs cũ vno intellectu q̃ cum alio cõcurrat: quoniam cum intellectus etiã ipse concurrat, necesse est in ipso etiã intellectu perfectiorẽ confiteri virtutem qui perfectiùs concurrat. Varietas ergo illa, ait, D. Th. inde prouẽtura est, qd intellectus vnus maiorem habebit facultatẽ ad videndũ Deũ q̃ alius. Facultas verò illa non competit intellectui secundũ suam naturã: quãdoquidẽ vt dictũ est, nõ potest Deus à creatura naturaliter videri. Accidet ergo per lumẽ gloriæ, qd̃ intellectum in quadã Dei formitate constituit. Quo fit, vt quo vnusquisq; intellectu plus illius luminis erit participans, perfectiùs Deũ videbit: plus autẽ ille participabit, qui plus habuit in via charitatis, qua, vt diximus, permũ datur cor. Nam vbi maior fuerit charitas, ibi est maius desiderũ potiundi re amata: desiderium autẽ paratiõẽ reddit desiderantẽ ad susceptionem rei cõcupitæ, & vt exuberantius gaudiũ de eius possessione capiat.

Quanta est charitas, tantum lumen

¶ Collige ergo, quòd cũ charitas mentis obtutum purificet, fit vt quẽadmodũ qui oculorũ aciem acutiõẽ habet, perfectiùs lumine ad videndũ requiritur illuminatur, quã qui lippitudinem oculorũ patitur, ita qui feruentiori charitate flagrant, clariõri perfundentur lumine ad videndũ Deum. Igitur si scisciteris in quo cõsistat mansionum diuersitas, respõdetur, qd in varia perfectione visionũ maiorũ & minorum: nam mansio dicit terminũ viæ ac perlatẽde requiẽ. Et ex varietate visionis, subinde eadem consequitur varietas in amore & in delectatione. Si verò causam rursus inquiras huius varietatis, respõdetur, Proximam esse lumẽ, quod est facultas videndi maior vel minor.

Primitiuam verò in ratione meriti charitatem viæ. ¶ Quòd si contra arguas Matthæ. 25. legitur. Quod dedit unicuiq; secundum propriam virtutem. Et in psalm. & apud Paul. quòd reddet unicuique secundum opera sua. Respondetur, quòd quia opera non sunt meritoria secundum substantiam operũ solius liberi arbitrij, sed quatenus à charitate procedunt, idem est reddere secundum opera, quòd secundum mensuram charitatis: atq; idem etiã est reddere secundum propriam virtutẽ. Non enim accipitur hic virtus pro naturali, sed pro illa quæ nobis par

bis particulariter donatur auxilio Dei.

¶ Et re vera hoc egregium est argumẽtum in fauorem luminis gloriæ. Siquidem illo secluso vix reddi causa potest proxima variæ perfectionis beatitudinũ. Nã dicere satis esse, quòd Deus plus concurrat cum beata virgine q̃ cum beato Petro, nõ satis rei facit, vt supra dictum est: sanè cum nõ solũ Deus; verũ & intellectus ipse creatus ad visionẽ cõcurrat, cui ideo necesse est, vt clariùs & perfectiùs videat, perfectiõrem habeat in se virtutẽ: nam re vera in hac vita non potest Deus facere quod lippus oculis tam perfectẽ videat q̃ lynx, nisi tantam ei virtutẽ tribuerit: & cum in beatis illa virtus non sit naturalis, consequitur quòd tota differentia consistat in lumine gloriæ.

Bona ratio.

¶ Et confirmatur hæc ratio. Aut beata virgo perfectiùs ad suam visionem eliciendam concurrat q̃ D. Petrus, aut secus: sed solus Deus est, qui plus concurrat cũ illa. Hoc secundum non est probabile: tum quia non est intelligibile quomodo perfectiùs videat: nisi perfectiùs cõcurrat: cum videre sit actus vitæ, tum etiam qd hoc derogaret dignitati virginis. Nã cum felicitas & meritorum præmium consistat in elicienda visione Dei, vbi maior est dignitas, & cumulatiùs meritum, perfectior debet esse cõcursus ad eliciendam visionem. Si autem concelleris, vt concedendũ est, beatam virginem, perfectiùs concurrere, cõsequitur vt perfectiõrem habeat supernaturalem virtutẽ, quæ alia nequit excogitari, q̃ lumẽ gloriæ. ¶ Sciscitabitur hic tamen fortè quispiam, vtrum visiones omnes angelorum & hominum sint eiusdem speciei. Videntur enim specie differre. Primũ quia à potentijs producuntur differentibus specie, qualiter homines ab angelis differunt. ¶ Secundo, quia nec sunt omnes eiusdem adæquati obiecti, quoniam vt art. proximi videbimus, non omnes eadẽ prorsus in verbo videt. ¶ Tertio deniq;, quoniam vt omnium est theologorum confessio, vnus est alio essentialiter beator, siquidẽ visio, in qua essentialiter beatitudo cõsistit, perfectior est in vno quã in alio: ergo eadem ratione ipsa erit essentialiter perfectior, atq; adeò omnes, vel saltem illæ quæ sunt inæquales sunt specie differentes.

Vtrum visio nes sint eiusdem speciei

¶ His tamen nõ obstantibus respondetur omnes esse eiusdẽ speciei essentialis. Et primò de visionibus animarum res est constantissima: quandoquidem sunt, & eiusdem obiecti, & à potentijs eiusdem speciei producte. Sed etiam si illas cũ visionibus angelorum cõferas, idem probatur. Nã omnes sunt eiusdem obiecti & sunt per eandem speciem: nempe, per Deum

Omnes sunt eiusdẽ speciei.

concurrentẽ in ratione speciei & à lumine eiusdem speciei: neque differunt nisi sola claritate, quæ non est differentia specifica, sed accidentaria. ¶ Vnde ad primũ argumentũ respõdetur. Primũ, qd esto producat a potentijs diuersarum specierũ, scilicet, angelicis & humanis, non inde consequitur ipsas differre specie: quoniam ignis à sole productus, & productus ab igne eiusdem sunt speciei: & visio leonis, & visio equi eiusdem obiecti: quare si visio vnus poneretur in alterius oculo, videret per ipsam. Secundò respondetur: qd cum visiones ille producantur non virtute naturali, sed virtute luminis: & speciei quæ est Deus, & omnia lumina sint eiusdem speciei, vt de verit. q. 9. arti. 1. ait, D. Tho. hoc sufficit, vt sint eiusdẽ speciei. ¶ Et cõfirmatur. Si omnes, vt, ait, OKam à solo Deo prouiderentur, essent eiusdem speciei: eadem autẽ sunt prorsus licet intellectus creatus simul concurrat, ergo & nunc sunt eiusdem speciei. ¶ Ad secundã igitur obiectionem per distinctionem respondetur. Sunt enim omnes eiusdem obiecti proximi, & quod aiunt immediati, nempe, essentia diuina, quod sufficit vt sint eiusdem speciei: licet non sint eiusdem adæquati mediati, & remoti: quia nõ omnes eosdem vident effectus Dei in ipso, vt articulo subsequẽti videbitur. Tertia demum obiectione sophisticæ nititur consequentiæ. Nõ enim sequitur. Vnus beatus in ratione beati est essentialiter perfectior alio: ergo eius beatitudo est essentialiter perfectior. Dicitur enim vnus beatus essentialiter perfectior, quia essẽtialis eius beatitudo est perfectior, sed non quia ipsa est essentialiter perfectior. Quare melius diceretur beatus secundũ beatitudinẽ essentialiter perfectior, quã essentialiter perfectior.

Solutio argumentorũ

Secundã conclusio.

¶ Secunda conclusio, quæ ex prima elicitur. Quemadmodum visio ita & amor ac subinde delectatio non est in cunctis beatis æqualis, sed quo quisq; beator est, eo & ardentius diligit, & suauius delectatur. Probatur planè conclusio: quoniam amor visioni & antecedens est, & subsequens. Quo enim in via auctior est charitas, vt dictum est, subsequitur & perfectior visio, ex qua subinde proueniet, vt eadem confirmata charitas copiosior sit ac perinde delectatio: nam quo quisq; perfectiùs id possidet, quod flagrantius diligit, suauiori ampliori que gaudio perfunditur.

¶ Ad primũ igitur argumentũ principale respondetur, qd vbi, ait, Ioan. videbimus Deum si cuti est, aduerbium illud, si cuti, determinat visionis modum ex parte rei visæ: vt sit sensus. Videbimus eum, ita esse, sicuti est: quia ipsum

Solutio primi argum.

eius esse videbim⁹, quod est eius essentia. Quare videbim⁹ eū actum purū, simplicissimū, in finitū, &c. Nō tamē determinat modū visionis ex parte videntis, vt sit sensus, quōd tam perfectus erit modus vidēdi quā est in Deo perfectus modus essendi. ¶ Et similiter respōdetur, ad secundū, quod erat verbū Aug. Dum enim ait, q̄ rem vnā nō potest vnus alio melius intelligere, veritatē cōtinet, si ad modum rei intellectū referatur: quia quicūq; intelligit rem aliter quā sit, nō verē intelligit: nō autem si referatur ad modum intelligendi. Nam etsi duos rem intelligant qualis est, vnus tamen potest eā perfectius q̄ alius intelligere. ¶ Ad tertium deniq; respōdetur, vt dictū est, q̄ illud visionū discrimen nō prouenit ex parte obiecti, quod per species diuersas repræsentatur: sed ex parte potentiarum quæ nō habēt pares intelligēdi facultates. Illa tamen facultas nō est naturalis, sed luminis gloriæ: & ideo nō est maior in angelo, q̄ in anima eisdem meritis cumulata.

Vtrū vires naturales aliquid ad visionē conferant.

¶ Contra hāc tamen sententiā existit argumentū, q̄ vis naturalis intellectus aliquid condat, vt cum eodē lumine perfectiorem producat visionem. Nempe, quōd angelus qui naturali lumine vigore intellectus sublimior est, perfectius cum eodē lumine Deum videat, q̄ anima humana, vt beatæ virginis, aut Petri.

Caletanus.

¶ Caletanus nanq; .3. par. q. 10. art. 4. sic opinatus est. Et videtur cum aliqua probabilitate locutus. Quoniā cum intellectus creatus concurrat ad visionē, etiam per suā naturalem virtutem eleuatā per lumen, videtur qui perspicaciorē habet intellectum, perspicacius Deum cernere. Quocirca subsequēter cōcedit, q̄ si lumen gloriæ, quo donata est anima Christi tributū esset angelo, perfectius ille videret, q̄ anima illa. Et eadem ratione perfectius videret Christus, si assumpsisset naturam angelicam cum eodem lumine. ¶ Crediderim tamen, partem contrariam lōgē probabiliorem. Videtur enim in primis sententiā S. Th. qui totā facultatem vidēdi tribuit lumini. Et ratio præterea huic parti patrociniatur. Nā cum actus vidēdi sit supernaturalis, videtur solā proportionem naturalis virtutis insequi. Aqua siquidē quia non habet nativū calorem sed extraneū, non calefacit secundū proportionem suę naturalis virtutis, sed secundū proportionē caloris, vel maioris, vel minoris. Idem confitemur in meritis de condigno. Nam licet producantur per liberum arbitrium, tamen quia tota ratio meriti inest eis ex gratia & auxilio Dei, secundū illius proportionem æstimatur ratio meriti.

Secundū ratio.

¶ Secundū arguitur. Visio non est maior, aut

perfectior nisi secundum concursum Dei qui in ratione speciei concurrat: non tamē plus minusue cōcurrit quā est quātitas luminis gloriæ: ergo naturale lumen perfectionē visionis non auget. ¶ Tertio arguitur. Concessa contraria opinione, fieret consequens, quōd lumen nō cōferretur beatis secundum meritum proportionē. Etenim si angelus & homo æqualia habent merita, æquale consequuntur præmium, quod est visio. Si autem equalibus infunderentur luminum radijs perfectius videret angelus: ergo necesse est, vt minus ei lumen donetur, quod non est probabile. ¶ Respōdetur ergo ad rationē obiectā, quōd quāuis intellectus creatus concurrat ad visionē, nō tamē nisi in virtute luminis gloriæ, & ideo maior virtus naturalis non auget visionem.

Tertia ratio.

¶ Cōtra hoc tamē arguitur. Omnes beati toto quo possunt conatu visionem Dei eliciunt, sed vbi auctior est virtus naturalis, vehementior erit conatus: ergo & visio perfectior.

Vtrum beati toto conatu videant.

¶ Ad hoc pluri respondēt omnes beati æqualiter conari. Quare visionum disparitatē non arbitrantur ex diuersis conatibus prouenire, sed ex diuersitate luminū, si opinione teneas D. Thom. vel secundū Scotum, & nominales ex diuerso concursu Dei.

Sententia authoris.

¶ At verō vbi nulla est resistentia, profectō vix est intelligibile duos equaliter conari, vbi effectus nō sunt æquales, aut vbi sunt æquales, in æqualiter conari. Quoniā conatus non est aliquid antecedens applicationem potentie, sed applicatio ipsa: & ideo certē quāta est applicatio, tantus erit effectus. Quod vt exemplo explicemus, fertur cōmuniter maiori conatu opus esse ad dilectionem inimici, q̄ ad æqualem amici. Attamen si id verum est, prouenit quidē ex resistentia inimicitie, quæ obstat amori: quapropter difficilius sese applicat voluntas ad eius dilectionē, q̄ ad dilectionē amici. At verō in dei visione, vbi nulla est resistentia, re vera quantus erit conatus, erit & applicatio potentie ac subinde visio. Item cū conatus sit actio, & nullus intellectus agat nisi quātum Deus cum ipso concurrat, profectō fieri nō potest, vt omnes beati æquali conatu ad videndum applicentur, & tamen Deus plus cū vno q̄ cum alio concurrat. ¶ Dicendum ergo non omnes æqualiter conari, sed eo quisq; plus, quo beator est. Conatus autem sequuntur, non naturæ vires, sed luminum quantitatem. Quanto enim quisque lumine donatur, tantum ad videndum conatur, tantumq; perinde visionem elicit. ¶ Cū ergo assumitur q̄ omnes summo conatu vident, distinguitur.

Sententia authoris.

Etenim

Etenim si intelligatur de conatu secundū naturales vires, negatur, si verō secundū luminis modū, cōceditur. Quare supremus angelus, quāuis sit sublimioris naturæ nō tamen tantū conatur, quantū sacratissima virgo, quæ ampliori gloriæ lumine fulget. ¶ Ex his fit consequens quille conatus nō potest intendi aut remitti sicut neq; lumen: atque adeo licet simul cū visione beatus alia plura in proprio genere intelligat, non ideo villo pacto remittitur visio.

ARTICVLVS. III.

Virum videntes Deū omnia in ipso videāt eademque simul.



Riculo præcedenti, quo cōclusum est vnū alio videre perfectius, articulus præsens, vtrum illa visionum varietas etiam extendatur obiectis, vt vnus in Deo plura videat, quā alter, an verō omnia omnes contueantur. Et arguitur à parte affirmatiua, scilicet, q̄ omnes videant omnia. Ait, enim .4. Dialogorum, Gregorius. Quid est quod non videant qui videntem omnia vident: cū ergo Deus omnia videat, cuncta itidem vnusquisq; beatorum videt.

Partis affirmatiue argum. 1.

2. Argum.

Pars negatiua.

Decisio ar.

¶ Secundū. Quicūque videt speculū, videt omnia quæ in ipso resplendent, sed in Deo qui omnia eminenter cōtinet, vniuersa resplent: ergo cūta in eo omnes aspiciūt. ¶ Tertio. Si nō omnia viderent omnes, sequeretur, q̄ posset beatus succedere in Deo nūc pauciora & post plura videre. Nil enim obstat quominus Deus ei qui non omnia videt ea in ipso reuelat quæ illum antea latebat. Cōsequens autē est contra sententiā Augu. vlt. de trini. Vbi ait, q̄ omnē scientiam nostrā vno simul conspectu videbimus in Deo: ergo omnia omnes simul vident. ¶ In cōtrariū est q̄ angelorū Deum vidētium inferiores (vt .7. c. de cœlesti hierarchia ait, Dionysius) à superioribus purgātur, quod est illuminari: atq; adeo inferiores nō tot quot superiores vidēt. ¶ Quæstio hæc præcipua est. Ad quam decē cōclusionib⁹ respōdetur. Est enim inter ea quæ sunt in Deo distinguendū. Sunt in quā quædā in ipso formaliter: nempe, essentia eius & esse, personæq; & vniuersa attributa: quæ sola ratione ab essentia distinguuntur. Sūt & alia eminenter: nempe, vniuersa possibiles creaturæ. Quæ quidē non tantū sunt in illo vt effectus in causa. Quemadmodum effectus quos sol producere potest, sunt in ipso tãq; in virtute & principio: sed quia Deus quæ ratio-

Quinque opiniones.

Quid sit aliud quid videtur in verbo.

1. Conclusio.

2. Cōclusio.

ne est infinitus eminenter est omnia. At quia res est profundæ speculationis, tot de illa sunt sensus, quot capita. Sunt enim opiniones non pauciores quā quinque. ¶ In ingressu verō statim adnotandus est vñtatus Theologorū sermo, scilicet, videre in verbo. Etenim quæ in essentia Dei, ceu in speculo vniuersali videntur, dicuntur videri in verbo. Et ratio est, quia verbum est in quo quasi in imagine videtur obiectū. Et quāuis nomē verbi propriè conueniat filio in diuinis, qui tanq̄ expressa notitia per modū intellectus gignitur, nihilominus quia essentia ipsa est per eminentiā species & speculum creaturarū, illa quæ videntur in ipsa dicuntur videri in verbo: quoniā, vt dictū est, in ratione speciei Deus ad sui visionē cōcurrit. Ob idq; dicitur videre in verbo ad differentiā eorum quæ beati vidēt per proprias species, quæ ideo dicuntur cognoscere in proprio genere. ¶ Igitur quia opiniones omnes in primam cōclusionem consentiunt: illam ante earum recitationem præmittamus.

¶ Conclusio est. Vniuersi beati vident omnia quæ sunt formaliter in Deo. In primis sententiā est S. Tho. in .1. par. q. 12. ar. 7. in solutio. ad 2. vbi ait, q̄ nō propterea Deus incōprehensibilis dicitur, quasi aliquid eius sit quod nō videtur, sed quia nō tam perfectē à creatura videtur, quā est ipse visibilis. Imō Ioannes vbi ait, videbimus eum sicuti est: Id non ipsum docet, videre enim sicuti est, vt supra explicuimus, est videre quicquid ipse est. ¶ Sed ratione id probatur. Quicquid est in Deo formaliter est ipsissimus Deus: relationes enim diuinæ & attributorū quodcunq; est ipsissima essentia: ergo nequit videri Deus quin cuncta quæ in ipso sunt formaliter videantur. Etenim Deus tam sua sapientia, quā ego sum mihi idem.

¶ Item desiderium naturæ, vt diximus, est cognoscere causam per essentiā: quare visio est cognitio Dei per essentiā: qua, vt ait, Ioannes, cognoscitur sicuti est: cognoscere autem per essentiā est cognoscere omnia quæ in diuina essentia includuntur: hæc autem sunt illa quæ formaliter sunt in ipso. ¶ Ad hæc visio illa est clara notitia quæ respondet fidei, & tētio quæ respōdet spei. Sed per fidē omnia quæ in Deo sunt credimus, & per speciem omnia illa possidere concupiscimus: ergo per visionem cūcta videmus & possidemus. ¶ Quod si arguas, Deus, vt ait, Augu. est speculum volūtariū: ergo potest illa quæ voluerit reuelare, alia celando. Negatur cōsequētia, de illis quæ in ipso sunt formaliter & intrinsecē. Naturaliter em̄ illa sic repræsentat, vt seipsum representare.

fit omnia illa representare.
Dubium de omnipotentia Dei. ¶ Dubium hictamen emergit, vtrum est o omnia illa videat quæ sunt formaliter in Deo, pos sint de potetia Dei absoluta quædã eorũ ab- que alijs videri? Scotus nãque in primo. dif. 1. q. 2. & in 4. dist. præsentit tenet, q potest quis videre essentia nõ videdo personas ac perinde vnã personã sine alia, saltẽ patrem sine spiritu sancto. Quoniam de patre & filio qui relatiua sunt, maior difficultas ei occurrebat, eo q vnũ relatiuũ includat reliquũ. Probatio eius est. Ef- sentia est quid absolutũ, & persona quid relati- uum. Imò essentia, vt putat, & relatio formaliter distinguuntur. Absolutum autẽ nõ includit relatiuum: ergo potest vnũ absque alio videri. Eteadem ratione potest pater sine spiritu san- cto videri. ¶ Secũdo. Si essent personæ distin- ctæ per absoluta possent vna videri sine alia: er- go quãuis distinguantur per relatiua, saltem pater sine spiritu sancto: quia pariter distingi- tur realiter, & vnus nõ refertur ad alium.
¶ Atqui si ratio hæc efficaç est, similiter cõclu- dit quod attributa distinguantur ab essentia & inter se: quia pariter secũdũ ipsam distingi- tur formaliter. ¶ Cõtra hæc tamẽ opinionem asseritur secũda cõclusio. Quãuis per notitiã indicatiua essentia possit sine persona cogno- sci, atque vna persona sine alia: apprehensua ta- men intuitiua neque per diuinam omnipoten- tiam est possibile. Intuitiua in quã: quoniã per notitiã abstractiuam, vt modò in via, nil vetat quominus quisque possit Deum apprehende- re nil cogitãdo de trinitate aut de omnipoten- tia aut de aliquolibet attributo. Atqui de iudi- cio illice dicimus. Sed de apprehensua intuiti- ua probatur cõclusio. Visio Dei est notitia ip- sius existẽtis atque præsentis: sed nõ existit ni- si in persona: ergo nõ potest essentia videri ni- si videatur persona, & eadẽ ratione quin videã- tur omnes tres. Atq; hinc colligitur q nec po- test videri nisi in essentia, & essentia nõ potest videri nisi videatur filius & spiritus sanctus: er- go vna persona nõ potest absq; alia videri.
¶ Secũdo arguitur ostẽdẽdo primam cõclu- sionis radicẽ. Persona & attributa nõ distin- guuntur ab essentia ex natura rei: imò essentia tam idem est pater & filius & spiritus sanctus: & iustitia & misericordia ex natura rei, &c. quã Petrus est Petrus & Michael angelus ipsemet: imò magis, quia Deus est magis sim- plex, eo quod natura angelica habet esse recep- tum in indiuiduo per creationem: & in Deo nihil prorsus cõpositionis aut distinctionis ex- cogitari potest, nisi quemadmodum ait, Ansel-

mus, vbi est relationis oppositio: vt puta inter personas: ergo quemadmodum Angelus nõ potest videre intuitiue naturã alterius angeli existẽtis corã ipso nisi videdo personã, neq; personã, nisi videdo essentia, ita nullus potest videre Deũ nisi videdo trinũ omnipotentem, sapientem, &c. nam videre, est cognoscere per essentiam, & essentia includit perfectiones om- nes illas & prædicata. ¶ Scio quidem Scot. in. 1. dist. 8. tenere personas diuinas distinguor- maliter ab essentia. Attributa verò & ab es- sentia & inter se. Propterea, q qui diffinit, ia quit, iustitiam Dei aliam assignaret definitio- nẽ quã misericordia aut omnipotentia, & similiter si diffiniret essentiam, aliam cõstitue- ret quã definiendo personam. ¶ Sed profes- sio hæc differentia est falsa ex natura rei. Imò apertẽ diuinæ simplicitati repugnat. Nam pri- mum in Deo nulla est propria definitio: hoc est enim esse infinitum actum quod nõ coar- ctari ad genus aliquod, ac perinde nec defini- ri posse. Secũdo admissio q aliquo modo sit definibilis, falsa n est q ex natura rei alia defi- nitio daretur iustitiæ & alia sapientiæ diuinæ. Iustitia enim & sapientia creatæ diuersas ha- bent definitiones, quæ sunt res diuersæ. In Deo tamen quia vna quæq; illarũ perfectionũ est infinita & oēs sunt vnus simplicissimus Deus, quicquid essentialiter includitur in sapientia, includitur in essentia, & sic de omibus attri- butis. Quare nõ potest dari definitio vnus dif- ferens à definitione alterius, nisi sola ratione. Quæ quidẽ definitio sumitur per comparatio- nem ad nostram sapientiã, iustitiã & miseri- cordiam. Sed in hoc fallitur, nisi nos fallimur, Scotus, q ex eo quod in Deo existit potentia & iustitia sine operatione intellectus, infert ef- feduo seclusa operatione intellectus: & tamẽ nõ sequitur. Imò licet seclusa operatione intel- lectus sit potens, & iustus, nõ tamen illa sunt plura, sed intellectus cõparans illa ad nostras qualitates cognoscit ea vt plura. Et hoc est so- la ratione differre ratiocinata: quia habet fun- dametum in re. Et idem est prorsus de essentia & persona. ¶ Professio si Scotus plus quã no- mine à D. Th. differat: nomine. s. distinctionis formalis intelligat aliã distinctionẽ à parte rei præter distinctionẽ ronis, fateor me intellige- re nõ posse quomodo summã Dei simplicita- tem tueri valeat. Quod si nõ ponat aliã, planif- simẽ sit cõsequens, q nec per Dei omnipoten- tiam fieri possit, vt quis videat essentia non vi- dendo personas & oia attributa. Præterea ar- guitur. Si Deus esset vnica psona sicut Micha- el, nõ posset videri essentia sine persona, nec è conuer.

Distinctio formalis Scoti.

Impugnatio.

Periculosa opin. Scoti. Aliud ar.

conuerso. Nunc autem tam simplex est Deus quã esset tunc, & tam idem sunt essentia & pa- ter, quãtũ essentia & illa persona: ergo nõ potest vnũ sine alio videri: quia nullatenus ex natura rei sunt vnũ & aliud. Imò explicatis- sima cõtradictionis implicatio est videri essen- tiam nõ visa persona, aut è conuerso. Id quod Christus Ioan. 14. expressit dicens. Philippe, qui videt me, videt & patrẽ meum. Quod non dixit propterea q pater relatiue dicitur ad fi- liũ, sed quia sunt vnica & simplicissima essen- tia: & ideo subiecit. Quia ego in patre & pater in me est. ¶ Et quod supremũ argumentũ est. Si posset essentia videri aliquo attributorũ nõ viso, eadẽ rone posset videri essentia nullo viso, quod est manifesta cõtradictio: nam qui nõ vi- deret in Deo omnipotẽtiã, sapientiã & iusti- tiam, &c. quid nam videret? ¶ At verò si de iu- dicio percõteris. Respondetur possibile esse vt quis iudiciũ formet de Deo q sit vnus, non ad- uertẽdo quẽadmodũ gignat filiũ aut spiret spi- ritũ sanctum. Quinetia potest Deus cõcurrere cum vno beato ad producendũ vnum iudiciũ & nõ ad pducendũ aliud. Si modò loquamur de iudicio quod sit assensus in pprio genere: quos potest etiã habere beatus: nam de visio- ne ipsa secus est. Quippe quæ, vt illico videbi- mus, nõ solum notitia apprehensua est, verũ & iudicatiua naturaliter repræsẽtas: & ideo nõ intelligitur quomodo quis per illã possit iu- dicare de re aliqua, quæ est formaliter in Deo, nõ iudicãdo de omnibus. ¶ Clara ergo est solu- tio argumenti Scoti: nam quãuis essentia in creaturis nõ includat relatiuũ, secus tñ in di- uinis. Sũt enim de essentia diuina tum relatio- nes personales, tum & vniuersa attributa: qua- re nullũ potest nisi cum alijs videre. ¶ Hac sup- posita cõclusione hinc incipiũt opiniones variari. Henricas enim Gandẽsis quodlibet. 6. q. 4. opinatur nullũ beatum in verbo videre nisi oia, solaq; illa quæ sunt formaliter in Deo. Ita- que de creaturis nihil vident nisi forsan in pro- prio genere. Ratio verò eius potissima est, q si quis videret simul etiã illa quæ in Deo eminen- ter continentur, comprehenderet ipsum: quia cognosceret Deum, nõ solum in ipso absolute, sed in ratiõẽ principij quatenus est rerũ causa. Et ideo nihil eius lateret videntẽ, vt, ait, Augu- stinus. ¶ Quod si dicas aliũ alio clari⁹ videre & ideo neminẽ cõprehẽdere, nõ potest ipse intel- ligere, eũ clari⁹ videre qui non plura videt: nã in creaturis in tabella depicta quicũq; melius videt, plura videt. ¶ OKam in. 4. d. 13. aliter ne- gat non posse eadẽ visione videri essentiam & creaturas, scilicet, quia tunc nõ esset intuitiua

Optimũ argumentum

De notitia iudicatiua.

Solutio ar- gum. Scoti.

Opinio He- rici prima.

OKam.

creaturarũ, sed solius Dei in quo viderẽt crea- turã tanquã in imagine, atq; adeo nõ esset visio earum: Sed vel dicendum, inquit, est, q visio terminatur collectiue ad essentia & crea- turas immediatẽ, sicut cũ quis videt plures ho- mines simul. Vel dicendũ cum Henrico q vi- sio solum significat essentiam & Deus produ- cit alias visiones quas ei placet quibus beati viderent creaturas. ¶ Secunda opinio est quã Durand. d. præsentit. q. 3. recitat: nempe, q om- nes vsq; ad minimũ beatorum vident omnia quæ sunt in Deo, tam quæ sunt eminẽter quã quæ sunt formaliter. Ratio quam hæc sibi opi- nio posset obtẽdere est, q Deus, vt supra dixi- mus, tam naturaliter repræsẽtat ea quæ sunt eminẽter in ipso formaliter. ¶ Tertia opinio est ibidẽ Durãdi inter ambas media, quæ duo asserit. Primũ. Quicũq; beatus videt in verbo oēs creaturas quãtũ ad quod quid est: nepe, qd est homo, quid lapis, &c. Oēs, inquit, nõ solum quas naturaliter per causas secundas produ- cere potest, verũ & quas potest supranatura- liter. Secũdũ eius assertũ est nullã creaturam quispia beatorũ in Deo cognoscit quãtũ, ad existentiã. Itaq; in verbo nemo cognoscit an- gelum aut hominẽ existere: neq; beatos, neq; nos, neq; nostras orationes, aut quæ apud nos accidunt, sed eiusmodi existentiã solum no- scunt per creatas à Deo species & visiones: vt aiunt Henricus & OKam. ¶ Probatio ei- us est, quia eo modo cognoscuntur creaturæ in Deo, quo in ipso repræsẽtantur. Ver- bum autẽ repræsẽtat quidditates naturaliter & de necessitate existentiã verò, liberẽ: ergo respectu quidditatũ non est voluntariũ specu- lum sed solum respectu existentiã: quare non est possibile, videre Deũ, quin videantur quidditates. Secus autẽ de existentijs. Et probatur illa minor: quoniã Deus quidditates eõ repræsẽtat q illas potest producere, sed non est in potestate Dei quin possit illas produ- cere: ergo de necessitate illas repræsẽtat. Existe- tias verò nõ repræsẽtat nisi quia in sua mera voluntate est producere si libuerit, ergo nõ re- præsentantur de necessitate, atq; adeo per vi- sionem beatificam videntur. ¶ Quarta deniq; opinio est Scoti in. 3. dif. 14. q. 2. Vbi licet de animã Christi loquat, de om- nibus tamẽ beatis id ipsum sentit. Cuius duo itidem sunt asserta. Primum, anima Christi (ac- perinde quicũq; beatus) vnica visione videt in verbo habitualiter quæcũq; in ipso emine- ter continentur quantum ad essentias & exi- stentias. Secũdum est q nõ actu videt omnia. Cognoscere habitualiter est, q habet virtutẽ

Secunda opinio.

Tertia opi- nio Durãdi.

Quarta opi- nio Scoti.

3. Conla.

Visio uer-
bi omnium
minima.

representandi quicquid Deus voluerit, & quādo voluerit, quare illa visio successiue repræsentat nūc pauciora, nūc plura. ¶ His ergo opinionib⁹ ob oculos obiectis, ad enarrādā quin tam opinio nē quæ est S. Tho. & eruēdam pro captu nostro veritatē, subiiciūtur alię cōclusiōnes. Sit ergo ordine tertia circa primā opinio nē. De potētia Dei absoluta nō repugnat, beatū in Deo illa præcisē videre, quæ sunt formaliter in ipso. Cōclusio est Durādō cōtraria. q. 3. nihilominus probatur ex art. præcedēti. Dicitū enim est, q̄ quāto lumē glōriæ maius minusue est, tāto beat⁹ plura pauciora vevidet in verbo: hoc autē de his quæ sunt in ipso formaliter intelligi nō pōt: ergo de alijs intelligitur, quæ in ipso sunt eminenter: igitur si quis potest pauciora illorū videre quā alius, tam remissum esse potest lumē, vt nihil eorū videat in verbo. Et hūc usq; pertingit, q̄ Deus sit speculū volūtariū. ¶ Ex quo fit illā visionē esse omniū imperfectissimā, vt ait, inibi Durād. quæ posset haberi de Deo: quādoquidē nulla potest pauciora representare quā quæ sunt in ipso formaliter. Sed, ait, q̄ talis visio nō est admittēda: & ratio eius est, quia tūc Deus nō videretur perfectē: causa enim nō cognoscitur nisi cognoscatur eius potestas ad effectus. Cū ergo Deus sit omniū causa, nō potest videri perfectē nisi ei⁹ videatur effectus. Et quō eius argumentū maius habeat robur, sic cōfirmatur. Inter alia attributa Dei hoc est vnū, quod est eminenter omnia cōtinēs: dictū autem est, q̄ nō potest videri nisi videatur oīa quæ formaliter sunt in ipso: ergo vidēs Deum videt Dei eminentiā, & creaturā cōtinentiā, atq; adeo creaturas. ¶ Item Deus est obiectū tam naturaliter repræsentās creaturas, q̄ se: quia est eminenter oēs. ¶ Respōdetur autē hoc argumentū cōcludere nō posse visionē Dei nō representare in ipso creaturas in vnuerfali & in ratione generica: qm̄ videns Deum, videt eius omnipotētiā & cūcti sapientiā: atq; adeo q̄ possit cūcta possibilia producere. Sed tñ tam remissū potest esse lumē, vt nō videat creaturas in particulari, puta, Angelū, hominē, equū, &c. Quocirca cōceditur nō esse illam pfectissimā visionē: quia nō solū nō est cōprehēsiua, verū nec tam perfecta, q̄ visiones quæ nūc sunt beatorū. Sed nihilominus si talis daretur visio esset tam perfecta, quātū sufficeret ad beatū videntē. Iuxta illud verbū Augustini. 7. confesionū. Beatus qui te scit, & si alia nesciat. ¶ Ad postremū verò respōdetur, q̄ Deus naturaliter quātū est de se repræsentat creaturas sicut se ipsum. Sed inde solū sequitur, q̄ qui eū cōprehēderet sicut se ipsum com-

prehendit, nō posset non videre cūctas creaturas in ipso. Secus ille q̄ eū nō comprehendit. Veluti q̄ non comprehendit principiū, non in eo videt omnes conclusiones. ¶ Quarta cōclusio contra eandē primā opinionem. Secundū legem ordinariā nulla est beatorū visio qua illa præcisē videantur, quæ sunt formaliter in Deo: nam primū de aia Christi non est dubiū, quin omnia illic videat quæ ad mysteriū redemptionis attinent. Imò & beatus Petrus illa etiam quæ attinēt ad suā ecclesiam. Et singuli beatorum ea quæ cuiusq; statui competunt, vt illico explicatiū elucidabitur. ¶ Sed pbatur prius cōclusio etiā aduersus Okā. Essentia diuina non solū, vt dictū est, existit creaturā causa, verū eminenter omnes illas continet. Neq; verò, vt ipse cū suis noialibus cōfetur, cōtinere eminenter est esse excellētioris naturæ. Ista em̄ ratione etiā homo continet creaturas se inferiores, q̄ illas excedit. Imò cōtinere eminenter oīa, est p̄priū Dei, q̄ quatenus est infinit⁹, est eminenter oīa. Et inde puenit, vt sit omniū fons & origo. Quocirca creaturæ pfectiūs in ipso repræsentātur q̄ in se ipsis. Vnde quis Aug. & reliqui patres appellēt deū speculū creaturarum, nō tamē est oīno vt creata specula, quæ species à rebus suscipiunt, quas reflektunt. Deus enim nō suscipit à rebus species; imò prius perfectiūsq; creaturæ sunt in Deo quā in se ipsis. Quocirca creaturæ potius sunt specula Dei: nempe, ipsum tanq̄ ipsius effectus repræsentantes. Quēadmodū. 1. ad Corin. 13. ait, Paul. Videmus nūc p speculū in enigmate, sed dicit Deus speculū eo solo q̄ representat creaturas, vt causa. Hic ergo colligit argum̄ Deus est oīa: ergo vidēs ipsum videt creaturas quatenus secūdū p̄portionē sui luminis plus minusue perspiciet videt Deū. Et ideo negat visionē illā nō esse notitiā intuitiua tam creaturā q̄ ipsius Dei. Enimvero Deus in se ipso intuetur creaturas: ergo visio sui ipsius est visio creaturā, atq; adeo notitia earū intuitiua. ¶ Sed redarguis. Speculū creatū nō videt per eandē species p̄ quas videntur res in ipso: ergo nec deus & res in ipso eandē specie videtur. Negatur cōsequentiā: nā res in speculo creato nō videntur nisi per proprias earū species, quæ in ipso refrāgunt: speculū verò p̄ propriā ipsius. Sed tamē in Deo videtur creaturæ per ipsum Deū, q̄ est earū species: & ideo eadē visionē videtur qua ipse. Atq; hoc modo intelligendum est verbū D. Th. 1. par. q. 12. art. 9. q̄ per vnā speciem videt speculū & ea quæ in ipso apparent. ¶ Et confirmatur illo verbo Gregorij supra citato. Quid nō videt qui videntem omnia vident?

Quarta cōclusio.

Aduersus Okā.

Deus speculū.

Gregorius.

Cognitio
matutina
& vespertina.

Solutio
Okam.

Fortissimū
argumentū

D. Thom.

vident? Sensus enim est; quod quēadmodum ipse in se ipso omnia videt: ita beati in ipso ea vident quæ ad cuiusq; mensuram attinent. ¶ Tercio & conclusio probatur ex illa celebri sententiā Augu. 12. de genesi ad literā, atq; alijs locis. Ait enim q̄ beati creaturas duplici visione vident, nempe, matutina & vespertina. Matutinam notitiā creaturā appellat illā qua videtur in verbo, & vespertina qua videtur in p̄prio genere. s. per species creatas, quas in via acquisierant, vel De⁹ illis infundit, quādo opus est orationes nostras vel aliud quippiā eis, q̄ nō videbant, reuelare. Imò & angeli superiores, vt diximus, aliquādo reuelant aliqua inferioribus per nouas species. ¶ Ad hæc cū Deus sit secundum Aug. speculū voluntariū, & non respectu eorum quæ in ipso sunt formaliter, vt dictū est, fit vt sit respectu creaturarum, quæ ideo per Dei visionē videtur in ipso. ¶ Sed vide lepidam solutionē Okam. Ait quippe q̄ quāuis per visionē Dei nulla videat creatura, nihilominus, quia simul cū illa visione Deus p̄ducit creaturā notitiā in beatis, dicitur speculū volūtariū, & per illas visiones quatenus ab ipso p̄ductæ sunt, dicuntur creaturæ videri in verbo, atq; adeo cōsentur matutinæ cognitiones. ¶ Hæc verò, vt bona venia dixerim, ineptiora sunt, quā vt sint impugnatione digna. Enimvero ratio speculi est esse obiectū: nihil ergo videt in verbo, quin videatur tāquā in obiecto, atq; adeo per eandē visionē, qua ipsum videtur. Neq; alia dici pōt matutina notitia: quandoquidem matutina non fit nisi illa, in qua essentialiter consistit beatitudo: nempe, quæ est notitia ipsius lucis in se ipsa: nam visio quæ fit per species creatas, nō est de essentia beatitudinis: & ideo dicitur vespertina. Negari ergo non potest beatam Dei visionē creaturas in ipso repræsentare. Cuius contrariū toti theologiæ aduersatur. ¶ Et quando aliud non esset argumentum, hoc certē satis esset, q̄ Christus in quantū homo, & quatenus redemptor, ac perinde iudex viuorū & mortuorum, cognoscit omnia opera nostra, etiā cordium cogitationes: vt pote de quib⁹ debet iudicare, quin verò & creaturas omnes, quibus bene aut malē vtimur: cognoscere autem tam multa in proprio genere per species diuersas, atq; adeo simul ad omnia aduertere, cū anima eius sit finita, quæ habere nequit species infinitas, non est creditu possibile. Cognoscit ergo illa per beatā visionē in verbo. Atq; hac ratione D. Tho. 1. p. q. 2. 1. ar. 9. probat, q̄ vidēs Deū nō videntur per aliquas creatas similitudines sed per ipsam essentiam intellectui præsentē,

quæ est omnia eminenter. ¶ Supposito ergo Vtrū om-
q̄ beati nō solū illa quæ in ipso sunt forma-
liter, verū & illa quæ in ipso sunt eminenter
vident, subsequitur vt examinemus vtrum vi-
deat omnia, vt dicebat secunda opinio. Nā
tunc argumentum Henrici videtur energiam
habere concludendi intellectum creatum pos-
se cōprehendere Deum. ¶ Statuitur ergo con-
tra secundā opinionem quinta conclusio. Nul-
lus foelicium illorum cœlicolarum intellectus
videt in Deo distinctē omnia quæ in ipso emi-
nenter continentur. Hæc est sententia & cōclu-
sio S. Tho. 1. par. q. 12. ar. 8. Imò videtur testi-
monijs sacris satis firmari. Angeli nanque a-
pud Esa. ca. 63. Christum intuentes ascendentes
de terris hēsitates legūtur interrogasse.
Quis est iste qui venit de Edom tinctis vesti-
bus de Bosra? Vbi fatetur mysteria redemptio-
nis non profusus in verbo vidisse. Et. 1. Corint.
2. Quis hominū scit quæ sunt hominis nisi spi-
ritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei
sunt nemo cognouit nisi spiritus Dei. Vnde
colligitur beatos non nosse cogitationes no-
stras aut aliorū beatorum, & multo min⁹ pe-
netrant spiritum Dei, vt eius cuncta cogitata
sint eis peruia. Et Matthæ: 24. De die illa (scilicet,
Iudicij) nemo scit, neq; angeli de cœlo, nisi
solus pater. Secundo cū supra citatus Augusti-
dicat Deum esse voluntariū speculū, nō om-
nia omnibus quæ in ipso sunt detegit, & tamē
secundū istam citatam opinionē omnia quæ
sunt in ipso tam eminenter q̄ formaliter essent
cunctis naturaliter patula. ¶ Vnde deniq; cō-
sequeretur, q̄ Deus nemini beatorū posset no-
uas facere reuelationes aut orationū nostrarū
quas ad ipsos fundimus, aut aliarum rerū quæ
nobis accidūt: sed omnia in Deo perinde ac in
se ipso perspicere, quod fas nō est opinari.
¶ Rationē autē ex rerū natura (quod suū foelix
ingeniū est) deducit loco citato D. Thom. hoc
modo. Si beatus cūctā quæ in Deo sunt, non
modo formaliter, sed eminenter cōspiceret, fie-
ren inde cōsequens, eiusmodi intellectū cōpre-
hendere Deū. Et probatur. Illa quæ eminenter
sunt in Deo continentur in ipso tanquā effe-
ctus in causā, & tanquā cōclusiones in aliquo
principio: Sūt em̄ oēs creaturæ sicut radij illi⁹
lucis, quā vt ait, Paul. Deus habitat inaccessi-
bilē. Vnde Iacobus Apostolus. Omne datum
optimum, & omne donū perfectum de sursum
est, descendens à patre luminū. Quāto verò
principium aliquod luculentius perfectiūsq;
videtur, tantō plures ibidem effectus conspi-
ciūtur. Qui em̄ acumine ingenij & perspicaci-
tate posset in vno sibi principio proposito su-
bito

Quinta cōclusio.

Rō con-
sionis.

bitò plurium conclusionū inspiciat veritates, quas si hebetioris esset ingenij nō antea intelligeret, q̄ sibi singula explicarētur. Ille igitur in intellectu qui viso principio oēs effectus omnesq; effectū rationes cōtueretur, illud comprehendere: nullus autē intellectus creatus, vt dictū est, plenē valet Deū cōprehendere: nullus ergo ipsum cernendo oēs eius perspicit effectus, qui in ipso eminenter cōtinentur. Sed eorum quæ facit & facere potest eo quisq; plura cognoscit, quo eum perfectius cumulatori lumine gloriæ videt. ¶ At verò contra hanc cōclusionem nō pauci insurgunt: & primò videtur ad cōprehendendū ipsum Deum neutiquam requiri q̄ omnes eius effectus cognoscantur in ipso, nec verò sufficere. Etenim ad cōprehendendā creaturā, vt ad cōprehendendū solem, non est necesse oēs eius posibles effectus distinctē & in particulari cognoscere. Angelus enim profectò videtur solē posse cōprehendere, & tamē difficile est creditū q̄ omnes eius effectus in indiuiduo distinctē cognoscatur. ¶ Secundò dictum est ar. 1. non sat esse ad cōprehensionē, vt res tota cognoscatur, sed preterea exigi, q̄ clarissima notitia qua ex sua natura est cognoscibilis, cognoscatur. Quare enūciatio per demonstratiōem scibilis nō cōprehenditur dū opinione cognoscitur. ¶ Ad primū respondetur q̄ S. Tho. non dicit illud esse requisitū, vt oēs effectus cognoscantur, sed q̄ illud sufficit: nempe, q̄ qui illos cognosceret cōprehēderet causam. Secundò respondetur q̄ diuersa est ratio in Deo quā in creaturis: quā in causa creata nō relacēt oēs effectus posibles in indiuiduo, sed in cōfuso: videlicet, in potentia p̄ducēdi res huius vel illius speciei: quare ad illa cōprehendendū satis est illa eodē modo effectus in ipsa cognoscere. In Deo autē q̄a est eminenter omnia, vniuersa distinctē & in indiuiduo reiuicēt: & ideo ex natura sua est sic cognoscibilis, vt distinctē in eo cognoscatur: atq; adeò nō antea cōprehēditur, q̄ sic in eo cognoscatur omnia. Imò & principiū intelligibile in creaturis forsan nō cōprehēderetur nisi cognoscerentur oēs cōclusiones distinctē, saltē ille quæ p̄ximē & immediatē ex illo eliciuntur: ob idq; hoc D. Tho. exemplo vsus est. ¶ Secūdu verò argm̄ multis scholæ D. Tho. difficile apparet, arbitrantibus sibi se esse contrariū, cū prius dixerit non satis esse totā rē cognoscere ad cōprehendendū & post cōtrariū. At verò S. Doctor minimē secum pugnat: imò doctē sibi cōstat. Etenim si contingere posset, vt q̄s oia videret quæ sunt in Deo formaliter & eminenter, & tamē nō id infinita claritate notitiæ co-

Obiectio- nes.

Solutio

Notanda solutio.

gnosceret, profectò minimē ad cōprehendendū sufficeret. Sed tamen adeò sunt ambo connexa, vt neutrum absq; altero esse valeat: imò qui distinctē sic oia cognosceret, infinita notitia & claritate Deū cognosceret, q̄ ideo solus potest esse ipse Deus. Et idem esset de principio creato si quis in omnes eius cōclusiones inspiceret. ¶ Nihilominus Scot. in. 3. d. 14. q. 2. ratio nē D. Tho. inficiatur. Ait quippe, q̄ quanquam qui perfectius cognoscit causam plures cognoscit effectus, non tamen conuertitur, vt qui plures cognoscit effectus perfectius cognoscatur causam. Primò, quia causa ab effectu nullam recipit perfectionem, atq; adeò nec cognitio principij perficitur ex plurium cōclusionum cognitione. Quare neq; exēplum, inquit, D. Tho. legitimam est: quia potest quisq; cognito principio in aliquo gradu cognoscere post modū aliam conclusionem, quam prius in ipso non nouerat, non aucta eiusdem principij cognitione. ¶ Respondetur, argumenta æquiuocatione laborare: cognoscere nāq; effectus stat dupliciter: vno modo in se ipsis, atq; altero in suo principio. Ex cognitione ergo effectū in se ipsis nō arguetur cognitio principij: & hoc est quod probat Scotica ratio: quia causa ab effectu nō perficitur. Et hoc modo potest cognito principio in vno gradu nouus effectus cognosci nō aucta cognitione principij, sed tū quā effectus cognoscitur in suo principio, quāto plures illic cognoscuntur, tūto perfectius cognoscitur principij. Neq; potest nouus post modū in eodē principio cognosci, quin perficiatur cognitio principij. Hoc enim non est causam ab effectu perfectionē recipere, sed penitentiam per cognitionem virtutem eius penetrari. ¶ Arguit preterea cōtra. Quādo dux perfectiones vni rei competunt & secunda ratione prioris, tunc si res illa cōprehēditur cognita priori p̄fectione, nō cōprehēditur etiā si posterior cognoscatur in Deo autē ratione infinitatis & omnipotentis conuenit vt creaturæ sint eminenter in ipso: vidētes autē infinitatē, & omnipotentiam Dei ipsam nō cōprehēdunt: ergo nec quāq; in ipso videant distinctē creaturas. ¶ Respondetur, q̄ si infinitas & omnipotentia cōprehēderetur, nō visis distinctē creaturis, satis esset ad cōprehensionē Dei: sed tamē quod nos dicimus, est, q̄ neq; infinitas neque omnipotentia neque aliquod attributū quod habeat ordinem causæ ad extra, comprehenditur nisi in ipso cognoscantur omnia quæ eminenter continet. ¶ Igitur si videntes Deū vident ea quæ in ipso sunt, non solum formaliter, verum eminenter, inuestigare restat que

Scotus.

Cognoscere effectus dupliciter.

Alia obiectio.

Solutio.

quæ nā vidēt, & quæ nō vidēt. Sit ergo sexta cōclusio circa tertiā opinionē quæ fuit Durandi. Vniuersi beati vidēt in verbo omnes quidditates rerū naturalium, nō tamē rerū supernaturalium, vt arbitratur Durādus. Hæc etiā est cōclusio D. Tho. eo. ar. citato in solu. ad. 4. Et probatur vtraq; pars. Illa beatavisiō satiare omnino debet naturale desiderij: omnes autē naturaliter scire desiderat species, & genera rerū naturalium, & rationes earū, quia horum cognitio ad perfectionem intellectus naturalem pertinet: ergo omnia illa cuiusq; beato sua demonstrabit visio. Verū tamē quia naturale desiderij ad supranaturalia mysteria & arcana Dei non exurgit, nō opus est vt vidētes Deū illa, quæ supranaturaliter producere valet, inspiciant, sed sicut Deus voluerit reuelare. Falsū ergo est Durand. assumptū: nempe, q̄ beati videant in Deo res quæ ad modū naturaliter representantur: nā ex creaturis nō vidēt nisi secūdu luminis quātitatē, quod Deus beatis pro ratione iustitiæ distributiua admetitur. ¶ Septima cōclusio aduersus eūdē autorē. Quāuis non omnes beati omnium existētias in verbo videant, quorū quidditates inspiciunt, nihilominus multa vident, etiā quoad existentiā. Hæc cōclusio satis in quinta fuit demonstrata. Negari enim nō potest, quin Christus, nō modò quidditates, verū existētias rerū in verbo videat de quibus iudicaturus est: nā peccata & merita nō sunt in quidditatibus sed ipsis operibus, & tā innumerabilē rerū numerū nō potest per pprias species videre. Falsus ergo est cōsequētia Durandi, q̄ p̄pterea quæ rerū existētiæ nō sunt nisi in voluntate & libertate Dei, beati illas nō videant: nā & voluntas ipsa quā vidēt, voluntariū speculū illarū rerū est. Quocirca quemadmodum Deus in se ipso, nō modò rerū quidditates, verū & existētias intuetur: ita & beati in ipso. Vidēt ergo beatorū singuli in diuina essentia, eadē ratione, qua naturalium quidditates, existētias quoq; rerum quæ ad suos cuiusq; status attinēt. ¶ Sed tamē ad huius pleniorē intelligentiā subiungitur aduersus Scotū octaua cōclusio. Visio beata, siue animæ Christi, siue alius cuiuslibet, non representat per modū habitus, sed per modum actus. Inest quidē eatenus per modū habitus q̄ est perpetuo permanens velut res incorruptibilis. At verò representatio eius non est nisi per modum actus. Opinatur Scotus, q̄ quæ ad modum habitus scientiæ, nunc pauciorum, nunc pluriū actuales assensus producit: ita & per eandem visionem, seu anima Christi, seu quicumq; alius beatus, nunc pauciora videt, & postea plura, & postea pauciora. Itaque dum

7. Conclu.

8. Conclu.

Opi. Scot.

Deus reuelat beato orationes, quas in hac vita ad ipsum funduntur, non id facit aliā illi infundendo notitiam vel speciem, sed quia est speculum voluntarium per illam, visionem incipit tunc beatus in illo illas orationes videre. Et sic de alio quocunq; apud nos euentu, quem ad statum beati nosse pertineat. Contra hanc ergo opinionem, statuta est nostra cōclusio, quæ est S. Tho. 1. par. q. 12. articulo. 10. Vbi docet, visionē beatam simul omnia quæ in verbo videt cognoscere: imò hoc tanq̄ notū supponit, quæ etiā sententia fuit Aug. vlt. li. de trinit. vbi ait, Non erunt volubiles nostræ cogitationes ab alijs in alia euntes, atq; redeuntes: sed omnē scientiā nostrā vno simul cōspectu videbimus. Quare D. Tho. solū possibilitatis modum exponit. Nam q̄ cōclusio sit verissima, patet: quoniam illa visio illa nō est habitus, sed certē actualis notitia, sicut visio corporalis in oculo, & iudiciū in intellectu. Imò est notitia intuitiua, vt nomen ipsum visionis admonet: impossibile ergo est cogitatu, cū sit actualis notitia obiecti semper præsentis, quomodo nunc plura, postea verò pauciora, aut e conuerso, representet. ¶ Secundò ad id arguitur. Visio illa est actualis notitia per Deum in ratione speciei genitæ: ergo habet naturam ipsius Dei, tanq̄ eius participatio. Atq; adeò sicut Deus actu in se omnia videt, ita & beatus in ipso illa, quæ per eandem visionem, intuetur. ¶ Ad hæc. Visio illa in ratione notitiæ est incorruptibilis: ergo eadē ratione est inuariabilis, nā omne variabile est corruptibile. Si autē in ratione notitiæ est inuariabilis, profectò nō potest diuersa successiue representare. ¶ Neque cogitare possum, quæ nā ratio mouit Scotum q̄ q̄ beatis Deus in diuersis tēporibus recenter reuelationes inspirat. Verū tamē respondetur, illas nouas reuelationes nō facere in verbo, sed per proprias species: sanē cū ad essentiā beatitudinis nō pertineant, sed sint illi accidētariæ, & aduentitiæ. Imò & inferioribus angelis ministerio superiorū, vt ait Dionys. multa reuelat, & eadē fortē ratione, animalibus inferioribus ministerio superiorū: quæ ideo reuelationes non possunt fieri in verbo. Quocirca orationes nostras, ad sanctos effusas, Deus illis, nō in verbo, sed per proprias species reuelat. ¶ Aliud dubiū, neq; dignū, quod silentio præmittatur, ex his quæ dicta sunt, emergit. Vtrum visio beata sit simplex, an complexa, sit que tantū apprehensiuā. ¶ Subiungitur ergo nona cōclusio. Visio quæcunq; beata, est notitia simplicissima: eadēq; apprehensiuā, & similitudine iudicatiua. Probatur. Primò ex nomine ipso

Ratio cōcl.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

Ratio Sco.

Postrema dubitatio.

9. Conclu.

ipso visionis: visio enim in creaturis simplex notitia est, pariter & notitia apprehensiva intellectus: cur ergo in beato non erit simplex? Et confirmatur: Notitia enim simplex perfectior est ceteris paribus, quia complexa: quippe quae propius, ad unitatem, & simplicitatem Dei accedens quamvis in creaturis per accidens notitia complexa sit perfectior, eo quod iudicium non habetur nisi per enunciationis compositionem: sed est propter imperfectionem status, quia non possumus complexa enunciationum nisi pluribus notitijs apprehendere. Cum ergo visio beata sit Dei participatio, consequens sit esse simplicissima. Quod autem sit etiam iudicativa, probatur. Nam constantissimum est, beatum cognoscere quae in verbo videt, cognitio autem non est perfecta nisi sit iudicium. Item visio illa cuncta explet beatorum desideria: desiderium autem nostrum non est tantum videre Deum, sed iudicare quis, quatus, qualisque sit: ergo beatus illa omnia iudicat. Ad haec. Visio illa, ut diximus, correspondet fidei: fides autem, non solum apprehensiva cognitio est, verum & iudicativa omnium articulorum: talis ergo est visio.

Visio est iudicativa.

Alia ratio.

Cavillus.

At vero forsitan quis rationes has eludere sic contendet, quod licet beatus omnia illa iudicet, non tamen per visionem, quae solus est simplex apprehensio, sed per iudicia, quae ab eadem visione dimanant. Hic autem elusorius cavillus est: quoniam beati tamen multa iudicia diversa simul habere non possunt, nec valent per omnia simul advertere: ergo non iudicant nisi per visionem. Praeterea, illa producta iudicia essent creata, atque adeo non pertinerent ad essentiam beatitudinis, neque essent cognitiones in verbo: planum ergo est per eandem visionem cuncta beatum iudicare. Vnde D. Thom. articulo illo. 10. citato hoc tacitus praesuppones, declarat quomodo sit possibile. Nos enim, inquit, in hac vita id non possumus plura simul intelligere, ut ait Philosophus, quod per plures species illa cognoscimus, & intellectus non potest simul pluribus speciebus informari, & actuari, ad intelligendum plura, sicut unum corpus, non potest pluribus coloribus simul pingi.

Non possumus plura simul intelligere.

Sed obiter huius Aristotele. axioma, quod mutis negotiis facessit, exponam. Ait enim quod contingit plura scire, intelligere vero non. Hoc est plures simul habere sententiarum habitus, non tamen per omnes simul intelligere. Vnde aliqui eliciunt, quod licet corporalibus oculis, plura simul videamus: nempe, homines, libros, & sedes, atque alia suppellectilia, quae in eadem sunt aula: illa tamen intellectus non simul intueri valet per diversas illorum species. Sed hoc ta-

men est negare experienciam & sensum, ad quod neque Aristoteles, neque vlla doctorum autoritas non potest cogere. Sententia ergo Arist. non fuit nisi quod cum intelligere sit rem intus, atque adeo perfecte cognoscere, non possumus ad plura simul attendere perfecte: imo attentio tunc remittitur: quia pluribus intentus, minor ad singula sensus. Nihilominus sicut corpus in gradibus remissis potest recipere qualitates contrarias: ita potest intellectus ad plura remissimè simul attendere. At vero quando illa plura cognosci per eandem speciem, ut plures partes per speciem totius, aut conclusionem per suum principium, & non remittitur attentio, quin possit perfecte simul & principium & conclusio intelligi. Eodem ergo modo in beati visione: quia omnia videtur per unam speciem, quae est Deus, atque intuitu eiusdem visionis, beatus simul plura perfectissimè intelligit, ac de omnibus simul iudicat, omnibusque simul fruitur. Nec temporis vllam successione expectat, sed est velut stella actuali Dei lumine semper plena, semperque absque vilo fastidio fatiata. Colligamus ergo in epilogum quae dicta sunt, decimam adhibentes conclusionem. Omnes beati vident in verbo, quantum ad rem existentiam, quotquot ad suum cuiusque statum pertinent. Hoc enim est beatitudo, ut diximus, Status omnium bonorum aggregatione perfectus. Igitur anima Christi, qui est primogenitus in multis fratribus, quin etiam unigenitus patris, videt in verbo omnia quae Deus videt scientia visionis. Conclusio est S. Thom. 3. part. quaestio. 10. articulo. 2. Illa dicitur Deus videre scientia visionis, quae secundum aliquam temporis differentiam existunt. Nempe, omnia quae sunt, vel fuerunt, vel erunt, sed illa cognoscit simpliciter intelligentia, quae esse possunt, licet nunquam erunt. Quare scientia visionis non auget supra scientiam intelligentiae nisi praesentiam rerum, non solum in verbo, sed in se ipsis. Probatur conclusio. Quia quatenus est iudex viuorum & mortuorum debet in quantum homo cognoscere mortales uniuersos, suaque omnium opera & cogitatus. Vnde illud Ioan. 2. Ipse enim sciebat quid esset in homine, non solum in quantum Deo, verum in quantum homini eitribuendum est. Et cum mundus corporeus propter hominem factus sit, & in opere receptio, angelorum etiam ministerio fuerit usus, ad ipsum, cui subiecta sunt omnia, spectat praeterita, praesentia & futura cognoscere in verbo. Fuit enim agnus (ut Apoca. 5. legitur) qui dignus est accipere diuinitatem & sapientiam, hoc est omnium cognitionem ut explicuit glossa

10. Conclusio.

Anima Christi. S. Thom.

Beatissima uirgo.

glossa. Non tamen nouit omnia quae Deus facere potest, alioquin diuinam essentiam visione creata comprehenderet. Post ipsum etiam beata uirgo in verbo videt tanto plura quocumque alio, quanto maiori lumine gloriae perfunditur. Et D. Petrus, qui fuit ecclesiae vicarius praecipua gesta eorum quae in ecclesiastica administratione fiunt, & D. Dominicus ea quae ad suum attinent ordinem: & D. Franciscus ea quae ad suum spectant: & sic de vnoquoque dicendum. Tamen si quauis nemo nisi Deum precise videret, id ei ad aeternam felicitatem sat esset: iuxta illud Aug. 5. confessionum. Infelix homo, qui scit omnia illa, scilicet, creaturas, te autem nescit. Beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat. Qui vero te & illa nouit, non propter illa beator est, sed propter te solum beatus. Vnde quantum dignitate & praemijs beati dispares sunt, summa tamen concordia fruuntur, non solum singuli sua propria gloria, verum & aliorum tanquam proprijs. Vnde Aug. lib. de virginitate ca. 26. super illud. In domo patris mei mansiones multae sunt, glossat, id est, variae praemiorum dignitates: sed erit etiam per gaudium, ut quod habebunt singuli, commune sit omnibus, par, inquit, ad hunc sensum, quod quilibet suo erit plenus, & contentus. Bona enim seculi huius: quia curta sunt & angusta, possideri ab omnibus simul nequeunt in pace. Quocirca quia cupidines, appetitumque mortalium nimium exorbitant, naturae legibus, decalogique, mandatis, ceu quibusdam lineis & limitibus intercluduntur, ut quisque iure suo contentus: alienum ne violet: haereditas vero illa caelestis, quia infinita est, omnium desideria complet: quare nemo alius quod possident inuidet. Quin vero quo plures illa fruuntur, eo se singuli feliciores existimant. Est enim illic Deus omnia in omnibus, ut ait Apostolus. Super quo verbo Aug. lib. 2. de ciuit. Dei. c. 30. Ipse, inquit, finis erit desideriorum nostrorum, & subdit. Ceterum qui futuri sint pro meritis etiam gradus honorum, atque gloriarum, quis est idoneus cogitare, quanto magis dicere? Quod tamen futuri sint, non est ambigendum. Atque id etiam beata ciuitas illa, magnum in se bonum videbit, quod nulli superiori nullus inferior inuidebit: sicut nunc non inuidet archangelis Angeli ceteri, neque in corpore esse vult oculus, qui est digitus: quia nemo illic vult esse, quod non accepit, sed pacatissimo concordiae & charitatis vinculo ei qui accepit, erit obstrictus.

Nota de bonis huius seculi.

Aug.

Solu. 1. ar.

Argumenta in capite quaestionis proposita contra quintam conclusionem militare videntur: contendunt enim probare quod videntes

Deum per essentiam uniuersa videant quae in ipso sunt, tam eminenter quam formaliter, ut secunda tenebat opinio. Illud ergo Gregorij. Quid non vident, qui videntem omnia vident? non sic intelligitur, quod omnes videant quicquid Deus videt sed quod cum ipse quantum est de se sufficientissimum sit obiectum, quicunque in ipso quantum desiderat videt: quia nemo plus quam pro sua dignitate videre desiderat.

Solu. 2. ar.

Ad secundum vero negatur quod videns speculum videat omnia quae in ipso resplendent, nisi ipsum comprehendat. Sed aliter arguitur. Plus est videre Deum quam omnia alia praeter ipsum, etiam illa quae Deus potest facere: qui autem videt maius, videt minus si in ipso includitur: ergo videntes Deum, omnia contuentur in ipso. Respondetur autem, quod licet maioris perfectionis sit videre Deum quam omnes creaturas in se ipsis, perfectius tamen est sic videre ipsum ut in eo videatur omnes, quam solum videre ipsum. Hinc autem exurgit aliud argumentum. Cognoscere omnia quae Deus potest producere in se ipsis, profecto nemo posset, nisi vel infinitis notitijs vel vna infinita: sed visio quaecumque beata est perfectior quam esset illa, aut omnes illae: ergo quaecumque visio Dei est infinita, atque adeo ipsius comprehensoria.

Aliud arg.

Quicquid sit de priori praemissa, quae fortasse est vera, licet sit impossibile tot notitias, aut tantam haberi, conceditur minor: nempe, quod licet tales notitiae, aut notitia dari posset, quae esset infinita, non esset tanta perfecta quam visio Dei: quia perfectio notitiae attenditur ex parte obiecti, & infinitae creaturae, si esset possibiles in actu, non essent tam perfectae quam Deus. Sed nihilominus visio dei creata est finite perfectionis, per quam ideo Deus non comprehenditur. Ad tertium vero principale responsum est conclusio octaua: ubi ostendimus beatam visionem non representare per modum habitus nunc plura nunc pauciora, sed per modum actus simul omnia.

Solu. 3. ar.

ARTICVLVS. III.

Vtrum visio Dei per essentiam omnia eminenter, & in virtute contineat, quae ad beatitudinem pertinent.



Vanis ex superioribus facile quaeque colligere id posset, quod hic interrogamus. Nihilominus ut explicatius contemplationem beatam visionis concludamus, quaeritur vtrum eminenter

nenter & in virtute contineat quicquid est ad supremam felicitatē expediens. Et arguitur ad partem negatiuam. Inter alia ad beatitudinem requiritur quod sit adeo perpetua quod amitti nequeat: illa autem visio est ex natura sua amissibilis. Omnis em̄ perfectio inest perfectibili secundum modum ipsius: cum ergo homo, qui eius subiectum est, sit suapte natura mutabilis: illa etiam visio erit mutabilis.

2. Argum. ¶ Secūdo. Ad beatitudinem requiritur recta voluntas, etiam perpetua: iuxta illud August. Beat⁹ est qui habet quicquid vult, & nihil male vult: illa autem beatitudo nō continetur in illa visione: quoniam illa existente, cū voluntas sit libera, potest ab amore Dei cessare. Vel dicendum est q̄ visio tollit libertatē voluntatis quod esset illam sua perfectione denudare. Quod si potest cessare ab amore, potest etiam cessare a gaudio, quod tamen est de beatitudinis essentia: nam qui quod habet non amat, non oblectatur in illo.

3. Argum. ¶ Tertio arguitur. Si visio qua nunc animæ fruuntur cuncta contineret quæ ad beatitudinem pertinent, consequeretur, vt post corporum resurrectionem nequirent plura videre in verbo q̄ modò vident aut intensius: consequens tamen esse videtur aduersus illud August. 12. super Gene. c. 35. dicentis quod anima separata appetitu administrandi corpus retar datur quodammodo ne tota intentione pergat in summū cœlum, id est, in visionē essentia diuinæ. Vnde omnes inferūt sanctos resumptis corporibus fore beatiores.

Pars affirm. ¶ In contrariū est q̄ beatitudo, vt dictum est, consistit in illa visione: & tamen beatitudo, vt ait Boetius, est status omnium bonorū aggregatione perfectus.

¶ Ad veram & legitimam felicitatem, duo August. 13. de Trinit. c. 5. & 6. exiguntur, scilicet, & habere quod vis, & nihil male velle. Beatus est enim, inquit, qui habet quicquid vult, & nihil male vult. Horū autem primū potest esse nihil male velle: nempe restitudo voluntatis. Quare primū omnī, vt in cæteris actionibus præfigendam est obiectum beatitudinis, vt sit bonū, quod est proprium voluntatis obiectum. Vnde mala, inquit, voluntate, vel sola, quisq; miser efficitur, sed inferior potestate, qua desiderium male voluntatis impletur. At peruersitas naturæ nostræ est, vt cum hæc duo ad beatitudinē requirantur, magis eligant hoies, vt omnia quæ volunt habeant, q̄ vt omnia bene velint, etiam si non habeant: cum hoc posterius sit primum fundamentum, atq; omnī præstantissimū in beatitudine. ¶ Igitur ad cœlestē, quæ vera est,

beatitudinem tantū tria, quæ sint de eius essentia, requiruntur: scilicet, visio, amor, & gaudiū. Nam per visionem habemus quod amamus, & per amorem amamus quod optimum est. Et ideo per eius possessionem gaudium suscipimus, quod est honestissimum atq; adeo illud suscipere, est summa fruitio. De qua ideo felicitate ait. 1. 2. super Genes. ad literam Augustin. Vna, & tota virtus est amare quod videas, & summa felicitas habere quod amas. Non dixit summa felicitas est amare, sed habere quod amas. At verò sicut amare illic restitudo dicit voluntatis: ita & habere firmitatem, & possessionis perpetuitatē. Huic autē beatitudinis essentia inseparabiliter accidentia sunt honor & gloria: quæ Deo sunt attributa necessaria, iuxta illud. 1. Timoth. 1. Soli Deo honor & gloria. Quod & de sanctis per participationē conuenire canitur, nēpē, in illo versiculo psal. 8. Gloria & honore coronasti eum. Corpora verò in quæ animarum beatitudo per dotes effluat, & amicos: nimirū sanctorum confortiū, accidentia sunt beatitudini accidentia. Sed tamē bona alia externa, quæ in hac animali vita ad felicitatem pertinent, vt bonorum possessio &c. nequaquā ad illam felicitatem spectāt, vt supra diximus: quia illa bona vel requiruntur ad sustentationē corporis animalis, vel ad operationes aliquas & officia, quæ per huiusmodi corruptibile corpus exercemus, in illa autem vita (vt. 1. ad Corinth. 15. ait, Paul.) nō erit corpus animale sed spirituale.

¶ Proponimus ergo præsentī articulo ostendere cuncta, quæ ad rationem veræ beatitudinis attinēt, in visione tanquā in primo fundamento eminenter contineri, vt sit ipsa in virtute status omnium bonorum aggregatione perfectus. Hoc autem sex conclusionibus explicabitur. Prima. Illa visio est possessio omnium quæ recte desiderari possunt. Hæc iā supra. q. 1. ar. 3. est asserta, vbi monstratum est, q̄ per visionē Deam apprehendimus: cum intellectus sit potentia apprehensiva, nō autem voluntas: & Deum, cum sit intelligibilis, per animam potentiam attingere & consequi non possimus. Per voluntatem enim amore eum querimus, & per visionem adipiscimur. In quo subinde amantis voluntas cōquiescit. Iuxta illud Can. 3. Querui quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittā. Cum verò Deus, vt sæpe dictum est, sit eminenter omnia, quæ recte desiderari possunt, per illam visionem beatus habet quicquid recta ratione vult. Vt qua phrasi, ait, Gregorius. Quid non vident, qui videntem omnia vident? dicere quoque possimus

Honor & gloria.

Perpetua & recta voluntas.

Propositio præsentis articuli.

1. Conclusio

possimus. Quid non habet & possidet, qui eū qui omnia est possidet? Vnde Augu. loco supra citato lib. 22. de ciui. Dei. c. 30. super illud Esaiæ. Ego ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs, ait. Quid hoc est nisi ego ero vnde fatientur, ego ero quæcunq; à bonis honestis desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona?

2. Conclus. ¶ Secunda conclusio. Visio beatrix suapte natura est perpetua. Hanc conclusionem aduersus priscos in primis hæreticos, sed & quodammodo aduersus quosdam catholicos constituitur. Fuerunt enim Origenianistæ ab Origene Adamantio dicti: inter quorum alios errores Epiphanius, & secundū eū Augustinus in lib. de hæresibus cap. 43. Vnum hoc referunt, cuius supra dist. 45. quæst. 2. art. 2. meminimus, quod sicut dānati possunt quādoque liberari, & ad felicitatem transire: ita & beati possunt de sua felicitate in miseriam incidere. Sed hæc hæresis adeo est demens, vt vix credatur in illa Origenem permāsisse. Quāuis illius etiam meminert D. Thom. 1. 2. q. 5. art. 4. At verò inter catholicos quāuis nullus sit, qui non fateatur visionem illam esse perpetuam: dicunt tamen nōnulli id nō suapte habere natura. Sed quia Deus pro suo (vt aiunt) beneplacito vult illam perpetuò conseruare. Cōtra quos asserimus hoc ex sua ipsius habere natura. Etenim qui aliter loquuntur, nō satis visionē illā profua dignitate æstimant. Illo enim pacto & ego & corruptibilem quodcunq; posset esse perpetuum. Conclusio verò nostra asserit, q̄ visio illa est perpetua, veluti angeli & cœlorum orbis. Angelū enim quāuis Deus supra naturā creando condiderit, dedit nihilominus ei substantiam & esse natura sua perpetuū. Itaque si ne speciali auxilio Dei perpetuò est duraturus: sicuti animæ nostræ & cœli, quæ ideo res miraculum essent si finem haberent: quia nequeūt nisi per anihilationē finiri. Homines verò & corruptibilia mixta vice versa, quia corruptibilia sunt, nequeunt per concursum Dei generalem perpetuo subsistere: sed supranaturaliter per specialem Dei concursum. Igitur sicut angelus, sic & visio beata, quāuis supranaturaliter sit producta: nihilominus (sicut lumen ipsum gloriæ) suapte natura est incorruptibilis. Itaq; naturale est ei semper existere, & si corrumpere, esset supranaturale miraculum. Probatum conclusio. Illa visio est vita æterna: ergo sicut natura sua est esse vitam, ita & suapte natura est æterna.

visio beata suapte natura perpetua.

Probatio.

Ratio. 2.

citur à Deo concurrente, non solum vt concurrat ad propagationem corruptibilem, sed in ratione speciei: ergo & visio illa inde incorruptibilitatis sortitur naturam.

¶ Tertio ad idem arguitur cū D. Tho. loco citato. 1. 2. q. 5. arti. 4. Si illa esset natura sua corruptibilis, aut ex parte Dei id proueniret, aut ex parte libertatis subiecti, nempe, vidētis, aut ex parte alicuius agentis contrarij. Nō ex parte Dei: quoniam subtrahere visionem illam esset pœna, postquam illa conferretur in præmium: pœna autem à Deo equissimo iudice: non nisi propter culpā infligitur: culpa verò illic, cū voluntatis restitudo, vt statim dicemus, sit ex illa visione necessariò consequens non potest accidere: ergo Deo cessante illam conseruare non est corruptibilis. Quinimò in sensu composito, vt illam postquam cōtulerit auferat, bonitati Dei, ac perinde fidei, qua fidelis est, apertè repugnat. Quapropter si omnipotentia Dei infinita bonitati eius, fideique & constantia dictorum alligata consideretur, non potest per talem potentiā illa visione beatos expoliare.

Ratio. 3.

Non est corruptibilis ex parte Dei.

¶ Quod autem nec ex parte libertatis subiecti illa sit corruptibilis, probatur. Quoniam qui bona carere optat, quod possidet, aut hoc facit, quia bonum illud insufficiens iudicat, aut aliquid quod habens annexū incommodum, propter quod illud fastidit: visio autem diuinæ essentia animam bonis omnibus cōplet: quippe quam summo fonti totius bonitatis cōiungit. Vnde in psalm. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Et Sapient. 7. Venerunt mihi cuncta bona pariter cum illa, nempe, cū illa diuinitatis cōtemplatione. Quod aut nihil habere queat incommoditatis annexū, probatur. Nā in fonte illo bonitatis, vt omnis est bonorū sufficientia, ita neque potest quippiā incommodi apparere. Vnde Sapient. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus eius, sed lætitiā & gaudiū. Quapropter nullum ex illa fastidit potest fastidium laboriri. Vnde ecclesiasti. 24. Qui edunt me adhuc esarient, & qui bibunt me adhuc sitient: quoniam quanto magis eius dulcedo cognoscitur, tæto auidius percipitur. Vnde Augu. lib. illo pluries citato. 22. de ciuit. Dei. c. 30. Ipse, inquit, finis erit desideriorum nostrorū, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. ¶ Sunt verò qui dicunt voluntatē ob id solū, vt suam experiatur libertatem, posse ab illa visione desistere, nisi Deus supranaturaliter illam retineret, atque adeo colligūt illam visionem suapte natura non esse perpetuam.

Ex parte subiecti nō est corruptibilis.

Quorundā obiectio.

¶ Attā.

¶ Attamen isti non animaduertunt libertatis amplitudinem, quantumvis magnam, infra limites obiecti voluntatis esse interclusam, neque foras egredi posse: obiectum autem voluntatis respectu volitionis est Bonum, saltem apparens, & respectu nolitionis malum. Quapropter nisi experientia libertatis sub ratione boni representetur, nequam voluntas eadem potest uti libertate: voluntati autem videtur Deum sub nullius potest ratione boni representari, ab illa visione cessare: atque adeo nec libertatem in hoc experiri, quare neque ab illa visione desistere potest.

Visio beata nulli subditur contra ¶ Caterum neque ullius tertij agentis virtute potest eadem visio vel mutari, vel deperire. Probatur. Mens per illius visionis celsitudinem Deo coniuncta, super omnes eleuatur creaturas, atque adeo ab omnibus eximitur periculis, quæ ab illis existere possunt. Quare absurdum est beatitudinem illam, ut Origenianistæ contendebant, alternationibus subijcere: quæ quidem non nisi temporis successione & vicissitudine contingunt, cum visio illa temporaria, quod motus mensura est non subiaceat, sed sit æterna, atque adeo ab omni motu & vicissitudine exempta. Vnde David. **Lauda Hierusalem,** (hoc est visio pacis) dominum: lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit feras portarum tuarum (scilicet, ne quippiam illuc aduersi penetrare possit, quod ineffabilem illam requiem perturbare valeat) sed benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem (sine ullo bellorum periculo) & adipe frumenti satiati te. Nempè, Dei ipsius conspectu, qui radius est fructuum omnium prima, atque adeo per nullam inopiam beata illa vita deficere potest.

Lauda Hierusalem, etc.

3. Conclusio

¶ Hinc conclusioni annectitur tertia. Visio illa suapte natura habet certum, securumque, facere beatum suæ perpetuitatis. Probatur. Visio illa est beatitudo, ac perinde bonum sufficiens, cunctis. scilicet desiderijs satisfaciens. Inter desideria autem humana, hoc est vnum, ut supra diximus: scilicet, non carere bono, quod possidet, atque huius certitudinem habere: nam si illa certitudine careret, non posset non anxari, sicut si bonum illud perderet, non posset non tristari: per illam ergo visionem iudicat in verbo beatus tutum se esse & perpetuitatis illius beatitudinis certum.

Recens argumentum.

¶ Atque hoc est recens aliud argumentum, quod visio suapte natura sit perpetua: nam si illud iudicium, quo id iudicat est verum, perpetua est, si falsum, visio illa non esset beatitudo: nam falsitas, quia malum est, beatitudini aduersatur.

4. Conclusio.

¶ Quarta conclusio. Visio beata in sua natura

& essentiali virtute includit voluntatis restitutionem, quæ est ad beatitudinem necessaria. Et ratio est. Quia visio illa necessitate voluntati infert amandi Deum, non solum quoad specificationem, ut actum contrarium habere nequeat, verum & quoad exercitium, ut ab eodem amore cessare non valeat. Hanc conclusionem negat Scotus disti. presentis quæsti. 6. Sed latius in primò Sent. disti. 1. quæsti. 4. Negat, inquam, voluntatem beati necessitari quoad exercitium ad amandum. Nihilominus antequam eius argumenta referamus, probatur planè conclusio. Finis vltimus, in quem homo suapte natura fertur, & ad quem humana, natura, cum ad imaginem Dei fabricata est, fuit instituta, & ad quem per fidei cognitionem fuit illustrata, & diuino gloriæ lumine eleuata, est perspicua illa Dei visio: sed omnis natura dum ad finem suum naturalem peruenit, naturaliter ibi conquiescit: ut patet de graui quando est in centro, & de vnoquoque elemento dum in suo proprio est loco: atque ita in eo quiescit, ut nullus ei fiat reliquus appetitus inde abscedendi: ergo & voluntas clarè videtur Deum, sic ei amore insigitur, adeoque in eo conquiescit, ut nullus ei relinquatur appetitus, aut potentia ab illa visione, amore, ac fruitione euellendi se. Imò sicut graue corpus in centro, sic spiritus illi felices, in illo suo supremo fine immobiles suapte natura consistunt.

Scotus.

Probatio conclus. aduersus Scotum.

2. Ratio.

¶ Secundò id probatur. Voluntas, ut supra dictum est, ad suam beatitudinem sub generali ratione boni cognitam appetendum, quo ad specificationem necessatur, quo ad exercitium verò non item, sed ratio est, tum quod beatitudo sic cognita non nihil difficultatis voluntati offert ad illam insequendam, propterea quod ab alijs voluptatibus est ei abstinentiendum, tum etiam quod hominem in hac vita opus est alijs vacare negotijs, necesse est ei, ut ab illis actibus cognoscendi & appetendi finem distrahat. Vbi autem Deus præsens est, euidenterque conspectus, nil prorsus difficultatis aut laboris in eo amando apparere potest, imò summa facilitas & felicitas. Neque illic alia negotia possunt voluntatem interpellare, ut ab illo visionis splendore, & amoris dulcedine cesset. Tertiò denique arguitur. Voluntas nunquam ab amore rei cessat, nisi, vel quia potentia fatigata lassatur, & somno forti sopitur, vel ad aliud se amandum transfert quod pluris aestimat. Illic autem neque vlla potest esse lassitudo aut somnium, neque vlla res offerre se potest præ Deo ipso diligenda, ad quam se voluntas conuertat: ergo non potest ab illo amore

3. Ratio.

amore cessare. Nam quod ut suam experiatur libertatem id facere possit, iam reprobatum est: quoniam id non potest voluntati sub aliqua ratione boni presentari.

Canillus.

¶ Sed ait, Scotus, quod nondum satis probatum est non posse voluntatem velle aliquid nisi sub ratione boni, aut nolle nisi sub ratione mali. At verò hoc satis superque, super demonstratum est. Quin etià adeo est per se notum, ut probatio non egeat.

Respondetur argum. Scott.

¶ Argumeta verò Scoti iam supra diluta sunt. Vnum enim est, quod potentia inferior, qualè putat esse intellectum, non potest superiorem vincere, neque, voluntatem. Veruntamen, præterquam quod falsum est intellectum esse potentiam inferiorem, ut supra satis ostendimus, vis illa non est in intellectu, sed in obiecto clarè viso, & per intellectum voluntati applicato.

¶ Alia eius ratio est. Eadem est potentia quæ vult finem, & media propter finem: eadem autem potentia non habet contrarios modos agendi, nempe, naturaliter & liberè, qui sunt modi oppositi: cum ergo liberè velit media, liberè, etiam vult finem. Respondetur autem ad minorem. Quod modi agendi naturaliter, & liberè non sunt in eadem potentia contrarij respectu diuersorum: & ideo voluntas vult finem optimè applicatum necessitate, scilicet, tanquam natura: & medium liberè. Quæ quidem diuersitas consistit in ipsis obiectis diuersimodè mouentibus: scilicet, in fine clarè viso, qui necessitate infert voluntati, & in medijs, quæ ad id non sufficientiunt. Ut patet respectu intellectus, qui ad assensum primorum principiorum necessario mouetur, non tamen ad conclusiones, quæ inde non necessaria consequentia inferuntur.

Aliud arg.

¶ Sed arguit rursus. Diuersa applicatio obiecti non mutat id, quod intrinsecum est voluntati: Deus autem obscure visus in hac vita non necessitat ad sui amorem: ergo neque clarè visus in patria. Negatur maior. Imò cum Deus in se vim habeat trahendi ad amorem sui voluntatem ex necessitate, si in via id non facit, est, quia imperfectè applicatur per intellectum. Et præterea quia voluntas est in via lassitudini subdita, & ideo in patria, vbi perfectè per visionem applicatur, nec voluntas fatigari potest, Deus trahit ipsam ad se plena virtute, atque adeo ex necessitate.

Aliud arg.

¶ Et per hoc absoluitur aliud Scoti argumentum. Arguit quippe. Non potest voluntas, quæ antea liberè mouebat, nunc ex necessitate moueri, nisi aliquod intrinsecum ei recens adueniat: per visionem autem nihil intrinseci voluntas acquirit: ergo non ex necessitate mouetur. Respondetur enim ad maiorem. Non opus esse

vt voluntas aliquod principium intrinsecum nouum acquirat: quia hoc est ei perpetuò natium & naturæ suæ intrinsecum, vt ad suum finem non perfectè applicatum non moueatur de necessitate quoad exercitium, & tamen si applicetur perfectè feratur in ipsum tanquam mera natura.

Amar in patria non est liber.

¶ Hinc fit beatificum amorem non esse libertate contradictionis aut contrarietatis, sed necessarium, veluti est ille quo se ipse Deus amat: licet Deo insit à natura, imò ipse fit suus amor: & in beato producat à Deo ipso clarè viso. Est nihilominus actus voluntarius: hoc est, à voluntate procedens. Non tamè meritorius noui præmij, licet sit optimus.

Non est coactus.

¶ Sed argues. Ille amor est necessarius: ergo est coactus. Negatur consequentia. Quoniam necessitas solum tollit libertatem contrarietatis, aut contradictionis, scilicet, aut ponendi contrarium actum, aut nullum habendi. Coactio verò addit insuper, vt actus fiat contra inclinationem suppositi, atque adeo voluntatis, quæ eius est appetitus: & tamen amor ille est ipsius voluntatis inclinatio.

Libertatis.

¶ Imò verò quauis libertas vno proprioque modo accipiatur, vt dictum est, vsurpatur tamen etiam à sanctis patribus pro actu voluntatis, ad quem maximè inclinatur: qua phrasi vtentes aiunt summam in beatis inesse libertatem, eo quod adeo summo bono inhaereant, vt neque ab illo diuelli possint, nec peccare queant: nam peccandi non est potentia, sed impotentia potius. Absit enim vt Deum impotentem dicemus, eo quod peccare non possit, cum peccare potius sit deficere. Quocirca Augustinus eodem citato cap. 30. lib. 2. de ciuitate Dei. Neque ideo, inquit, liberum arbitrium non habebunt (scilicet, beati) quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum à delectatione peccandi, vsque ad delectationem non peccandi indeclinabilem libertatem. Nam primū liberum arbitrium, quod homini datum est, quando primū creatus est rectus, potuit non peccare, sed potuit & peccare. Hoc autem nouissimū eò potentius erit, quod peccare non poterit. Verum hoc quoque Dei munere, non suæ possibilitate naturæ.

Peccare impotentia. August.

Aliud est enim esse Deum, aliud participem Dei. Deus natura peccare non potest, participes verò Dei ab illo accipiunt, vt peccare non possint. Hæc ille. Igitur cum voluntatis inclinatio sit in bonum secundum rationem, quando ei immobilis hæret, summa censetur libertate frui. Præsertim quod in beatis, quauis eorum voluntas sit ad bonum per Dei amorem deter

Qq mina-

minata, nihilominus non prorsus est ad vnum singulare cōstricta, quin possit vnum, & aliud bonum, atq; diuersa in proprio genere velle, quæ in Deum ipsam referantur. Quemadmodum & Christi voluntas libera fuit, tametsi nequaquam peccatrix.

5. Cōclus. Ex his planè colligitur quinta conclusio. In eadē beatē visione eminēter cōtinetur perpetuum, idq; honestissimum gaudiū & fruitio. Quinimō, vt supra mōstratū reliquimus, visio ipsa est per quam volūtas voluptatem captat. Quæ quidē lætitiæ captatio est visio Deo frui.

6. Cōclus. Cōstitutum deniq;e fatis habemus in visione beatifica cuncta eminenter contineri, quæ in essentia beatitudinis includuntur. De accidentibus ergo, quæ ei propria sunt & in separabilia, quasi ex eadem visione fluentia subiungitur sexta conclusio. Ex eadem visione dimanat gloria, & honor. Differt autem inter hæc, quod gloria (vt ait, Ambrosius) est clara cum laude & notitia. Honor autem (vt. i. Ethicorū autor est Philosophus) est reuerentia cuiuspiam propter aliquam eius excellentiam exhibita, & potissimum propter virtutem. Est enim honor virtutis præmium. Vnde ipsa nomen sortitur boni honesti. Quapropter gloria ex natura sua antecellit honorem. Nam quia merita, & excellentia personæ nota est, digna existimatur honore.

Gloria. Gloria verò vt super. c. 2. ad Romanos annotauius, bifariam potest intelligi. Primò, gloria ipsa Dei, quæ per illam visionem in beatos exundat. Notitia enim illa ineffabilis, qua seipsum, suarumq; perfectionum abyssum cognoscit, & comprehendit, quatenus per eam ipse sibi ab æterno innotuit, dicitur, est quæ gloria Dei. Et quia per beatrices illas visiones, beatis itidem innotescit, per illam eis gloriā suam cōmunicat, qua beatorum desideria explet. Quo ideo modo psalmista nomē gloriæ usurpauit, vbi dixit. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Atq; in hoc eodē significato Iacobus appellauit Deum, patrem luminum. Quinuerò (vt enarrat Origenes) cum pater fons gloriæ sit Christus (vt ad Hebræ. 1. ait, A postol.) fuit vni genitus eius splendor. Ait quippe, Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Idem enim est, & splendorem esse gloriæ & figuram substantiæ. Vnde Dauid psalm. 109. In splendoribus sanctorum ante Luciferum genuite: id est, In illis splendoribus ab æterno, qui in tempore erant cum sanctis cōicandi. Et ideo idem Christus, qui splendor est vnigenitus patris & tanquam homo, primogenitus in multis fratribus, eiusdem nos facit gloriæ par-

ticipes. Iuxta illud Esaiæ. 68. Requiem tibi dabit dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Atq; hæc est essentialis beatorum gloria. Quo ideo conuocissimum nomine felicitatem vitæ æternæ significamus. Sed potest nihilominus in presentiarum, gloria, pro illa clara notitia usurpari, quam de dignitate, & meritis vniscuiusque beati, tum Deus, tum etiam per ipsum reliquorum beatorum cœtus, maxima cum laude habebunt. Hoc enim significatu opulentiæ dignitatisque amplitudo, quæ latissime patet, & cunctis nota est gloria nuncupatur. Vnde vt Genes. 45. legitur. Ioseph fratribus, ait. Ite annunciate patri meo omnem gloriam meam. Christus autem, cordium etiam inspector, in illo summo iudicio sanctorum merita, per eius gratiam cumulata, quæ in hac vita magna ex parte latent cunctis propalabit, vt magna cū laude fiant manifesta. Esuriui & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere, &c.

At qui quemadmodum gloria, ita & honor duplex presentiarum censeri potest, scilicet, & ille inestimabilis, quo Deo felicitissimos suos amicos honestabit. Nominib; scilicet, honorificis, non iam seruos, sed amicos appellando, imo & Dei filios iuxta illud Ioannis. Vide te qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus. Quare & in suam hereditatem admittens, Venite, inquiet, benedicti patris mei, percipite regnum. Merito ergo psalmista, ait. Nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secundus etiam illic erit honor mutus, quem sibi inuicē beati sunt delaturi. Qui quidem honor summo pretio estimandus est. Nam si (vt ait Aristot.) Job id à sapientibus honorari cupimus, quod illi sunt certiores virtutis nostræ testes, quanto pluris habendus est honor ab illis exhibitus, qui & optimi sunt, & falli nequeunt. Accidentia vero, quæ essentiali beatitudinis adherescunt, sunt corpora, quæ gloriæ dotibus donantur, ac demum amicorum contubernium, vt eadem in omnes diffusa gloria, singulos feliciter delectet. Et hæc quoque iure illius beatæ visionis beatis accedunt: quæ ideo visio status est omnium bonorum aggregatione perfectus.

Ad primum igitur argumentum respondetur, quod quauis homo secundum suam naturam sit mutabilis, tamen quia virtute diuina in illa superna beatitudine per lumen gloriæ subleuatur capax fit illius beatitudinis, quæ cum sit sufficientissimum bonum, immobiliter in hæret, facitque suum ipsius subiectum immuta-

Essentialis gloria.

Gloria secūdo modo.

Genes. 45.

Honor duplex.

Secūdo honor.

Corpora & amici.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar. immutabile. Secundum autem iam solutum est, vbi monstrauimus, quod volūtas respectu amoris Dei visi, non est libera libertate contradictionis, aut contrarietatis, vt possit ab illo bono desistere, aut contrarium committere peccatum. Neque hoc est, sua perfectione priuari: imò illa est summa libertas summo bono immobiliter adherere, atque illa requie & pace Dei frui, quæ exuperat omnem sensum.

3. Argum. Tertium argumentum offert questionem illā quæ hic solet per se latius disputari, vtrum beatitudo sanctorum post corporum resurrectionē sit futura maior, quam sit modò: sed tamen quia breuissimæ facillimæque expeditionis est, non opus habet singulari articulo. Dissoluitur ergo sub distinctionibus duabus. Sermo enim haberi potest, aut de beatitudine essentiali: scilicet, de visione, aut de accidentali & aduentitia. Item augeri beatitudinem bifariam intelligi potest, videlicet, aut extensiuè (quod aiunt) aut intensiuè. Atqui beatitudo sanctorum post resurrectionem extensiuè amplior erit: nō solum, quia plures erunt beati: verum quia vniscuiusque beatitudo latius diffundetur: tum propter ampliorem societatem fructuum Deo, tum etiam quia dilatabitur ad corpus: nam ex visione animæ deriuabuntur dotes in corpora: ac subinde gaudium accidentarium accumulabitur propter satiatum appetitum naturalem quem anima habet ad corpus. Vtrum verò visio ipsa intensiuè augeatur, respondet hinc D. Tho. q. 1. arti. 4. affirmatiuè. Et ratio eius est, quia anima perfectius habet esse (simpliciter loquēdo) in corpore, quoniam est actus corporis, quam separata. Sed accidit ei quando corpus est corruptibile, vt minus bene habeat: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sublata ergo illa mole & grauedine, vt aufertur à corpore glorioso, perfectius erit anima in corpore illo quam separata: ex perfectiori autē esse prouenit perfectior operatio, vt patet in corpore sano respectu agri: ergo anima tunc perfectius videbit: quod est intensius augeri visionem. Et hoc est (inquit) quod sonat autoritas allegata Augustini. Durandus verò distinct. presentis quæstione. 7. contrariam tenet sententiam, quia anima in corpore glorioso non habet, inquit, perfectius esse, vt perfectius sit nomen adiacēs huic quod est esse: licet perfectiori modo sit in corpore. Et re vera quicquid sit de argumento Durandi, nō video quomodo visio hoc modo intensiuè augeatur: nam si in genere visionis intensior est, erit clarior, & si clarior, plura representabit: nam clarius videre aliquod prin-

Beatitudo post resurrectionem extensiuè maior.

D. Thom.

Durandus.

Visio post resurrectionem non erit intensior.

cipium in ratione principij est plures effectus seu conclusiones in ipso videre. Etenim simili modo argumētabatur superius D. Tho. quod qui omnia in verbo viderit quæ eminenter cōtinet, ipsum compræhenderet. Præterea quicquid que picturam clarius videt plura in ipsa videt: nam distinctius videt. At qui omnium argumentorum maximum est; quod resumpto corpore non augebitur lumen, & totus conatus, vt supradiximus, est secundum luminis quantitatem, & non secundum vires naturales: & ideo licet appetit; animæ in corpore esset liberior, non ideo esset vegetior ad Deum videndum. Igitur D. Tho. in summa, nempe. 1. 2. quæst. 4. art. 5. hanc deseruit opinionē, dicens quod resumptis corporibus solū augebitur gloria extensiuè: quia deriuabitur ad corpus per dotes. Et argumento quarto obiecit autoritatem illam Aug. quod appetitu corporis anima separata retardatur ne tota intentione feratur in Deum, & respondet non aliter intelligi quam quod, licet quiescat in Deo, tamen vellet, vt ad participationem suæ beatitudinis corpus per dotes pertingeret. Et sic solutum restat argumentum. Videlicet, quod animæ beatę resumptis corporibus non videbunt plura in verbo neque illud clarius aut intensius, sed erunt beatiores accidentaliter, quo ad corpora & quo ad plenum beatorum numerum & consortium.

Maximum argument.

S. Thom. se correat.

QUESTIO QUARTA, De dotibus gloriæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliquæ sint in beatis Dotes.



De beatitudine, & gloria essentiali hætenus dictum est. Subsequitur nunc de dotibus sermo, quæ inde promanant. Quaritur ergo primo in genere. Vtrum sint aliquæ dotes. Et arguitur à parte negatiua. Dos est id quod sponso pater sponsæ, ad onera sustinenda matrimonij iure consignat: sancti autem non gerunt figuram sponsi, nec Deus figuram patris sponsæ, imò patris sponsi, nempe, Christi: ergo dos nō habet locum in beatis.

Partis negatiue argum. 1.

Secundo arguitur. Dos est ornatus animæ, & corporis: beatitudo autē est ipse idē animæ

Qq 2 ornatus

Pars affirmativa. ornatus: ergo dos nō distinguitur à beatitudine. ¶ In contrarium est. Quod ad Ephesios. 6. referens Apostolus matrimonium primorum parentum, ait. Sacramētum hoc magnum est: dico autem in Christo & ecclesia. Vbi matrimonium spirituale animæ per illud designari docet: in matrimonio autem carnis sponsa nō nisi dotata traducitur in domum sponsi: ergo similiter anima in coelum assumitur.

Dos nomē. ¶ Dos à dādo dicitur: nullibi tamen est nisi recipiatur. Vnde pro quocunq; dono seu munere generaliter vsurpatur: siue à Deo donatum sit: vt Genes. 30. Dotauit me Deus dote bona: siue à natura, secundum animam vel corpus: quemadmodum dicimus hominem, sciētia, & virtute dotatum, & pulchritudine, & viribus. Et Ouidius. Et quocunq; potes dote placere, place. Atque hoc pacto nōnulli arbitrātur dotis nomen in præsentia vsurpari. Sed tamē ratio non cōsentit: quoniam tunc nō possent dotes sub certo numero comprehendī: quippe cum vniuersa dona, quibus diuinitus donamur, hanc habeant rationem dotis. Accipitur ergo in præsentia dos, secundum acceptionem, & vsū iuris, instar illius, quo sponsa dotatur, vt possit maritus onera matrimonij sustinere. Vnde dos (vt definitur assuet) est perpetuus ornatus animæ, & corporis ratione spiritualis matrimonij, vitæ sufficiens in æterna beatitudine iugiter perseverans.

¶ Ad quæstionem ergo duabus conclusionibus respondetur. Prima. Dotes quibus anima in ingressu cœli, & corpus in resurrectione dotantur, patrum traditione, quæ in sacro eloquio fundamentum habet, receptissimæ in ecclesia sunt. Dixerim traditione patrum. Quoniam sub hoc nomine dotiū, talis assertio non extat expressè in sacra scriptura. Nihilomin⁹ in ea fundamentum habet. Enimverò, quia natiuum nobis est, eo quod cognitio nostra à sensu incipit, spiritualia similitudine corporaliū intelligere, copulatio animæ cum Deo desponsationis, & matrimonij nomine nobis significatur: potissimum coniunctio Christi per amorem cum ecclesia: quando nostram naturam assumpsit, qua Deus factus est homo. Hæc enim loco citato, ait, Paulus, sub mysterio in illo primorum parentum matrimonio fuisse designatā. Vnde in psal. 18. Vbi eius incarnatio denotatur: tanquam spōsus prenūciatur procedēs de thalamo suo. Et ad Ephes. 5. Apostolus. Christus dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea &c. vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam. Etenim quemadmodum per

Desponsatio Christi cum ecclesia carnale matrimoniū, vt legitur Genes. 2. fiunt duo in carne vna, ad propagationem humani generis secundum carnem. Ita per vniōnem, qua sibi Christus humanitatem vniuit, facti sunt Deus & eius ecclesia duo in vno spiritu, ad propagationem filiorum, quos sibi Deus adoptare constituit.

¶ Quocirca per baptismum, quod est ecclesie sacramentum, virtute passionis Christi institutum, dum cum ipso morientes, & cum ipso sepulti, membra eius efficiuntur, fide formatā renascimur filij Dei: iuxta illud Ioā. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Igitur qua ratioe ecclesia est spōsa Christi, eadem quicunq; in eius gremio in gratia Dei existens, est filius Dei illo matrimonio genitus. Nihilomin⁹ & quicunq; nomen etiam sponsæ retinet. Nam illa copulatio per gratiam in baptismo, vt respectu Dei adoptio in filium, est & respectu Christi incorporatio membri in suum corpus. Ita est & desponsatio, qua ratione est coniunctio cum Deo in vno spiritu. Illic enim Deus animam ceu sponsam amplexatur: iuxta illud Cantic. 2. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Vnde Paulus. 2. ad Corinth. 11. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Itaque nomen sponsæ, vt totæ collectioni ecclesie, ita & singulis eius membris adaptatur. Vnde cuiusque animæ per gratiam Deo coniunctæ, ait, sponsus Cāt. 4. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Et enim quia Dei nascitur filia, soror est Christi, sed nihilomin⁹ propter amplexus gratiæ ad edendos spirituales fructus, & factus, etiam sponsa est. Et ideo subdit. Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa. ¶ Hinc ergo meritissimò sancti patres nomen dotium collegerunt: Deum, scilicet, considerantes sponsam suam, cum eam domo receperit, dotatum ire. Legitur enim Esaia. 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me: quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatum monilibus suis. Et psalmo. 44. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et Cantic. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum sicut monilia. Mure nullas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. ¶ At verò, quoniam vt. ff. de iure dotium .l. Dotis, habetur. Dotis appellatio non refertur ad matrimonium quoadusque sit omnino confirmatum, dotes non sunt nisi quæ in ingressu gloriæ conferuntur. Quapropter

Desponsatio in baptismo.

Collectio nominis dotis.

Dotes nō dantur nisi in gloria.

propter

Gratia est arrhagloria.

Argumenti solutio.

Ante orbē redemptum nō fuerunt dotes.

Obiectiones.

Solutiones.

Solutio 1. ar.

propter gratia, per quam in hoc seculo desponsamur Deo, nomen dotis non obtinet, neque verò habitus infusi fidei, & charitatis: quoniam nondum in hoc seculo sic confirmatur matrimonium, vt in domum sponsi traducamur, sed possumus ab illa dignitate decidere, ac subinde matrimonium dissoluere. Dicitur autē gratia pignus seu potius arrha gloriæ: nam arrha est quæ postea perseverat in matrimonio. Dotes ergo sunt illæ, quæ ad sufficientiam æternæ vitæ conferuntur in domo Dei, vbi mansiones multæ sunt. ¶ Et per hoc soluitur argumentum, si quis arguat. Dos matrimonij causa confertur: sed per fidem desponsamur Christo: iuxta illud apud Ioan. citatum. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius: ergo fides est dos. Respondetur, inquam, quod per fidem non confirmatur matrimonium, vt non sit dissolubile. Et ideo non dotantur animæ nisi in introitu cœli. Quamdiu enim vita hæc durat (vt. 2. ad Cor. 5. ait Paulus) peregrinamur à domino.

¶ Hinc ergo colligitur antequam Christus humanitatem indutus ecclesiam sibi desponsasset, neminem vnquam neq; sub lege naturæ, neq; sub lege scriptæ: quātavis sanctimonia ab hac luce demigraret, dotibus fuisse ornatum: quia neque vllus fuit illuc usque cœlum ingressus.

¶ Redarguet autem quis forsitan, contra hanc dotium assertionem. Dotes, vt dictum est, adferenda onera matrimonij conferuntur, vt, scilicet, facilius tolerētur, sed in patria nulla sunt onera, nec difficultas in illa sustinenda vita: ergo ineptè illa dona dicuntur dotes. Præsertim cum dotes ad externa fortunæ bona pertineant: & tamen beatorum præmia intus animæ conferantur. ¶ Ad primum verò respondetur, quod doti aliud per se inest, aliud verò per accidēs. Per se, inquam, est matrimonij solatium, & vitæ emolumentum & subsidium. Per accidēs autem habet, ab onere, & molestia matrimonij animū leuare, & inopiam supplere. Dotes ergo cōgruunt beatis secundum priorem rationem: nam posterior non habet illic locum. Neque verò omnimoda extat similitudo in honorum genere huius seculi: nam in matrimonio carnali decore opus est, & ornamento exteriori, ob idq; sponsa bonis fortunæ dotatur. In matrimonio verò spirituali decor intrinsecus est in anima: iuxta illud psalm. 44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis: & ideo dotes exiguntur spirituales.

¶ Ad primum igitur capitale respondetur. Quod quauis dos sponso assignetur, cuius durante matrimonio, est eius possessio, & vsus: tamē eius dominiū nō est nisi sponsæ: quæ ideo dicitur dotata, vel si dote caruerit, dicitur indotata. Quapropter dissoluto matrimonio, tale dominiū penes ipsam iure permanet. Pari ergo modo dotes, quæ ecclesie & singulis eius membris conferuntur in patria, quantum ad vsū sunt sponsi, scilicet, Dei, in cuius gloriam & honorem cedūt, sed quātum ad dominiū sunt sponsæ, quæ huiusmodi dotibus ornatur.

¶ Ad aliud verò membrū respondetur, quod quauis in more sit, vt parentes puellæ illā de suis bonis dotēt, quæ quidem dos, quæ à patre proficiscitur, dicitur profectitia. ff. de iure dotium. l. profectitia. Hoc autem non est de intrinseca ratione dotis, sed accidentaria: potest enim à quocunq; alio dotari, nempe, vel ab eo qui eam violauerit: iuxta illud Exodi. 22. Si seduxerit quis virginem, nec dum desponsata, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Vel potest dotari à patre sponsi, vt de Sychem legitur Genes. 34. Qui cum optaret Iacobi filiam filio suo in vxorem tradere, dixit ad Iacob, & fratres eius. Augete dotem, & munera postulate. Quin verò & spōsus ipse amore ductus sponsam illam dotat, vt senes solent puellas virgines. Ad propositum ergo. Quauis pater in diuinis sit pater sponsi ecclesie, nempe, Christi: pater tamē sponsæ, scilicet, ecclesie, & eius membrorum est tota trinitas: nempe, Deus, quatenus vnus in tribus personis: & quia effectus ad extra totius sunt trinitatis, pater potius sponsæ secundum proprietatem eam dotibus exornat quàm pater sponsi, nempe, Deus potius quàm prima persona trinitatis. Quauis per appropriationem, & attributionem eadem dotatio secundum diuersas considerationes aliæ atque aliæ personæ adscribatur. Attribuitur enim patri, quia in ipso est respectu creaturarum prima auctoritas, & paternitas. Et sic eidē patri, qui per proprietatem est pater sponsi, & per attributionem est pater sponsæ, conuenit ipsam dotare. Filio autem eadem attribuitur dotatio: quia propter ipsum, & per ipsum cuncta nobis donantur. Ac demum spiritui sancto, quatenus in ipso ac secundum ipsum donatur nobis charitas Dei, quæ est vniuersæ donationis ratio.

¶ Secunda conclusio. Dotium aliqua solatio ratione differunt à beatitudine. Aliæ verò differrunt re. D. Thom. dist. pñti. q. 4. artic. 2. refert opinionem tenentium quod solum differunt à beatitudine ratione, atque illa reiecta tenet quod differunt re. Sed tamen si in particulari considerentur, vt ex dictis eius in alijs locis & ex rei veritate colligitur, fortasse non tam vni-

Aliud arg.

Quomodo Deus dotet animam.

2. Conclusio.

uerfaliter abfolutè respondendum est : quòd omnes differant realiter, vt suis singularum articulis examinabitur saltem dotes animæ. Dotes nanque corporis planum est realiter differre à visione, quæ est in anima, in qua beatitudo collocatur. Sunt enim corporum perfectiones & ornatus, ex animæ beatitudine deriuati: vt infra monstrabitur.

¶ Ad secundum igitur argumentum respondetur, quòd beatitudo, cum sit animæ operatio, non tam propriè dicitur, ornatus, quam operatio, ex qua ornatus dimanant, qui sunt dotes, vt agilitas, subtilitas, &c.

ARTICVLVS. II.

Utrum Christo vel angelis dotes cõpetat, an verò solis hominibus.



ROST considerationem dotium secundum suã essentiam, quaritur de eius subiecto: nempe vtrum sint in Christo & in angelis, an verò in solis hominibus. Et arguitur quòd cõpetant Christo. Primò. Quia per dotes corporis cõformabimur Christo: iuxta illud ad Philip. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis sue: ergo in ipso sunt dotes, quibus nostræ debent esse conformes.

¶ Secundo arguitur, quòd etiam sint in angelis. Spirituale matrimonium in spiritali cõiunctione consistit cum Deo per gratiam & gloriam: hæc autem nõ minus in angelis est quam in hominibus: ergo non minus eorum ecclesia est sponsa Dei quam nostra.

In contrarium. ¶ In contrarium est: Quòd inter sponsum & sponsam exigitur discretio personarum: in Christo autem non sunt duo supposita, ipse verò est sponsus: iuxta illud Ioan. 3. Qui habet sponsam sponsus est: ergo nullatenus est sponsa. Et de angelis idem patet. Quia Christus desponsauit sibi ecclesiam per incarnationem, & passionem, in cuius mysterium prædictum fuerat. Exodi. 4. Sponsus sanguinum tu mihi es: angeli verò tunc non aliter fuerunt Deo cõiuncti quam erant antea: nam vt ad Hebræ. 2. ait Apostolus. Nusquam angelos apprehendit: ergo ipsi non sunt sponsa, atque adeo neque habent propriè dotes.

¶ Ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. Primum enim Christo, vt hic refert Diuus. Tho. nonnulli dotes etiam conuenire

arbitrati sunt. Aiunt quippe, triplicem in ipso discerni vnionem, vnam, scilicet, qua per amorem coniungitur patri, quam vocant cõsentaneam: quia idem eis est velle. Atque hanc videtur Christus Ioan. 17. significasse, vbi ait: Claritatem quam dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Secunda vnio est, quam appellant dignatiuam, nempe, qua dignatus est naturã nostram sibi vnire in vnitatem suppositi.

¶ Tertia est, qua Christus per amorẽ vnitur ecclesie, & vicissim ecclesia ei per fidẽ charitate formatã. Aiunt ergo secundum primas duas vniones propriè cõuenire Christo habere dotes: quia quatenus vnitur per amorẽ patri, est eius sponsa, & pariter humanitas quatenus vnita verbo est sponsa Christi. At vero secundum tertiam vnionem non habet propriè dotes secundum proprium nomen, & rationem dotium: quia non est sponsa sed sponsus: quauis dona illa quæ in alijs beatis habet rationem dotis, sint in illo per excellentiam.

¶ Huius autem opinionis duæ priores partes refutantur, & solũ tertia recipitur. Et ideo statuitur hic prima cõclusio. Dona quæ in beatis nomẽ habet & rationẽ dotis per excellentiam sunt in Christo: nomen autem & ratio dotium secundum nullam eius vnionem illi cõpetunt. Prior pars liquida est, quoniam in anima Christi ab instanti suæ conceptionis fuit visio, comprehensio, & fruitio eminentissimo modo, & in eius corpore post resurrectionem incorruptibilitas, subtilitas, agilitas, & claritas.

¶ Secunda vero pars itidem probatur. Secundum vnionem amoris, qua Christus secundum diuinitatẽ fuit ab æterno, est que patri coniunctus, non potest dici patris sponsa. Quippe cum sponsa respectu sponsi subiectionem quandã & participationem gratiæ dicat. Filius autem in diuinis non est subiectus patri, nec particeps propriè dicitur: cum vnica simplicissima essentia sit tribus personis æqualiter communis. Neque verò secundum vnionem humanitatis ad verbum humanitas dicitur sponsa verbi: quoniam distinctio inter sponsum & sponsam est personalis tanquam inter duo supposita, eo quòd actiones sunt suppositorum: in Christo autem non sunt duo supposita. Secundo, quia desponsatio debet esse inter personas natura similes, & ideo Christus per vnionem humanitatis, factus est sponsus non humanitatis: quia nõ est similis naturæ diuinæ, sed ecclesie, cui per eiusdem humanitatis assumptionem factus est similis. Tertio denique, quoniam dos datur (vt dictum est) sponsæ, quando in domum sponsi introdu-

Triplicis vnio in Christo.

Conclusio de Christo.

In Christo non fuerunt dotes sub tali ratione.

introducitur, humanitas autem nõquam fuit à diuinitate separata, neque ab eius visione. cõprehensione & fruitione. Secundum denique coniunctionem, qua sibi ecclesiam per gratiam adiunxit & desponsauit, ipse fuit sponsus qui ecclesiam dotauit, ne utiquam tamen sponsa: quia eiusdem non est dare & recipere. Dona igitur illa Christus in anima vel in corpore nõ recepit per modum sponsæ ab sponso, sed virtute vnionis humanitatis ad verbum, qua factus fuit sponsus. Atque adeo neque rationem habent dotium, neque verò nomen.

Solutio. 1. ar. ¶ Respondetur igitur ad primum argumentum, quòd quauis Christo conformabimur secundum illa dona quæ sunt in illo & in nobis: imò in ipso per excellentiam tanquam in capite, non tamen in illo habent rationem dotium, sed in nobis in quibus sunt tanquam in eius membris. ¶ Potest autem quis obijcere ad probandum, quòd humanitas vnita verbo dicatur eius sponsa, glossam super illud Psalmi, In sole posuit tabernaculum suum: quæ contrarium dicit. Item Augustinus libro. 1. de doctrina Christiana, ait, quòd Christus secundum regulam Tychonij propter vnitatẽ corporis mystici quæ est inter caput & membra, nominat se etiam sponsam & non solum sponsum. Nam de ipso sub vtroque nomine intelligitur illa prophetia Esaia. 61. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatum monilibus suis. ¶ Ad primum respondetur, quòd natura humana nõ dicitur propriè sponsa verbi: quia non est persona. Dicitur autem quodammodo desponsata, id est, verbo indissolubili nodo tanquam superiori inferior coniuncta & ab ipso gubernata. ¶ Et simili modo respondetur ad secundum: non enim Christus dicitur sponsa, quia verè sit, sed quia suscipit prædicatum, quòd conuenit ecclesie. Dicitur, inquam, sponsa non in se, sed in suis membris. Et eodem modo dici potest habere dotes: quia ecclesia illas habet. ¶ Quòd si redarguas. Christus ipse dicitur membrum ecclesie. 1. ad Corin. 12. Vos estis corpus Christi & membra de membro. Omne autem membrum habet dotes, etiam sub ratione & nomine dotium. Respondetur. Quòd quandoque nomen ecclesie usurpatur pro reliquo corpore quòd distinguitur à capite, quòd est Christus, & hoc modo Christus non est membrum ecclesie. Sed alio modo usurpatur nomen pro toto corpore compacto ex capite & membris, & isto modo Christus potest dici membrum, sicut caput est membrum. Sed inde non sequitur, quòd habeat dotes sub ratione dotium: quia eius of-

Obiectio. ¶ Sed potissima ratio est. Quòd angeli, vt distinctio. 47. dicebamus, non receperunt gratiam per modum redemptionis ex passione Christi: quippe qui non nisi propter peccatũ Adæ factus est homo. Ante cuius casum creati à Deo fuerant in gratia, & ideo non propriè dici possunt sponsa Christi. Atque adeo nec habere eius dotes. Quare Origenes super Cantica, quatuor dignouit personarum differẽtias, videlicet, sponsum & sponsam, qui sunt Christus & ecclesia: & adolefcentulas, quæ sunt anime, quæ ab sponso in gremio sponsæ lactantur, & sponsi sodales, qui sunt angeli. Sed nihilominus respectu Dei atque adeo Christi, qua ratione est Deus, potest eorum ecclesia dici sponsa, licet non sint eiusdem naturæ: quia sunt Deo per gratiam cõiuncti, quam ab illo receperunt, atque adeo gloriam: eadem ergo ratione eorum dona dici possunt Dei dotes.

Solutio. ¶ Ex his fit consequens tertia conclusio, Dotes propriè, quatenus sponsæ Christi, solum sunt in hominibus, tã secundum corpus, quam secundum animam. De quibus nos subsequentes articuli docebunt.

Alia obiectio. ¶ Ad secundum igitur argumentum respondetur. Quòd quauis angeli sint per gratiam cõiuncti cum Deo, qua ratione aliquo modo possunt dici eius sponsa, non tamẽ sunt desponsata cum Christo: quia nõ sunt illius naturæ quã assumpsit. ¶ Sed contra secundam conclusionem videtur pugnare glossa super illud Cant. 6. Vna est columba mea. Quæ, ait. Vnam esse ecclesiam in hominibus & angelis. Et super illud Lucæ. 12. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, &c. ait, aliàs, quòd ad nuptias dominus ibit cum post resurrectionem

ficiũ non est recipere, & dotari, sed influere & dotare. Et ideo non est propriè membrum ecclesie, vt ecclesia est nomen sponsæ, sed ecclesie, vt dicit coniunctionem ex sponso, & sponsa, quia ipse est sponsus. ¶ Secunda subiecti-
2. Cõclusio. Quauis dona illa quæ sunt dotes animæ, nempe, visio, & comprehensio, & fruitio sint in angelis, tamen in illis neque rationem tam propriè habent dotium, neque nomen, quam in hominibus. Prior pars notissima est. Quandoquidem eadem beatitudine fruuntur, qua homines secundum animam. Secunda verò probatur, si desponsatio intelligatur cum Christo qui est sponsus ecclesie. Primò. Inter sponsum & sponsam debet esse similitudo secundum aliquam naturam: Christus autem, vt dictum est, naturã non assumpsit angelicam, sed humanam, & ideo angeli non sunt ei similes.

Potissima ratio. ¶ Sed potissima ratio est. Quòd angeli, vt distinctio. 47. dicebamus, non receperunt gratiam per modum redemptionis ex passione Christi: quippe qui non nisi propter peccatũ Adæ factus est homo. Ante cuius casum creati à Deo fuerant in gratia, & ideo non propriè dici possunt sponsa Christi. Atque adeo nec habere eius dotes. Quare Origenes super Cantica, quatuor dignouit personarum differẽtias, videlicet, sponsum & sponsam, qui sunt Christus & ecclesia: & adolefcentulas, quæ sunt anime, quæ ab sponso in gremio sponsæ lactantur, & sponsi sodales, qui sunt angeli. Sed nihilominus respectu Dei atque adeo Christi, qua ratione est Deus, potest eorum ecclesia dici sponsa, licet non sint eiusdem naturæ: quia sunt Deo per gratiam cõiuncti, quam ab illo receperunt, atque adeo gloriam: eadem ergo ratione eorum dona dici possunt Dei dotes.

3. Conclusio. ¶ Ex his fit consequens tertia conclusio, Dotes propriè, quatenus sponsæ Christi, solum sunt in hominibus, tã secundum corpus, quam secundum animam. De quibus nos subsequentes articuli docebunt.

Solutio. 2. ar. ¶ Ad secundum igitur argumentum respondetur. Quòd quauis angeli sint per gratiam cõiuncti cum Deo, qua ratione aliquo modo possunt dici eius sponsa, non tamẽ sunt desponsata cum Christo: quia nõ sunt illius naturæ quã assumpsit. ¶ Sed contra secundam conclusionem videtur pugnare glossa super illud Cant. 6. Vna est columba mea. Quæ, ait. Vnam esse ecclesiam in hominibus & angelis. Et super illud Lucæ. 12. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, &c. ait, aliàs, quòd ad nuptias dominus ibit cum post resurrectionem

2. Cõclusio.

Potissima ratio.

Quatuor personarum genera.

3. Conclusio.

Solutio. 2. ar.

tionem nouus homo angelorum multitudinem sibi copulabit. Quibus locis angeli censentur sponsa Christi tanquam pars ecclesiae. Itē quia maior requiritur similitudo inter caput & membra, quā inter sponsum & sponsam: Christus autē propter conformitatē & excellentiam gratiæ & gloriæ videtur esse caput angelorum: ergo & sponsus. ¶ Respondetur ad primū, quod licet angeli hoc modo pertineat ad unitatē ecclesie Dei: quod eisdem donis participant, non tamen sunt pars ecclesie Christi tanquā eius mēbra. ¶ Ad secundū autē respondetur. Quod quāuis dicat glossa, quod nouus homo Christus angelorū multitudinē sibi copulabit, non tamē dixit sibi desponsabit propriē, sed quia copulabit ecclesiam suam cū angelorum cōtū in gloria. ¶ Ad tertium deniq; respondetur, quod Christus, vt non est spōsus angelorum, ita neque est caput: quia neque est eiusdem naturæ, neque influxit per passiōē gratiam in illos. Sed est eorum caput in quantum Deus: nā illa ratione fuit autor eorum gratiæ, & gloriæ.

ARTICVLVS. III.

Vtrum tres sint tantum animæ dotes, scilicet, visio, delectatio, & fruitio.

Postquam in generali de dotibus dictum est, coniequitur, vt in particulari singulas exploremus. Queritur ergo, vtrum tres sint tantum animæ dotes, scilicet, visio, dilectio, & fruitio. Et arguitur à parte negatiua. Anima Deo coniungitur secundum mentem, in qua est trinitatis imago, nempe, memoria, intelligentia, & voluntas. Dilectio verò pertinet ad voluntatem, & visio ad intelligentiā: ergo debet aliqua dos respondere memoriæ: illa autem non est fruitio: quippe quæ, vt supra dictum est, ad voluntatē attineat: ergo numerus non conuenit. ¶ Secundò. Dotes animæ tribus dicuntur virtutibus theologice respondere, nempe fidei, spei, & charitati, quarū Deus obiectū est. Dilectio autē respondet charitati, & visio fidei: ergo tertia deberet respondere spei: illa verò non est fruitio, vt pote quæ ad charitatem pertinet: ergo alia deficit dos.

Partis negatiua argum. 1.

2. Argum.

3. Argum. Pars affirmatiua.

¶ Tertiò. Ad beatitudinē requiritur cōprehensio iuxta illud. 1. ad. Cor. 10. Sic currite vt comprehēdatis, ergo hæc debet cōstitui dos quarta. ¶ In cōtrariū autē est. Quod dotes animæ res-

pōdēt virtutibus, quarum Deus ipse est proximum obiectū, vt præmium correspondeat meritis: illę autem sunt virtutes theologice, quibus tres illæ dotes optimē coaptantur.

¶ De hac quæstione vniuersi doctores consentiunt esse tres animæ dotes, vt quemadmodū septem sunt virtutes, scilicet, tres theologice, & quatuor morales cardinales. Ita & septem sint dotes, scilicet, tres animæ, respondētes virtutibus theologice: & quatuor corporis, quæ cardinalibus adaptari possunt. Secūddò, & omnes consentiunt quod prima illarum sit visio, seu ornatus & claritas quæ sit dos visionis. Itē quod alie duæ sint ex numero harum trium, quæ sunt, dilectio, fruitio, & comprehensio.

Septem Dotes.

Dissentiunt tamē inter illas. Quidam enim dicunt, quod sunt visio, dilectio, & fruitio. Alij verò aiunt quod sint visio, comprehensio, & fruitio, quæ ponitur loco dilectionis. Alij quod sint visio, dilectio, & comprehensio quæ ponitur loco fruitionis. Tametsi Ricardus dist. præfenti art. 3. q. 7. loco comprehensionis non ponat nisi securitatē, neq; dilectionem distinctā à fruitione: quia habendo, inquit, rem amatā, illa fruimur, illamq; tenemus, & sic dicit quod dotes sunt visio, fruitio, & securitas. ¶ Secundū tamen dubiū quod hic includitur, est, vtrum dotes istæ sint operationes illę videndi, fruendi, & diligendi. An verò qualitates per modū habitus eisdem operationibus antecedentes, quæ sunt animæ ornatus per modū habitus.

Opinionū uarietas.

Ricardus.

¶ Ad quæstionem ergo quinq; conclusionibus respondetur. Prima fundamentalis sit. Dotes animæ sic assignandę sunt, vt tribus virtutibus theologice respondeant. Probatur ratiōe proximē insinuata. Quoniā dotes pertinent ad beatitudinē, vel tāquā actus, vel tanquā habitus & ornatus animæ: nā dotes sunt quibus spōsa in ingressu liminū spōsi dotatur, nempe, qñ beata illa foelicitate donatur: & quia beatitudo essentialiter est in anima, dotes animę accommodari debent ad illā beatitudinē, qua Deū cōsequimur illoq; fruimur, & quia in via per tres virtutes theologice: vt quę Deū habēt, p proximo obiecto, ad ipsum tendimus, debent dotes eisdē respōdere virtutibus. ¶ Hinc sequitur secūda cōclusio. Prima dotiū est clara visio seu habitus claritatis ad vidēdū, vt inferiūs explicabim⁹. Hoc patet, quia prima virtutū theologice est fides, quæ visioni rñdet, tanquā meritū præmio. In præmium enim q̄ nunc ea credimus, quæ nō videmus, videbimus eadem postea, quæ nūc credimus. ¶ Hoc docet Paul. 1. ad Corin. 13. Ex parte enim, inquit, cognoscimus, & ex parte prophetam⁹. Cū autē venerit

1. Conclu.

2. Conclu.

rit q̄ perfectū est, euacuabitur q̄ ex parte est. Et subdit. Videmus nunc per speculū in ænigmate, tunc autē facie ad faciem: visio ergo est præmium fidei. ¶ Tertia conclusio. Spei respōdet dos, quæ est comprehensio. Hoc patet ex illo citato. 1. ad Corin. 10. Sic currite, vt comprehendatis. Spes enim dicit non quemcūq; amorem, sed desiderium, per quod tēdimus in rem: igitur sicut terminus credendi est videre. Ita terminus spei est tentio, & comprehensio. Vnde quāuis per visionem Deum teneamus, & comprehendamus: tamen est diuersa ratio: nam quatenus est clara cognitio, respondet fidei, sed quatenus est consecutio Dei cū securitate, & perpetuitate, correspondet spei. Et ideo sicut per illam visionem quatenus est clara cognitio euacuabitur fides, id est, cessabit in patria. Ita per eandem, quatenus est tentio, euacuabitur spes. ¶ Quarta conclusio. Si comprehensio connumeretur secunda dos, quæ optimē, aptissimeq; connumerari potest, tunc tertia, quæ correspondet charitati, ponitur fruitio, ea ratione, qua includit dilectionem ceu proximam causam: nā dilectio patriæ, quia est iam boni præsentis per visionem, & cum securitate possessi per cōprehensionem, causa est proxima fruitionis quæ ideo erit terminus charitatis viæ. Est enim frui de re possessa, quā propter ipsam amamus delectationem capere. Et hæc certē est satis apta, & concinna dotium distinctio, quā D. Tho. amplectitur. 1. 2. q. 4. art. 3. Nihilominus eadem ratione qua dilectio includit fruitionē, possunt etiā designari visio, dilectio, & cōprehensio, vt dilectio patriæ quæ est firma, & immobilis sit terminus dilectionis viæ. Tādē quia cōprehensio includitur tam in dilectione patriæ quam in fruitione tanquā vtriusq; causa, possunt etiā designari visio, dilectio, & fruitio. Quæ quidē distinctio videtur D. Tho. impræsentiarū magis placere: quia & hæc est etiā rei fati accommodata. Tunc autem fruitio quatenus cōprehensionem includit, est terminus, non charitatis, sed spei. Et hoc etiam satis aptē: quoniā terminus sub spe laborantis, est rem cōsequi vt ea fruatur. Perparui ergo refert, primamne, an tertiā malueris rationē insequi. Quāuis illa prima quā in summa D. Tho. sequutus fuit, sit præferenda.

3. Conclu.

4. Cōclusio.

Vtrum dotes sint habitus

¶ Restat nihilominus dubiū, q̄ in capite quæstionis insinuauimus, quomodo dotes distinguantur à beatitudine: D. Th. hic, & Ricardus loco citato, & reliqui antiqui, dotes omnes tā corporis quā animę distinctas arbitrātur à beatitudine, nēpe à visione, amore, & delectatione quæ sunt actiones vel passiōes. Vt sint dotes

tāquā habitus & ornatus animæ huiuscemodi operationibus præuij, & tanquā potētie ad easdē operationes eliciēdas: quāuis appellantur nominibus eorundē actiū. Itaq; dos visionis est habitus ad eliciēdā visionē, quę quidē dos dicitur visio, & pariter dos dilectionis & habitus charitatis, ex qua elicitur dilectio.

¶ Atqui si ad amussim velis analogiā seruare dotiū matrimonij carnalis, sic dicēdū apparet. Nā dotes nuptiarū nō sunt operationes vitæ, scilicet, sumptus facere ad sustinēdā vitā, sed facultas & potestas eisdē faciēdi, nempe, numi, & possessiones & reliqua. Pariter ergo censēdū apparet de dotibus animæ. ¶ At verò profectò difficile est istos habitus illic in patria perscrutari. Et S. Tho. in. 4. sequebatur opinionē communem reseruādo exactiora examina ad summā, quā dictare cogitabat. Haud enim intelligi potest visionis dos ad visionē præuia, nisi sit lumē gloriæ: quod certē non tam aptē dicitur visio, neq; D. Tho. huc videtur alludere q̄ dos sit lumē illud. Aliās ipse se explicuisset. Itē ad videndum nos alius requiritur habitus præter speciē, cuius vicē gerit illic Deus. Præterea quāuis habitū charitatis possimus vt eunquē appellare dotem dilectionis, ex quo elicitur actus diligendi, non tamen omnes consentiunt, vt dilectio ponatur dos. Imò ipse D. Tho. loco proximē citato. 1. 2. non ponit dilectionem, sed fruitionem ait respondere dilectioni viæ. Præterea dos comprehensionis profectò non potest intelligi alia quā ipsa visio qua ratione est obiectum voluntatis, & terminus spei, scilicet, qua ratione est consecutio obiecti cum securitate, & perpetuitate. Præterea respectu fruitionis non potest signari habitus præcedens, nam fruitio est captatio delectationis, quæ, licet sit affectus voluntatis, suscipitur tamen ex visione, vt supra ex S. Tho. 1. 2. q. 1. art. 1. collectum reliquimus.

Impugnatio.

¶ Crediderim igitur quod si D. Tho. ad hunc locum dotium in summa peruenisset, nō alias hoc nomine intellexisset qualitates quā actus ipsos videndi, cōprehendendi, amandi, & fruēdi. Neque opus est rationem similitudinis dotium matrimonij carnalis ad vnguem in spirituali seruare. In matrimonio enim carnali dotes sunt facultates sustinendi vitam: in patria verò sunt actus ipsi ad quos præter lumē gloriæ & habitum charitatis nullis alijs opus est habitibus, sed Deus in ratione speciēi producit visionē quæ est comprehensio. ¶ Si ergo opinio hæc placet, statuēda est quinta cōclusio. Dotes animæ sola ratione à beatitudine distinguūt: visio nāq; quaten⁹ clara est cognitio elici

5. Conclu.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum corporibus gloriosis sint futurae dotes quatuor.

Post dotes animae subsequitur de dotibus corporis disputatio. Et ideo quaeritur primò de earum numero, sed primò arguitur, quòd in corporibus nullae sint futurae dotes. Enimuerò dotes ad statum attinent spirituales, qui est in mente, corpora verò ad illum non pertinent statù, quippe cum illic mentis operationes à corporibus non pendeant: ergo nullae erunt corporibus dotes.

Secundò arguitur còtra numerù quòd non erunt praecise quatuor, scilicet impassibilitas, subtilitas, agilitas, & claritas. Anselmus siquidè ponit septè quae sunt, pulchritudo, velocitas, fortitudo, libertas, sanitas, voluptas, & diuturnitas.

In còtrariù verò est illud. 1. ad Cori. 15. seminat in ignobilitate, resurget in gloria: seminat in infirmitate, surget in virtute, seminat corpus animale, surget corpus spirituale.

Ad quaestionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Congruentissimum ad foelicitatè, imò secundù diuinam bonitatem sapientiam & iustitiam Dei necessarium, vt sanctorù corpora suis dotibus exornet. Conclusio primùm catholica est (vt patet autoritate Pauli in ducta, & Sapient. 3.) Fulgebunt iusti & tanquàm scintillae in arundinetis discurrent. Vbi in fulgore claritas designatur, & in igne, quatenus elementum vehementissimae actionis est, qui omnia subito deuorat, impassibilitas: & qua ratione velocissimum habet motum (vt lib. 3. super Genesim exponit Aug.) Agilitas, & scintillarum significatione, subtilitas.

Sed & ratioe praeterea probatur. Dotes sunt ornamenta quibus exornatur sponsa, vt in còspectu sponsi dignè decenterq; còpareat. Debet autem non solùm secundùm animam, sed etiam in corpore comparere: ergo non solùm in anima dotari homo debuit, verùm & in corpore ornari. Neque obstat si obijcias, quòd cum oculo corporeo Deus videri nõ possit, non fit corpori Deus praesens: quòd licet visio nõ sit nisi in aia, còdecet tamè, cum sit actus corporis, vt in corpore quo Deù videbit appareat illis ornamentis dotato, quae foelicè animam condecorant. Secundò id etiã probatur. Homo quatenus factus est ad imaginem & similitudinè Dei, est beatitudinis capax: & quauis illa imago

1. Argum.

2. Argum.

In contrarium.

1. Conclusio

Ratio cõcl.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Anselmus.

Boetius.

ta ab intellectu est dos respõdens fidei, sed qua tenus est obiectum voluntatis concupitù, per quam, scilicet, volùtas consequitur & tenet finem suum, in quòd per spem tendebat, est cõprehensio respõdens spei. Iam enim diximus, quòd voluntas vtitur alijs potentijs ad consequendum fines suos quos appetit: nam quia actiones sunt suppositorum & volùtas est proprius appetitus suppositi, ipsa est quae mouet alias potentias per quas & suos consequitur fines. Atq; adeò, vt ait S. Tho. 1. 2. q. 1. arti. 1. ad 1. eandem visionem, qua ratione est obiectum voluntatis per quã de bono cõcupito delèctatione capitur, fruitionem censet.

Ad primum igitur argumentum respondetur, quòd memoriae & intelligentiae non respondent duo, sed vna dos quae est visio: eo quòd memoria non est nisi intelligentiae thesaurus, nempe, specierum apotheca. Neq; verò opus est dotes illis potentijs ad iustum respondere, sed theologicis virtutibus.

Secundum autem iam solutum est, vbi diximus comprehensionem vel fruitionem quatenus comprehensionem includit, respondere spei. Anselmus verò dicit ad beatitudinè animae pertinere sapientiam, amicitiam, concordiam, potestatem, honorè, securitatem, & gaudiù. Et Boetius tertio de cõsolati. enarrat quinque quae sunt sufficientia, quam promittit diuitiae, iucunditas, quam promittit voluptas, celebritas, quam promittit fama, securitas quam promittit potentia, reuerentia, quam promittit dignitas. Haec autè ab istis patribus non tanquam dotes connumerantur, sed tanquam beatitudinis comites. Sapientia enim pertinet ad sponsum: amicitia verò & concordia ad ipsum respectu mèbrorù & ad mèbra ipsa inter se.

Nam amicitia refertur ad effectù, & cõcordia ad assensum in agendis, & potestas est in sponso ad gubernadù, & honor in inferioribus, quem ei deferunt. Boetius verò aliã sequutus rationem explicuit quemadmodù in beatitudine ea sint quae homines in hac vita concupiscant. Homines enim ab in commodis securos esse cupiunt & tutos, & illa securitas est in patria. Cupiunt quae bonum sibi conueniens quod est iucunditas, vel bonum perfectum vel optimum, quod est sufficientia, vel excellentiae manifestatione, quae est celebritas & gloria. Ac denique sibi cupiunt honorem deferri & reuerentiam.

in animae potentijs existat, nihilominus corpus eidè animae adaptatù est, quod eius dignitati & visibus congrueret: ergo eadem ratione in beatitudine necessarium est, vt ex animae beatitudine, quae est vita aeterna, deriuetur in corpus dotes, quibus ad vfus eiusdem vitae aptum sit & idoneum.

2. Conclusio. Secunda cõclusio. Dotes corporis cõgruentissimè tantum quatuor designantur, scilicet, nec pauciores nec plures. Hunc numerum possumus ad virtutes Cardinales referre, veluti tres dotes animae ad Theologas retulimus. Iustitia namq; quae quia perpetuò seruat Reipublic. pacem, immortalitatis titulum obtinuit, respondet impassibilitas temperantiae, quae corp⁹ extenuat, subtilitas, Fortitudini verò agilitas. Vnde Paulus loco citato, seminat in infirmitate (scilicet in grauedine, quam mot⁹ retardatur) surget in virtute. Sed prudentiae propter cognitionis lucè respõdet claritas.

Haec autem coaptatio quauis concinna sit, non tamen rei causam enucleat. Numerus ergo dotium inde sumendus est, quòd per illas corpus gloriosum disponitur & exornatur, vt idoneum sit animae coniunctioni in vitam aeternam. Nempe, vt ei ad vfus illius vitae absque impedimento & mora inseruiat. Anima verò vnitur corpori & vt forma & vt motor, tribuens ei & esse & operari: & quidè ex hoc fundamento Diuus Thomas sic hunc numerum colligit, quòd in quantum corpus fit idoneum animae informanti, requirit dotem subtilitatis: nam quòd subtile est, facile alienam formam suscipit, & in quantum ab eadem anima recipit formas accidentales, cõuenit ei dos claritatis. In quantum verò subditur ei vt motori, conuenit ei dos agilitatis, & in quantum ab anima conseruatur, dos impassibilitatis. Atqui distributio haec fortè est legitima. Attamen nõ deerit cui alia magis ardeat. Videlicet, vt quatenus anima velut forma dat corpori esse, conueniat ei dos prima impassibilitatis, quae est omnium fundamentum. Subtilitas verò impassibilitati annexa est: si sit dos, vt quidam autumant, dos qua se corpus gloriosum cum alio corpore solido penetrat, quod est quoddam incorruptibilitatis & impassibilitatis genus, nempe, alteri corpori in eodem loco non cedere. Quauis hoc suo proprio loco examinandum & corrigendum est. Quae verò ratio ne corpus anima, ceu motori subijcitur, reliquis duabus dotibus opus habet: videlicet, quantum ad motum localem & reliqua corporalia opera dote agilitatis, vt animae ad nutum obsequatur, sed sensuum operationibus congruit

2. Conclusio

Ratio numeri dotium.

D. Thom.

Alia collectio numeri dotium.

claritas propter visus dignitatè inter alios sensus. Tamen & earundè voluntati seruiat quae quae agilitas. De singulis autem in suis proprijs locis fiet explicatio sermo.

Ad primum igitur argumentum negatur corpus gloriosum nullatenus pertinere ad statum spiritualem animae: status enim animae (vt dictum est) per assumptionem corporis perficitur. Praeterquam quòd ad eundem statum spirituale pertinet: vt corpore vtatur sibi per dotes accommodato: nam operationes secundum corpus pertinet ad gloriam accidentalem illius spiritualis status.

Ad secundum respondetur illa septem quae numerauit Anselmus, ad haec quatuor reduci. Nomen enim claritatis, pulchritudo continetur. Velocitas verò libertas & fortitudo sub agilitate cõprehenditur: veluti sanitas & diuturnitas sub impassibilitate. Voluptatem forsitan Anselmus non posuit tanquàm dotem, nisi subtilitati adaptetur, eo quòd subtile facile & absque villo labore formam recipit, in qua quiescit.

ARTICVLVS. V.

Utrum impassibilitas inter dotes corporis gloriosi sit connumeranda.

De singulis dotibus dicamus, primum se offert impassibilitas. Quaeritur ergo vtrù sit inter dotes animae connumeranda. Et arguitur à parte negatiua. Primò, quia quòd est rei definitioni intrinsecum, pertinet ad eius essentiam: sed homo in corpore glorioso erit animal rationale mortale: ergo passibile.

Secundò, quia cù cõsistat ex forma & materia quàm oriès reliquerat: materia autè intrinseca sit, erit in potètia ad alias formas: fit vt sit passibile. Tertio. Patientur homines in corporibus secundum sensus: non enim solùm videbunt, sed audient & tangent caelum.

In contrarium est illud citatum. 1. ad Corinthios. 15. Seminat in corruptione, resurget in incorruptioe.

Dos haec prima cõsultò nõ appellatur incorruptio: tamen ad illà cõsequatur, sed impassibilitas. Et ratio est, quòd esse incorruptibile nõ est corporibus gloriosis proprium, sed & corporibus damnatorù cù ipsis cõmune: impassibilitas verò est beatitudinis propria. Corpora (inqua) damnatorù sic sunt incorruptibilia, vt tamè in passibilia passione etiã proprie dicta, vt caloris, & frigoris: quae quidè passiones corpora, nisi De⁹ in perpe

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

Parte negatiuae argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua. Impassibilitas.

perpetua supplicia illa conferuaret, corrumpere-
rent. Quocirca incorruptibilitas illa non dicitur
dos veluti incorruptibilitas beatorum que
passibilitatem habet annexam.

Passio duplex.
Accipitur autem passionis nomen dupliciter:
vno modo pro quacunq; qualitatis receptione,
siue sit rei perfectiua, siue corruptiua. Quemad-
modum generatio habituum scienciarum & virtutum,
atque adeo cognitiones ipse dicuntur generali
nomine passiones: quauis hoc non sit proprie
pati: sed perfici. Secundo modo accipitur nomen
pro passione proprie dicta, quam Damascenus lib. 2.
de fide ait esse motum preter naturam: tunc enim
res proprie patitur, quando a sua naturali dispo-
sitione ad naturam agentis trahitur, vt quando
aqua calefit. Vnde in modis cordis motus, passio
eius est: quando vero cum moderamine mouetur,
potius est actio, in qua eius vita consistit.

Damasc.
His suppositis ad quaestionem tribus con-
clusionibus respondetur. Prima. Corpora glorio-
sa sunt impassibilia passione hac proprie dicta.
Hanc asseruit Paul. loco citato, dicens, Se-
minatur in corruptione surget in incorruptione.
Et rursum. Oportet corruptibile hoc induere
immortalitatem. Imo est assertio Christi vbi-
cunq; de vita aeterna loquitur: vt Matthae. 16.
Omnis qui reliquerit patrem vel matrem &c.
vitam aeternam possidebit. Et Matt. 25. Ibunt
hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam
aeternam. Enimvero cum vita aeterna post cor-
porum resurrectionem, non solum animae, sed
toti homini promittatur, tam perfectum erit
suo gradu corpus tamq; incorruptibile, quam
anima. Vnde Paul. ad Roman. 2. Deus reddet
vnicuique secundum opera eius, ijs quidem qui
gloriam & honorem & incorruptionem quaerunt,
vitam aeternam.

1. Conclusio.
Conclusio ergo confessio est catholica, sed
de modo: nempe, quae nam res sit do hanc im-
passibilitatis controuertitur. Etenim cum ad
passionem requiratur & principium passiuum
(est enim potentia passiuum secundum Aristo-
t. 5. Meta. principium transmutandi ab altero)
& praeterea agens virtus, potest impassibilitas
assignari, aut per hoc quod in corpore glorio-
so nullum sit principium passiuum, aut de hoc
quod in eo sit virtus impediens actionem age-
tis. Et vterque modus sub opinionibus vertitur.
Quidam enim hanc dotem statui & condi-
tioni elementorum glorificati corporis adscri-
bunt, dicentes quod etsi corpora illa ex elemen-
tis, constent, non tamen in eis qualitates erunt
actiuae & passivae, atque adeo in eis non erit

1. Opinio.

principium patiendi.
Sed isti veritatem tollunt, & naturam veri cor-
poris. Illae enim qualitates sunt de perfectione
elementorum ad diuersam complexionem mem-
brorum pertinentes: erunt enim illic vera caro,
vera ossa & sanguis: haec autem diuersas habent
complexiones quae non nisi ex diuersa mixtura
& temperamento illarum qualitatum, scilicet, calo-
ris & frigoris constant.

2. Opinio.
Et eodem pacto refutatur alia opinio dicen-
tium in illis corporibus fore illas qualitates: co-
hibitas tamen virtute diuina ne agant. Haec enim
opinio qualitates illas poneret ociosas. Mox &
eandem tollerent complexiones, quippe quae
temperata actione earum qualitatum seruantur.
Adde quod si corpora gloriosa tangantur
sentientur temperatissime illas qualitates: vt
quando dixit discipulis suis Christus, Palpate &
videte. Quamquam ab illa temperatissima
actione exorbitari non possint, neque vlla
futura sit illis actio caloris naturalis in humidum
naturale. Huiusmodi enim actio non sustinet
nisi vitam mortalem. Praeterea isti non ponunt
dotem: quae sit res aliqua positiae, nisi sola pro-
hibitio actionum naturalium: quod non est con-
gruens naturae corporis glorificati.

3. Opinio.
Tertia ergo opinio finxit in corporibus glorio-
sis quandam naturam quintae essentiae: quam
autumant in compositionem venire humani
corporis ad conciliandum elementa in harmo-
niam quandam, vt materia fiat incorruptibilis,
consona incorruptibili animae. Haec enim in-
quiunt: quinta essentia in hoc seculo dominio
vincitur naturae elementalis: sed post corporum
resurrectionem victoriam super eadem elementa
obtinebit, atque adeo gloriosa corpora suapte
naturae faciet incorruptibilia, instar caelestium
corporum. Haec autem opinio & rei physicae
aduersa est, & theologiae veritati.

Aduersus quintam essentiam.
In compositionem enim mixtorum corporum
secundum Aristotelem in libris de generatione,
& de caelo, & secundum omnes, qui vero nomine
philosophorum censentur, duntaxat veniunt
elementa quatuor quae sunt sub orbe lunae.
Quare nomine quintae essentiae solam
caelestem substantiam intelligunt. Ob id
que illam in mixtis asserere, confictum
commentum est. Praeterea dotem impassibilitatis
virtuti naturali tribuere, fide reclamante,
non licet. Apostolus namque loco citato, virtuti
Christi dotes illas adscribit. Ait quippe, Factus
est primus Adam in animam viuentem, nouissimus
Adam in spiritum viuificantem: Qualis terrenus
tales & terreni. Qualis caelestis tales & caelestes.
Et ad Philippenes. 3. Ipse reformatus

formauit corpus humilitatis nostrae configura-
tum corpori claritatis suae.
Ad haec corpus humanum ad proprietatem
caelestis gloriae subleuari, virtutis certae Dei
supernaturalis est. Virtus enim naturalis quan-
tumcunq; fingatur quinta essentia, non vtiq;
sic posset naturam elementorum euincere, vt
corpus in naturam caelestem transmutaret.

Adde quod cum alias dotes, quae corpori glorio-
so conueniunt, ad rationem beatitudinis per-
tineant, atque adeo virtuti Dei per modum re-
tributionis ei praemij conferantur. Idem neces-
sum est de impassibilitate sentire.

Ratio S. Tho.

Ratio ergo quinta est quam Diuus Thomas
in praesentiarum constituit. Causa enim
impassibilitatis corporis gloriosi ex illo per-
fecto modo deducit, quo anima tunc corpus in-
formabit. Nihil enim patitur passione proprie
dicta nisi ab agente, quod assimilare sibi pas-
sum intendit, euincatur, & superetur. Vt patet
in aqua dum ei admouetur ignis. Haec autem
victoria contingere nequit nisi forma ipsius
passi debilitetur, atque eius attenuetur virtus.
Post resurrectionem vero, sicut anima beata erit
omnino Deo subiecta, ita & corpus sic erit ani-
mae ipsi subditum, atque ab ipsa perfectum, vt
nullum ei naturale agens dominari valeat, vt
possit ipsum ab animae dominio & informatio-
ne diuellere.

Paludanus.

Impassibilitas sit qualitas.

Ceterum hanc Diui Thomae sententiam, &
eius contrarij impugnant, & eius discipuli eo
modo glossant, quem Diuus Thomas non ex-
plicat. Paludanus namque distinctione. 44.
quaestio. 2. & Capreolus imitatur, sic glossant
Diuum Thomam, quasi intellexit dotem im-
passibilitatis esse quamdam qualitatem, qua cor-
pus sic animae subditur, vt non possit ab alio
agente contra voluntatem ipsius animae vinci:
quonia iam anima, dicunt, non potest supra corpus
excellentiore habere dominium, quam antea,
nisi corpus ipsum aliquo modo mutetur: muta-
tio autem terminatur ad aliquam qualitatem:
ergo illa est in beatis.

Praeterea dotes corporis debent correspon-
dere dotibus animae: animae vero dotes sunt
qualitates, vt expositum est, nempe, dispositio-
nes actibus antecedentes, vel actus ipsi.

Tertio id patet ex Augustino in epistola ad
Dioscorum, vbi ait, quod in corporibus glorio-
sis erit perpetua sanitas & incorruptionis vi-
gor. Et propter hanc auctoritatem ait Paluda-
nus posse teneri dotem illam esse in corpore:
quauis dicat fortasse esse in anima, vt per illam
qualitatem dominium obtinet in corpus, vt
nihil ei praeter suam voluntatem accidat.

Atque hoc potest confirmari similitudine sta-
tus naturae integrae: erat enim tunc corpus, ea-
tenus immortale, vt posset non mori, idq; ha-
bebat per iustitiam originalem quae erat in ani-
ma. Cum ergo in gloria maior sit immortalitas,
quia est non posse mori, id fiet per aliquam
qualitatem. Et haec fuit antiquior opinio Ricardi
distinctione praesenti quaestio. 2. art. 4.

Scotus & Durandus.

Scotus vero distinctione praesenti quaestio-
ne. 13. & Durandus dist. 44. quaestio. 4. non aliam
agnoscunt rationem dotis impassibilitatis, quam
Dei assistentiam sua voluntate impediens ac-
tionem contrarij agentis corporaque subinde
illa conferuantis. Arguit enim Scotus contra
illam qualitatem, quia illa non potest esse de
natura caelesti, cum sit in corpore mixto. Si ve-
ro sit materialis, vt duricies, quae incisioni resis-
tit, tunc non posset esse contraria omnibus qua-
litatibus actiuis: ergo non omnem posset con-
trariam actionem cohibere.

Secundo quia quando aliquid est pluribus
commune, eadem ratione omnibus inest: esse
autem incorruptibile, est corporibus danato-
rum cum beatis commune: damnatorum vero cor-
pora non sunt incorruptibilia per aliquam in-
herentem qualitatem: ergo nec corpora glorio-
sa. Sunt ergo omnia per hoc tantum incor-
ruptibilia: quia Deus vult illa conferuare. At-
que ad hanc sententiam annuere videtur in epi-
stola ad Consentium. 146. Augustinus, dicens
quod sicut ab igne fornacis Chaldaeorum ab-
stulit Deus virtutem comburendi, quantum ad
aliquid, quia corpora uerorum seruata sunt: sed
mansit quantum ad aliquid, quia ille ignis co-
burebat ligna, ita auferet a corporibus beatis
corruptionem, licet manebunt quantum ad alia
vera corpora.

Alij demum impassibilitatem glorificatorum
corporum solum tribuunt cessationi caelestis
motus: sine quo nihil potest aut generari, aut
corrumpi.

Reprobatio illius quod impassibilitas non sit nisi conseruatio Dei.

Ex his autem postremis opinionibus, vt tres
priors velut reprobos relinquamus, haec pro-
fecto Scoti & Durandi non satis videtur rei
facere. Cum enim corpus gloriosum dicatur
sitque incorruptibile, necesse est sic ipsum in-
corruptibile asserere, vt hoc intrinsecus ha-
beat, Veluti Angelus (vt supra dicebamus)
natura sua est incorruptibilis & pariter coeli.
Item cum corpus resurget in vitam aeternam,
necesse est, quod supposita supernaturali vir-
tute Dei illud resuscitantis, per se ipsum natu-
ra habeat incorruptibilitatis, sicut dicebamus
de visione. Si autem non aliter esset incorrupti-
le quam per Dei conseruationem, id profecto

non

non haberet ex se, sed prorsus ab extrinseco. Quare non posset simpliciter incorruptibile aut impassibile esse. Etenim licet hominem modo Deus, vel quidpiã aliud natura sua corruptibile perpetuo statueret cõseruare, nõ aliter quã cohibendo omnia agentia ne illud corrumperent, certè nec incorruptibile propriè diceretur, nec impassibile, neq; diceretur homo immortalis. Quoniam hæc sunt prædicata rei intrinseca, sed solum diceretur res diuinitus cõseruata: veluti in statu naturæ integræ cõseruarentur homines per lignum vitæ.

¶ Preterea sequeretur, quod corpora gloriosa nõ aliter essent incorruptibilia, quã corpora damnatorum: quia nihil plus in se haberent incorruptibilitatis quã illa, sed solum quia omnia per solam Dei assistentiam seruantur, licet corpora gloriosa seruentur insuper à passionibus: cõsequens autem est falsum: quia dotes corporis gloriosi deriuantur à beatitudine, quæ est in anima: atque adeo impassibilitas est in corpore. ¶ Ad hæc dicere corpus Christi non aliter esse incorruptibile in cœlo, quã quod Deus illud supernaturaliter cõseruat, est eius dignitati plurimum derogare: si autem est in se incorruptibile, taliter etiam reliqua erunt: quippe cum vt, ait, Paul. ei sint configuranda.

Impassibilitatis causæ.

¶ Igitur impassibilitatis corporum gloriosorum præter causas quæ sunt ab extrinseco signanda est causa intrinseca. Ab intrinseco quidem causa vna est cessatio motus cœlorum. Itẽ quia post diem iudicij nulla erunt agentia extrinseca quæ possint corpus corrumpere, quæ ratione nec elementa tunc corrumperentur. Adde & circumstantiam cœlestis loci. Nam esto vlla essent agentia contraria, non possent illi loco, sicuti neque modò applicantur, applicari. Sed tamẽ nulla istarum causarum meretur nomen dotis. Signanda est ergo causa intrinseca prohibens ne corpus à calore naturali & alijs qualitibus elementalibus corrumperetur: atque adeo ipsum reddens, simpliciter incorruptibile & impassibile. ¶ Hæc autem non absq; probabilitate potest cõstitui qualitas (vt, ait, Paludanus) corpori inherens vel animæ: nam sic si significantius seruetur, quod dotes corporis deriuentur ex anima. Quare tunc sicut lumen gloriæ eleuat animam, vt possit videre Deum, ita & dos impassibilitatis cõ reliquis disponeret corpus, vt perfectissimè possit, tũ informari, tum etiam moueri ab anima.

Quod dos impassibilis sit qualitas.

¶ Veruntamen quicquid sit de alijs, profectò impassibilitatem nõ est necesse sic asserere distinctam qualitatem. Nec Diuus Thomasmalem insinuat qualitatem, sed, ait, potius, quod

Quod non sit qualitas.

ipfa animæ informatio perfecta, & indissolubilis que dat corpori esse perpetuum, est dos impassibilitatis. Cõtẽplatur enim, & reuera doctè, quod anima, quia per visionem & amorẽ Dei est Deo omnino subdita, æterna vita fruens, est potens corpus resurgens sic indissolubiliter informare: ad modum quo forma cœli suã informat materiam, atque adeo alligat sic potentiam materiæ, vt non sit amplius vlli alterationi atque passioni peruia quæ à sua natura corpus distrahat.

¶ At verò propterea huic sententiæ nõ tãta adhibetur fides, quã putant nonnulli Diuum Thomam hoc in voluntatem animæ retulisse: nempe, quod sicut ipsa subdita est Deo, ita habeat corpus suæ voluntati subiectũ, vt nihil ei præter eius arbitrium accidere possit nocenti: hoc autem non esset facere corpus impassibile, sed animam omnipotentem respectu corporis cui posset omnia nocumenta cauere. Et tamen Sanctus Thomas illud non tribuit voluntati, sed naturæ informationis. Itaque licet beatus se in ignem proijceret suapte natura corpus non posset magis comburi, quã cœlum vel angelus. Neque ad hoc, vt Paludanus arbitrat, opus est aliqua qualitate existẽte in corpore. Atqui ad hunc sensum intelligitur dotẽ hanc deriuari ex animæ beatitudine. Et certè hoc est illud, quod, ait, Augustinus loco citato ad Dioscorum. Tam potentem fecit animam Deus, vt ex eius plena felicitate redundet in corpus sanitas perpetua & vigor in corruptibilis. Imò hoc sonat verbum Apostoli. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Certè non aliter quã per animæ informationẽ. Atque idem est. Seminatur in corruptione, resurget in incorruptionem. Resurget namque per animæ informationem.

Explicatio veritatis.

¶ Et hoc constituitur discrimen inter gloriosa corpora & damnatorum: hæc enim nõ sunt incorruptibilia per dotem quæ deriuetur ab animæ beatitudine: alioqui essent etiã impassibilia. Quauis vt in sum. con. gen. lib. 4. ca. 89. ait Sanctus Thomas nõ sint transmutabilia in alias formas, diuina virtute corpus animæ totaliter subijciente.

Augustin.

¶ Quocirca non est æquale exemplum in istitia originali per quam vires inferiores erant rationi subditæ: illud quippe tantum fiebat per gratiam Dei, quam credo fuisse illam iustitiam quæ præterquam quod reddebat hominem Deo gratum, faciebat pro illo statu illam rectitudinem. Neque erat similis immortalitatis illius status, quæ erat potestas non moriendi

di

di ab extrinseco per lignum vitæ proueniens. Immortalitas enim corporis gloriosi est tam intrinseca, quã incorruptibilitas cœli: quauis super naturam ei adueniat.

August.

¶ Neq; Augustinus ad Cõsentium citatus, vbi exẽplũ ad hoc propositũ inducit de tribus pueris, qui in camino ignis illæsi seruari sunt, huic sententiæ refragatur: imò ei patrocinatur. Ait enim illic carni illorum nõ esse additam incorruptionem, sed igni detractam corrupendi facultatem. Infert tamen inde quod qui virtutem igni detraxit comburẽdi, potuit carnẽ post resurrectionem facere, vt non possit corrumpi. Hoc est, quod sit per se incorruptibilis.

Alia ratio.

¶ Adde quod anima tunc informans corpus ad quandam spiritualitatis gradum illud eleuabit, vt sibi ad nutum seruiat. Ait enim, 13. de ciuitate Dei Augustinus, exponens illud Pauli, Seminatur corpus animale, surget spirituale. Non quod caro in spiritum conuertetur: sed quia spiritui summa & mirabili obtemperandi facilitate subditur vsque ad impediendam mortalitatis indissolubilem securissimam voluntatẽ, omni molestiæ sensu, omni corruptibilitate detracta. Itaque non erit aliud incorruptibilitas, quã indissolubilis, informatio, & coniunctio animæ cum corpore.

Omnes dotes æquales.

¶ Vnde ad illud argumẽtũ, quod debet dotes corporis, illis quæ sunt in anima cõuenire, respondetur, nõ opus esse, vt sint per inde qualitates atque illæ: sed sicut illæ sunt vel dispositiones ad operandum, vel operationes ipsæ, ita impassibilitas est perfectissima animæ informatio ad perpetuum esse corporis.

¶ Hinc fit dotem impassibilitatis secundũ se consideratam, nullatenus esse maiorem in beata virgine quã in infimo beato: quia incorruptibilitas est ipsum esse rei non aptum corrumpi: negatio vero hæc aut priuatio, non facit magis, aut minus. Atque id asserit Glossa super illud, 1. ad Corint. 15. Surgent in incorruptione. Nempe, quod æquale omnes habent quod pati non possint. Erunt tamen in æquales ex parte causæ. Quod est dicere, Habebunt causas inæquales: quoniam dotes dantur propter merita præcedentia ex fide per charitatem operante: quæ quidem merita non sunt in omnibus paria.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum respondet Anselmus in libro illo citato de similitudinibus, quod mortale in definitione hominis à Philosophis adiectum est, qui non nouerunt immortalem vitam totius hominis in anima & corpore: de quo ideo secundum hanc vitam præsentem philosophati sunt. Vel potest dici,

quod secundum Philosophum. 8. Metaphys. quia differentiæ essentiales sunt nobis incognitæ, vt timur quandoquæ differentiis accidentalibus ad significandum essentiales quæ sunt accidentium causæ: & ideo nomine mortalis explicantur qualitates contrariæ homini essentiales, quæ sunt mortis causæ.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum respondetur, quod quauis in corporibus gloriosis eadem permaneat materia quæ in istis inferioribus quantum ad substantiam quæ suapte natura est in potentia ad alias formas: est tamen illa potentia ligata per animæ informationem perfectam, vt nequeat amplius illas recipere: quod quidem ligamen nõ est in via, propterea quod non ita perfectè dominatur corpori anima nec tam perfectè illud informat.

Alia arg.

¶ Et per hoc respondetur ad aliud argumẽtũ, quod quispiã hoc pacto posset adijcere. Cõtaria, vt 1. de genera, ait Philosophus, suapte natura inuicẽ agunt & patiuntur: in corporibus autẽ gloriosis erunt qualitates contrariæ, vt dictũ est: ergo agẽt inuicẽ & patientur secundũ suam vitimã potentiam, atque adeo temperamentũ vitæ corrumperẽ. Respondetur, inquam, quod cum elementales qualitates, vt. 2. de anima ait Philosophus, sint animæ instrumenta (eius enim virtute gubernatur calor naturalis in nutriendi opere) & vbi agens principale perfectum est, & in instrumento nullus est defectus, nequeat actio instrumenti regulam transgredi à principali agenti præscriptam, perfecta illa animæ informatio qualitates moderatur, ne possint à debito temperamento exorbitari. Doctrina est Augustini loco citato ad Cõsentium dicentis, quod Deus qui ignem fornacis trium puerorum eatenus compescuit, ne illorum corpora combureret: seruando in eo tamen naturam, quæ posset vrere ligna, potest de ista visibili & tractabili natura corporũ, quibusdã inuentibus qualitibus, alias auferre, atque adeo efficere, vt qualitates mancant contrariæ, sine facultate distemperandi corpus.

August.

2. Cõcl.

¶ Secũda cõclusio. Corpora sanctorũ patiẽtur passione perfecta, nepe, recipiẽdo species sensibiles in sensorijs organis ad sentiẽdũ. Negari enim nõ potest quin sentiãt: quia corpora gloriosa resurgẽt, vt dist. 4. dicebamus, perfecta absq; aliqua labe aut vitio: ergo habebunt organa sensus: si autem illa essent omnia perpetua ociosa, tunc vita sanctorũ quãtum ad corpora somno potius similis esset quã vigilantiã vitæ, quod opinari non decet. Secundo, quia vis sensitua propinquior est & vicinior spirituali virtuti animæ quã reliquũ corpus, sed

sed corpus sanctorū sua suscipiet prēmia pro-
meritis, veluti, & corpora damnatorū sua pro-
meritis supplicia: ergo & vis sensitiva corpo-
ris gloriosi non frustrabitur: veluti in damna-
tis suas patietur tristitias, delectatio verò sen-
sus non nisi per eorum vsus percipitur.

¶ Tertiò, sancti mouebuntur motu animali,
nam (vt habetur Sapient. 3.) tanquam scintillæ
in arundineto discurrēt: motus verò animalis
non fit sine ducatu sensus. Certissimum ergo
est beatorum sensus suis potiri vsibus. Neque
de hoc vllas ambigit. Quoniam huiusmodi
passio adeò corruptionem corporum nō ma-
chinatur, vt sit eius perfectio. Veruntamen de
modo est controuersia. Nam quoniam solent
cum sensorijs speciebus qualitates materiales
in organo recipi, quæ eorum temperamētum
lædunt, vt in auditu patet & in odoratu & po-
tissimum in gustu & tactu, nonnulli negant
sensationes in corporib⁹ gloriosis per sus-
ceptionem fieri ab obiecto, sed extra mittendo.
Alij verò dixerunt sensus externos ab in-
terioribus ab exterioribus eas modo suscipiunt.
¶ Neuter tamen istorum modorū rationi con-
sentaneus est. Quoniā potentie sensitivæ non
mutant naturam suam: sunt autem poten-
tiæ non quidem actiivæ, vt extra mittant, sed
passivæ vt intus suscipiant: idq; respectu suorū
obiectorum. Igitur neq; sentire nisi per susce-
ptas species possunt, neq; illas nisi à suis pro-
prijs obiectis suscipere. Attamen cum corpo-
ra illa non sint susceptiva qualitatum materia-
lium, recipiēt species spirituales, eo gradu, quē
vanis quilibet sensus exigit.

¶ Sed maior ambiguitas est vtrum omnes sen-
sus, suos illic habebūt vsus. De hoc adhibetur
tertia conclusio. Certū est quod visus suo fun-
getur officio. In hanc enim cōclusionē vnani-
mi consensu omnes conveniunt. August. qui-
dem. 22. de ciuita. Dei capit. penultim. dixerit
vtrum corporeo visu tunc videbunt, propte-
rea quod oculus erit spiritualis. Nihilominus
certum est illa non posse videre. Quia spiritua-
lia sub nullo cadūt obiecto sensus, atque adeò
neq; sub facultate potentie aut sensorij orga-
ni. Proculdubio tamē videbunt sancti celestia
corpora, & simili ratione se inuicem. Est enim
visus sensuum dignissimus, cuius species inter
omnes sensibiles plurimum spiritualitatis ha-
bet: nulla ergo ratio vetat quominus beati il-
lo fruantur dignissimo sensu. Illius enim me-
dium ad videndum, est lumen, quod est cœle-
stis qualitas: & inter corporum dotes vna est
claritas eidem sensui accommoda: videbunt er

Duo modi
errandi de
beatorū sen-
sationibus.

3. Conclu.

August.

go amoenissimum cœlorum splendorem & san-
ctorum fulgentia corpora. Quinimò & hunc
inferiorem elementorum orbem, quæ ideo (vt
supra diximus) fore claritate illustranda. Et ac-
cedit ratio potissima, quod omnes oculis cor-
poralibus videbunt Christum ad iudicium in
forma humana venientem: iuxta illud Apoc.
1. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum om-
nis oculus, atq; adeò ipsum perpetuò aspiciēt.
in gloria. Imò illa inter accidentales potissima
erit foelicitas. ¶ Vnum tamen argumētum po-
terit fortē quempiam ancipitem tenere. Cum
species visibiles nō possint nisi per aerem mul-
tiplicari, aut per corpus diaphanum, quod sit
trāsparens, & sanctorū locus sit interna pars
cœli quæ solida est, & opaca, vt stellas testan-
tur, quæ nisi opacitatem haberent, non pos-
sent solis radios quos suscipiunt, reuerberare,
non apparet quomodo per mediū cœlū multi-
plicabuntur, vt possit beatus distancem alium
videre? Respōdetur quod etsi cœlū adeò esset
opacū, vt penetrari speciebus nō posset, tamē
ratione status penetraretur. Nam & penetra-
bitur cum corporibus gloriosis. Sed tamen mi-
raculum hoc non erit necessarium, quia cœ-
lum empyreum est vsq; adeò trāsparens, & lu-
cidum, vt multo melius per ipsum quā per
purissimam crystallū visibiles species diffun-
dātur. Non enim est sicut astra quæ foras emit-
tunt lucem, vt supra diximus, sed sicut illumi-
natus aer. Quinimò hinc aliud emergit argu-
mentum in contrarium. Eximium enim lumē
in speculo, vt experiētia docet, impedit ne per
species obiecti in ipso receptas ipsum earum
obiectum videatur: ergo tam ingens splendo-
ris vehementia obstaculo erit, tum ne obiecta
possint species diffundere, tum ne pupilla tan-
ta claritate suffusa possit illas suscipere.
¶ Præterea beati non poterunt ad tantam di-
stantiam videre: præsertim si, vt patet, omnes
visu corporeo intueri habent Christum.
¶ Veruntamen respōdetur ad primum, quod
vehementia luminis nil per se obstat visui,
quinimò quo splendidius est, melius ad viden-
dū seruit: nisi visus debilitas obstat, vt in vesper-
tione respectu solis. In speculo enim obid nō
videtur obiectum per species in ipso reflexas,
quod ipsas reflectere nequit, nisi dorsum opa-
cum habeat, qua ratione illi à tergo adhibetur
plumbum, quod obscuritatē faciat: & quia ni-
mius radiorum solarium fulgor illam obscuri-
tatem contegit, obstat ne in speculo videatur
obiectum. In cœlo verò, quia nulla erit po-
tentie debilitas: nil luminis vehementia obsta-
bit visui, quin etiam limpidissimæ erit visionis
causa

Argum. con-
tra conclu-
sionem.

Argumen.

Aliud arg.

Responsio.

causa. Et pariter respondetur ad secundum, quod
acutissima illic erit acies & acumen visus: &
ideo tenuissimo cono, & angulo species im-
mutabitur, atq; adeò à quā lōgissima distan-
tia videbunt.

¶ Et revera siue hoc sic fiat ex natura oculi,
& luminis, siue supernaturali virtute: piē ta-
men credendum, omnes semper visuros Chri-
sti humanitatem. Imò & ex beatis se inuicem
multos: præsertim quod, vt infra videbimus, mo-
ueri poterunt ad videndū nunc alios, tunc ve-
rò alios. ¶ Secundus sensus ordine & spiritua-
litate & eminentiæ in cerebro est auditus, quē
nonnulli negant vsus illic habiturum, dicen-
tes quod solus visus & tactus suis officijs fun-
gentur. Statuitur nihilominus quarta conclu-
sio. Auditus etiam in illa foelicitate habebit vsus
foelicitissimū. De huiusmodi sensationi-
bus: vt Augustinus. 22. de ciuita. Dei capi. vlti-
ait, nihil temere definire debem⁹: quia nec ex
cogitare illa quæ illic euenient possumus. Sūt
nanq; vt est apud Sapientē, cogitationes mor-
talium timidæ; incertæq; prouidentie nostre.
Veruntamen de illis modulo nostro possumus
vt cumque coniectari.

Quarta cō-
clusio de au-
ditu.

Coniectu-
ra conclu-
sionis.

¶ Coniectura autem est, vt quicquid ad glo-
riam Dei sanctorumque attinet, quæ in alia
æternitate æstimari crediq; facile possit, affir-
metur. Soni vero & harmonia, quæ perfectū
est auditus obiectum, nil illius æternitatis ve-
tat, quominus intonari possint, & audiri. Illa
enim quatuor animalia quæ Ioanni Apoca. 4.
apparuisse referuntur, ait, Ioannes, quod re-
quiem non habebant die ac nocte dicentia,
Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus om-
nipotens. Quod ecclesia quotidie in sacris re-
ferens, Deum ipsum precatur, vt cum ipsis an-
gelis, qui quotidie clamare nō cessant, nostros
cantus admittat. Cum ergo musica hæc ad li-
terā possit absq; vlla absurditate intelligi, nul-
la est ratio, cur sic non intelligantur. Vnde &
super illud Psalmi penultimi. Exultabunt fan-
cti in gloria, & exultationes Dei in gutture eo-
rum, ait, Augustinus, quod sanctorum corda
& linguæ non cessabunt laudare Deum.

Secūda-
rio.

¶ Secundò. Cum vsus linguæ ad exprimen-
dum humanos conceptus natura hominibus
ea ratione concesserit, quod homo est animal
politicum, & natum in societate viuere: quæ
quidem societas, per huiusmodi conceptuū
communicationem colitur, & vegetatur, ra-
tio non permittit, quod sancti in cœlo, vbi na-
tura perficienda est, illo dono frustrentur.
Nam etsi ad beatitudinem essentialē sat bea-
tis sit in verbo ea videre, quæ illos foelices fa-

ciunt, erit tamen per quā iucūdū fratribus
habitantibus in vnum colloquia secum inui-
cē necere, & multò foelicius laudes Dei, quas
mente concipiunt, linguis efferre: quando qui-
dem & in hac ecclesia militanti illis vocalibus
laudibus Deus colatur, & in alia triumphanti
corpora etiam habebunt sancti. ¶ Tertiò. Si-
cut pulchrum delectat visum, ita & auditum
suauitas musicæ, adeò vt Pythagoras cœlestes
orbis suis motibus cogitaret harmoniam fac-
cere: ergo sicut oculi suo nō frustrabūtur
gaudio & lætitia, ita neq; aures. ¶ Accedit il-
lud quod supra diximus. Nempe, sententiam
illam. Esuriui & dedistis mihi manducare, &c.
Et venite benedicti patris mei sonora voce p-
nunciatū iri. Quod si ita fiet, nihil mirum si cō-
templemur Christum nonnunquam beatissi-
mæ matri & reliquis sanctis eum laudantibus
vicissim loquūtū ire. Illa enim vita erit in cor-
pore & anima iucundissima, non ergo est cur
vel Christum, vel reliquos sanctos motus fo-
re credamus. Quod si nō erunt muti, certē ne-
que surdi. ¶ At verò quāuis loco citato in A-
pocalyp. dicatur, quod requiem nō habēt cla-
mantia, fortasse non tam ad rigorem literæ in-
telligitur, sed quod clamabant ordine quodā
& per vices cantus quandoq; pausando.

3. Ratio.

4. Ratio.

Nota.

Magnum
argumentū
contra con-
clusionem.

¶ Tota verò difficultas in hac suscipienda sen-
tentia huc incūbit, quod vocalis sermo quo-
modo fiat non intelligitur nisi aeris verbera-
tione, qui in cœlo nō est, itē neque fieri potest
in corpore solido, quod incindi nequeat. Nā
vox multiplicatur per motū: at vero corpus
cœleste discindi non est possibile. ¶ Ad hoc
Diuus Thomas in secundo senten. distinct. 2.
quæstio. 2. artic. 2. bifariam respondet. Vno
modo, quod soni illi & voces multiplicabun-
tur per sonoras species sine motu, atq; adeò si-
ne incisione corporis: ad modum quo species
visibiles multiplicantur sine incisione aeris.
Nihilominus adhibet solutionem secundam,
quod possunt multiplicari soni per incisionē
partium cœli empyrei, quod eius ignobilitati
nō est tribuendum: eo quod factum sit ppter
beatorum statū, & scinditur impulsione bea-
tæ linguæ. Et Ricardus distinctione præsentis
artic. 4. quæstio. 3. hanc secundam amplecti-
tur opinionem, quæ ideo videtur fuisse anti-
qua. Neque inde inferitur, ait, Diuus Thomas,
cœlū illud esse corruptibile: quoniam raritas
inquit, & densitas illius cœli non sunt eiusdem
rationis cum eiusmodi qualitibus quæ sunt
apud nos. Ob idq; licet partes, dum discindū-
tur condensentur, & dū concurrunt, rarefiāt,
non ideo corpus est corruptibile.

Ricardus.

Rr ¶ At

¶ At verò profectò non est facile sic de incorruptibili cœlo sentire: cū sciendi corruptio sit. Præterea est argumentum ex qua materia vocis illæ fiat. Nam si dicas fieri ex aere quod in pulmone latet, cū illo expirato, qui finitus est, non posset alius inspirari, facile materia illarum vocum absumeretur. Et ideo fortasse voces illæ per species spirituales, ceu visibiles, modo nobis occulto efformantur.

¶ Tres alij sensus plus habet materialitatis: inter illos verò minus, olfactus, cuius ideo organum in cerebro eminentius est organo, gustus, de quo statuitur quinta conclusio. Odor illic suauissimus sentitur. Et tamen hic adnotandum, quòd in illa foelicitate nullum erit prorsus corpus nisi cœlum, & corpora gloriosa. Quare nullus illic potest esse odor extraneus sicuti apud nos florum, aut fructuum, aut pigmentorum. Quocirca illud Apocalypsis. 5. de senioribus illis habentibus singulis phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, & quicquid simile in sacris literis reperitur, per metaphoram intelligendum est. Orationes enim, vt est in psalmo. 140. Sicut odoriferum incensum dirigitur in conspectu Dei. Veruntamen corpora ipsa gloriosa erunt odorifera ob temperatissimam primarum qualitatum complexionem: stomachus, inquam, substantia erit odorifera plenus, & reliqui humores odorem mittent. Etenim si sanctorum cadauera in terris odorifragant, nihil mirum, si eadem resurgentia corpora in cælesti beatitudine cælestibus odoribus recreentur.

¶ Quòd si arguas odorem non emitti nisi per effumationem, vt apud nos apparet. Respondetur hoc accidere propter humiditatem quæ odoris sedes est, quæ vt illum emittat, igne est resoluenda. Non tamè hoc de essentia odoris censetur. Nam vultures à remotissima distantia cadauera olfactu præsentiscunt, ad quam fortioris fumus pertingere nequit.

¶ Reliqui duo sensus, nempe, gustus, & tactus omnino sunt materiales: gustus enim pars quædam est tactus. De tactu ergo subiungitur sexta conclusio, quæ cūctis est receptissima. Vfus tactus erit in patria: nam beati per orbis cœlestes transeunt, & in empyreo existentes, tactum cœlorum sentient, quanuis per illos penetrent, & poterunt se inuicem manu tangere, & amplexari: tactus enim ille nihil ad corruptionem corporum machinabitur, sed erit sensus perfectio: quoniam species tangibiles non secum deferent reales qualitates, sicuti in nobis caloris & frigoris, iusto temperamen-

5. Conclu.

Argument.

6. Conclu.

to humano corpori aduersa: quia illa beata corpora non patientur passione proprie dicta distemperante corpus, sed recipient illas species spirituali modo, vt visibiles. Quinimò & homines non glorificati poterunt glorificatum corpus tangere: nam qui per eundem locum quo ipsum est vellet transire, non posset.

¶ Quin etiã corpora gloriosa nò solum tangibilia sunt, verum & palpantur. Cuius testimoniũ exhibuit Christus Lucæ ultimo, dicens discipulis, palpare, & videte. Palpare enim plus quippiam addit super id quod est tangere. Primæ enim qualitates, vt caliditas, & frigiditas, tangibiles sunt: & ideo elemēta in quibus existūt, tanguntur, vt aer, aqua & ignis, non tamen palpantur, quia non sunt consistentia, & solida, requiritur enim ad hoc quòd res sit palpabilis, vt suo proprio termino consistat.

¶ De gustu verò adhibetur septima, post remanente conclusio. Gustus proprium vsum non habet per saporē extrinsecum. Certum enim est quòd illic, vt ait Christus, neque nubent, neque nubentur, atque adeò nullus erit cibi potus vsus, quia neque erit animalis vita. Etenim cū sapor non propter se à natura fuerit animalibus tributus, sed propter necessitatem cibi, & potus, nulla erit frustratio, si illa necessitate cessante, nullus illic sit sapor. Nihilominus probabilitate nò caret ex optimo qualitatum temperamento perinde humorem aliquem perpetuum inesse illic lingue, vt diximus odorem etiã in corpus diffundi: nepe, vt beati nullo vsu sensus corporei frustrantur: humor autē ille saporem faciet omnium suauissimum, qui est in hac vita mortali.

¶ Circa huiusmodi autem sensationes omnes poterit quis dubitare, vtum per illas beatus noua concipiet rerum iudicia. Respondetur autem quòd recipiet noua iudicia sensus communis, quæ sunt noua experimenta, nò autem noua iudicia intellectus: quoniam beatus omnia quæ ad suum statum attinent, scit, licet sit postea experturus. Quemadmodum Astrologus sciens futuram eclipsem postea illam experitur. Vnde quod ait supra citatus. Aug. illic nò fore cogitationes volubiles, intelligitur de intellectualibus iudicijs.

ARTICVLVS. VI.

Utrum subtilitas sit inter dotes corporis gloriosi connumeranda.

Palpare.

7. Conclusio

Iudicium sensus.

Secunda



ECVNDADOS est subtilitas, qua diximus impalpabilitati esse annexa, & ideo de illa quaeritur vtrum sit inter dotes corporis gloriosi connumeranda. Et arguitur à parte negatiua.

Partis negatiue argum. 1.

Dotes corporis gloriosi excedunt similes omnes qualitates naturales: vt claritas claritate folis: & agilitas perniciosissimi ventorum volatum: ergo si illic erit subtilitas, debet subtilitates omnium corporum naturalium excedere, vt aeris: in tanta verò subtilitate nequit humana natura seruari. ¶ Secundo arguitur. Si subtilitatis dos erit in corpore glorioso effectus eius vt fert, erit vt glorificatum corpus cum alio se corpore in eodem loco penetrare valeat. Reformabitur enim corpus humilitatis nostræ, vt ad Philippenses. 3. ait, Paulus, configuratum corpori claritatis Christi, & Christus post resurrectionem, vt refertur Ioannis. 20. ianuis clausis ad discipulos ingressus est: cõsequens tamen videtur falsum. Nã dos subtilitatis nequit à corpore corpulentia qua locum replet auferre: illa verò permanente non potest se cum alio corpore penetrare.

2. Argum.

¶ Tertiò. Si subtilitas ad dotes corporis gloriosi pertineret, faceret ipsum non esse palpabile, tum quòd Gregorius in Homilia octaua paschæ. Corrupti, inquit, necesse est quod palpatur, tum quòd si palpabile esset, resisteret alteri corpori eodem secum intrantem locum, atque adeò non valeret se cum illo penetrare. Quòd autem non faciat corpus impalpabile, docuit Christus Lucæ ultimo. dicens discipulis post resurrectionem, Palpare & videte: nulla ergo erit dos subtilitatis.

¶ In contrarium est verbum citatum Apostoli primæ ad Corin. 15. Seminatur corpus animale, surgit spirituale, id est, spiritui simile, subtilitas enim corporis spiritualitatem designat.

Subtilitatis nomen.

¶ Ad hanc quaestionem quatuor conclusionibus respondetur. Est tamen primò animaduertendum, quòd subtilitatis nomine spiritualitas corporis gloriosi designatur, vt in verbo Apostoli citato innuitur. Nomen autem subtilitatis, vt patet in aqua, & præcipue in aere, à penetratiua virtute sumptum est. Nam vt. 2. de genera. ait, Philosophus, subtile est, quòd est partibus ac partium partibus subintrandis aptum. Ob naturam enim humidi, quod male termino proprio terminatur, bene tamen alieno, vt in aqua conspiciamus, corpus quod tangit vsq; ad minimam partem influit: & ideo figuram vasis in quo recipitur facile suscipit, non proprio sed alieno termino contenta.

¶ Hæc autem penetrandi virtus, quæ subtilitas dicitur, aut ex tenuitate quantitatis prouenit, vt in acus cuspide, aut ex raritatis qualitate, vt in aere. Tenuitas namque materiae secundum latum & profundum, licet res sit longa, vt acus, facit, vt facile penetret. Et hæc subtilitas dicitur acuties. Similiter paucitas materiae, vnde raritas nascitur, eundem habet effectum: & ideo aqua, & plus aer, & plurimum ignis, nomē subtilitatis obtinent, in quibus forma materiae propter eiusdem materiae paucitatem optime dominatur. At quia subtilitate primi generis ratione acuties quantitatis, translatum est nomē ad res alias quæ virtutem habent penetrandi, siue corporeæ sint, vt Sol, cuius virtus ad intima rerum penetrat, siue spirituales, vt est intellectus, qui rerum veritates penitissimas scrutatur. Et pariter dicitur subtilissim⁹ visus, qui vsque ad minima videnda penetrat: & pari modo tactus, atque alius quiuus sensus. ¶ Subtilitatem ergo trifariam corporibus gloriosis diuersi tribuerunt hæretici: namque quos Augustinus refert, opinati sunt corpus gloriosum conuertendum esse in spiritum secundum substantiam, qualis est ipsa anima. Quem errorem confutat libr. 13. de ciuitate Dei capite. 23. ¶ Conuincitur enim illorum error, vt libr. de duabus naturis ostendit Boetius. Primò, quia transitus vnus in alterum fieri nequit, nisi in materia communicent: materia autem corpori & spiritui communis esse non potest, quando quidem spiritualia immaterialia sunt. ¶ Secundo, quia tunc corpora mortua non eadem resurgerent, neque homo post resurrectionem cõtineret ex corpore, & anima. ¶ Tertiò, quia si corpora conuertenda essent in spiritum, conuertentur in animam, & sic Apostolus non dixisset, resurget spirituale, sed animale: & tamē non dixit nisi quod seminatur animale, resurget spirituale, hoc est seminatur terrenum, & graue tanquam vitam habens animale, & mortale: & resurget spirituale, id est, ad modum spiritus animæ obtemperans.

Duplex subtilitas.

Tres modi dicendi.

Hæresis reprobatio.

Alij heretici.

¶ Alij deinde hæretici dixerunt, quòd corpora resurgent spiritualia propter materiae paucitatem & raritatem. Itaque erunt aerea, vt libr. 14. Mora. ca. 31. refert. Fuit enim Euticius Constantinopolitanus episcopus, cum quo Gregorius de hac re congressus fuit. Aiebat enim quod non resurget corpus palpabile. Hæresis autem hæc condemnatur verbo illo Christi Lucæ ultimo, Palpare & videte. Quæ quidem verba blasphemus ille aiebat Christum dixisse, non quia palpabile habebat corpus, sed vt discipulis resurrexisse se persuaderet. At verò si verum

R r 2 non

non dicebat, quomodo verum persuadebat? Præsertim cum subiunxerit, Spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere? Si enim corpora resurgentiū essent aerea, essent sicut phantasmata, vt Apostoli putabant esse corpus Christi, neq; ossibus, neque vera carne compacta, quia os & caro tantam non ferunt raritatem, & tamen Iob cap. 19. In carne mea, inquit, videbo Deum.

1. Conclu. His ergo erroribus reiectis sit prima conclusio. Corpora gloriosa habebūt subtilitatis dotem propter cōpletissimam eorum perfectionem & aptissimam complexionē, qua erunt animæ dominio instar spiritus subdita. Quem admodum aer & aqua formā cōtinentis vasis promptissimo obsequio suscipiunt.

Hanc autem corporis perfectionem quidā, vt supra retulimus, quintæ essentiaē adscribebant, quæ elementis tunc maximè dominabitur. Sed iam diximus hanc quintam essentiam

Cōtra quintam essentiam. locum in elementis nō habere, neque posse illa sic euincere, vt in naturā cœlestem vertant: sed quintam essentiam solum esse cœlorū naturam. Non ergo aliunde dos subtilitatis conuenit corporibus q̄ ex dominio animæ perfectissimè dominantis, aētuantisq; corpus. Quo fit, vt hæc dos non antecedit, sed subsequatur animæ informationem: per quam corpori tribuit esse, vt diximus, incorruptibile & impassibile, atq; adeo aptitudo illa & facilitas, vt perfectissime obtēperet. Nam forma suas secum affert dispositiones tāquam proprias eius passiones, vt patet de forma ignis cum in materia inducitur.

Cōstitutio S. Thomæ. Differentiam autem impassibilitatis à subtilitate: & agilitatem D. Thomas sic constituit, quod subtilitas sit omnium prima, videlicet, per quā corpus aptè & ideo suscipit formam sub ratione informantis ipsum, dantisq; ei esse perpetuum: instar aeris & aquæ, quæ propter suā subtilitatem facillimè suscipit vasis continentis formam. Sed agilitas conuenit ei quatenus subijcitur eidem animæ ceu motori: & claritas quatenus subijcitur ad alias operationes: impassibilitas vero quatenus anima illud conferuat. Quocirca impassibilitas secundum Sanctum Thomam nō erit prima sed vltima dotium.

Alia ratio distinguendi. Durandus verò distinctione. 44. quæstione. 5. quem Paludanus sequitur quæstione. 3. aliam rationem affert, nempe, quod dos impassibilitatis conueniat corpori omnium prima, scilicet, quatenus subditur animæ in ratione formæ dantis ei esse perpetuum: subtilitas verò sit secunda, qua, scilicet, subditur eidem animæ: vt motori quantum ad reliquas ope-

rationes præter localem motum, quales sunt sensationes & appetitiones appetitus sensitui. Sed agilitas quatenus animæ obediens est in motu locali: At verò tunc non restaret ratio, qua claritas ei conueniret: & ideo si impassibilitas ponatur prima, quod re vera eò quod esse perpetuum actiones præcedit, congruentissimum est, sic videtur ordo istarum dotum constituendus. Sunt enim in omnibus tria, scilicet, esse, quod est omnium fundamentum. Et potentia ad operandum, quæ inde proximè effluunt, ac denique operationes. Impassibilitas ergo est dispositio corporis recipientis perfectum esse. Subtilitas verò potest ei annexi secundum eorum opinionem, qui aiunt ratione illius posse corpus gloriosum penetrari cū alio corpore: quia hoc est genus incorruptibilitatis nō cedere alteri in eodem loco. Si verò cum Sancto Thom. id negetur, dicendum fortè quod per subtilitatem corpus sit idoneum: obtemperatq; animæ in suscipiendis facile potentij & organis & viribus, ac demum debitis complexionibus, corporis quæ proximè fluunt ex essentia hominis, vt aptum fiat ad operandum: veluti subtilia, vt aer & ignis maximè mobilia sunt. Claritas verò pertinet ad operationem sensuum, & maximè visus: ac demum agilitas ad localem motum.

Solu. 2. ar. Et per hoc solutum restat primum argumentum. Subtilitas namque corporis gloriosi non prouenit ex acumine quantitatis, vt in acu, aut paruitate & raritate materia, vt in aqua, vel aere. Nam tāta est materia in corpore glorioso quanta ad debitam hominis compositionem necessaria est: sed dos subtilitatis est habitus, vt corpus debite ab anima, vel informetur, vt ait, D. Thomas, vel vt potentias & organa & debitas vires suscipiat ad operandū. Hinc ambiguitatis colligitur solutio de essentia huius dotis, sit ne qualitas distincta à corpore. Scotus enim distinctione præsentis. q. 16. negat esse qualitatem, cui Durandus ad stipulatur distinctione. 44. quæstione quinta. Sed Paludanus quæstione. 3. probabile existimat esse qualitatem. At vero Diuus Thomas id non insinuat. Neque verò opus est has qualitates absque necessitate multiplicare. Vnde sicut de impassibilitate diximus, ita & de subtilitate dicere possumus, q̄ non sit aliud, quàm habitus corporis ppter animæ informationem, vt facile vires & potentias accipiat operandi quæ ex ipso esse perpetuo effluunt. Tametsi non magni referat dicere, quod sit qualitas. De effectu autem huius dotis etiā controuertitur. Vtrum, scilicet, virtute illius possit

Sententia an
toris.

Solu. 2. ar.

possit corpus gloriosum cum alio se penetrare: hæc autem quæstio aliam præsupponit. Vtrum, scilicet, id sit siue possibile virtute dotis, siue alia diuina.

Cœli non
sunt diuisi
biles.

Primum omnium opinari quis forsitan posset nulla opus esse corpori glorioso virtute penetrandi se cum cœlo empyreo: sed quod cœlum posset diuidi sicuti aer vel aqua. Dixit enim (vt paulò ante retulimus Sanctus Thomas. 2. sententiarum. quæstione. 2. articulo. 2.) quod diuiditur ad formandas beatorum voces, idque ipsum opinatur Ricardus distinctione præsentis. quæstione. 3. articulo. 4. At verò hoc certè non est bene opinabile. Tum quod, nec voces videtur illic formari ex aere, tum quod non est intellectu facile quomodo corpus illud sit incorruptibile, & tamen sit diuisibile. Vnde Iob. 37. Cœli velut ære solidissimi fundati sunt. Quare nec Diuus Thomas nec Ricardus fateri audent, quod diuidantur ad motum corporū glorificatorum quicquid de sono dixerint. Præsertim quod de alijs sphaeris cœlestibus inferioribus suspicatur nemo, esse diuisibiles, per quas tamen ascendit Christus, ascendenteque beati resumptis corporibus.

Quò ergo ad penetrationē redeamus, eam Philosophi constanter negabunt. Enimuerò, vt Philosophus, & Commentator. 4. Physico. capitul. de vacuo docent, impossibilitas effendi duo corpora in eodem loco ex eorum mathematicis terminis prouenit: vocant autem mathematicos terminos dimensiones quantitatis. Quare dicunt, quod si cubus, nempe, quadrata quantitas, absque physico corpore esset in loco, non posset secum aliud corpus ibidem compati, secus si sint duo corpora vnicam habentia quantitatem, vt materia & forma: materia enim & forma ligni in eodem sunt loco adæquato. Hinc ergo lumine naturali colligitur duo corpora non posse penetratiuè in eodem existeri loco. Quinuerò Durandus in. 4. distinctione. 44. quæstione. 6. cui Paludanus ad stipulatur quæstione. 3. tanquam probabilem opinionem sustinet, quod per nullam potentiam Deus potest facere, vt duo corpora in eodem loco se penetrarent simul. Et ratio eius est, quoniam non minus necesse est duo corpora distingui ad inuicem situ & loco, quàm partes eiusdem corporis situ inter se distare: nam cum ante diuisionem necesse erat partes distare loco, id ipsum necesse erit postquam sunt duo: partes autem eiusdem corporis non possunt esse si-

Duran. &
Paludanus

mul: quia de intrinseca ratione cuiusque corporis est habere partem extra partem situ & loco distantes: ergo & duo corpora necesse est sic distare. Et confirmatur eadem minor propositio: quoniam si non esset necesse partes eiusdem corporis distare, posset secunda medietas poni in eodem loco cum prima: & rursus si illic cōsideres duas medietates, posset poni secunda vbi est prima: atque adeo sic conduplicando posset cœlum poni in loco vnius grani milij, quod non est opinabile.

Boetius. Tertium argumentum sumitur ex Boetio libro primo de trinitate capit. 1. vbi, ait, quod differentia individualis sumitur ex accidentibus: duo enim homines non genere aut specie, sed accidentibus distant: potissimum autem est locus, & ideo fingere (inquit) duo corpora in vno loco nō possumus. Alia afferunt minoris efficacis argumenta.

2. Conclu. His tamen nihil obstantibus subiungitur secunda conclusio. Per diuinam omnipotentiam fieri potest, vt duo corpora in eodem loco simul consistant. At verò cum hoc per naturā fieri nequeat, non potest conclusio ratione naturali monstrari, neque vilis merè philosophus eam recipere: sed satis est supposita fide rationes quæ contrariæ apparent dissoluere. Est ergo conclusio de fide saltem secundum cōmunem scripturæ sacre interpretationem. Sanè cum Christus illæsis conclusisque virginis claustris nat⁹ fuerit, & occluso sepulchro resurrexerit, & ad discipulos obseratis ianuis ingressus fuerit, & per cœlorum corpora ascēdens ad patrem absque eorum incisione penetrauerit, & similiter in die iudicij ascendent cum eo beati in corporibus gloriosis, & cum cœlo se empyreo penetrabunt.

Durandi responsa. Durandus quidem & Paludanus ad omnia ista respondere nituntur, quasi non sint de fide. Aiunt quippè, quod fortè latera vasis intermerata virginis absque ruptione poterant dilatari: & cœli scindi virtute diuina. Neque expressè habetur, vt aiunt, in euangelio quod Christus clauso sepulchro resurrexerit, aut q̄ per fores clausas fuerit ingressus, sed quod erat clausæ dum venit.

Reprobatio. Sunt autem caullationes istæ minimè tute: imò videntur sacris textibus inimicæ. Quare Damascenus libro. 3. cap. vltimo. Corpus, inquit, gloriosum erit spirituale, quale fuit corpus domini post resurrectionē, clausis ianuis pertransiens. Ratio ergo possibilitatis huius, vt, ait, Diuus Tho. est quod necessitas, vt quodcumq; corpus vnum sibi proprium ven-

dicet locum; neque eundem duo simul natura-
raliter replere valeant, est diuersitas materiae:
quae distinctionem situs exigit: unde prouenit:
vt cum duo per mixtionem in vnum coeant,
nequeat id fieri, nisi vtroque destructo vnum
fiat tertium: vt dum aqua infunditur vino.
Igitur cum esse cuiusque corporis a suis
intrinsicis principijs: cetera a causa secunda pen-
deat: a Deo vero tanquam a causa prima, &
quicquid Deus facit cum causa secunda, face-
re se solo possit praeter ordinem eiusdem cau-
sa, potest duo corpora, vtroque in suo esse co-
seruato, in eodem loco ponere. Quemadmodum
accidens quod naturaliter mediante sub-
iecto conseruat, potest subiecto destructo se
solo conseruare: vt fides nos in sancto sacra-
mento docet.

¶ Secundo id probatur. Sicut forma & mate-
ria lapidem componentes sunt per eandem qua-
ntitatem in eodem loco, potest Deus eodem loco
supernaturaliter seruare separatas, suam v-
triusque quantitatem tribuendo.

¶ Scotus vero loco citato distinctio praesenti
quaestio. 16, hanc rationem Diuini Thomae res-
fut. Impossibile enim, inquit, est, quod Deus
rem aliquam absque suis principijs intrinsicis
conseruet, cuius contrarium hic Diuus Tho-
mas affirmare videtur. At vero Diuus Tho-
mas nunquam id somniauit: nam quando
duo corpora virtute diuina sunt in eodem lo-
co, vtriusque principia intrinseca illic seruan-
tur. Sed vult dicere, quod cum duo esse distin-
cta duorum indiuiduorum pendeant a distin-
ctione materiae, & distinctio materiae ex di-
stinctis sitibus in diuersis locis, facit Deus, vt
quanuis non sint in diuersis locis, nec habeant
diuersos situs, habeant esse distincta in eodem
loco.

¶ Alij probant, eod quod quantitatis duo sunt
officia, scilicet, facere corpus quantum: nem-
pe, in suis partibus extensum: & extendere in
ordine ad locum: & ipsum occupare. Primum
autem habet in genere cause formalis: & po-
sterius in genere cause efficientis. Potest ergo
Deus seruato priori, secundum effectum im-
pedire, vt corpus non occupet locum. Hae-
c vero ratio non est, vt licet admittenda. Quan-
titas enim corporis se penetrantis cum alio
non impeditur, quin occupet locum: imo
vtrumque eundem locum occupat ne aliud
naturaliter subintret sicut solum absque alio
occuparet etiam si esset glorificatum, sed so-
lum fit, vt vtraque quantitas alteram secum
virtute diuina admittat. Neque vero naturali-

Redargu-
tio Scoti.

Alia ratio.

ter illam repellit in genere cause efficientis, sed
quia locum occupat.

¶ Vnde ad argumentum Durand. negatur tam
intrinsicum esse quantitati extendere corpus
in ordine ad locum, quam ordinare partes in
se: Christus enim cum sua quantitate est in sa-
cramento, quod certe Durand. sine periculo
negare non potest: & tamen non extenditur in
ordine ad locum: & hoc certe maius est miracu-
lum quam ponere duo corpora in eodem loco:
vbi neutra impeditur quantitas, quominus sit
extensa in ordine ad locum. Et ad aliud conce-
ditur quod potest tota quantitas caeli poni in tan-
to loco quantum est granum milij. Imo in mi-
nori, nam & quantitas corporis Christi est in
sacramento sub quocumque puncto specierum:
nec hoc licet Theologo negare. Atque adeo nec
ambigere quin Deus possit duo corpora in eo-
dem loco collocare.

¶ Vnde ad rationem Philosophorum respon-
detur. Dimensiones corporum solum obsta-
re ne naturaliter duo corpora in eodem simul
loco esse possint, non autem quin Deus supra
naturali virtute id valeat efficere.

¶ Et similiter respondetur ad Boetium, quod loqueba-
batur mera reru natura praesata. Principia enim
indiuinationis naturalia sunt, tempus, & lo-
cus: duo namque homines non differunt nume-
ro, nisi quia vnus hoc tempore & loco produ-
ctus fuit, alius alio: neque enim naturaliter
duo in eodem adaequato loco & tempore simul
produci, secus autem virtute Dei, qui non de-
bet in operando ex loco & tempore. Et ex eo-
dem principio soluuntur aliae rationes pluri-
rimae, quae a diuersis doctoribus in fauore Phi-
losophorum fieri consueuerunt.

¶ Verumtamen hac supposita veritate hoc theo-
logum inde exurgit dubium. Vtrum possibi-
litas haec penetrandi se vnum corpus cum alio
in eodem loco glorificato corpori virtute
huius dotis subtilitatis competat. Duo enim
de hac re fuerunt errores. Vnus quae supra re-
tulimus illius Euthicij Constantinopoli, quod
corpora glorificata virtute dotis subtilitatis
erunt aerea atque adeo poterunt per poros cui-
uscunque alterius corporis penetrare. Haec ta-
men absurda haeresis est, quae veritatem huma-
ni corporis tollit. Sanè cum corpus tunc non
esset palpabile, nec veram haberet carnem &
ossa, cuius contrarium Christus discipulis per
suasum curauit. Nam caro & ossa aeream ra-
ritatem non ferunt. ¶ Sed alius fuit error pau-
lominus absurdus, quod virtute subtilitatis habet
corpus glorificatum posse suam figuram variare
& in

Solutio ar-
gumen-
Durand.

Solutio ra-
tionis Phi-
losophoru.

Ad argum-
Boetij.

Duo de sub-
tillitate erro-
res.

2. Error.

Reprobatio

& in quacumque paruisimam quantitatem con-
trahere, vt possit per quemcumque porum qua-
tumuis paruum se se colare. Et ita dicunt natu-
fuisse Christum, intrassequae ianuis clausis per
orificium exiguum, & rimulas. Atque ita dicunt
posse penetrare per coelum. ¶ Sed tamen haec
cogitatio veritatem tollit humani corporis: sal-
ua enim corporis consistencia non potest quanti-
tas nisi per condensationem minui, vt quando
aqua gelatur, corpus autem humanum tantam con-
densationem non suffert: & multo minus glo-
riofum, quod cum sit incorruptibile, non est co-
densabile. Imo licet fieret, vel per condensatio-
nem, vel per subtractionem: alia via quantita-
tis, non posset humana figura sub tam exigua
quantitate seruari, imò fieret monstrum homi-
nis, vt formica, quod decentiam corporis glorio-
si absurdissime dedeceret. Preterquam quod caeli
non habent poros per quos corpus posset bea-
ti transire. ¶ Sunt ergo huiusmodi signum de
ridicula: & ideo aliter inter theologos variatur
opinio supposita veritate, quod possit se corpus
gloriosum penetrare cum alio. Scotus enim
quaest. 16. citata, ait, penetrationem hanc ratio-
ne subtilitatis prouenire. At vero S. Th. di. 44.
id negat, cum quo Durand. consentit. & Ricar-
dus distin. praesenti art. 4. q. 5. ¶ Arbitror tamen
dissidium potius in verbis consistere, quam in re. Ni-
hilominus rigore proprie loquendi seruato sub-
iungitur tertia conclusio. Quod se corpus glo-
riofum cum alio penetret, virtute dotis subtili-
tatis non habet, sed sola id virtus diuina facit.
Probatur prior pars. Nulla virtus quae in cor-
pore glorioso existat potest illud facere cum
alio penetrabile, nisi tollendo penetrationis
impedimentum quod est quantitatis dimensio:
hoc autem virtus subtilitatis efficere non po-
test: nam si ponatur esse qualitas, siue corpo-
ralis, siue spiritualis non est actiua, vt sic illam
valeat quantitatem, corpulentiamque tollere, ra-
tione cuius nequit cum alio se penetrare.

3. Conclusio

¶ Item quia illam tollere non posset nisi corpus
corrumpendo: nam quantitas illa compositio-
nem corporis insequitur: est enim conditio ma-
teriae, quae verè est in corpore glorioso, corpus
autem illud non est corruptibile.

¶ Preterea, quanuisingeretur posse citra cor-
ruptionem corporis quantitas tolli, nihilominus
ablatio illa defectus esset potius corporis, quam per-
fectio, dos autem subtilitatis ad perfectionem
spectat. Et rationes istae, quauis quomodolibet
de hac dote loquamur, energiam habeant,
efficacior tamen si huiusmodi dos non po-
natur esse qualitas & virtus adiecta corpori,
quod Scotus concedit. Sunt qui similitudinem

huius penetrationis ex coexistentia luminis
cum aere & ignis cum ferro ducunt. Haec vero
exempla licet ad explicandam rem vulgo con-
ferant, non tamen re vera sunt legitima: quonia
lumen non est corpus. Neque in ferro ignito est
substantia ignis: quippe quae tam densam ma-
teriam non secum permittat. Quapropter neque
illic est tam intensus calor quam in flamma can-
delae: quia tanta intensio non est nisi cum for-
ma ignis. Veruntamen propter multitudinem
& densitatem materiae ferri iumbitum illic est
plus caloris, ob idque vehementius vrit, quam fla-
ma candelae. ¶ Alij fingunt, vt ipse Scotus re-

Alia opin.

fert, quod dos subtilitatis quanuis quantitatem a
corpore non adimat, facit tamen vt non occupet
locum, & ideo potest cum alio se penetrare:
haec tamen fictio vana est, tum quod natuum est
quantitati, & ab illa inseparabile, locum occu-
pare, tum quod vanissimum est dicere corpus glo-
riofum non occupare locum: tum enim quod-
cumque aliud corpus posset naturaliter eodem
locum intrare. Neque illa esset in corpore glo-
rioso penetrationis virtus, sed euacuandi locum.
Cum tamen corpus gloriosum locum repleat,
quare quando aliud est secum in eodem loco v-
triusque per se illud replet. ¶ Itè sequeretur, quod v-
num corpus gloriosum posset se penetrare cum
alio glorioso, quod nullus Theologorum admit-
tit, nec admittendum est: quia est contra illorum
corporum decentiam, & decorem. ¶ Alium mo-
dum refert Ricardus, neque omnino reputat im-
probabile, nempe, quod impossibilitas penetra-
tionis non solum ex dimensionibus proueniat,
sed ex debilitate virtutis ad subintrandum cor-
pus alterius. Corpora autem non gloriosa sunt
ad hoc debilia: & ideo se nequeunt penetra-
re. Corpus vero gloriosum habet illam virtutem
subtilitatis, & ideo intrat locum corporis non
gloriosi, quod resistere non potest, non tamen
locum alterius corporis gloriosi: nam sicut v-
num habet virtutem intrandi, aliud habet vir-
tutem resistendi. ¶ Haec autem manis fictio
est: nam se penetrare cum alio corpore non
est agere, & quantitas natura sua resistit, non tan-
quam virtus actiua, sed quia locum replet.

Alia dicen-
di modus.

¶ Si ergo queras ab Scoto, quomodo corpus
gloriosum virtute subtilitatis cum alio se pe-
netret, respondet hoc habere quatenus ab hac
anima informatur. Hoc autem maiori indiget
explicatione, si enim intelligat talem virtutem
in esse corpori falsum est, si autem intelligat es-
se hoc debitum illi statui, est verum.

Opin. Sco.

¶ Ob idque adhibetur hic quarta conclusio. Quauis
corpora duo se penetrare, siue alterum
illorum glorificatum sit, siue neutrum, aut vtrumque;

4. Conclusio

sola virtute diuina supra rerū naturam fiat, ni hilominus corpori glorificato ratione sui status hoc debetur. Atq; hoc, ait, loco citato Ricard. & forte vult dicere Scotus, neq; D. Tho. negat, imò insinuat, & in solutione tertij argumenti quæstioncula secunda explicat, dicens, quòd corpus gloriosum trāsit sphaeras cœlo rū sine earū diuisione: nō ex vi subtilitatis, sed ex diuina virtute, quæ eis ad nutū in omnib⁹ subueniet. Quasi diceret. Propter id quod illi statui ex pacto diuino debitum est. Itaque penetratio illa corporis gloriosi cum non glorioso quauis sit supranaturalis, nō tamen est miraculosa, sicut si duo corpora nō glorificata se penetrarent, sed potest dici naturalis illius status. Etenim sicut ratione status naturæ integræ homo virtute diuina tanquā illi statui debitum seruabatur ne ei aliquid incommo- dum posset accidere: ita ratione status beatorum conuenit corpori glorificato cum alio se penetrare, quā hoc fiat virtute diuina, quæ non est in corpore. Et quia illi statui nō necessariū est, neq; verò cōdecens, vt corpus glorificatum cum alio glorificato se penetret, non est eis hoc debitum ratione status. Et hoc, ait, S. Tho. d. 44. q. 2. artic. 2. q. 4. Et ideo dicitur qd corpus glorificatum potest se penetrare cum non glorificato, nō tamē cum alio glorificato. ¶ Quod si roges vtrū hoc qd ratioe status possit se penetrare cū corpore nō glorioso possit aliquo modo virtuti subtilitatis adscribi, respōdetur eatenus id posse concedi, qd cum virtus subtilitatis sit illa habilitas corporis, qua subijcitur animæ in suscipiendis potentijs, & virib⁹ ad operandū & ad exiendum in loco, dicere possum⁹ illa rōne Deū pepigisse, quotiescūq; opus esset, cōcurrere, vt beat⁹ se posset cū cœlo penetrare, & cū illo existere. Nā penetratio cum corpore subtilitate designat: qualis est in aere & in igne, atq; ad eō spūalitātē: quo ideo noīe Apostolus hanc designauit dotē, dicens, Seminatur animale resurget spūale. ¶ Et per hoc solutum restat secunda argū. in ca. q. propositum. Non enim effectus subtilitatis est penetratio, sed subiectio ad anima modo exposito.

¶ Est tamen annotanda discretio, inter penetraciones corporis Christi ante resurrectionem, & post: nam penetratio illa dum exiuit ex clauo vtero matris, nullatenus fuit ratione dotis, quia corpus tunc neq; erat impassibile neq; habebat dotem: sed fuit simpliciter miraculosa, veluti ambulatio sup aquas & claritas transfigurationis. Etenim neq; illa fuit dos agilitatis, neque hæc claritatis, sed ambo fuerunt miracula. Resurrectio autē clauo sepulchro, &

Gloriosum corp. cū nō glori. nō se penetrat.

Virtute subtilitatis

Solu. 2. arg

Discretio in penetracionibus.

ingressio ianuis clausis, fuit rōne corporis glorificati, atq; ad eō ad sensum expositū per dotē subtilitatis. Quauis in Chro, vt supra diximus, nō fuerit ratio dotiū. Vnde qd in homilia paschali, ait, Greg. Corpus dñi intrauit ad discipulos ianuis clausis, qd ad humanos oculos per natiuitatē suā clauo existit vtero virginis, non eadem prorsus ratione euenisse affirmat.

ARTICVLVS VII.

Utrum corpus gloriosum dotem habeat agilitatis.

Agilitas est agilitas, de qua ergo queritur. Vtrū in corporibus beatorū sit futura. Et arguit a parte negatiua. Id qd de se est ad motū agile nullo indiget deferēte vehiculo: corpora verò resurgentiū, vt. 1. ad Thess. c. 4. ait, Paul. deferētur obuiam Christo in nubibus: ergo nō habebunt agilitatis dotē. ¶ Secūdo arguitur. Si agilitas esset in beatis futura, id esset ppter localem motum: ille autē non erit in beatis: tū qd vt. 3. Phyl. ait Philosophus, motus est actus imperfecti, & illic nulla erit imperfectio: tū quod ille motus nunq̄ est nisi ppter indigentiam adipiscendi aliquid quod nō est in omni loco: & tū illic nulla erit indigentia, imò vt, ait. 2. 2. li. de ciui. Aug. ibi erit quicqd volēs, & non erit quicquid noles. ¶ Item. Tertiò quia si illic futurus esset aliquis motus, fieret in instanti: quā nulla erit resistētia: & vt. 4. Phyl. insinuat Philo. vbi nō est resistētia motus fit in instanti: vt in vacuo si daret. Et Aug. ait ibidem de illo statu qd vbiq; voluerit spūs, ibi erit & corpus. Vbi insinuat qd erit motus sicut spūs voluerit qui nō dependet a loco: motus autē instantaneus nō est possibilis: ergo illic nō erit motus, atq; ad eō nec agilitas. ¶ In contrariū est verbū supra citatū apostoli. 1. ad Corin. 15. Seminatur in infirmitate sargetur in virtute. ¶ Ad quæstionē iuxta numerū argū. tribus cōclusionib⁹ rōdebit.

Prima. Beati in resumptis corporibus dotem habebūt agilitatis. Hic em̄ Apostolus appellauit virtutē, nō infirmitati cōtraria: qd homo in hoc corpore corruptibili sentit, qd aggrauat animam. Est autē dos hęc ordinē tenentia, corpori cōgruēs in ordine ad motū, ac sicut in ordine ad alias operationes, qbus anima ad nutū tūc seruiet. Tria em̄ art. precedē. distinximus in corpore. sc. esse, posse, & operari. Cū igitur impassibilitas sit dos corporis qua subditur aīe tribuētī ei esse, & subtilitas qua ei subditur vt idonee in ipm potētias viresq; ad operandū & debitas cōplexiones pfecti⁹ insinuat, agilitas erit dos ad obediendum,

Partis ne gatiue argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Part. affir.

1. Conclu.

Aug.

Aug.

2. Cōclusio

dū, vt sit facile mobile: tū motu locali, tū sabin de alijs operationibus. ¶ Tunc enim anima vt spiritus mouebit. Vnde Aug. li. 1. 6. de ciui Dei. c. 27. Imperabit Deus animo: animus corpori tāquā obediētī ibi erit suauitas & facilitas, quā ta regnādi viuendiq; felicitas. & li. 2. c. a. vlti. Qui, inquit motus illic taliū corporū sint futuri, temerē definire nō audeo, qd excogitare nō valeo. Tamē & motus & status, sicut ipsa species, decens erit. Quicunq; enim erit, vbi qd nō decet nō erit: certē vbi vult spiritus, ibi protinus erit corpus, nec vult aliquid spiritus, qd nec spiritū possit decere, nec corpus. ¶ Quod si quæras vtrū hæc dos sit qualitas a corpore distincta. Respōdetur, qd neq; necessitas talis qualitatis apparet, nec D. Tho. expressē eam ponit, verum tamen neq; superflua videbitur si inesse corpori asseratur, tanq̄ motiua virtus & perfecta sanitas, Vnde S. Tho. ait, qd est perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, qua fit habile, vt subijciatur animæ. Et Aug. 13 de ciui. c. 1. 8. dotē hæc graphicē exponens virtutū animæ tribuat. Ait enim hoc Deum animis illis perfectissimis tribuere, vt sua corpora quauis terrena, tamen in corruptibilia, vbi voverint ponāt, & quo voverint agant, motu, situq; facillimo: nam si angeli qualibet anima lia rapere possunt, & vbi libet constituere, curfanctorū perfecti spiritus diuino munere sine vlla difficultate nō poterūt, quo voverint sua sistere corpora? Subditq; aptissimū exēplum a corpore sano. Membra enim suæ carnis leuiora portat anima, cum in sanitate robusta sunt, q̄ in langore, cū macra sunt. Et cum alijs gestibus onerosior sit sanus & validus, q̄ exilis & morbidus, ipse tamē ad suū corpus mouendū, atq; portandū agilius est, cū bona valetudine plus habet molis, q̄ cum in peste, vel in fame minimū roboris. ¶ Adde quod caro, vt ait ad Galat. Apostolus, in hac vita cōcupiscit aduersus spiritū, non solū in moribus, vt suis seruiat voluptatibus, verū in quacunq; actione, & obsequio. Corpus enim qd corrūpitur aggrauat animam. Et ideo tanq̄ præmiū beatorū corporibus, quæ in hac vita fuerint iustis animis obsecuta, retribuet Deus agilitatis dotē, qua in illis felicitibus motibus ad nutum illi perpetuò obtēperent. Est ergo agilitas perfecta quædā sanitas ex perfectissima animatione proficiens, vt expeditē obsequi ad nutum valeat voluntati beati. ¶ Secūda cōclusio. Beati in corporibus glorificatis mouebuntur locali motu. Primo enim id probatur testimonio Esaiæ. 40. Current, & nō laborabunt: volabunt, & nō deficient, vbi nō solū citissimus eis motus no-

mine cursus tribuitur, verū & pernicissimus, tāquā volatus. Et Sapient. 3. Fulgebant iusti & tanq̄ scintillæ in arundinetis discurrent. Nominē enim fulgoris claritas significatur, & scintilla cū cursu motus. Et est profectō aptissima allusio. Arundinetum nāq; propter arundinū tenuitatē, & siccitatem paratissima est ignis efca, & ideo cum primū minimam scintillam capit, illa pernicissimo motu exilit quasi promicans ab vna in aliam arundinē. Quia ratione & fulgentissimus splendor ignis, & velocissimus eius motus designatur, qui fulgor & motus specimen dotium beatorum præferat. ¶ Ratio præterea ijs accedit in testimonijs. Quædam odum enim, vt supra diximus, illum statum foelicissimū nō concedet, vt beati tanquā muti sint, aut surdi, sed vsu illorum seu suum fruatur, ita neq; videtur consentaneū, vt cū pedes habeant, & manus, dignissima corporis organa, veluti lapides sint immobili- les, sed quandoq; spatientur, vt sua fruatur libertate, aliosq; beatos visitent, & per eorū mansiones discurrant. Imò nonnūquā, si liberit, hunc sublanarem orbem visere possint. Quin etiam credibile est coram Christo genua ilectere. ¶ Dubium autem est, vtrū mouebūtur pedibus gradiendo, an verò animum more, aut leuissimi corporis quod vento rapitur. Respōdetur, qd ascendentes in cœlum per aera, aut descendentes, si forsan huc aliquādo reuertantur, non ambulabunt, quia elementa aeris, & ignis non sunt firma ad ambulandum, sed mouebuntur volantium instar: per cœlum autem Eupyreum mouebuntur pedibus gradiendo: quoniam corpus cœli est solidum. Mouebuntur autē sine cœlestis corporis incisione, sed penetrando se per illud, vt se, quando quiescant, penetrant. Mouebuntur autē etiā ascendendo absq; vilo prorsus labore & lassitudine, quia corpus gloriosum, vt non est corruptibile, ita neq; graue, onerosum, aut fatigabile, sed æqualiter ad oēm differentiā positionis mouebitur. Aug. em̄. 22. de ciuita. Dei cap. 11. Deus, inquit, a corporibus beatis aufere ret graue pōdus. ¶ De hoc autē multiplex est opinio. Sunt em̄ qui dicant, qd mouebit se beatus ad modū volūtatis & spiritus ab vno loco in aliū, nō trāscedo per mediū sicut possumus cogitationē & affectum trāsmittere a terra in cœlū sine medio. Ad qd propositū illud supra citatū Aug. asserunt, vbi spiritus erit, erit & corpus. ¶ Hoc tamē credibile nō est: tū qd corpus nō pot vq; ad spūs naturā, & nobilitatem transcendere: tum qd dum intellectus, & volūntas cogitatione aut affectu mutatur, non

Tanquam scintille.

Ratio cœl.

Utrum gra dient.

Multiplex opinio.

Reprobatio.

transmigrat essentialiter, quia non continetur his locis, de quibus cogitat, sed dicuntur transire, quia suos actus ab vno loco in alium dirigunt. ¶ Alij verò aiunt, q corpus gloriosum quanuis natura sua non possit transire de extremo in extremū sine medio, atque adeo moturum se fore in tempore, virtute tamen gloriae suae ratione status mouetur in instanti, nō transeundo per medium.

3. Cōclusio

¶ Aduersus hanc autem conclusionem statuitur tertia conclusio. Corpus gloriosum neq; mouetur, neq; moueri potest in instanti, sed mouetur subito, hoc est breuissimo tempore & quasi modo nostro imperceptibili. Priorem partem super. 4. Physic. in materia de vacuo, quaestio. 3. late probauimus. Angelus enim qui est substantiae incorporeae, atq; adeo à loco non pendens, potest quidem transire à loco, A, vsq; ad locum C, & non per medium B, atq; adeo potest moueri in suis instantibus, vt nunc sit in C. cum immediate ante hoc fuerit in A. & nūquam in B, corpus verò gloriosum in suo motu pendet à loco, atq; non potest transire ab A in C, nisi per medium B, vnde sequitur quod nec possit moueri in instanti. Detur enim quod moueatur ab A, in C, Tunc aut quando mouetur totum est in A, aut totum in C, & vtrumlibet dederis, non mouetur. Nam si totum est in A, nondum coepit moueri, si verò in C, iam est motum: debet ergo esse partim in A & partim in C, aut in medio B. Si est partim in A & partim in C. necesse est, quod partim sit etiam in medio, B, alioquin pars quae est in C, non esset continua cum ea quae est in A: aut debes dare, q totum sit in medio puta in B. Si verò dederis quod est partim, aut totū in B, consequitur aut q est simul in pluribus locis, quod est impossibile, aut quod prius totum transiit per B, quam peruenit ad C, atque adeo non poterit in instanti. Quod si contenderis quod per potentiam diuinam ponetur simul in pluribus locis, tūc nō mouebitur, sed quiescet. Sit ergo consequens, quod corpus gloriosum mouetur in tempore nobis imperceptibili, scilicet, velocius quam velocissimi ventillatus. Si tamen voluerit. Nā poterit vt libuerit moueri.

¶ Nihilominus non est necesse, q omnes beati equalē habeant virtutē mouendi se. Nā quodcunque tempus quantunuis paruum: est in infinitum diuisibile, & ideo quantulocunque paruo tempore moueatur vnus, potest in minori moueri alius secundum meritorum rationem. Quanuis fortasse non sit necesse tam exactam meritorum rationem in motu sequi,

quàm in visione.

¶ Ad primum igitur argumentū respōdetur, Solu. 1. ar. vt supra diximus, q corpora gloriosa non subleuabūtur in nubibus propter necessitatē, sed propter reuerentiam & honorem.

¶ Ad secundum respondetur, q motus localis nihil rei intrinsecum variat, quia non dicit ordinem nisi ad externū locum: quare id quod tali motu mouetur (vt. 8. Physicorum ait Philosophus) nihil in se habet imperfectum, sicuti quod mouetur motu alterationis aut augmenti. Neque verò mouebuntur propter indigentiam rei necessariae quae illis ad suam perfectionem desit, sed tum vt sua vtantur libertate, tum vt eorum potentiae suis vibus decorētur. Neque obstat quod ait Philosopho. 2. Caeli, scilicet, q ea quae diuinam bonitatem siue motu participant, foelicius illam participant quàm cum motu. Illud enim intelligitur quādo nequeunt illā sine motu participare, quod non est in beatis. ¶ Quod si arguas. Quo quique erit beator, sublimiori erit mansione, quare Christus (vt. 2. ad Hebraeos ait Paulus) excelior caelis erit factus gloria & honore & dignitate. Respondetur, q mansiones tribuūtur beatis secundum praemiiu accidentale, & ideo non est necessarium, vt illam nemo mutet. Nā inde descendens nec variabitur essentialis visus Dei, nec decidet de dignitate quam habet manēdi in sua mansione. Quare nihil vetat quominus & existentes in inferioribus mansionibus nōnunquam ascendant: quoniā neq; per hoc augetur eorum dignitas.

De mansio nibus.

¶ Ad tertium verò respondetur (vt praedicta 3. q. super. 4. Physic. respondimus) q Aristoteles de vacuo non arguit ostensiuē, vt probare contendat, q si daretur vacuū, motus fieret in instanti, sed arguit ad impossibile, supposita illorum Philosophorum opinione qui nullam resistantiam immobili intrinsecam agnoscebant. Tunc enim, cum in vacuo nulla esset extrinseca, sequeretur illud impossibile quod motus fieret in instanti. Aristoteles verò, quia mobile quodecunq; finitae adunitatis est seclusa resistētia medij intellexit successiōnem motus. Sic ergo de corporibus beatorum dicendum, quod licet medium nō resistat, mouentur nihilominus successiuē. Non quidem in tempore vero, quia post diem iudicij nullum erit. Sed erit secundum rationem prioris. At quia motus ille & posterior erit imperceptibilis, ait Augustinus quod vbi voluerit spiritus, ibi erit & corpus, scilicet, quàm citissimē.

Solu. 3. ar.

ARTI-

ARTICVLVS. VIII.

Verum in corporibus beatorū erit claritas.



Partis ne gatiue argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

Pas affirm.

1. Conclu.

Varta postremaque inter corporū dotes est claritas, de qua ideo quaeritur vtrum sit in eis futura. Et arguitur à parte negatiua. Corpus luminosum, vt ait Auice. 9. de naturalibus, est peruiū hoc, est pellucens & transparens vt crystallus: corporis autē gloriosi non omnes partes possunt esse peruiā & transparentes, quippe quae sunt terrena, vt caro & ossa: ergo: non erit lucidū. ¶ Secūdo. Lux & color cōtrariam dispositionem exigunt in subiecto: quoniam vt lib. De sensu & sensato Philosopho ait, lux est extremitas perspicui in corpore non terminato, sed color in corpore terminato: corpora verò beatorum erūt colorata: ergo nō erunt lucida. ¶ Tertiō. Si corpora gloriosa essent clara & lucida, non esset in potestate beati, non videri à quocunq; oculo etiam non glorificati corporis, quia lux omnibus est peruiā: cōsequens tamen est falsum: quia Christus postquam resurrexit, vt Lucæ vltimo legitur, occultauit se discipulis euntibus in Emaus: ergo corpora beatorum nulla erunt claritate fulgentia.

¶ In contrarium est verbū apostoli primae ad Corint. cap. 15. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria.

¶ Ad quaestionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Beatorum corpora erunt clara & lucida. Cōclusio est de fide Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. Et loco citato Sapientiae tertio. Fulgebunt iusti & tanquam scintilla, &c. Atque illam claritatem Paulus appellauit gloriam. Vnde cum beatos astris cōparasset, dicens aliam esse claritatem solis, aliam lunae, aliam stellarum: subiūxit, Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Enimverò gloria nihil aliud est, quàm nobilitatis splendor, quo excellentia personae omnibus publicitus innotescit. Et ad Philippen ses. 4. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. At qui (vt Matth. 17. legitur) quo corporis gloriam, & claritatem suis discipulis indicaret, transfigurauit se in monte ante eos. Vnde Iob cap. 28. de sapientia loquens (quo nomine beatitudo intelligitur.) Non adaequabitur, inquit, ei aurum vel vitrum, neque topa-

zium de Aethiopia. Superius verba Gregorius. 18. Moral. cap. 31. ait, quod in auro claritas fulgentium beatorum designatur: & in vitro perspicuitas eorum. ¶ Illi quāte essentiae fautores eidē claritatē veluti impassibilitatem & reliquas dotes adscribunt. Sed hanc iam supra opinionē reieci mō. Est ergo claritas nihil aliud, quàm fulgor, qui ex animae beatitudine in corpus infunditur. Id enim quod recipitur, nō ad modū influētis, sed ad modum recipientis suscipitur: quare nihil obstat quominus ex spiritali gloria splendor, qui est in anima, corporalis claritas refuset in corpus: vt sicut gloria animae participatio est gloriae diuinae: ita & gloria corporis, si participatio illius quae est in anima. Vnde si qua dotium qualitas est corpori infusa, id de hac potissimū claritatis dote sentire cōgruit, ab ipso distincta. Haud enim claritas haec solum est intelligenda, vt Durandus distinctione. 44. quaestio. 8. refert, Metaphoricē scilicet, quod sit manifestatio illius gloriae. Aut sic tantum, quod illa corpora sint tersa & polita, vt sicut speculū alieno lumine lucet: ita vt solo illo lumine luceant, quod à sole, vel à caeco empyreo suscipiunt. Sed quod in se habeant in harentem lucem: veluti solipse, & pretiosi lapides, quietiam in tenebris lucent. ¶ Verū tamen non ita planus est in telligendi modus, quo corporalis claritas ab illa spiritali animae deriuetur, vt tūm, scilicet, anima concurrat in genere causae efficientis. Non enim satis intelligitur quomodo anima efficere possit claritatem illam. Et ideo contra hanc opinionē Sancti Thomae arguit Ricardus distinct. praesenti arti. 4. q. 9. Anima quippe beata non potest illam claritatē de nihilo facere: quia creare non potest: neq; illam valeat de claritatis suae visio ne efficere: quia sicut corpus nequis in spiritum transmutari, ita nec spiritus in corpus. Et ideo Ricardus duos modos excogitauit. Vnū scilicet, quod quemadmodum anima virtute intellectus agentis abstrahit à phantasmatis species intelligibiles, ita anima de corporali materia corporis virtute beatae visionis educat illā corporale claritatē. ¶ Attamen hoc nō tā facile intelligitur q dicitur: quoniā non est in corpore materia signabilis, vnde illa claritas educatur. Est ergo modus alius, quod claritas illa pducitur per creationē à Deo. Et certē, si est qualitas, ita dicendum est. Nisi quod, quēadmodū supra diximus, visio in sua virtute eminenter cōtinet dotes istas: quia tanquā illi debitum statui, qui beatis conuenit ratione visionis

Quomodo anima claritate corpore efficiat.

Ricardus.

visionis & ratione illius perfectissimæ animationis, qua anima informat corpus, dotes illæ corporibus obveniunt.

Non in omnibus eadē erit claritas

¶ Neque verò omnes beati, vt ait Paulus, æquali claritate rutilabunt, sed secundum iustitiæ distributionem, & pro meritorum cuiusque & dignitatis ratione. Itaque Christus erit inter omnes sicut sol; atque omnium beatorum exemplar. Cuius indicium fuit, quod in transfiguratione resplenduit facies eius sicut sol: & vestimenta eius (quorum nomine designantur Sancti) facta sunt alba sicut nix. At verò quauis Euangelista exemplum posuerit in sole nobis noto, credibile tamē est quod beatorum minimus fulgentius quàm sol splē debet. Nam si cœlorum lux (vt supra diximus) propter statum filiorum Dei augebitur, ratio videtur exposcere, vt beati ipsi micantius eluceant. Veruntamen non opus est: quod vnus beatorum tātum luceat quàm sol, propterea, quod sol quàm latissimo intervallo maior est beato corpore: sed si daretur tantula particula solis quantum est illud corpus, rutilantius illud esset. ¶ Est autem hīc dubium, vtrum corpora beatorum à corpore non beato naturali ter videri possint. Ricardus namque distinctio ne præfenti artic. 4. quæstio. 6. aduersus Sanctum Thom. partem sustinet negatiuam: duo scilicet, asserēs. Primum, quod claritas illa corporum beatorum specie differt à claritate elementorum & à claritate solis. Vnde quando dicitur, quod fulgebunt iusti sicut sol, insinuat æqualitas, imò plus lucebunt iusti, sed similitudo captui nostro accommodata: quia solis claritas est imitatio quædam illorum beatorum. Secundò ait. Quod nisi beatus temperare lucem illam voluerit, vt quasi sub parua nubecula appareat, nequit propter sui excellentiam debilitatem oculi non glorificati ab illo videri. Et potest exemplo doceri vesperilionis respectu solis. Et re vera est magnum argumentum, quod si naturaliter posset ab oculo non glorificato videri, consequeretur, quod non esset in facultate beati occultare se non beato dū vellet, quia claritas illa naturaliter representaret: nisi de loco illo beatus abscederet: cum tamē D. Thomas, & omnes contrarij doceant.

Dubium.

¶ Accedit & Augustini testimonium lib. 2. 2. de ciuita. Dei cap. 19. vbi ait, quod claritas corporis Christi cum resurrexit ab oculis discipulorum abscondita fuit: quoniam eam non ferret humanus atque infirmus aspectus, quando ille à suis ita deberet attendi, vt posset agnosci. Igitur opinio hæc Ricardi profectò probabili

tate non caret. Neque verò scio quid S. Tho. sensisset, si in summa hucusque peruenisset.

¶ Nihilominus hīc licet eandē referat opinionem, illam tamē respuit, & contrarium sentit. ¶ Secundum quem statuitur secunda conclusio: Quauis corpus gloriosum videri à non glorioso naturaliter valeat, est tamen in potestate Beati illud occultare ne ab oculo non glorioso videatur. In hac secundam partem Ricardus & omnes consentiunt: Priorem verò inde Diuus Thomas, probat, quod ei non videtur contraria opinio posse defendi, nisi dicendo lucem illam non esse eiusdem rationis cum luce solis. Nam si est eiusdem rationis cadit sub obiecto visus eiusdem rationis cum astro, qualis est oculus damnatorum. Quod autem sit eiusdem rationis, probat. Nam cum in facris asseritur, quod fulgebunt iusti sicut sol, lux intelligenda est, qualem nos conspiciamus: alioqui non intelligeremus quid esset.

2. Conclusio

¶ At verò probatio non est satis euidentis: quoniam quicquid sit de sole respectu ignis, cuius claritates fortè vt calores sunt eiusdem speciei, sustineri tamen potest: quod claritas illa beatorum sit alterius speciei. Et quauis sit eiusdem, manere tamen videtur alia ratio in suo rigore: scilicet, quod oculus non glorificatus proportionem ad illam luminis excellentiam non habeat, quemadmodum nec vesperilio ad lumen solis. Veruntamen D. Thomas respondet, quod claritas beati corporis licet in essentia sit eiusdem speciei cum claritate solis, nihilominus in modo efficiendi est alterius rationis. Et ideo sicut corpus ipsum non potest pati nisi passio nes animalis, scilicet, sensus, ita non potest impeditur quominus à quocunque oculo naturaliter videatur.

¶ Opinio hæc præterea Sancti Thomæ sacris oraculis fulcitur: vt est illud Apocalypsis 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, scilicet, Christum ad iudicium venientem. & Sapientia. 5. de eiusdem damnatis legitur, quod gloriam filiorum Dei videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Item si configurabimur (vt ait Paul.) corpori claritatis Christi, cum claritatis illius exemplum fuerit illa quæ in transfiguratione Domini in eius facie resplenduit, sit vt & claritas beatorum sit, veluti illa, visibilis, quauis negandum non sit, quin humanus oculorum obtutus non posset tam eximium splendorem diu ferre propter allegatam Augustini auctoritatem. Et fortasse in die iudicij non apparebit

damnatis

dānatis Christus & reliqui beati nisi nubibus temperantibus corporum splendorem.

¶ Secunda pars conclusionis probatur, quoniam quando Christus suam celauit claritatē discipulos illos euntes in Emaus, dum cum illos colloqueretur, non censetur nouum miraculum, sed status gloriosi corporis obedientis animæ ad nutū: ergo & omnibus beatis ratione illius status conueniet, vt oculis non glorificatis occultare se possint.

¶ Et confirmatur: quoniam claritas illa ob eorum merita illis donata est: ergo suæ est voluntati subiecta. Vnde quādo Christus se discipulorum oculis subtraxit, non fuit necesse, vt inde abscederet. ¶ Verum est tamē quod si est qualitas, non est intellectu facile quomodo arbitrio beati possit occultari. Item est argumētum, quod etiam se posset beatus alteri beato contegere quod concedi non solet. ¶ Respondetur nihilominus, quod cum illa non producat nisi ex virtute Dei, ex debito & decencia illius status non decet, vt beati se sibi mutuò occultent: secus respectu aliorum quādo voluerint. Ad eorum namque nutum Deus illis subuenit, veluti de subtilitate secundum Sanctum Thomā dictum est.

Solu. 1. ar.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur, quod Auicēna, & Philosophi loquuntur de corpore luminoso, quod ex natura sua claritatem habet quod non potest esse nisi peruium & transparentem vt Crystallus. Corpus autē gloriosum non ex natura, sed ex merito.

¶ Dubia tamen est sententia hæc propter verbum illud citatum Gregorij, 18. Moral. capit. 31. quod in auro intelligitur beatorum claritas, & in vitro pellucencia seu transparentia. Quod verbum exponens D. Thom. credit, quod corpora illa erunt transparentia. Quauis profectò obscure loquatur. Nam in solutione primi respondens, vt modò dicebamus ad Auicēnam, ait corpora beata non fore peruium, id est, transparentia. Sed statim exponendo verbum Gregorij contrarium dicit, scilicet, quod densitas illorum corporum non contrariatur peruietati. Facit enim argumentum hoc. Omne corpus lucidū occultat illud quod est post se. Vna enim flamma occultat & eclypsat illud quod à tergo illius est: corpus autem gloriosum non occultat, dicente Gregorio, quod erit sicut vitrum: ergo non erit lucidum. Et respondet negata consequentia. Imò erit lucidum, quod Gregorius ait significari in auro, & simul peruium & transparentem quod significatur in vitro. Quia densitas, inquit, illorum corporum qualem dispositio exigit humani

corporis, non obstat transparentia: Crystallus enim densissima est, & nihilominus transparentis. ¶ Ricardus verò inter respondendum ad idem argumentum, negat illa corpora esse transparentia. Nam densitas, inquit, repugnat transparentia. Quare res transparentes, vt Crystallus, non sunt, inquit, densæ, sed porose, quauis sint duræ: neque opus, inquit, est, vt maior semper densitas maiorem duritiem sequatur. ¶ Ad hoc ergo dicendum in primis, quod verbum Gregorij non debet nobis tantum negotium facessere. Ipse enim non ait corpora gloriosa fore vt vitrum: sed quod sint pellucencia & peruium respectu oculi corporalis: vt, scilicet, possit vnus beatus videre tertium, qui est à tergo secundi: quasi corpus secundum esset sicut vitrum: sed quia est perlucens oculis mentis: nempe, quod vnus beatus videt cor alterius sub eius corpore latens. Ait quippe illa beatorum societatem esse, vt aurum & vitrum quorum corda sibi inuicē & claritate fulgent, & puritate tranlucent. Et ideo bene potest opinio Ricardi sustineri. Non tamen propter eius rationem, scilicet, quod eorum densitas transparentia obstat, nam certè crystallus densissima est: sed quia id neque naturæ corporis humani congruere videtur, nec ad illum statum esse necessarium. Nihilominus & opinio Sancti Thom. est satis probabilis: quia illa corpora erunt veluti spiritualia, animis ad nutum obsequentia. Et ideo ait, quod sicut in potestate corporis gloriosi est ostendere se non glorioso vel se occultare, ita & occultare corpus post se existens. Hoc pacto, quod quādo ostendit se ipsam, tunc occultabit aliud: quia eius colores impediunt ne per ipsam videatur alterum coloratum, eo quod duo diuersi colores per idem medium non videntur: sicut de picta vitrina non permittit, vt colores alieni trans ipsam videantur. Quando verò non se ostendit, tunc non occultabit aliud, quin possit per ipsum transfunderi. Itaque, quando Christus ab oculis euntem in Emaus disparuit, si illic permansit, potuerunt discipuli trans ipsum videre alia corpora sicut per lucida Crystallum. Et propterea in solutione ad primum respondit ad Auicēnam. Corpus gloriosum non esse peruium sicut naturale semper translacet: nec potest corpus trans ipsum existens occultare.

Ricardus.

Sententia autem

coris.

Solu. 2. ar.

¶ Ad secundum igitur principale argumentum respondetur, quod gloria naturam non tollit, sed perficit: & ideo corpora glorificata iuxta eorum naturam erunt colorata, eadem quæ pulcherrima. Corporis enim pulchritudo

(vt. 19.

(vt. 19. de ciuita. Dei, ait August.) est partium conuenientia cum quadam coloris suauitate. Que profecto pulchritudo beatorum maxime eō decet: sed nihilominus erunt claritate suffusi: vt quemadmodum vitrina per solares radios suos colores demonstrat, ita, & corpora gloriosa suam pulchritudinem per suam propriam claritatem ostendant. Quauis non omnia membra pari fulgore reluceant: quia nō omnia sunt paris lucis capacia, vt os quā caro.

Solutio 3. ar. Ad tertium iam responsū est, quod cum hoc claritatis donum detur propter meritū, in potestate beati erit ipsius effectum impedire.

Obiectio. Quod si arguas. Qualitas inest corpori glorioso sicut quantitas: nō autē in potestate beati est quantitatē minorē facere: aut maiorē: ergo neque est in eius facultate claritatē illam que est qualitas obtegere. Negatur consequentia: quia quantitas naturaliter inest corpori, quare nō posset sine corporis mutatione mutari: neque verō est actiua, claritas verō est donum supranaturale, & est actiua: & ideo in potestate beati positum est, non quidem illam tollere, sed tamen eius effectum impedire.

Quod si redarguas. Ergo pariter potest impedire ne videatur à corpore glorioso. Fortasse posset si expediret: sed tamē consequentia nō valet: quoniam cum illa occultatio sit propter decetiam illi statui debitam, non videtur decere, vt vnus beatus coram altero existens se positius obtutui subducere.

QVÆSTIO QVINTA, De aureolis.

ARTICVLVS. I.

Vtrum aureole sint in beatis futurę à fructibus distinctę.



Vinta demū quæstio, quæ hanc distinctionem clausura est, instituitur de Aureolis, quæ non omnibus beatis, sed quibusdam competunt, & ideo quæritur primò, vtrum sint à fructibus distinctę. Et arguitur, quod nulla sit aureola illius futura. Aureola nominat præmium accidentale ab aurea distinctum, quæ est beatitudo essentialis, beatitudo autē essentialis omnia præmia comprehendit, cum sit status, vt

1. Argum.

ait Boetius, omnium bonorum aggregatione perfectus: ergo aureola ab aurea non distinguitur. ¶ Secundo arguitur. Eidem merito non debentur diuersa præmia, eidem autem merito, scilicet, vrginitati, respondet aureola, & pariter fructus centesimus, ergo aureola à fructu non distinguitur.

2. Argum.

In contrarium autē est, quod ecclesia militans cum à triumphante descendat: iuxta illud Apoc. 21. Vidi ciuitatē sanctā descendentē de celo, illā imitatur, in ecclesia verō militante victoribus conferuntur laureæ: ergo & in triumphante.

In contrarium.

Aureolas, qui solam linguam latinam consulerit, non ab auro aureolas, sed à lauro fortē laureolas nuncupabit: nam in re militari victores, præcipue apud Romanos, diuersis fertis donabantur. Erant enim diuersa coronarum genera. Vt triumphalis ex laureo: eo quod hæc arbor lætitiæ, victoriarumque sit nuntia: sicuti oliuæ ramus, quam columba ad Noe in Arcam detulit, fuit misericordię Dei nuntius. Et alia erat obsidionalis ex gramine, quæ donabatur ei, qui obsessos ab obsidione liberaisset. Et ciuica ex quercu, qua insigniebatur ille qui ciuem seruasset. Erat etiā & muralis & naualis, atque alia id genus, & ideo videntur illæ coronæ non esse dicendæ aureolæ, sed laureolæ: atque adeo nihil mirū, si quis suspicetur, vti scriptorum pereunte prima litera, pro laureola dici aureola.

Nomen aureolæ.

At verō non ita coniiciendum est, sed quod patres consulto ab aureo aureolam dixerint. Beatitudo namque aureæ coronæ pluribus de causis comparatur. Prima, quod cum vita hæc humana, vt Iob. 7. legitur, militia sit super terram meritorum præmium, meritō dicitur corona, iuxta illud primæ ad Timotheum. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ. Et secundæ ad Thessalonicē. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Præterquam quod circularis coronæ figura, quæ & omnium perfectissima est, & nec principium habeat neque finem, sed principium in ea coniungitur fini, tum perfectionem beatitudinis significat, per quam beati suo coniunguntur fini, tum etiam & eius perpetuitatem. Dicitur verō aurea, non solum propter illius beatæ lucis fulgorem, sed præsertim, quia beati illi possessores regni celestis, vt reges æstimantur: eo quod Deo sunt sanctissimè subditi, cui seruire regnare est. Iuxta illud Apocalypsis. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum. Et ideo Christus Apocalyp. cap. 9. refertur habens in capite suo coronam auream. Et capit. 4. Viginti illi quatuor seniores coronis itidem aureis insigniti leguntur, quas de capite

Circularis figura.

de capite suo adorantes Deū demittebāt. Igitur si beatitudo essentialis aurea corona dicitur, illa accidentalis, quæ quibusdā beatis ratione alius cuius excellentiæ peculiariter adhibetur, merito dicitur aureola, hoc est coronula aurea.

1. Concl.

Ad quæstionem ergo quatuor conclusionibus respondetur. Prima. Congruentissimū est beatorum statui, vt quia aliquem singulari modo excellentem obtinuerit victoriam, super gaudium essentialis beatitudinis, quod aurea corona dicitur, aliud superaddatur accidentale, quod nomen habeat aureolæ. Conclusio hæc nō habetur in sacris literis expressa, meritissimò tamen sancti patres illam docuerunt.

Exod. 25. Aureola.

Quare ecclesia in singulorum solennijs martyrum canit: Corona aurea super caput eius. Et primò figura eius præcessit in mensa sanctuarij veteris testamenti. Præceptum enim fuit, vt Exo. 25. legitur. Facies mensam de lignis Sethin &c. & inaurabis eam auro purissimo. Vbi mensa celestis regni designatur, de qua ait Christus. Ego dispono vobis regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meā. Et sequitur. Faciesque ei aureum labrum per circuitum, & ipso labro coronam interrasilem, id est, limatam & politam altam quatuor digitis, vbi nō ineptè significatur aurea Sanctorum corona fide quatuor Evangeliorum fulgens in conspectu domini. Et subditur. Et super illam alteram coronam aureolam, scilicet, propter eminentiam quorundam egregie certantium, qui insigni potiti sunt victoria. Ratio ergo conclusio nis ex similitudine ciuili militiæ ducitur, in qua propter singularia facinora singulares conferuntur coronæ, vt muralis aurea illis, qui primum murū subirent, & castrensis illi, qui hostium castra primus introiret, atque id genus alia. Condecet ergo, vt similiter qui strenuè in hac vita pugnarunt, auctuario gaudio super communem mensuram donentur.

Similitudo ciuili reipublice.

Varie opinionones.

De aureolis ergo quidā opinati sunt nullatenus esse ab essentiali beatitudine distinctas, sed ipsam eadē visionē, quæ præmiū essentialis est, & aureæ nomen habet, quæ ratione martyribus, virginibus, aut doctoribus confertur, aureolæ nomen fortiri. Non quod aliquo modo præmium ipsum aut gaudiū crescat, sed quia illis confertur qui illo singulari genere victoriæ potiti sunt. Verū tamen opinio hæc nō est rei consentanea, nā aureola vt habet glossa super illud Exodi citato, ait, aliquid super positū est essentiali præmio. Enimvero vbi meritum egregius præcessit, cumulatius futurum est gaudium.

Aureolę de scriptio.

Est ergo aureola (vt aliquo modo describitur) accidentale gaudiū de aliquo insigni facto

essentiali præmio superadditum; corporali de cere declaratum. Vbi annotandum est, præmiū nō dici accidentale, quia sit accidens, nā & visio ipsa & beatitudo essentialis est accidens, neque quia potest beato deficere: nā sicut aurea, ita & aureola perpetua est, sed dicitur accidentale, quia est gaudium de aliquo creato bono, cū essentialis sit de Deo ipso viso, quod absque alio esset sufficiens. Non autē omne præmiū accidentale est aureola, quauis omnis aureola sit præmiū accidentale. Potest enim aliquid ad di essentiali gaudio dupliciter. Vno modo ex natura communi visionis: quale erit vnio anime cum resurgentibus corporibus, per quā accessio ei fiet gaudij: & pariter contubernium cōpleti numeri beatorum, & cognitiones affectionesque; creaturarū in proprio genere. Hæc ergo præmia sunt, & gaudia accidentalia, non tamen nomen habent aureolæ, quia omnibus sunt communia. Sed alio modo adhibetur aliquid eidem essentiali præmio ratione operis meritorij, quod dupliciter habet conditionē, honestatis, & laudis. Primā, ratione charitatis quæ meritō est essentialis, cui ideo præmium debet essentialis, minus: aut maius, secundū augmentum charitatis. Quare adiectio illa, ad præmiū pertinet essentialis quod Deū habet pro obiecto. Sed aliam rationē laudis habet meritū ex genere, & strenuitate operis, quale est martyrium, & vrginitas. Gaudiū ergo quod ratio ne ipsius adhibetur, est accidentale: quia de re creata, nepe, de illo opere. Et hæc adiectio nō nomen fortitur aureolę, quia illi excellentiæ operis respondet ex genere suo. Quod si roges cur cū sit adiectio ad præmiū essentialis, nō mē habeat diminutiuum, Respondetur. Propterea quod non est essentialis, sed accidentale. Præmium enim essentialis quia ratione charitatis æstimatur, maioris pretij est quā aureola: sed aureola illi adiecta facit illud accidentaliter crescere.

Præmiū de accidentale.

Diminutiuū nomē.

De subiecto aureolę.

Est enim

Est enim eius substantia in anima: quia est gaudium de facto illo egregio quod ex charitate processit, qua ratione erat difficile, & strenuum: nihilominus gaudium illud explicabitur in corpore per modum coronulae in capite, vel instar palme, vt infra explicabitur. Itaque aureola non supponit, vt dialectico more loquamur, nisi gaudium ipsum animae, connotando tamen signum quo declaratur in corpore.

2. Cōclusio ¶ Secunda cōclusio. Quāuis aureola & fructus ambo sint praemia accidetalia, differunt tamen inter se. Hanc distinctionem fructuum ab aureolis diuersi diuerso modo interpretantur. Quidam enim aiunt, inter aureolam, & fructum, non esse discrimen, nisi quod aureola debetur pugnanti iuxta illud. 1. ad Timot. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, fructus vero laboranti iuxta illud Sapient. 4. Bonorum operum gloriosus est fructus. At verò cum idem sit labor & certamen, distinctio haec solū est rationis, cum tamen distinctio inter aureolam, & fructum sit realis. Et eodem modo refutatur alij dicentes, non aliter differre: quod aureola consistit in gaudio boni creati, quatenus respicit laborem corporis, fructus autem etiā sit gaudium de bono creato, quatenus respicit voluntatem: nam & opus quod corpore exhibetur, ex voluntate procedit, quare sola tunc ratione differrent.

Distinctio fructuum.

Fructus multipliciter dicitur.

¶ Ad intelligendum ergo discrimen hoc, notandum est, quod cum nomen fructus corporalibus per metaphoram ad spiritualia transferatur, ex varietate quae in fructibus reperitur, varietate sumuntur metaphorae. Fructus autem qui ex terrae nascentibus proueniunt, diuersas habent conditiones, ex quibus subinde diuersimodè ad spiritualia fit translatio. Primum enim conuenit fructui, dulcedo, qua tanquam vltimus qui expectatur finis delectat: & isto modo gaudium de consecutione vltimi finis est fructus: vnde descendit fructus nomen, siue in re, quando in patria per consecutionem eiusdem finis illam capimus delectationem, siue in spe, de qua etiā in via gaudemus. Secundo modo accipitur fructus pro eo quod reficit, quauis non sit vltimum, & isto modo virtutes omnes dicuntur fructus, quos ideo fructus Paulus ad Galat. 5. ad duodecim connumerat, dicens. Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax &c. Tertio modo accipitur fructus pro illo comodo quod ex labore agriculturę expectatur, & sic omne praemium spirituale, siue sit gratia, siue gloria, dicitur fructus: iuxta illud ad Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem autem vitam aeternam. Nullo autem horum trium modorum usurpatur hoc nomen imprentiarum, sed

quarto modo, vt metaphoram sumatur ab illa fructus proprietate, qua fructus dicitur id quod ex semine nascitur. Sic enim Christus Matth. 13. verbum fidei appellauit, semē, quod in nostris cordibus seminatum facit fructum, aut trigessimum, aut sexagesimum, aut centesimum, secundum terrae benignitatem. Verbum enim ex natura sua efficacissimum est, & ideo quod terra feracior est, id est, cor benignius, vberior est fructus. Benignitas autem & feracitas cordis in hoc consistit, quod a terrenis sese expurget, & in spiritum conuertatur: vt scilicet, neque vijs huius seculi sit peruium. Nam quod illic seminatur, volucres caeli, nempe, humana superbia deuorat. Neque sit vt sicut saxum, sed emolliatur, neque illic feminatur, facile arescat. Neque verò inter diuitiarum spinas sit conlitum, quae semen suffocare pergunt. Sed sit terra bona, vt verbum in ea terrenos humores possit in spiritu conuere. Fructus ergo secundum hunc significatum, est gaudium ab illo differens, quod est aureola. Vt inter auream, & aureolam & fructum, hoc sit interstitium, quod aurea sit visio, seu gaudium essentialē, inde le Deo viso perceptum, aureola verò sit gaudium de perfectione operis adhibitum: sed fructus sit gaudium quod de operantis dispositione accumulatur secundum spiritualitatis gradum, quo per dei verbum quilibet in suo corde feminatum profecit.

¶ Ex quo fit, quod quoadmodum aureola, ita & fructus ad gaudium pertineat accidetale, essentiali adiectum: nam pari modo de bono creato percipitur. Atque adeo fructus non semper charitatis proportionem & quantitatem insequitur. Potest enim vidua, plura charitatis opera & merita facere, quam virgo, imò & coniugatus, atque adeo in beatitudine essentiali excedere. ¶ Tertia cōclusio. Fructus etsi virtuti continentiae peculiariter tribuatur, omni tamen virtuti congruit. Hieronym. qui dem & aduersus Iouinianum & in Commentarijs Matth. 13. tres illas euangelicorum fructuum differentias soli continentiae adscripsit: quā ideo opinionem Sanctus Thomas, & reliqui Theologi sequuntur. At verò cuiuscumque virtutis est fructum ferre, verbum enim fidei in corde seminatum, omnium virtutum vberem frugem profert. Potissimum tamen in virtute continentiae fructus elacent, qui spiritualitati adscribuntur. Nam cum spiritualitas ex abstractione à voluptatibus carnalibus exurgat, eò quod caro (vt ait ad Galatas Paulus) concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, illi peculiariter virtuti tribuitur fructus, qua aduersus carnem spiritus pugnat: qualis est virtus continentiae, quae in concupiscendis venereis insulsi-

Matth. 13.

3. Cōclusio

Hieronym.

versa-

Cibus & potus.

versatur. ¶ Quod si scisciteris, cum actus temperantiae circa cibum & potum sint magis necessarii quam circa venerea, cur non tam proprie & aequaliter, in ipsis ponitur fructus atque in reliquis? Respondetur, quia non sunt tam vehementes. Sunt enim venerei adeo exorbitantes, & violenti, vt quemadmodum, ait, Hieron. in carnali conflictu neque spiritus prophetiae corda prophetarum tagat, & quemadmodum. 7. Ethic. ait, Philosophus, in illa delectatio vix sit possibile quidpiam intelligere. ¶ Ex his demum colligitur quarta cōclusio. Tres sunt fructus, tribus virtutis gradibus cōsignati illi, scilicet, quod Matth. 13. referuntur, tricesimus, sexagesimus, & centesimus. Hi verò tres gradus generaliter in omni virtute constituuntur, qui sunt gradus continentiae, quando homo cum passionibus conuictatur: & temperantiae, quando illas habet sedatas & heroicas, quando nulla profus insurgunt, sed homo pacatè viuunt. Et ideo Christus in maligna terra tres distinxit gradus, scilicet, in continentiae, quando homo est sicut in via quibuscumque corruptis affectibus expositus: imò illos praenues: & illorum qui verbum virtutis concipiunt, sed praecordis ariditate humorem non habent, vt crescat: & illorum qui humorem quidem habent, scilicet, non nullum virtutis affectum, sed solitudine secularium exortum semen suffocant: ita & in terra bona tres distinxit ordines, qui in quacunque virtute reperiuntur: qui sunt incipientium, proficientium, & perfectorum. Nihilominus quia hi tres generales virtutum gradus peculiariter in virtute continentiae existunt, tres isti fructus eidem virtuti peculiariter adaptantur: vt pote per quam spiritualitas, vt expositum est, comparatur. Est enim minimus quantum ad meritum, sed maximus quantum ad necessitatem: vt carnis concupiscentia & delectatio aduersus legem Dei non exorbitet, sed iustus sit officij contenta. Atque hic est in coniugatis, fidem coniugij legitime seruantibus. Alius vero est spiritualis gradus paulo minor quo ad necessitatem, sed maior quo ad meritum: quo, scilicet, se homo à licitis complexibus abstrahit, non tamen perpetuo vinculo sed libero, à quo possit abscedere. Atque hic gradus est in viduis. Sed tertius est maximus meriti quo, scilicet, homo sic in statu spirituali constituitur, vt à carnis complexibus & voluptatibus perpetuo proposito alienetur. Atque hic est in virginibus, qui propositum habent in perpetuum carnis integritate seruandū: hoc enim propositum etiam citra votum, ad virginis aureolam sufficit. Quauis itatus continentiae vt paupertatis & obedientiae, voto firmiori firmetur. Primus ergo dicitur trige-

4. Cōclusio

Fructus tres.

Tricesimus sexagesimus & centesimus.

simus, secundus sexagesimus, & tertius centesimus. ¶ Rationem autem huiusmodi numerorum forsitan non aliam comminisci opus esset, quam quod tricesimus fructus plurimum esse solet femini iustus in terra bona: qualis erat terra illa promissa quae Iordanis interluebat: vt, scilicet, modius ad triginta proueniat: & ideo adaptatur minori gradui virtutis, quippe qui necessarius est. Solet autem ad duplum benigna gleba illum proferre. Veruntamen quasi per miraculum, vbi solū feracissimum est, ad centesimum prouenit. Legitur enim Gen. 26. quod cum Isaac in Geraris sementem fecisset, inuenit in ipso anno centuplum, quasi beneficio diuino. Vnde subditur. Benedixitque ei dominus.

¶ Nihilominus patres, qui istorum sunt numero obseruatores, ad denarium, qui est numerus madorum perfectus, tanquam ad radicem eos referunt. Tricesimus enim numerus ex denario per ternarum ducto confurgit. Ternarius autem, vt 1. de Coelo, & mundo, ait, Philosophus, integrum corpus significat, quod longitudine, latitudine, & profunditate constat: & rursus principio, medio, & fine. Et ideo significat illum spiritualitatis gradum, qui est virtuti necessarius. Sexagenarius autem conflatur ex eodem denario per sex multiplicato: senarius autem quippe qui ex partibus suis aliquoties, vno, duobus, & tribus constat, duplo perfectior est. Sed centesimus numerus ex eodem denario per se ipsum ducto prouenit perfectissimus est: nempe numerus cubus, hoc est quadratus omni ex parte aequalis, & talis est in omni virtute gradus heroicus, vt in virtute fortitudinis martyrii, vt in lib. de virgi. ait, August. & in virtute misericordiae omnia abijcere & dare pauperibus, atque in virtute continentiae status virginis. Quapropter non opus fuit similem proportionem in his excessibus seruare, sed rationem perfecti numeri. Nec aliud Christus dicere voluit quam quod fructus ex semine verbi aliquando ille prouenit, qui iuste solet ex semine prouenire: aliquando verò duplus, sed aliquando communitissimus. ¶ At quo tandem Bede rationem adhibeamus, quae minime est contemenda, numeros illos ad digitorum refert dispositionem, qua apud Romanos in more erat annos supputare tacendo: vt dum depicta imago contractum habebat minimum sinistrae digiti, significabat annum vnum: si verò solum secundum ab illo contrahebat duos &c. Numerus verò tricesimus pingebatur in eadem sinistra, pollice & indice molliter se osculantibus. Quae ideo figura statum coniugalem designat. Numerus verò sexagenarius delineabatur eodem

Rationes numerorum.

Ratio supputandi per digitos.

Sf dem

Iuuen. Sa
ty. 1. c.

Solu. 1. ar.

Solu. 2. ar.

dem indice pollicem in modū crucis desuper
comprimente, quæ ideo figura viduitatis pref
furam poterat indicare, sed in numero cente
nario à sinistra fiebat transitus ad dextram.
Vnde de Nestore, qui centesimum ætatis ex
cesserat annum, canit Iuuenalis, atq; suos iam
dextera cōputat annos: quæadmodum homi
nes virginitas ab humana in angelicam trans
mittit naturā. ¶ Primi igitur argumenti solu
tio per ea quæ supradicta sunt liquet. Dixim⁹
enim in beata visione eminenter cōtineri om
nia quæ ad eius ornatum attinent: non enim
ex illa solam deriuatur amor & gaudium ad
beatitudinem essentialiter pertinentia, verum
& fructus oēs & aureolæ. Et in hoc sensu ipsa
dicitur status omnium bonorū aggregatione
perfect⁹. Nihilominus formaliter alia alijs bea
tis accidentaliter adhibentur. Et quauis nihil
adhiberetur, satis ad beatitudinē esset visio, vt
5. de confessio. ait, Augustinus.

¶ Ad secundum respondetur nullum esse in cō
ueniens eidem merito diuersis rationibus di
uersa præmia cōpetere. Auream, scilicet, quia
procedit ex charitate, & aureolam ex genere
operis: & fructum ex dispositione personæ. Ita
quæ sanctissimæ virgini ob nimiam eius chari
tatem post Christum summa essentialis glo
ria competit, & propter personæ heroicam di
spositionem spiritualitatis ceteris fructus,
idemq; super omnes cumulatifsimus: nā quan
uis in omnibus sit centesimus, est tamen gau
diū illud in quibusdā cumulati⁹, q̄ in alijs. Et
præterea ratioē strenuitatis operis adiecta est
ei aureola. ¶ E conuerso nō in omnibus in qui
busest fructus, est aureola, vt patet in coniuga
tis, & viduis. Et si restricte fructus accipiatur
in virtute continentie potest è conuerso in mar
tyre esse aureola sine fructu. Secus si fructus ac
cipiatur pro gaudio, quod gradui cuiuscunq;
virtutis respondet.

ARTICVLVS. II.

Utrum tantum sint tres aureolæ?

Partis nega
tiue argu
men. 1.

2. Argum.

Secundò quæritur de numero aureo
larum, vtrum tantū sint tres? Et ar
guitur à parte negatiua. Viduæ, vt
Hieronymus author est, maiorem
difficultatem in abstinendo à carnis illecebris
patiūtur, q̄ virgines: vbi autē maior est pugna
æquius debetur præmiū: ergo viduis etiam de
betur aureola. Atque adeo nō sunt tres tantū.
¶ Secundò. Aureola est præmium, quod operi

bus supererogationis tribuitur, ait, enim Beda
super illud Ex o. 25. Aliā coronam aureolā &c.
Aureolam deorum præmio rectè intelligi, qui
generalia mandata spontaneæ vitæ perfectio
ris electione transcendūt, sed vbi necessitas oc
currit cōfiteōdi fidem, nō est opus supereroga
tionis, iuxta illud ad Romanos. 10. Corde cre
ditur ad iustitiam, ore autem cōfessio fit ad sa
lutē, ergo illis martyrib⁹ nō debetur aureola.

3. Argum.

¶ Tertio. Omne præmium quod in patria cō
ferendum est, alicui virtutis operi respondet:
quod ex Dei dono procedit, imò aureolæ non
cōferuntur nisi propter opera cōsiliij, quæ, ait,
Beda esse supererogationis: prædicare autē &
docere nō semper est singulare Dei donum, ne
quæ opus cōsiliij, imò sæpè fit per scientiam ac
quisitam humano studio: ergo doctoribus nō
debentur aureolæ. ¶ Quarto. Si essent tres au
reolæ, nō deberēt esse æquales, quia nec digni
tas operis est æqualis. Neq; vero discerni pos
set quæ nam esset excellentior, nā ex vna par
te virginitas videtur excellere, quippe cū de
virginibus legatur Apocalypsis. 7. q̄ sequun
tur agnum quocunq; ierit. Sed ex alia parte
videtur martyriū excellentius, dicēte Augus
tino in lib. de virginitate, q̄ nemo ausus fuit præ
ferre virginitatem martyrio. Sed & doctrina
prædicationis videtur ambobus præeminere
ex parte obiecti, nā versatur circa intelligibiles
veritates, cum virginitas, & martyrium versen
tur circa sensibiles affectus: nō ergo aptè pos
sunt tres aureolæ distingui. ¶ Quinto. Si Au
reolæ essent ponendæ, maximè Christo com
petent, quippe qui & virgo & doctor fuit &
mortē pertulit. Itē deberentur & Angelis. Nā
loquens de virginitate Hieronymus, ait. In car
ne præter carnē viuere pot⁹ est vita angelica,
q̄ humana. Item conuenirent & corpori, post
quā cōueniunt illi dotes, & tamē neque Chri
sto, neq; angelis, neq; corporibus aureolæ istæ
assignantur: ergo nō sunt tres. ¶ In contrarium
autē est sanctorū patrū, & ecclesiæ autoritas.

4. Argum.

5. Argum.

Pars affir
mativa.

1. Cōclusio.

¶ Ad quæstionē nouem cōclusionibus respō
detur. Prima. Tres sunt nec pauciores, nec plu
res aureolæ, scilicet, virginitatis, martyrij, & do
ctrinæ. Aureola nanq; vt modo constitutum
reliquimus, est gaudium quod propter singu
larem victoriam in hac humana militia partā
per excellentiam victori cōfertur. Sumitur au
tem hīc ternarius numerus & secundū hostes
cōtra quos pugnamus, & secundū virtutes qui
bus dimicamus, & secundū tria quibus Chri
sto vincentes configuramur. Hostes nanq; sunt
caro, mundus, & dæmon. In pugna verò
quæ est cōtra carnem, illa est victoria potissi
ma,

ma quæ à veneris insultibus, & voluptatibus,
violentissimè inter omnia delectabilia tactus
pugnantibus, per continentiam obtinetur: quæ
vtiq; victoria in virginitate sita est. Et ideo pri
ma debetur virginitati aureola. Contra mun
dum verò illa est illustrissima, cum eius infestā
persecutionem, & tyrannidem vsq; ad mortē
sustinemus: & ideo secunda aureola debetur
martyribus. In pugna verò cōtra diabolum il
la est suprema, cum quis nō solum à se, verum
& à mentibus hominum, quos calumniator il
le seducere pergit, propulsat: quod fit per sanā
doctrinam, & veritatis lucem, & ideo tertia au
reola debetur doctoribus.

¶ Atqui aureolæ istæ tribus præterea animi
virtutibus respōdēt, doctrina, scilicet, rationa
li, per quam veritas fidei diffunditur, & propa
gatur: aureola verò martyrij respōdet irascibili
quæ circa ardua versatur, & præcipuè circa pe
ricula mortis: sed aureola virginitatis respōdet
concupiscibili, quæ versatur circa delectabilia
tactus, & præcipuè circa venerea.

¶ Rursus per doctrinæ prædicationem asimi
lantur doctores Christo, quatenus mediatori
Dei, & hominū, qui quæcunq; audiuit à patre
fecit nobis manifesta: per aureolam verò virgi
nitatis asimilatur ei virgines, quatenus exem
plar fuit & decus totius puritatis, sed & marty
res eū imitatur quaten⁹ mortē pertulit crucis.

Obiectio.

¶ Quod si quis arguat, q̄ cum tres illæ aureo
læ tribus cardinalibus adaptentur: vt doctrina,
prudentiæ: & martyrium, fortitudini: & tēpe
rantia, virginitas, alia etiam debuit iustitiæ cō
stitui, imò & alia professæ paupertati, atq; alia
obedientiæ, quæ sunt consiliorū opera. Respō
detur, q̄ cum iustitia in omni virtute continea
tur, & pariter obedientia, nō indigebant singu
lari aureola: & quauis paupertas sit opus per
fectionis, nō tamen tantum habet difficultatis
in comparanda victoria, quàm pugna carnis,
& ideo illi non debetur aureola, sed iudiciaria
potestas, vt dictum est.

2. Cōclusio

¶ De virginitate hīc non est proprius disputā
di locus: pertinet enim ad materiam temperā
tiæ, de qua ideo virtute disputat D. Tho. 2. 2.
quæst. 125. sed solum ad hanc locū de ipsius
aureola dicere spectat de qua aliqui sic sentiūt
quod aureolam sufficiat actu virginitatem ser
uasse: dum tamen homo beatitudinem obti
neat, etiam si nō habuerit propositū illam per
petuò seruandi. At verò aduersus hanc opinio
nem statuitur secunda cōclusio. Ad aureolam
virginitatis requiritur propositum perpetuò
virginitatis seruandæ. Nam secundum aliam
opinionem etiam illa virgo quæ propositum

haberet nubendi, obtineret aureolā: quod vti
quæ Sancti non approbant. Aureola enim vir
ginitatis præmium est illius singularis virtutis
quatenus rationē habet virtutis. Virtus autē
virginitatis ex obiecto est cōtinētia carnis, seu
non experiri delectationem illam: ergo nō ha
bebit rationem singularis virtutis, nisi per pro
positum voluntatis illam perpetuò seruandi:
atq; adeo sine illo proposito virginitati nō de
betur aureola: neq; ceterarius fructus neq; ve
rò viduæ sexagenarius, nisi simile propositum
perpetuæ continentia habeat. Votum autem
non est necessarium: quauis per ipsum fiat
virginitas perfectior, & per solenne perfectissi
ma. Vnde August. in libro, De nuptijs & concu
piscencia. Virginitas, inquit, est in carne cor
ruptibili incorruptionis perpetua meditatio:
hoc est, propositum perpetuæ conseruatio
nis illius. Et illic rursus. Virginitas, inquit, est
continentia, qua integritas carnis ipsi creatori
animæ & carnis vouetur, cōsecratur, seruatur.
Vouetur, id est, offertur. Dicitur enim virgo à
carnis virore, qui est in mentis proposito.

Virginitas.

¶ Quod si arguas. Virgo etiam quæ absq; tali
proposito ab hac luce migrauerit gaudio de
sua integritate oblectabitur. Cōceditur, sed tñ
illud nec est aureola, nec tale meretur nomen.

Tria in uir
ginitate.

¶ Vnde D. Tho. quæstione citata arti. 1. Tria
inquit, sunt in virginitate cōsideranda. Primū
integritas carnis. Et hoc est illi accidentale. Nā
vt. 1. de ciuitate Dei idem, ait, Augus. membra
illa possunt diuersis casibus vulnerata vim per
petuè: & à medicis, & ab obstetricibus, & aliun
de. Secundum est in experientia voluptuosæ
delectationis in resolutione feminis. Et hoc est
materiale, scilicet, illam nō experiri. Tertium
verò est formale, nēpe propositum quod est
in anima. Integritas enim carnis res naturalis
est, atq; adeo nō est virtus nisi illo sancto pro
posito induatur. Quando ergo illud materiale
perditur, non tamen sponte, sed per vim relu
ctante virgine, non amittitur virginitas: quip
pe quæ semper seruatur in mente. Quauis in
illa violentia illecebra carnis voluptasq; insur
gat: quin etiam si vi corrupta cōcipiat. Siue vis
illa in cōtumeliam fidei, siue alia de causa infe
ratur. Vnde beata Lucia, Si me, inquit, inuitā
violare feceris, mihi castitas duplicabit ad co
ronam. Non q̄ duas esset obtentura virginita
tis aureolas, sed q̄ illi aureolæ aliud accessurū
erat gaudium propter patientiam toleratæ in
iuriæ. Si verò sua sponte & volūtate quis reso
lutionem feminis voluptuosè experiatur, irre
cuperabiliter perdit virginitatē, atq; adeo au
reolæ ius. Et in hoc sensu, ait, Hieronymus

Hierony.

Deum non posse virginitatē post ruinam reparare, licet possit per pœnitentiā peccatum tolli: quinetiā deinceps per cumulos pœnitentiæ fructus præmium essentiale augeri. Cuius Magdalena nobis documētum præbuit. Verū tamen dum qui virginitatem proposuit delectationes morosas mortales sua sponte sentit, aut mēte vel in nuptias vel in fornicationē, cōsentit, citra vllam tamē feminis emissionē, perdit quidem virginitatē, atq; adeo si in illo statu decederet, aureolā nō obtineret, potest tamen per pœnitentiā eam recuperare, & integrato eodē proposito perpetuæ continentiæ, sua non frustrabitur aureola.

De frigidis ¶ Percontaris autē vtrū frigidī & eunuchi ad generādum imō ad coeundū inepti, de quibus supra in materia de matrimonio diximus, valeant virginitatis aureolā promoueri. Apparet enim non posse: quia necessitas non est virtus. Hoc tamen nō obstante in libro de Sācta virginitate Augustinus affirmādo respondet.

August. Dum enim propositū habent vxorem nō ducendi, faciūt de necessitate virtutem. Ait, quippe, quibus virile membrū debilitatur, vt generare nō possint, vt sunt eunuchi, cum christiani fiunt, & Dei præcepta custodiunt, sufficit propositum non habendi coniugem.

¶ Diuus Thomas impræsentiarū negat ante legē euāgelicā virginitatem sub cōsilio fuisse, atq; adeo aureola fuisse dignam. Hoc tamē supra distin. 30. q. 2. arti. 1. disputauimus, in alteram partem sub peritiorum cēsura inclinātes.

Solu. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentū respōdetur, quōd quibūsdā pensatis rationibus maiorem pugnā sustinet virgines: sed alijs perpenis maiorem vidua. In virgines namq; multa conspirant tentamenta. Cōcupiscētia namq; propter refranati sanguinis repressiōē ardetius exurit, & rem experiundi desiderium ob curiositatem vehemētius incitat. Homines enim ad illa quæ experti non sunt, auidius anhelant. Mox & excusatio maioris voluptatis, quā in rei veritate turpitudine illa habet, ignē sufflat: & minor quā par est detrimentorū opinio, quæ tamen detrimenta magna secum affert corrupta virginitas, illecebrarum relaxat habenas, præterquā si proli cupido inter hæc sese insinuet, atq; aliarum voluptatū quæ solent maritis accrescere. Viduas autē ex altera parte præteritarū delectationum memoria valde infestat. Sed tamē quia ab alijs enarratis hostibus liberiores sunt, nō tam acri subduntur pugna, quā virgines. Quicquid autem sit de pugna, aureola tamen & palma non ei, sed victoriæ decernitur. Laus autem victoriæ

est nunquam hosti succumbere, hoc enim est in militia pulcherrimum. Et ideo non viduiti, sed virginitati proposita est aureola.

¶ Et per hæc diluitur dubitatio de sacratissima virgine, an verē habeat virginitatis aureolam. Haud enim desunt qui id negent, propterea q̄ nullam sensit pugna carnis aduersus spiritum. Quibus vt alij contradicant affirmantq; habere aureolam, in aliud impingunt extremū, dicentes habuisse pugna carnis: tametsi propter excellentiam temperantiæ & continentię, quā habuit in gradu heroico illam non senserit.

¶ Sed isti bifariam peccant. Primum cōcedentes in Deipara virgine insultum aliquem aut illecebram & tentationem carnis, cum aut fomitem non habuerit, aut eius inclinationē habuerit profus restinētā & ligatā. Secundō quia si illam nō sensit, nihil ad laudē referebat illam habuisse. Quare nō est pium talem luctā in intemerata virgine admittere. Dicēdum ergo est, q̄ etiam si carnis pugnam nullam habuerit, habet tamen aureolā modo excellentissimo. Seruauit enim illam integritatem quæ in membris ecclesiæ virginitas æstimatur. Et quādo virtutes sunt in gradu heroico, quauis nullus sit passiois insultus, adeo virtus nec perfectiois suā nec nomē perdit, vt sit etiā perfectior. Præfertim quōd beata virgo piē creditur si non carnis, Satanæ tamen iacula & tentamenta pertulisse: siquidem Christum etiam ipsum Deū versut⁹ ille adoriri nō fuit veritus.

¶ De martyrio quæ materia est fortitudinis disputat D. Th. 2. 2. q. 124. de cuius igitur tantum aureola assertur hic consideratio. De qua subiungitur tertia conclusio. Martyribus, perinde atq; virginibus, aureola debetur. Dicitur enim est aureolam non nisi propter insignem victoriā deberi. Quemadmodū autem in luctamine aduersus carnem insignis victoriā est, quæ contra venereorum pugnam obtinetur, quæ acerrima est, ita & in certamine aduersus mundum illa est illustrissima, quæ de tyrannis habetur in causa mortis: quæ (vt ait, Philosophus) omnium est terribiliū terribilissima. Et ideo martyribus debetur aureola.

¶ Accedit præterea ad eius meritum, q̄ huiusmodi victoriā non solū æstimanda est ex passiois vehemētia & magnitudine, verū ex modo, ac demū ex causa. Ex vehemētia, in quā, passiois: quia illa strenuissima patientia est, quæ tolerandæ violentæ morti impenditur: præsertim illis mortis tolerandis generibus, quibus martyres sunt ex coriati, aflatī, ac dilaniati. Ex modo verō: quoniā (vt Aristot. 3. & 7. Ethic. docet) virt⁹ fortitudinis pl⁹ laudis in expectādo, quā

Sacratissima virgo.

Impugnatio.

3. Cōclusio

Martyrij cōmendatio

quā in aggrediēdo meretur: & martyres nō solum tormentorū truculentiam expectabāt: verū inermes se se crucibus offerebāt, tanquā oues in medio luporū. Non modò neminē offendētes, verū nec se ipsos defendentes: imō paratiorēs morti ferendæ, q̄ tyrāni erant inferendæ. Quod quidem admirabile etiā tyrānis ipsis genus fortitudinis erat: & Christianæ familiæ peculiare, Christi sanguine progenitæ. Causa deniq; martyrium in culmine collocat. Non enim tantū in protectiōē virtutis aut in publicæ se se martyres morti exponūt, verū & in defensionem & confirmatiōē fieri quæ omnium est virtutum fundamentum, & spe cœlestis retributionis, quæ omnium obtinet præmiorum fastigium: & propter charitatem Dei, quæ est totius perfectiois cōsummatio, & peculiariter propter Christum ipsum, qui vt nos à Satanica tyrānide liberaret, & in Dei filios adoptaret, mortem pertulit crucis.

Solu. 2. ar. ¶ Ex ijs argumentum secundum principale solutū restat. Nam etsi (vt ait, Beda) aureolæ operibus supererogationis debeatur, non tamē ea ratione qua sunt supererogationis, sed ea qua sunt perfectiois: & ideo martyr nō solum est aureola dignus, quādo extra necessitatem sua se spōte martyrio offert, verum etiā dum à tyrāno captus, necessitas præcepti ingruit confitendi fidē, dum modo tunc volūate acceptet mortē. Ratio enim & meritū martyrij nō consistit in passione mortis quatenus ab alio inferitur, sed quatenus à martyre per vlroneā virtutis patientiā suscipitur. Quare qui renitens in patibulum raperetur, non esset martyr.

Martyrij meritum. ¶ Verū tamen ad perfectā martyrij rationem, vt mors sine volūate nō sufficit, ita neq; sine morte volūtas. Vnde quauis quis auidissimē martyriū sitiat (vt de Patre nostro & de Diuo Frāncisco ac de alijs legitur) nō est citra perpetuam mortis verē martyr: quāuis feruore charitatis possit præmium essentiale sibi augere, plusquā si esset martyr. Palma enim martyrij propterea nō tribuitur nisi susceptæ morti, q̄ quātuncunq; qui illam affectet, difficultatem tamē non nisi sub ipsum cōsiliētis articulū patitur, vbi deo ad doloris tolerantiā actus ipsos internos fortitudinis & charitatis intēdi necesse est, & nouas acquirere vires: sicuti in actib⁹ impudicis vsu venit: tunc enim affectus vehemētius feruet. Quōd autem meritum voluntatis sine morte sæpē fit maior, cōstātissimū est.

Et volūtas & mors ad martyrium requiritur. Sunt enim multi sancti in gloria, qui citra martyriū nōnullis martyrib⁹ beatitudine essentia li antecellūt: vt Ioan. Euāgelista, & Diua Magdalena. Nam & pœnitentiā ipsam D. Grego

Pœnitentiā.

rius genus arbitratu martyrij. Ait, quippe. Quauis occasio persecutiōis desit, habet tamen & pax nostra martyrium suum: quia etsi carnis colla ferro non subijcimus, spirituali tamen gladio carnalia desideria in mēte trucidamus. Hæc ille. Quāquam pœnitentiū afflictioni aureola non debeat: quoniam pœnitentiā non dicit vehemētempugnam, sed illā mensuram, quæ ad corpus edomandum idonea est: & ideo excessus non est virtus.

¶ At citra pœnitentiā cunctis martyribus lōgissimē antecellit sacratissima virgo. Tametsi non desint qui eam martyriū catalogo adscribere contendant, propter verbum senis illius Simeonis Lucæ. 2. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quinetiam in sermone de assumptione Hieronymus. Rectē, inquit, dixerim. Dei genitrix virgo & martyr fuit, quāuis in pace vitam finiuerit. Vnde etiam ipsius animam pertransiuit gladius: scilicet, dolor de morte filij. At verō (vt Diuus Thomas in præsentiarum, ait, & certē dicendū videtur) non illa ratione fuit martyr, qua martyrij aureolam habeat. Martyr enim (vt ait, Ildorus) idem est Græcē, quōd testis idemq; fidei: & ecclesia nō recipit alios vt testes fidei, quā eos, qui mortem, in eius testimonium pertulerunt. Appellauit autem eam Hieronymus martyrem, ob quandam similitudinem: scilicet, ob vehemētissimū doloris sensum, quē in corde habuit de morte filij, quod quēdā fait imago martyrij.

¶ At quæ hac ratione Bernardus tria distinxit martyrum genera: scilicet, voluntate non nece, vt Ioannes Euāgelista: voluntate & nece, vt Stephanus: nece & non voluntate, vt Innocentes.

¶ Ad verō nonnulli intelligētes, quōd vt sola voluntate absq; nece, ita neq; sola nece absq; volūate ratio martyrij completur, vt facerēt Innocentes perfectē martyres, dixerunt acceratum eis fuisse rationis vsu, veluti Ioanni Baptiste in vtero mātis. Verū tamen hoc nō est communi Theologorum autoritate susceptum. Et ideo dicendum (vt insinuare videtur Bernardus) quōd sicut Ioānes Euāgelista nō fuit perfectē martyr, sed sola voluntate, ita neque innocētes nisi sola nece, & ideo neque habent perfectā aureolā, sed quandam eius participationem: nempe gaudium, quōd mortem pro Christo fuerint perpessi.

¶ Dubium tamē est de morte, cuius passio ad martyrium est necessaria. Nam cum meritum lausq; Martyrij, vt dictum est, non tam in violenta illatione, quam in spōtanca acceptatione consistat, videtur ille qui lethale vulnus ac

Sacratissima virgo.

Martyr.

Trium martyrij genera. Bernardus. De innocētibus.

Vtrum requiratur mors.

Responsio.

cepit, licet medicorum postea diligentia, aut forte miraculo mortem euaserit, esse nihilominus martyrem: & e conuerso, qui minori quam lethali vulnere laesus fuit propter Deum, si nihilominus incuria, & negligentia mortem obiit, non esse martyrem: & tamen ecclesia neque illum catalogo adscribit, neque istum non adscribet. ¶ Respondetur, quod qui vulnus accepit lethale, quantum non illico animam expiret, sed post aliquod temporis spacium moriatur, martyr existimandus est: atque adeo aureola dignus. Vt de beata Caecilia atque alijs copulibus martyribus memoriam proditum est, qui in carcere sunt defuncti. Si vero vulnus tale fuerit, ut medicorum iudicio aestimaretur lethale, nihilominus tamen aliqua exquisitissima medicina, & diligentia euaserit, non est martyr: quia ecclesia nullum medicorum iudicium, sed solam mortem, tanquam sufficiens testimonium approbat martyrij. Secus forte si manifeste constaret sololupernaturali miraculo fuisse post tale vulnus seruatū: si enim hoc euidenter esset, fortasse haberetur pro martyre: postquam illa tanquam mors naturalis reputaretur. Quamuis neque hoc certo statuerim, sed iudicio ecclesie relinquendum est. Si vero vulnus non fuit lethale, nihilominus mors subsecuta est, quia non potuit medicamē adhiberi, martyr ille verē est, imo quamuis adhiberi posset medela, non tamen fuit adhibita, quia ille sic vulneratus, aut casus, non tenetur postquam plagam accepit, tantam diligentiam adhibere, ut curetur. Secus si adesset, qui facile ei mederetur: & ille renueret. Tunc enim videretur mortem plus nimio appetuisse, & se interemisse, quare non haberet pro martyre. ¶ Quod si roges quia si propter negligentiam mortuus est? Sunt qui dicant, non esse martyrem, quia non ex vulnere, sed ex negligentia morti occubuit. Nihilominus certum est, nisi negligentia sit adeo magna, quod sit mortalis culpa, mortem illam tanquam martyrium ducendam: quoniam negligentia non est causa mortis, sed supposito vulnere. ¶ Quid vero si quis nullam accepit plagam neque verbera: sed sola diuturna carceris afflictione in carceribus pro Christo vita defungitur? D. Tho. impræsentiarum ait, quod qui aliquibus verberibus longe ante susceptis, etiam non lethalibus in carcere tandem moriuntur, martyres reputantur, ut Marcellus Papa: sed tamen. 2. 2. quæst. 124. artic. 4. ad. 3. ait. Quod pro sola tolerantia carceris, exilij vel rapinæ diuitiarum martyrium non reputatur: nisi forte secundum quod ex his sequitur mors. Vbi sola tolerantia carceris, & exilij usque ad mortem appellat martyrium, quamuis nulla verbera præcesserint. Et certe ita videtur dicendum,

Propter negligentiam mortuus.

De solo carcere.

dummodo illa tolerantia sit causa mortis. Nam Marcellus licet longe antea fuerat fustibus caesus, læsio tamen illa nulla fuit eius mortis causa, sed quia post certum tempus stabulo deputatus est ad seruiendum animalibus, & illa fuit afflictione defunctus. Et ratio quoque id persuadet: nam afflictio illa, verberum loco existimatur. Diuturnitas tamen carceris, nisi fuerit usque ad mortem, non dicitur martyrium, ut legitur de Syluestro.

¶ Alia vero temporalium bonorum amissio citra mortem, etiam si propter Christum fiat, neque martyrium est, neque aureolam meretur. Quamuis quispiam bona temporalia, scilicet, diuitias, vel honorem, vel famam pluris aestimet, quam vitam: nam ex genere suo sola vita est, in qua exponenda egregius fortitudinis actus, vt. 3. Ethicorum, ait, Philosophus, locum habet.

¶ Ad hæc tandem notandum, quod neque voluntas appetendi mortem, neque mors ipsa eadem voluntati adiuncta, nisi causa ad sit fidei, aut religionis sufficit ad martyrium. Quamuis, inquam, vita in defensionem Reipublicæ, aut pudicitie, aut alius cuiusvis virtutis politice exponatur, nisi id referatur in fidem, aut virtutem infusam, quæ aut Christum, aut Deum habet pro obiecto, non censetur martyrium. Itaque formaliter, vel virtualiter debet esse confessio fidei, & testimonium eius: hoc enim sonat martyr, quod testis fidei. Beata enim Agnes quæ pro tuenda virginitate colla gladio submitit eo celebratur ut martyr, quod id fecit in testimonium fidei, quia virginitatem, quam Christo vouerat, tueri voluit. Quare quicumque mortem subiret in testimonium alicuius virtutis: nempe, ad defendendum esse virtutem, dummodo fidei id Christi faceret, verē esset martyr, & pariter qui rempublicam defenderent, ut fidem protegerent, nempe, si illam à Turcis, & infidelibus tutarentur, vel ab hæreticis, qui religionem Christianam subvertere contendunt. Secus si ab alio Christiano rege tanquam milites temporales illam defenderent: tibi enim quamuis virtutem fortitudinis exercent, non subinde martyrij aureolam promerentur.

¶ Ex quo sequitur, quod etiam ante legem euangelicam potuerunt homines aureolam mereri, ut Machabæi, qui pro religione pugnabant: licet illam in limbo quousque eos Christus in cælum euexit, non obtinuerint. Et idem est de Ioanne Baptista: qui cum ob zelum propugnandæ iustitiæ capite truncatus fuerit, id ad religionem retulit, & fidem, nempe, ut ostenderet adulterium peccatum esse

Causa martyrij.

Ante legem euangelicam fuerunt martyres.

De Sanson.

esse & ideo egregius fuit martyr. Imò si qui forte lege naturæ pro religione veri Dei cum sola fide implicita morti occubuerit, ut martyr nunc in cælo aureola insignit. Et multo æquius hostes religionis occideret, super seipsum cõicit. Sunt enim multi martyres in cælo, quos ecclesia, nisi in festo omnium sanctorum, non celebrat. De quibus ad Hebræos. 11. Apostolus ait, Per fidem vicisse regna, operatosque, fuisse iustitiam, qui obturauerunt, inquit, ora leonum, & extinxerunt impetum ignis, & fortes facti sunt in bello. Alij differti, alij vero ludibria & verbera experti, insuper & carceres, lapidati, secti, egētes, angustati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ.

De illis qui se perimunt.

¶ Postremum denique argumentum soluendum restat, quod, ut Augustinus, primo de ciuitate Dei autor est, nemini licet sibi manus iniicere quicumque; ex causa, atque adeo multo minus se se occidere, & tamen multi martyres leguntur se se peremisse, ut metum violandæ pudicitie euaderent, atque, ut tyrannos præuenirent. Legitur enim ecclesiasticæ historiae libro. 8. capit. 12. de quibusdam feminis, quæ cum ad sacrificandum ducerentur, & in media via Satanici ministri earum pudicitiam sollicitarent, ne polluerentur, aut sacrificare cogerentur, in fluvium se præcipitarunt. Et beata Apollonia cum à licitoribus interrogum comburenda teneretur, eorum manibus elapsa in ignem se eundem proiecit. Respondetur verò id diuino instinctu in exemplum egregiæ fortitudinis fecisse, ut tyrannorum rabies admiratione vinceretur, dum videret pro Christo sic sexum illam fragilem mortem contemnere. ¶ Tertia demum est doctorum aureola de qua subnectitur quarta conclusio. Doctorum aureola nec prælati tantum quibus munus prædicandi incumbit, neque verò illis nisi munere suo fungantur, sed cunctis qui actum prædicandi & docendi, siue voce, siue scripto exercent, debetur. Aureola enim hæc non debetur ratione status, nempe, ratione episcopatus aut præfecturæ cui annexum est officium prædicandi: nec verò propter habitum scientiæ quo quis docere potest, sed propter actum, in quo ratio meriti consistit, iuxta illud. 2. ad Timotheum. 2. non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Imò qui statum habet vel habitum sine usu, maioris est opprobrij dignus, maiorisque sit criminis reus. Veruntamen non pro vna aut altera concione vel lectione, sed pro professione docendi expectanda est aureola, siue lingua siue calamo id fiat: dum tamen in obsequium fidei munere illo doctor fungatur.

Et potissimum ut incredulos aut hæreticos lucrifaciat, seu ut illos ab ecclesia arceat: diuinoque regi caueat. Nā docere, profanas literas aut humana iura, non est aureolæ meritum.

¶ Ad tertium igitur argumentum negatur officium prædicandi non esse opus virtutis, & supererogationis: imò est opus misericordie: & quamuis doctrina ad prædicandum humano studio acquiratur, est nihilominus opus perfectionis, quin etiam perficientium alios: ad quod munus Deus credendus est illis specialiter opitulari, qui eius gratia id faciunt: nempe, ut fidem eius & legem elucident & persuadeant. Quapropter (ut de martyrio dictum est) non solum quando docere spontaneum opus est & supererogationis, verum & quando necessitas occurrit præcepti comparatur aureola. Imò tunc cumulatius est meritum: ut puta quando id ex officio & ratione status incubet: & præsertim quia hæreses pullulant, tunc enim ingruentibus lupis cõtinenter indefessaque debet pastorum sibilus & clamor crebrescere. Est tamen prædicatoribus ac fidei doctoribus solerter inanis aura cauenda, quæ aureolam illis vel auferat vel deterat. Scientia enim inflat: cum tamen ad hanc aureolam promerendam potissimum requiratur humilitas. ¶ Subsequitur ut has inter se aureolas conferamus, meritoque suo cuiusque perpendamus. Sit ergo quinta conclusio. Quamuis singulæ istarum quæ dictæ sunt aureolæ, alias merito superent, & vicissim ab alijs aliaratione superentur, simpliciter tamen martyrum aureola cæteris antefertur. Probatur prior pars. Si meritum ex pugnae rigore & acerbitate perpendatur, aureola martyrij quodammodo præeminet aureolæ virginitatis: sed quodammodo ab illa exceditur. Certamen enim in martyrio truculentius est, quod ideo in cõflictu celsiorem exigit animum, maioriq; fortitudine & charitate robustum: sed ex altera parte diuturnitas pugnae carnis in virgine patientiam longiore & longanimitate requirit. Nihilominus ex genere suo, quia terribilissimum est mors, simpliciter, palma martyrij est præstantior. Veruntamen si excellentia ex obiecto & materia perpendatur, aureola doctorum illustrior est: quoniam huiusmodi pugna circa intelligibiles veritates versatur: cum alie non nisi circa sensibiles effectus versentur.

¶ Posterior verò conclusionis pars probatur: Secunda nam et si in virtute perfectio obiecti, vnde spes pars. cies fortitur, præferatur, tamen in aureolis, quæ victoribus decernuntur potius habenda est ratio difficultatis in vincendo: & quia hæc in martyribus præeminet, eorum aureola simpliciter est gloriosior. Vnde Christus Matthæ. 5. in calce

omnium beatitudinū, quasi omnes vno verbo cōplexus. Beati, inquit, qui persecutionē patiūtur propter iustitiam: quoniam ipsorū est regnū cœlorū. Ob idq; ecclesia in sanctorū catalogo martyres doctorib; ac virginib; præfert.

Solu. 4. ar.

¶ Et per hæc quartū argumentū solutū restat. Vnaquæq; enim virtus suū habet priuilegiū, & excellentiā: de virginibus nāq; propter eximiam puritatem: & quia cœlestem angelorū candorem referunt, legitur Apocal. 14. quōd cantant canticū nouum, nempe, nouum epithalamium, atq; sublimiorem hymnum q̄ solet in thalamis carnalibus cani: & ideo tāquā sponsū sponsæ sequuntur agnum quocūq; ierit: quia in pluribus assimilantur Christo (vt in libro de virginitate, ait, Augustin;) propter eximiam humilitatem, quæ virginitatis cādo ri annexa est, licet non tam propē eum imitentur quā martyres. ¶ At quoniam nō solū vna aureola cū alia alterius speciei, verū, & cum alia fecum simili in specie cōfertur, subiungitur sexta conclusio. Aureola virginitatis potest esse in vno virgine cum alio: & similiter aureola martyris & doctoris. At quia statim se offert in cōtrarium argumentum, quōd videntur aureolæ in culmine charitatis existere, & id quod in culmine est nequit maius minus esse, adnotandum est, quōd præmium in aureolis crescere potest, aut ex radice meriti, quæ est charitas, aut ex genere operis. Quando ergo crescit ex radice charitatis, augetur aureola, hoc est essentielle præmiū. Quādo verò ratione operis, crescit solum gaudium, quod est aureola. Potest, inquam, fortē martyr vnus feruentiori charitate minores pati cruciatus, atq; alius minori charitate subire maiores, tunc ergo præmiū essenziale prioris auctius erit, aureola verò posterioris cumulatior. Idemq; vsu venit si ex duobus Doctoribus vnum cum minori charitate maiorem adhibeat diligentiam prædicandi. Et pariter est de virginibus censendū. Potest enim aliqua quæ in maiori est charitate solertiū occasiones impudicitæ cauere, atq; ab illa cautius elongari, quæ ideo maiorem habebit aureolam. Igitur aureola neq; semper est in charitatis culmine, neq; charitatis insequitur proportionem. In deipara verò virgine vtraq; ratione excellentissima omnium aureola resulget.

7. Conclusio

¶ Tandem de subiecto aureolæ dicere superest. De quo septima adhibetur conclusio. In Christo domino nostro, quāuis quicquid in alijs beatis aureolæ nomen habet, eminentissimo modo existat, tamē propter eius excellentiam, nec ratio neq; nomen aureolæ inuenitur.

Probatur prior pars. Christus & virginitatis fons fuit, & decus eximium, & martyriū firma mētum, & robur, & doctorum fulgentissimū lumen. Imò quāuis nulla carnis tentamenta vllum in eo motum habuerint, labores tamen plures hausit, & in passione dolores, ac subinde naturalē legitimamq; sensit carnis infirmitatem mortē formidantis: ob quas pugnas, & luctas, quas heroicē vicit, quidam ei aureolam martyrii adscribere contēderūt. At verò cum aureola diminutionem, ac perinde participationē gaudij designet, fas nō est illam Christo attribuere, qui nō participationē sed plenitudinem omnium habet gaudiorū, de cuius plenitudine omnes accipiūt. Igitur sicut de dotibus diximus, quæ secundū hanc rationē non sunt in Christo, sed aliquid excellentiū, cui dotes aliorum assimilantur, ita dicendū est de aureolis. Fuit enim in Christo plena victoriæ ratio, cuius similitudine victores omnes constituuntur, iuxta illud Ioannis. 16. In mundo pressuram habetis, sed cōfidite, ego vici mundum, Et alibi. Si mūdus vos odit, me priorem odio habuit. Et Apoc. 5. Ecce vicit leo de tribu Iuda. & cap. 3. Qui vicerit, faciā eum sedere in throno meo, sicut ego vici, & sedeo in throno patris mei. Igitur quia ipse est in throno patris, plus quā aureolā habet, sed quia alij merentur thronum eius, sūt gaudiorū participes, quæ aureolæ dicuntur. Et similiter in doctrina ipse est lux patris, iuxta illud. Quæcūq; audiui a patre meo nota feci vobis, sed alij suæ sūt lucis participes.

8. Conclusio de angelis.

¶ Octaua conclusio. Neq; in angelis est propriē ratio aureolæ: nā aureola præmiū est merito respōdens, in angelis autem virginitas nō meritū, neq; victoria pugne sed rei natura fuit. Et in hoc sensu, ait, lib. de virgi. Hieronymus, q̄ in carne præter carnē viuere vita angelica est, id est meritū angelicæ naturæ simile, quia virgines per gratiam naturam imitātur angelicā. Et quemadmodum contra carnem non sunt colluctati, ita neq; contra mūdū dimicauerunt, vt mortem oppeterent: pugna enim illa quam contra Luciferum in cælo habuerūt, metaphorica fuit, quia illos tanquam Dei ministri de illo fastigio deiecerunt: & ideo neque aureolam martyrii meruerunt. Et quāquam Deus per superiores angelos aliqua inferioribus reuelat, illa tamen reuelatio neque explicatio fidei est, quæ non est in beatis, neque doctrinæ habet rationem, quæ sit, iuxta verbum Dionysij, purgatio: & ideo neque illa ratione aureolam merentur doctorum. Sed omnes vnicō modo, nempe per conuersionem in Deum per gratiam, & auxilium Dei eodē modo beati-

Nona cōcl. de corporibus.

titudinē meruerūt, & ideo diuersis aureolis nō discernuntur: veluti homines, qui ad illam diuersis modis, & officijs promouentur.

¶ Nona conclusio. Aureola nō est principaliter in corpore, sed in mēte: quāuis per quandā redūdantiā resulget in corpore. Est enim, vt dictū est, animi gaudiū. At verò quemadmodum essentialis beatitudo, quæ in anima cōstitit, in corpus per dotes gloriæ refunditur, quæ quidem dotes vniuersis beatis cōmunes sunt: ita & aureolæ, quæ sunt quorundam peculiareres, aliqua habent insignia in corpore.

¶ Quod si quæras vtrū in toto corpore, an in quibusdā mēbris. Ex sacris literis nihil cōpertum habemus. Sūt tamē conjecturæ: vt appareat in capite coronulæ figuræ, nā aureola coronulā, vt diximus, significat. Neq; probabilitate caret, vt quādam colorū varietatem præferant: nā & corpora ipsa colorata erunt. Non quod ex commixtione qualitātū quæ in beatis sunt naturales, varietas illa colorū in aureolis oriatur, quippe cum sint supranaturalia insignia, sed q̄ claritas ipsa gloriæ in capitibus virginū decorum quēdam alboris præferat: & in martyribus subrubere: & in cōfessoribus subviride. Et fortasse in manibus virgines cādida lilia gestare apparebunt, & martyres palmā. Arbor enim illa, quam cōtra impostam sibi molem Philosophi assurgere aiunt, martyrum patientiam & tolerantiā significat: & in doctoribus apparebunt subvirides rami: nihil enim vetat quo minus cœlestis claritas illas repræsentet varietates. At verò alia martyrum insignia, vt Pauli ensē, & Laurentij craticulam nō oportebit illic repræsentari. Cicatrices autē martyrum non reputantur aureolæ, nam multi illic erunt sine cicatricibus martyres, vt qui nō gladio, sed submersi vel inedia confecti martyrio coronati sunt.

Paulus.

¶ Per hæc igitur argumentū vltimū solutū restat. Et hæc de amplissima beatitudinis materia ad Dei gloriā dicta sint, qui nos ad eius cōtemplationem admittere dignetur.

DISTINCTIO

Quinquagesima, De statu, & pœnis damnatorum.



Text. Cap. 1.

¶ Oelicissimæ beatorū gloriæ miserimam dānatorum calamitatem tandem opponamus

oportet: quos infernus locus manet, & gehennæ perpetua flamma, & exteriores tenebræ. Etenim neque ignis ille purus est: sed stagnū, inquit, Ioan. ignis ardentis sulphure. Et in psal. Ignis sulphur, spiritus procellarum pars calicis eorū. Quare & sine luce ardet, & quasi ventorum impetu fremens miseros concremare non cessat. Quod si, vt est apud Iob, ab aquis niuium transibunt ad calorem nimium, transitus tamen ille omni est refrigerio destitutus.

Apoc. 19.

Psalm. 10.

Iob. 33.

Cap. 2.

¶ Tam animæ ergo illic quā corpora perpetuos sentient cruciatus: is enim sensus est illius verbi Domini. Ite in ignem æternum, nempe, vnde nulla est futura redemptio. Fuerunt enim Origenianiste, vt refert Augustin. de hac hærese. Lib. de hærese. cap. condemnati, qui arbitrabantur finem quandoque genus illud suppliciorum habiturum. Prima autem calamitatum in illo ergastulo illa censetur, quōd à regno cœlesti sint in perpetuum relegati, diuinoq; priuati conspectu: quam damni pœnam appellant. Vnde August. quales illæ sint exteriores tenebræ futuræ, super sextum psalmum sic enarrat. Ira Dei in iudicio erit, & hic est in cæcitate mentis, cum dantur mali in reprobū sensum. Ibi exteriores tenebræ erunt, quia tunc peccatores penitus erūt extra Deum. Quid est enim penitus, erunt extra Deum,

Sf 5 nisi

nisi esse in summa cæcitate? Siquidem inhabitat Deus lucem inaccessibilem. Hæ autem tenebræ hîc iâ incipiunt in peccante, cum ab interiori Dei luce secluditur, sed nō penitus dum in hac vita est. Hæc ille. Itaq; in hac vita etiam peccatores ex terra hac luce corporea fruuntur, sed in illo ergastulo, quo cum corporibus damnati detrudendi sunt, nō solum interioribus animæ tenebris delictorum, verum & exterioribus corporum caligabunt.

Cap. 3. ¶ Secunda nihilo minor animarū pœna est perpetuū eorum odium, quo in diuinā bonitatem cōtinenter exurgunt, nā superbia eorū quæ te odertunt, ait, Psalmista, ascendit semper. Peius enim est dei bonitatem odisse quā lucem nō cernere. Hoc enim pœna est, illud verò culpa. Quauis odium illud non sit rā nouum peccatum, hoc est meritū noui supplicij, quā supplicium mali meriti, quod in hoc seculo perpetratur: nam vt in Ezechiel. ait, Augustin. neque beatis voluntas, neque damnatis facultas poterit vlla esse peccandi: vel vlla conditio moriendi. Itaque vt confirmatissimus ille beatorum amor non est meritum noui premij, ita neque obstinatissimum illud, pessimumque in damnatis odium dei, demeritū est noui supplicij: quia vtriq; extra viam sunt, statumq; bene, aut malè merendi.

Cap. 4. ¶ Tertia subinde miserorum pœ-

na est sensus: nempe igneus cruciatus, quem etiam animæ antea quā sua resumant corpora patiuntur.

Etenim quauis lib. de ciuita. Dei. 20. Augustin. cuiusmodi ille ignis fuerit, subiudice reliquerit, postmodum tamen corporeum esse agnouit: eodemq; nihilominus spiritus cruciari. Cur enim, inquit, non dicamus, quauis miris, tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi? Hactenus ille. Patiuntur ergo nūc etiam animæ inextinguibilem ignem & vermen viuacissimum, iuxta illud Marc. 9. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quā duos pedes habentem ire in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermes eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et in eccle-

Lib. 2. de ciuita. c. 16.

Lib. 21. c. 12.

Ecclesiastico. c. 7.

Luca. 13.

Cap. 5. ¶ Cæterum in postrema carnis resurrectione calamitosi illi corporibus induentur, quæ sint sua grauitate ponderosa, sic tamen in malum suum incorruptibilia, vt tamen sint perennibus tormētis passibilia. Vnde in Apocal. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, & desider-

Apocal. 9.

siderabunt mori, & fugiet mors ab illis. Dolores ergo mortis sine spe moriendi sentient. Infelix fors & horrore plena: vita mortis imago, vbi nec passionis cōsolatio vlla, nec liberationis spes reliqua: mors quæ miseros, neq; verè permittit viuere, neque ab illa vitæ vmbra vnquam eripere valet. Vtinam ergo nobis Deus illam caueat perpetuam mortem, & donet suā vitam æternam.

DISTINCTIONIS Quinquagesimæ, De statu & pœnis damnatorum. Quæ- stio vnica.

ARTICVLVS. I.

Utrum ignis inferni sit corporeus.

Postrema tandem quinquagesima distinctio in disputatione, de state & pœnis damnatorū versatur, quæ vnica erit quæstione contenta. Et quidem à loco inferni inchoandum nobis esset,

nisi illum distin. 45. circa centrum terre reconditum constituissemus: & idè primum de igne quæritur, vtrum sit corporeus. Et arguitur à parte negatiua. Primò autoritate Damasceni lib. 4. c. vlt. Tradetur diabolus & peccatores in ignem æternum: non materialem, qualis est qui apud nos est, sed qualem nouit Deus. Et Augustinus. 12. super Genesim. ad literam capit. 32. quærens cum anima de corpore exierit, vtrum ad aliqua loca corporalia, feratur, an ad incorporalia corporalibus similia, respondet: qd cum spiritualis sit, non corporalia loca, sed ad spiritualia, aut ad loca pœnalia, similia corporalibus fertur.

Parte negatiue argum. 1.

2. Argum.

3. Argum.

¶ Secundo arguitur ratione. Ignis corporeus non potest animas, quæ spiritus sunt, cruciare: animæ verò modo sine corporibus cruciantur: ergo ignis ille nō est corporeus. ¶ Tertiò. Ignis corporeus naturali impetu agit: ergo illa

combustibilia, quæ illi applicantur, æqualiter vrit: dānati verò etiam in corporibus nō æqualiter, sed pro cuiusq; merito tormenta eius patientur. Ait enim. 4. Dialogorum Greg. Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores, vnusquisq; quantum exigit culpa, tantū sentiet de pœna: ergo nō est corporeus. ¶ In cōtrariū est illud Matthæ. 25. Pars affirm. Ite in ignem æternū. ¶ De illo inferni perhorrendo igne multi in primitiua ecclesia dubitarunt, esset ne corporeus, quæ vtiq; opinionum ambiguitas ex Philosophorum placitis ortum habuit: nam cum illi corporū resurrectionem non agnouissent, solius animæ corpus egressæ pœnā, aut præmium profitebatur. Et quoniā neque satis intelligebāt quomodo spiritus ab igne corporeo pati posset, eiusmodi igne diffitebatur, affirmātes, vt ait, Auicenna, quicquid de animorū pœna euulgatur, per metaphorā esse intelligendū. Vt quemadmodū fœlices animæ non de re aliqua corporea, sed spirituali oblectabatur, quia suum se finem cōsequutas vident, ita & afflictionem malorū, spirituales duntaxat putabant: nēpe, quia à suo sunt sine semotæ. At quia illa tristitia vulgo non potest nisi per similitudines corporales ostendi, dicuntur per metaphorā igne affligi, & præterea, vt metu viuentes exterreantur.

¶ At quoniā alij etiam ex philosophis eo vsq; sunt cognitione progressi, vt crederent separatas animas nō solum pœna dāni propter auersionem à suo fine: verum & sensu affligi, alij cōmētū sunt animas corporū similitudinibus cruciari, vt homines phantasticis imaginationibus torquentur in summo: de quo vilionū genere 12. de ciuita. Dei. meminit August. cap. 21. Veruntamē quoniam neque hoc gaudiorum, aut suppliciorū modum satis rei satisfacere alijs videbatur, tertium Philosophorū placitū, quod & Auicenna refert, fuit, qd animæ hæc corpora mortalia exutæ alijs vniuntur cœlestibus corporibus in quibus perpetuò vel præmijs fruuntur, vel afficiuntur supplicijs. Hoc autē. 1. de anima Aristoteles probat esse falsum: nā anima, vt suo est proprio corpori accommodata, quæ nō potest in aliud transire, vt Pythagoras comminiscatur: ita & suis certis vitatur organis, vt alijs vti non valeat. Neq; verò soli Philosophi, verum & patres Sancti de hoc aliquando hæsitauerunt. Vnde Augustinus. 20. de ciuit. Dei. cap. 16. Qui, inquit, ignis cuiusmodi, & in qua mundi vel rerū parte futurus sit, hominem scire arbitror neminē, nisi fortè cui spiritus diuinus ostendit. Subiungit tamen, quòd in postrema die seculi mundanorum ignium conflagratio-

Philosophorū placita.

Aug. 10. c. 6.

gratione mūdus peribit insinuans fortē q̄ etfi de igne quo nunc torquentur animā, ambigi possit, sit ne corporeus an spiritualis, tamē de illo, qui damnatos cū suis corporibus in infernum obrudet, quem sunt perpetuō perpeffu ri non esse dubitandum fore corporeum.

1. Cōclus.

¶ His ergo recensitis opinionibus, ad quæstio nem quatuor conclusionibus respōdetur. Prima. Ignis inferni est corporeus ab initio mūdi ibidē creatus. Probatur primō ex regula, quā supra pluribus locis commendauimus, nempe q̄ quoties verbum sacræ scripturæ, eo præfer tim loco, vbi historia narratur, in sensu literali sanē interpretari potest, sic est interpretandū, ait, verō Christū dicturum se dilectis suis. Venite benedicti patris mei percipite regnum: ac subinde damnatis, Ite maledicti in ignem eter num, qui paratus est diabolo: vbi prior pars ad literam intelligitur de regno quod etiā in corporibus beati possidebant: ergo non est cur non & ignis nomen ad literam corporeum signifi cecit, paratum ab initio diabolo. Mox accedit & ratio. Damnati resumptis corporibus igne sunt corporeo cruciādi: & non est credibile tunc totum esse creandum: quauis ignis conflagrationis sit illi adhibendus: ergo & nūc est ibi corporeus. Et confirmatur hoc, Si verbum illud, Ite in ignem æternum, corporeum significat, vt pote quo damnati cum suis corporibus mittuntur, & subdit Christus, Qui paratus est diabolo & angelis eius, consequens fit, vt idem corporeus ignis sit ab initio in inferno. ¶ Deinde arguitur. Si non sit verus corporeus ignis nō est cur potius dixerit in ignē, q̄ in aquam, vel aerem æternū: nam quantum ad spirituale tormentum non plus ignis confert, q̄ aliud elementum quodlibet. ¶ Præterea ob id ignis potius quam res alia prædicatur in inferno torquere miseros, q̄ elementum illud propter vehementissimā agendi vim, horren dissimum est, ac perinde ad vitæ cæda crimina, & scelera quæ contra Dei omnipotentem bonitatem committuntur, aptissimum: si autem non esset corporeus ignis, neq; vehementiorē haberet cruciandi vim, neq; significantius ter rendi nomen: quod esset religioni Christianæ quoddam deceptionis genus. ¶ Solet illud Lucæ. 16. de diuite epulone in huius cōfirmatione sententiæ accumulari. Quia crucior in hac flamma. At verō Augustinus. 2. 1. de ciuit. Dei cap. 10. efficaciam loci huius infirmat. Nam vbi, ait, ille miser. Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti in aqua, vt refrigeret linguā meam, neque lingua eius neque digiti Lazari poterant vsurpari pro corporalibus membris:

Ratio cōcl.

quoniam neq; epulo in inferno, neq; Lazarus in limbo corpus habebant. Quare & flamma uidet̄ spiritualiter intelligēda: veluti & aqua. Vnde lib. 8. citato super Gene. Illum, inquit, diuitem in ardore poenarum, & illum pauperem in refrigerio gaudiorum intelligendū nō dubito: sed quomodo intelligenda sit illa flamma inferni, ille sinus Abrahæ, illa lingua diuitis, ille digitus pauperis &c. vix fortasse à manu fuerit querentibus, à contentiosē autem certā tibus nunquā inuenitur. Veruntamen salua Augustini autoritate dici posset, q̄ cum Christus ad normam intelligendi nostrā, parabolam admetiretur, ambos induxit acsi in corporibus illic essent. Et ideo nō medio cre argumētum inde sumitur, q̄ vera sit illic flāma, eadem que ad eō terribilis, vt distillantem aquā guttulam ille miser pro refrigerio duceret. Quare Gregorius. 4. lib. Dialogorum, atq; alij hoc loco idem cōfirmant. ¶ Accedit & illud Sapientia. 1. 1. per ea quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Peccant enim homines per res sensibiles: igitur ergo torquentur sensibili. ¶ Ad hæc & verbū Christi Matthæi quinto. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui dixerit Racha, reus erit concilio, qui autem dixerit fatue reus erit gehennæ ignis, plurimum momenti affert ad probandū corporeū illic esse ignem: quod grauissimum est supplicium. ¶ Ad hæc etiam dem accedit autoritas Augustini, qui licet ante ambigūe fuerit de hac re locutus, tamen loco nunc proximē citato de ciuit. Dei affirmatius asserit esse ignem corporeum: quo etiam nunc & dæmones & humani spiritus cruciantur. Cuius sententiam Gregorius. 4. dialogorum amplectitur cap. 29. dicens. Ob id quod Christus dicturus est. Ite in ignem æternū, qui parat⁹ est diabolo & angelis eius, docemur incorporeos dæmones corporeo igni cruciari, atque ad eō nihil esse mirum si & animæ antequam accipiāt corpore, possint corporea sentire tormenta. Hæc ille. Postremū denique argumentum sumitur ex purgatorio, de quo primū ad Corinthi. 3. ait Paulus, quod si quis superedificat ligna fœnum stipulā &c. saluabitur quasi per ignem. Vnde eodem libr. 2. 1. Augustinus cap. 29. sic colligit. Si hoc temporis interuallo, donec dies resurrectionis adueniat, spiritus iusti defunctorum ignem dicuntur perpeti purgatorium, quem non sentiant illi, qui non habuerunt tales mores & amores in huius corporis vita, vt eorum ligna & fœnū & stipula consumatur. ¶ Quod si quis sciscitetur an ille ignis eiusdē sit speciei cū nostro, quauis hoc nequeat per sacros testes fieri certum,

Aug. autoritas.

Depurgatorio.

De diuite epulone.

2. Conclu. tum, subiungitur tamen secunda conclusio.

Ignis ille eiusdē speciei est cum isto quem videmus: quauis materia sit fortē diuersa. Aqua enim (vt. 1. Topicorū, ait, Philosophus) omni aquæ est idem specie: & eadē ratione ignis omni igni. Quandoquidem nomen ignis specificum est, vnde consequitur, vt qui non est ignis eiusdē speciei cum elemento, non sit verē ignis. Igitur cum ille inferni verē sit ignis (si quidem sic in euangelio vocatur) colligitur, vt sit eiusdē speciei cum isto quem nos experimur. ¶ Est tamen notādum, quod ignis potest esse vel in materia propria, quemadmodū est in elemento, vel in materia aliena, quemadmodū in nostros vsus venit: & illa ratione potest differre ignis ab igne materialiter, vt ignis carbo differt ab igne flāma. Quauis in carbone nō est verus ignis, sed plurimus calor propter densitatem materiæ, vt de ferro supra diximus. Pari modo ignis ille inferni differt à nostro, & illa ratione supra citatus Augustinus dicit se nescire cuiusmodi est, id est, in qua materia. Nam quauis in Apocalypsi dicatur ardere sulphure, illud tamen sulphur fortasse non est eiusdē speciei cum eo quod est apud nos. Est enim in corruptibilis materia, & ingenerabilis à solo Deo creata: quo etiā ille ignis à nostro differt. Noster enim ligno aut aere, atque alijs alimentis nutritur, quæ ab ipso deuorantur. Et ideo Gregorius. 15. lib. Moralium super illud Iob. 20. Deuoranteum ignis, qui non succenditur. Ignis, inquit, corporeus vt esse valeat, corporeis indiget fomentis: nec valet nisi succensus esset, & nisi refotus, subsistere. At contra gehennæ ignis, cum sit corporeus & in semetiplos reprobos corporaliter exurat, neq; studio humano succenditur, neq; lignis nutritur: sed datus semel durat inextinguibilis.

3. Conclu. ¶ Tertia cōclusio. Locus ille inferni gehenna ignis dicitur, quasi ignis fornax, quod in Apocalyp. vocatur stagnum ignis ardentis sulphure. Et fuit nomen, quod vt Hieronymus super Matthæū cap. 10. ait, in veteribus libris non inuenitur, sed primū à Saluatore nostro est positum. Est enim gehenna quasi vallis filiorum Hennon. Iacebat nāque prope Hierosolymorū muros, vbi (vt. 4. Regu. 23. legitur) filij Hennon, Idolo Moloch filios suos & filias igne sacrificabant. Et ideo Christus nomen gehennæ ad inferni fornacem transtulit, eō quod vallis illa cadaueribus combustis plena, inferni imaginem referebat.

4. Cōclus. ¶ Quarta conclusio. Ignis ille est æternus, hoc est perpetuō crucians, vnde nulla est redemptio. Hæc conclusio nō eō constituitur, quod

fit catholicis dubia, sed quod hæretici olim illam negabant. Nēpe Origenianistæ, quos August post Epiphanium lib. de hæret. cap. 43. refert. Aiebant enim ignem illum etiam inferni, quo iniqui torquentur, purgationem esse ipsorum, quæ admodum nos de purgatorio iustorum loquimur, atq; ad eō diabolū & angelos eius post longissima tempora purgatos, atque liberatos regno Dei lucique restitui: & rursus post longissima tempora omnes, qui liberati sunt, adhæc mala denuō labi & reuertit: & has vices alternantes beatitudinum & miseriarum rationalis creaturæ semper fuisse semperq; fore. Quauis vt dist. 45. q. 2. artic. 2. monstrabamus, non est verō simile Origenem in illa opinione mansisse, etiam si illi Origenianistæ ab eodem Adamatio Origene, vt ait, inibi Augustinus nuncupati fuerint. ¶ Illam autem vanissimam absurditatem à Philosophis, & potissimè à Platonicis didicerunt, contra quos idem Diuus pater lib. 2. 1. de ciuit. Dei disputat capi. 13. & 17. Non enim sibi persuadere poterant equissimum Deum irreuocabilibus supplicijs quospiam, quantumuis sceleratos punire. Quare alij dicebant in die iudicij prolata damnatorum sententia precibus sanctorū Dei viscerā commouenda, vt eis ignoscat. ¶ Sunt autē huiusmodi fabulæ sub pietatis cortice impietissimæ. Vbi enim Christus se dicturū refert. Ite in ignem æternū, confirmatissimā sententiam, atq; ad eō irreuocabilē designat. Neque solum dicitur æternus quia in æternū permanet, sed quia quæcūq; semel susceperit, in æternū tenet perpetuōque cruciat. Et ideo subditur. Et ibunt hi in supplicium æternū, iusti autem in vitam æternam. Vt quemadmodum vita æterna: veluti Deus ipse, in cuius conspectu consistit, æternū perpetuumq; gaudium habet, ita & iniquorum supplicium nullam habere valeat redemptionem. ¶ Accedit & illud Marci. 9. Bonum est tibi claudum introire in vitā eternā, quā duos pedes habentem mitti in gehennā ignis inextinguibilis: vbi vermīs eorum nō moritur, & ignis non extinguitur. Id quod & Ioannis. 5. Christus quoque explicuit, dicens. Procedēt qui bona fecerūt in resurrectionem vitæ, qui verō mala egerūt in resurrectionem iudicij. ¶ Adde q̄ homines in perpetuo circulo cōstituerent, vt per vices defuncti nunc in summa sint miseria, deinde à miseria ad fœlicitatē trāslati, inde rursus ad eandem relabantur miseriam, manifesta vesania est. Sūt enim animæ perpetuæ creatæ, non ob id, vt perpetua vicissitudine mutabiles sint: sed vt sempiterno Deo in hac vita seruientes, beata requie cū ipso, eademq;

Homianis vesania.

eademq; perinde perpetua perfruantur. Quod si ab infinita illa immutabiliq; Dei bonitate deficiuerint, perpetuis supplicijs addicantur.

Solut. 1. ar. ¶ Ad primum igitur argumentum respondetur Damascenū nō negasse simpliciter ignem illum esse corporeum quantum ad substantiā: sed esse materialem quātum ad similitudinem effectus ignis, qui apud nos est, tum q; animas nunc nō materialiter cruciat, quippe quę non sunt caloris receptiue, tum q; neq; corpora sic omnino cōburet, & cōburendo corrumpat: si cut ignis apud nos facit.

Solut. 2. ar. ¶ Ad illud Augustini respōdet, q; licet aliquādo fuerit ambiguus, tādē tamē dixit esse corporeū ignē. Prefertim q; etiā illic dicēs loca pœnalia esse corporalibus similia, ignē etiā corporeū insinuauit nostro nō prorsum dissimilē.

Solut. 3. ar. ¶ Ad tertium deniq; respōdetur, q; cum ignis ille suapte natura sit instrumētum diuinę iustitię, & instrumentum nō agat, nisi vt à principali agente mouetur, ignis ille non prorsus, vt naturalis agit in omnes æqualiter, sed vt iustitia postulat. Prefertim q; vt ibidem, ait, Grego. etiā in naturalibus est simile. Non enim omnes qui solis radios suscipiunt equaliter calefcunt, sed secundum cuiusq; dispositionem. Nam actus agentium, vt, ait, Philoso. sunt secundum dispositionem patientis.

ARTICVLVS. II.

Verum anima separata igne illo inferni corporeo torqueantur.



Ignis inferni corporeus est, cū anima sit incorporea, merito queritur, vtrū à corpore separata ab illo igne quippiā patiatur. Et arguitur à parte negatiua illo Aug. citato verb. 22. su-

Partis negatiue argum. 1.

per Gen. vbi ait, q; anima nō ad corporalia loca, sed aliqua pœnalia corporalibus similia deferūtur. Et rationē ibidē subdit, q; agens debet esse nobilius patiēte: corpus autē nō est tā noble q; spiritus.

2. Argum.

¶ Secūdo arguitur. Quēadmodū Boetius in libro de duab; naturis, imō & Arist. in libris de generatione, ait, illa solū agere in se inuicē & à se inuicē pati possunt, quę cōmunicāt in materia: corporeus autē ignis & anima illam non participāt, ergo nequit anima ab illo pati.

3. Argum.

¶ Tertiō. Quidquid recipitur ad modum recipiētis recipitur: anima est spiritus: ergo nihil nisi spirituale recipit, quod corporeus ignis producere non potest.

¶ In contrarium est, q; eadem est de animabus ratio, quę de dæmonibus: dæmones autē ab illo igne patiuntur à quo sunt passura damnatorū corpora: iuxta illud Matt. 25. Ite in ignē æternū qui paratus est diabolo & angelis eius: ergo & animę patiuntur ab illo.

Pars affirmatiua.

¶ Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prima. Animę separata neque ab igne inferni quippiam corporale recipiūt, neque illum sensu aliquo percipiunt. Prior pars per se nota est: quoniam subiectum indiuisibile corpoream qualitatem quę diuisibilis est, recipere nequit. Secunda etiā probatur, quoniam in anima separata nullę sunt sensitiuę potentię atq; adeo nec sensationes vlię. Sentire enim quauis sit animę tanquam principij in quo est agendi virtus, nō tamen tanquā subiecti quod sentit, sed totius cōiuncti. Intel ligere enim & velle, quia sunt actiones per se non pendentes ab organo corporali, sunt quidem in anima separata: sentire autē fit mediāte organo corporali, & ideo sunt totius subiecti: corrupto autē subiecto necesse est corrumpi potentiam quę ipsius est propria: igitur in anima separata non manent sensitiuę potentię nisi tanquā in radice. Perseuerat enim in ipsa eadem efficacia influendi eadēdem potentias resumpto corpore. Quare huiusmodi potentię non sunt proprię passionis animę sicut intellectus, sed potentia illas influendi est eius propria passio. Si autē in anima separata non sunt potentię, multo minū esse possunt sensationes. Imō verò quauis potentię sensitiuę remanerent in anima separata, tamen quia sensoria organa non habet, scilicet, neque exteriora, quibus species rerum colligere valeat ad videndum, audiendum, tangendum, &c. neque verò interiora potentię imaginatiuę aut æstimatiuę, ad eas species seruādas, quas in via acquisierat, nullas posset sensationes, aut internas, aut externas elicere.

1. Conclusio.

¶ Circumfertur libellus quidam de spiritu & anima, quia Augusti. inscribitur, vbi habetur q; anima recedens à corpore secum trahit sensum, scilicet, imaginationē, & q; ex imaginatione illa & cōcupiscibilitate afficitur anima beata ad lētiā, & damnata ad tristitiā. Sed libellus ille apocriphus est, neq; Augustiniana auctoritate dignus. Vbi verò in libro de ecclesiasticis dogmatibus scriptū est, solū hominē habere animā substantiā, quę exuta corpore viuit, & sensus suos atq; ingenia viuaciter tenet, nomē sensus pro parte intellectiua usurpatur.

Libellus de spiritu & anima.

¶ Hac igitur prima conclusione præfixa non est intellectu facile, quemadmodum anima separata,

Modus primus quo anima pati creditur.

separata, cum purus spiritus sit, ab igne corporeo patiatur. Etenim qui dicerent cruciatus illos esse imaginationes in phantasia, iam exclusi sunt, quia tales potētia sensitiuę organa nō habent. Item quia illę imaginationes deberēt esse per species, quas in hac vita receperunt, at que adeo per illas nō dicerentur ab igne pati.

2. Modus.

¶ Et ideo quidam dixerūt solū per intellectualem visum illius ignis pati, nempe tristari. Ait enim Grego. 4. Dialog. c. 29. quod anima ignē eo ipso patitur, q; videt, & quia cremari se aspiciat, crematur.

¶ Hoc autē non sufficit: nā obiectū visus sola ratione qua videtur, non tristitia, sed læticia afficit. Necesse ergo est, vt contristet, sub ratione disconuenientis, & nocui cerni: atq; adeo q; præterquā per visum aliter noceat.

3. Modus.

¶ Alij ergo dixerunt, q; sola apprehensio qua animā apprehendit ignē, vt sibi nocentem sufficit ad nocendum & tristitiā, vt in eis impleatur, quod ibi trepidauerunt vbi nō erat timor. Cui alludere videtur secundum membrū verbi Gregorij. Quia anima cremari se conspicit crematur. At verò opinio hæc multis nominibus deficit. Primò, scilicet, quia tunc passio illa non esset secundū rei veritatē, sed duntaxat secundum apparētiā. Et quauis secundum Aug. 12. super Genesim ad litteram, possit qui spiam ex aliqua falsa imaginatione tristari, nō tamen per illā tristitiā verē patiatur à re ipsa, sed à sola imaginatione. Quare isto modo non dicerētur animę pati ab igne, sed à sua falsa opinione. Imò qui hoc modo opinantur plus à veritate passionis recedūt, quā illi qui per imaginarias visiones dicerent animas pati. Nam illi aiūt esse veras imagines quas anima ex hac vita desert, isti verò neque veras imagines consententur, sed falsas existimationes. Præterea cū animę separata & præsertim dæmones, acumine viuacis ingenij polleant, nō est credibile eo vsq; falli posse, vt ignis eis nocere appareret, si non verē noceret.

4. Opinio.

¶ Quartus dicendi modus fuit concedentiū verē animā separatā ab igne pati. Nā Gregorius post citata verba subdit. Quod res corporea in corporeā exurit, dum ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur. Vnde colligit, q; incendiū anima non solū videndo, sed etiā experiēdo patitur. Quo autē modū exponāt, subditur, corporeū illū ignē bifariā posse cōsiderari Vno, scilicet, modo, quatenus res quædam est corporea. Et isto modo nequit in animā quippiam agere: sed alio modo cōsideratur quatenus est instrumentū vindicis iustitię Dei, quę exigit, vt anima, quę peccādo se rebus corpo-

ralibus subiecit, eisdem pœnā patiēdo subdatur. Et quia instrumentum agit in virtute principalis agentis, nihil mirum si ea ratione ignis ille possit realiter agere in animā, calorem scilicet, in eam proferēdo. Quēadmodum Deus per aquam baptismi infundit gratiam.

Reprobatio.

¶ Verū tamē neq; iste modus rationi cōsonus est. Quoniā instrumētum nequit virtute principalis agentis moueri nisi per propriam actionem, quę sibi natiua est. Nequit enim artifex lanea ferra vt, sed ferrea, vel alia q; apta sit ad ferrandum. Et ideo Deus nequit creatura vt tanquam instrumento ad creandum: quia creatura nequit actionem circa nihilum exercere. Sed in baptismo quia qua realem actionem habet circa hominem, illa Deus actione vtitur, vt instrumento ad ipsum sanctificandū: quauis per gratiam, quę in anima recipitur. Igitur cum ignis corporeus nequeat actionem realem exercere in anima, producendo calorem, quia neque anima est capax ipsius recipiendi, fit vt idem ignis, neque tanquā diuinū instrumentum valeat animam illo reali calore afficere.

Opin. cōmunis.

Modus ergo quē ex Augustino & Gregorio schola Theologorū colligit, est, q; anima separata cruciatur ab illo igne inferni per hoc q; illic ab illo detinetur. Non potest autē ab illo detineri, nisi anima ei quodāmodo vnatur. Per hoc enim quod anima vnatur viuenti corpori ab ipso afficitur. Nā hæc sensibili gaudio & dolore anima etiam lætatur atque tristatur. Vnde vt Sapiētia. 9. legitur. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Anima verò corpori bifariā vnatur. Vno modo vt forma materię, vt ex ambobus fiat vnū viuens: quo pacto neque dæmō neque humanus spiritus corporeo igni valet vniri. Secundò verò modo vnatur ei vt mouens mobili, & locatū loco, eo pacto quo spiritus loco definiti potest. Definitur enim spiritus loco ea ratione qua omnis spiritus creatus res finita est, qua vtiq; de causa sic est in isto loco, vt simul alibi per naturam esse nequeat. At verò quauis loco definitur, non tamen per naturam ab ipso ligari potest teneri, & quominus valeat, dū liberit, inde exire: quia spiritus non pendet à loco. Veruntamen anima dū corpus informat non solū à corpore definitur, verū ei alligatur & tenetur, ita vt neque dū voluerit illud exuere, nisi per mortem. Habet ergo teterrimus ille ignis hoc virtute Dei, cuius est instrumētum, vt perinde velut ergastulum animas teneat & coerceat, quauis ab eis non informetur: veluti corpus tenet animam qua animatur. Et hoc omnes

Caietanus.

nes satis existimant, vt ab illo igne cruciari dicantur. Idq; inter alios Caietanus in quodam animarum fermone differit. Ait quippe animas illic cum dæmonibus libertate priuari, & quasi catenis igneis coerceri, quod suæ naturali dignitati maximè derogat. Dedignantur nempe, qd cum sint ipsæ corporibus superiores, vltq; adeò sint horrendo illi corpori diroq; igni subditæ. ¶ At verò profectò nequit mihi fati persuasum esse, qd vt anima verè crucietur ab igne satis sit ipso veluti carcere & compedi bus ac manicis detineri. Et ideo statuitur secūda conclusio. Animæ perinde ac dæmones à corporeo igne inferni non solum veluti in ergastulo & vinculis detinētur, verum & illa tristitia afflictiuntur, eiusdemq; profus rationis, ac si corpora quibus essent vnita concremarētur. ¶ Enimuerò quòd ab illo igne detineatur (vt communis habet opinio) certissimum est: quia illic tam animæ qd dæmones veluti in carcere detrusa sunt. Quare infernus per metaphoram portis & ferreis vectibus prædicatur occlusus: vt est in Psalm. 106. Eduxit eos de te nebris & umbra mortis, & vincula corū dirupit: quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit. ¶ Vnde Augustinus. 12. de ciuitate Dei cap. 10. Sicut anima inquit iungitur corpori, dans ei vitam, & ex illa coniunctio ne vehementer concipit amorem ad corpus, sic ligatur igni, vt accipiens ab eo pœnam, & ex illa coniunctioe cõcipit horrorem. Et lib. 21. capitu. 10. idem repetit. Et Gregorius libr. Dialog. cap. 29. (quod & Iulianus Toletanæ urbis Archiepiscopus vsurpauit) Si viuens inquit, hominis incorporeus spiritus detinetur in corpore, cur non post mortem etiam corporeo igni teneatur? Ad cuius cõfirmationem adducit illud euangelij de epulone, qui cruciabatur in flammam. ¶ At verò ita hoc verum est, vt tamen sufficere non videatur, vt anima peculiariter ab igne cruciari dicatur. Nam vt tantum esset carcer & vincula, non plus ignis conferret, qd aqua vel aer. Imò solus Dei iustus sufficeret, vt dæmones & animas illic teneret. Ignis autem peculiariter tanquam crudelius diriusq; affligēs dæmonibus paratus fuit: ergo alio peculiari modo illos affligit. Quocirca nec satis est respondere, qd detinentur animæ in igne propterea, quòd postea sit cruciaturus corpora. Nam & dæmones cruciat, quorum corpora nō torquebit. Et epulo apud Lucam, Nō solum, ait, quia teneor in hac flamma: sed quia crucior: quasi eius incendium experiens, quod aqua guttula sedari cupiebat. ¶ Item animæ resumptis corporibus acrius af-

Sententia authoris.

Conclus. 2.

August.

fligentur quàm per modum detentionis propter sensualem dolorem ignis, qui erit in corpore: ergo & nunc eadem torquentur afflictio ne: quoniã pœna ignis tūc nō crescit in anima.

Sententia authoris.

¶ Crediderim ergo si mea quippiam valet coniectura, quòd quemadmodū anima dum corpus quòd in hac vita viuificat, exurit, peculiarē afflictionem & tristitiam patitur, aliam scilicet, quàm si tormentum aliūs generis corpus pateretur, putà si suffocaretur aqua, vel pateretur febrim, ita in inferno exuta corpore, eandem tristitiam & afflictionem sentit quam passura est dum corpus, quod resumpserit, sensualem dolorem patietur. Atq; hanc vim habet ille ignis tanquam instrumentum diuinæ iustitiæ in dæmones atq; animas: nempe, quod afflictionem quam in anima median te dolore corporis resumpti effecturus est, faciat absq; illo dolore. Et hoc est, quod, ait, Augustinus loco citato, quòd quāuis miris tamē veris modis spiritus affligitur ab illo igne, recipiens ab illo igne pœnam, non dando illi vitā. Et quod, ait, Gregorius scilicet, quòd res corporea incorpoream exurit: dum exigne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: & quòd incendium anima non solum videndo, sed experiendo patitur. Experiri enim incendium est perinde pati, ac si corpus eius combureretur. Imò hoc est quòd significat euangelicus epulo petens aqua guttulam quæ ardorem flammæ ei mitigaret.

¶ Ad primum igitur argumentum respondetur illic Augustinum sub dubio fuisse locutū, sed libro de ciuitate Dei. 21. cap. 10. planè confessus est incorporeos spiritus ab igne corporeo pati. Nam quāuis anima nobilior sit illo igne, quatenus corpus: est tamē ipse potētor in quantum instrumentum diuinæ iustitiæ.

Solu. 1. ar.

¶ Ad secundum verò respondetur, quòd Philosopho loquuntur de actione quæ ad patientis corruptionem pergit. Hæc enim materiam cõmunem agentis & patientis requirit: diuersa tamen est qua anima patitur ab igne.

Solu. 2. ar.

¶ Ad tertiu deniq; superius responsum est. Et cõcessam, quòd passio animæ à corpore recipit ad modū ipsius animæ sine receptione caloris: est enim nihil aliud quã tētio & tristitia.

Solu. 3. ar.

ARTICVLVS. III.

Vtrum damnatorum corpora absq; vllō vitio incorruptibilia, sed tamen passibilia resurgent?

POST



OS T animarum meditationem damnatorum, quæritur de eorum corporibus, vtrum sine vllō vitio incorruptibilia, sed tamen passibilia resurgent. Et arguitur à parte negatiua. Illud quòd in pœnam peccati inflatum est, auferri, nisi remisso peccato nō debet: omnes autem corporum deformitates in pœnam peccati inductæ sunt: quoniam vel originalis culpæ vel actualis effectus sunt: damnati verò moriuntur in peccatis suis: ergo & corpora cum suis defectibus resurgent.

Partis negatiue.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

Pars affirmatiua.

Decisio articuli.

1. Conclus.

¶ Secundo arguitur, quòd non erunt incorruptibilia. Omne enim compositum ex contrarijs est corruptibile, nisi dote impassibilitatis seruetur: corpora autem damnatorum erunt ex contrarijs composita, omnibusque gloriæ dotibus destituta: ergo erunt corruptibilia.

¶ Tertio arguitur, quòd non erunt passibilia. Omnis enim passio: vt in Topicis ait Philosophus, aliquid auferit à substantia passio: omne autem finitū, vt primo Physicorum habetur, per ablationem finiti tandem consumitur: ergo si essent passibilia, essent & corruptibilia.

¶ In contrarium est, quòd. 1. ad Corinth. 15. ait Paul. Mortui resurgēt incorrupti. Vbi glossa ait, quòd resurgent omnes sine diminutione membrorum etiam peccatores. Qui tamen non immutabuntur per gloriam impassibilitatis: & nihilominus, vt Apocalypsis. 9. legitur, querent mortem & non inuenient.

¶ Ad quæstionem tribus conclusionibus respondetur. De defectibus namque corporum distinet. 44. plura diximus: & ideo in hunc locum pauca reseruauimus. Atqui Augustinus in Enchiridio cap. 92. decidere quæstionem recusauit, vtrum damnati resurgent cum defectibus corporum, quos in hoc seculo habuerāt. Durandus verò distinet. 44. quæstione. 2. ait, quòd resurgent cum illis vitijs cum quibus orti vel defuncti fuerint, scilicet, si mutili nati fuerunt, aut postea sunt mutilati. Quoniam resuscitatio corporum per modum retributionis est futura: damnati verò nulla sunt foelicitatis retributione digni. Item faciendā est per gratiam Christi: & tamen damnati non sunt eius gratiæ capaces: imò omnia eis ad miseriam cumulum cessura sunt: ergo cum suis defectibus resurgent. ¶ Contra hanc autem opinionem statuitur prima conclusio, quam eadem distinctione D. Thom. affirmat. Corpora damnatorum absque vllō vitio naturæ resurgent. Sunt enim huiusmodi vitia in triplici differentia. Quidam siquidem nascuntur trunci aut etiam monstra, vt cæci, muti, aut alijs membris orbis,

aut gibbosi, aut pygmei, &c. Alij sunt defectus qui illis viuentibus casu aliquo acciderunt, vt membrorum amputationes. Sed alij sunt ex distemperamento humorum venientes: vt lepra, morbi, &c. Et absque omnibus istis resurgent. Primò quia mortuorum resuscitatio duplici virtute Christi faciendā est: scilicet, sanatis naturam, & largiētis gratiam. Adam enim duplicem mortem incurrit: nempe, animæ & corporis: & vtramq; nobis Christus restituit. In restituendā autem corporali morte nullam habuit peccati rationem. Et ideo tanquam naturæ autor illam integrè reparabit, quàm integram assumpsit: & in hoc etiam damnatos sibi configurabit. Quia idcirco ratione corpora damnatorū resuscitabit incorruptibilia & in legitima ætate. Eadēq; perinde ratione absq; vllō vitio: nam hoc totum exigit perfecta restauratio naturæ: Illa verò quæ ad remissionē culpæ, quæ fit per gratiam, consequuntur, solis est prædestinatis donaturus. ¶ Adiecit autem loco citato rationem egregiam quæ est Sancti Thomæ. Enimuerò nisi culpa obstaret, vniuersi absque vllō vitio resurgerent: & ideo si corpora modò damnatorū vitiosa deberent resurgere: hoc esset in pœnam culpæ. Pœnam verò æquus iudex culpæ debet admetiri: sunt autem inter miseros damnatos, qui minoribus delictis irretiti peiores corporum deformitates habuerunt: gratioremq; infirmitates fuerant perpessi. Ablonum ergo ab æquitate esset, vt cum illis omnibus resurgerent: tunc enim resurgentium supplicia nō commissis culpis in hac vita, sed toleratis pœnis responderent.

¶ Præterea neque rationi est consonum, vt qui monstrifica corpora habuerunt sic resurgant. Deniq; cõsequens fieret, vt deberent cū omnibus febribus, morbis, lepris, & doloribus resurgere, quibus fuerāt viuētes, subiecti, quæ re vera non est verò simile. Accedit ad cõfirmationē conclusionis verbum Pauli. 1. ad Corinth. 15. Mortui, scilicet, omnes, resurgent incorrupti, id est, in corporibus nec mutatis nec vitiosis, sed integris & perpetuis. ¶ Ad argumentum ergo Durandi iam respondimus, quòd licet resuscitatio corporum sit propter retributionem faciendā, tamen eorū vitia esse non debent retributio culpæ, imò propter eam integra resurgent, vt integra patiantur. Quare integritas illa non ad eorum foelicitatem, sed potius in foelicitate, cū incorruptibilitas, pertinet. Neq; erit effectus gratiæ: gratū facientis, sed grati datæ toti nature. Resurgent autē cum illis defectibus, qui ex principijs naturæ oriuntur. Resurgent inquam grauiā, ponderosa,

T t sa,

Solutio. 1. igitur argumentum respondetur, quod: *argument.* & miseria huius seculi ex originali culpa contracta & quæcunq; alia ob actualia peccata adhibita, omnes sunt temporales cum ipsa vita transierint: & ideo quæuis culpe non sint à Deo remissa, non debent illa manere, sed alia secundum forum futuræ vitæ, quæ sint perpetua.

Obiectio. Quod si arguas, iustis nihil deerit quod ad eorum felicitatē pertineat, ergo nec damnatis quidpiā quod eorum miseriam possit augere: id tēgretas autē corporum & viciositatis ablatio quoddā erit miseria: leuamē. Respondetur non esse parē rationē. Bonū enim potest esse integrū & perfectū: & ideo iustis quicquid ad eorum perfectionem cōfert, accumulabitur: malū autē noquit esse per oēs defectus omnino purū: alio qui (vt ait Philosoph. 4. Ethic.) se ipsum perimeret, & ideo dānatis aliqua boni naturalis consistentia fiet reliqua.

2. Cōclusio. Corpora damnatorū resurgent, incorruptibilia. *Cōclusio.* Conclūsiō est de fide, vt art. 1. dicebamus. Quoniā sicut beati (vt Matthi 25. legitur) mittendi sunt cū suis corporibus in vitā æternam, ita & dānati in ignem æternū. Ratio ergo cōclūsiōnis est partim naturalis, partim supranaturalis. Naturalis quidē, cessatio motus celestis: non quod cessatio illa sit naturalis: nā vt dist. 48. q. 2. art. 2. monstrauimus) naturaliter cessare non possunt, quare supranaturaliter quiescent, sed quod cessante illo motu, naturali cōsecutione generationes & corruptiones rerū cessabunt, vt eod. art. contra quosdam disputando cōfirmabamus. Sed tamen præter illā causam erit & alia supranaturalis: nempe perfecta animæ informatio, per quā corpori dabit esse incorruptibile, vt D. Tho. 4. lib. cōtra gētes. cap. 89. asserit. Similiter enim malis, vt bonis, hoc anima tribuet. Quauis in dānatis (vt supra diximus) non habeat rationē dotis incorruptibilitatis, quia illud non deriuatur ex beatitudine & felicitate animæ: sed est effectus iustitiæ distributiæ, vt vltio malorum sit perpetua. In statu enim naturæ integræ qualitates contrariæ humani corporis per Dei gratiam tenerentur, ne possent corpus corrūpere: sed in inferno per illā id fiet perfectā animationem.

De subtilitate. Dubiū autē est, vtum aliquod specimē dotis subtilitatis habebunt ad penetrandū per viscera terræ, quā cadēt in infernū. Respondetur nihil dānatos per modū dotis habituros. Quare tūc terra ipsa aperiet, vt miseros deglutiat, nisi Deus per aliā miraculū illū effecerit trāsitum. Agilitate autē opus non habebunt, tum quod suo pondere cadēt, tum quod demonū impetu rapiuntur.

3. Cōclusio. Corpora damnatorum non erunt per materialē motum, sed tantū per animalē sensationem & quodāmodo spiritualem passibilia. Prior pars eadem probatur ratione, quæ præcedens cōclusio. Causa enim tam corruptibilitatis quā impassibilitatis potissima est iustitia Dei, per supplicia perpetua inimicos suos æquissima vltione cruciantis. Vtitur tamen ad id causas secundis: tum extrinsecas: nempe, cessatione cœlestis motus: tum etiam intrinsecas ipsius corporis. Igitur corpora illa eisdē causis quibus sunt incorruptibilia per materialē motū & receptionē alteratis qualitatis. Cessante inquā motu cœli & aia per perfectā informationē corpori dominante, corpus, vt est incorruptibile, ita impassibile. Nā receptio caloris, aut frigoris, & cuiuslibet id generis qualitatis corporis corruptionē molit, alteriusq; subinde generationis: ergo corpora quæ non sunt corruptibilia, non sunt illo modo passibilia.

Ratio. 2. Secundū id ipsum probatur. Si corpora illa eiusmodi materiales qualitates contrarias realiter susciperēt, intenderēt, & remitterentur, & ideo quā corpora calefieri inciperent, dolorē non sentirent, & si, vt multi opinantur, trāsirent ad niuiū frigora, illo temperamento recrearentur: & tamē pœnæ illæ, nec sunt intēsbiles nec remissibiles.

Ratio. 3. Tertiū. Supplicium illud non ad corruptionem, sed ad afflictionem in situtum est: potest autē ignis ille virtute diuina absq; vilius materialis accidentis impressione per sensus homines torquere: ergo sic vsu veniet.

Probatio secundæ partis. Secundā cōclūsiōnis pars explanatur. In hac mortali vita specierū sensibiliū aliqua producuntur sine materia & motu spiritualiter, vt visibiles, & alia cum motu, vt audibiles, atq; alia cum materialibus alterationibus, vt tangibiles: in corporibus autē incorruptibilibus producuntur omnes, sicuti visibiles, sine impressione materialis qualitatis: vt de corporibus beatorū supra definitum est: similiter ergo atrox ille ac teterimus ignis miseros in corporibus cruciabit, vt Caietanus in allegato sermone pbe ait. Ingeret inquam per sensoria organa tactus species sensibiles caloris vsque ad venas, medullas, & iuncturas, ac deniq; vsq; ad viscera, vbi vehementior fiat doloris sensus, sine aliqua materialis caloris impressione. Tamen si id non secundū æqualē conatum & furorem, sed quantū cuiusq; culpa commernit. Et ideo corpora illa non erūt passibilia passione materiali corruptiua, sed animali sensitua.

Solutio. 2. ar. Secundū igitur argumentū iam solutū est. Contrariæ enim qualitate sine mixto nequeūt illud, nisi per motū cœli corrūpere, & tunc ille cessabit:

De morte.

Nolite timere eos.

Solu. 3. ar.

Dolor non interficit.

Exempla.

cessabit: quod Philosophi ignorarunt. Præter quā quod anima (vt dictū est) in corpus dominabitur, dans illi esse perpetuum. Quod si redarguas. Mors est miseriarum summa: quia vita est omnium naturalium bonorum fundamentum: dānati sunt in summa miseria: ergo mors non est illis subtrahenda. Respondetur ad maiorem, quod quāuis simpliciter loquendo, esse, sit naturalium bonorum summum, ac subinde mors sit summum malorum: tamen secundum accidens aliquod, in ea consideratum, potius est solamen: nempe quādo vnicum est remediū, vt homo à perpetuitate pœnarū liberetur. Vnde Philosophus 9. Ethic. licet esse constituat maximè delectabile, quia illud omnia appetunt: exponit se tamen, quod non loquatur de vita mala, & corrupta & mœroribus plena. Ob idq; mori damnatis potius esset solatium: & ideo ad pœnarum cumulum eis accedit, quod mori non possunt: si mors accipiatur pro fine: nā si accipiatur pro sensu doloris, quo morientes torquentur, perpetuò moriuntur.

Exempla. Vnde Christus Matthæ. 10. (quod meditate, vt alibi diximus contēplandū est.) Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Nam si possent corpus semper torquendo nunquā occidere, multo essent plus extimescendi. Sityrannus, inquā, dum hominem excruciare adornat, posset illi vitā seruare, vt semper ferreis vnguibus carperet, exenteraret, dilaniaret, affaret, & iterum atque iterum in tormenta deuocaret, ille vehementissimè timēdus esset: sed tamē quia quod diuini torquere incipit, citius mors quem torquet è suis manibus eripit, minus timendus est. In inferno ergo hoc est omnium horribilius, quod nec mors valet pœnis finem imponere.

Solu. 3. ar. Ad tertium respondetur, quod philosophus loquitur de passione per quam patiens mutatur à sua naturali dispositione: illa enim tandem illud cōsumit. Sed tamē in corporibus damnatorum locum hæc passio non habebit. Quocirca ignis ille non agit actione vniuoca volendo assimilare sibi passum, hoc est corpus in ignem conuertere: sed est actio æquiuoca. Quemadmodum enim sol in ista inferiora non intendit producere soles, sed alia mixta: ita ille ignis non intendit corpus in ignem resoluere, sed doloribus cruciare. Quod si redarguas. Dolor solet tandem animalia necare. Conceditur, sed tamē id accidit, quia à sensibili passione mutatur corpus materiali motu eius temperamentum dissolvente, quod illic non accidit. Augustinus lib. 2. 1. de ciuitate Dei. aduersus huius rei incredulos nonnulla ex natura rerum accersit exempla:

pla. Æthna enim Siciliae mons semper ardet, sed nunquā consumitur: & Salamandra in ignibus viuit, & vermes quidam in aqua dum bullit: qui foris extracti illico moriuntur. Sed hæc sic sunt exempla, vt tamen non omnino sint similia. Ignis enim Æthnæ sulphuræ, quod continenter gignitur, perpetuò nutritur: & Salamandra non potest in igne perpetuò viuere: quia animal est corruptibile. Vnde Galenus lib. De simplici medicina. Nullum, inquit, corpus est, quod ab igne non cōsumatur, quauis in paruo tempore ab illo non lædatur. Præterea Salamandra non dolet in igne, imò recreatur, veluti in aqua piscis. Sed argumentum est. Vt qui animali virtutem dedit, qua in igne viueret, neq; ab illo læderetur, nec dolorem sentiret, potuit & ignem & corpora facere, quæ ab illo semper cruciarentur: absumerentur vero nunquam.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum damnati sola pœna ignis punietur.



Quoniam de igne solum hæcenus dictū est, quæritur vtrum alijs præterea pœnarū modis dānati plectantur. Apparet enim non alijs plecti: quandoquidem Matth. 25. de solo æterno igne habeatur mentio. Secundū arguitur. Vermis qui illos dicitur torquerē, videtur fore corporalis, iuxta illud Iudith. 16. dabit ignem & vermes in carnes eorum. Et Ecclesia. 7. Vindicta carnis impij ignis & vermis. Et tamen non apparet quomodo possit corporeus illic vermis viuere. Tertiū fletus & stridor dētium, cuius mentio Luca. 13. habetur, non videtur quomodo illic fieri possit. Quoniam lacrymæ per corporis resolutionem exprimuntur quæ illic locū non habent. Quarto, & tenebræ exteriores, quæ Matth. 22. memorantur nequeūt fati intelligi corporales. Ait quippe libro. 9. Moralium Greg. super illud Iob. 10. Et sempiternus terror inhabitat: Quauis illic ignis ad consolationem non luceat, tamē vt magis torqueat, ad aliquid luceat: nam sequaces, quos secum traxerūt de mundo reprobi, flamma illustrante, visuri sunt. In contrarium est illud Psal. Ignis sulphur & spiritus procellarū pars calicis eorum. Et Iob. 13. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. In hunc articulum cuncta sunt conferenda quæ ad damnatorum tormenta congeruntur. Est enim in primis animaduertendū nihil calamitosius illis accidere

Galenus.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

Nihil in inferno latū.

dere posse, quod, quanuis suo opte genere sit delectabile, eos valeat delectare. Sed omnia erunt eis potius tristitia & moerore plena. Atqui eorum poenae in duo genera diuiduntur, quae sunt poena damni & poena sensus. Patiēter autē resumptis corporibus secundum omnes potentias, nempe, secundum intellectū, voluntatem, irascibilem, concupiscibilem, denique; secundum omnes sensus. Haec autē eo ordine, quo beatitudinis bona in beatis sunt, possunt in ipsis considerari. ¶ Ad quaestionem ergo quinque conclusionibus respondetur. Prima. Quae admodum in beatis primū omnium bonorū, quae etiam omnia continens, est visio intellectus, qua Deū habet praesentem, ita & primum malorum in damnatis est poena damni, nempe, carentia eiusdem visionis, & diuinæ praesentiae: hoc enim malorum poenae summum est. Quia proxima essentialisq; poena est quae culpae debetur: nimirum quam inimici Dei eam offendendo merentur, nempe exilium à regno caelesti, quem admodum iustus, seu Dei filius debetur eius hereditas. Et quemadmodum supra de visione diximus, quod illa ex qua Dei amor & gaudiū subsequitur, absq; alio bono sufficeret ad beatitudinē hominē, ita & haec carentia satis esset ad summam miseriam, ad quam & odiū eiusdem Dei & summus moeror consequuntur, quāuis alia mereantur tormenta. Etenim quo pacto qui Deum possidet cuncta bona possidet, ita qui Deo caret, omni bono priuatur: quod summa miseria est. Vnde Chrysostomus super Matthaeum Homil. 23. Duae poenae sunt ignis gehennae, & casus gloriae. Nouimus autem quia multo solam gehennam abhorrent: ego autem casum illius gloriae multo amariorem gehennam esse aio. Tolerabilis est gehenna, & ille ignis: sed si decem mille gehennas ponas, nihil tale est quam ab illa beata vita excidere. Haec ille. Perfecto animus contemplari exhorret quid sit Deo carere, ab ipsoq; odio haberi, eūq; vicissim odisse, idq; in perpetuum absq; ulla spe in eius gratiam redeundi. Quae autem hic solet vtrum poena haec damni sit in omnibus aequalis, cuius consueta responsio est affirmatiua. Quoniam priuatio nec magis (vt aiūt) recipit nec minus, & carere Deo priuatio est, sicuti orbari visu. At verò quanuis priuatio in se quoad pura est, maior minorve esse nequeat, vt summā tenebrā & summā cæcitas, tamen in ratione causae augeri potest, vt magis minusve torqueat. Crediderim ergo cum Abulensi super Matthaeum. 25. quæst. 640. quod eos qui ob grauiora crimina in maiori sunt inimicitia Dei relegatio illa ab eius regno, ac perinde Dei ip-

1. Conclu.

Vtrum poena damni sit aequalis.

Carentia maior & minor.

fius carentia acrius torqueat. Vehementius enim indignantur, qui à maiori hoste in exilium mittuntur, patriaq; & suis bonis expoliatur, q̄ qui ab hoste, qui non est eis tā inimicus, priuationē illā patiūtur. Quare carētia ipsa diuini cōspectus, quae est carētia omnium honorū, quatenus peioris causae effectus est, & causa maioris tormēti: potest esse maior in vno, ac perinde in alio minor. ¶ Poena autē sensus est quae cūq; sensibilis læsio, & quae cūq; tristitia, & afflictio voluntatis, quae ex apprehensione rei nocuae vel intellectuali, vel sensuali proficiscitur. Quapropter, & in anima separata est etiā sine corporeo sensu poena sensus. ¶ Secunda conclusio. Quemadmodum in beatis ex visione Dei subsequitur cōfirmatissimus ipsius amor, quē iustus habuit in via, vnde summa colligitur delectatio: ita secūda damnatorum poena est obstinatum odium quod habent Dei, quo velut hostem eum perpetuò prosequuntur. Atqui haec poena in ratione mali peior est quam carentia diuinæ visionis; nam est poena simul & culpa. Quare summam bonitatem odisse aliquid supra priuationem addit, quae est summo bono carere. ¶ Affectus namq; voluntatis ex apprehensione obiecti variatur. Deus autem bifariam apprehendi potest. Vno modo in se sicuti est: quemadmodum à beatis cognoscitur. Et ideo cū sit fons totius bonitatis, nemini potest sic apprehensus non placere. Sed aliter apprehenditur in suis effectibus, quemadmodum apprehenditur à beatis in effectu iustitiae: nempe, quia relegati à regno perpetuis cruciatibus in exilio torquentur. Atq; isto pacto obstinatissimo eum odio habēt. Quod si arguas. Illi sunt effectus iustitiae: iustitia verò nequit rationem vllam mali voluntati offerre: ergo nequit illa ratione Deus odio haberi. Respondetur, quod iustitia in se ipsa visa non habet nisi rationem boni: ob idq; beati de hoc etiā Deū diligunt, quod in re probos animaduertit. Sed tamen damnati, quia non apprehendunt illā, nisi in suo effectu, non cognoscunt eam sub ratione boni, sed sub ratione cruciatūs, quod eis est malum: non solum qua ratione cruciatur, sed quia à suo hoste plectuntur. ¶ At sciscitantis, nūquid illud odium sit maius quam haberint in via. Respondetur, non esse maius, id est intensius: quia vbi ceciderit lignum, illic erit: hoc est in statu & affectu apud Deum quo homo decedit, perpetuò manebit: sed tamen erit peius propter obstinationis statum atq; adeo acrius crucians. Quemadmodum amor in beatis non erit maior quam in via, sed tamen perfectior, quia confirmatior, & maiori gaudio afficiens:

2. Cōclus.

Secunda dā naturā poenae.

Ratio conclusionis.

Obiectio.

ficiēs: propter praesentiam rei amatae. ¶ Hinc fit odium illud nec crescere nec minui. Quare verbum Psal. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper, aut intelligitur in hac vita: aut si extēdatur ad damnatos, tunc, ascendit, idem est, quod stat semper in alto: quod eius ingenium est. ¶ Tertia conclusio. Neque odium illud, nec vllum damnatorum opus demeritorium est vllius nouae poenae essentialis. De damnatis enim atque beatis duo distinguuntur tempora: scilicet ante & post diē iudicij. Atqui post diem illum sit, aut in beatis meritum, aut in damnatis futurum demeritū, vnanimis omnium confessio est. Quoniam meritum & demeritum ad aliquod subsequens nouum praemium, aut supplicium refertur: quod tamen post diem illam neququam esse potest: quippe quae omnium sit bonorum malorumq; cōsummatio, perpetuò duratura. Quare tunc & bona beatorū voluntas non meritum, sed praemium erit: & damnatorum mala non demeritum, sed supplicium. Et hoc erit eis consummatio malorum, sicut & beatis consummatio bonorum, quod extra statum sint merēdi, aut demerendi, quanuis forte diuersa. Illic enim duae ciuitates (vt ait Aug.) Dei & daemones consummabuntur. ¶ Et eadem ratione respondetur si quis hoc modo arguat. Peruersus appetitus qui ex voluntate arbitrij processit, etiam si factus sit necessarius, nō excusatur quin sit demeritorius, vt patet de ebrio, qui sua se culpa vino immerit, quē tertio Ethic. ait Philof. duplici poena plectendum, si in ebrietate peccet, odium autem damnatorum processit ex voluntate in hac vita: ergo non excusatur à demerito. Respondetur, inquam, non ideo malā damnatorum voluntatem à demerito excusari, quod libertatem amisit: sed quia ad summū malorū peruenit, & extra viam facta est. Quare totum demeritum illius est quod in termino huius vitae fuit consummatum.

3. Cōclus.

Ratio conclusionis.

Ante diem iudicij.

dentalis moeroris in die iudicij, cū viderit quāta inde fuerint damna subsecuta. ¶ Ecce ergo duas easdemq; potissimas damnatorū poenas: quarum prior intellectus est, nempe carentia diuinæ visionis: posterior vero odiū Dei in voluntate. Quarū vtraq; per se cruciat. Illa, scilicet, propter expoliationem regni: & haec propter irā. ¶ Quod si arguas. Carentia non torqueat nisi propter appetitum rei, cuius est priuatio: damnati autem nō cupiunt videre Deum: quippe quem, vt hostem odisse non cessant: ergo propter illam carentiā non cruciantur. Respondetur quod licet visionē Dei ex eius amore non appetant, tamē quia cognoscūt bonum esse & voluptatis causa propter amorem sui ipsorum dolent, quod ab illis abdicati sint voluptatibus, odiū verò cruciat, per irā, quā gignit: nempe, cupidinē vindictae de Deo: nā quia nequeunt de ipso vlciſci & vindictā capere, frementes discruciantur. ¶ Tertiā poenā tertiam mentis potētia patiuntur: nempe eorū memoria, quae in hac vita gesserint, seu bona seu mala. Memoria, inquam, bonorū virtutis eos affligit: eo quod perfectantia non eos perduxit ad praemium, sed illo frustrati sunt. Praeterea memoria eorum quae in hac vita possederunt caduca bona, qualia sunt facultates, ampla nomina, & honoris tituli, miserōs pudore suffundit: vt pote quod qui intāto fuerint pretio habiti, ad tantam fuerint ignominiam delecti. Et super haec omnia criminum suorum sceleraq; memoria cōscientias eorum exurit & corrodit. ¶ Sed arguat quis forsitan sic cōtra. Memoria peccatorū cruciare nō potest, nisi propter poenitentiam: damnatos vero suorum criminū poenitere nō potest: nā, vt ait Berna. in canticis. Dānatus semper vult iniquitatem, quam fecit. ¶ De hoc ergo statuitur quarta conclusio. Dānati poenitentia, quāuis nō fructuosam, sterilē tū & cruciantē habēt. Errorū em̄ poenitere bifariam accidit, scilicet, p se, & per accidens: per se quidē, q̄ quis peccatū, tanq̄ Dei offensam detestatur: per accidens verò, q̄ nō ipsum, sed eius abominatur effectū: nempe, supplicium. Priori ergo modo poenitentia in dānatis locum non habet: qm̄ in mala voluntate qua hinc demigrarunt, perpetua obstinatione perdurant. Atq; hoc modo ait Bernard. Iniquitatē semper velle. Et Damasc. ait, hoc esse hominibus mortem, qd̄ angelis casum: quia sicut angeli p casum, ita & homines per mortē obstinantur. Posteriori verò modo poenitentia agunt perpetuū iuxta illud Sapient. 5. Intra se poenitentiam agentes. Et. 9. Ethico. ait Philof. quod poenitudine replentur prauū, prauitatis enim voluptas trāsens tristitiā ingenerat,

3. Poena.

De dānatorum poenitentia.

4. Cōclus.

5. Conclu. de vermi. scientiam vulnerans. ¶ Quinta conclusio. Poenitentia hæc damnatorum est vermis, eorum conscientiam perpetuò reinordens & corrodens. De quo Esaiæ. 66. Vermis eorū non morietur, & ignis non extinguetur. Quod Christus Marc. 9. etiam astruxit. De hoc enim verme dubium antiquitus fuit, esset ne pusillū animal, carnem, vt tinea, terebrans. Propterea q̄ apud Iudith, & in Ecclesiastico. Vermis carnis nominatur. Nihilominus nō sunt credendi corporales vermes in dānatorum esse corporibus: nā post diē iudicij cessante motu cœli nulla erit vita superstes animalium, præterq̄ hominum. Præterea vermes ex corporis corruptione scaturiunt: corpora verò damnatorum nō erunt corruptibilia. Accedit quòd modò animabus non sunt animati vermes: ergo nō est cur post creentur. Remorsus ergo conscientie qui ex peccatorum putredine fit reliquus, vermis nomine cēsetur. Vnde Aug. 20. de ciuit. c. 22. In pœnis, inquit, malorū & inextinguibilis ignis, & viuacissimus vermis ab alijs aliter atq; aliter est expositus. Alij quippe vtrunq; ad corpus: alij vtrūq; ad animā retulerūt: alij propriè ad corpus ignem: vermē verò tropicè ad animā: qđ credibilis esse videtur. Quòd si obijcias postmodum lib. 2. 1. c. 9. dixisse vtrūq; ad corp⁹ pertinere: quia & ignis & vermis poena, inquit, carnis erit. Respondetur id dixisse, non qđ vermis ille sit animal, sed quòd per cruciatū animæ in cōscientia corpus etiam maceratur. ¶ Post tormēta, quibus per tres mentis potentias dānati premūtur, quartò etiā torquētur p potentiā irascibile. Primū quidē metu futuro-rū: qm̄ quæ patiuntur supplicia perpetua esse noscūt. Deinde & rabida iracūdia qua in Deū exardēt. Vellēt enim eū si possent, de cœlo de turbare: qđ quia impossibile vident, dirē torquentur. Et eadem ira dæmones ad impugnan-dos homines cōcitantur, quos diuino imperio subducant. ¶ Præterea quintò & concupiscen-tia, suaptè natura voluptatis auida, igne maxi-mè læditur. Sed præterea singuli sensuum suas patiuntur cruces. Factus inquā truci doloris sensu incendiū ignis patitur. ¶ Circa hoc autē dubitatur vtrū nō solūm pœnas ignis verū & cōtrarias frigoris experiātur. Et dubitādi ratio nulla est præter auctoritatē illā Iob. c. 24. Ad nimium calorē trāseat ab aquis niuiū. Illo enim duntaxat loco mouētur, quia arbitrati sunt, vi-cissitudinē illuc caloris & frigoris torqueri mi-seros. ¶ At verò profectò hoc nec facile credi-tu est, nec assertum necessariū: saltē quòd sit fri-gus niuium, vt contraria opinio inde colligit, aut frigus aquæ qđ quidē ante nos super. 25.

Remorsus cōscientiæ.

4. Poenā.

5. Poenā. Sensū cru-ciatū. Vtrū sint il-lic niuiū si-gora.

ca. Matthæi asseruit Abulē. q. 558. Et primum argumentum est, qđ cū Christus diuersis locis Euangelij vniuersa inferni tormenta recensue-rit, nempe, ignem, fletū, stridorē dētiū, & tenebras, de frigore nullibi meminit. Imò verò Za-cha. 9. Vbi de inferno extat vaticiniū sic legi-tur. Tu autē in sanguine testamenti tui eduxi-sti vinētos de lacu, in quo non erat aqua. Qua si diceret, sed purus ignis. Quin verò Luc. 16. vbi epulo ille guttulam aquæ deposebat, qua linguā refrigeraret, documentū præbuit merū ignē absq; vllō frigore illic ardere. ¶ Mox ra-tione loci arguitur. Ignis & niues eodē loco ef-se non possunt: si verò loco distent, non est in-tellektu facile quomodo, aut quibus interpol-latis temporibus transmittantur dānati ab vno in alterum locū, aut quomodo ignis niui-bus subintrantibus loco cedat, aut frigori in-quacūq; sit materia, siue aqua sit, siue alia qua-cunq;. ¶ Præterea si verum est, qđ supra proba-bilissimum existimamus, nēpe, qđ dānati nō sunt loco semoti, sed veluti in aceruo conge-sti, nō est possibile loca oēs mutare: nec appa-ret quomodo de exare eos per vices valeāt a-qua & ignis. ¶ Sed potissimū argumētū est, qđ Christ⁹ in ignē æternū illos missurus est: ignis autē æternus est, qui iugiter & perpetuò absq; vlla interpollatione torquet: calor verò & fri-gus non possunt simul torquere, etiam si per-spirituales species id faciāt: qm̄ sensatio caloris & sensatio frigoris mutuò se expellant: nulla ergo erit illic frigoris afflictio. ¶ Iam verò tan-dem arguitur. Si vicissitudo illa illic locum ha-beret: maximè ad augendam doloris vehemē-tiam: sed illa fatis est magna per solūm ignē, & augeri potest quantum æquitas iustitię popo-scerit: ergo officium frigoris superuacaneum est, atq; ad eū illic ei non datur locus. ¶ Igitur ad auctoritatē Iob respondetur, nō intelligi de vicissitudine quæ sit in inferno. Imò profectò, vt meam ignorantia sub aliorum censura con-sitear, miror quomodo ex illo loco talis fuerit collecta sentētia. Obiurgat enim illic Iob adul-terum, dicens. Oculus adulteri obseruat caligi-nem, & inter ei⁹ qualitates, ait. Leuis est super-faciem aquæ, & maledicens ei subdit. Maledi-cta sit pars eius in terra. Ad nimium calorem transeat ab aquis niuiū, & vsq; ad inferos pecca-tum illius. Vbi Grego. nihil de alternatione in-ferni meminit, sed iniquitatem adulteri frigidi-tatis nomine intellexit, à quo solet ad calorem superbiz conscendere. Aut si hoc magis pla-cet turpes huius seculi voluptates, quia refrige-ria exillimantur, & veluti nix liquefiūt, niuiū frigori comparauit: à quibus imprecatur adul-tero.

2. Ratio.

3. Ratio.

Potissima ratio.

Alia ratio.

Interpreta-tio loci a-pud Iob.

tero, vt ad nimium inferni calorē trāseat: quia vix solent concubinarij ad eorū redire, & ideo explicatius subdit. Et vsq; ad inferos peccatū illius. Nō ergo intelligit, quod postea futurus esset à calore ignis ad frigus niuium regressus: sed quod esset à niuib⁹ huius seculi ad calorē inferni perpetuus ingressus. Quib⁹ verò libue-rit opinionem communem sustinere, frigora niuium nō debent tam ad literam intelligere, quia ridiculum esset, illic niues cōminisci: sed quia terra ipsa, præsertim in centro frigidissi-ma est. Superesset eis tamen tunc labor expli-candi quomodo, aut per vices alternentur fri-gus & calor, aut simul sentiri valeāt. ¶ Quinta cōclusio. In dānatis erit fletus & stridor den-tiū, vt patet Lucē. 13. Et Matth. 8. &. 13. & 25. In fletu nanq; duo est considerare, scilicet, & fumi ascendentis ad cerebrū resolutionem in lacrymas. Et præterea perturbationem com-motionemq; capitis & oculorum, qui sangui-nolenti monstrantur. Lacrymarum autem re-solutio illic locum non habet, quia corpora e-runt incorruptibilia: & tamen si resoluētur in lacrymas, tandem cōsumerentur. Et tamen secunda pars fletus in capite & oculis contur-batis. Ille autem effectus est ingentissimi dolo-ris quem patiuntur ab igne, ac perinde cōfide-rationis tam multarum calamitatum, quibus se vidēt perstringi. Etenim quod lacrymæ il-læ fiant ex sulphuris fumo, vana opinio est: quoniam fumus non exhalatur nisi ex resolu-tione materiæ quæ igne consumitur. At ve-rò illic nec sulphur nec materia alia infumum resoluunt. ¶ Stridorem autem dentium in mi-seris corporibus assumptis per motum etiam realem concedere nulla ratio vetat. Nam stri-dor solūm dentium motum & strepitum signi-ficat, qui absque vlla corruptione fieri potest. Qui aiunt illic esse frigus, dicunt quasi gelatos dentibus stridere. Sed certè (vt dictum est) ne scio quomodo igneus dolor id permittat. Stri-dor ergo ille potest esse voluntarius & necessa-rius. Voluntarius quidem potest oriri ex ira-cundiz rabie, qua aduersus Deum & suam fa-miliam infremūt: vel ob illam seram poeniten-tiam delictorum, quæ illos illuc coniecit, & ex-bonorum memoria quæ amiserunt. Necessa-rius verò dentium stridor, ex rigore potest do-loris nasci quem patiuntur ab igne. Reliquis præterea sensibus suos cruciatūs iniquo ani-mo perferunt. Nempe, auditus luctuosos illos clamores & miserorum lamenta, quibus sibi maledicunt, & aduersus diuinam iustitiam re-clamant. Odoratu verò pessimo odore sulphu-ris, quē absq; eius resolutione per spirituales

5. Cōclusio

De auditu.

Odoratus.

species (vt supra expositum est) emittere po-est, cruciantur. Imò quemadmodum beato-rū corpora odore fragrare diximus: ita & mise-ra foetorem expirare credendum est. ¶ Et quem admodū de saporis dulcedine diximus in bea-tis: ita conijcitur damnatorum gustum corru-pto humore vel intrinsecò, vel extrinsecò infe-ctum iri. ¶ Sed & visus, qui omnium est præ-sentissimus, tenebris obducetur: nā etsi ignis in sua substantia res sit luminosa, tamen ratio-ne materiæ esse potest tenebrosus. Id autem il-luc primum ratione sulphuris accidet: & præ-terea ratione loci, vbi aer inclusus nō habet iu-ctam raritatem. ¶ At verò neque omnimodè sunt tenebræ, quales essent in centro terræ, si nullus illic ignis arderet. Sed conijcitur esse lu-men quoddam ambiguum, quo possint se mi-feri mutuò conspectare, idque ad maiorem tri-stitiam cum suas calamitates inuicem conspi-ciant: nam & hoc solatio destituti sunt, quod esse solet miseris, dū accidit socios habere po-enarum, vt artic. sequenti dicturi sumus. Tor-quentur verò præsertim dum eos intuentur, quos vel criminum complices habuerunt, vel sua contagione cōtaninarunt. Tunc enim ma-ioris suffunduntur pudore. Coniectari ergo de illa tenebrosa luce possumus, aut sub lucidis te-nebris, ad modum illarum, quos somniātes in femiugilia patiuntur, dum videre sibi viden-tur, malignè tamē illos cum quibus colloquū-tur. Vnde Gregorius quauis super illud Eua-gelicum, Mitte eum in tenebras exteriores, di-xisset quòd si ignis ille lucem haberet, nequa-quam in tenebras exteriores mitti dicerētur, tamen loco citato libro moralium; vt explicaret verbū illud sempiternus horror inhabitat; adiecit, quòd quauis ignis ille ad consolatio-nem nō luceat, tamē vt magis torqueat, lucet. ¶ Cur autē dicantur tenebræ exteriores, Abu-lensis super capitulum. 25. Matthæi quæstio-ne. 557. ait, allusionem esse ad ergastula, quæ erant Hierosolymis. Erat enim, inquit, vnum internum in carcere, quod plusculum habebat lucis: sed aliud foris sub dio extra carcerē mul-to maioris horroris plenum: ad cuius similitu-dinem Christus appellauit infernū tenebras exteriores. Sed hæc tamen interpretatio non habet ita multum auctoritatis. Et ideo vel dicū-tur tenebræ exteriores respectu internæ glo-riæ, quæ est intra cœlum, vbi summa lux ful-get, vel respectu internarum tenebrarū, quæ sunt in anima. Quemadmodum super Psalmū 6. interpretatur Augustinus, dicens, quòd in hac vita peccatores tenebras interiores, hoc est, mentis cæcitatem patiūtur per absentiam

Gustus.

Visus.

Tenebræ.

Tenebræ exteriores.

annihilari, quàm illic esse perpetuò. Quoniam nihil nisi sub ratione boni, saltim apparentis potest concupisci: in eo autem quod est simpliciter non esse, nulla potest apparere ratio boni: ergo illud nō potest recte concupisci imò nec nolitū esse. Probatur minor, quoniam nō esse est malorum maximum, atq; adeò neque habet vllum apparentis bonitatis fundamentum. Accedit authoritas Augustini lib. 3. de libe. cap. 7. & 8. dicentis. Considera quātum bonum est esse, quod & beati & miseri volūt: ma iusen est esse & esse miserum, quàm omnino non esse. Imò in eius confirmationem sic ibi arguit. Prælectio (id est vnum alteri præponere) supponit electionem, nempe, quod vtrumq; sit eligibile, sed nō esse, non est eligibile: quia cum nihil sit, non habet vel apparentiam boni. ¶ His tamen non obstantibus adhibetur quinta conclusio. Non esse melius est, quàm in perpetua miseria esse. Atque adeò recta ratione, si ex parte obiecti perpēdatur, est appetibile. Esse quippe bifariam cōsideratur. Vno modo per se absolutè: & sic non est eligibile: quia nec vllam habet rationem boni, nec in illo apparere potest: quoniam est mera priuatio: imò merum nihil. Alio verò modo potest cōsiderari tanquam remedium, per quod homo à miseria eripitur: & sic, non esse accipit illam rationem boni, nempe, carere illa miseria. Nam (vt. 5. Physicorū, ait, Philosophus) carere malo, quoddā bonum est. Et sic potest etiam recta ratione optari.

5. Cōclus.

Non esse simpliciter

¶ Est tamen notandum discrimen inter non esse simpliciter per annihilationem, & non esse in hac seculari vita per mortem. Enimverò non esse, hoc est mori, licet nemo possit recte sic velle, vt ipse sibi mortem consciscat & se in terimat, potest tamen sub cōditione illud velle fieri à Deo, si ei videbitur expedire. Quē admodum dicebat Paulus. Cupio dissolui & esse cum Christo. Neque verò illa solū causa nempe, fruēdi Deo mors optabilis esse: verū tanquam medium, vt homo à miseria huius vitæ liberetur: videlicet, à periculis peccandi, dū maxima homini impendunt. Imò & ab alijs ingruentibus malis, & incommodis quæ hominem vehementer perturbant: qualia sunt morbus acerbis, grandis infamia & honoris iactura, iuxta illud citatum Ecclesiastici. 41. O mors quàm bonum est iudicium tuum indigent. Quauis sic istorum causa licet quandoque mortem sub conditione, si Deo placuerit, optare, vt tamen frequentius timēdum sit, ne vel ex desperatione, vel ex pusillanimitate eiusmodi desiderium procedat, quod tunc ef-

set iniquum. Qui tamen illa prædicta ratione recta mortem desiderant, non cupiunt simpliciter non esse, sed in aliam traduci vitā ab eiusmodi calamitatis liberam. Conclusio verò nostra non solum hoc asserit, verum quod damnatis optabile recta ratione sit in nihilum redigi, aut natos non fuisse, quàm in illis perpetuò tormentis absque vlla libe rationis spe viuere. Nam profectò adeò illa sunt vrgentia & horrēda, vt liberari ab illis, etiam per annihilationē eligibile sit. Et quicumque hoc secum perpēdat, ita sentiret. Et confirmatur loco illo Apo. 9. In diebus illis desiderabunt homines mori: & fugiet mors ab eis. Et Matth. 26. De proditore Iuda bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Ecquis enim, quauis euangelium hoc non diceret, non potius eligeret non fuisse natum, quàm sic fuisse mortuū? Et Hieron. super illud Ieremix. 20. Maledicta dies in qua natus sum. Melius, inquit, est nō esse, quàm malè esse. ¶ Vnde ad argumentum proximè factum respondetur, solum probare, quod, non esse, quatenus est essendi priuatio, nō est eligibile, sed quatenus est miseriæ liberatio. Sicut phar macum nō est per se volitum, sed quia causat, sanitatē. Atq; id ipsum docet loco citato Aug. Nempe, quod esse, adeò per se bonum est, vt etiā miseri illud cupiant. Loquitur tamē de miseria huius vitæ, quæ non solet esse tanta, quin homines malint eam pati, quàm non esse, & præcipuè arguit contra eos, qui se enecāt. Sed illud esse, quod tanti facit Aug. vt ab omnibus appetatur, non est intelligendum esse malo & corrupto (vt. 9. Ethic. ait Philo.) sed de bene esse & bona vita. ¶ Ac per hoc solutum restat quintum argumentum principale. Concedimus enim rectè posse damnatos velle non esse, sed tamen illa volitio vitiosa est, propter obstinatam adhæsiōnem ad vltimum finem, in quem esset, saltim in virtute referenda.

Solut. arg.

Solutio. 5. argumēt.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum & damnati beatorum gloriam videant, & beati ipsorum miseriam.



Quandem quæritur de mutua inter se beatorū damnatorūq; notitia. Vtrum, scilicet, mutuò se videāt. Et arguit à parte affirmatiua. Multo maiori interuallo distāt à dānatis beati, q̄ ea quæ apud nos agunt, sed dānatis nec nos nec nra vident, ergo neq; vidēt beatorū gloriā. Mediam propo-

1. Argum.

propositionē affirmat Greg. 12. Mora. super illud Iob. Siue fuerint nobiles filij eius, &c. Dicens, q̄ ficat ij qui adhuc viui sunt, mortuorū animæ quo loco habeantur ignorānt, ita mortui, qui carnaliter vixerunt, vitā in carne positorum, qualiter post eos disponatur, ignorāt. ¶ Secundò arguitur, q̄ nec beati videant damnatorum miseriam: simili argumento. Maiori distantia damnati à beatis absunt, q̄ nos viatores, sed beati nō omnia quæ apud nos geruntur vident: ergo nec quæ patiuntur damnati. Mediam propositionē affirmat glossa super illud Esaiæ. 43. Abraham nesciuit vos, dicens. Nesciunt mortui, etiā sancti, quid faciant viui, etiam eorum filij. ¶ In contrarium autem de damnatis adducitur illud de epulone, qui vidit Lazarum in sinu Abraham. Et de beatis Esaiæ vltimo. Egrederentur & videbunt cadauera eorum, qui præuaricati sunt in me. Vbi ait glossa, quod egredientur beati ad videndū damnatos intelligentia vel visione manifesta. ¶ Ad quæstionē tribus conclusionibus respondetur. At de primo membro vtrum damnati beatorum gloriam videāt: aliquid certum est: atq; alia sunt subiudice. Ex sacra enim scriptura constat, q̄ damnati nonnunquam videbūt beatos. Habetur enim Sapien. 5. Quod stabūt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerint: illi autem nequam vidētes turbantur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Itē fides catholica est, q̄ in die iudicij (vt habetur Matth. 25.) Cum venerit filius hominis, congregabuntur ante eum omnes gentes. Et tūc damnati Christum atq; beatos videbunt: iuxta illud Ioan. 19. Videbunt in quem transfixerūt. Et in illa die satis verificabitur illud citatum Sapien. 5. Atque illud vicissim psalmi. Lætabitur iustus cum viderit vindictā peccatorum. At verò, q̄ obtrusū in inferno inde visuri sunt existentes in cælo, nullibi in sacra scriptura affirmatur. Et in primis nunc animæ non possunt corporeis oculis illos videre: quia oculos nō habent. Quod autem per mentis intelligentiā beatas animas videant, nulla est repugnātia: quia animæ separatę possunt alias animas separatas, sicuti & angelos intueri. Veruntamen cum sint finitæ limitatęq; potentie, profectò naturaliter nō possunt à tanta distantia mentis aciem protendere. Imò quauis felices illas animas cernerent, nequirēt earum gloriā videre: quippe quæ supernaturalis est. Et ideo nemo illam nouit nisi qui possidet, iuxta illud Apocal. 2. Vincenti dabo manna absconditum, & nomen nouū: quod nemo scit nisi qui accipit. Et Pau-

Argum. 2.

In cōtrar.

Decisio articuli.

lus, Oculis nō vidit, nec auris audiuit, quæ præparasti diligētibus te. Sunt autē qui dicāt, Deū dānatis sanctorū gloriā reuelare, vt acrius, cōtorqueantur, q̄ illam amiserint. Sed profectò q̄ aliqua supernaturalis reuelatio fiat damnatis, nescio an sit absq; maiori probabilitate asserendū. Aug. ergo quē Magist. Sent. dist. præ August. senti citat, fuit qui huic opinioni ansam obtulit. Affirmās enim damnatorū animas in tenebris esse exterioribus, nihil videntes eorū quæ in gloria sunt beatorū, opponit de illo diuite Luc. 16. Qui eleuans oculos vidit Abraham & in sinu eius Lazarū. Et respōdet, illud ante iudiciū factū legitur. Sed post iudiciū, inquit, in profundioribus tenebris erunt impij, vbi nullā Dei lucem videbūt. Cui subscribens Greg. Hom. 40. super Luc. Infideles, inquit, in imo positi ante diē iudicij fideles super se in requie attendunt, quorū gaudia post contēplari nō potuerunt. ¶ Ob autoritatē ergo horū sanctorū patrum solet affirmari cōclusio quā hīc nos sub hoc tenore statuiimus primā. Dānatis, si seclusa reuelatione loquamur quauis de inferno intuitiue nō videant sanctorū gloriā, imò fortè nec sanctos ipsos singulariter: eatenus tñ eorū felicitatē videre cēsuntur, vt in genere & in cōfuso intelligāt esse maximā: quod ad eorū afflictionē & intimū dolorē satis est. Priorē partē satis credimus probasse. Quia nec naturaliter illuc vidēdo attingere possunt, nec reuelatione digni sūt, neq; ad eorū tormentū est necessaria. ¶ Secūda verò pars probatur: quia dæmones & Christiani benenorūt, licet nō intuitiue, quāta sit illa gloria. Et q̄ in lumine naturali obierūt, vidētes illuc vbi ipi nētūr, nō in cladi nisi illos qui corruptis moribus Deū offenderūt ex magnitudine tormentorū quæ sciunt sibi tanquam in exilio à regnō cœlesti exclusis, per iustitiā Dei distributiā infligi, intelligūt quantā gloriæ claritate, & gaudiorū magnitudine, & bonorum amplitudine eos remuneret, qui eius regno & præsentia potiuntur. Imò quauis non aliud intelligerent, q̄ Deo esse præsentem, satis esset ad reliqua conijciēda. ¶ Illud autē de epulone diuite nō vsq; adeò mouet ad probandum q̄ beatos videant. Primū quod parabola non est necesse ad litteram in omnibus esse verā. Secūdo quod Abraham tūc & Lazarus nondum tunc erant beati: sed existerāt in limbo, vbi poterant ab epulone videri. Quare nō subsequitur, vt possint eos videre qui sunt in cælo. Ac demum poterat illud per singulare priuilegium contingere. Discrimen autem quod Aug. ponit inter ante & post diem iudicij, profectò vix intelligitur, nisi diuina admit-

August.

1. Conclu.

De epulone.

Aug. & Grego. exponuntur.

tatur in damnatis reuelatio. Nam tenebræ nō erunt tunc spiritualis cæcitatē maiores in inferno. Idemq; ignis erit, quāuis actus per accensionem ignis conflagrationis. Quare si modo non impedit, quin damnatorū animæ beatos videant, nescio quomodo impediatur ne postea beatos videant. Nisi dicamus (quia aliter Aug. & Greg. defendi nō videntur) qd post diē iudicij solū in damnatis durabit memoria eiusdem diei, in qua vniuersam beatorū gloriā videbunt, quæ quidem memoria sufficere ad eorum tormentum. Sed quia ante illum diem necesse est, vt etiam contemplatione illius gloriæ torquentur, nunc habent animæ miseræ aliquam illius gloriæ reuelationem, quæ deinde, tanq̄ nō necessaria cessabit. ¶ Quod si arguas. Id quod sanctis in hac vita tanq̄ singulare priuilegium cōceditur, non est affirmandū concedi damnatis: Paulo verò, vt. 2. ad Corin. 1. 2. legitur, tanq̄ admirabile priuilegiū indultum est, vt arcana verba audiret quæ nō licebat homini loqui: ergo hoc non est de damnatis credendum. Respondetur latissimū esse discrimē. Quoniam Paulus ad illam gloriā raptus est, vt spes eius perpetuō possidendi oboraretur: imō vt illo priuilegio tanquā initio futuri præmij donaretur. Damnatis verò reuelatur, vt anxius crucientur. ¶ Ad primū igitur argu. respondeatur, qd quāquā nos minus à beatis q̄ damnatis distemus: non tamē ad eorū cruciatum tāti refert scire quæ nos agimus, quā sanctorum gloriā. Vnde super Psal. 108. Aug. historiā epulonis enarrans, qui suorum fratrum curā habere videbatur, ait, qd licet damnati curā viuorū habeant, vt pote quod neq; in locis pœnarū, neq; in requie beatorum vident: non tamen consuequens est eos scire quæ circa charos suos aguntur hic, vel læta, vel tristia. ¶ Secūda conclusio. Beati dānatorū pœnas vidēt, quia nihil eis negandū est, quod ad eorum felicitatē spectat: cōducit autē eis, vt cruce damnatorū intueantur: tum, vt plus gaudeat inde esse exemptos: tum vt cum latiores gratias Deo referat. Possunt autē illas nō solū in verbo, verū & in proprio genere cōspicere. Nō tamen opus est, vt semper sint illas intuetes, sed sufficit, vt quādo voluerint, illas creentur solatio. Cōclusio probatur ex illo citato Esaię vlti. cum glossa. Egredientur videre, &c. ¶ Ad secundū igitur argumentū respondetur, qd glossa illa sic intelligitur, qd quantū est ex natura rei, mortui non sciunt ea quæ apud nos fiunt. Secus autē beati ratio. ne sui status. Vnde Gregorius. 1. 2. libro. Mora. super illud Iob Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, nescient &c. Quintus (inquit)

Solu. 1. ar.

Augustin.

2. Cōclus.

Solutio. 2.

argumenti.

habēt Dei charitatē, nullo modo credendum est, quod sit foris aliquid, quod ignorent. Scilicet, ad suum pertinens statum. ¶ Tertia cōclusio. Beati damnatorum miseriam videntes ad misericordiā non cōmouentur: imō lætantur. Prior pars probatur: quoniam misereri quādam participationē miseræ designat, quæ in beatis esse nō potest. Ad cuius planiorē intellectum notandum, quod misericordia duo dicit: nimirum passionem: compatitur enim ille quem alterius miseret. Et hæc in beatis esse nequit: si cut neq; in Deo. Sed præterea dicit electionem voluntatis ad tollēdam alterius miseriam. Et isto modo tam Deus quam beati miseretur nostri, dum hīc viuimus, quia potest nostra miseria subleuari. Illa verò damnatorum minimē. Et ideo aut modo neutro Deus, aut beati ipsorum misereri possunt. Secunda verò pars conclusionis sic probatur. Damnatorum supplicia bifariam considerantur. Vno modo per se in quantum rationē habent mali, nempe damni. Et isto modo lætari de illis est iudicium odij. Quare sub hac ratione non delectant beatos: sed per accidens ratione adiuncti: videlicet, quatenus sunt vindicta diuinæ iustitiæ, iuxta illud Psalmi. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, qui nos ad illam perducit lætitiā sempiternam.

OP V S ergo, quod Dei nutu auspiciatus sum, eius tādē ductu absolutū est. Hūc meus mihi præfagit animus laborum futurū meorum postremum. Vitam in chartulis prælegendis, exarādis, interlineandis, reuifendisq; & lambendis penē insumpsi. Exilitatem ingenij mei pauperiemq; prodidi, quare neque ignorantiam excuso. Fidem autē Domini mei Iesu Christi, testis ipse esto, quanta cum fide, sinceritate & candore, seruare, elucidare, protegere, tutari, & pro meo exiguo talento magnificare, vbiq; semperq; curauerim: cuius (vt secundum insipientiam meam ad Dei laudem loquar) nonnullum in Concilio Tridentino testimonium perhibui. Igitur quia animum meum Deo meo probatum esse confido, diffidere non possum, quin sicubi hallucinatus in aliquod offendiculū impegerim, misericordiam suam consecutus, quia ignorans feci. Sancta orthodoxaq; eius ecclesia errata mea, etsi oportuerit, me ipsum castigare dignetur. Optauerim equidem si quæ dixerim quibus castigatione vel retractatione opus esset, vt cuncta mihi modō memoriæ occurrerent, quæ meo proprio obelisco confoderem. Colli-

ta

ta exigere, quā esse in meis operibus credo limatu politiq; necessaria, non est possibile. Quæ verò mihi occurrūt, hæc pauca sunt, quæ si prælo sunt iterum mandanda, corrigantur. ¶ Præter illa quæ in Dialecticam & Philosophiam Aristotelis edidi commentaria, minutioraq; alia, in causa pauperū, & de Iuramento & id genus reliqua, quinq; maiora volumina, in publicum euulgauim: nempe, in epistolam ad Romanos: mox de Natura & Gratia ad sanctum concilium Tridentinum tres libros: De ratione tegendi & detegendi secretum tres item: De Iustitia & iure decem: atq; opus hoc in Quartum Sententiarū, in duos tomos diuisum. ¶ Super epistolam ad Romanos cap. 9. in illa percontatione. Vtrum reprobationis sit vlla in nobis causa, partem tutatus sum affirmatiuam propter auctoritatem Augustini ad Sixtum dicentis. Quærimus meritum indurationis, & inuenimus. Merito nanq; peccati vniuersa massa damnata est. Vnde colligitur permissionem, qua Deus Adam primū permisit, ac subinde nos delinquere sinit, non esse per se effectum reprobationis, sed per accidēs, per se verò nostræ prauę voluntatis, diuinis inspirationibus resistentiū, iuxta illud Osee. 13. Perditio tua Israel. At verò quāuis sententia hæc probabilis satis sit, tamen fortasse contraria nonnullis erit probabilior: nempe, qd reprobationis nulla sit causa, quemadmodum nulla est prædestinationis: sed qd permissio peccati Adam ac perinde nostrorū sit reprobationis effectus. Quāuis nō eodem modo, quo eius auxilia sunt effectus prædestinationis. Et nescio si calamitatem quæstionem adinouerem, an mentem mutarem, vt in hāc sententiam irem. Verū tamen illa asserta opinio (vt sub ecclesiæ sapientiumq; censura id dixerim) adeo non censetur errori tribuenda: vt sit August. germana, & Diuo Thomæ super eundem. 9. cap. Pauli ac subinde sit aliorū probabilis opinio. ¶ In libro. 9. de Iustitia & iure. quæst. 2. arti. 2. illam disputauimus quæstionem insignem, vtrum sacrificium altaris pro pluribus oblatū perinde singulis ad satisfactionem proferat, ac si duntaxat offerretur pro vno. Vbi reliqua pro meo captu verè conclusisse arbitror: præterquam quod in responsione cuiusdam celebris argumenti, quod nomine Syluestri intulimus non satis rem explicuimus. Fuerat nanque nostra conclusio, satisfactionem sacrificij, perinde atque gratiam sacramenti sub certo gradu esse taxatā. Et obiectū argumentum erat. Quo plures sunt offerentes sacrificium, eō id ipsum sit auctius: ergo nullus per cōfortium aliorū

suo defraudatur fructu: aliās consultius, effect illi sacrificio interesse, cui pauciores assisterēt. Cui utiq; argumento respondendum fuisse omnes sacrificio assistentes idem sacrificium offerre. Et ideo neminem propter aliorum cōfortium aliqua parte suæ satisfactionis fraudari. Atque illa ratione quo plures sunt offerentes, auctius sit sacrificium. Et ideo in primo tomo huius quarti. d. 13. q. 2. art. 1. eandem repetentes quæstionē: hoc & reliqua ad ipsam pertinentia luculentius enucleauimus.

¶ In relectione de ratione tegendi & detegendi secretum nihil modō animaduertendum meminimus. ¶ Sed libro primo. c. 15. inter cōfirmadam sententiam de libero arbitrio quartum adieci argumentum, quod si in adultorum iustificatione assensione nostra & libero arbitrio non opus esset, nō redderetur causa proxima cur vnus conuerteretur, & non alius. Suprema enim & remota causa, prædestinatio quidem est. Vnde Augustinus. Quare hunc trahat, & illum nō trahat noli dubitare, si nō vis errare. Sed tamen causa præterea reddenda est proxima, per quam destinauerit vnum quemlibet regnum recipere. Hæc ibi. Ad maiorem tamen explicationem addatur: quæ sit ad iustificationē materialis dispositio. Vbi, causa per quam, non dicit causam prædestinationis, sed dispositio ad primam gratiam iustificationis, quæ est effectus eius: quæ ideo dispositio est itidem effectus eiusdem prædestinationis. Etenim sicut in paruulis baptismus est causa cur vnus saluatur, & non baptizari est causa cur nō saluatur, pariter in adulto qui per actum interiorem ante sacramentum conuertitur, cum Deus paratissimusq; misericordia ex duobus vtrūq; aspiret, cur iste cōuertatur & non ille reddi non potest causa, nisi qui vnus præbet assensum, alter verò minimē.

¶ Quidā verò hoc taxare voluerūt, dicentes, quod nimium tribuerim libero arbitrio in iustificationis causa. Et tamen salua semper Catholice ecclesiæ censura, arbitrari necessariō sic dicendum. Assensus enim liberi arbitrij non est causa præueniens motionem Dei, sed effectus eiusdem motionis, idē præuenientis liberū arbitrium. Est enim pulsatio & aspiratio Dei ad corda nostra, similis aer in fenestram clausam aspiranti. Sed quia non aperit nobis eadem corda ex necessitate, sed nobis liberè consentientibus, quāuis causa prior efficiens, quæ nos conuertit, sit eius inspiratio & motio præueniens, tamē dispositio materialis (quæ hoc modo dici potest causa) est assensio nostra. Sicuti cau-

sa

sa efficiens præueniens cur fenestra aperitur est aer intrans, sed causa materialis cur aer intrat, est quia fenestra aperitur. Et est exemplū ad propositum necessarium, ex Philosophia accersitum: quæ ideo philosophia non deberet in Theologia nihili fieri. Hæc ergo Theologia non asserit assensum nostrum, ut est à libero arbitrio, meritū gratiæ (hic enim fuit Pelagianus error.) Sed ut procedit ab auxilio speciali, est sicut dispositio materialis natura præcedens primam gratiam: & ut subsequens eandem gratiam est meritum de cōdigno gloriæ. Vnde quauis Deus apud Ezechielem dicat, Auferam ab eis cor lapideum & dabo eis cor carneum: nihilominus Psalmista ait, Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Primum, quia ipse aperit: secūdū, quia non nisi nobis consentientibus aperit. Et ideo postquam dixit Christus Ioannis. 16. Nemo potest venire ad me nisi pater qui me misit, traxerit eum, subiunxit. Qui audit & discit, venit ad me. Quasi in nostra potestate sit trahenti assentire, aut dissentire. Vnde Augustinus, postquā dixit. Quare hunc trahat, illum non trahat noli dubitare, subiunxit. Si non es tractus, ora ut traharis, insinuans, quod etsi assensus noster non sit causa prædestinationis, sit tamen aliquo modo materialis causa iustificationis. Ethæc est doctrina Sancti Thomæ. Imò videtur sententia Osæ capit. 13. Perditio tua Israel, ex me tantum auxilium tuum. Vbi docemur causam iustificationis in Deum referri: est enim hic aut ille iustus quia Deus illum iustificauit: sed causa cur homo nō iustificatur, referenda est in ipsum hominem. Ob id enim Iudas nō est iustificatus, quia inspirationibus diuinis non assensit: iustificatio enim non est prædestinatio, quæ nullam habet causam, sed eius effectus, quæ in nobis habet materialem dispositionem. Eadem ratione causa cur Magdalena fuit ad maiorem gratiam etiā primam cōuersa quā alius tepidus pœnitens, licet efficiens fuerit motio ipsa diuina, tamen dispositio materialis fuit feruentior eius motus auxilio diuino præuentus, quod riuulus lacrymarum eius testatus est. Hæc autem subsequenti cap. 16. & lib. 2. cap. 3. & 4. & primo tomo huius operis dist. 14. quæst. 2. arti. 5. & distin. 17. quæst. 2. latius expōita sunt.

¶ Libro. 2. eiusdem operis cap. 11. in impressione Veneta illi mihi visu fuit probabilis sententia in quam citra pertinaciā descēdi, quod in lege naturæ homo per cognitionem naturalem, qua Deum esse nosset, & remuneratorem, adhibito auxilio speciali Dei, volūtatem

conuertentis potuisset saluari. Id tamē postea in impressione Parisiensi, ac deinde in Salmonina retractauit: & latius in primo Tomo huius quarti distinct. 1. quæst. 2. artic. 3. sanè necessarium existimans neminem vnquā absque supernaturali reuelatione fidei in gratiam Dei potuisse reconciliari.

¶ In eodem lib. 2. cap. 6. prope finē dixi. Quo quisque gradu credit, eodem & cōfidit. Dicendum tamen fuisset, & sic est calculis recedendum. Quo quisque gradu credit, fide per charitatem viua. Sic enim illico cap. 7. illud expressi dicens. Si solum fidei ingenium spectes (scilicet, nisi nostra voluntate impediatur) quo fuerit ipsa maior: maiorem ingenerat charitatē. Et lib. 3. cap. 13. sic multo explicatius. Fiducia, licet à fide incipiat oriri, nō tamen firmatur nisi ex charitate & rebus gestis. ¶ In primo Tomo huius quarti dist. 1. q. 1. ar. 1. circa finem dixi. Quod sacramenta causa nostræ salutis existant, ad necessariam confessionem fidei & religionis minime pertinet, sed sub disputatione cadit. Noli negare esse de fide, quod per sacramēta nostra iustificemur: sed quod modus quo sacramenta sunt causa gratiæ, scilicet, aut tanquam instrumenta cōcurrentia in genere causæ efficientis, aut solum tanquam signa, non est expressum in sacra scriptura. Quare ut quæst. 3. art. 1. retulimus omnes ferè Theologi præter Sanctum Thomā opinati sunt non esse causam, sed solum certa signa. Nihilominus ibidem monstrauius esse verè causam. Alioquin nō differrent à modo quo circūcisio erat signū gratiæ. Idq; præsertim ex concilio Florētino, & Tridētino cōfirmauim⁹. Et ideo ille noster locus sic est corrigendus. Quod autē sacramēta causæ eiusdē salutis nostræ existāt priuilegiū sacramētorū nouæ legis est. Ut duæ lineæ intermediæ deleātur. Eadē dist. q. 2. ar. 1. circa mediū si scriptū reliqui. Nobis adeo fuit Christus noster mirificè benefic⁹, ut sacramēta institueret, p quæ, si modo à nobis dignè suscipiētur, nō quidē peteremus, sed certō certi⁹ cōsequeremur &c. gratiā. In quibusdā paucis deest, si modo à nobis digne suscipiātur. Additur. Eadē quæstione art. 3. dixi Passio Christi fuit causa salutis, tā antiquorum q̄ nostræ: nō solum finalis, verū meritoria & efficiēs. Quod planè ait, Sanctus Tho. 3. par. q. 49. arti. 1. Imò sic necessarium est dicere. Quoniā per passionem redemit vniuersum humanum genus: redemptio autem fit per gratiam: & redimere dicit efficere. Itē quia passio Christi, etiā præuisa, fuit instrumentū diuinitatis efficientis gratiam. Et ideo passio in genere causæ efficientis concurrat

concurrat ad illam: cōcurreratq; præuisa. Vnde ad Roma. 3. Paulus ait, Christum fuisse propitiatorē in sanguine ipsius propter remissionem præcedentium delictorum. Videtur autē huic contrarium, quod eadem distinct. postea quæst. 3. artic. 6. dixi, videlicet, quod antiquis applicabatur passio per fidem: & ideo non applicabatur nisi in genere causæ finalis. per actum internum, & ideo sacramēta vetera non erant eiusdem passionis instrumenta, ut nostra. Nulla tamen est contradictio, quod passio fuerit causa efficiens instrumentalis gratiæ antiquorum: fidei autem & sacramentorum nō nisi finalis. Et hoc ait, Diuus Thomas quæst. citata in solutione ad primum. Et quæst. 62. art. 6. Et ideo quia nō erat antiquitus exhibita, nō concurrebat effectiue per sacramenta ac si sua essent instrumenta, sicut concurrat per nostra sacramenta. Et ideo in prædicto artic. consulto ait, D. Tho. illud quod non est in rerum natura: insinuans quod passio licet non applicetur per fidē & sacramenta nisi in genere causæ finalis: erat nihilominus causa efficiens gratiæ. ¶ Eodem ipso art. 3. in solutione secundi vbi ait, S. Thom. quod post peccatum & ante Christum secundum rationem fidei semper vnus & idem status permansit: quia iustificabantur homines per fidem futuri Christi aduentus. Adieci ego. Per vnā fidem. Vbi, vnā, non excludit opera subsequētia: scilicet, spem & charitatem: sed significat eandem fuisse fidem Christi semper necessariam, sine qua nulla opera legis sufficiebāt ad salutem. Et sicubi (quod non memini) dixerim. Per nulla opera vilius legis homines saluari, sed per solam fidē: sola, non excludit motū spei & charitatis, sed opera naturalia. Hoc em̄ idiomate locuti sunt sæpè sancti: ut D. Tho. 1. ad Timo. 1. Ait qui p̄. In operibus non est spes iustificationis: sed in sola fide: iuxta verbum Pauli ad Roma. 3. Arbitramur hominē iustificari ex fide & non ex operibus. Quare in conci. Floren. verbum. Sola fides, non fuit simpliciter cōdemnatum, sed cum moderamine. Si quis dixerit sola fide impium iustificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, cum suæ voluntatis motu preparari, atque disponi, anathema sit, Sessi. 6. Can. 9. Nunc autem propter temporum calamitatē verbum in suspensionem venit. Et ideo melius est in similibus locis dicere. Per nulla opera legis hominem iustificari nisi per fidem aut per solam viuam fidem quæ per charitatem ope-

ratur. ¶ Eodem modo corrigendum verbum est, quod eadem distinct. quæst. 3. arti. 5. circa finem dixi. Virtus Christi simpliciter sicuti & Christus ipse, formaliter copulatur nobis per fidem, quod intellexi per fidem cōcurrentem in genere causæ formalis. Iuxta illud Pauli ad Ephes. 3. per fidem habitat Christus in nobis: Sed tamen ad explicandum apostolicum sensum dicendum est. Per viuam fidem quæ per charitatem operatur. ¶ Quod autem distin. 5. artic. 2. dixi, nimirum quod qui ignorantia inuincibili euangelij (si qui sunt) laborant, sine fide explicita per solā implicitatem, quemadmodum gratiam, ita gloriā obtinere possunt, solam, nō excludit spem & charitatem: sed necessitatem explicitæ fidei.

¶ Quasdam præterea annotationes in Ferum super Ioannem edidi: virum profectō aliāpium, disertum, & doctū. Sed quia ipse in prima impressione confessus est multa ab hæreticis, quæ sibi catholica videbantur, collegisse, loca nonnulla, non mihi tantum, verum alijs doctis & pijs visa sunt, in quibus esset lector admonendus. Solus zelus fidei (coram Deo loquor) nescio an secundum scientiam, me compulit, honore; ut par erat, religiosi viri feruato, & præcipue religiosissimi eius ordinis qui mihi semper fuit reuerendus. Quidam tamen bonus pater, constituit Canos meos nescio quibus atris floribus respergere. Ego verò, ut os mihi libentius obtruderem, oculos etiam claudere constitui, ne apologiam cernerem: id quæ non solum, ne meam potius, quam publicā causam defendere iudicaret, verum ne bos longo iam iugo decaluatus, cum elegantivitu lo corrixari viderer. Si aliqua in ipso sunt (ut fertur) adnotatu digna, illi quibus ex officio incumbit, viderint: ne quæ semel fata sunt, contentione, ut fieri solet, coalescāt. Nam illa quæ in me maledicta congestis, facile condono. In multis enim delinquimus omnes, & indigemus gratia Dei. Sed si hanc mihi veniam religiosus pater dederit, caueat deinceps precor tam amarulenta in quempiā iactare conuitia. Phrasis enim illa tum religionem denigrat, tū & vim eneruat persuadendi.

¶ Rudimenta præterea fidei in breui chartula vulgari idiomate simplicissimoque stylo conscripsi. Hanc apud Compostellam prælo commissam impostores quidam hæretici commacularunt, calculis nomine meo imprimentes, quod sacratissima Deipara virgo non esset tanquam adiutrix & aduocata nostra imploranda. Cuius contrarium ego in proxima præcedenti pagina secundum Catholicam fidem admo-

admonuerã. Sed ille chalcographus, ob aliam
id genus imposturam, patibulo fuit suspen-
sus. Si in cuiuspiam manus illa chartula incide-
rit, meminerit blasphemiam illam falsò mihi
in scriptam. ¶ Complura alia manu scripta nomine meo
circumferuntur, quæ dum publicitus prælege-
bam, auditores in suis alucolis excipiebãt. Præ-

terea cõmentarios in Mattheum bona ex par-
te scripsi: nulli tamen istorum operum postre-
mam manum adhibui. Et ideo si postquã me
Deus ab hac luce euocauerit quispiã eiusmo-
di volumina emulgauerit, protestor non fore
mea. Quia neque collimata sunt, nec polita: &
multis scaturiunt mēdis: multa deniq; cõtinent
examine & censura & castigatione digna.

FINIS SECVNDI TOMI.

¶ Registrum huius operis.

***. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh.
Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Ss. Tt. Omnes sunt quaterniones, præter **. qui est quin-
ternio.

SALMANTICAE

Excudebat Ioannes Baptista à Terranoua.

M. D. LXXII.

